$5^2 = 2,393$

FU
30468

84-2
75-1.n.23522

9(493)
Q 36 i

RERVM BELGICARVM

ANNALES

CHRONICI ET HISTORICI

De bellis, vrbibus, situ, & moribus Gentis

ANTIQVI RECENTIORESQVE SCRIPTORES:

QVORVM PARS MAGNA HACTENVS non edita; pars longè auctior nunc evulgatur.

EORVM

Qui nunc primum è Bibliothecis producti sunt

TOMVS PRIMVS,

I. IOHANNES GERBRANDVS A LEYDIS,

ET

II. REYNERVS SNOYVS, GOVDANVS

DE COMITIBVS

HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ, FRISIÆ, &c.

III. ÆGIDIVS A ROYA, ABBAS CISTERCIENSIS,

ET

IV. ANONYMVS, DE BELGICIS REBVS; omnes typis nunc primum editi

opera ac studio

FRANCISCI SWEERTII ANTVERPIANI.

IHS
De la libreria del Colegio Imp.l de la Comp.a de Xpto.

FRANCOFVRTI

In officina Danielis ac Dauidis Aubriorum

& Clementis Schleichij.

An. M. DC. XX.

BIBLIOTHECA CENTRAL BIBLIOTECA

CLARISS. VIRO

IOANNI WOVERIO

E SENATORE ANTVERP. FINANCIARVM

SERmi PRINCIPIS ALBERTI

BELGARVM PRINCIPIS

COMMISSARIO,

FRANCISCVS SVVERTIVS ANTVERP.

dedicat consecratque.

SACERDOTES olim Ægyptii, Clariſſ. Domine, quaſi hominum, vt ſibi quidem videbantur, antiquiſſimi, gloriabantur de ſingulari quadam Antiquitatis memoria, quod in Timæo diuinus PLATO commemorat; vt & Solonem Athenienſium legislatorem, omneſque adeo Græcos, quod inſignem vetuſtatis memoriam non haberent, veluti pueros, increpare atque irridere ſolerent. M. quoque Tullius Romanæ parens Eloquentiæ: *Nihil*, inquit, *ſcire, quid antequam naſcereris acciderit, eſt ſemper eſſe puerum.* Senibus itaque iuvenes iudicio ſunt comparandi, qui quidem omnes omnium ætatum res fortiter geſtas ex Hiſtoriis legendo tenent: vt non tam poſteritati intereſſe, quam cum iis qui anteceſſerunt vita pridem functis verſari, & coram ſpectare res geſtas videantur. Idemque Oratorum Princeps, hiſce Hiſtoriam ornat elogiis: *Teſtis eſt*, inquit, *temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis.* Addamus & nos amplius: Hiſtoria magiſtra eſt morum, dux memoriæ, & vita Antiquitatis. De Græcorum quoque omnium diſertiſſimo Demoſthene refert Lucianus Sophiſta & Procopius, Thucydidem hiſtoricum belli Peloponneſiaci, octies ſua manu, quo felicius memoriæ mandando imitaretur, deſcripſiſſe. Eundem quoque Hiſtoricum (vt & recentia attingam) ferunt à CAROLO V. Imperatore, æui no-

stri Augustissimo, in omnibus belli expeditionibus sed Gallice redditum; (quem & C. Salustius Crispus Latine, qua potuit, expresserit) assidue lectum fuisse: vt & P. Corn. Scipio Affricanus Cyri pædiam à Xenophonte conscriptam in mediis castrorum tumultibus de manibus non deponebat. Alphonsum quoque Aragonum & Neapolitanorum Regem (quod te omnium minime fugit) doctrinæ & sapientiæ laude clarum ferunt Historias veteres assidue terendo, dicere solitum de Historicis iuxta ac Philosophis: *Mortuos, optimos esse Consiliarios*: nimirum vt & Ptolemæo Ægyptiorum Regi, Philadelphi cognomento Demetrius Phalereus aiebat libros fidissimos esse palatii amicos, non assentatores, qui verum nunquam, vt illi, proferre solerent. Zenonem, credo, Philosophum Stoicum vterque est imitatus, qui (vt memoriæ à Laertio est proditum) cõsulto Phœbi oraculo, qua potissimum ratione ad bene beateq; viuendum optime vitam institueret, responsum tulit, *si mortuos consuleret*, id est, libros, mutos magistros assidue euolueret; addens, *quo illu concolor fieret*: quasi imitando vitam sic exprimeret, duceretque inde colorem. Græce id melius: συγχρώζεσθαι τοῖς νεκροῖς. *Ex Annalium enim monumentis* (vt eiusdem Romani Oratoris vtar verbis) *testes excitandi potissimum, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis. Exemplanamq; ex vetere memoria Historiarum, atq; è monumentis ac literis plena dignitatis Antiquitatisq; plurimum solent & auctoritatis habere ad probandum, & iucunditatis ad audiendum.* Et hęc quidem breuiter de *Historiæ* fine atq; usu dicta sint: neque enim hunc campum ingredi in præsens *de laudibus Historiæ* constitui, quod tempus me citius quam oratio sit defectura: est que à multis huius seculi hominibus eruditis ac Iurisconsultis, Balduino ac Bodino, laus illa, ab ipsis etiam Historicis Græcis, Polybio, Dionysio, ac Diodoro Siculo, satis prædicata, vt plura congerere superuacaneum esse videatur. Illud tantum apud te, vir clariss. referre non omittam (etsi vetus ea multorum querimonia, iusta tamen, existat) cum omnes omnium gentium finitimarum Historiæ pridem collectæ circumferantur, iisdem nunc typis Wechelianorum publicatæ, res gestæ nimirum Italorum, Hispanorũ, Siculorum, Francorum, Germanorum, Anglorumque; dolendum esse Belgarum non reperiri antiquos Scriptores editos, cum tamen rerum gestarum copia ac laude, nihilo aliis nationibus inferiores sint: imo Iulius etiã Cæsar hostis acerrimus Belgas Gallorum fortissimos, & in his Neruios certis de causis prædicarit. Causam eius negligentiæ si quæras: Forte quod rustico barbaroque dicendi genere (vt illa tum ferebant tempora, sepultis prope bonis Eloquentiæ scribendæque Historiæ literis) conscripti essent Annales. Tamen vt peregrinas omnes linguas Belgæ nostri, plures etiam simul ediscunt loquunturque feliciter; & res ab exteris gestas cupide auent cognoscere, libenterque legunt, vt Romanorum etiam facta dictaque atque Græcorum illustrent litteris, Nannii, Langii, Ivnii, Pighii, Torrentii, Schotti, cæteriq; complures: in quibus I. Lipsivs familiam ducit; patriam nihilominus Historiam rerum quæ ante suam gestæ memoriam veluti pueri ignorantes neglexerunt hactenus, &, prô dolor, negligunt contemnuntque, vt & suam ipsi linguam plerunque fastidiant. O præposteram secordiam! O patriæ fastidium non ferendum! O noxam ignauiam! foris nimirum Lynceis oculis; domi cum Lamiis cæcutiunt. Sordent domestica, & mirantur Belgæ externa. Foris cum honore & fortitudinis laude; domi degeneres, atque ergapa-

ga patriam ingrati. *Dixerat, o mores, o tempora, Tullius olim*: Quid nunc merito dixerit? Vnus IVSTVS LIPSIVS, nunquam sine honoris prædicatione nominandus, nec satis laudatus, vt Belgii decus & ornamentum singulare, (Historici Regii titulum, cum de Militia Romana scripsisset, adeptus à Catholico Rege PHILIPPO II. cuius in benedictione memoria:) in animum induxerat visere Religiosorum antiqua monasteria, Principis auctoritate; quod primi fere ac soli ad sæculi sui historiam scribendam Monachi sponte sine præmio se contulissent: Sed heu, immatura languentis corpusculi morte rebus humanis ereptus, quod serio ac sero meditatus in Louaniensi Academia laudata, suo stylo, infectum demum reliquit, ac posteris lampada abiens tradidit. Cuius quidem summi viri, omnique inuidia maioris, apud te, doctissime WOVERI, grata est recordatio, quod eius olim auditor idoneus, & contubernalis carusque in paucis exstiteris: cuius fidei moriens testamenti tabulas ad exequendum, bibliothecam quoque suam, & hæredem cum elogio commendauit. Ego sane summopere à me culti exemplo dedi equidem operam, vt pristinos Belgicarum rerum Historicos & Annales è Bibliothecis, seu verius Bibliotaphis pro virili inuestigando, eruerem, recenserem, ac recensitos TIBI *Lib. Mer.* dedicarem, eoque libentius, cum quod cum Iurisprudentia soles Historiam, ex Francisci Balduini Atrebatis consilio coniungere, tum quod ipse doctrina morumque grauitate patriam exornes, nunc recens ab ALBERTO Principe longe opt. prouectus, vt Quæsturæ, quam *Financiam* vulgo nominant, pars tibi sit aliqua commissa. Obiui equidem & priuatas aliquot doctissimorum virorum, & excussi publicas etiam Bibliothecas, quæque offero, TIBI hæc nactus sum. Post *Ioan. Becani* Vltraiectini de Episcopis eius ditionis, itemque *Guilielmi Hedani* Arnemiensis Præpositi eiusdem argumenti editiones Franekeræ nuper in Frisia à Bernardo Frumerio curatas, damus et IOANNIS GERBRANDI Leydensis Carmelitanorum Prioris *Annales* hactenus ineditos *Comitum Hollandiæ, Frisiæ & Zelandiæ*, itemque *Episcoporum Vltraiectinorum*. Adhæc REYNERVM SNOYVM, patria Goudanum, *de Hollandiæ Comitibus* longe elegantius loquentem, narrantemque gesta. Quod *Chronicon* nobiscum IACOBVS COOLS, siue BRASSICA libenter communicauit, ad edendumque misit.

Accedit ÆGIDII ROYÆ Abbatis Chronicon Belgicum & alterum Anonymi ex Cod. peruetusto P. ANDREÆ SCHOTTI amici nostri tanquã fratris, aliaque inedita hactenus lucem aspicient: deinde quæ antea varie divulgata sunt. Accipe igitur, AMICE MAGNE, & æqui boni vt facias maiorem in modum rogo, nostræ erga te voluntatis pignus, & argumentum studii erga patriam, Historiis diu nimis, vt diximus, hactenus destitutam. Sic TIBI ac liberis tuis, quæ opto eueniant, prouehatque DEVS OPT. MAX. tua consilia in maius, cum ALBERTVS, Princeps vere opt. quod vertat bene, è Senatus Antuerpiensis corpore in aulã suam TE acciuerit: è quo Senatu amplissimi plures iam consiliis suis, veluti ex equo Troiano meros heroas sponte adhibuit: vt è Syndicis Vrbis nostræ Consiliarii sunt nuper renunciati MASII duo, IACOBVS & ENGELBERTVS: totidem HENRICI, SCOTTVS, & VVENVS: quorum hic Cancellarius etiam Geldriæ degit. Quæsturę vero admoti Principali, AYALA & ROBIANVS. Quid de Ecclesiastico clero dicam? Decani sacręędis beatę Virginis, cœlorum Re-

ginæ PETRVS DAMANTIVS & CAROLVS MASIVS ad Gandauenſem ſunt promoti Cathedram. LÆVINVS TORRENTIVS ex Antuerp. Epiſcopo deſignatus Archiepiſcopus eſt Mechlinienſis: & GVILIELMVS GRIMBERGANVS CAMERACENSIS renunciatus. Maiorum vero memoria GVIL. ENCKEFORTIVS è Canonico Antuerp. Card. Romæ ab HADRIANO VI. Pontif. creatus; qui Decanus antea Antuerp. poſt Dertuſanus in Hiſp. Epiſcopus, abſens, raro & inuſitato eſt exemplo, Papa creatus. Sed cui ego hæc? Ligna in ſyluam ferre videar, quod ea homini aſſidua Hiſtoriarum lectione exercitato, vſuque rerum prædito, ſint cognitiſſima. Manum itaque tollo de tabula, ne in publica, te nimis diu appellando, peccem commoda. Vale, & rem gere: FELICITER.

Antuerpiæ, ex noſtro Muſeo An. CIↃ IↃ CXX.

Ipſo Feſto SS. Philippi & Iacobi.

R. P.

R. P.

IOANNIS GEERBRANDI
LEYDENSIS, CARMELITANI,

CHRONICON HOLLANDIÆ COMITVM ET EPISCOPORVM VLTRAIECTENSIVM,

AC DE REBVS DOMI FORISQ. IN BELGIO PRÆCLARE GESTIS,

Sanctisque viris cuiusque sæculi, & Admirandis,

A CHRISTO NATO AD ANNVM VSQVE,
Quo vixit, M. CCCC. XVII.

IOANNIS GEERBRANDI ALEYDA,

IN CHRONICON BELGICVM PRÆFATIO.

Historia laus.

GESTA temporum præteritorum, teste Philosopho, certa sunt indicia præsentium, vel futurorum. Vt ergo ex gestis antiquorum sæculorum noua sæcula per prosperum iter dirigerentur, ideo Historiographi antiqui accurate studuerunt, gesta præteritorũ, tam sanctorũ, quã sceleratorũ virorũ, generationib. nouis tradere in scriptis. Hinc est quod Principes, bellatores, & terrarũ prudentiores, rectoresq; in scripturis, per diligentẽ indaginẽ, cupiunt perscrutari vitas, mores & cursum præteritorum Patrũ, vt inde hauriant sapientiam, contra sibi pericula aduersantia. Insuper omnem mundi gloriã operiret obliuio, nisi Deus mortalibus librorum prouidisset remediis. Quid enim de mũdi exordio & eius creatione, quid de Adam, quid de Noe, quid de eorundem prolibus & diluuio, quid de Patriarchis Abraham, Isaac & Iacob, quid de Moyse & Prophetis aliis, quid de Regibus Dauid & Salomone, Pharaoneque atque Ioseph, multisque aliis veteris Testamenti Principibus, & Patribus: quid de Iulio Cæsare, Alexandro & Catone rigidissimo, quid de fideli Fabricio, quid de Octauiano potentissimo infinitisq; aliis viris: quid de Domino nostro Iesu Christo, & eius Matre benedicta atq; de initio seu infantia militantis Ecclesiæ & eius Sanctis, sciremus, nisi nos libri de illorum gestis & factis informarẽt? Sunt etenim libri magistri qui nos instruunt sine virga & ferula, sunt profundissima Sophiæ fodina, ad quas sapiens suum mittit filium, vt inde thesauros inæstimabiles effodiat, qui cunctas mũdi diuitias ac delitias transcendunt in infinitum. Sunt deniq; putei aquarũ viuentium, sunt spicæ gratissimæ solis manibus Apostolicis confricandæ, vt egrediatur cibus suauissimus famelicis animabus. Sunt vrnæ aureæ, in quib. manna reconditur, mellisflui saui mellis, vbera vberrima lactis vitæ. Taceant ergo historiographorũ æmuli, qui spiritu leuitatis ducti, Historias mendacia aut fabulas appellare non verentur. Si enim Historiarum lectio fructu careret, Doctores sancti eas non conscriberent. Itaque ne etiam dies nostri & vita nostra ad peccata, per suggestionem maligni, otio deprimatur, per scripturarum occupationẽ sustentamur, & tempus nostrum redimitur. Otiositati ergo propriæ subuenire cupiens, & aliorum circa narrationem historiarum à veritatis tramite errantium commodo ac vtilitati intendens, has historias, videlicet Sanctorum

Vita norma.

Oblivionis remedium.

Magistra.

Causa huius scribendæ historiæ.

rum Pontificum Traiectensium & magnanimorum Principum Hollandiæ, ex diuersorum Historiographorum scriptis, studiosius compilaui. In quibus iam per decennium cum assidua quasi sollicitudine plerumque labores expleui, ne per ignauiam chronographorum, memoria tantorum virorum obnoxia perpetim obliuioni iaceret. Sicq; præsens opus reuocat de facto & destruit Hollandensium historias nomine meo alias intitulatas, quarum primi libri initium habet: In principio siue exordio huius primi libri duo possunt quari &c. Nõenim nego illas historias per me esse compositas, sed quia postea melius veritatẽ in dubiis reperi, & meliorem modum excogitaui, multoque plures historias inueni; idcirco præsens nouum opus inchoaui. Nec etiam propter compilantis ruditatem, cum sit inter minores minimus, ipsum compilatum præsumptuosus quisque respuat, aut inuideat, cupio vniuersis & singulis hac compilatione vti volentibus esse notũ, quod nihil prorsus de proprii capitis adinuentione posui, sed de famosorum historiographorum, videlicet Vincentii, Bartholomæi, Ioannis Bekæ, *& ex diuersis historiis, annalibus, chronicis, codicibus, priuilegiis, dictaminibus & Epistolis, Dei assistente gratia, ac meo labore non modico, opus cõpilaui: addendo nihilominus ea, quæ temporibus meis contigerunt, interserendo etiam plura alia, prout indagare potui, & veritatem inuenire valui. Et quia gesta præfatorum sanctorum Pontificum & Principum adeo sunt permiscua, vt aliquatenus segregari nequeant, salua chronographiæ sententia, ideo præsentem historiam de gestis vtrorumque sub breuiori leniorique stylo compilaui. Porro præsentia chronica partiri statui in libros, prout temporum ratio postulat, & quemlibet librum in capita: Ante singulos libros etiam ordinabuntur tituli capitum. Lectoremq; supplicíter obsecro, vt si quæ in his quæ scripsi, aliter quam veritas habet, posita reperierit, non hoc mihi imputet, qui, quod vera lex historiæ est, simpliciter ea, quæ fama vulgante collegimus, ad institutionem posteritatis, litteris mandare studemus. Præterea, omnes ad quos hæc eadem historia peruenire potuerit, nostræ nationis legentes siue audientes, simpliciter precor, vt pro meis infirmitatibus mentis & corporis apud supernam clementiam sæpius interuenire meminerint in suis orationibus, vt apud multos fructum pia intercessionis inueniam.*

AP. PROBATIO.

CHronicon hoc continens res Comitum Hollandiæ, & Episcoporum Vltraiectensium, & alias domi forisque in Belgio gestas, per R. P. Ioan. Geerbrandum Leidensem Carmelitanum iam olim concinnatum, admodum vtiliter, & ad maiorem veritatis indagationem in lucem emittetur. Actum X. Aprilis 1612. Antuerpiæ.

Laur. Beyerlinck S. Theol. Licent.
Canonicus & Censor
Antuerpiens.

IOAN. TRITHEMIVS ABBAS SPANHEMENSIS

IN CATALOGO SCRIPTORVM ILLVSTRIVM ECCLESIÆ.

IOHANNES *Gerbrandi de Leydis*, ordinis fratrum B. Mariæ semper Virginis de monte Carmeli, conuentus Harlemensis Prior, vir valde studiosus & eruditus, ingenio præstans, sermone scholasticus, declamator sermonum popularium præclarus, fertur insignem *De ordine suo scripsisse historiam* libb. 10. *Sermones* quoque de Tempore, & de Sanctis non abiiciendos, & alia complura nobis incognita. Vixit in conuentu suo Harlemensi, sub Maximiliano Imperatore, anno Domini, quo hæc scribimus, M.CCCCXCV. Indictione XIII. Scripsit & *Chronicon de Comitibus Hollandiæ & Zelandiæ libris* XXXII. quos iam damus. Item *Historiam Abbatum Egmondanorum*, sodalium Benedictinorum in Hollandia, quam vidimus. Quærunt vero Carmelitani sodales, *sui ordinis Ecclesiasticam Historiam*, si forte appareat.

INDEX CAPITVM CHRONICI IOAN. A LEIDIS, LIB. I. DE HOLLANDIÆ STATV, PAGANORVM TEMPORIBVS VSQVE AD ADVENtum S. Willebrordi in Belgium.

CAP. I. De Hollandiæ situ, descriptione, etymologia, & ciuitatib. eius principaliorib. 1

Cap. II. De Antonio fundatore ciuitatis Traiectensis. 2

Cap. III. De castro Wittenburch. 2

Cap. IV. De martyrio Cuneræ virginis. 3

Cap. V. De inuentione eiusdem virginis. 4

Cap. VI. De eiusdem translatione. 4

Cap. VII. De initio regni Francorum. 5

Cap. VIII. De victoria Valentiniani Imperatoris contra Wiltos & Saxones inferiores. 5

Cap. IX. De Frisonibus Angliam obtinentibus. 6

Cap. X. De fundatione castri Leydensis. 7

Cap. XI. De fundatione oppidi Harlemensis. 8

Cap. XII. De rege Arindalio cognomento Ezeloer. 8

Cap. XIII. De Arturo rege, & Insulis Fortunæ. 9

Cap. XIV. De Gigante suscitato à S. Magutho, & de Missa celebrata. 9

Cap. XV. De conuersione regis & regni Francorum. 10

Cap. XVI. De victoria Lotharii regis contra Frisones. 11

Cap. XVII. De initio Brabantiæ ducatus. 11

Cap. XVIII. De Traiecto. 12

Cap. XIX. De prima fundatione Ecclesiæ Traiectensis. 12

Cap. XX. De morte Dagoberti regis, & de aliquibus ei succedentibus. 12

Cap. XXI. De Pippino de Harstel. 13

Cap. XXII. De prima inhabitatione Westfrisiæ. 14

LIB. II.

DE S. VVILLEBRORDO ARCHIepiscopo Traiectensi.

CAP. I. De conuersione Gentis Anglicanæ. 14

Cap. II. De ortu S. Willibrordi. 16

Cap. III. De bona indole S. Willibrordi. 16

Cap. IV. De S. Egberti desiderio ad Germaniam, prædicationis gratia. 17

Cap. V. De missione S. Wigberti ad Germaniam. 18

Cap. VI. De missione sancti Willibrordi ad Germaniam, prædicationis gratia. 18

Cap. VII. De aduentu S. Willibrordi ad Pippinum de Harstel. 19

Cap. VIII. De martyrio duorum Evvaldorum. 19

Cap. IX. De victoria Pippini aduersus Radbodum Regem Frisiæ, & quibusdam eius gestis. 20

Cap. X. De peregrinatione beati Willibrordi ad Romanam curiam. 21

Cap. XI. De oratorio sanctæ Crucis, & primo fonte in Traiecto. 21

Cap. XII. De S. Suuitberto Episcopo. 22

Cap. XIII. De ordinatione S. VVillibrordi in Episcopum. 22

Cap. XIV. De euulsione arborum nemoris sine venia, & prædicatione S. VVillibrordi in Frisia. 23

Cap. XV. De itinere S. VVillibrordi ad Dacos, & gestis in reditu. 24

Cap. XVI. De S. Confessoribus, VVirone, Plechelmo & Othero. 25

Cap. XVII. De Karolo Martello, & quibusdam Francorum gestis. 26

Cap. XVIII. De cathedrali sede, & Ecclesia Traiectensis Diœcesis. 27

Cap. XIX.

Cap. xiv. De donatione Caroli Martelli [illegible] Traiecto & Fethna, sub V Villibrordo Archiepiscopo. 27
Cap. xv. De donatione Caroli de Marithayme sub eodem S. V Villibrordo Archiepiscopo. 28
Cap. xvi. De V Vlframo Senonensi Episcopo. 28
Cap. xvii. De seductione Radbodi Regis Frisonum per Diabolum facta. 29
Cap. xviii. De prædicatione S. V Villibrordi in Frisia & Hollandia. 30
Cap. xviv. De idolo in V Valachria nunc Zelandia confracto. 30
Cap. xv. De diuite sibi contradicente, eo, quod segetem eius intrauerat. 31
Cap. xvi. De puteo eiusdem S. præsulis in Heyligerloe. 31
Cap. xvii. De duodecim mendicantibus ex sua flasconi potantibus. 31
Cap. xviii. De vase inundante per immissionem baculi viri Dei. 32
Cap. xix. De quadraginta viris, quos ex quatuor modicis flasconib, satiauit. 32
Cap. xx. De quodam Frisone viro Dei exprobrante, sed castigato ad pœnitentiam. 33
Cap. xxi. De peste fugata ex monasterio puellarum. 33
Cap. xxii. De illusione dæmonis ex quadam domo fugata. 33
Cap. xxiii. De spiritu Prophetiæ, quo repletus fuit. 34
Cap. xxiv. De obitu beati viri sæpe dicti. 34
Cap. xxv. De sepultura eiusdem. 34
Cap. xxvi. De discipulo eius, qui vidit animam eius in cælum ferri. 35
Cap. xxvii. De paralytica ad sepulchrũ eius sanata. 35
Cap. xxviii. De adolescente sanato. 35
Cap. xxix. De diacono furante, 36
Cap. xi. De quibusdam discipulis beati viri prædicti. 36
Cap. xli. De S. Athalberto, primo Archidiacono Traiectensis Ecclesiæ. 37
Cap. xlii. De S. V Verenfrido. 37

LIB. III.

DE S. BONIFACIO.

CAp. i. De aduentu V Vinfridi ad Germaniam, & quod adhæsit S. V Villibrordo. 38
Cap. ii. De conuersione multorum Germanorum per eundem, & quod postulatus & consecratus est Maguntinæ sedis Archiepiscopus. 39
Cap. iii. De Lioba virgine, quam S. Bonifacius de Anglia accersiuit. 40
Cap. iv. De bellis & obitu Caroli Martelli. 41
Cap. v. De Pipino Nano, & coronatione eiusdem. 41
Cap. vi. De S. Burchardo V Virsburgensi Episcopo. 42
Cap. vii. De informatione à Romano Pontifice facta Beato Bonifacio dẽ eo, quod excommunicatis non communicat, qui eis animo non consentit. 43
Cap. viii. De authoritate, quam S. Bonifacius accepit eligendi sibi coadiutorem & successorem in sede episcopali. 44
Cap. ix. De S. Lullo, cui B. Bonifacius resignauit Pontificatum Maguntinensem. 45
Cap. x. De susceptione oneris Pontificatus Traiectensis à S. Bonifacio. 46
Cap. xi. De epistola B. Bonifacii ad Regem Anglorum missa. 46
Cap. xii. De traditione & confirmatione Pipini Regis, de mancipiis & theloniis sub Bonifacio Archiepiscopo. 47
Cap. xiii. De regali præcepto Pipini Regis sub S. Bonifacio, de rebus Ecclesiæ S. Martini. 47
Cap. xiv. De controuersia quadam inter Colonienſem & Traiectensem Pontifices pro Mettropolitanatu. 48
Cap. xv. De prædicatione B. Bonifacij in Frisia. 49
Cap. XVI. De martyrio S. Bonifacii, & sociorum eius. 49
Cap. XVII. De vltione diuina in occisores Sanctorum. 50
Cap. XVIII. De translatione corporum sanctorum Martyrum. 50
Cap. XIX. De laudibus S. Bonifacii Martyris. 51

LIB. IV.

DE EPISCOPIS TRAIECTENSIBVS.

CAp. I. De exordio S. Gregorii Episcopi Traiectensis. 52
Cap. II. De amissione pontificalis infulæ. 53
Cap. III. De regno Caroli Magni. 53
Cap. IV. De cõfirmatione priuilegiorum Ecclesiæ Traiectensis per Carolum Magnum. 54
Cap. V. De Foresteriis Flandriæ. 54
Cap. VI. De bona indole S. Lurgheri. 55
Cap. VII. De S. Willehaldo postmodum Bremensi Episcopo. 56
Cap. VIII. De S. Lebuino. 56
Cap. IX. De obitu S. Lebuini. 58
Cap. X. De obitu B. Gregorii, Episcopi Traiectensis. 58
Cap. XI. De Amico & Amelio militibus Caroli Magni, & quod idem Carolus obtinuit Regnum Lombardicum. 59

Cap.xii. De exordiis Comitatuum Cliuiæ & Teysterbandiæ ac Dominorum de Hoesden, Altena & de Baren. 62
Cap.xiii. De Adelbrico Episcopo Traiectensi quarto. 63
Cap. xiv. De donatione facta Ecclesiæ Traiectensi sub Adelbrico Episcopo per Carolum Magnum. 63
Cap.xv. De Imperio Caroli Magni. 64
Cap. xvi. De inuentione corporis S. Lebuini. 64
Cap.xvii. De B. Lutghero, & qualiter factus sit Monasteriensis Episcopus. 65
Cap.xviii. De religiosa vita & obitu B. Adelbrici Episcopi Traiectensis. 66
Cap. xix. De filio cuiusdam Principis in Burgundia rapto ad gaudia Paradisi. 66
Cap. xx. De B. Theodardo, quinto Episcopo Traiectensi. 67
Cap.xxi. De B. Harmakaro, sexto Pontifice Traiectensi. 68
Cap.xxii. De prælis Caroli Magni contra Aygolādū, & nece eiusd. Aygolādi. 68
Cap.xxiii. De Farracuto gigante, & qualiter Carolus Cordubam cepit. 70
Cap. xxiv. De proditione Gaualonis, & ruina nostrorum in Roncioualle. 71
Cap. xxv. De B. Ritfrido præsule Traiectensi septimo. 73
Cap.xxvi. De obitu Caroli Magni, & Ludouico Pio, filio eius. 73
Cap.xxvii. De donatione facta Ecclesiæ Traiectensi à Ludouico Pio, & de obitu B. Ritfridi Episcopi. 73

LIB. V.

DE QVATVOR EPISCOPIS TRAIECTENSIBVS, Friderico, Alfrico, Lutghero atque Hungero.

Cap. i. De bona indole S. Frederici octaui Episcopi. 74
Cap. ii. De electione & consecratione B. Frederici. 75
Cap. iii. De admonitione facta Ludouvico Imperatori per S. Fredericum præsulem. 75
Cap. iv. De inthronizatione eiusdem S. Pontificis. 76
Cap. v. De prædicatione eiusdem in VValachria. 76
Cap. vi. De bona indole B. Odulphi. & aduentu eius in Traiectum. 76
Cap. vii. De Hariolfo rege Danorum, & prædicatione S. Frederici cum B. Onulpho in Frisia. 77
Cap. viii. De donatione Gervvardi de Heese. 77
Cap.ix. De donatione VViberti & filii eius VValberti de Oesterbeeke. 78
Cap.x. De reditu beati Odulphi ad Traiectum, & de ei⁹ Spiritu prophetico. 78
Cap. xi. De recidiuatione Ludouici Cæsaris. 79
Cap. xii. De martyrio B. Frederici Episcopi. 80
Cap.xiii. De morte & sepultura eiusdē. 81
Cap. xiv. De quodam miraculo eiusdem Sancti. 81
Cap. xv. De vindicta mortis S. Martyris præfati, & obitu Ludovvici Imp. 82
Cap.xvi. De electione B. Alfrici, Episcopi Traiectensis. 82
Cap. xvii. De exustione cellæ B. Odulphi. 82
Cap.xviii. De obitu eiusdem sancti Confessoris. 83
Cap. xix. De conditionali donatione facta Ecclesiæ Traiectensi per Rotharium Comitem. 83
Cap. xx. De diuisione regnorum inter filios Ludovvici Imperatoris. 84
Cap.xxi. De laudabili conuersatione & obitu B. Alfrici Episcopi. 84
Cap. xxii. De electione B. Lutgheri, Episcopi Traiectensis decimi. 84
Cap.xxiii. De pugna inter Christianos & Saracenos. 84
Cap.xxiv. De bona indole B. Ieronis Martyris. 85
Cap. xxv. De incursione Danorū & martyrio S. VValfridi & Rahthfridi filii eius. 85
Cap. xxvi. De cōditionali donatione facta Eccl. Traiectensi p Baldricum. 86
Cap. xxvii. De obitu S. Lutgheri Antistitis. 87
Cap. xxviii. De electione beati Hūgheri, Episcopi Traiectensis vndecimi. 87
Cap. xxix. De confirmatione priuilegiorum per Ludovvicum Regem Germaniæ iub eodem antistite. 87
Cap. xxx. De maxima tempestate aeris, & obstructione Rheni fluminis in Chatveyck, prope Leyden. 88
Cap. xxxi. De Lothario Imperatore, qui sacram religionem assumpsit. 88
Cap. xxxii. De vastatione totius Traiectensis Diœcesis per Danos. 89
Cap.xxxiii. De martyrio B. Ieronis. 89
Cap. xxxiv. De vastatione totius Hollandiæ. 90
Cap.xxxv. De Baldevvino secundo domino de Hoesden. 90
Cap.xxxvi. De tyrannide Danorum. 92

LIB. VI.

DE COMITIBVS HOLLANDIA.

Cap. i. De primo Comite Hollandiæ, & eius genealogia. 93
Cap. ii. De introductione primi Comitis Hollandiæ Theodorici. 93
Cap. iii. De expulsione & introductione eius-

eiusdem Comitis. 94
Cap. iv. De bulla donationis Comitatus Hollandiæ. 94
Cap. V. De bulla donationis de Forrestio in Walsda, quæ Zelandia. 95
Cap. vi. De clypeo & vxore primi comitis Hollandiæ. 95
Cap. vii. De Walghero fratre eiusdem comitis, & Ecclesia in Tyela. 96
Cap. viii. De exordio comitatus Flandriæ. 96
Cap. ix. De obitu Hungeri Episcopi. 97
Cap. x. De substitutione S. Odilbaldi, Episcopi Traiectensis duodecimi. 97
Cap. xi. De impetio & successione Caroli Calui. 98
Cap. xii. De pace facta inter Danos & Christianos. 98
Cap. xiii. De fundatione monasterij ligneitanctimonialium in Egmonda. 98
Cap. xiv. De mētione corporis Athalberti in Egmunda. 99
Cap. xv. De quodam miraculo eiusdem sancti in comitem Hollandiæ. 99
Cap. xvi. De obitu S. Odilbaldi Prefules. 99
Cap. xvii. De S. Egilboldo, decimotertio Episcopo Traiectensi. 99
Cap. xviii. De obitu Theodorici, primi comitis Hollandiæ. 100

LIB. VII.

De secundo comite Hollandiæ, & tribus Episcopis Traiectensibus, Radbodo, Baldrico, & Voelmaro.

Cap. i. De Theodorico, secundo Hollandiæ comite. 100
Cap. ii. De duplici Theodorici, secundi comitis, aduersus Frisones. 100
Cap. iii. De restauratione monasterij ex lapidibus in Egmunda & amonatione sanctimonialium. 101
Cap. iv. De duobus miraculis beati Athalberti in proles Theodorici comitis. 102
Cap. v. De donatione facta monasterio Egmundensi per Theodoricum, secundum Hollandiæ comitem. 102
Cap. vi. De terminatione Imperialis dignitatis, quantum ad posteritatem Caroli Magni. 102
Cap. vii. De consecratione S. Radbodi, Episcopi Traiectensis decimiquarti. 103
Cap. viii. De duobus miraculis eiusdē sancti. 103
Cap. ix. De spiritu prophetico eiusdem, & apparitione Dominæ nostræ. 104
Cap. x. De confirmatione omnium priuilegiorum Ecclesiæ Traiectensis per Conrardum regem. 104
Cap. xi. De obitu S. Rathbodi Episcopi. 104
Cap. xii. De substitutione S. Baldrici Episcopi quindecimi. 105
Cap. xiii. De quatuor dominis de Hueſdem. 105
Cap. xiv. De Ludovico & Lothario regibus Franciæ, & terminatione regalis dignitatis in posteritatem Caroli Magni. 105
Cap. xv. De processu aliquorum comitum Flandriæ. 106
Cap. xvi. De reparatione ciuitatis Traiectensis per Baldricum Episcopum. 106
Cap. xvii. De præcepto regali, de moneta in Traiecto Ottonis primi sub Baldrico Episcopo. 106
Cap. xviii. De priuilegio Ecclesiæ Traiectensis concesso per Baldricum Episcopum. 107
Cap. xix. De traditione Ottonis de Tyela sub Baldrico Episcopo. 107
Cap. xx. De bina apparitione S. Ieronis martyris, facta Nothbodoni religioso viro. 108
Cap. xxi. De inuentione corporis S. Ieronis martyris. 109
Cap. xxii. De translatione corporis eiusdem martyris. 109
Cap. xxiii. De inuentione capitis eiusdem S. martyris. 110
Cap. xxiv. de quodam miraculo eiusdem S. martyris. 110
Cap. xxv. De S. Volcmaro decimosexto Episcopo. 110
Cap. xxvi. De donatione Ottonis regis facta Theodorico II. comiti Hollandiæ, de bonis inter duo flumina. Liera & Hissa, & inter Medemlacha & Chimmelozara, Gemarchi, Duta, situatis, necnon de comitatibus Masalant, Kinchem & Texla nuncupatis. 110
Cap. xxvii. De initiis dominorum de Lederdam & de Arkel, & aliis dominiis, & eis succedentibus. 111
Cap. xxviii. De obitu Theodorici secundi comitis Hollandiæ. 112

LIB. VIII.

De Arnolpho, tertio Hollandiæ comite, necnon Balduruno Episcopo.

Cap. i. De Arnolpho, tertio comite Hollandiæ. 112
Cap. ii. De Egberto Archiepiscopo Treuirensi. 112
Cap. iii. De Syphrido, primo domino de Brederoeden. 113
Cap. iv. De bonis donatis monasterio Egmundensi per Arnolphum comitem & suam conthoralem. 114
Cap. v. De obitu Volcmari Episcopi, & successione Balduini Episcopi Traiectensis. 114

Cap. vi. De occisione Arnulphi comitis Hollandiæ. 115

LIB. IX.

De rebus gestis sub regimine Theodrici, quarti Hollandiæ Comitis.

CAP. i. De Theodrico comite Hollandiæ quarto. 115
Cap. ii. De Aufrido Ponrifice Traiectensi. 115
Cap. iii. De institutione, cuius rigore Imperium Romanum remanet perpetue apud electionem Principum Germanorum. 116
Cap. iv. De donatione facta Ecclesiæ Traiectensi ab Ottone tertio Imperatore. 116
Cap. v. de donatione Heinrici Imperatoris facta Ecclesia Traiectensi de Bomela & Archo & districtu Teysterbant. 117
Cap. vi. de processu ducatus Brabantiæ, & descriptione Lotharingiæ. 117
Cap. vii. de obitu Aufridi, & ordinatione Adelboldi Episcopi Traiectensis. 118
Cap. iix. de primario bello inter Episcopum Traiectensem, & comitem Hollandiæ. 118
Cap. ix. de bello Theodrici comitis Hollandię aduersus Frisones. 119
Cap. x. de maioribus vasallis Ecclesiæ Traiectensis. 120
Cap. xi. de consummatione Ecclesiæ Traiectensis, & donatione comitatus Therentoniæ eidem Ecclesiæ per Henricum Imperatorem. 121
Cap. xii. de donatione comitatus Teysterbandiæ prædictæ Ecclesiæ per Conradũ Imperatorem. 121
Cap. xiii. de obitu Adelboldi Episcopi Traiectensis. 121
Ca. xiv. de ordinatione Bernoldi Episcopi Traiectensis vicesimi. 122
Cap. xv. de obitu Syfridi, primi domini de Brederoedẽ. 122
Cap. xvi. de obitu Theodrici comitis Hollandiæ quarti. 122

LIB. X.

De rebus gestis sub regimine Theodrici quarti, quinti comitis Hollandiæ.

Cap. i. de Theodrico IV. qui fuit quintus comes Hollandiæ. 123
Cap. ii. de Godefrido duce Lotharingiæ, & de suis sequacibus. 123
Cap. iii. de donatione Dauentriæ & comitatuum Amelandiæ & Theutoniæ, Ecclesiæ Traiectensi per Henricum Imperatorem. 123
Cap. iv. de receptione bonorum Adolphi militis in Theutonia. 124
Cap. v. de homicidio perpetrato in tirocinio Leodiensi per Theodricum comitem Hollandiæ. 124
Cap. vi. de bello in Dordraco. 125
Cap. vii. de interfectione eiusdem Theodrici comitis. 125

LIB. XI.

De rebus gestis sub regimine Florentii primi, sexti comitis Hollandiæ.

Cap. i. de Florentio comite Hollandiæ sexto. 125
Cap. ii. de collegiis fundatis in Traiecto per Bernoldum Pontificem. 126
Cap. iii. de obitu eiusdem Pontificis, & ordinatione Wilhelmi, vicesimi primi Episcopi. 126
cap. iv. de initio comitatus Ghelriæ. 126
cap. v. de Baldewino de Ryfele comite Flandriæ, & suis filiis. 127
cap. vi. de victoria Florentii comitis Hollãdiæ aduersus suos inimicos in Suytholandia. 128
cap. vii. de secunda victoria eiusdem comitis. 128
cap. iix. de occisione eiusdem comitis. 129

LIB. XII.

De rebus gestis tempore tutelæ Gertrudis Comitissæ Hollandiæ.

Cap. i. De Gertrude Comitissa Hollandiæ. 129.
Cap. ii. De conuentione Wilhelmi Episcopi Traiectensis, & Regniberti Epternacensis Abbatis de Ecclesiis & capellis. 129
Cap. iii. De miraculo cuiusdam militis occisi in torneamento prope Bruexellam. 130.
Cap. iv. De matrimonio Gheertrudis Comitissæ Hollandiæ. 130
Cap. v. De prolibus, quas genuit Gheertrudis Roberto Frisoni. 131

LIB. XIII.

De rebus gestis Roberti Frisonis.

Cap. i. Robertus quare dictus Friso, & de electione eius ad gubernationem Holland. 131
cap. ii. de præliis Roberti tutoris Hollandiæ contra paganos. 131
cap. iii. de impetratione comitatus Hollãdiæ ad Ecclesiam Traiectensem. 132
cap. iv. de vocatione Roberti, vt fieret tutor Flandriæ, & de crudelitate Rikelandiæ. 132
cap v. de expulsione Roberti cum vxore & prinignis ab Hollandia. 133
Cap. vi. De victoria Roberti Frisonis contra Kikelandam. 133
cap. vii. de victoria Roberti aduersus regẽ Frandriæ. 134

LIB. XIV.

De rebus gestis tempore, quo Godefridus Gibbosus Hollandiam gubernauit

Cap. i. de Godefrido Gibbosso, duce Lothar.

tharingiæ. 135
cap.II. de subiectione terræ Frisiæ. 135
cap. III. de fundatione oppidi Delfensis. 135
cap. IV. de occisione Godefridi ducis Lotharingiæ. 136
cap. V. de obitu wilhelmi Episcopi Traiectensis, & de Conrardo Episcopo, cius successore, vigesimo secundo. 136

LIB. XV.

De rebus gestis tempore, quo Theodoricus V. septimus Hollandiæ comes, Hollandiæ præfuit.

Ca.I. de Theodorico comite Hollādiæ VII. 137
cap.II. de subiectione Frisiæ. 137
cap. III. de parentela Theodorici comitis. 138
cap. IV. de renouatione & confirmatione donationis monasterii Egmondensis. 138
cap. V. de donatione comitatuum Oesterghoe Ecclesiæ Traiectensi. 140
cap. VI. de obitu Roberti Frisonis. 141
cap. VII. de fundatione collegii S. Mariæ in Traiecto, & interfectione Conradi Pontificis, & ordinatione Burchardi, XXIII. Episcopi. 141
cap. IIX. de obitu Theodorici comitis, & nobilibus Hollandiæ illius temporis. 141
cap. IX. de expugnatione terræ S. & ciuitate Ierusalem. 141

LIB. XVI.

De rebus gestis tempore, quo comes Florentius Crassus Hollandiam rexit.

Cap. I. de Florētio Crasso comite Holland. 144
cap. II. de processu ducatus Lotharingiæ. 145
cap. III. de donatione facta monasterio Egmondensi per Florentium comitem. 145
cap. IV. de processu comitatus Flandriæ. 146
cap. V. de obitu Burchardi Episcopi Traiectēsi & substitutione Godevvaldi, XXIV. episcopi. 147
cap. VI. de Ecclesia in Medenblick donata Canonicis in Ecclesia S. Martini in Traiecto. 147
cap. VII. de initio Comitatuum de Marcha, & de Monte. 147
cap. IIX. de fundatione monasterii Oistbroick, & de renouatione monasterii regularium in Middelburch. 148
cap. IX. de seditione orta in ciuitate Traiectensi. 148
cap. X. de impetratione pontificalis infulæ pro Episcopis Traiectensibus. 148
cap. XI. de obitu Florentii comitis Hollandiæ. 149
cap. XII. de obsidione castri Schulenborch. 149

LIB. XVII.

De rebus gestis sub Theodorico sexto, nono Hollandiæ comite, & trium Episcoporum Traiectensium, Andreæ, Herberti & Hermanni.

Cap. I. De Theodorico comite Hollandiæ nono. 150
Cap. II. De Lothario & donatione comitatus Oostergoe & Westergoe comitibus Hollandiæ. 150
Cap. III. De Andrea Episcopo Traiectensi vigesimoquinto, & fundatore monasterii Marienvvert. 151
Cap. IV. De reformatione monasterii Egmondensis, & Gvvaltero Abbate. 151
Cap. V. De fundatione monasterii Reynburgensis, & de obitu Petronellæ comitissæ. 152
Cap. VI. De Berwoldo, primo aduocato monasterii Egmondensis, à quo descenderunt milites de Egmunda. 152
Cap. VII. De rebellatione Frisonum, & eorū subiectione. 152
Cap. VIII. De rebellatione Florentii Nigri contra suum fratrem Theodoricum comitem Hollandiæ. 153
Cap. IX. De occisione eiusdem Florentii. 153
Cap. X. De vltione eiusdem mortis Florentii Nigri. 153
Cap. XI. De obitu Andreæ Pontificis, & amotione quorūdā presbyterorum Staurensium. 154
Cap. XII. De Hereberto, vicesimo sexto Pōtifice, & tumultuatione oppidanorum in Groninga. 154
Cap. XIII. De captione Ottonis comitis Palatini, 154
Cap. XIV. De obsidione ciuitatis Traiectensis per Theodoricum comitem Hollandiæ, 155
Cap. XV. De occisione Ottonis comitis. 155
Cap. XVI. De exemptionis priuilegio monasteriorum Egmondensium & Reysburgensium. 155
Cap. XVII. De executione præscripti priuilegii. 156
Cap. XVIII. De incēdio ciuitatis Traiectensis, & obitu Hereberti pontificis. 156
Cap. XIX. De Hermanno, Episcopo Traiectensi vicesimo septimo. 157
Cap. XX. De circulo Lunam ambiente. 157
Cap. XXI. De bello Frisonum cum Hollandis. 157
Cap. XXII. De Godefrido, Episcopo vicesimo octauo. 157
Cap. XXIII. De obitu Theodorici comitis Hollandiæ, & maioribus nobilibus eiusdem temporis. 158
Cap. XXIV. De Sophia comitissa Hollandiæ, & obitu eiusdem. 158

LIB. XVIII.

De rebus gestis tempore, quo Florentius tertius Hollandiam rexit.

Cap. I. De Florentio comite Hollandiæ. 159
Cap. II. De tumultu præfecturæ Groningæ. 159
Cap. III. De contentione inter Godefricum Episcopum, & Florentium comitē Hollandiæ de Dominio Frisiæ. 159
Cap. IV. De aduentu trium magorum sanctorum ad Coloniam. 161
Cap. V. De rebellione Frisonum. 161
Cap. VI. De processu comitatus Flandriæ. 162
Cap. VII. de subiectione Frisiæ, & bello in Schaghen. 162
Cap. VIII. De duplici inundatione maris. & incendio ciuitatis Traiectensis. 163
Cap. IX. De discordia inter conuentum Egmondanum & Dodonem aduocatum. 163
Cap. X. De bello inter Florentium comitem Hollandiç, & Philippum comitem Flandriæ, & captione eiusdem Florentiæ. 164
Cap. XI. De recuperatione walachriæ, & initio oppidi de Dam. 164
Cap. XII. De obitu Godefridi Episcopi, & castris ab eodem ædificatis. 165
Cap. XIII. De Balduino Episcopo vicesimo nono & contentione pro dominio Veluæ. 165
Cap. XIV. De peregrinatione Florentię Hollandiæ, ac Philippi Flandriæ comitum ac aliorum Principum versus Terram sanctam. 166
Cap. XV. De baptizatione regis Slauoniæ & Cypri. 166
Cap. XVI. De visitatione sepulchri Domini & aliorum sanctorum locorum. 166
Cap. XVII. De occisione Nobilitri bastardi Nobilionis regis Abilenę prædictos principes impugnantis. 167
Cap. XIIX. De victoria principum Christianorum aduersus reges præfatos. 168
Cap. XIX. De reditu præfatorum principum ad terram propriam. 168
Cap. XX. De expeditione Christianorum in Saracenos, & scuto oppidi Haerlemensis. 169
Cap. XXI. De morte Imperatoris & comitum Flandriæ & Hollandiæ. 169

LIB. XIX.

De rebus gestis sub regimine Theodorici septimi, Comitis Hollandiæ vndecimi.

Cap. I. De Theodorico comite Hollandiæ vndecimo. 170
Cap. II. De duplici pugna eiusdem comitis Theodorici. 170
Cap. III. De pace facta inter præfatos fratres Hollandenses. 171
Cap. IV. De compositione, quam fecit Henricus Imperator inter Ducem Lotharingiæ, & Episcopum Traiectensem super comitatu Veluæ. 171
Cap. V. de rebellione Theutonicę plebis. 172
Cap. VI. de rebellione adhuc Trētoniorum & obitu Balduini Episcopi. 173
Cap. VII. de electione duorum pontificum Traiectensium. 173
Cap. VIII. de victoriis Theodorici comitis Hollandiæ. 174
Cap. IX. de quibusdam gestis Wilhelmi comitis Orientalis Frisiæ, & eius matrimonio. 174
Cap. X. de cōfirmatione duorum electorum prædictorum. 174
Cap. XI. de Theodorico Episcopo Traiectensi XXXII. & eius captione in Frisia. 175
Cap. XII. de bellis inter comites Hollandiæ & Gheldriæ ex vna parte, & episcopū Traiectēsem & ducē Lotharing. ex altera. 175
Cap. XIII. de obitu Theodorici comitis, & nobilibus ciusdem temporis. 176

LIB. XX.

De rebus gestis vnius anni, quo Ida comitissa sub marito Hollandiam gubernare conabatur.

Cap. I. de Ada comitissa Hollandiæ. 176
Cap. II. de aduentu Wilhelmi comitis Orientalis Frisiæ ad Hollandiam. 177
Cap. III. de victoriis Theodorici Episcopi Traiectensis & Ludouici comitis Lossensis aduersus Hollandienses. 177
Cap. IV. de fugatione Ludouici comitis Lossensis de Hollandia. 178

LIB. XXI.

De rebus gestis sub regimine VVilhelmi primi, XII. Hollandiæ Comitis.

Cap. I. de wilhelmo comite Holland. XII. 179
Cap. II. de destructione munitionis Folperti de Asperen, & combustione oppidi Dordracensis, ac pace firma inter Episcopum Traiectensem, & comitē Hollandiæ. 179
Cap. III. de conatu wilhelmi comitis ad obtinendum regnum Scotiæ. 180
Cap. IV. De obitu Theodorici Episcopi, & exordio ordinis mendicantium. 180
Cap. V. de Euervvach dispensatore Theodorici pontificis. 180
Cap. VI. de vno alio quodam modo simili. 181
Cap. VII. de miraculo reliquiarū B. Catharinæ virginis in Hollandia. 182
Cap. VIII. de Otthone Episcopo Traiectensi XXXIII. 183
Cap. IX. de Otthone II. Episcopo Traiectensi XXXIV. 183
Cap. X. de infeudatione wilhelmi de Egmōda militis. 183
Cap. XI. de controuersia inter eundem Lubbertum Abbatem & Wilhelmum præfatum. 184

cap. XII. de forma compositionis inter eosdem. 185
cap. XIII. de militibus Balduino & Waltero, ac obitu Aleydis Comitissæ Hollandiæ. 186.
cap. XIV. de secunda vxore Wilhelmi Comitis, & obitu eiusdem Comitis. 187

LIB. XXII.

De rebus gestis sub regimine Florentii quarti, decimitertii Hollandiæ Comitis.

Cap. I. De Florentio quarto, Comite Hollandiæ decimotertio. 187
cap. II. de guerra inter Otthonem Episcopũ Traiectensem, & Comitem Ghelriæ. 188
cap. III. de quibusdam euentibus Franciæ & Flandriæ. 188
cap. IV. de rebellione Rudolphi Castellani Koeuoerdiæ, & occisione Otthonis. 189
cap. V. de Wilbrando Episcopo Traiectensi tricesimo quinto. 189
cap. VI. de vltione mortis Episcopi Otthonis. 190
cap. VII de S. Ludouico Rege Franciæ, & eius progenie. 190
ca. VIII. de traditoria acquisitione castri Koeuoerdiensis per Rodolphum. 190
cap. IX. de iustitia facta Rodolpho. 191
cap. X. de rebellione Trentonum adhuc. 191
cap. XI. de exordio oppidi Gorichem. 191
cap. XII. de obitu Wilbrandi Episcopi, & de Monte Paturum. 192
cap. XIII de Otthone Episcopo trigesimo sexto. 192
cap. XIV. de perfidia Stadensium, & eorum destructione. 192
cap. XV. de progenie Wilhelmi de Egmonda. 193
cap. XVI. de nece Florentii Comitis Hollandiæ. 194
cap. XVII. de imagine B. Mariæ virginis in Arena Comitis, & de Ducibus Brabantiæ. 194
cap. XVIII. De nobilibus istius temporis. 195

LIB. XXIII.

De rebus gestis tempore, quo Vilhelmus, Rex Romanorum, Hollandiam, vt Comes, rexit; & nonnullorum pontificum Traiectensium.

Cap. I. De Wilhelmo decimoquarto Hollandiæ Comite. 195
Cap. II. De Margareta Comitissa Flandriæ. 196
Cap. III. De S. Ludouico Rege Franciæ, & fundatione monasterii fratrum Mariæ virginis in Haerlem. 196
Cap. IV. De electione Lantgrauii Thuringiæ in Regem Romanorum. 197
Cap. V. De electione Wilhelmi Comitis Hollandiæ in Regem Romanorum. 197
Cap. VI. De ordine militari, in quo wilhelmus, electus Cæsar, professionem. 197
Cap. VII. De gaudio Domini Apostolici concepto ex eadem electione. 198
Cap. VIII. De expugnatione ciuitatis Aquensis. 199
Cap. IX. De coronatione eiusdem Regis Wilhelmi. 199
cap. X. de visitatione Ecclesiæ Leodiensis, & infeudatione castri Neomaghensis, facta Comitis Gelriæ per eundem Regem. 200
cap. XI. de expugnatione castri Keyserswerdt. 201
cap. XII. de mirabilibus Alberti Magni. 201
cap. XIII. de priuilegio concesso Traiectensibus per eundem Regem. 202
cap. XIV. de Henrico I. Duce Brabantiæ. 202
cap. XV. de fundatione Curiæ Hagensis. 203
cap. XVI. de tractatu generalis pacis Almaniæ superioris. 203
cap. XVII. de subiectione & captiuitate Comitis de Ghore. 204
cap. XVIII. de obitu Ottonis Episcopi, & electione Gosuini de Aemstel. 204
cap. XIX. de Henrico Episcopo & quibusdam gestis in Egmondam. 204
cap. XX. de priuilegio Abbatis Egmondensis super concessione ornamentorum pontificalium. 205
cap. XXI. de victoria Henrici Episcopi Traiectensis contra dominos de Aemstel & Woerden. 205
cap. XXII. de victoria eiusdem pontificis contra Ghelrenses. 207
cap. XXIII. de victoria serenissimi Regis Romanorum, Wilhelmi, contra Margueretam Nigram, Flandriæ Comitissam. 207
cap. XXIV. de viro occiso, qui contra voluntatem propriam ad bellum venerat. 208
cap. XXV. de machinatione Comitis Andegauensis aduersus Wilhelmum Regem. 208
cap. XXVI. de pacis compositione inter Regem prædictum & Margueretam Nigram, Comitissam, & de filiis Ioannis de Arienesse, ac Guidonis de Dampier, Comitis Flandriæ. 209
cap. XXVII. de aduentu Wilhelmi Regis Romanorum ad Dominum Apostolicum in Iannensi. 209
cap. XXVIII. de aduentu Regis in vlteriorem Allemanniam. 210
cap. XXIX. de rebellione Frisonum, & discordia inter wilhelmum Regem & ciuitatem Traiectensem. 210
cap. XXX. de prælijs Regis wilhelmi contra Frisones, & ciusdem cæde. 211
cap. XXXI de fundatione monasterii, quod dicitur campus Regis. 211
ca. XXXII. de nobilibus eiusdem temporis. 211
cap. XXXIII. de Richardo fratre Regis Angliæ, & Alfonso Rege Castiliæ, Romanorum Regibus. 212

LIB. XXIV. *De reb. gestis sub regimine Florentii filii VVilhelmi Regis Romanorum: & de tribus Pontificibus Traiectensibus.*

Cap. 1. De tutoribus iuuenis Florentii Domicelli Hollandiæ 212
cap. 11. de victoria Henrici Episcopi Traiectensis aduersus Iuliacenses. 213
cap. III. de fundatione monasterii in Leyvenhorst. 213
cap. IV. de obitu Henrici Pontificis, & collegio in Steevvick, ac inceptione nouæ fabricæ Ecclesiæ Traiectensis, & de electione Iohannis de Nassavv. 213
ca. V. de malitia Dñi wolperti de Lederdã. 213
cap. VI. de tumultu Kenemarorum, & malis ab eisdem perpetratis. 214
cap. VII. de Raynaldo vltimo Comite Gheliriæ. 216
cap. VIII. de obitu S. Ludouici Regis Franciæ, & eius successoribus. 216
cap. IX. de bello Florentii comitis Hollandiæ contra Frisones. 217
cap. X. de progenie Henrici tertii Regis Angliæ & de Eduardo primo Rege Angliæ. 217
cap. XI. de memorando omnib. seculis miraculoso partu & natiuitate ex vna fœmina trecentorum sexaginta quatuor paruulorum facta in Lansduno. 217
cap. XII. de occisione Comitis Iuliacensis in ciuitate Aquisgrano, & de incendio ciuitatis Traiectensis. 218
cap. XIII. de translatione corporis Wilhelmi Regis Romanorum. 218
cap. XIV. de littera, quæ dicitur vidimus Florentii Comitis pro Wilhelmo de Egmonda. 219
cap. XV. de mappa beatæ Mariæ virginis in Huckelum. 220
cap. XVI. de subiectione Frisiæ occidẽtalis. 220
cap. XVII. de vxore Florentii Comitis Hollandiæ, & eius prolibus. 220
cap. XVIII. de quodam nigromantico, qui se dicebat Fridericum quondam Imper. 221
cap. XIX. de Iohanne de Syrick Episc. Traiectensi XL. & de bellis eiusdem aduersus Dominos de Aemstel & de Woerden. 221
cap. XX. de expugnatione castrorum Vredelant & Montfort. 222
cap. XXI. de bellicosa contentione inter Iohannem Ducem Brabantiæ, & Reynaldum Comitem Gheliriæ pro Ducatu Limburgensi, & de morte eiusdem Iohannis Ducis. 223
cap. XXII. de progenie Rodolphi Imp. Romanorũ, & eius successorib. in Imperio. 224
cap. XXIII. de dominio de Hueslden, quomodo sit factum feudum Hollandiæ. 224
cap. XXIV. de transfretatione Florentii comitis ad Angliam, & de bellis eiusdem contra Flandrenses. 224
cap. XXV. de nobilibus istius temporis. 225
cap. XXVI. de iniuria irrogata Gherardo de Velsen militi à Florentio Comite Hollandiæ. 225
Cap. XXVII. De traditione concepta contra Florentiũ Comitem Hollandiæ. 226
Cap. XXVIII. De captiuitate eiusdem Comitis. 226
Cap. XXIX. De occisione eiusdem Comitis Hollandiæ. 227
Cap. XXX. De vltione mortis eiusdem 227

LIB. XXV. *De rebus gestis sub regimine Domicelli Ioannis Comitis Hollandiæ & de VVilhelmo Episcopo Traiectensi.*

Cap. I. De Iohanne Domicello Hollandiæ, & quis susceperunt tutelam Hollandiæ in eius absentia. 228
Cap. II. De Wilhelmo Episcopo Traiectensi quadragesimo primo, & de priuilegio, quod dedit, ne illegitimi reciperentur in Canonicos Ecclesiæ Traiectensis. 228
Cap. III. De bellis Frisonum, institutu Episcopi Traiectensis contra Hollandenses. 229
Cap. IV. De aduentu Iohannis, Domicelli Hollandiæ, ad paternam hæreditatem. 229
Cap. V. De susceptione regiminis Hollandiæ Comitatus per eundem Ioannẽ Domicellũ Hollandiæ. 230
Cap. VI. De victoria eiusdem Comitis aduersus Frisones, & de sepultura Florentii Comitis. 230
Cap. VII. De victoria Hollandensium contra Frisones Orientales. 230
Cap. VIII. De expugnatione castri Iselsteyn. 231
Cap. IX. De proscriptione Domini de Renisse. 231
Cap. X. De discordia Ioannis Comitis cum Dordracensibus. 231
Cap. XI. De interfectione VVolfardi Domini de Vere, & Alandi Balmi Dordracensis. 232
Cap. XII. De obitu Ioannis Comitis Hollandiæ, & profugatione Ghysberti de Aemstel. 232
Cap. XIII. De Nicolao de Kyeten gigante. 233

LIB. XXVI. *De rebus gestis sub regimine Ioannis Comitis Hannonienſis, & de duobus quibusdam Episcopis Traiectensibus.*

Cap. I. De Ioanne Comite Hannonienſi & Hollandensi. 235
Cap. II. De expulsione Ioannis de Renesse, & eius machinamento cum Rege Romanorum Comitem Hollandiæ. 233
Cap. III. De machinamentis eiusdem Ioannis de Renesse militis adhuc. 234
Cap IV De occisione VVilhelmi Pontificis Traiectensis. 234
Cap. V. De Gvvidone Episcopo XLII. 235
Cap. VI. De signo ostenso in aere, & recessu Ioannis Comitis ad Hannoniam. 235
Cap. VII. De captiuitate Guidonis Comitis Fland. 236
Cap VIII. De bello in Curtraco. 236
Cap. IX. De fortuna Flandrensium aduersus suos hostes in diuersis locis. 237
Cap. X. De prælijs inter Flandrenses, ac de obsidione opidi Zierickzee. 238
Cap. XI. De prælio in Duuelandia. 238
Cap. XII. De secunda obsidione opidi Zirczee, & diuersis bellis. 239
Cap. XIII. De discordia in Traiecto. 239
Ca. XIV. De profugatione Flandrensiũ ab Holland. 239
Cap. XV. De tertia obsidione opidi Zirczee. 240
Cap. XVI. De victoria aduersus Flandrenses ante opidum Zirczee. 241
Ca. XVII. De submotione Ioan. de Renesse militis. 241
Cap. XVIII. De Guidonis Episcopi Traiectensis à Flandria liberatione, acliorum Principum Flandriæ in Fraucia captiuorum dimissione. Et de Roberto de Bethunen, Comite Flandriæ. 242

cap. xix. De submersione Pelegrini domini de Lederdam, & horribili sonitu in antiquo diruto castro Lederda. 242
cap. xx. De obitu Ioannis Comitis Hannoniæ & Hollandiæ, & de nobilibus eiusdē temporis. 243
cap. xxi. De machinationibus Iacobi de Lichtenburch militis aduersus. Traiectenses. 243

LIB. XXVII.

De rebus gestis tempore, quo VVilhelmus Bonus Hollandiam gubernationis: & de nonnullis Episcopis Traiectensibus.

Cap. i. De Wilhelmo Bono Comite Hollandiæ. 244
cap. ii. De Ioanne Comite Blesensi. 244
cap. iii. De secundo Eduvvardo Rege Angliæ, & combustione leprosorum. 244.
cap. iv. De annullatione Templariorum, & fundatione monasterii Hospitaliorum in Harlem. 245
cap. v. De vocatione Gvvidonis Episcopi Traiectensis ad consilium generale, & impugnatione castri Volenhoe. 245
cap. vi. De concordia facta inter Episcopum Traiectensem Guidonem, & Reynaldum Comitem Gelriæ, & Præfectura Veluæ. 246
cap. vii. De tertio Ioanne Duce Brabantiæ. 246.
cap. viii. De intoxicatione Cæsaris Henrici septimi. 247
cap. ix. De electione Ludovvici Ducis Bauarien sis in Imperatorem, & de prolibus eiusdem. 248
cap. x. De duobus Regibus Franciæ, id est, Ludovvico & Philippo Longo. 249
cap xi. De fame & peste pessima. 249
cap. xii. De expugnatione castri Goyæ, & obitu Gvvidonis Episcopi. 250
cap. xiii. De dominis & opidis Amstelre dam & Woerden. 251
cap. xiv. De Frederico Episcopo quadragesimo tertio. 251
cap. xv. De subactione castrensium in Lienden. 252
cap. xvi. De inceptione turris sancti Martini, & castri Montis sancti Gertrudis, ac obitu Philippi Longi Regis Franciæ, & obitu Henrici Domini de Brederoeden. 252
cap. xvii. De inundatione Rheni fluminis, & obitu Frederici Episcopi. 252
cap. xviii. De Iacobo de Osthorn Episcopo quadragesimo quarto. 253
cap. xix. de Ioanne à Dyest, Episcopo quadragesimo quinto. 253
cap. xx. de obitu Roberti de Bethunen, Comitis Flandriæ, & de muliere duplici. 253.
cap. xxi. de muliere Zeelandinâ ad nuptias Regis Franciæ perducta. 253
cap. xxii. de Reynaldo Nigro, Comite Gelriæ. 254
cap. xxiii. de Iudæo, qui imaginem virginis Mariæ vulnerauit. 254
cap. xxiv. de profectione Comitis ad Italiā, pro solemnizatione coronationis Regis Ludovvici generi sui. 254
cap. xxv. de tertio Eduvvardo Rege Angliæ, & Philippo de Valois, Rege Franciæ. 255
cap. xxvi. de bello Regis Franciæ, & comitis Hollandiæ, contra Flandrenses. 256
cap. xxvii. de profectione Wilhelmi Comitis Oestervant in Prussiam aduersus paganos. 256
cap. xxviii. de recuperatione Dominii orientalis Frisiæ. 256
cap. xxix. de coronatione Ludovvici Imperatoris in vrbe Romana. 256
cap. xxx. de rebellione castellani in Hagesteyn. 257
cap. xxxi. de bello Wilhelmi de Duuenvoerd. 257
cap. xxxii. de venditione opidi & dominii de Huesden. 257
cap. xxxiii. de venditione opidi Machlinensis. 258
cap. xxxiv. de iustitia Boni Comitis aduersus Baliuum Zuythollandiæ. 258
cap. xxxv. de obitu Wilhelmi Boni Comitis, & admonitione filii sui. 259
cap. xxxvi. de nobilibus eiusdem temporis. 259

LIB. XXVIII.

De rebus gestis sub regimine VVilhelmi Comitis Hollandiæ: & denibus Dpiscopis Traiectensibus.

Cap. i. de Wilhelmo comite Hollandiæ. 259
cap. ii. de bellis wilhelmi comitis Hollandiæ in regno Granatensi contra paganos. 260
Cap. iii. De præliis inter Reges Franciæ & Angliæ. 260
Cap. iv. De vita Gheertrudis virginis de Oesten. 265
Cap. v. De obitu Ioannis de Diest Episcopi Traiectensis, & de Canonicis in Amersfordia. 262
Cap. vi. De Nicolao de Caputiis, Episcopo Traie-

Traiectensi quadragesimo sexto. 262
Cap. VII. De Ioanne de Arkel, Episcopo Traiectensi quadragesimo septimo. 263
Cap. VIII. De Reynaldo secundo Duce Gheldriæ. 263
Cap. IX. De solemni cutia Wilhelmi comitis Hollandiæ, & eius secunda profectione versus Prussiam. 263
Cap. X. De inuentione Sacramenti in oppido Aemstelredam. 264
Cap. XI. De profectione Ioannis de Arkel, Episcopi Traiectensis, ad exteras terras, vt parceret expensis, & reditu Wilhelmi comitis Hollandiæ ex Prussia. 264
Cap. XII. De duplici bello inter Hollandenses & Traiectenses. 265
cap. XIII. de obsidione ciuitatis Traiectensis. 265
Cap. XIV. De occisione Wilhelmi comitis Hollandiæ in Stauria. 266
Cap. XV. De vltione, quam cepit Episcopus Traiectensis de Traiectensium aduersariis. 267.
Cap. XVI. De inflammatione Emeneſſet, & translatione monasterii dominorũ Theutonicorum infra muros ciuitatis Traiectensis. 267

LIB. XXIX.

De rebus gestis tempore, quo Margareta Imperatrix præfuit Hollandiæ: & de Ioanne Arkel, Episcopo Traiectensi.

Cap. I. De Margareta Imperatrice comitissa Hannoniæ. 268
Cap. II. De commissione eiusdem Imperatricis facta wilhelmo filio suo. 268
Cap. III. De bello inter Reges Franciæ & Angliæ in Cyssi, & acquisitione Calisiæ sub Anglia. 268
Cap. IV. De suasoribus Regis Bohemiæ & comitis Flandriæ. 269
Cap. V. De redemptione terræ Transiselanæ, ac emptione dominii Laghe, & munitione oppidi Rhenen. 269
Cap. VI. De prælio Leodiensium in Hasselt, & de incendio oppidi Haerlemensi. 270
Cap. VII. De sex tutoribus Episcopatus Traiectensis, & mutatione Ecclesiæ in castrum. 270
Cap. VIII. De obitu Ludouici Imperatoris, & Carolo eius successore. 270
Cap. IX. De bellis post treugarum exspirationem inter Hollandenses & Traiectenses, & de nouis treugis. 270
Cap. X. De bellis eiusdem Episcopi aduersus Ghisbertum de Bronchorst, & Ghelrenses: & de computatione expensarum eorundem bellorum. 271
Cap. XI. De resignatione, quam fecit Dux Wilhelmus Imperatrici matri suæ de gubernatione comitatus Hollandiæ. 272
Cap. XII. De expugnatione oppidi Oudvvater, & de bello Schoenhoeuensi per Episcopum Traiectensem. 272
Cap. XIII. De maxima pestilentia & frattribus flagellatoribus. 272
Cap. XIV. De computo & maximis debitis Ioannis Episcopi Traiectensis. 273
Cap. XV. De expugnatione oppidi Iselsteyn. 273
Cap. XVI. de factionibus seu partialitatibus ortis in Hollandia. 273
Cap. XVII. de reditu Ducis wilhelmi, comitis de Oeestvant, ad Hollandiam, & crudelitate factionum. 274
cap. XVIII. de nauali bello inter Imperatricem & filium eius in Walachria. 274
cap. XIX. de bello nauali inter matrem & filium in Mosa. 275
cap. XX. de Iohanne Rege Franciæ, & eius filiis, & de inceptione Ecclesiæ beatæ Mariæ in oppido Delfensi. 276

LIB. XXX.

De rebus gestis tempore, quo Wilhelmus, Dnx phrenet:cus, Hollandia Comitatui præfuit: & de Ioanne de Arkel, Episcopo Traiectensi.

Cap. I. De wilhelmo Duce phrenetico, & de incendio oppidi Haerlemensis. 276
cap. II. de reditu & concordia Ioannis Episcopi cum sex suis tutoribus. 277
cap. III. de destructione castrorum Woudenburch & Ruuel, ac rebellione dominorum Ioannis de Culenburch, & Gysberti de Vianen. 277
cap. IV. de expugnatione præsidiorum Montfort, Marckenburch, Holensteyn & Ghorell. 278
cap. V. de reacquisitione castrorum Eembrugge, Vredelant & terræ Transiselinæ. 278
cap. VI. de captiuitate Ioannis Regis Franciæ. 279
cap. VII. de Wenceslao Duce Brabantiæ, & Ottone Domino de Arkel. 279
cap. VIII. de guerra inter Ioannem Episcopum Traiectensem, & Hermannum de Meeruelt, & de prosperitate eiusdem pontificis. 280
cap. IX. de bellis Wilhelmi ducis Palatini comitis Hollandiæ aduersus Traiectensem diœcesim. 281
cap. X. de expugnatione oppidorum wesop & Muden per Episcopum Traiectensem. 282
cap. XI. de liberatione dominorũ de Sleydt Dicle à captiuitate. 282
cap. XII. de bello prope Soest in Hollandenses Amorfordenses. 282

cap.

Cap.xiii. De expugnatione & crematione castri Niuelr. 283
Cap. xiv. De pace plenaria inter Hollandenses & Traiectenses. 283
Cap. xv. De obitu Margaretæ Imperatricis, & Ioan. de Beadmont, Comitis Blesensis. 283
Cap.xvi. De guerra inter ducem Brabātiæ,& Comitem Flandriæ,vnde Huesden ppetuo deuenit sub Hollandiā. 283
Cap. xvii. De alienatione sensuum Wilhelmi ducis Palatini,& munitione oppidi Herdenberch. 284
Cap.xviii. De nobilib⁹ eiusdē tēporis. 285

LIB. XXXI.

DE REBVS GESTIS TEMPORE, QVO Dux Albertus Hollandiam rexit: & de aliquot Episcopis Traiectensibus.

Cap.i. De duce Alberto. 286
Cap. ii. De prima vxore Alberti ducis,& eius prolibus. 286
Cap. iii. De insidiis positis aduersus filium domini de Brederoden. 287
Cap. iv. De expugnatione castri Hermskerck. 287
Cap.v. De destructione castrorum de Polanen. & Binchorst per Delftenses, & de violentia delftensium in Haga. 287
Cap.vi. De obsidione oppidi delftēsis. 288
Cap. vii. De captiuitate ducis Gelriæ à fratre suo Eduvvardo. 289
Cap.viii. De bellis Ioannis Episcopi Traiectensis aduersus confines Frisiæ,& de ventorum tempestate. 289
Cap. ix. De guerra inter Albertum & Eduvvardum. 289
Cap.x. De destructione castri Voerst. 290
Cap. xi. De guerris domini de Arkel aduersus Dordracenses, & constructione castrorum Euersteyn, Gasperne & Hagesteyn. 290
Cap.xii. De Ioan. de Vernenburch, Episcopo Traiectensi 48. & successore Ioannis Regis Franciæ. 291
Cap.xiii. De erectione Eccl. B. Mariæ virginis in Leyden, & de quodā lubrico de collato per dominum de Arkel. 291
Cap. xiv. De aduentu Alberti ducis ad Regem Franciæ, & obsidione oppidi Amerfordiensis. 292
Cap.xv. De fundatione collegii S. Pancratii in oppido Leydensi. 292
Cap. xvi. De decollatione domini Angiensis in Hannonia,& fundatione collegii in Haga Comitis. 292
Cap. xvii. De captiuitate Ioannis Episcopi,& mortifera peste. 293
Cap. xviii. De matrimonio Philippi Audacis ducis Burgundię. 293
Cap. xix. De acquisitione castri Vredelant per ducem Albertum. 294
Cap. xx. De Arnoldo de Hooern Episcopo Traiectensi xlix. 294
Cap. xxi. De bello in Bachgbilre inter duces Brabantiæ & Iuliæ. 294
Cap. xxii. De successore ducatus Gelriæ post mortem ifstorum fratrum ducum Gelriæ. 296
Cap.xxiii. De ædificatione castri Gikenburch, & crematione insulæ Schillingen in Frisia. 297
Cap. xxiv. De guerra Traiectensi aduersus Hollandenses. 297
Cap. xxv. De obsidione castri Gildenborch per Albertum ducem. 298
Cap.xxvi. De peste & chorizantib⁹, ac de inuentione corporis Seth filii Adæ. 299
Cap. xxvii. De destructiono castelli Putensteyn per Arnoldū Episcopum. 300
Cap. xxviii. De expeditione Comitis de Ghenyp ante Waghenhinghen, & eius filius. 300
Cap. xxix. De obitu Wilhelmi Ducis phrenetici, & homagio Alberti Ducis fratris eiusdem. 301
Cap. xxx. De expugnatione castri Locuersloet, & portento nato in ciuitate Traiectensi. 301
Cap.xxxi. De translatione Arnoldi Pontificis ad sedem Leodiensem, & de Florentio Episcopo Traiectensi l. 302
Cap. xxxii. De morte tertii Eduvvardi Regis Angliæ,& de Richardo Rege, eius successore. 302
Cap. xxxiii. De destructione castrorum Eerden, Azolen & Laghe, & fundatione monasterii in Eemsteyn. 303
Cap.xxxiv. De guerra Flandrensiū cōtra eorū verum comitē & Dominum. 303
Cap. xxxv. De obitu Ludovvici de Malen, Comitis Flandriæ, & obitu Wenselai Ducis Brabantiæ. 303
Cap.xxxvi. De militia duc. Wilhelmi Comitis Oesteruār, filij ducis Alberti. 304
Ca.xxxvii. De iivxore Alberti Ducis. 304
Cap. xxxviii. De obsidione oppidi & castri Montfoerdt. 305
Cap. xxxix. De guerra Arkelensium & Vyanensium. 305
Cap.xl. De obitu Karoli Sapientis, Regis Franciæ,& eius successore. 305
Cap. xli. De Duce Ioanne electo Leodiense. 306
Cap.xlii. De interfectione Domicellæ Aleydis de Poelgheest. 306
Cap.xliii. De degradatione fratris Iacobi de Iuliaco, falsi Episcopi. 306
Cap.xliv. De nobilib⁹ eiusdē tēpotis. 308
Cap. xlv. De obitu Domini Florentij Episcopi Traiectensis. 309
Cap. XLVI. De Frederico de Blanckenhem Episcopo Traiectensi LV. 310

Cap. XLVII. De discordia inter Ducem Albertum & VVilhelmum Comitem de Oesteruant, filium suum. 310
Cap. XLVIII. De obsidione Houtena & euersionibus quorundam castrorum. 311
Cap. XLIX. De profectione Episcopi Traiectensis aduersus Ioan. de Raesfelt, & recuperatione Trentoniæ Comitatus cum oppido & castro Koeuerdensi. 311
Cap. L. De profectione Ioan. Ducis Burgundiæ contra Turcas, & de quibusdã actibus VVilhelmi Comitis de Oesteruant in Francia, & de pace facta inter ipsum & patrem suum, Ducem Albertum. 312
Cap. LI. De bellis in orientali Frisia perpetratis, & de translatione corporis VVilhelmi quondam Comitis Hollandiæ, auunculi Ducis Alberti. 313
Cap. LII. De obitu Ottonis Domini de Arkel, & de Ioanne filio eius. 314
Cap. LIII. De destructione castri Reynenstein. 315
Cap. LIV. De expugnatione castri Louestein, & de captiuis Principib. quos inopinate Comes Cliuensis obtinuit. 315
Cap. LV. De rebellione Frisonum orientalium, & subiectione eorundem. 316
Cap. LVI. De secunda rebellione & resubiectione Frisonum orientalium. 316
Cap. LVII. De tertia rebellione Frisonum. 317
Cap. LVIII. De Richardi Regis Angliæ destructione, & Henrico 4. Rege. 318
Cap. LIX. De subiectione Grueningentium ab Episcopo Traiectensi Friderico de Blanckenhan. 350
Cap. LX. De guerra orta inter Albertum Ducē & Ioan. Dominum de Arkel. 321
Cap. LXI. De guerra Hollandensium & Arkellensium. 321
Cap. LXII. De obsidione oppidi Gorichē per Albertum Ducem. 322
Cap. LXIII. De muliere, quam prendiderunt puellæ Edammenses & Purmerenda. 323
Cap. LXIV. De obitu Alberti Ducis. 323

LIB. XXXII.

DE REBVS GESTIS TEMPORE DVcis VVilhelmi, vigesimi Hollandiæ Comitis: & de Friderico de Blanckenhem, Episcopo Traiectensi.

Cap. I. De VVilhelmo, Comite Hollandiæ vigesimo. 324
Cap. II. De obitu Philippi Ducis Audacis. 324
Cap. III. De rebellione Leodiensium cõtra Ducem Ioannem eorum electum Pontificem. 325
Cap. IV. De destructione Gasperne, Hagesteyn & Euersteyn. 325
Cap. V. De obitu Ioannę Ducissę Brabantiæ, & Antonio Duce, ei" iuccessore. 326
Cap. VI. De secunda rebellione Leodiensium contra Ducem Ioannem eorum Episcopum. 327
Cap. VII. De captiuitate Domini Ioannis de Brederoden. 328
Cap. VIII. De guerris Hollandensium cõtra Arkelenses & Ghelrenses. 328
Cap. IX. De occisione Ludouici Ducis Aurelianensis. 330
Cap. X. De bello Leodiensi. 332
Cap. XI, De quodam abominando latrocinio in Gheeruliet. 334
Cap. XII. De pace composita ratione occisionis Ducis Aurelianensis. 337
Cap. XIII. De secundo Ioanne Domino Egmondensi. 337
Cap. XIV. De arbitrio VVilhelmi Ducis inter monasterium Egmondense & Dominum Egmondensem. 337
Cap. XV. De exspiratione treugarum inter Duces Wilhelmum & Reynaldum, & bellis inter eo'dem. 339
Cap. XVI. De resignatione oppidi Gorichem cum Dominio Arkelensi. 339
Cap. XVII. De admirabili societate Wilhelmi & Reynaldi Ducum. 340
Cap. XVIII. De discordia Traiectensiũ. 340
Cap. XIX. De rebellione Frisonum, & cõbustione quorundã hæreticorum Pragensium. 342
Cap. XX. De bellis inter Reges Franciæ & Angliæ. 342
Cap. XXI. De successore Antonii Ducis Brabantiæ, & bellis Ioannis Ducis Burgondiæ contra Francos. 343
Cap. XXII. De captiuitate Ioannis Domini de Arkel. 343
Cap. XXIII. De descensu Sigismundi Imperatoris pro pace componenda inter Reges Franciæ & Angliæ. 344
Cap. XXIV. De subactione oppidi & dominii Iselsteyn. 344
Cap. XXV. De promissione, quam accepit Dux Wilhelmus á rectoribus terrarum suarum pró filia sua. 345
Cap. XXVI. De obitu Delphini mariti Ducissæ Iacobæ. 345
Cap. XXVII. De obitu Ducis Wilhelmi. 346
Cap. XXVIII. De fratribus bastardis eiusdem Ducis Wilhelmi, & initio dominii de Schaghen. 346
Cap. XXIX. De prolibus bastardis Wilhelmi Ducis, & initio dominii de Hoochtvvouda. 347
Cap. XXX. De initio dominii Purmerendæ. 347
Cap. XXXI, De nobilibus istius tẽporis. 348

FINIS.

IOAN.

IOANNIS ALEIDA LIBER PRIMVS CHRONICI.

CONTINET HISTORIAS PAGANORVM TERRAM Hollandiæ primitus inhabitantium, & de locorum eorum fundationibus, vsque ad tempora S. WILLIBRORDI Archi-Episcopi Traiectensis.

CAP. I.

ANTEQVAM Deus humanam naturam plasmaret, creauit cœlum & terram. Cœlum, continens & contentum, hoc est cœlum empyreum, & Angelicam naturam: Terram; materiam omnium corporum, hoc est, quatuor Elementa, mundum sensibilem ex his constantem. A terra autem vsque ad cœlum esse centum & nouem millia, & trecenta septuaginta quinque milliaria Philosophi, & multi Catholici in veridicis assertionibus, & argumentis firmissimis probauerunt. Nec hoc quisquam audeat temere quasi mendacium iudicare, quia tam euidenti ratione probatur, vt à nullo possit tanta firmitas infirmari. Sicut probatur in decimo septimo libro Bestiarii de Planetis. Terra igitur forma est rotunda, vnde & Orbis est dicta. Si enim in aere quis positus, eam desuper inspiceret, tota enormitas montium, & concauitas vallium, minus in ea appareret, quasi digitus alicuius si pilam in manu prægrandem teneret. Circuitus autem Terræ centum septuaginta millibus stadiorum mensuratur; Ordinarie 12052. milliaria. Diuiditur autem Mundus in tres principales partes siue regiones; Quarum vna Asia, altera Europa, tertia Africa dicitur. Asia à Septentrione per Orientem vsque Meridiem; Europa ab Occidente vsque Septentrionem; Africa à Meridie vsque ad Occidentem extenditur. Tres itaque istæ partes per mare Mediterraneum diuiduntur. Porro in Europa inter Boreales mundi partes Terra Hollandensis est situata, quam Bartholomæus, in Tractatu de Proprietatibus rerum, lib. XV. describens, sic ait: *Est autem Hollandia quædam prouincia modica, sita iuxta ostia Rheni; Vbi & Mare intrat, in Europa. Brabantiæ contigua à meridie, vicina Frisiæ ab Oriente, Oceano Britanniæ contuncta ab aquilone, inferiori Galliæ Belgicæ est propinqua, atque Flandriæ ab Occidente. Est autem terra palustris & aquosa, fere ad modum Insulæ, vndique maris brachiis atque Rheni fluminis circumfusa, habens lacus & stagna multa, & pascua valde bona, & armenta, pecudibus & iumentis est referta. Hæc prouincia, quamuis situ terræ sit parvula, multis tamen bonis singularibus est referta. Est enim nobilissimis multisque oppidis & portubus maris inclita. Cuius gleba in pluribus est valde frugifera, & in pluribus nemorosa, plures etiam vtiles habens venationes. In pluribus etiam est bituminosa, ex qua formatur materia ad ignium nutrimenta. Est autem terra diuitiis, quæ transeunt per mare & per flumina, plurimum opulenta. Cuius ciuitas capitalis* Traiectum *inferius nuncupatur in Latino, Vtrecht vero dicitur in idiomate Germanorum. Nam ad Germaniam pertinet, quo ad situm, quo ad mores, quo ad diuinum cultum, & quo ad linguam. Cuius gens est elegans corpore, robusta viribus, audax animo, venusta facie, honesta moribus, deuota Deo, fida hominibus, & pacifica, minus prædis intendens & rapinis, quam alia Germaniæ nationes.* Huc vsque

A terra vsque ad cœlum 19175. milliaria. 19175.

Terra rotunda.

Eius circuitus est 12052. milliarium.

Asia. Europa. Africa.

Hollandia situs, descriptio

Liber de proprietatibus rerum. Ex his igitur patet, quod Diœcesis Traiectensis etiam includitur sub hoc vocabulo Hollandia, non quia de comitatu est Hollandiæ, sed quia Bartholomæus, vt patuit, terram Traiectensem etiam includit sub hoc vocabulo Hollandia, ex eo quod dixit capitalem Hollandiæ ciuitatem nuncupari Traiectum Inferius. Sed hoc non videtur esse verum, si Bartholomæus præfatus non æstimaret Traiectensem diœcesin pro parte terræ Hollandiæ, quia Comitatus Hollandiæ per se habet 4. ciuitates principaliores, priuilegiatas secundum istum ordinem, scilicet: DORDRACVM, HARLEM, DELF, & LEYDEN. Hollandia autem dicebatur olim HOLTLANDIA, quasi terra syluestris, secundum idioma Teutonicum. Nunc quidem ipsa prouincia vocatur Hollandia per vocabulum syncopatum. Principes namque Francorum, qui Carolingi dicti sunt, gubernantes longo tempore regnum Francorum, & imperium Romanorum, diuiserunt totam Hollandiam (vt inferius 2. & 6. libro dicetur) in bipartitum dominium, videlicet in Episcopatum, & Comitatum. Nam & Carolus Martellus Dux & Maior-domus Francorum, contulit ad Ecclesiam Traiectensem primam donationem; & Carolus Caluus Rex Franciæ & postmodum Romanorum Imperator, tradidit ad Comitatum Hollandiæ primitiuam ditionem. Vt ergo tam Episcopatus Traiectensis, quam etiam Comitatus Hollandensis primordiale cognoscamus initium, profecto conuenit quod ex antiquissimis historiis principale proponamus exordium.

Hollandia 4. ciuitates principaliores priuilegiata.

Carolus Martellus.

Carolus Caluus rex Francorum.

De Antonio fundatore ciuitatis Traiectensis.

CAP. II.

Neronis feritas.

SS. Petrus & Paulus martyrii.

CLaudio Cæsare defuncto imperauit Nero, pessimus Imperatorum, annis tredecim, mensibus septem, diebus viginti nouem. Qui persecutionem Christianis intulit, sanctos Dei Petrum, & Paulum Apostolos occidit; omnibus etiam flagitiis suis hoc addidit, vt Christianorum magnam partem interficeret; bonis hominibus hostis fuit. Insuper etiam aliquos, qui increpantis sæuitiam arguebant, fecit rotari, aliquos etiam innocentes immerito occidit; & aliquos sine lege, & iustitia, expellendo ab vrbe exilio damnauit; in quibus duo nobiles Principes inueniebantur, quorum vnus Granius, & alter Antonius de Columna dicebatur. Granius autem Senatorum dignitate floruit; Antonius Tribunitia dignitate viguit. Granius quidem cum suis commilitonibus pertransiens Galliam, peruenit in Arduennam; vbi semper aquas sulphureas, iuxta vastam solitudinem palatium ædificasse legitur; vnde & idem locus Aquisgrani moderno tempore vulgo dicitur. Ædificauit etiam oppidum Huppa, prope terrã de Marca. Antonius transcendens Germaniam, secessit in Hollandiam, vbi super alueum Rheni fluminis munitionem seu turrim fertur munitam construxisse. Refertur quoque quod pro memoria sui nominis Antonia, siue Antonina longo tempore dicebatur; quam ciuitatem Antonius ædificauit anno Domini sexagesimo quinto, vbi nunc ciuitas est Traiectensis situata. Ædificauit etiam Wyckdoristadium, & castrum Anholt, quod Sulen consueuit dici. Vnde ab isto Antonio descenderunt de terra Traiectẽsi Domini, & milites de Columna, Teutonice, Dicvan Sulen. Eandem itaque patriam, ac ciuitatem longæua posteritas Antonii Ducis potestatiue possedit, quoadusque vulgus Schlauorum, & Wiltorum vrbem Antoninam, vt in septimo capitulo enarrabitur, bello expugnauit.

Ita Ioan. de Betin. in proœmio Chron. Granius & Antonius quales fuerint.

Granius fundator Aquisgrani & Lippa.

Antonius Vltraiectensium conditor.

An. Ch. 65.

De Castro Wiltenburch.

CAP. III.

Ita Ioan. de Betin. Gentes barbara Europã flagellant.

DEnique post quædam annorum curricula, peccatis hominum exigentibus, multę Barbarorum nationes in diuersis temporibus armi-potenter egressi sunt ex paludibus Mæotidis, & ex Scandinauia, quæ permissione diuina totam Europam acerrime flagellauerunt; Insuper & cruenta strage regna plurima subiugauerunt, vtpote Gippides, Alani, Sarmatę, Wandali, Auares qui & Hunni, Schlaui, & Wilti. Nam & Gippides expugnauerunt Italiam; Alani Austriam; Sarmatæ Pannoniam; Wandali Africam; Auerni siue Auares & Hunni Galliam; Schlaui & Wilti vicinam patriam. Hic igitur agrestis Wiltorum populus, qui habitat in partibus

tibus Suyt Holandiæ, post intrationem & deprædationem vicinarum terrarum, ciuitatē Antoninam, ab Antonio ædificatam, cum Sclauensib. cinxerunt obsidione, per circuitum in assultu creberrimo. Econtra vero intranei cum suis armis bellicis egregie se ad tempus defensarunt, & forenses hostes à munitione præsidij cum ingenijs ad hoc aptatis absterruerunt. Denique Wiltorū populus perseueranter in obsidione durans, ciuitatem Antoninam breui tempore bellicosa manu violenter obtinuit: & ingredientes in eam fecerunt suum beneplacitum: magno populo occiso, & mutauerunt nomen illius ciuitatis, & castri, vr quæ antea Antonina vocabatur, tunc Wiltenburch nominaretur. manserunt autem Wilti in Wiltenburch & aliud nihil patrarunt nisi bella, ac discordias, ac neminem demiserunt in pace. hæc facta sunt circa annum Domini ducentesimum.

Antonia sidetur.

Ciuitas Antonina à Wiltensis expugnata transijt in nomen Wiltenburch. Anno Chri. 200.

De Martyrio Cuneræ Virginis.

CAP. IV.

ANno Domini ducentesimo, tricesimo septimo imperauit Romanis Maximinus, vicesimus post Neronem. Huius autem tempore cum beata Vrsula diuinis parens nutibus cum suis sodalibus Romam ire ad visitandum limina beatorum Apostolorum proposuisset, ad beatam Cuneram eius consanguineā nuntios misit in Orchay dam minorem, ad vrbem dictam Orchadam, rogans vt secū vellet proficisci. Quæ precibus sanctæ Vrsulæ libenter annuens obtenta parentum licentia, ad eam quantocius pergebat. Pater autem eius Aurelius, ac mater eius Florentia de absentia sue filię dolebant. Post hęc sancta Vrsula congregatis sodalibus suis peregrinationem conceptam perficiens, & in reditu apud Coloniam nauigio veniens martyrium perpessa est ab Hunnis, Coloniam obsidentibus: sicut in legenda eius plenius continetur. Porro illo tempore quo sancta Vrsula cum suis sodalibus martyrizata est, adfuit illic rex Rheni, videns virgines atrociter necari. Denique beatā Cuneram nauem egredientem, ac pro Christi amore libenter martyrium pati volentem dictus Rex ob elegantiam eius misericordia motus pallio texit, secumq; ad oppdium Reney, vbi morabatur, perduxens, ab illa morte, Deo fauente, protexit. Hæc sola virgo Cunera de illo felici virginum collegio fuit perstes legitur permansisse. Hisitaque peractis, beata Cunera in hospitio regis existens, Deum semper præ oculis habuit à mandatis non aberrans: imo indesinenter orationibus, vigiliis, abstinentiis, ac aliis bonis operibus sine fastidio vacans, ibat de virtute in virtutem; omnem quoque ornatum sæculi, cum gloria prorsus contemsit, & pauperibus secundum suam facultatem subueniebat. Et quia gloria etiam sequitur inuitos, Rex Cunerā considerans virtuosis operibus feruenter intendere, eā exaltauit, vniuersæ præferens familiæ. Claues quoque domus cōmisit eidē, qua prærogatiua accepta Cunera in aliquo se non extulit, quin potius se in omnibus humilians Regi, Reginæ, totique familiæ commoda fuit in cunctis licitis & honestis. Hac de causa dilecta erat à Rege super omnes ei seruientes. Regina vero perpendens singulārem Regis amorem, quem ad virginem istam gessit, oderat eam supra modum, cupiens famam eius præclaram apud Regem denigrare. Quapropter aliquando Regem adiit, & ficta mala de virgine sancta narrauit, vt eam ab amore eius auelleret, sed quia vincit opus verbum, indignatus Rex fidem Reginæ non adhibuit, indicens ei silentium, quia Cuneram in omnibus fidelem repererat. Vnde Regina grauidiore concepta inuidia solito more naturæ, quæ semper in vetitum nititur, ad confusionem Cunerę contra nefas anhelabat. Post aliquod tempus Sancta Cunera, dum acceptis panibus ad vsus pauperum palatium pertransiret, visa est à Rege. Quem Regina sic alloquitur: Domine mi Rex, ecce Cunera vobis prædilecta prodigiose panes dispergit, sicut oculata fide discere poteris. Vocatur à Rege Cunera: quę imperterrita Deum humiliter inuocauit, quatenus ab instanti confusione liberetur. Ex diuina igitur clementia panes vertebantur in hastilia. Quod Rex in sua præsentia videns, Reginam duris verbis increpauit. Ab illa hora Regina confusa, cum non posset Cuneram verbis lædere, molliebatur eam occulte perimere, consilium à pedissequa requirens, qualiter hoc oportune fieret. Intelligens autem pedissequa eius voluntatem, cum ea in mortem innocentis virginis conspirauit. Rege igitur ad venationes exeunte Cunerā arripientes prostrauerunt, & quodam singularis operis mirabili manu tergio, quod adhuc est in Reney, strangulantes, sepelierunt eam in stabulo suffocatam.

Anno 237.

Vrsula Romā cum S. Cunera proficisci. tur.

In reditu ab sodalib. martyrizatur.

Sola Cunera à morte præseruatur per Regem Rem.

Pia opera B. Cunera.

Regi à mui præficitur.

Regina in eā odium.

A qua apud Regem in. uisatur.

Sed miraculosè à confusione liberatur.

Tandem strāgulatur, in stabulo sepelitur.

De Inuentione eiusdem Virginis.

Cap. V.

POstquam autem hoc enorme, aut inhumanum scelus perpetratum est, se nunquam illud alicui reuelaturas firmiter promiserunt. Rege autem post pusillum temporis à venatione redeunte, Regina gestu placido alacriter occurrens, ipsum iucundo vultu salutauit. Perpendens denique Rex Reginam cum familia sua obuiantem, & Cuneram non videns, vbinam esset, quæsiuit. Cui Regina maleficium satagens abscondere, præcogitato mēdacio respondit, dicens: In absentia vestra, Domine mi Rex, parentes Cunerę venerunt ad nostram mansionem, & eam cum festinatione nimia reduxerunt ad patriam suam. Interea equi Regis ad stabulum ducti, in quo sancta Cunera sepulta fuit, nequaquam verberibus aut stimulis cōpelli potuerunt, vt intrarent. Quamobrem ducti ad aliud stabulum faciliter introibant. Discumbente autem Rege de vespere, stabularius in illo loco stabuli, in quo Sancta Cunera tumulata fuit, candelas ardentes ad instar crucis videns Regi celeriter indicauit. Quo audito Rex, grandi stupore perplexus, iussit veritatem diligentius experiri. Currentes igitur famuli ad stabulum candelas ardentes de longe viderūt, sed dum approquinquabant, ab oculis eorum penitus euanuerunt: Cumque ingressi fuissent stabulum, videntes recentem terram nouiter commotam, effoderunt eā, corpus quoq; Cunerę, vna cum manutergio, quo strangulata fuerat, inuenientes; de fouea leuauerunt. Videns autem Rex Cuneram, quam maxime dilexerat eam enormiter interfectam, repetit Reginam ex præsumtione violentæ necis fuisse actricem, accensus ergo ingenti furore Reginam sine misericordia puniuit, intantum quod rationis expers euagabatur per totam regionem insana per triduum crinesque suos extrahens, vestimentaque sua lanians, effecta est penitus furiosa: Tandem post trium dierum insaniam seipsam de quodam cacumine præcipitauit. Rex autem Cunerę solatio destitutus, ad honorem eius suum donauit palatium seu domum præparari.

Eius corpus humine caliginis super oculos sequitur ea splendente detegitur.

Regina post triduana furorem seipsam de quodam cacumine precipitat.

De eiusdem translatione.

Cap. VI.

POst annos plurimos, dum beatus Willebrordus, primus Archiepiscopus Traiectensis, visitare Archiepiscopum Colonienſem contenderet, contigit eum oppidum Reney transire, qui cum ibidem moram aliquam peragerent, adierunt cum oppidi sapientiores, de gestis & virtutibus beatæ Cunerę eum certificauerunt supplicantes vnanimiter & deuote, quatenus beatam illam virginem & Martyrem, pro qua Deus omnipotens quotidie diuersa consueuit facere miracula, transferre dignaretur. Audito ergo fide dignorum testimonio, gauisus Præsul Sanctus. Sed quia tumordinis occupatus erat negotiis, promisit in reditu suo eorum piam adimplere voluntatem. Postquam egressus sui finem nactus est, nauigio Rhenum descendens, tranquille peruenit iuxta montem Hermonis, vbi tempestas horribilis consurgens, nauemque suam fere deluciens, omnes in ea existentes submersionem compulit formidare: Inuocans igitur diuinum auxilium sanctus Willebrordus, pro mitigatione tempestatis humiliter orauit: Qua per Dei gratiam placata recordatus est oppidanis de Reney se promisisse translationem beatæ Cunerę virginis cum rediret. Confessus est igitur coram suis, quod propter obliuionem promissi sui merito fuisset periclitatus. Cum autem errarent penes oppidum Reney, præcepit nautæ authori, nauem velociter applicare. Quod & ita factum est. Exiens ergo nauem beatus Willebrordus monuit suos, vt ad locum beatæ Cunerę humiliter & deuote accederent. Venerunt itaque omnes iuxta monitionem viri sancti, ad locum vbi quieuit sancta Cunera, cum eo sinceris mentibus accedentes, seque eius adiuuari meritis postulantes. Post hæc beatus Willebrordus debitas adhibens solennitates corpus beatissimæ virginis ac Martyris transtulit reuerenter. Vnde factum est, vt nomen eius per Diœcesin Traiectensem magnificatum est nimis, & miracula, quæ pro ea clementer operari consueuit Dominus Deus, duulgata. Hæc ergo virgo pro nullo delicto, sed pro virtuosis, quæ incessanter egit, operibus, vitam perdidit temporalem, ideoque largitus est ei cum sanctis æternalem Iesus Christus Dominus noster.

Cunera corpus per S. Willebrordū transfertur.

De

De initio Regni Francorum.

CAP. VII.

ANno Domini trecentesimo quadragesimo primo, Imperator Constantinus Magnus Nicomediæ moritur. Quo mortuo Constantinus huius nominis secundus, cum Constante & Constantio fratribus imperauit : Hi filii Magni Constantini fuerunt. Porro istis temporibus Sicambri, qui antiquitus dicebantur Troiani, (de quibus & alias:) vexantes plures terras, Romanorum prouincijs inferebant multa nocumenta, & damna magna, vsque ad Rhenum fluuium. Quapropter Constantius præfatus, congregans imperii exercitum processit contra eos ad pugnam, & forti manu subdidit eos Romano imperio. Deinde cum Valentinianus imperaret, qui fuit tertius post Constantinum secundum ; Alani congregantes roboratam expeditionem, direxerunt acies suas versus Romanorum terras, vt eas vastarent. Valentinianus vocans Sicambros prædictos in adiutorium suum, exeuntes seruitute antiqua, declarauit eos liberos : Qui sumentes arma Capitaneo eorum Francone vocato, profugauit egregie Alanos, hostes Romanorum. Tunc Cæsar gratias agens, vocauit eos deinceps Francos, à Franco, quod vocabulum illud Græce sonat audax seu fortis. * Vocauit eos ideo Francigenas, quia capitaneus eorum dictus fuit Franco, qui quondam filius Hectoris Troiani, de quo isti feruntur orti. Deinde autem annis elapsis, idem Valentinianus Cæsar voluit istos Francos iterum subiugare in seruitute antiqua. Vnde & profligauit eos ex Vngaria, qui migrauerunt tunc circa Rhenum fluuium. Reperientes quoque spatiosam terram possederunt eam & Franciam nominauerunt. Fecerunt que Priamum sibi Regem, qui habuit originem ab antiquo Priamo. Obtinuerunt autem successu temporis Francigenæ isti omnem terram infra Rhenum, & Danubium, sub eorum imperio. Ædificarunt etiam circa Rheni fluuium ciuitatem fortem, quam vocauerunt Troiam, quæ nunc dicitur Xantum, de terra Cliuensi, & sic hic fuit prima Francia, & dicebatur Orientalis Francia. Deinde etiam tractu temporis Francigenæ obtinuerunt omnem terram inter Mosam & Scaldim, quæ nunc dicitur Lotharingia : Et hæc est secunda Francia. Tertia vero Francia surgit à Scalda & vadit vsque ad mare Britannicum. Regnum ergo Francorum primo incœpit sub Valentiniano & Gratiano Imperatoribus, quando Priamus præfatus cœpit regnare inter eos. Igitur Priamus iste cœpit regnare super Francos orientales Anno Domini 381. & regnauit annis quinque. Eo ergo defuncto Marchomirus filius eius regnauit loco eius annis triginta tribus. Quo mortuo regnauit Pharamundus quadraginta annis. Hic fuit primus Rex coronatus super totam Alemanniam. Tertius isto defuncto regnauit Clodius filius eius, Rex crinitus, quia pilosus erat nutriens barbam prolixam, & comam grandem. Post istum regnauit quidam Rex Meroneus nomine, ex quo gens Meroneorum exorta. Eo vero mortuo Hildericus qui tandem à suis profligatus est, & expulsus à suo regno, propter pessimam vitam suam & luxuriam, quam exercebat. Vnde fugit ad Basum regem Thuringiæ qui eum sustentauit per octo annos. Tandem sui mittentes ad eum legationem, petierunt vt rediret. Quod cum fecisset, Regina Thuringiæ, relinquens maritum suum, secuta est Hildericum, & facta est vxor eius, de qua genuit Clodoueum seu Cludoneum, primum Christianum regem Francorum.

Anno Chri. 341. Sicambri vexant Prouinciæ nostræ Romanorum.

Subiugantur à Constantio Imp.

Vocantur à Valentiniano in adiutorio aduersus Alanos.

Nominantur Franci, & vnde.

Confirmat hoc Robertus Gaguinus in suo Chron. co.

Priamus Rex Francorum.

Xantum olim Troia.

Anno Christi 381.

De victoria Valentiniani Imperatoris contra VViltos & Saxones inferiores.

CAP. VIII.

ANno Domini trecentesimo, sexagesimo Wilti, qui nunc dicuntur Traiectenses, simul conuenerunt in vnum, & pacem fecerunt cum Flauensibus, Hollandensibus, & cum Saxonibus, qui modo sunt Frisones : Qui pace composita conglobati sunt prius cum magnis & multis manibus, ascenderuntque per Rheni fluuium & in superiori Allemania multa damna perpetrarunt per strages, & incendia : Nec non & regna Romanorum affecerunt cladibus magnis. Quod cum peruenisset ad aures Valentiniani Imperatoris, qui primis temporibus exstitit Christianissimus, congregauit armigeros, stipendiarios milites, bellatoresque fortissimos, & infinitū exercitum. Quibus congregatis idem Imperator descendit ad partes inferiores, cū prædicto exercitu, & signis fulgidis, & tubis perstrepentib. vt

Anno Christi 360.

VViltis Romanos vexant.

Valentinianum cum Vvitio confligit.

ferocibus iſtis hominibus reſiſteret, & in manu forti ſubiugaret Romano imperio. Fortuna ergo ſic accidente vicit eos, & coegit Romanis ſubeſſe. Apprehendit quoque claſſem eorum magnam. Inſuper & Friſones per ipſum primo freno dominationis conſtricti ſunt. Et quia patria Saxonum inferiorum frigida eſt valde, ideo Romani eam Friſiam vocauerunt, ipſis adhuc paganis exiſtentibus: Vel

Friſia vnde nomen habuit.

Friſia dicitur ſecundum aliquos, à quodam Friſo nuncupato. Valentinianus igitur exinde cum victoriali laude rediens ad imperium ſuum, aliquot annis glorioſe imperauit. Poſt hoc breui in tempore conuenerunt Sclaui, id eſt Hollandenſes, Wilti, & Friſones, & belli aciem direxerunt verſus Brabantiam, Hannoniam, Flandriam, & Franciam, & innumerabilem populum trucidarunt: redeuntes quoque poſt clades magnas ſpolia multa abduxerunt.

De Friſonibus Angliam obtinentibus.

CAP. IX.

Anno 385.

ANno Domini trecentеſimo octuageſimo quinto regnante Gortingero in Britannia, id eſt Anglia, tres magnæ naues in quibus Hengiſtus, Rex Friſiæ, &

Friſii Angliam ingreſſi.

Horſus ciuſdē regis frater, & multi amici, & complices eorū ex Friſia depulſi venerunt proſpero flante vento in antefatam Britanniam. Quos Rex Britannius benigne ſuſcipiens, poſt modicum tempus tradidit illis Inſulam Thanel inhabitandā, hac conditione, vt incolas eius fideliter expugnarent: Quod & promiſerunt, & ſic inſulam Thanel occupantes multipliciter creuerunt. Hengiſtus autem cum eſſet aſtutus, fecit ſe regi familiarem, & conſiderans regem eſſe imbecillem, & minus prudentem ac Scotos Pictoſque continue Britanniam impugnare: perſuaſit Regi vt mitteret eum ad Germaniam, patriam videlicet ſuam, pro militibus bellicoſis ibidem abundanter exiſtentibus, quibus ipſum & regnum eius tutaretur. Rege vero annuente, Hengiſtus hoc peregit, colligens armigeros ex Saxonia inferiori, patria ſua, cum Sclauenſibus id eſt Hollandenſibus; Quibus collectis Hengiſtus præfatus vndecim naues cum vxore ſua, & Aſco filio ſuo ac filia, & multis aliis amicis ſuis, ac poſtea quadraginta naues hominibus repletas adduxit; Et deinde regi conuiuium præparauit. Rex autem in cōuiuio, viſa filia ipſius Hengiſti, eam adamauit, quā etiam coniugē ſuā petiit & accepit: nuptiis igitur celebratis idem Rex Saxonib. ſiue Friſonibus antefatis Regionem Aquilonarem Britanniæ ad inhabitandum aſſignauit; Qui exinde cōtra Scotos & Pictos nauigantes, vaſtauerunt etiam Orchades: Occupantes quoque plures regiones, ditati ſunt, & multiplicati villis & agris:

Gorthenir.

quod cernens Gorthenir primogenitus Gorthingeri regis Britanniæ, ex prima ſua vxore indignanter accepit, & contra Scotos & Saxones bella commouit, in quib. & fratrem Hengiſti & alios occidit. Econtra & frater Gorthenir, in ſecundo bello interemtus eſt, & ipſe Gorthenir. In tertio bello Saxones ex regione Aquilonari eis conceſſa fugauit, multos occidit, & nauibus electos ſubmerſit: quos & in Thanet concludens obſedit, & non diu poſt hæc Gorthenir obiit, & poſt mortem Hengiſtus cum magna turba Saxonum ex Germania inferiori iterum illuc aduenit, & vt regem Gortingerum generum ſuum caperet, & cæteros principes Britanniæ occideret, machinari cæpit. Miſit igitur legatos ad Regem doloſe pro pace habenda, quod & Regi ſimplici complacuit, & die aſſignata pro pace inter eos firmanda, ipſe Rex & omnes principes ſui conuenerunt: vbi etiam Hengiſtus cum Saxonibus cōueniens eiſdem ſecrete intimauit, quod dum ipſe ſignum faceret, omnes ſimul cum armis ſubito occurrerent, vt omnes principes occiderent: Quod & ita perfecerūt.

Gortingerus captus.

Nam trecentos principes Britanniæ ibi tum peremerunt & Regem Gortingerum capiētes, catena induerunt. Qui tandē pro redemtione vitæ ſuæ vrbes, & prouincias Hēgiſto dedit, vna ſola ſua ciuitate retenta, quā ipſemet ędificauerat. In illa ergo ciuitate cū vxorib. ſuis filia Hengiſti & filia propria cum qua etiā genuerat deinceps manens viuebat. Quapropter etiam Britonibus multum exoſus fuerat. S. vero

S. Germanus Epiſcopus.

Germanus Epiſcopus ex Burgundia tandem ad ipſum corripiendum peruenit; quē dum à coniugio inceſtuoſo cum filia propria, nec monitis nec precibus conuertere poſſet, tandem Spiritu ſancto reuelante, quodnihil in eo proficeret ſua prædicatio, per triduum in ieiunio, & oratione cum ſuis permanſit & circa medium quartæ noctis, de cœlo ignis cecidit & Gortingerum cum ſuis in arce conſumſit. Igitur de progenie iſtius Hengiſti Regis ortus fuit poſtmodum Sanctus Willebrordus,

primus

primus Archiepiscopus Traiectensis: sanctus Athulbertus qui in Egmunda est sepultus, primus Archidiaconus Traiectensis, & sanctus Zeron martyr. Hæc autem Britannia, siue Anglia, cum insulis sibi adiunctis, ab Africa Boreali consurgit, ad Occidentem octingentorum miliarium in longitudine, & ducentorum in latitudine spatium continet. Itaque in Britannia supradicta in diuersis temporibus orta fuerunt multa regna, sicut asserit venerabilis Beda, videlicet Scotorum, Pictorum, Saxonum, Cantua Marciorum Northumbrorum, Westhumbrorum: à quibus sæpe postmodum multa bella inter se mutuo sunt peracta, nunc alio, nunc isto triumphante. In qua quidem Britannia est insula Angulais, specialiter Angul vocata. Huius insulæ populi valde multiplicati quodam tempore Britanniam principaliorem ab aliis depopulatam occupauerunt, & ab eisdem per syncopen Anglia, quasi Angulia ex tunc dicitur nominata.

Anglia sum. Videantur de Adelberto & Zerone Martyre in Natalibus SS. Belgii. XVII. Augusti. Varia regna Britannia.

De fundatione castri Leydensis.

Cap. X.

CVM Saxones Frisones cum Sclauensibus, id est Hollandensibus, reuecti fuissent, cæteris ibidem dimissis, & iam non habentes opus præmanibus ne scirent, quid agerent, & quo se verterent, perrexerunt pariter ad syluam Immitem, in manu forti, & ibidem apud cursum Rheni fluminis, magnum castrum fundauerunt, quod nunc Leydis nominatum. In eodem ergo Leydensi castro ordinauerunt ex seniorum consensu, constituerunt que pro memoris custodia quendam Burchgrauium, seu Castellanum, virum robustum, cum animosis pleriscque viris. Vt idem Castellanus, siue Burchgrauius, cum eis defenderet, & secure duceret mercatores eũtes & redeuntes ab illo castro ad castrum Wiltenborch, & Slauenborch, & ideo dicebatur castrum illud Leyden, id est ductio. Itaque hic locus transactis multis annis, adeo hominibus & domibus repletus est, vt oppidum magnum fieret, tamque egregium oppidum ibidem excreuit, vt Poeta quidam nostris temporibus de eo tale carmen promeret, dicens;

Vulgata Hollandia Chronica plurimum absque misericordia vocant fol. 48. Leydo fundatur.

Salue dulce solum, tellus pulcherrima salue:
Leyden finitimæ lux regionis aue.
Diceris Hollande minus immerito camera esse:
Pomi in parte domus quæ meliore soles.
In medio nostræ te namque sitam reor oræ,
Delitiis pleno letitiaque loco.
Adsunt templa tibi sat miranda speciei,
In quo diuinum rite sit officium.
Est in honore Petri structum templum tibi sancti,
Quod liquet ex templis pulchrius esse tuis.
Templo Pancratii fons est pulcherrimus almi,
Qui de syncero constat & are bono.
Tumbo tibi procerum nec deesse videtur asorum.
Est tibi adhuc densus nobiliumque chorus.
Es nec ad arma viris viduata gerenda peritis,
Martia magnanimis fortibus, intrepidis.
Quin in te generum fiunt panni variorum:
Fama fere quorum peruolat omne solum.
Pascitur humanum corpus quibus, est tibi rerum
Diuersi generis copia magna satis.
Sed poterit laudum quis idoneus esse tuarum
Nuncius, aut præco congruus, ede, rogo?
Nam merito poterunt adscribi quæ tibi laudes,
Tales ac tantas esse tot atque reor.
Munere quod vatis videantur egere periti,
Aut excellentis Rhetoris officio.
Munita ex populo sexus vtriusque decoro,
Ornata lepido pergracilique pio.
Te constat terras superare decore propinquas,
Munditie clarus, moribus atque bonis.
Stratis atque viris pulchris, vicisque plateis,
Et domibus pulchris, rebus & in reliquis.
Dici Traiectum merita potes ipsa secundum,

Illis persimilis esse videre satis.
Quas generas pulchras mulieres atque puellas
Sunt magis hac villa quam regione sata?

De fundatione Oppidi Harlemensis.

Cap. XI.

Harlemii fundatio & Etymologia.

IGitur Castellanus, seu Burchgrauius Leydensis proles multas habuit, & inter cæteras prolem vnam masculam siue vnum filium Lem nomine, qui adeo strenuus erat, quod Wilri in Wiltenborch eum in regem elegerunt. Hic autem genuit filiũ Dilbaldum nomine, qui postea factus est rex Frisiæ inclytus; vxor quoque eius gigantissa erat, & generauit ex ea plures filios. Habuit etiam ex ea rex quendam filiũ nomine Lem, qui successu temporis miles effectus Harlem fundauit; nomen quoque proprium eidem imponens nominauit Harlem statti, creuitque Oppidum illud post multorum annorum curricula, atque credo solemne factum esse, vt etiam supra fatus Poeta honoratis laudum titulis ipsum extulerit, dicens:

Harlem, lux patria Metropolis inclyta nostra
O caput Hollandia gloria flos & ane
Tractus lux nostri, tu iucundissima terrũ,
Maxima diuitiis splendidaque atque opibus
Religiosorum numerosa caterua virorum,
Est tibi de sanctis ordinibusque bonis.
Nocte dieque tuos qui curant ducere alumnos
Exemplo ad superos eloquioque polos,
Non in Theutonia comperta Parochia tota
Est Harlem maior quod mihi crede, fuit.
Est vbi quippe forum quod arena datur spaciosa,
Quo vidi pulcrius nil patriu:
Quin te consulit mira domus & specici
De quo tam dixi sunt locata fori.
Stemmata nobilium sunt & tam multa virorum,
Quæ clarent opibus, rebus & ingeniis.
Exercere tui Mauortia bella periti
Sunt ciues hosti credere non soliti,
Sunt tibi procera mortales nempe statura
Ornati pannis, vestibus atque bonis
Matronæ pulchræ tibi sunt, pariterque puellæ,
Cultu habituque graues & gradiendo leues,
Suntque domus pulchræ, statuæ quoque satis amœnæ
Nil tibi deest clarus, quod tuer esse, locis.
Corpora pascuntur, quibus & mortalia rerum
Copia cunctarum dicitur esse tibi:
Præsertim sortes, pisces fluuii, & marũ omnis
Venales aquo sunt tibi propretio.
Panni lanarum fiunt in teque bonarum,
Vnde tibi lucrum non venit exiguum.
Quin & cerusia varium braxas genus apto,
Qui solet ad multas vtribus ire plagas.
Sylua propinqua tuis extat pulcherrima in oriũ,
Pulchrior est paucis quam mihi visa locis:
Delictas generis in eacuiusque videbis,
Littore non longe distat ab aqueo:
Sectarique feras illis datur ampla facultas,
Et ceruos, lepores cursu agitare leues.

De Rege Arindalio cognomento Exeloer.

Cap. XII.

Arindalius Frisiæ rex.

POrro Lem, qui Oppidum Harlemense, vt præmittitur, fundauerat, genuit Arindalium, (aliàs Aurinduliũ) regẽ Frisiæ. Hic habuit aures longas, ad instar asini; & ideo

ideo cognominatus est Rex Ezeoler. Is ét in diebus suis magnus valde extitit, & potens; duxitque vxorem de gigantum genere, ex qua plures proles procreauit, & vnam filiam, quæ postea fuit effecta regina Frisonum. Itaque supradictus Arindalius nondum erat Rex Frisiæ, sed Rex Hollandiæ; Sed de Wiltenburch, vsque ad Neomagense castrum, vel, secundum aliquos, vsque ad insulam Imperatoris, id est, Keysers Wert. Igitur Reges prædicti, qui Frisonum sunt appellati, & eorum successores ad libitum consueuerunt in terris prædictis habitare, & præsidem, & nomen regium de locis, in quibus habitabant, sortiri. Vnde qui habitabant in Wiltenborch, dicebantur Reges de Wiltenborch; & qui in Frisia, dicebantur Reges in Frisia. Qui vero in Hollandia habitabant, dicebantur Reges Hollandiæ; de quibus iste Rex Ezeloer fuit vnus. Hic ergo istam terram Hollandiæ dirigebat, & quasi semper in ea habitare disponebat. Fundauit in ea castrum miræ magnitudinis & altitudinis magnis impensis, prope Voerburch; cuius simile nō reperiebant in multis regionibus. Illis temporibus dictum est in processu temporis castrorum istud castrum Regis Ezeloer; & durauit vsque ad tempus quo Dani Hollandiam vastauerunt; de quibus dicetur infra; quum tunc etiam destructum fuit. Inueniuntur autem adhuc hodie denarii quando terra illa aratur, vbi castrum prædictum fuerat ædificatum, quos egomet etiam vidi. Hic etiam diu vixit, & inter alias proles suas quendam bastardum genuit, quem Falconem nominauit propter oculorum suorum claritatem, & rotunditatem; & ipse fundauit quoddam magnum castrum ad aquilonarem plagam nemoris, iuxta Rhenum, quod & Valckenborch appellauit.

Reges Hollandiæ qui.

Ezeloer castrum.

De Arturo Rege, & Insulis Fortunatis.

CAP. XIII.

ANNO Domini quadringentesimo octuagesimo quinto natus fuit potens, ac inuictissimus ille rex Arturus, qui fuit rex Angliæ. Hic rex fuit vnus de nouem illustribus & melioribus viris. Iste Arturus rex subiugauit sibi & vicit Hispaniam, Franciam, Alemaniam, Daciam, Norvegiam, Suediam, Scotiam & Frisiam. Et, prout de eodē legitur, ipsemet propria manu quadringentos, & septuaginta viros interfecit. Hic rex quodam tempore pugnauit contra Hollandenses, sed non potuit illos vincere. Dimisit ergo eos tali conditione, quod semper deberent suis parere mandatis, & sic manerent in libertate, absque quacunque exactione; tunc credebāt eum diu superuixisse, & quod adhuc sit in Insulis fortunatis, & quod adhuc venturus sit Angliam rectaturus. Insulæ autem fortunatæ contra Mauritaniam in mari iacent, & sunt ibi quinque vel plures qui ferunt omnem indigentiam hominum videlicet arboris fructus paruos & magnos, vineas, segetes, frumenta, & omnem abundantiam. Quapropter Poetæ dixerunt, quod esset paradisus. Aues ibi multę, arbores pulcherrimæ, mel & apes; omne quod postulatur inuenitur. Siaūt forte aliquis ad eas venerit, & tunc discesserit, nunquam postea ventus flat, qui ipsum ad ipsas readducat. Igitur inter decem annos, post obitum eius quibusdam paucis de annis in Britannia regnantibus, Saxones inferiores cum multis paganis ex Africa, & aliis diuersis nationibus perrexerunt cum nauibus multis tempore Zenonis Imperatoris in Britanniam, id est, Angliam. Et Saxones in Anglia existentes de gente Hengisti, & Horsi erumpentes, iunxerunt se Britronibus, qui tenuerunt totum regnum, & exaltauerunt in regem Gurmundum Africanum, qui regnauit in Anglia quadraginta annis. Deinde ille Saxo triginta annis, & post eum Edelbertus; sub quo conuertitur Anglia per S. Gregorium Papam, mittens in Angliam suos legatos sanctos, prædicatores. Saxones ante fugientes venerunt ad terram Armeniæ dictam, quam obtinentes nominauerunt Britanniam minorem, & illa Britannia nunc est Ducatus Franciæ. Quidam autem alii Britones fugientes ad Hollandiam, atque ad ostia Rheni fluminis vbi Rhenus intrat mare prope Catvvyck, vela diuiserunt, & ibidem castrum munitissimum construxerunt, quod Britton appellauerunt, vicinumque populum eis subiecerunt. Istud autem castrum permansit in vigore vsque ad tempora beati Hungheri Episcopi Traiectensis, de quo inferius dicetur in diuisione quinta.

An. 481. Arturus Angliæ rex.

Insula fortunatæ, hodie Canaria.

Saxones Britanniam ingrediuntur.

De Gigante suscitato à S. Magutо, & de Missa celebrata.

CAP. XIV.

DEINDE aliquibus annis transactis claruit in Anglia sanctus Magutus, qui in omni vita sua virgo permanens monasticum habitum induit, & cœlibem vitam

tam duxit. Tandem autem remotiorem locum sibi quærere desiderans, quandam syluam Oceani nomine Imam, cum magistro suo & sociis nauigio adire disposuit, quæ Paradisi delitiarum similitudinem habere dicebatur. Parata itaque naui cum omnibus necessariis nonaginta circiter fratres quinque hac & illac nauigando vagantes, cum insulam inuenire nequirent, ad patriam redierunt. Et multis annis elapsis sanctum Magutum persæpe miraculis coruscantem, Reges, & nobiles illius prouinciæ in Episcopum elegerunt: qui ordinatus sacrum officium aliquamdiu fideliter administrans, naualibus iterum apparatibus instructus ad prædictam insulam, in qua etiam angelos ferebatur habitare, cum quondam magistro suo Brandano aliisque sanctis viris aggressus est nauigare. In qua nauigatione pluribus annis permeantes in anno septimo sepulchrum miræ magnitudinis in quadam insula inuenerunt, mirantibus omnibus si humana statura tantum spatium videretur occupare. Tunc beatum Magutum, cui nihil apud DEVM impossibile fore credebatur, sanctus Brandanus & fratres, deposcebant vt corpus illud oratione sua suscitaret. Quod ipse primum expauens, tandem multis precibus magistri coactus lachrimabiliter orauit, & oratione completa, toto tremefacto tumulo proceræ & incomparabilis staturæ homo prodiit; interrogatus, quis, & cuius conditionis fuerit, gigantem se nominauit Vldanum, paganum, & idololatram fuisse. Tormenta etiam quæ cum aliis perditis in inferno sustinuerat narrauit; & quod meritis beati Maguti inde ereptus sit. Confitebatur quoque Christum verum Deum. Iudæos eius crucifixores æterno incendio plus aliis incredulis se vidisse cruciari. Tunc quoque ex aqua & Spiritu sancto renasci flagitans à sancto Episcopo baptizatus est. His peractis scisciti sunt ab eo, vtrum insulam quam quærebant nomine Imam, ipse maris incola nosceret. Quibus ille respondit, se vnam insulam olim cum per mare ambulauit vidisse, omnibus insulis nitore & delitijs præstantem. Introitus in ea nullus apparuit, credo etiam me gentilem talia intrare maria fuisse indignum; quorum decorem multa augent pallatia. Tunc sancto Episcopo petente ab eo, vt præuius ductor nauim versus illam partem dirigeret, illo respondente, quo nauis anchora retinebatur manueeler & cædrina procerita te sublimis profundum pelagi pedetentim progrediendo petebat, & ad se nauem trahebat, si forte illac ad lo- cum illum ducere posset. Sed fluctibus etiam feruentibus & infantientibus, ventorum oborta tempestate contraria, cum non valerent vlterius sic progredi, reuersi sunt ad insulam, vbi gigantem ipsum beatus Magutus suscitauit. Vbi cum Deo seruiendo deuote moraretur, contigit denuo gigantem ex hac vita migrare. Diffisi vero spe inueniendi insulam quam quærebant in patriam redire diiudicant. Denique carinam à statione submouentes illinc certo festo Paschæ, conspiciebant, quasi modicam insulam, ad quam & applicuerunt; illic sanctus Magutus, suggerentibus fidelibus missarum solemnia celebrare cepit. Cumque fratres missam canerēt, peruentum est in missali ordine vsque ad orationem dominicam. Tunc subito tota illa quæ videbatur quasi insula commota est. Erat autem bellua ex his quæ Cete dicuntur, abyssi incola tantæ enormitatis & magnitudinis, vt credi retur paulo ante ab Episcopo & sociis eius insulam esse. Aduerterunt ergo suprastantes vnum animal esse, & exterritis omnibus, sequejam ingerendos & deglutiendos clamantibus vir Deo fidens in domino interritus perstitit, donec impleta missa confortari cœpit, diffugientibusque cunctis ad nauem sanctus vir in oratione se ibidem prostrauit, inuocans Deum, vt cetum, cui superstabat, immobilem faceret, donec illinc congregatio fratrum illa transcundo euaderet. Qua oratione completa beluaquasi anxia inclinans facta est immobilis, donec S. Magutus, & omnes nauem conscendentes, sicq; laudantes Deum prospero cursu ad patriam redierunt incolumes.

Cete insular in sula.

Cetus immobilis precib. S. Maguti.

De Conuersione Regis, & regni Francorum.

CAP. XV.

Anno Christi 413.

ANNO Domini quadringentesimo tertiodecimo obiit Hildricus Rex Franciæ cū regnasset triginta & vno annis. Eo ergo defuncto regnauit Clodouæus filius eius ex adulterio gentilium procreatus, hic duxit vxorem Rochilden filiam Chilperti Regis Burgundionum, quem Gundehardus Rex filius eius peremerat, vxorēque eius matrem scil. Rochildis ligato ad collum saxo aquis merserat, hæc cū Christianissima esset, virum suum Regē videl. Franciæ ad fidem nitebatur conuertere, sed nequibat; quæ cum filiū generasset, ipsum baptisari voluit, sed Rex omnino prohibuit. Illa autem quiescere non valens, tandem hoc vix à Rege obtinuit, & filium baptisauit.

baptisauit: qui cum baptisatus esset, subito est defunctus. Cui Rex ait: nunc apparet quia vilis est CHRISTVS DEVS, qui eum per quem fides eius poterat sublimari, in vita conseruare non poterat. Cui illa: imo à DEO meo valde me diligi sentio, quod primum fructum ventris mei ipsum rapuisse cognosco, quod regnum infinitum tuo regno melius filio meo largitus est. Concepit iterum & filium alium peperit, quem sicut primum cum multa instantia baptisari fecit; sed ecce subito infirmatum, ita quod de eius vita desperaretur. Dixitque Rex reginæ. Valde debilis est Deus tuus, qui nullum in suum nomen baptisatum conseruare potest. Nam si mille genueris & cunctos baptisaueris, omnes similiter peribunt. Sed tamen puer conualuit, & sanitatem recepit, & post patrem eius regnauit. at fidelis mulier virum suum ad fidem conuertere nitebatur, sed ille modis omnibus resistebat. Tandem immisit dominus Alemannos & Theutonios in Franciæ Regi num vt bellarent contra Regem & demum depopularentur terram Franciæ. Quod dum ageretur ab Alemanis, Clodouæus Rex Franciæ necessitate compulsus votum vouit domino DEO quem vxor sua orauit vt si de Alemannis sibi victoriam tribueret, mox fidem Christi reciperet. Quod cum esset ad libitum consecutus, bertum Remigium Episcopum Remorum adiit, & se baptisari poposcit. cumque ad fontem baptismatis aduenisset, nec ibidem sanctum Chrisma haberetur, ecce columba quædam ampullam eum Chrismate in rostro detulit de quo Regem pontifex Sanctus liniuit, hæc autem ampulla in Remensi Ecclesia conseruatur & inde vsque hodie Reges Franciæ inungunt. Hic autem Rex in baptismo Ludouicus est vocatus. Is Rex cum regno Franciæ possedit & Thuringiam. Obtinuit quoque Rex omnem terrā à fluuio Sequana vsq; Lore; regnauit autē triginta annis & obiit, sepultusque est Parisiis in Ecclesia sanctæ Genouefæ: quo defuncto filius eius Lotharius factus est Rex Franciæ & regnauit quinquaginta annis. Post hunc nonus in Francia regnauit Chilpericus. Quo mortuo regnauit Lotharius Catholicus & bonus Christianus nec non defensor Ecclesiæ & cleri.

Columba defert S. Christma.

Baptisatur Clodoueus Rex Francia à S. Remigio.

Clodoueus nominatur Ludouicus.

De victoria Lotharij Regis contra Frisones.

CAP. XVI.

ANno Domini sexcentesimo tricesimo quinto Lotharius inclitus Rex Franciæ, colligens suos bellatores fortissimos manu armata ac magna cum potentia Frisiam intrauit, Frisones vero viriliter & audacter se defenderunt & victoriam adepti sunt. Quibus gestis præfatus Rex iterum congregauit exercitum fortem & cum tubis stridulis, & vexillis in ære micantibus Frisiam secundario intrauit, & ipsam pernagans omnem Frisiam, nullum omnino Frisonum mensuram sui Gladii excedentem dimisit vincentem. Hollandenses autem hoc videntes territi sunt, & idcirco festinabant fœdus gratiæ inire cum eodem Rege. Quapropter terra Hollandiæ, & quæ modo dicitur Traiectensis diocæsis cum Wiltenborch addita est terræ Regis Franciæ. Et amodo inuenitur nuncupata esse orientalis Francia, siue Hollandia: sed postquam idem Rex reuersus fuisset ad Franciam, Hollandenses non diu seruauerunt pactum. Porro Rex iste Lotharius habuit omnes Theutonios & Gallos sub potestate sua. Hic etiam subiugauit sibi omnem terram occidētalem citra Danubium fluuium & aquilonarem vsque montes Longobardorum. Iste Rex fuit primus qui subegit Saxones, & erant ei subiecti omnes à Saxonia vsque Hispaniam. Habuit quoque filium Dagobertum nomine qui ei in regno post mortem successit.

Anno Christi 635.

Frisones deuicti.

De Initio Brabantiæ ducatus.

CAP. XVII.

PORro Lotharii alterius Regis Franciæ tempore filii videlicet Clodouei seu Ludouici baptisati à sancto Remigio Pontifice Remorum, quidam egregius, & famosissimus princeps de Hasbant claruit, Carolomannus nomine: hic sibi subiugauit Brabantiam, & genuit ex vxore sua Pipinum de Lauden primum ducem Brabantiæ. Et quia hic Carolomannus prudentia sua totam Franciam defendebat, fuisse dicitur gladius Regis Francorum. Eo igitur defuncto Pipinus de Lauden filius eius successit, factusque est primus dux Brabantiæ. Hic insuper efficitur maior domus, & supremus consiliarius regis Franciæ, Lotharii videlicet

Initium Ducatus Brabantiæ.

Pipinus primus dux Brabantiæ.

licet secundi, de quo dicitur in præcedenti Capitulo. Sanctus quoque sapiens Arnulphus antequam vitam Eremiticam duceret, erat ei familiarissimus in consiliis dandis, & duxit in vxorem Idaburgam ex Gasconia, de qua genuit Grimoldum, & duas filias; videlicet sanctam Beggam, & sanctam Gertrudem. Hic sepultus est apud Lauden istoque mortuo filius eius Grimoldus post eum Dux factus est maior domus Regis Franciæ. Hic aliquibus annis transactis, obijt sine liberis. Begga vero soror eius habuit in maritum Angesigum possidentes ambo ducatum Brabantiæ vnde & iste fuit secundus dux Brabantiç, hic Angesigus fuit filius S. Arnulphi præfati ducis prope Flandriã filii Arnulphi, filii Ausberti nobilissimi Romani ex Vltilda sorore primi Lotharii regis Franciç. Itaque Angesigus dux Brabantiç genuit ex Begga vxore sua Pipinum de Harstel. Hic vero Angesigus tandem à Gundamo perimitur, quem ipse inuentum & nutritum de sacro fonte susceperat & ad maximos militiæ honores prouexerat. Quo occiso Pipinus de Harstel filius eius factus est tertius dux Brabantiæ de quo dicetur inferius in præsenti diuisione.

S. Begga & Gertrudis filia Ducis Brab.

De Traiecto.

CAP. XVIII.

LOthario itaque rege Franciæ defuncto Dagobertus filius eius regit pro eo. iste Rex Dagobertus Hollandenses & Frisones plenarie sibi & suis successoribus subiugando subdidit regno Franciæ castrum etiam Wiltenborch eo quod castrenses contra eum rebellauerant cum inuictis circumuallauit armigeris impugnans illud cum ingenijs diuersorum tormentorum. Porro in ista obsidione quidam venerabiles viri de Traiecto superiori expulsi & proscripti se sociauerunt prædicto regi vt auxilium in oppugnando ferrent. Quod & impetratum est. Castrum ergo idem Rex obtinuit tali conditione videlicet vt omnes & singuli in eodem existentes Christiani fierent, proscriptosque illos secum ad inhabitandum compati deberent. Quod & placuit ciuibus, & sic omnia erant pacificata, & ex tunc Rex Dagobertus nomen castri & oppidi mutauit & germanice cognominauit Vtrecht id est latine traiectum inferius, quasi de nouo, & nomen datum ex Traiecto superiori propter memoratos illos proscriptos. Ex Traiecto dein ordinauit Theoloneum de omnibus bonis descendentibus per Rhenum fluuiũ. Vel ideo nominauit Traiectum, quia ibidem propter teoloneum, & bona temporalia de mercimonijs, & aliis infinitis variisque bonis venientibus de torrentibus Rheni inferius descendentia, aut etiam infra per mare applicantia soluendo Traiecti castellano supradicta tractitabant.

Ratio nominum Traiectiũ.

De prima fundatione Ecclesiæ Traiectensis.

CAP. XIX.

An. 643.

ANno Domini sexcentesimo quadragesimo octauo præfatus Dagobertus Rex munitionem castri Traiectensis primam Ecclesiam ædificauit in honorem Beati Thomæ Apostoli, quam regendam commisit Archiepiscopo Colonensi, ea videlicet conditione, vt idem Archiepiscopus gentem Frisonum conuerteret ad fidem Christianam, & eis Euangelium prædicaretur. In qua ergo sacerdotes Domini ad conuertendum populum Frisonum plurimum laborauerũt. Sed labor eorum omnino superuacuus extitit. Quoniam præduræ ceruicis Frisones fidem Catholicam de suis finibus extirpare cupientes, diuapidauerunt primitiuæ fundationis Ecclesiam & exinde duris incursionibus totam infestauerunt Hollandiam. Mansit autem ista primitiua Ecclesia vsque ad fundamentum diruta, vsque ad tempora Beati Willibrordi, ex Anglia venientis, qui eam iterum reædificauit, de quo in sequenti libro dicetur.

Primo Ecclesia Traiecti in honorem D. Thomæ.

Frisones dura ceruicis.

De morte Dagoberti regis, & de aliquibus ei succedentibus.

CAP. XX.

DEinde aliquibus annis euolutis Dagobertus Rex Francorum moritur. De quo per visionem cuidam reuelatum est, quod anima eius ad iudicium rapta fuit, & multis Sanctis contra eam pro expoliatione Ecclesiarũ suarum reclamantibus, cũ eam iam mali Angeli vellent ad pœnas inferni rapere, interuentu Sancti Dionysii martyris, cui ipse maxime deuotus fuerat, à pœnis liberata est. Quo defuncto regnauit post eum duodecimus Clodoueus filius eius, annis decem. & se-

Mors Regis Franc. Dagoberti.

& septem. Huius Clodouei Maior domus fuit Atanoaldus princeps. Porro Clodoueus rex corpus Sancti Dionysij minus religiosè discooperiens, licet cupidè, os brachij eius fregit, ac rapuit, moxque in amentiam perpetuam incidit, eiq; in regno successit tertius decimus Lotharius, filius eius, & regnauit annis quatuor. Huius Maiordomus post Atanoaldum fuit Obrenius. Abhinc, Francorum regibus à solita fortitudine & scientia degenerantibus, regni potentia disponebatur per Maiores domus, regib. solo nomine regnantibus, quibus moris erat principari quidem secundum genus, & nil agere vel disponere, quam irrationabiliter edere & bibere, domique morari, & Calendis Maij præsidere coram tota gente, & salutare, & salutari, & dona recipere, & rependere, & sic secum vsque ad alium annum habitare. Lotharius ergo rex Francorum moritur, & Theodoricus, frater eius ..... Maior domus in regem quartum decimum sublimatur. Tandem idem Theodoricus rex per inimicitias Ebronii à Francis repudiatur, & frater eius Hildricus, qui in Austria morabatur, à cunctis ad regnandum euocatur. Porro Theodoricus & Ebronius tonsurati sunt. Theodoricus Parisijs in cœnobio Sancti Dionysii, Ebronius in Luxouio monasterio. Regnauit ergo quintus decimus Hildericus præfatus annis duodecim, & eius Maiordomus erat Vvilfoaldus. Irem Godilo Francus, quem rex Hildericus ligatum in vinculis cædi præcepit, Hildericum in venatione exceptum cum Blialde vxore eius tum regnante interfecit. Tũc Theodoricus iterum regno restitutus factus est iterum rex Franciæ, & regnauit annis XIII.

Theodoricus regno restituitur.

De Pippino de Harstel.

CAP. XXI.

THEODORICVS rex cum Berthario Pippino congressus vincitur, Bertharius à suis perimitur, & Theodoricus rex à Pippino capitur. Hic est Pippinus de Harstel, tertius Dux Brabantiæ, de quo supra posuimus, Cap. XVII. Etiamque iste Neustriam, id est Normanniam scilicet subiugauit, & sub Theodorico Rege solus toti regno principando, statum rerum meliorauit. Sanctum quoque Lambertum à sede sua Traiectensi turpiter eiectum, cum omni genere ad Præsulatum reuocat. Theodorico Rege Francorum mortuo, Clodoueus filius eius, decimus septimus post eum regnauit annis quatuor. Stirps itaque istius Pippini in tãtum creuit apud Francos, vt de cetero ex eo prodeuntes, Duces Francorum nominarentur. Quia sine eorum nutu nihil fiebat. Stirps vero regia omnino de die in diem magis decrescebat. Hic speciosum castrum habuit apud Harsel, supra Mosam prope Leodium & Traiectũ superius. Sed principale domicilii eius erat in Colonia Agrippina, in loco, vbi nunc est monasterium, q. dicitur Mariæ sanctæ in Capitolio. Hoc siquidẽ Plectrudis dicti Pippini vxor fundauit in genere genitricis Dei. Ibiq; conuentum monialium coniunxit, & congregauit, & ipsum locum multis diuitijs & ornatu regio sublimauit. Genuitque idem Pippinus ex vxore sua duos filios, videlicet Droginem & Grimoaldum. Tandem Pippinus coniugem suam Plectrudem pro tempore deseruit, & illicito contubernio Alpaidi adhæsit. Super quo dum Beatus Lãbertus, Tungrensium & Traiectensiũ Episcopus, Pippinum arguerẽt, Dodo Dux Ardemiæ, frater præfatæ Alpaidis, Sanctum Lambertum interfecit. Dodo ergo, interfector Sancti Lamberti, pessimo languore cruciatus, à vermibus consumitur, & ob intolerantiam fœtoris in Mosa flumine demergitur. Omnesque huius culpæ complices inter annum diuinitus puniuntur. Percussor verò Sancti Martyris fratri suo congressus, alter altero perimitur. Pippinus id audiens quod Christi sacerdos pro suo peccato martyrium subiisset, rubore & verecundia confusus, reuersus est in Coloniam ad Plectrudem coniugem suam legitimam, Alpaide grauida derelicta. Cum autem Alpais peperisset cucurrit nuncius ad Pippinum, vt scilicet de natiuitate talis filii nunciaret. Sed inueniens Ducem inter nobiles, & cum sua cõiuge sedentem, dixit *Vmit Dux quidem Kayrl est*, sub hoc verborum tegumento innuens, quod Alpays sibi pulchrum filium peperisset. Est enim *Kayrl* lingua germanica, homo robustus, membra habens magna & fortia. Dux bonũ nomen est Karil. Iste fuit primus Karolus dictus nomine, qui expulsis filiis patris sui legitimis, Drogine & Grimoaldo, patri successit, vt in sequẽti libro dicetur. Hic itaque Pippinus de Harstel vicit in manu forti Theuthonicos & Sueuos. Insuper & etiam vicit Radbodum

S. Lambertus reuocatur ad Episcopatum.

Castrum Harstel supra Mosam.

Monasterium Mariæ in Capitolio Coloniæ.

S. Lambertus interficitur. Dodo à vermibus comeditur, & ob corporis fœtorem in Mosa submergitur.

bodum Regem Frisiæ. Quo deuicto, destinauit Sanctum VVillibrordum in Frisiam, ad prædicandum verbum Dei Frisonibus, Traiectensibus, & Hollandensibus. Quæ & idem vir Dei glorioſe peregit. Qualiterque hoc perfecerit, in ſequenti libro ad plenum narratur, ad honorem videlicet illius, qui viuit & regnat ſine fine.

De prima inhabitatione VVeſtfriſiæ.

CAP. XXII.

Anno 500. VVeſtfriſia inhabitata à quinque viris.

ANNO Domini CCC. VVeſtfriſia legitur fuiſſe inhabitata. Primo à quinque viris, ſcilicet à Rege Theodorico, à quo Radbodus, Rex Frisiæ, poſtea deſcendit, & morabatur in Medenblyck. Quo in loco ſedem habitationis ſuæ primitus inſtituit. Secundus fuit Dominus Gerardus VVut den VVoude, qui locum ſuæ manſionis locauit primò in villa Opdyck. Tertius fuit Rolandus de VViernes, qui cœpit ædificare caſtrum in villa VVydencs, quo ſtatuit ſuæ gubernationis dominium. Quartus fuit Kemir, filius Haykonis de Bennenbrock, qui in villa prædicta primo cœpit habitare. Quintus fuit Domicellus Olbout, qui dicitur beatus Adelboldus de VVinſel, qui morabatur in villa VVinckel vocata, Anno Domini CCCC. IX. conſtructum eſt ædificium inter Stauriam & Medenblyck, & vocatur Azylon, hoc eſt, domus refugii. Anno Domini CCCC. XXIX. incœpta ſunt tria monaſteria regulariter viuentium ex conſenſu Paganorum, videlicet in Hauvverlen prope Blodyck, & prope VVinckel villam prænominatam. Eodem anno fuit conſtructum monaſterium monialium, quæ erant albis veſtibus indutæ habentes Abbatiſſam, & obtinuerunt ſuper antiquo aggere locum, facientes templum de conſenſu Regis Daciæ & Margaretæ Imperatricis Romanorum, quem ipſa à prædicto Rege precibus ſuis impetrauerat. Anno CCCC. XLIX. conſtructum eſt monaſterium monialium in Imbexvvoud.

LIBER II.

CONTINET HISTORIAS SANCTI VVILLIBRORDI, primi Archiepiſcopi Traiectenſis, & diſcipulorum ſuorum, & inſtitutionem Traiectenſis Dioceſis, & conuerſionem gentilium in eadem Dioceſi, & de quibuſdam Francorum euentibus illius temporis, & habet capitula XLII.

De conuerſione Gentis Anglicanæ.

CAP. I.

Lucius Rex Britannia à S. Eleutherio Pont. baptiſmum petit. Baptizatur XXVIII. Idolorum Pontifices in Anglia. Reiiciuntur flamines & eorum loco Epiſcopi ſubſtituuntur.

PRitannia ſiquidem, quæ modo Anglia dicitur, ſicut prouinciæ Hollandenſi miſerat primos inhabitatores, vt patuit in præcedenti libro, ita etiam & primos fidei fundatores præfatæ prouinciæ deſtinauit. Nam qui fidem Catholicam in cordibus Hollandenſium fundauerunt, ex Anglia primitus venerunt. Vt ergo apud Hollandenſes fidei exordium cognoſcamus, neceſſe eſt, vt Anglicanas hiſtorias ad memoriam pro initio huius diuiſionis deducamus. Narrat ergo venerabilis Beda in Anglorum hiſtoriis, quod circa annum Domini centeſimum quinquageſimum quintum, Beato Eleutherio in ſede Apoſtolica poſito, idem Eleutherius Papa accepit à Lucio Rege Britanniæ & Angliæ Epiſtolam, vt Chriſtianus per eius mandatum fieret. Cui Papa miſit duos religioſos viros, videlicet Fuganum & Dunianum. Qui Regem prædictum baptiſauerunt, & ad Chriſtum populum eius conuerterunt. Erant autem tunc in Britannia viginti octo pontifices idolorum, quos flamines vocabant, inter quos tres Archiflamines erant in ciuitatibus nobilioribus, videlicet in Londoniis, Eburaci, & in vrbe Legionum. Sed dicti Sancti de mandato Apoſtolico, vbi erant flamines, inſtituerunt Epiſcopos, vbi Archiflamines, Archiepiſcopos. In qua

qua fide Christi Britannia tunc quidem permansit vsque ad tempus Diocletiani, Christianorum persecutoris. Quo imperante ipsam fidem Christi deseruit, scilicet circa annum Domini ducentesimum nonagesimum. Ex tunc enim Britannia iterum idola colere cœpit & in Paganismo vsque ad prædicationem Sancti Germani Episcopi Altissiodorensis, illuc ex Burgundia venientis, perdurauit. Hic dum in Britannia prædicaret, & sibi & sociis eius Rex Britanniæ hospitium denegasset, subulcus Regis regressus à pascuis, accepta præbenda in palatio, ad proprium tugurium rediens, vidit Beatum Germanum cum sociis fame & frigore laborantem. Quos in domo sua benigne recepit, & vitulum, quem habebat, hospitibus occidi mandauit. Post cænam Sanctus Germanus omnia ossa vituli superponi fecit in pelle, & ad eius orationem vitulus sine mora surrexit. Sequenti die Germanus Regi festinus occurrit, & cur ei hospitium denegauerit, patienter inquirit. Tunc Rex vehementer attonitus scilicet, respondere non potuit. Tunc Beatus Germanus Regi dixit audacter, Egredere de regno, & regnum meliori tradite dimitte. Quo egresso, Germanus Dei mandato subulcum cum vxore venire fecit, & vniuersis stupentibus subulcum baptizatum cum suis, regem constituit. Et ex tunc Reges ex subulci genere prodeuntes dominantur genti Britonum. Sicque tota Britannia iterum ad cultum Christi secundo rediit. In quo quidem Christianitatis cultu permansit vsque dum Hengistus Rex Frisiæ Paganus & Aschus eius filius, duodecim Duces Britanniarum fere cum omnibus suis principibus & adiuroribus occiderunt. Et ex tunc tota Britannia fidem Christi deseruit. Tandem circa annum Domini quinquagesimum nonagesimum tertium, beatus Papa Gregorius magnus per Augustinum & Mellitum Angliam ad baptismi gratiam tertio reuocauit & hoc quidem hoc facto: quodam enim die idem Beatus Gregorius per forum vrbis Romanæ transiens, vidit quosdam pueros forma pulcherrimos, vultu venustos, capillo flauo perspicuos esse venales. Interrogat ergo mercatorem, de qua illos patria portasset. Qui respondit, de Britannia, cuius incolæ simili candore refulgent. Interrogat iterum, si Christiani sint. Cui mercator, non, sed paganis erroribus implicati retinentur. Tunc Gregorius acriter ingemiscens, ait, Heu, pro dolor, quam splendidas facies princeps tenebrarum nunc possidet. Interrogat insuper, quod esset vocabulum gentis illius. Cui ille, Anglici vocantur. Bene, inquit, Anglici, quasi Angelici, quia Angelicos vultus habent. Interrogante iterum eo, quod nomen haberet ipsa prouincia. Ait mercator, Prouinciales illi vocantur Deiri. Et Gregorius, Bene inquit, Deiri, quia de ira Dei sunt eruendi. Rursum de nomine Regis interrogante eo, ait mercator, quod Elle diceretur. Et Gregorius, Bene Elle, quia Alleluia in partibus illis decantari oportet. Qui mox ad summum accedens Pontificem, cum multa instantia, & precibus vix obtinuit, vt ad illos conuertendos mitteretur. Cumque iam iter arripuisset. Romani de eius absentia plurimum perturbati, Papam adeunt, & eum taliter alloquuntur, Petrum offendisti, Romam destruxisti, quia Gregorium dimisisti. Sicque Papa perterritus, ad eum reuocandum continuo nuncios destinauit. Cumque Gregorius iam trium dierum iter peregisset, & in quodam loco diuerrens, ceteris quiescentibus, lectitaret, quædam locusta superueniens, eum coegit à legendo quiescere. Et ex consideratione sui nominis docuit eum in eodem loco stare debere. Quod ille spiritu prophetico discens statim comites adhortatur, vt velocius debeant proficisci. Sed superuenientibus Apostolicis nunciis redire compellunt. licet de hoc plurimum contristaretur. Tunc Papa ipsum à monasterio suo abstraxit, & suum Diaconum Cardinalem ordinauit. Deinde Papa defuncto, Gregorius ab omnibus summus Pontifex constituitur, & tunc adhuc, vt desiderauerat, Augustinum cum quibusdam aliis in Angliam misit, vt ibidem operaretur per suos discipulos, quod in persona propria non valuit. Sanctus ergo Augustinus, Mellitus, Ioannes & alii monachi, quasi sexaginta ad Angliam venerunt, ibi Augustinus mandauit Ethilberto Regi Cantuariorum, se venisse de longinquo, ac nuncium ferre optimum, qui scilicet obtemperantibus æterna in cœlis gaudia promitteret. Cumque ad iussionem Regis appropinquasset, & verbum vitæ ei & comitibus eius prædicaret, respondit Rex, Bona videntur

Redit ad idolatriā Anglia temporibus Diocletiani anno circiter Domini 290.

S. Germanus in Angliā proficiscitur.

Mandato regis hospitium denegatur.

A subulco regis benigne hospitio cum socijs suscipitur.

Vitulum subulci miraculose adsuit resuscitat.

Regem obiurgat & regno egredi iubet.

S. Germanus subulcum Regē constituit.

Anno 593. Gregorius Magnus Pontifex.

Angli quasi Angelici.

Augustinus in Angliam mittitur.

vestra promissa, sed quia noua sunt, & incerta, non possum his statim consentire, relinquendo consueta. Concedit tamen eis licentiam prædicandi, & victus necessaria, & mansiones, in ciuitate Dorvvernensi, quæ erat regni eius metropolis. Prædicantibus ergo eis, & in nomine Iesu miracula facientibus, crediderunt multi, & baptizatus est Rex Cantuariorum cum omnibus suis. Vnde insuper factum est, vt paucis elabentibus annis, etiam omnes Reges insulæ Angliæ, cum suis subiectis, accederent ad Christi fidem. Hæc omnia ex historia Anglicana secundum Bedam, & ex vita Sancti Gregorii.

Anglia accipit fidem Christianam.

De ortu Sancti Willibrordi. 10

CAP. II.

PORRO in antefata patria processu temporis ex Saxorum genere nutu Dei, & prouidentia diuina, puer nomine Willibrordus ex religiosis atque inclytis iuxta seculi dignitatem parentibus est editus. Pater vero eius nomine Wilgis cum coniuge & omni domo sua, ita religiosus extitit, quod tandem deposito militiæ cingulo, monachum se fecit, spiritualisque ardoris in tantum sublimatus est studio, vt multis miraculorum clareret signis in mundo. Ac Sancti Willibrordi sacræ natiuitatis fuerunt hæc exordia, & mox in vtero matris diuinæ electionis præsagia. Nam sicut sanctissimus præcursor Domini, Beatus Ioannes Baptista, ex vtero matris Deo sanctificatus, religiosis parentibus, vt Euangelica narrat historia, Christum, seu solem præcedens Lucifer, multis in salutem profuturus natus est, Angelo præconisante, ita celeste est ostensum coronia, quod antequam nasceretur vir iste sanctus, pium eius vitæ meritum designaretur. Igitur vxor venerabilis Willigisi, patris Sancti Willibrordi, qui ad hoc tantum DEO prædestinante, vt creditur, matrimonio iunctus est, vt talis ex ea procrearetur proles, vidit in somnis quasi nouam sibi apparere lunam. Quam dum bicornem vique ad plenilunium globum paulatim crescere diligentissime miratur, illa repentino cursu lapsa ruit in os mirantis. Erdum eam deuoraret, eius intima nimio splendore scilicet perfusa videbantur. Eiulans ad timorem perterrita, & quid præsignificaret somnium incerta, cuidam hoc religioso retulit presbytero. Illoque interrogante, si ea nocte, qua ei reuelatio facta est, mare generandæ sobolis suo iungeretur viro, illa non abnuit. Acceptaque ab ea hac confessione, hoc præsagium futurorum esse ita resoluit, Luna quam ex modico in magnam vidisti creuisse, filius est, quem in ea nocte concepisti. Qui luce veritatis caliginosas infidelium tenebras illustrabit. Et quocunque perrexerit comitante superni luminis splendore, plenum suæ perfectionis ostensurus est globum. Coruscanteque rumoris candore & morum pulchritudine, multorum in se alliciet aspectum, illi non inferior merito, qui solis ac lunæ, & vndecim stellarum adoratione se præferendum prophetico præuidit oraculo. Huius ergo somni interpretatione rerum certa exhibitio subsecura est. Factum est enim post circulum dierum peperit mulier filium, sacroque baptismatis fonte regenerato, pater imposuit nomen Willibrordus.

S. Willibrordi natiuitas.

Somnium matris S. Willibrordi.

De bona indole Sancti Willibrordi.

CAP. III.

IGITVR pater Willibrordum suum filium competenti tempore ablactatum, tradididit Herpensis Ecclesiæ fratribus religiosis, studiis literarum erudiendum, videlicet, vt fragilior ætas validioribus cælestis disciplinæ nutriretur sanctionibus. Vbi nihil videret nisi honesta, nihil audiret nisi sancta. Mox vero mirum in modum ei diuina gratia, ab ineunte pueritia, & sensu proficere, & moribus pollere vltra quam huiusmodi annis congruit concessit. Ita vt nostris temporibus

Ita Beda, in Chron.

poribus nouum Samuelouasci putares, de quo dictum est, *Puer autem Samuel proficiebat, atq; crescebat, & placebat tam Deo, quam hominibus.* Ibique in prædicto monasterio multis præfuturus puer clericatus accepit honorem, & sic clericali charactere tonsuratus est, inter ceteros coæuos nutritus. Sed alacritate minor nulli humilitate erat secundus. Nulli lectionis & orationis studio inferior. Sicque quotidie bonæ indolis puer proficiebat in æmulatione virtutum super omnes coætaneos & puritiæ annos morum grauitate transcendebat. Quem etiam cum lucidum vt sidus inter astra reliqua splendidius consurgere, ac inter contubernales virtutibus succrescere cœnobij pater deprehenderet, sæpe suppresso eius nomine, ne infirmior ætas insolesceret, negligentioribus illius debere imitari proposituм prædicabat. Igitur in sacris eruditionibus, & in omni sobrietate, morumque honestate, vsque ad vicesimum ætatis suæ annum, beatissimus adolescens willibrordus, sanctis successibus proficiens, arctioris vitæ desiderio succensus, peregrinum iter cogitabat pro respectu supernæ remunerationis arripere. Et quia in Hybernia scholasticam eruditionem vigere audit, sed & quorundam sanctorum virorum fama volitante, conuersationem, hos nimio æstuabat ardore inuisere, & præcipue beatissimum patrem & Episcopum Egbertum, qui cognomento Sanctus vocabatur. Nec non & VVigebertum venerabilem virum & sacerdotem Dei, quorum vterque ob cœlestis patriæ amorem, domo, patria, cognatione que relicta huius solitudinis ad Hyberniam secessit, ibiq; dulcissimos supernæ contemplationis fructus, sæculo nudus, Deo plenus, mentali gustu hauriebat. Abbas autem cum comperisset, pius adolescens quid haberet animi multiplici prece cœpit orare, ne se desereret, ne locum habitationis, quem elegerat, mutaret, si venerandis omnipotentis Dei excubiis inuigilare decerneret, locum se, non hostem, posse mutare sciret. Ad hæc ille, ac si ad hoc opus potius instigaretur missionem humillime cœpit instantius petere illius vbiuis terrarum caritate nolle carere profiteri Christi seruum se esse, diabolicæ infestationis timore non adeo permoueri. Quid multa? Non potuit vlla defensionum ambage à corde sancti numinis superno spiramine affixa auelli sententia donec tandem importunis victus oraminibus cum connuentia Abbas monasterij, ei prospera imprecatus, ad desideratum locum dilectum permisit ire alumnum. Ille vero mox alacrior effectus & omnium impatiens morarum, sine vlla difficultate, vt scilicet videbatur, longa terrarum transuelauit spatia, & eorum, quorum sitiebat aspectum Deo fauente meruit frui magisterio, quatenus, ceu prudentissima apis, ex eorum doctrina, mellifluos pietatis carperet flores. Et in sui pectoris aludario dulcissimos virtutum fauos construeret. Tamen vt est Sanctorum quædam specialis virtus, de virtute ascendere ad virtutem, singulorum cohabitantium studuit haurire gratiam, scilicet alterius frequentem in oratione assiduarum vigiliarum cultum. Alium sæpius lectitantem, alium nuda humo quiescentem imitabatur. Huius humilitatem, illius sectabatur hilaritatem. Ibi itaq; annis XII. inter eximios piæ religionis ministros, futurus multorum populorum prædicator magnificus satis Deo acceptus informabatur eruditionibus, donec occurreret in virum perfectum, & in ætatem plenitudinis Christi. Et VVillibrordus ab isto Sancto Egberto accepit sacrum ordinem presbyteratus.

Vide Ioan. de Beka.

Episcopum Egbertum cognomento Sanctum.

Sanctorum specialis virtus est de virtute ascendere ad virtutem.

S. VVillibrordus ab S. Egberto accepit sacrum ordinem.

De Sancti Egberti desiderio ad Germaniam prædicationis gratia.

CAP. IIII.

POrro audiens Sanctus Egbertus circa annum incarnationis Dominicæ sexcentesimum octuagesimum, proposuit animo pluribus prodesse in opere Apostolico, verbum Dei videlicet, quod non audierunt gentibus Euangelizando, committere, vel si hoc fieri non posset, eos ad videnda atque adoranda beatorum Apostolorum ac Martyrum limina cohortari. Sed ecce ne quid horum perficeretur superna illi oracula similiter & opera restiterunt. Nam electis sociis strenuissimis, & ad prædicandum verbum idoneis, vtpote actione & eruditione

Anno 680.

præclaris, præparatisque omnibus, quæ nauigantibus esse necessaria videbantur, euenit die quadam mane ad eum de fratribus vnus discipulus quidam in Britannia & minister Deo dilecti sacerdotis Boisili. Qui etiam idem Boisilus Præpositus monasterij Marrocensis, referens ei visionem, quæ sibi eadem nocte apparuisset. Cum expletis hymnis, inquiens, matutinalibus in lectulo membra posuissem, ac lenis somnus mihi obrepsisset appatuit magister quondam meus ac nutritor amantissimus Boisil, interrogatque me an eum cognoscerem. Aio etiam tu es Boisil. At ille, ad hoc, inquit, veni, vt responsum Domini Saluatoris Egberto afferam, quod te referente ad illum debet venire. Dic ergo illi, quia non valet iter, quod proposuit implere, DEI enim voluntas est, vt ad Columbæ, vel Columbam monasteria magis docenda pergat. Erat enim Columba primus Doctor fidei Christianæ transmontanis Pictis ad Aquilonem. Primusque fundator monasterij, quod in hac insula multis diu Scotorum Pictorumque populis venerabile mansit. Audiens autem Egbertus verba visionis, præcepit fratri, qui retulerat, ne cui alteri hæc referret, ne forte illusoria esset visio. Ipse vero tacitus rem considerans, veracem esse timebat. Nec tamen à præparando itinere, quod ad gentes Germanicas docendas iret, cessare volebat. At post paucos dies venit rursum ad eum præfatus frater, dicens, quia & ea nocte sibi post expletos matutinos psalmos Basil per visum apparuerit, dicens, Quare tam negligenter ac tepide dixisti, quod præcepi tibi dicendum Egberto. At nunc vade & dic illi, quia si velit, nolit, ad monasteria Columbæ debet venire, quia aratra eorum non recte incedunt. Oportet autem eum hæc ad rectum tramitem reuocare. Qui hoc audiens, denuo præcepit fratri, ne cuiquam patefaceret.

Columbæ primus doctor fidei Christianæ transmontanus Pictis.

Cumque iam naui imposuissent, quæ tanti itineris necessitas poscebat, atq; oportunos aliquot diebus ventos expectarent, facta est nocte quadam sæua tempestas, perditis nonnulla ex parte his, quæ in naui erant rebus, vt ipsam, in latus iacentem, inter vndas relinquerent. Saluata tamen sunt omnia, quæ erant Egberti & sociorum eius. Tunc ipse quasi propheticum intuens, illud dicens, quia propter me facta est tempestas hæc, subtraxit se illi profectioni, & remanere domi passus est.

De missione Sancti VVigberti ad Germaniam.

CAP. V.

AT vero vnus de sociis sanctissimi Egberti Episcopi, vocabulo VVigbertus, cum esset & ipse contemptu mundi ac doctrinæ scientia insignis. Nam multos annos in Hybernia peregrinus Anachoreticam vitam in magna perfectione peregerat. Cernens quia nec idem vir Domini Egbertus, magister suus, ad prædicandum Germanicis gentibus venire permittebatur, retentus ob aliam sanctæ ecclesiæ vtilitatem, de licentia præfati Sancti Egberti, gratia negocij prædicti, cum necessarijs nauem ascendit.

VVigbertus Euangelium prædicat Regi Radbodo.

Peruenientesque ad regionem Frisiæ, duobus annis continuis, genti illi, ac Regi eius Radbodo verbum salutis prædicabat neque vacuum laboris fructum apud barbaros inuenit auditores. Obstante ergo dæmonis astutia, infectoque negocio, idem vir sanctus reuersus est ad suum monasterium, & in solito silentio vacare Domino cœpit. Et quoniam externis prodesse ad salutem non poterat, suis amplius virtutum exemplis prodesse curabat.

De missione Sancti VVillibrordi ad Germaniam prædicationis gratia.

CAP. VI.

Anno 690.

ANNO Domini sexcentesimo nonagesimo, ætatis vero beati VVillibrordi XXXIII. maior eidem fidei flamma crescebat in pectore, ita vt parum ei videretur, sibi soli tantummodo in religionis proposito studisse, & non alijs in prædicatione veritatis prodesse. Audiuit itaque à beato VVigberto, nuper reuerso, in Borea-

Boreálibus mundi partibus, messem quidem multam esse, sed operarios paucos; illucq; ire disposuit, & vt materno ante præmonstrabatur somnio, clarissima Euangelicæ prædicationis luce, torpentes longa infidelitate populos illustrare. Traditus ergo gratiæ à fratribus, assumptisque etiam eis ex diuersis monasteriis vndecim eo fidei feruore in opus ministerii cælestis armatis, quo & ipse scilicet, vt & ipse annunciaret nomen Domini in conueniendo in vnum populis & Regibus, vt seruirent ei, profecti sunt. Fuerunt autem hi beati willibrordi consocii principales & fideles in verbo Domini cooperatores, sanctus videlicet Swithbertus pestmodum Coepiscopus sancti willibrordi, Accha, werwinus, williboldus & Lewinus, in orientali Francia postmodum VViniboldus Abbas. Ingelmundus Abbas, sepultus in Felsoen, duo Ewaldi presbyteri & martyres, VVerenfridus & Marcelinus presbyteri & Confessores. Quorum principalis erat Athalbertus, filius Regis Deirorum, primus Archidiaconus Traiectensis sub præfato sancto VVillibrordo, qui pro Christo dimisit regale patrimonium. Et cum eodem beato VVillibrordo peregrinum introiuit exilium. Et quoniam hi sancti Doctores propagati fuerunt in Anglia de stirpe Saxonica, ideoque conuenienter prædicare potuerunt in lingua Germanica. Vt igitur materni somnii præsagium implereretur, sanctus VVillibrordus, assumptis secum fratribus suprædictis, nauim conscendit, ac nauigauerunt, donec prospero cursu apud ostia Rheni fluminis vela deponerent, ibique optata telluris statione refocillati sunt, & mox per transeuntes locum Leudensem ad castellum Traiectum, quod in ipsa ripa Egden fluminis situm est perueuerunt. Vbi diuina prouidentia, idem vir Dei sibi sedem Episcopatus habere præuidit. Illic ergo clarisonis cœperunt prædicare doctrinis, omnes Deos gentium esse dæmonia pessima, ac cum suis cultoribus æterni ignis inextinguibilibus concremanda incendiis, cælestem autem Trinitatem sub honore vnicæ maiestatis, omnium, quæ ipse plasmauerat, honore esse dignissimum. Quapropter si vellent salui fieri, relinquerent pessimam superstitionem idolatriæ, & creatori potius seruirent, quam creaturæ, vt hic, & in æternum viuerent animæ eorum.

Nomina sociorum S. Willibrordi adnumerantium virtutum Dei.

S. Willibrordus venit in Hollandiam.

De aduentu sancti VVillibrordi ad Pippinum de Harstel.

CAP. VII.

VIDENS itaque beatus VVillibrordus, quia eadem gens, in qua Traiectense castellum erat ædificatum, cum Rege suo Radbodo paganismi ritus tenebras magis dilexerat, quam lucem superne gratiæ, visum est sancto viro superfluum huiusmodi sine fructu, inferiorem itaque Franciam adire disposuit, ac Principem illius accedere Pippinum de Harstel, rectorem aulæ Regis Franciæ, ac strenuum virum, triumphis clarum, moribus probum. Cui dum protestatus fuisset, cognouisset que cuius causa negocij aduenisset, lætabatur corde, quod Dominus de cœlo in terram aspiceret, vt audiret gemitus compeditorum, & solueret filios interemptorum, illum mirtendo ad parandum populum sibi acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Et nolens se, vel suam gentem tanto doctore priuari, loca ei opportuna inter terminos Regni Franciæ præuidit, quo potuisset idolatriæ spinas extirpare, & promissa verbi diuini semina per munda noualia abundantius spargere. Vt impleretur propheticum illud præceptum, nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Porro hic beatissimus vir VVillibrordus strenue ministerium sibi traditum implens, consueuit interdum consilium habere cum sancto Lamberto Traiectensium & Tungrensium Episcopo, qui tunc temporis adhuc viuebat, qualiter fructum vtilem in populo faceret Francorum. Iste autem Pippinus de Harstel est idem de quo dixi in vltimo Capite primi libri.

S. Willibrordus profectus est in Franciam.

Familaritas S. Willibrordi cum S. Lamberto.

De martyrio duorum Ewaldorum.

CAP. VIII.

PORRO per idem tempus duo Ewaldi Præsbyteri, de natione Anglorum, qui cum beato VVillibrordo, vt dictum est, ad Germaniam venerat, perrexerunt ex directione præfati Pippini, Principis Francorum, ad prouinciam antiquorum Saxonum, si forte aliquos ibidem prædicando Christo acquirere possent, erant enim

sicut vnius deuotionis ambo, sic vnius vocabuli. Nam vterque eorum vocabatur Ewaldus, ea tamen distinctione, vt prodiuersa capillorum specie, vnus niger Ewaldus, alter albus Ewaldus diceretur. Quorum vterque pietate religionis in vita sed niger Ewaldus magis sacrarum literarum erat institutus scientia. Qui venientes in prouinciam, intrauerunt hospitium cuiusdam villici, petieruntque ab eo, vt transmitterentur ad Satrapam, qui super illum locum erat, eo quod haberent aliquid legationis & causæ, quod deberent ad illum proferre. Non enim habebant Regem iidem antiqui Saxones, sed Satrapas plurimos suæ gentis præpositos, qui ingruente belli articulo mittunt æqualiter sortes, & quemcumque sors ostenderit, hunc tempore belli Ducem omnes sequuntur, & huic obtempe- 10
rant. Peracto autem bello rursum æqualis potentiæ omnes sunt Satrapæ. Suscepit ergo eos villicus, & promittens se mittere eos ad Satrapam, qui super se erat, vt petebant, aliquot diebus secum retinuit. Qui cum cogniti essent à barbaris, qui erant alterius religionis, nam & psalmis semper, & orationibus vacabant, & quotidie sacrificium DEO victimæ salutaris offerebant, habentes secum vascula sancta, & tabulam altaris, ore dedicatam, suspectui sunt habiti, quia si peruenirent ad Satrapam, loquentes, auerterent eum à diis suis, & ad nouæ Christianæ fidei religionem transferrent, sicque paulatim omnis eorum prouincia veteremcogeretur idolorum mutare culturam. Itaque rapuerunt eos subito, & interemerunt album Ewaldum veloci occisione gladii, nigellum autem longo supplicio 20
rum genere, horrenda membrorum omnium diserptione. Quos interemptos, in Rhenum proiectos, cum Satrapa ille, quem videre volebant, audisset, iratus est valde, quod ad se venire volentes, peregrinos, non permitterent. Et mittens occidit vicanos illos, vicumque incendio consumpsit. Passi sunt autem præfati sacerdotes vt famuli Christi tertia die Octobris. Nec martyrio eorum cælestia defuerunt miracula. Nam cum perempta eorum corpora amni, vt diximus, à paganis erant iniecta, contigit vt hæc contra impetum fluuij decurrentis, per quadraginta fere milia passuum, ad ea vsque loca vbi illorum erant socij, transferrentur. Sed & radius lucis permaximus, atque ad cœlum vsque altus, omni nocte super locum fulgebat illum, vbicunque ea peruenisse contingeret, & hoc etiam pa- 30
ganis, qui eos occiderant cum meru videntibus. Sed vt vnus ex eis in visione nocturna apparuit cuidam de sociis suis, cui nomen erat Tilmon, viro illustri, qui de milite factus fuerat monachus, indicans, quod eo loco corpora eorum posset inuenire, vbi lucem de cœlo transfadiasse conspiceret. Quod ita completum est, inuentaque eorum corpora, iuxta honorem martyrii condigne sunt recondita. Denique gloriosissimus Dux Francorum Pippinus, vbi hæc comperit, misit & adducta ad se eorum corpora condidit cum magna gloria in ecclesia Coloniæ, cluitate iuxta Rhenum. Fertur autem, quod in loco, in quo occisi sunt, fons ebullierit, qui de eodem loco vsque hodie fluenti sua dona perfundat. 40.

Euualdus niger, Euualdus albus.

Euualdus albus & niger interimitur & in Rhenū proiicitur.

Corpora martyrum missa Colonium à Pippino.

De victoria Pippini aduersus Radbodum Regem Frisiæ, & quibusdam eius gestis.

CAP. IX.

Anno 693.

ANNO Domini sexcentesimo nonagesimo tertio Pippinus de Harstel, victoriosus Dux Francorum, coadunauit vniuersum exercitum plebis & militiæ, ditexitq; validam expeditionem illam contra Frisonum prouinciam, & Radbodum eius Regem. Radbodus vero Rex Frisiæ, vt comperit Pippinum aduenire, cum suis Frisonibus, hastis & aliis instrumentis bellicis munitus, eidem Duci potenter occurrit ad bellum. Verumtamen Deo disponente victorialis laus ascripta est Pippino, Duci Francorum, Frisonibus occisis, vel à bello profugatis. Castellum etiam Traiectense idem Pippinus sub potestate sua acquisiuit, & Radbodum Regem præfatum ad interiora Frisiæ profugauit. Inillo etiam tempore Clodoueus Rex Franciæ decimus septimus obiit. Quo defuncto Hildebertus frater eius regnauit decem & octo annis post eum. Tempore ergo istius Hildeberti, decimi octaui Regis Franciæ, obiit Drogo filius Pippini ex Plectrudev-

Radbodus Frisiæ Rex vincitur & profligatur.

Clodoueus rex Francia moritur.

de vxore sæpe dicti Puppini. Eo autem sepulto, Grimoaldus ftatet eius, filius eiusdem Puppini à patre suo Puppino constituitur Maiordomus in aula Hildeberti Regis Franciæ, deinde solemnisatis nuptiis eidem Grimoaldo Theudesinda filia Radbodi Regis Frisonum in vxorem desponderur. Nupriarum igitur diebus transactis, præfatus Grimoaldus Maiordomus aulæ Regis Franciæ, Ecclesiam Sancti Lamberti ad orandum in Leodio intrauit. Quo orante, ante altare Sancti Lamberti occiditur in eodem loco à Rauigario, satellite Radbodi, Regis Frisonum. Tunc Puppinus dolens de occisione filii sui, assumpsit Theodobaldum, filium Drogonis, filii sui, & constituit eum Maiorem domus in aula Regis Franciæ.

Grimoaldus Leodii ante altare Sancti Lamberti occiditur.

De peregrinatione beati VVillibrordi ad Romanam curiam.

CAP. X.

QVIA igitur Pippinus, inclytus Princeps, nuper, vt dictum est in præcedenti Capite, citeriorem Frisiam, expulso ibi Radbodo Rege, ceperat, illo Willibrordum cum sociis suis ad prædicandum misit. Ipse quoque Imperiali auctoritate minans, ne quis prædicantibus quicquam molestiæ inferret, multis eos, qui fidem susciperе volebant beneficiis attollit. Vnde factum est, opitulante gratia diuina, vt multos in breui, ab idolattia ad fidem conuerteret Christi. Porro vt narrat venerabilis Beda, beatus VVillibrordus, mox vt comperit daram sibi licentiam à Puppino Principe, prædicandi in Frisia, accelerauit venire Romam, cui sedi Apostolicæ tunc Sergius Papa præerat, vt cum eius licentia, & benedictione, desideratum opus Euangelizandi gentibus iniret, similiter & reliquias beatorum Apostolorum, ac Martyrum Christi, ab eo sperans se accipere, vt dum in gente, cui prædicaret, destructis idolis, ecclesias constitueret, haberet in promptu reliquias Sanctorum, quas ibi introduceret, quibusque ibidem depositis constitueret in eorum honore, quorum essent illæ, singula quæque loca dedicare. Sed alia perplura quæ tanti operis negocium quærebat, vel ibi discere vel inde accipere cupiebat.

S. VVillibrordus tempore Sergii Papæ Romam petit.

De oratorio sanctæ Crucis & primo fonte in Traiecto.

CAP. XI.

PORRO beatissimus VVillibrordus, cum in omnibus apud sedem Apostolicam sui voti compos esset effectus, prædicationis gratia rediit ad Frisiam, vbi sua prædicatione Radbodum Regem vocaret ad baptismi gratiam. Sed cum vir sanctus laborans, nihil proficeret, considerauit, quod Radbodum Regem Frisonicæ gentis cõuerrere non valeret. Insuperque videns quod ipse Rex nequaquam ab idolorum cultura desisteret, & quod in luctandis animabus parum proficeret, decreuit orientales Franciæ partes adire, & nouellæ conuersionis catechumenos in fide Catholica roborare. Igitur electus Domini sacerdos magnam congregationem præsbyterorum eligens, ad castrum Traiectense venit, quod in potestate Francorum orientalium eo rempore fuit. Vbi prope ruinam primordialis Ecclesiæ sancti Thomæ Apostoli, superædificauit in honore sanctæ Crucis oratorium, in quo renatiui fontis primo consecrauit baptisterium, vt Christi fideles, ob defensionem Castellani Traiectensis, securum illuc haberent accessum, ad susciendum sacri baptismatis Sacramentum.

Oratorium in honorem sanctæ Crucis.

De S.

De S. Swithberto Episcopo.

CAP. XII.

TEMPORE igitur illo, quo fratres in Frisia & Hollandia verbi ministerio erant mancipati, ijdem fratres elegerunt ex eorum numero virum moderatum & mansuetum corde Swvitbertum, qui cum Beato VVillibrordo in illas Frisonum partes venerat, vt eis ordinaretur Antistes. Quem Britannia destinatum in regione eorum ordinauit reuerendissimus VVilfridus Episcopus, quia tũc forsitan pulsus, in Merciorum regionib. exulabat. Non enim eo tempore habebat Episcopum Cantua defuncto Theodoro. Sed necdum Bartwaldo successore eius, qui trans mare ordinandus ierat, ad sedem Episcopatus fuit reuerso. Qui videlicet Swithbertus effectus Episcopus, rediens Hollandiam, cæcos signo Crucis illuminauit.

Cæci signo S. crucis illuminantur.

Quamobrem & consecrauit Ecclesias in Doreſtado & Dryſwyck prope Doreſtadum in Hagheſten, in Santvvyck, in Wondrichem, in Malseem, in Outhoesen, in Scoeurevvoeid, & Ecclesiam in Arclent & in aliis locis. Eodem tempore suscitato Splinterο de Oudengheyn, submerso in Lecca, ab eodem Sancto, Guntherus & Machsteldis vxor eius, parentes eiusdem Splinteri, fecerunt se in Doreſtado baptisari cum amicis suis, viso miraculo prædicto. Hic sanctus postmodum cum Sancto VVillibrordo consecrauit Ecclesiam Sancti Martini in Traiecto, Et infra duos annos in Doreſtado consecrauerunt pariter quinquaginta duas Ecclesias parochiales, ad quod multum adiuuabant parentes Splinteri suscitati. Is etiam Sanctus ad gentem Boructuariorum perrexit, ac multos eorum prædicando ad viam veritatis adduxit. Sed expugnatis non longo post tempore Boructuariis à gente antiquorum Saxonum, dispersi sunt hi qui verbum salutis susceperant. Ipse vero Antistes cum quibusdam Pipinum petiit, qui interpellante Plectrude sua coniuge, dedit ei locum mansionis in insula quadam Rheni, quæ lingua Anglorum vocatur in littore. Nunc autem dicitur VVerda Imperialis, Teuthonice Keyſers wAert. In qua ipse constructo monasterio, quod hactenus..... eius possident, aliquamdiu continentissimam vitam gessit, ibique clausit diem vltimum, & nunc semper virtutum fulget insignijs. Corpus vero eius translatum est ibi prope in oppido Duitſeldorp in Ducatu Montensi, vbi cum veneratione magna colitur.

Reuersione ad Teutonicæ insulæ.

De ordinatione S. VVillibrordi in Episcopum.

CAP. XIII.

Anno 693.

ANNO Domini sexcentesimo nonagesimo quinto, cum Beatus VVillibrordus studiosissime per loca singula pulchris pedibus discurrendo, optabilem cunctis pacem portaret, & semina vitæ supernæ gratiæ rore rigante, longe lateque in agris multorum cordium ad eius prædicationem vberrime pullulassent, congaudens prædictus Francorum dux de eius sanctissima deuotione, & verbi Dei clarissima multiplicatione, maioris occasione profectus prudenti cogitabat consilio eum Romam mittere, vt à Domino Apostolico Sergio, viro sanctissimo, tunc temporis adhuc sanctæ sedi præsidenti, iuxta sacros Canones cælesti scrutinio canonice discussus in sancti sacerdotii genere sacerdotali redimiretur infula. Quatenus Apostolica benedictione & eius iussione suscepta, in opus Euangelij reuerteretur, iuxta illud Apostolicum: *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur.* Quod, cum viro Dei persuadere tentaret, renuit primum, quod tantæ auctoritatis honore indignum se esse referebat. Enumeratisque Apostolicæ sanctionis præceptis longe se inferiorem huic virtutum catalogo asserebat, quem egregius mundi præ-dicator filium suum Timotheum eruditens, oportere Episcopum habere censuit. Dux vero Pipinus reciprocis eum oraminibus religiose suasit excusare non debere, quatenus tanto apertius sanctæ prædicationis sibi postmodum pateret ostium, quanto summi Pontificis fungeretur missatico. Tandem omnium vnanimitate victus, & quod verius est, Dei dispensatione coactus, consensit magis volens plurimorum humiliter obedire consilio, quam suam pertinaciter defendere voluntatem. Et sic cum literis commendatitiis, & muneribus

Romam profiscitur S. VVillibrordus.

Aposto-

Apostolica auctoritate condignis Romam directus est. Cum autem adhuc quasi quatuor dierum mansionibus ab ea longe abesset beatissimus Apostolicus Sergius, huius nominis primus, angelica in somnis responsione admonitus est, vt illum cum summo honore susciperet, perdoctusque est, quod multarum animarum esset illuminator futurus, à Deoque electus ad summi culmen sacerdotij, quapropter nihil ei esset negandum. Qua sanctus Apostolicus admonitione certus, cum gaudio eũ magno, vt decuit, summa suscepit veneratione. Moxq; exempto pallio, chartam ex more inuolutam, literasq;, vir beatus protulit, vt muta tandem litera omnem sibi per ordinem itineris sui atque aduentus occasionem manifestaret. Et quali anxius desiderio diutius desudasset, aperiret. Et ex cum eo deinceps quotidianę disputationis colloquio didicit in eo esse sanctę Trinitatis fidẽ, inuiolabilem religionis deuotionem, sapientiæ plenitudinem, die competenti, populo aduenienteq; aduocatis etiam venerabilibus Episcopis, publicè in festo & in ecclesia S. Ceciliæ Martyris, more Apostolico, eum ordinauit Archiepiscopum, monens Sacramentorum arcana, mysteriorumque cælestium abdita iugiter meditari. Ordinato autem nomen imposuit Clemens, vestimentisque sacerdotalibus eum induit, & sancto quasi superhumerali Aaron pallio, dignitatis & indumenti cõfirmauit gloria. Et quicquid voluit, vel petiuit, siue in patrocinijs sanctorum, seu in rebus ecclesiasticis, cum tota mentis alacritate illi tradidit. Interim perendinatis ibi aliquot diebus, firmatum benedictione, donis ditatum, cum salutaribus præceptis, iterum supradicto remisit Principi, vt, ipsius adminiculante suffragio, plurimis confidentius posset fieri pædagogus paternarum ditionum. Sanctus ergo Willibrordus accepta iam Apostolicæ auctoritatis benedictione cum maiore fiducia sancti Pietorii Pontifex, in opus Euangelij accinctus, Franciam regreditur. Quem cum velut per magnifica munera gloriosus Dux Pipinus recepisset, & beatum Pontificem spontaneus Euangelisandi sequeretur affectus, ad Boreales iterum iteratum duxit mundi metas, quo eatenus ob raritatem Doctorum vel duritiam habitatorum, fidei flamma minus lucebat. Illuc itaque peruenies, eo illis in regionibus semina vitæ instantius sparserat, quo plus necessarium antiquam ignorantiæ famem depellere perspexerat. Qualem ergo, diuina gratia adiuuante, illis in locis fructum fecerit, testes sunt vsque hodie populi per ciuitates, vicos & castella, quos ad veram cognitionem, & ad vnius ac omnipotentis Dei cultum ab sacrilega idolatria, pia admonitione perduxerat. Testes quoque ecclesiæ, quas per loca singula construxerat. Testes quoque & Deo famulantium congregationes, quas aliquibus adunauit in locis.

Serg. Pont. do aduentu S. VVillibrordi

VVillibrordi dimittitur monetur.

Ita Ioan. de Beka.

S. Willibrordus Romæ in Ecclesia S. Ceciliæ ordinatur Archiepiscopus Trajectensis. S. VVillibrordus post ordinationem Clementi vocatur.

Reuertitur ad Pipinum.

De euulsione arborum nemoris sine venia & prædicatione S. VVillibrordi in Frisia.

Cap. XIV.

Tempore igitur, quo Sanctus præfatus Willibrordus Romæ pro Episcopali benedictione erat, arbores in Hollandia maximi nemoris sine venia per ventum validum & terræ motum in vna nocte pro magna parte ceciderunt. Reuersus ergo idem vir sanctus, vt præfata percepit, statim cogitauit hoc factum fuisse de speciali gratia Dei, volentis patriam illam ad se de erroribus ignorantiæ conuerti. Quapropter pastor piissimus miseratus Frisonum gentem diabolicis perire ritibus, iteratò eam visitationem adire disposuit, & considerare si forte inculta cordium arua euangelico arata vomere, æterni fructus semina voluissent recipere. Regemque quoque ipsius Radbodum adiens, eum, qui se in illius honoris fastigium suo nutu ordinari permisit, agnoscere monet, & ne illi ingratus existeret, idola colendo, à quo tot beneficia consecutus esset, vt & temporali per eum frueretur honorum commodo, & cælesti sublimaretur fastigio. Sed virum Dei ille licet humiliter auscultauerit, & humanè tractaretur, nullis tamen vitæ fomentis saxeum eius cor ad consensum credendi emollire ab eo permisit,

S. Willibrordus iterum Frisiam egressus.

Deitinere

De itinere S. Willibrordi ad Dacos, & gestis in reditu.

CAP. XV.

BEATVS igitur Willibrordus Archiepiscopus, vt cognouit apud Regem Frisonum se fructificare non posse, resumpta Euangelisandi constantia, ad ferocissimos Danorum populos iter conuertit, vbi regnabat, vt fertur, Ongendus Rex, homo omni fera crudelior, ad credendū Deū omnipotētem ab idolorum cultura ita irreuocabilis, sicut fuit nouæ prædicationis ignarus, tamen iubente Deo officiosissimè, & vt tantum preconem veritatis decuit eum humanitatis dumtaxat gratia tractauit. Sed homo Dei omnino parui pendens seruitia, vbi illum obduratum, & nullam melioris vitæ spem habentem offendit, acceptis triginta eiusdem patriæ pueris, qui salutarib. acquieuetant monitis, ad electos à DEO populos regni Francorum reuerti festinauit. In eo ipso itinere catechisatos eosdem pueros vitæ ablu- it fonte, ne aliquod propter pericula longissimi nauigij, vel ex insidiis ferocissimorum terræ illius habitatorum, damnum pateretur in illis, volēs antiqui hostis præuenire astutias, non ignarus illius dolositatis. In ipso autem itinere peruenit in cōfinio Frisonum & Danorum, ad quandam insulam, quæ à quodam Deo sui errotis Sosite, ab accolis terræ Societes lant appellatur, quia in ea eiusdem DEI fana fuere constructa. Qui locus à paganis in tanta veneratione habebatur, vt nihil illic vel animalium ibi pascentium, vel aliarum quarumlibet rerum quisquam gentilium occidere auderet. Nec etiam à fonte, qui ibi ebulliebat aquam haurire, nisi tacite, præsumebat. Quo cum vir Dei tempestate iactatus est, mansit ibidem aliquot diebus, quousque sedatis tempestatibus, oportunū tempus nauigationis adueniret. Sed paruipendens stultam illius loci religionem, ferocissimumque Regis Radbodi animum, cuius habitatio in insula præfata etat. Qui violatores sacrorum illorum atrocissima morte damnare consueuerat, tres homines diabolicis renunciantes culturis, in ipso fonte, cum inuocatione sanctæ Trinitatis, baptizabat. Sed & animalia, itibi pascentia, in cibaria suis mactare præcepit. Quod pagani intuentes, arbitrabantur eos subito aut in furorem conuerti, aut terra dehiscēte absorberi, siue velocimorte perire. Quos cum nihil horum pati grandi stupore mirarentur, Regi Radbodo factum retulerunt. Rex autem nimiæ crudelitatis furore accensus, in sacerdotem Dei summi iniurias Deorum suorum vlcisci pertinaciter cogitabat. Et p tres dies cū suis quotidie sorte mittebat, vt aut oēs, aut quoscunq; sors ex illo sancto collegio demōstrasset, iugularet. Deo, a. suos ad multorū salutē custodiente, & vt sibi placuit, illas sortes tēperante, nullus hoc iudicio permissus est ex eis mori. nisi vnus. Qui & ipse vr cum palma martyrii cursus sui agonem mereretur consumare sedulis orabat precib. Tunc vir venerabilis Willibrordus, siue Clemens, Archiepiscopus, vocatus ad Regem Radbodum, & multum ab eo increpatus, quare sua sacra violasset, & iniutiam Deo suo irrogasset. Preco veritatis constanti animo respondit: Non est Deus, quem colis, sed diabolus, qui te pessimo errore, ō Rex, de ceptum habet, vt animam tuam æternis tradat flammis. Non est Deus, nisi vnus, qui creauit cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt, quem qui vera fide colit, vitam habebit sempiternā. Cuius ego seruus salutariter defero mandata, vt ab antiqui erroris vanitate, quam coluerunt patres tui, tandem aliquando resipiscas, & credens in vnum Deum omnipotentem, Dominum nostrum Iesum Christum, & vitæ fonte baptizatus, deinceps nouus homo viuas In omni sobrietate & iustitia, & sanctitate. Hoc enim faciens cum Deo & Sanctis eius gloriam possidebis sempiternam. Si verò mecōtemnis, viam salutis iter ostendētem, scito certissimè quia æterna supplicia etiam infernales flammas tu cum diabolo, cui obtemperas, iustinebis. Noli ergo attendere ad possessiones iniquas & ne dixeris, est mihi sufficiens vita, non enim valent hæc liberare in tempore vindictæ & obductionis. Erubesce tandem hæc idola, risui digna, religiosis venerari cultibus, quæ aut ære fusa, aut lapide sculpta, aut ligno per viuacitatem artis assimulata homini, aut alicui ex animalibus, os habent & non loquuntur, oculos habent & non videbunt, aures, & non audient, nares & non odorabunt, pedes, & non ambulabunt. Simul & considera, quod non solum tuas tibi maneat luete pœnas, si Deum cæli tuum non agnoueris auctorem verum, sed etiam Episcopis, qui tuo pendentes arbitrio, incommutabile nomen lapidibus vel lignis imponunt. Ad hæc Rex Radbodus iratus respondit: Video te minas meas non metuisse, sed & verbis procacib. lacessisse, vt vix mecōtinere

Triginta Danorum pueros secū adducit & baptizat.

Sosite idolum & ab eo insula nominata.

Vana idolorum ceremonia circa S. Willebrordum.

Indigne hoc ferens Radbodus Rex.

S. Willebrordus ad Radbodū Regem.

Radbodi responsum.

tinere possim, quod in te non vleiscar iniurias. Tunc beatissimus Clemens Archiepiscopus illato terrore constantior. Optarem, inquit, mori, vt te lucri facerem, & iam non regnaret peccatum in tuo mortali corpore, sed Christus in acquisitione vitæ. Cum autem obturasse eum aures suas ne audiret verbum tantæ salutis perspiceret, nolens margaritas sacri mysterii porcis conculcandas proiicere, statuit cœpti itineris perficere cursum. Ille vero, & si noluisset prædicatori veritatis, scilicet beato Willibrordo credere verbis, tamen ad Pipinum Ducem Francorum eum honore eum remisit. Cuius aduentu lætatus prædictus Dux, rogauit eum paterna pietate visitare fratres per vniuersas ciuitates, in quibus iam vitæ sparserat semina. Ne forte idololatriæ zizania inimico seminante, diuina suffocarentur fata. Quod etiam pius haud segniter adimplere satagebat, cernens omnes terræ illius regiones per vrbes, vicos, castella, vbi prius euangelizauerat, & exhortans omnes, quatenus boni animi proposito, in veræ fidei permanerent firmitate, ne vanis huius seculi illecebris delectati, cœlestis regni, quo tenderent obliuiscerentur gaudia. Et dum per singulos dies nimis crescerent fidelium, & maior credentium turba ad veri Dei agnitionem confluerent, cœperunt plurimi fidei feruore incitati patrimonia sua Deo offerre. Quibus ille acceptis, mox ecclesias eis ædificari iussit. Statuitque per singulos presbyteros boni testimonii & sanctæ conuersationis, quatenus nouiter Deo acquisitus populus, qui teneram in Christo habebat infantiam, dulcibus diuini verbi nutriretur pabulis, & quo diebus festiuis se congregaret, salutares audiret admonitiones, & vbi pateret fons, quo saluatrix cunctorum Christi gratiam omnes diuersi sexus & ætatis, qui venirent ad baptisma, in puram parturiret infantiam.

Inflat in oratione sua ad Radbodum.

De S. Confessoribus, Virone, Plechelmo & Othero.

Cap. XVI.

PORRO temporibus Pipini sæpe dicti, Ducis Francorum, claruit in claris insulis sanctus Wiro, ex Scotia oriundus, vir Deo & hominibus amabilis, hic non frangitur in aduersis, non extollitur in prosperis, sacris non fatigatur vigiliis, pascitur orationibus, ieiuniis hilarescit. Qui dum suum Episcopatum cum omni honore & sanctitate diu rexisset, malens inter alienos pauper & modicus haberi, quam inter suos diues & gloriosus computari, ad regnum se transtulit Francorum, cum sociis suis, scilicet Plechelmo sacerdote, & Othero Leuita, viris sanctissimis. Quos cum Pipinus Dux Francorum adesse in suis confiniis percepisset, repletus in magno gaudio, eosque ad se statim iubet venire. Qui causam itineris eorum inquirens, & deuotionem considerans, locum, quem elegerant ad seruiendum Deo aptum eis concessit ad manendum. Qui locus ore vulgi mons sancti Petri dictus, aliàs mons Odiliæ, Leodiensis Diœcesis, prope oppidum Ruremundæ. In quo quondam erat Præpositus & Collegium Canonicorum, quod nunc translatum est in dictum Ruremundæ oppidum. Et S. Wironis corpus translatum est in Traiecto. In quo oratorium sanctæ Dei genetricis honore constructum & consecratum est, nec non & sancti Petri monasterium. Igitur VViro Episcopus, vir sanctus, diu desideratum adeptus locum, quatenus doctrinis & exemplis, ac virtutum insigniis, & miraculorum præconiis effulserit, longum est enarrare per singula. Nam sensus suos rexit cum maturitate & honestate, Christum in corde & ore portans, opere sequebatur in paupertate, humilitate, caritate, pietate, ieiuniis, vigiliis, eleemosynis, orationibus intentus, doctrinis, multis virtutum insigniis effullit, populum correxit, & etiam Pipinum, Ducem Francorum, qui ad confitendum sibi nudis pedibus veniebat. Inter hæc vir sanctus senescit in annis, sed conualescit in animo. Tandem aderat tempus miserendi, quo Dominus militem emeritum remunerare disposuit. Modica igitur febre correptus, & carnis soluens debitum, felicem Deo reddidit spiritum, in sinum Abrahæ per manus angelorum transferendum. Sanctum vero corpus inter parietes præfati oratorii S. Mariæ, à fidelibus cum psalmis & hymnis sepulturæ traditur, & ibidem odor miræ suauitatis à cunctis astantibus hauritur. Plechelmus itaque sacerdos Dei infra confinia Scotiæ de clara nobilium prosapia procreatus, comesque peregrinationis beatissimi Wironis præsulis per omnes dies vitæ suæ in diuino proficiens opere Deo & omni populo in præfato monasterio extitit dilectus. Erat enim magnæ abstinentiæ amator, & diuinorum præceptorum velox executor, vtriusque Testamenti paginæ assiduus

S. Viro moritur.

assiduus inspector. Tandem nimio senio ..... sessus, migrauit ad Christum Idibus Iulii, & sepultus est in Ecclesia beatæ virginis præfatæ. Ad cuius sepulchrum dæmones effugantur, cæci illuminantur, & plures infirmi sanantur. Similiter & beatus Othgetus, Leuita Christi, in eodem monasterio in magna sanctitate degens, tandem omni virtute plenus, diuinisque miraculis clarus, infirmitate corripitur, & terminum vitæ suæ prænosceus coram fratribus suis positus, Sacramentisque Ecclesiæ susceptis, migrauit ad dominum, cuius meo, vt promeruit perenniter gaudiurus. Corpus eius in Ecclesia super montem S. Petri prædictum, sepultum est, vbi meritis eius fiunt plura miracula.

Miracula ad sepulchrum Confessoris Herbulmi.

De Karolo Martello, & quibusdam Francorum gestis. 10

CAP. XVII.

Rem an. VII. cum XI. incæpit Comitâtus Clunens.

DEnique Pipinus princeps gloriosus Francorum, post multa laudabilia opera obiens, requieuit in Domino, filiumque suum ex Alpaide Carolum Tuditem, siue Martellum cognomento, nutritum apud Harstel, principatus sui hæredem reliquit. Quod cernens Plectrudis, relicta Pipini, grauiter tulit. Quapropter Carolum Martellum, priuignum suum, captum in Colonia vrbe, custodiæ firmæ mancipauit. Assumensque Theodoaldum, filium Drogonis filii sui, Maioremdomus regni, principatum cum eo vsurpat. Deinde mortuo Hildeberto rege Francorum, Clodoueus filius eius, factus est decimusnonus rex Franciæ, & regnauit annis quatuor. Post quem 20 regnauit vicesimus Dagobertus, huius nominis secundus, annis quinque. Hic reliquit post se duos filios paruulos, quorum primus dicebatur Theodoricus, & secundus Hildricus. Interim Franci Comitem Theodoaldum bellicis armis acrem diriguntˌ & in damnoso bello pariter confligunt. Theodoaldo victo Franci Ragnifredum Maioremdomus, & Chilpericum fratrem Dagoberti regis, filiis ipsius Dagoberti è regno expulsis, regem Franciæ statuunt. Quibus peractis, Carolus Martellus de custodia Plectrudis nouercæ suæ, diuino nutu eripitur. Moxque idem Carolus principatum suum de manu Ragnifredi extorquere nititur. Ragnifredus vero timens Carolum Martellum, cum Ratbodo rege Frisonum fœdus amicitiæ percussit, 30 eumque in adiutorium cum multis Frisonibus acquisiuit. Carolus namque parum curans amicitiam illorum, Ratbodum regem Frisiæ Ragnifredo solacianteꝫ, bellica manu aggressus est, & multos de Frisonum natione in prælio occidit, Ratbodoque etiam per vim deuicto, Frisiam suo subiugauit imperio. Deinde Chilpericoque rege, & Ragnifredo Maioredomus, de Francia profugatis, Carolus vocauit Lotharium aunnculum Dagoberti, & Chilperici fratrum proauumque filiorum Dagoberti regis, vt regnaret loco filiorum Dagoberti nepotum suorum. Quod & ita factum est. Regnauit enim quatuor annis, & mortuus est. Interea Chilpericus & Ragnifredus fugientes ad Aquitaniam, Eudonem ducem, in adiutorem acquirunt. Cum quo bellatoribus muniti, regressi ad pugnam in congressu victi, vix fuga euadunt. Eudo ergo 40 fugiens, Chilpericum secum abduxit. Tandem, vt dictum est, mortuo Lothario, vicesimoprimo rege Francorum, Carolus Chilpericum, patruum filiorum paruulorum Dagoberti, ab Eudone per legatos recipit ad pacem, eumque loco filiorum fratris sui Dagoberti, Regem XXII. Francorum statuit. Quo facto, Carolus etiam Ragnifredum persequens Andegauis eum obsidet, eamque captam, victo Ragnifredo ad habitandum concedit, & totius regni principatum recipit. Post hæc Carolus Saxones debellat, & contra Lanfridem Almanorum Ducem dimicat, eoque victo, Almaniam sibi subiugat. Sueuos insuper, & Bauaros etiam forti manu debellat. Itaque Chilpericus rex Francorum cum regnasset annis quinque, defunctus est, relinquens post se duos filios, quorum senior dicebatur Theodoricus, & secundus 50 Hildebertus. Sed ad dominia patris hi reuertentes non regnauerunt, quia Carolus Martellus Theodoricum, filium Dagoberti prædicti, iam discretionis annos habentem, XXIII. regem Francorum facit, qui regnauit annis quindecim.

Frisia à Carolo subiugatur.

Chilpericus rex Francorũ obitus.

De Cathe-

De Cathedrali sede, & Ecclesia Traiectensis Diœcesis.

CAP. XVIII.

CArolus itaque, dictus Martellus, tandem Rathbodum regem Frisiæ, aliàs in bello deuictum, recepit ad veniam, pro eo, quod absque dolo promisisset, acceptare baptismi gratiam, in qua tunc gente sanctus Clemens, qui & Willibrordus, ponitur Archiepiscopus, sedesque Episcopalis in castello Traiectensi delegatur. Veniens ergo Clemens Archiepiscopus præfatus, ad Traiecti castellum, supra eundem locum, quo Ecclesia beati Thomæ Apostoli ante steterat, vnum monasterium Canonicorum cœnobitalium fieri fecit, ac Cathedram Episcopalem eidem continue stare præcepit. Nam & eandem Ecclesiam per primitiuam benedictionem in honorem S. Martini Confessoris, quondam Turonensium Episcopi, sua manu propria consecrauit, & cunctas illic vetustı erroris tenebras expulit, omnesque illius terræ populos Euangelica luce perfudit. Gentem nuper gladio victam, mox armis diuinis armatam cultus idolorum triumphaliter fecit triumphare, & ab iugo Satanæ diuinitus emancipatam, diuino cultui statuit obtemperare. Hic vtique sancta Traiectensis Ecclesia merito regio plantatio dicta est, quæ nultis regalibus prædiis ac imperialibus priuilegiis adornata est. In qua plures sacrosancti patres pristinis floruerunt temporibus. Ex quibus beatus Willibrordus primus Archiepiscopus Traiectensis fuit, qui videlicet sancti patres præfati, tam in morte, quam in vita, multis miraculorum clarueruṅt virtutibus, vt postea patebit inspicienti. In hac quidem Ecclesia large præbendati sunt venerandæ dignitatis Canonici, qui in horis nocturnis siue diurnis, continue nō tacebunt laudare nomen Domini. In hac insuper Ecclesia multa sanctorum corpora de diuersis sanctuariis & reliquiis venerant. In qua nihilominus duorum præpotentum Imperatorum consepulta viscera reponuntur. Huic etiam Ecclesiæ sanctæ Carolus Martellus Dux, & maior domus Francorum contulit primam donationem in subsequenti forma.

S. VVillibrordus primus Archiepiscopus Traiectensis.

Multa SS. corpora in ecclesia Traiectensi.

De donatione Caroli Martelli de Traiecto & Fethna, sub VVillibrordo Archiepiscopo.

CAP. XIX.

EGo in Dei nomine Amen. Illustris vir, Carolus Maior domus, filius Pipini, quondā cogitans casum humanæ fragilitatis, qualiter peccata possem abluere, & donante Deo ad æterna gaudia peruenire. Idcirco donamus à die præsenti per hanc paginam testamenti, & donatum in perpetuum esse volumus, hoc est ad monasterium, quod est infra muros Traiecto castro situm, constructum, vbi Apostolicus vir dominus, & in Christo pater noster VVillibrordus Archiepiscopus S. conuersationis cœnobitali ordine custos præesse videtur. Omnem rem fisci ditionibus, quicquid in ipso Traiecto castro, tam infra muros, quam à foris, cum omnibus adiacentiis, vel appendiciis, cum illo pascua Grueninga, vel quicquid ibi fiscus ad præsens habere videtur, omnia, & ex omnibus totum, & ad integrum, cum omni re quæsita & inquisita, & similiter villam, vel castrum nuncupatum Fethna, situm in pago Iustrlaco, cum omni mero & soliditate sua, omnes adiacentias suas, vel appendicias, tam ad ipsam villam Fethnam castro, vel etiam ad ipsum dictum castrum Traiectense, vt diximus, aspicere vel pertinere videtur. Quantumcunque ad partem fisci, vel ad nostrum præsens esse videtur, cum omni integritate eorum, quicquid dici, vel nominari potest, hoc est vna cum mansis, terris, casis, domibus, ædificiis, accolabus, litis mancipiis, campis, pratis, piscuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, greges cum pastoribus vtriusque generis sexus, mobilibus & immobilibus totum ad integrum, vt diximus, à die præsenti, ad ipsum monasterium, vel ad ipsam casam Dei tradimus atque delegamus perpetualiter in Dei nomine, ad possidendum, ita vt ibidem omni tempore pro nostra mercede proficiat in augmentis. Et quicquid exinde patres iam dicti monasterii vel rectores pro eorum opportunitate facere decreuerint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, seu nos ipse, vel aliquis de heredibus vel proheredibus, seu quislibet vlla opposita aut extranea persona, qua contra hanc donationem, quam nos pro diuino intuitu, & animæ nostræ remedio ad instar testamenti fieri & affirmare decreuimus, coemere aut agere, vel eam infringere conauerit, inprimis Dei cœlestis iram incurrat, & à limitibus sanctorum, vel consortio Christianorum efficiatur extraneus, & insuper inferat vna cum socio fisco auri ..... quinque, auri pondera lege coactus exsoluat, & quod repetiit emendicare non valeat. Sed præsens donatio ad instar testamenti à me facta

omni tempore firma & ſtabilis maneat cum ſtipulatione ſubnixa. Actum Araſtallis villa publica Calendis Ianuarii anno ſecundo regnante glorioſo Domino Theodorico rege. Signum illuſtris viri Caroli Maioris domus, qui hanc donationem fieri, & affirmari rogauit. Signum Carolomanni filii eius. Signum Garioonis. Signum Baldrici. Signum Albonis. Signum Engilbaldi. Signum Athalhardi. Signum Theodoldi nepotis eius. Signum Boſonis. Signum VVidonis. Signum Ouuſtridi. Ego Rotpertus conſcripſi. Hauerardus ſubſcripſi. Andonius presbyter ſubſcripſi. Celmonius ſubſcripſi. Chaldo Cancellarius rogatus à Carolo ſupradicto ſcripſi & ſubſcripſi.

De donatione Caroli de Marithayme ſub eodem S. VVillibrordo Archiepiſcopo.

CAP. XX.

ALIAM etiam donationem idem Carolus Martellus donauit Eccleſiæ Traiectenſi ſub hac forma:

Ego in Dei nomine illuſtris vir Carolus Maior domus, filius Pipini, quandam cogitans caſum humanæ fragilitatis, qualiter peccata abluere poſſim, & donante Deo ad æterna gaudia peruenire. Idcirco tradoa die præſentium per hanc paginam teſtamenti, pro redemptione animæ meæ, donatumque in perpetuum eſſe volo, in loco nuncupato Marithayme, vbi caſtrum fuit ad Baſilicam, qua eſt conſtructa in honore Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatæ Mariæ Dei genetricis, ſed & beatorum Apoſtolorum ſanctique Ioannis Baptiſtæ, vel caterorum ſanctorum, noſcitur eſſe adificata, quæ eſt ſita in pago Batua, villa iuris noſtri nuncupata Elſte, in ipſo loco Marithayme, quantumque ibi habuit vel poſſedit Euerhardus, dum ipſe infidelis regi apparuit, & in regum Francorum infidelitate foris patria, ad infidelesſe ſociauit. Et propter hoc omnes res ſuas in fiſco regali redactas fuerunt. Quas glorioſus rex Hildebertus genitori noſtro Pipino de ſuo fiſco, & ex largitatis ſuæ munere conceſſit mihi genitori meo Pipinus iure hereditario in proprietatem conceſſit ſupra nominatam villam Elſte, quod alio nomine Marithaym nominatur, quicquid ſupradictus Euerhardus ibi poſſedit, vna cum manſis, terris, caſis, domibus, filiis, campis, mancipiis vtriuſque ſexus, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, totum & ad integrum hæc omnia tradimus ad præfatam Eccleſiam. Et quicquid Euerhardus habuit in Batua, vel poſſedit ea ratione, vt dominus VVillibrordus Archiepiſcopus præfatas res in ius & dominium ſuum recipiat, ſuorumque ſucceſſorum, in Dei nomine, ad poſſidendum, ita, vt ibidem omni tempore proficiat in augmentum pro remedio animæ meæ. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, contra hanc traditionis chartam aliquam inſuſtam interpoſitionem facere voluerit, inprimis Dei omnipotentis iram incurrat, & à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ efficiatur extraneus, & ſit anathematizatus & maledictus eadem maledictione, quam Dominus dedit ſuper Dathan & Abyron, quos terra viuos abſorbuit. Et quod repetit emendicare non valeat. Sed præſens traditio ſit adinſtar teſtamenti à nobis facta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum Tulpiaco caſtro publico, menſe Iulio nona die, anno ſexto regnante glorioſo rege Francorum Theodorico. Signum Caroli illuſtris viri, qui hanc traditionem fecit & affirmari rogauit. Signum Salconis Comitis. Signum Folcarii Comitis. Signum Barghetoſiensis Comitis. Signum magni Harii Comitis. Signum Ludelphi. Signum Odonis. Signum Aglonis. Signum Herigeri Comitis. Signum Hertenfridi Comitis, qui Aduocatus fuit Epiſcopi, & hanc traditionem manu ſua cum domino ſuo ſuſcepit. Aldo Clericus iuſſus à domino meo Carolo ſcripſi & ſubſcripſi hanc teſtamenti chartam in Dei nomine feliciter, Amen.

De VVlfranno Senonenſi Epiſcopo.

CAP. XXI.

Anno 720. ANNO Domini ſeptingenteſimo vigeſimo, ſanctus Wlfrannus Senonenſis Epiſcopus, per diuinum miraculum in viſu admonitus eſt ad Friſiam tendere, & beato Willibrordo Archiepiſcopo Traiectenſi, pro conuertendis Friſonibus, diligenter aſſiſtere. Quod vt faceret, iuit tunc ad monaſterium Fontinellæ, cuius tunc pater erat B. Auſbertus Rothomagenſis Epiſcopus. De quo monaſterio cooperatores ſecum aſſumpſit ad prædicandum. Qui dum nauigarent Friſiam, & eſſent in medio mari, quod adiacet regioni Morinorum, adfuit hora, vt Miſſam cantaret ſanctus Wlfrannus, naui manente immobili, poſitis anchoris. Dumque ventum eſſet ad locum, vbi miniſter adferre debet patellam PRÆSVLI, Præſul extenta manu, eam exſpectabat. Sed dum MINISTER eam abluere vellet, in mari

mari ceciderat, orando effecit, vt patena sub imo maris reuecta manu ministri cohæreret. Post hoc filius Radbodi, regis Frisiæ, à beato Wefrano baptizatus in albis posit[e] expirauerit. Mos autem erat apud Frisones, vt quemcunque sors contingeret, offerretur dæmonibus immolandus. Ad hoc tunc electus est sorte quidam puer Ono nomine, quem cum S. Wefrannus expetisset, respondit rex; si cuus Christus hunc de morte liberauerit, dabo eum tibi. Quod & beato Wefranno placuit. Appensus est ergo puer prædictus in patibulo. Orante autem S. Wefranno dirupta sunt vincula, quæ guttur eius stringebant, & illæsus corruit in terram. Qui tentus à sancto, surrexit incolumis, baptizatusque est, & postea à Regisslando Rothomagensi Episcopo presbyter ordinatus, multos codices transcripsit monasterio Fontinellæ. Post hæc prædicatione S. Wefranni Radbodus rex Frisiæ in fide Catholica diligenter edoctus est, & ad fontē baptismatis in Hoghentvvouda simulata deuotione perductus est. Cum ergo idem tyrannus vnum pedem lauacro baptismatis contingeret, vt Christianæ fidei sacram professionem faceret, instigante diabolo requisiuit, vbinam numerus Frisonicæ gentis maior esset, aut in cœlesti regione, aut in gehennali damnatione. Sanctus quidem Episcopus constanter asseruit, omnes Frisones incurrisse perpetuæ damnationis sententiam, qui dudum minime susceperunt sacri fontis renatiuam gratiam. At idem rex hæc audiens, abstrahendo pedem à baptismate, dixit, malo enim cum anteceſſoribus meis paganicis apud inferos habere contubernium plurimorum, quam cum paucis Christianis tuis possidere regnum cœlorum. Et cum esset in multa dubitatione, misit ad beatum VVillibrordum illius gentis Archiepiscopū consulentē quod deberet baptisari. Cui ille respondit, Quomodo mihi creder, qui S. fratri nostro non credit? Ego, inquit, vidi hāc nocte eum cathena ignea ligatum, vnde constat eum iam æternam damnationem subisse. Cumque reuertebatur ad domum regis, nunciatur eum iam esse mortuum.

Filius regis Radbodi baptizatur.

Hæc ad verbum tenet. de Beka.

Mors Radbodi regis non baptisati.

De seductione Radbodi Regis Frisonum per diabolum facta.

Cap. XXII.

QVomodo autem Radbodus ille deceptus fuerat à diabolo, prædictus Ono narrabat, dicens: Diabolus enim apparuit Radbodo regi præfato in angelum transfiguratus in domo sua Medenblyck, caput coopertum diademate aureo, cum gemmis & veste auro texta, in quem cum Radbodus intenderet, dixit ad eum diabolus; Virorum fortissime, quis te ita seduxit, vt à cultura Deorum velis recedere? noli hoc facere, sed mane in his quæ didicisti, & venies ad domos aureas, quas tibi æternaliter in proximo sum daturus. Cras ergo accerse VVefrannum, Doctorem Christianorum, & ab eo quære, quænam sit illa mansio æternæ claritatis, quam tibi pollicetur. Quam cum demonstrare nequierit, vtrusque partis mittentur legati. Ego ero dux itineris, & demonstrabo illis domum auream, & mansionem pulcherrimam, quam promitto tibi. Eiulans Radbodus narrauit cuncta S. VVefranno. Qui dixit, illusorem diabolum sibi velle illudere. Respondit rex, se futurum Christianum, si illa pulcherrima mansio demonstraretur sibi à Domino Deo suo. Mittitur ergo statim quidam Friso ex parte regis, & quidam diaconus ex parte S. VVefranni. Qui cum paululum ab oppido processissent, obuium habuerunt quendam itineris comitem. Qui dixit eis, properate cito, nam demonstrabo vobis pulcherrimam domum Radbodo regi præparatam. Illi autem pergentes viam latissimam ad loca ignota, viderunt quandam viam diuersorum generibus marmorum polito opere decoratam, viderunteque à longe domum quasi auream, & peruenerunt ad plateam, quæ ante domum erat, quasi auro & gemmis stratam. Intranteſque domum, viderunt domum esse miræ pulchritudinis, & incredibilis splendoris, & in ea thronum miræ magnitudinis. Tunc ductor itineris ait illis, hæc est mansio præparata Radbodo regi Frisiæ. Ad hæc diaconus obstupescens, ait; Si à Deo facta sunt ista, perpetuo manent, si à diabolo, cito dispereant. Et cum signaret se signo sanctæ Crucis, ductor ille transiit in diabolum, & domus aurea in lutum. Remansitque diaconus & Friso in medio locorum palustrium, quæ plena erant longissimis virgultis ranceis. Triduoque immensi itineris conficientes iter, reuersi sunt ad oppidum, & regem mortuum inuenerunt, narraueruntque cuncta quæ viderant sancto Wefranno. Friso autem baptisatus est, qui diccbatur Ingomarus vel Tuningus, qui & secutus est sanctum Wefrannum ad monasterium Fontinellæ. Fuit autem apud Frisones sanctus VVefrannus per annos quinque, & postea reuersus est ad Fontinellam monasterium, vbi

monachicum susceperit habitum, ordinato pro eo Episcopo in vrbe Senonicæ Gerico venerando. Ipse vero sanctus apud Fontinellam pluribus annis sine lecto fuit, cilicio tectus sub cuculla. Obiit apud Fontinellam tertio decimo Calendas Aprilis, & sepultus est iuxta beatum Wandregisilum.

Mortuus S. Vulfrannus.

De prædicatione S. Willibrordi in Frisia & Hollandia.

CAP. XXIII.

Poppo regnat mortuo Radbodo.

POppo post mortem Radbodi Regis Poppo in Frisia regnat, dataque est licentia beato Clementi, qui & Willibrordus Archiepiscopus Traiectensis dicebatur, post mortem prædicti Regis Frisonum, quocunque vellet secure pergeret in Frisiam & in Hollandiam, sanctumque Euangelium publice prædicaret. Tunc sanctus vir Willibrordus diligentia sagacis studii in ea liberam nactus prædicandi facultatem, cœpit publice & priuatim prædicare Patris & Filii & Spiritus sancti inseparabilem, coæternamque substantiam vbique regnare, & illum solum trinum in vocabulis, vnum in maiestate, visibilium & inuisibilium omnium esse conditorem. Et hanc Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate, implentem & complectentem & transcendentem & sustinentem omnia, toto corde oportere Deum verum esse credendum, vera ratione manifestauit. Hanc ore confiteri ad salutem. Cœpit itaque eadem

Hollandi amplectuntur fidem Christianam.

instantia Gens ex Hollandia miro modo sacrum baptisma in ablutione suorum criminum expetere, & quod pristino errore Phanatici ritus deliquerat emendatioris vitæ delere correctione. Huiusque pii Doctoris monitis audientes, nihil in se tenebrarum ignorantiæ latuisse sinebant. Sed tota se Euangelica luce sine vlla dilatione perfundi cupiebant, ita vt in eis subito illud propheticum videretur impleri, & erit in loco vbi dictum est non populus meus vos dicetur eis filii Dei viuentis. Sic ergo S. Willibrordus Archiepiscopus Traiectensis cum suis socijs, omni die non cessabat scilicet Hollandensibus & Frisonibus euangelizare regnum Dei, idola confringere, & Catechumenos baptizare, neophytos confirmare, sacros ordines celebrare. Et in oppidis Hollandiæ, & in pagis singulis Ecclesias, seu Basilicas, in honore omnipotentis Dei & suæ genitricis Mariæ virginis, & sanctorum suorum dedicare. Consecrauit autem in propria persona, vt fertur, Ecclesiam in Vlaerdinghen, Kercvverf, Welzereburch, Heyligerloe, & Petten.

Consecrat S. Vvillibrordus in diuersis locis ecclesias.

De idolo in Vvalachria nunc Zelandia confracto.

CAP. XXIV.

IGITVR quanto religionis regimine vitam suam per cunctos ætatum gradus beatus Vvillibrordus rexerit, & quanto studio eam non solum sibi, sed etiam aliis esse vtilem contenderit, alibi quatenus excerpsimus. Superest, vt pauca de plurimis, quæ diuina virtus super eum ostendit, miracula aggrediar, non quo virtutum ostensio, qua inrerdum & mali gloriantur, Euangelicæ prædicationis veneratione præferenda sit, sed quo ad gloriam donantis ea, tacenda non sunt. Scriptum namque est, *Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.* Quonam ergo laus DEI est, quicquid insolitum seruis sui operantur, & memoria ipsorum, cum ista leguntur, deuotius excolitur, tacendum non existimo, quemadmodum & hunc sanctum suum WILLIBRORDVM, & in vita corporis, & post mortem miraculis coruscare fecerit. Venit itaque sanctus Archiepiscopus WILLIBRORDVS in Zelandiam, ad quandam insulam Walachriam nomine, in qua antiquissimum & paganorum prophanitate celeberrimum idolum Mercurii colebatur. Quod cum zelo feruens perpetuæ religionis conterere conaretur, præsente eiusdem idoli custode, restitit ei. Et cum illum sedulo commoneret nihil diuinii in illo esse si DEVS esset, ipsum permitteret irasci, ipsum contemptus sui vlcisci iniuriam, nihilominus acquiescere voluit. Tamen idem sanctus ANTISTES confisus in DOMINO statuam MERCVRII extemplo confregit, & prophanum idolum dedignanter abiecit. At custos eiusdem idoli quasi DEI sui iniuriam non ferens, BEATISSIMVM PRÆSVLEM mucrone percussit in summitate capitis, vt iniuriam

Ita vitam lo. de Beka.

Mercurii statuam confringit S. Vvillibrordus.

iniuriam DEI sui placaret sanguine sanctissimi Præsulis. DEO autem defendente seruum suum inclytum, nullam ex ipso læsuram sustinuit. Sed idem Confessor almissuus, diuina protegente gratia, sanus omnino permansit. Socii vero sanctissimi viri, hoc videntes, pessimam præsumptionem impii, morte vindicare concurrerunt. Sed à viro DEI pie de illorum manibus liberatus ac dimissus, eodem die à dæmoniaco spiritu correptus, post biduum infeliciter miseram finiuit, diuina vltione. Et quia vir DEI iuxta præceptum Domini suas iniurias vlcisci noluit, citius à Domino vindicari meruit, sicut ipse Dominus per Propheram dicit, da mihi vindictam, & ego retribuam. Sanctus ergo Clemens, qui & Willibrordus, in pagis singulis huius præfatæ insulæ, ac totius Zelandiæ Euangelium pacis constantissime prædicauit. Quo miraculo viso, incolæ loci illius, fidem accommodare, & in communi CHRISTVM verum DEVM esse publica voce cœperunt confiteri, & verum ipsius seruum hunc esse. *Zelandia rebus Idolis sit Christiana.*

De diuite sibi contradicente eo, quod segetem eius intrauerat.

CAP. XXV.

ALio quoque tempore iter beato viro facienti ad quandam suæ Dioecesis cellulam, quæ ex nomine præterfluentis aquæ Suestra dicitur, propter compendium propioris viæ per segetes cuiusdam diuitis angustam subiurratur semitam. Quod earundem custos segetum cernens, nimio inflatus furore, virum DEI verbis proteruis lacessere cœpit. Cuius cum os loquentis iniqua responsis durioribus obstruere famuli conarentur, fregit eos vir DEI suis sermonibus, nec persequi se debere inimicos, negando & ipsi merito decideren tinanes ab inimicis suis, & dum sæuissime insanientis animum nullo modo sermonibus mitibus lenire potuisset, dans locum iræ diuertit à semita, & via, qua venerat, reuersus est. Non immemor autem Dominus iniuriæ, seruisui, die eum postera in eodem loco repentina morte permisit interire multis cernentibus, simulque iusto DEI iudicio ob tanti criminis nefas hunc sibi inopinatum contigisse interitum fatentibus. *Custos quidā segetē ab intrusum S. viro illatam male meritus.*

De puteo eiusdem S. Præsulis in Heyligherloe.

CAP. XXVI.

CVm autem beatissimus willibrordus Traiectensis Archiepiscopus, vir plenus reuerentiæ sacerdotalis, cum sanctissimo comitatu discipulorum, intraret Hollandiam visitationis gratia, locaque circuiret maritima in Kenomaria nimirū, coeūtes patiebantur sitis periculum, quia vinum iam in vrnibus eorum defecerat, & nusquam in illis locis aquæ dulces erant. Quorum compassus necessitati, vocatoque vno ex illis, præcepit intra tentorium suum fossam aperire patuam, vbi secreto flexis genibus orabat Dominum, qui populis suis in deserto de petra largissimas produxerat aquas, veteruis suis eadem misericordia de arenosa terra produceret. Cuius mox precibus diuinis libuit annuere DEO & procul dubio fons dulcissimi saporis fossam eadem hora implebat. Eadem vero cisterna nunc in territorio de Heyligerloe patenter ostenditur, quæ ab inquilinis moderno tempore puteus sancti Willibrordi appellatur. Quod miraculum sui cernentes, gratias agentes diuinæ clementiæ omnipotentis, qui deprecationem sperantium in se facere consueuit. Bibebant vsque ad satietatem, secumque ad præfatas itineris sufficientiam portare curabant. Magnoque præconio super omnibus, quas viderant, virtutibus Dominum benedixerunt, qui sanctum virum Willibrordum, sicut culmen honoris, ita quoque vitæ meritis attestationibus illis non esse inferiorem, de quorum ventre sanctæ currebant flumina doctrinæ. *Ira etiam beata. Fontem precibus suis à Deo impetrat Heyligerloe. Puteus S. Willibrordi hodie adhuc venerator.*

De duodecim mendicantibus ex sua fusione potantibus.

CAP. XXVII.

ITerum diuinus Pontifex willibrordus, in quodam loco iter agens, vidit mendicantes inopes XII. postulantes sibi aliquid solarii à præcreūtib, impertiri. Quorū,

vt erat benignissimus, importunitatē non aspernatus, vni ex suis præcepit, flasconē, in quo sui potus liquor specialiter habebatur, sumere, & pauperum Christi succurrere necessitati. Quibus cum se satis idonee feciſſe videret, dū vas commilitonibus propinare inclinaret, ita ad summum labrum repertum est plenum, vt vix vnbonibus vt moris est posset obserari. Hoc comperto benedicebant omnes voce consona Dominum, dicentes, Vere completum est in nobis, quod in Euangelio veritas promisit, dabitur omni habenti, & abundabit. Almifluus ergo pater bonitatem DEI in suo opere recognoscens tanto deuotius instabat eleemosynarum largitati, quanto & in præsenti ad confirmandam futuræ retributionis spem, modicitatem illius diuino videt auctam incremento.

De vase inundante per immissionem baculi viri Dei.

CAP. XXVIII.

VEnit ergo sanctissimus Archiepiscopus sæpedictus ad suum, gratia visitandi, monasterium, iustratis circumquaque fratribus. Cuius cum inibi commorantes aduentu plurimum lætari, post orationes ad Deum, ædificationem ab eo sanctæ prędicationis humiliter flagitarunt, cœpit ore facundo innumeros auditores comiter exhortari, quatenus perituraru rerum studio abdicato, Christi vestigia omni alacritate sequi conarentur, ne molles & dissoluti, ac noxio corpore superati, etiam quod operatum est destruerent. A malis quoque nequaquam se pro humanis continere fauoribus suadebat bonis omni concupiscentia spiritali cælestium gaudiorum insistere recompensatione. Inde cum eos, vt vndecunque doctissimus, salutaribus vbertim institueret documentis, singula fratrum circuiens habitacula, peruenit ad cellarii ostium, & interrogans, quid in illo recto haberent, respondit minister, cellarium est. Sanctus autem dixit, se velle illuc introire. Cui cum nemo auderet contradicere, ingressus, interrogauit, si aliquid vini in vllo de ipsis vasculis esset. Et designato vase quasi pro benedictione suum baculum superiori foramini immisit & abcessit. Sed subsequente nocte in ipso vasculo cœpit vinum augeri, & exundante copia superna defluens omne pauimentum in circuitu madere.

Baculi sui immissione vas vinere-plet.

Insperata autem minister stupefactus abundantia celare non audebat, quod diuina misericordia per serui sui benedictionem geri cognoscebat. Tamen secum prudenter tractans, ne forte sanctum Archiepiscopum conturbaret, si illud publice prædicaretur, pedibus illius prouoluitur confitens quod videatur. Qui solito more DEO agens gratias, simulque pii magistri instruit exemplo, discipulis suis præcipientis, ne cui transfigurationis gloriam ante diem resurrectionis dicerent, præcepit eidem, ne, quod cernebat, ante diem obitus sui diceret, malens, quæ per illum Dominus fieri voluit occulere, quam, cum tot virtutum ei blandiretur copia, humanæ laudis vllo modo extolli fauoribus.

Modestia singularis & humilitas S. Willebrordi.

De quadraginta viris, quos ex quatuor modiis flasconibus satiauit.

CAP. XXVIIII.

DOminus Iesus Christus, saluator humani generis, aliud huic non dissimile per benedictionem beatissimi Willibrordi operatus est miraculum. Iter faciente beato viro aliquando, dum appropinquaret domui cuiusdam fidelis ac timorati viri, ac proinde sibi familiaris, paululum de via diuertit ad illam, vt amicum spiritualibus reficeret alimentis, & post horam ieiunii corporeo se recrearet alimento. Cumque inter se familiaria & cœlestis dulcedinis haberent colloquia, comperit Dominum domus omnino nihil habere vini. Multum hilari eum vultu consolatus, quatuor modicos flasciones, quos tum ad refocillandum potius, quam ad bibendum secum sui socii ferebant, ad medium iussit adferri, easque in eius nomine benedixit, qui in cōuiuio nuptiali aquas cōuertit in vinū. Et mirū in modū testabantur, qui aderant, sub eiusdem gratia benedictionis creuisse vinum, ita, vt ex paruissimo liquote, quasi quadraginta viri vsque ad satietatem biberent. Exhilarantur conuiuæ, & pro meritis sancti viri, hæc sibi à Domino contigisse lætabundi protestantur, dicentes, Vere Dominus impleuit in nobis, quod in Euangelio promisit, inquiens. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet.

De quodam

De quodam Frisone viro Dei exprobrante, sed castigato ad poenitentiam.

CAP. XXX.

PErrexit idem S. willibrordus quodam tempore, more solito, Euangelizandi gratia Frisiam, & propter laborem viæ in pratis cuiusdam diuitis in Teutonia apud Beyl paululum lassos refocillare equos, quos sedebant, voluit. Quod ille cernens ægre ferebat, & eos inde abire præcepit. Quem vir DEI nehoc faceret placidissimis alloquitur verbis, dicens, desine nobis, frater, iniuriam facere. Non est propter læsionem tui, sed (vt moris est itinerantibus) in his pascuis paululum quiescere voluimus. Instat nobis opus peragendum Euangelicæ prædicationis, cuius mercedis tu particeps esse poteris, si nos, quantū ad re pertinet, benigne adiuueris memor illius Domini dulcissimæ promissionis, Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Magis mente pacifica nobiscum de donis Dei te tefice, nobisque cœpto itinere pergentibus, tu in domum tuam reuertere, benedictionibus auctus cœlestibus. Ille autem, in malicia pertinax, noluit deprecatoriis eius acquiescere verbis, & insuper cōuiciis ingeminans opprobriorum iaculatur venena, Et detestatus cum eo participari conuitium, domum redire disposuit. Sed prosequente crudelissime illius inhumanitatem vltione diuina pro sanctissimi Præsulis iniuria mori se, subito inualescente nimia siti, putauit. Cupiensque ardentem stomachum vino refrigerare, ore, quo viro dei conuitia ingessit, potum recipere non valuit. Anhelabant enim viscera, sed non fuit, qui ferre huic languori medelam potuisset. Sero tandem pœnitentia ductus, in seipsum reuersus est, & serui DEI reditum sedula præstolabatur exploratione. Sequenti autem anno, cum peracto piæ operationis negotio, eadem reuertente via, obuius ei ægrotus venire festinabat, & meritam pœnam, quam ob culpam suam patiebatur, confitens, pro amore CHRISTI sibi orabat misereri, Quem vir DEI, misericordia motus, mox absoluit à pœna, deditque illi cum benedictione de suo bibere calice, monuitque, pauperibus Christi omnino non esse derogandum, sed pro viribus necessitatibus benignissime communicandum. Sicque factum est, vt è patera, de qua prius nolebat bibere, postea confiteretur, se hausisse pristinæ salutis medicamentum.

Conuitiator S. Viri punitur.

A peccatis absoluitur sanatusque.

De peste fugata ex monasterio puellarum.

CAP. XXXI.

TReueris ciuitate monasterium est celebre veneratione sanctorum, nec minus gloriosum religione sacrarum virginum, quas cum lues acerbissima vexaret, & inauditæ calamitatis exemplo, aliæ morerentur ex eis, aliæ grauissimis cruciarentur febribus, nonnullæ quasi præsentem iam mortem metuentes nimio terrore turbarentur; Sanctum Willibrordum per literas implorant, vt veniat & oratione pestem depellat. Qui Beati Petri, Principis Apostolorum, sanctissimo doctus exemplo, de Ioppe, ob viduarum Christi petitionem, venientis Liddam, vt sanctam susciterat Tabitam, festinus ad illas quantocyus venire studuit. Moxque pius, in conspectu diuinæ maiestatis preces cum sacrosanctis nostræ redemptionis commerciis fudit, quatenus deprecationem timentium se exaudiret, & mirifica misericordia sua plagam ab ancillis suis amoueret. Missaque celebrata, aquam benedixit, cum exorcismo, qua domus illarum aspergi iussit, ac de ea ægrotantes potare. Quo facto, diuina donante misericordia, conualuerunt, nec vlla in eo monasterio prædicta peste aliquis moriebatur.

Aqua benedicta liberat ægrotos.

De illusione dæmonis ex quadam domo fugata.

CAP. XXXII.

PLacuit etiam diuinę potentiæ non dissimili benedictione ad ostensionē meritorū sanct. viri Willibrordi Traiect. Archiepiscopi, aliud operari miraculū. Cōtigit cuidā patrifam. & omni domui suę dira dęmoniacæ illusionis tētatio, ita vt aperte malignus

gnus in domo eius ex horrore & maleficiis habitare videretur. Nam subito cibos, vel vestimenta, siue alia quælibet domui necessaria solebat rapere, & in ignem mittere. Sed & paruulos inter amplexus parentum, illis dormientibus, tulit, & in ignem proiecit. Sed vagitu mox perituri infantis parentes fuscitati, vix semineccē de medio incendii eruerunt. Et multa atrociora eadem familia à nefando spiritu perpessa est. Nec à quoliber versutia diabolicæ phantasiæ depelli potuit, donec beatissimus Willibrordus sæpedictus postulatus, tantæ calamitati pium ferret remedium; aquam illis benedictam direxit, præcipiens, omni supellectili prius ciecta, domum totam aqua illustrari, præuidens in spiritu, domum flammis consumendam esse. Quibus ita gestis à loco lectuli nimio vastatio ignis oborta, concrematione totam consumpserat domum. Altera vero in eo loco cum sanctificatione atque benedictione diui Pontificis ædificata, nihil exinde pristinæ tentationis passi sunt, sed cum tranquillitate & fiducia eam inhabitauerunt, gratias agentes Deo, qui illos per Sanctum suum ab infestatione exterminationis redimere dignatus est.

S. VVillibrordus baptizat Pipinum Caroli Ducis filium.

De spiritu Prophetiæ quo repletus fuit.

CAP. XXXIII.

COEPIT vero inter ista virtutum insignia Beatus Willibrordus etiam prophetiæ spiritu pollere, & multa fortissimo Duci Carolo Martello ventura prædicere, quæ post rerum euentus vera probauit. Scilicet qualiter ipsius posteritas regnum esset nobilissime propagatura ac gubernatura, nisi forte, à bono degenerans, misericordiam & veritatem derelinqueret. Baptizauit igitur Pipinum Nanum filium ipsius Ducis Caroli, patrem videlicet Caroli Magni, qui postea cum triumphis maximis & omni dignitate, gloriosissime Francorum rexit Imperium, & Romanorū. De quo Pipino, patre Caroli Magni, idem vir sanctus præfaga voce tale coram discipulis suis vaticinium prædixit: Scitote, quod iste infans sublimis erit valde, & omnium præcedentium Francorum ducibus maior. Huius itaque vaticinii veritas nostrorum nō eget astipulatione verborum, quoniam totius regni agnoscit authoritas, quibus nobilissimus victor celebratur triumphis, vel quantum terminos dilatauit Imperii, vel quam deuote Christianam suo in regno propagauit religionem, vel quid pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ apud extraneas exercuit gentes.

De obitu beati viri sæpe dicti.

CAP. XXXIV.

Alii 737 interquos do Beda.

ANnō Domini septingentesimō tricesimo sexto cum Beatus Willibrordus ad speciem sui conditoris continuis suspiriis anhelaret, temporibus Caroli Martelli ducis, dignatus est pius Dominus diurnum ac nocturnum eius consolari luctum, & verum Israelitam ex hac peregrinatione ad suæ contemplationem maiestatis producere. Cuius conuersatio, qualis erat coram DEO in vigiliis & orationibus, in ieiunijs & psalmodiis, vitæ sanctitate, morum honestate; non opus est stylo prosequi, cum per supradicta detur intelligi. Fuit enim beatissimus iste Archiepiscopus omni dignitate præclarus, statura decens, vultu honorabili, facie venustus, corde lætus, consilio sapiens, ore iucundus, moribus compositus, & in omni opere DEI strenuus. Tandem anno prædicto, postquam Traiectensem Ecclesiam ferme quadraginta annis sub iurisdictione sua habuisset, & sicut primus Archiepiscopus eam rexisset, pro mundialis militiæ agone supernæ remunerationis coronandus honore, DEO amabilis, & omni populo placabilis, senex & plenus dierum in omni profectione sub Idibus octauis Nouembris mensis ex hac peregrinatione ad perfectam migrans patriam, fidelis seruus & prudens, animam cælo reddens, albam accepit stolam, scilicet beatitudinē æternam, commēdauitque terræ corpus suum, donec in resurrectione Domino occurrat pro multiplici laborum fructu, & immenso innumerabiliū animarum lucro alteram recepturus stolam, beatam videlicet vna cū anima resumpta glorificandi corporis immortalem.

Qualis fuerit S. VVillibrordus.

Mors S. VVil. librordi.

De sepultura eiusdem.

CAP. XXXV.

S. VVillibrordus sepultus in monasterio Epternacensi ord. S. Bened.

CORpus autem eius sepultum est in monasterio Epternaco, ordinis Sancti Benedicti, Treuerensis diœcesis, quam Ecclesiā & monasteriū sanctissimus archiepiscopus

scopus præfatus de patrimoniis discipulorum suorum in honore sanctæ summæque Trinitatis pio studio ædificauerat, vbi, diuina operante benignitate, miraculorum frequentissime insignia protestantur tanti viri merita. De quibus aliqua huic nostræ Historiæ subiicienda esse ratum æstimabimus, non quo plura non suppetant, sed quo pauca sufficiant fidelibus ad excolendam illius beatitudinis dignissimam memoriam, & ne copia congesta legentibus aliquod pariat fastidium. Cum ergo illud sanctissimi viri corpus in excisa de marmore Arca à discipulis conderetur, quasi dimidium pedis breuior est inuenta, tum illis inde valde contristatis, & consilio suspensis, quid ageretur, vt aptum sancto corpori inuenirent locellum, non sine admiratione multorum subito tanto longior, quanto breuior ante inuenta est. Mox diuinæ bonitati gratias agentes, in ea illud cum Hymnis & psalmodiis, omnique honoris frequentia sepelierunt. Sed & miri odoris fragrantia omnium perfuderat nares & pectora, vt perspicue intelligeretur ad sanctissimum funus cœlestes non deesse exsequias.

De discipulo eius, qui vidit, animam eius in cœlum ferri.

CAP. XXXVI.

SEd & cuidam religioso sanctissimi viri Willibrordi discipulo, longius posito, ac in oratione vigilanti, obitus illius reuelatus est. Nam vidisse se testatur animam diui beatissimi Patris Willibrordi cum magni luminis claritate, cum consona canentium laude & angelicis exercitibus, ad cœlorum regnum portari. Multi quoque fratrum testati sunt, crebro se super lectulum, in quo beatam animam suo creatori reddidit, mirabile vidisse lumen, suauissimamque odoris dulcissimi sensisse fragrantiam, & omnino his signis credendum est, cœlestes locum frequenter visitasse angelorum choros. Per vnctionem quoque olei, quod supra corpus sancti viri ardere solebat, multi infirmi, DEO donante, & fide illorum cooperante, curati sunt. Pœnitentes vero sæpius ad eandem venientes Ecclesiam, circulis ferreis circundati, cum criminum suorum absolutionem precarentur, subito eorum vincula sunt resoluta, cuius rei in Ecclesia eius adhuc circuli pendentes sunt testes.

Animas. V. Willibrordi ab angelis portatur in cœlum.

De paralytica ad sepulchrum eius sanata.

CAP. XXXVII.

QVædam vero mulier paralytica quatuor annis, magnis curata doloribus, in tantum grassante in ea quotidiana infirmitate vt omnium membrorum officio destituta, alieno vteretur ministerio, & in solo pectusculo vix anhelans spiritus suspiria fessa retraheret. Hæc à propinquis suis ad Ecclesiam præfati monasterii ferebatur, & prope sepulchrum beatissimi Archiepiscopi Willibrordi posita, fusis lachrymis deprecata est diuinam clementiam sibi misereri per intercessionem diui Pontificis & almiflui Confessoris Willebrordi. Mox que ab omni infirmitate liberata, sospes propriis pedibus gratias DEO, pioque intercessori suo agens, domum reuertitur.

Paralytica sanata.

De adolescente sanato.

CAP. XXXVIII.

ITem adolescens quidam huiusmodi incurrebat infirmitatem, scilicet quòd omnibus continue tremens membris, caput per se leuare non posset, sed quasi collo affixum compaginatum non esset, huc atque illuc conlabebatur. Sed & aliquoties ita exanimis factus est, vt omnino mortuus æstimaretur. Quem cum tenero amore diligerent sui, ad tumulum beatissimi Willibrordi cum magna deuotione eum duxerunt, vt eius intercessionum instantia remedii

remedii solatia à Domino obtinere mererentur, Et, misericordia DEI mox prævenientе, ita subito sanus factus est, omnibus, qui aderant, cernentibus, vt nihil inde pristinæ infirmitatis antiquæ vltra maneret.

De Diacono furante.

CAP. XXXIX.

QVidam itaque officio Diaconus, & non merito, in Ecclesia sanctissimi viri Willibrordi crucē auream, quā ipse in itinere, religione sacra, portare solebat cū aliis Ecclesiasticis rebus, antiqui deceptoris persuasione illectus, ausu nefario rapuit. Turbati ergo de hac re fratres nimium, vtpote factorem impii sceleris ignorantes, precibus sedulis sanctum Domini interpellabant, ne illud diu occultum esse pateretur. Fur vero processu temporis, cum hoc scelus tanto à Domino impunitum iri confideret, quanto hominibus esset celatum: ille cuius oculis nuda sunt omnia, tantam sui iniuriam digna percussione vlcisceitur, & secundum duriciam suam morte repentina cum permisit interire. In ipso autem vitæ suæ termino aliquibus fratribus reatus sui crimen confessus est. Sed & pœna compellente, vbi eam absconditset, indicauit. Sicque factum est, vt cunctis sanctissimi Pontificis Willibrordi innotesceret meritum, & latro digno periret supplicio. Nunc igitur cuncti Christi fideles, auditis huius sanctissimi Patris nostri Willibrordi Archiepiscopi Traiectensis meritis, auditis miraculorum patrationibus, vbique & in omnibus pium eius expetamus auxilium, certi, quod possit vnumquemque nostrum de causa cuiuslibet periculi imminentis, precibus suis eripere, si in viis iusticiæ ipsius volumus sequi pedes, & occultas animarum nostrarum ægrotationes celeri orationum curare medicamine, si nostræ non obsistat paruitas vitæ. Quapropter leuemus corda cum manibus ad DEVM fide firma, & operatione perfecta præueniamus faciem Domini in confessione, vt, sancti huius Archiepiscopi Traiectensis Willibrordi suffragantibus meritis, nostris celerius ignoscat culpis, qui de conuersis peccatoribus angelis dixit esse gaudium in cœlis Iesus Christus Dominus noster.

Repentina morte obiit Diaconus, qui furatam fuerat crucē auream.

De quibusdam discipulis beati viri prædicti.

CAP. XL.

BEatissimus namque Willibrordus, Archiepiscopus Traiectensis præfatus, discipulos suos, dum adhuc viuerer, misit ad diuersas terras & nationes, vt in eis etiam tonaret vox præceptorum Domini. De quorum numero erat wirvvius, qui postquam in longinquis terminis egregie prædicasset Euangelium, adeptus est tandem Pontificii honorem. Sed beatus Marcellinus in longitudine dierum superueniens diu in humanis durauit, & vsque ad tempora beati Gregorii tertii Episcopi Traiectensis perseuerans, populis trans Isolam habitantibus eleganter cum beato Lebuino Euangelium Christi prædicauit: Sicut inferius libro quarto, Capitulo octauo plenius enarrabitur. willibrordus equidem orientalem Franciam adiens, ordinante sancto Bonifacio Maguntinensi Archiepiscopo, ad Eustatensis Ecclesiæ promotus est Pontificium, & wineboldus, eius frater, totum se Christo dedicans, locum, qui dicitur Heydenhem, Christo militaturus eligit. Vnde idem vir sanctus, tandem Abbas in Roden loco ordinatus est. Istorum duorum fratrum germana erat walburga, quæ in monasterio virginum in eodem loco puellarum cæterasque materfamilias constituta est. Quæ vna dierum de monasterio egressa, quasi peregrina, ad fores cuiusdam diuitis cuius filia infirmabatur, ad vesperam stetit. Diues autem quærebat, quæ esset, timens eam discerpi à canibus. walburgis dixit, non lædar à canibus, sed, si credideris, sanitatem inferre veni. Quam cum veneratione susceptam, in cubiculum languentis filiæ introduxit, vbi ipsa virgo pernoctans in orationibus, puellam morti proximam, in mane sanam reddidit. Igitur parentes DEO gratias agentes walburgi munera obtulerunt, sed illa hæc refutans, solum Christum dilexit, & ad monasterium reuersa est. Hæc igitur, post multa alia miracula, plena virtutibus obiit, & in eodem monasterio cum maxima honorificentia sepulta est. Corpus eius ad tactum viri post mortem legitur tremuisse, in signum virginalis pudicitiæ.

S. VValburgæ præst religiosis virginibus.

Ægrotā sanat S. VValburgis.

Moritur S. VValburga, & miraculis claret.

De san-

De sancto Athalberto primo Archidiacono Traiectensis Ecclesiæ.

CAP. XLI.

POrro cum sanctus Willibrordus primus Archiepiscopus Traiectensis adhuc Viueret, destinauit etiam Discipulos suos in terminis suæ Diœcesis ad Euangelizandum infideli populo doctrinam æternæ beatitudinis. Vnde & misit sanctum Athalbertum Archidiaconum suum in Kennemariam ad Euangelizandum Hollandensibus pariter & Frisonibus regnum DEI, & veritatem Euangelicam. Qui ibidem plurimorum corda ad fidei salutem erexit, in loco, qui nunc Egmunda nuncupatur, antiquitus Hallem vocatus, nunc vero dicitur Egmunda, id est, terra Emundata ab omni spurcitia idolatriæ per præclara sanctissimi Athalberti merita. Quo & in loco, in terminis eius, & in villis adiacentibus adhuc fere in aduentu eius tota gens idolis seruiebat. Vnde sanctus Athalbertus Leuita omni die non cessabat illis Euangelizare regnum DEI, idola confringere, & Ecclesias DEO ædificare. Erat autem tunc temporis vir quidam homine Eggo, cuius filium sanctus Athalbertus de sacro fonte suscepit, cum quo sanctæ familiaritatis gratia sæpius hospitabatur. Factum est autem, cum idem vir DEI ad Anglorum gentem, suos visitando, vellet reuerti, sedentibus ad cœnam prædictus vir nomine Eggo de eius reditu interrogauit. Qui pomorum grana, quæ manducauerat, in ignis æstum proiiciens, se reditурum spopondit, cum ex ipsis arbores & fructus progrederentur. Accidit mirifice promissioni nutu DEI veritatem subsequi. Nam eadem domus non diu post eius recessum igne consumpta, area vacua remansit, in qua tempore conuenienti arborū germina quatuor processerūt, & fructus, quatenus promisit vir Deo & hominib. exoptād', dū ad patriam prænominatam rediit. Creuit quidem huius sancti Athalberti fama virtutum insignibus declarata, multisque dum vixit prædicando profuit. Igitur de virtute in virtutem proficiens, quod fœliciter inceperat, felicius consummauit, & immarcessibilem sui agonis percepturus coronam, tenebrosam præsentis seculi conuallem lachrymarum mutauit Paradiso deliciarum. CHRISTO itaque, cui fideliter adhæsit, septimo Calendas Iulii, sanctissimā animā reddidit. In cuius præsentia decantatur, Sicut audiuimus, ita & vidimus. Christiani & boni fideles sepelierunt corpus Athalberti honore congruo in Egmunda, vbi nunc cunctis indigentibus per misericordiam Domini maiora beneficii dona præstantur.

Egmunda vnde nomen.

Moritur S. Athalbertus, & sepelitur in Egmunda.

Is sanctissimus Athalbertus, Confessor Domini eximius, regale patrimonium in Anglia reliquit, & inter omnes sancti Willibrordi Traiectensis Archiepiscopi confodales Leuiticæ dignitatis extitisse legitur, & ideo primus Traiectensis Archidiaconus fuisse creditur.

Fideles autem, qui tunc temporis ibidem habitabant, Ecclesiam, siue capellam, in honorem omnipotentis DEI, & sancti Athalberti Confessoris, ibidem construxerunt, quam à Norvvegianis sæpius constat destructam. DEI tamen gratia prouidente inibi semper aliquis remansit, qui corpus sancti Athalberti honeste seruauit. Iste honorabilis Confessor Domini traxerat in Anglia originem de veterum Saxonum nobili progenie.

Capella in honorem S. Athalberti.

De Sancto Werenfrido.

CAP. XLII.

FVit autem temporibus beati Willibrordi, Archiepiscopi Traiectensis, quidam, Werenfridus nomine, deuotus Christi sacerdos ex Anglia de parentibus non modicis exortus. Qui Werenfridus beatum Willibrordum, sedis Archiepiscopalis Cathedram in Traiecto gubernantem, exemplis & vestigiis ex Anglia secutus erat. Cuius sanctitatem beatus pater Willibrordus, multis prospiciens esse profuturam, quendam locum suæ Diœcesis Elste vocatum, & in medio insulæ Batuæ nuncupatæ situm, quæ Rheni fluminis alueo vndique circuncingitur, Ecclesiæ eidem beato Werenfrido sanctæ prædicationis curam regendam commendauit. Sanctus autem Werenfridus, vtpote prudens dispensator, gregi Domini Euangelici dogmatis affatim administrās alimoniam, quod verbis docuit, operibus adimpleuit. Nec satis S. viro videbatur, si ibidem dumtaxat illius patriæ plebē Domino lucraret', sed & Ecclesiam in villa Westeruoert nominata constructam, à supradicto Pontifice

suscepit gubernandam. Quid plura? Deinde cum verbo & opere in his duobus locis omnem populum ad fidem conuertisset, apud vicum Westeruoert prænominatum, qui in Rheni fluminis ripa situs esse cognoscitur, vi febrium correptus, viris religiosis ad se vocatis, migraturum se esse ab hac luce & carne reuelabat. Nec longo post interuallo plenus bonis operibus, ibidē in pace quieuit decimo nono Calendas Septembris. Egrediente quidem sancta anima circonstantes tam miri odoris fragrantia cunctorum perfudit nares, vt manifeste declararetur eius spiritū per manus angelorum ad cælestem aulam deduci. Mox vt terram huius rumor pertonuit, plebs illic vniuersa, totaque Batua per Rhenum gemens affluxit. Fit ratio de sepultura corporis, quia populo contulit causam magnæ dissentionis. Batuenses enim clamabant, sanctum corpus ad Elste deferri debere, ibique loco proprio sepeliri. Pars vero altera dicebat: Recte hic requiescet corpore, vbi spiritum voluit relaxare. His & aliis verbis populo diu inter se altercante, quidam presbyterorum in hanc vocem cœperunt prorumpere, Sanctum corpus deferatur ad nauem illico, & si nauis ipsa per se amnem vltrò transierit, manifestum erit vobis omnibus quę, quid ipse voluerit. Deinde sicut de arca testamenti quondam in captiuitatem Philistinorum ducta, legitur plaustrum nouum cum duabus vaccis, vitulis earum domi relictis, & reclusis præparatur, vt eo in gleba sancta collocata membra quocunque ducenda sunt, per se deducatur. Ad hæc omnes protinus assenserunt consenserunt. Nec mora, sanctum corpus in naui deposuerunt, neminemque hominum intrare permittunt. Res admodum admiranda, nauis tam recto itinere amnem transmeans, se ad litus alterum applicuit, vt ipsam angelico remige ductam esse cunctis patenter innotuerit, & omnis populus vna voce Dominum collaudabat. Post hoc plaustrum nouum cum vaccis duabus, vt supra dictum est, citius acquiritur, & sanctum corpus in eo reuerenter imponitur. Quid multa? Vaccæ quidem, quæ nunquam iuga sustinuerunt, vitulorum suorum prorsus immemores, per deuia nequaquam errantes, per rectam semitam iter extenderunt, sanctumque corpus vsque ad Elst perduxerunt cum angelorum, vt credendum est, comitatu, ac populorum collaudantium concursu. Illic quoque, vt dignum fuit, cum omni reuerentia corpus eius sepulturæ commendatur. Ibi enim per tanti viri intercessiones multæ miraculorum declarantur à Domino virtutes.

S. VVerenfridus moritur 19. Kal. Sept.

Sepelitur S. VVerenfridus in Elst.

LIBER III.

CONTINET HISTORIAS S. BONIFACII, ARCHIEPISCOPI TRAIECTENSIS SECUNDI, & sanctorum consodalium suorum, martyriumque illius, & de quibusdam euentibus Francorum illius temporis, & habet Capitula decem & nouem. Primum Capitulum de aduentu VVinfridi ad Germaniam, & quod adhæsit S. VVillibrordo.

CAP. I.

CVm igitur sanctissimus Willibrordus, Archiepiscopus Traiectensis, superstes adhuc in vita esset, & in conuersione Frisonum egregios labores faceret, venit illis diebus ad eum quidam sacerdos de partibus Angliæ, nomine winfridus, ab ipsis cunabulis DEO deuotus, nobilique prosapia Anglorum oriundus, qui iuxta vocem Dominicam dicentem, Qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus, pro Dei amore post positis omnibus, æternæ vitæ præmia largiturum non minus opere, quam fide, secutus est CHRISTVM. Et quoscunque ad tantæ salutis propositum exhortari poterat, secum vt peregrinarentur inuitauit, & mox CHRISTO comite cum coadunatis sibi fratribus spontaneum iter agere coepit. Peragratis autem illius regni finibus, deinde profectus, ostia Rheni fluminis subiit, Spirituque sancto duce ad ciuitatem, quæ Traiectum inferius nuncu-

S. VVinfridus ex Anglia Traiectum venit.

nuncupatur, vsque perducitur. Vbi tunc temporis beatus Willibrordus ex supra dicta gente Anglorum oriundus, sicut in præcedenti libro narratur, vtiliter gratia diuina Ecclesiam rexit, & inibi Frisonicæ genti, eam tunc nouiter habenti fidem IESV CHRISTI, verbum Domini incessabiliter prædicauit. Vir autem DEI Willibrordus cernens illum ad huius ministerii vicem sanctum & strenuum, exhilaratus de suo aduentu, cum gaudio & honore illum suscepit. Salutaribus etenim monitis eum exhortari cœpit, vt sibi fautor ad opus Euangelizandi existeret, & gentem Frisonicam CHRISTI Imperio cum eo subiugaret. Nam illa gens adhuc fide recens ex maxima parte diis & dæmonibus cæcato corde seruiebat, & æternæ felicitatis viam nescibat. Cuius salubri consilio, ac paternæ admonitionis præcepto sanctus vir confestim deuotus obtemperat, secumque trecedecim annis prouinciam gubernauit. Post hæc desiderauit eum episcopali gradu sublimare, quod & reniteretur, & se tanti honoris dignitate indignum esse dicebat.

S. Willibrordus ab sancto-pit.

De conuersione multorum Germanorum per eundem, & quod postulatus & consecratus est Maguntinæ sedis Archiepiscopus.

CAP. II.

TVnc Romam, sicut voluit, ad limina Apostolorum pergere eum permisit. Quem beatus Papa Gregorius, huius nominis secundus, honorifice suscepit. Et videns eius sanctitatem, protinus eum pio amore rogauit, & Apostolica auctoritate præcepit, vt vltra Alpes pergeret, & in illis partibus, vbi hæresis maxime pullularet, sua salubri doctrina funditus eam eradicaret. Qui præceptis summi Pontificis obtemperans, legationeque functus, perrexit ad Thuringos & Hessos, Euangelici sermonis dogmate, sanctoque Spiritu suffragante, mores illorum mutauit, hæresim dissipauit, & fidei ignaros, relicta idololatria, ad rectam fidem cōuertit, & sic strenue opus diuinum, quod cœperat, adimpleuit. His itaque peractis, iam totam sancti viri fama peruoluit Franciam, quoniam in ea fidem extirpauit erroneam. Et quoniam Maguntinensis Antistes illis diebus obdormiuit in Domino, ideoque Carolus Martellus Dux primares cum Prælaris eo adunauit in sancta Synodo, postulans, vt Winfridus sacerdos orbatæ sedi præficeretur Archiepiscopus, eo, quod in conuersione paganorum prædicator esset inclytus, Quod & ita factum est. Nam idē glorioſus Dux Francorum Carolus cum ceteris iā dictis eiusdē regni Principib. eum magno coegit precatu, vt iterum Romam adiret, & à summo Pontifice pastoralem acciperet benedictionem. Vir autem sanctus, diu reluctans, tantæ dignitatis honore se indignum esse affirmabat. Sed tandem precibus Principum eiūctus Romam iterum aggressus est. Hunc vero Dominus Papa Gregorius præfatus cū omni veneratione susceptit, ac iuxta glorioſi ducis Caroli petitionem, aliorumque eiusdem regni Principum, illi Archiepiscopum Maguntinensem ordinauit, nomenque illi propter sua bona opera Bonifacius imposuit. Sic quoque Apostolica auctoritate sublimatum in opus Euangelizandi remisit iterum. Sanctus vero Bonifacius ad Carolum Martellum, ducem Francorum rediens, eius se patrocinio commendauit. Ipsoque consentiente verbum DEI per Thuringiam & Hessorum regionem fiducialiter prædicauit. Porro idem Præsul almifluus elegit sibi cooperatores in vinea Domini, & propagatores diuini verbi, alios ex genre sua, alios ex Francia, nonnullos etiam de finibus Hyberniæ, prædicans & docens, omnemque infidelitatem à sua Diœcesi euellens, ita, quod paganorum multitudo maxime iam profanam sectam refutarent, & Catholicæ fidei documentis salutaribus adhærerent.

Gregorius II. Pontif. max.

Thuringi & Hessi opera S. Winfridi ad Christianam fidem conuertuntur.

Carolus Martellus.

S. Winfridus Romam præficitur.

Ita Ioann. Beka.

S. Winfridus ordinatur in Archiepiscopum Maguntinum, & vocatur Bonifacius.

De Lioba virgine, quam S. Bonifacius de Anglia accersiuit.

Cap. III.

CVm ergo prænarrata à sancto Archiepiscopo prædicto laudabiliter fierēt, idem vir sanctus legatos & Epistolas misit ad Tectam sororem Regis gentis Britanniæ Abbatissam in loco Winbranno monasterio, rogans, vt ad auxilium legationis sibi iniunctæ transmitteret ei Liobam virginem, Quam, licet molestissime eius absentiam ferret, tamen diuinæ ordinationi resistere non præsumens, cum honore direxit ad sanctum Bonifacium. Suscepit igitur eam vir sanctus cum summa veneratione, eligens eam non tantum propter affinitatem, qua sibi ex materno sanguine iungebatur, quantum propter sanctitatem vitæ, & doctrinam sapientiæ, qua plurimis nouerat profuturam. Igitur sanctus Bonifacius monasticam normam instituit, & Liobam virginem matrem esse decreuit. Statuitque ei monasterium in loco dicto Biscofsolhem, vbi maximus ancillarum DEI numerus collectus est. Quein tantum doctrinæ beatæ Lyobæ profecerunt, vt plures ex illis magistræ fierent aliarum, ita vt nulla aut rara in illis partibus erant monasteria feminarum, quæ non disciplinarum eius magisteria desiderarent.

S. Bonifacius monasticam normam instituit.

Dona virginu Lioba.

Erat enim aspectu angelica, sermone iucunda, ingenio clara, consilio magna, charitate diffusa, & cum lætam semper faciem præferret, nunquam resoluta est in risum, maledictiones ex eius ore nullus vnquam audiuit, lectionis studio tanta diligentia incubuit, vt nisi orationi vacaret, vel somno, vnquam diuina pagina de manibus eius abcederet. Nam ab infantia Grammatica & reliquis liberalium artium studiis informata, libros diuinos perlustrans, DEI præcepta commendabat. Sed & dicta Sanctorum, & decreta Canonum, & totius Ecclesiasticiordinis magna plenitudine perfectionis adiecit. Sed & sibi in nocte seu meridie dormienti sancta scriptura iuxta lectum semper perlegebatur. Quod officium puellæ minores per vices implebant, & (mirum dictu) sermonem nullum, aut etiam syllabam in legendo transilire poterant, quin statim ab illa, quamuis dormiente, corriperentur. Nam sicut ipsæ puellæ postea fatebantur, sæpe eam, grauiter dum soporari consiperent, ex industria tentando in lectione fallebant, sed nunquam inde prehensæ euadere poterant.

Lioba omnib. liberalium artiū studiis informata. Studium eius S. Scriptura.

Hospitalitatem omnibus sine acceptione personæ exhibebat, manibus propriis eorum pedes lauans. Itaque dum hæc agendo proficeret omnibus ad salutem, diabolus nisus est earum famam corrumpere bonam. Erat enim quædam pauper cula contracta, quæ ad portam monasterii iacebat, cui quotidie de mensa Abbatissæ dabatur victus pro DEO. Contigit autem post dies aliquos, vt fornicationem committeret. Cumque, intumescente vtero, cælare non posset crimen, simulata infirmitate concepit, & tandem natum infantulum panno inuoluens, in flumen, quod per medium loci illius fluebat, tempore nocturno proiecit. Die autem facto cum in hauriendo aquam mulier quædam cadauer infantuli reperiret, villam omnem inordinato clamore compleuit, imponens sanctis virginibus hoc factum. Ad eius vocem tota plebs commota est, & ad spectaculum currunt, vident nefas, facinus abhorrent, virgines detestantur. Quo audito, beata Lioba præcepit omnibus monialibus orationem ingredi, Et, extensis in crucis modum brachiis, stare, quoadusque singulæ psalterium totum psallendo complerēt, & deinde per tres vices, vexillo crucis eleuato, cum litaniis monasterium circuire. Quod cum bis fecissent, & Ecclesiam intrassent, beata virgo Lioba perrexit ad altare, & stans ante crucem extendit manus in cœlum, & cum lachrymis orabat, dicens: Domine Iesu Christe, Rex virginum, libera nos ab hac infamia, quia improperia te improperantium ceciderunt super nos. Quod cum dixisset, mox puercula illa dæmonio repletur, & crumen, quod commiserat, confitetur. Tunc omnis plebs obstupuit & ab omnibus meritum Liobæ virginis prædicatur. Misera autem illa nunquam à dæmonio purgari meruit. Plura quidem signa Dominus per beatam Liobam iam ante fecerat. Incendium etiā, quod villæ propinquæ accidit, oratione eius extinctū est. Beatus autē Bonifacius Archiepiscop⁹ cōmendauit eā Episcopo & seniorib, monachorū Fuldensis monasterii, denuncians, vt post obitū eus, corp⁹ illius ad ossa sua in sepulchro eodē ponereturPerduravit beatissima virgo vsq; ad tēpora Caroli Magni, qui eā ad se frequēter inuitabat, & qa erat in Scripturis eruditissima, & consilio prouida, ipse & Proceres ci⁹ cū ea de

Innocentes moniales purgantur à spectatorum posito.

ea de institutis Ecclesiasticis conferebant. Obiit autem plena dierum, quarto Calendas Octobris. Eius corpus Fuldenses Monachi ad suum monasterium transtulerunt.

Lieba moritur & sepelitur in monasterio Fuldensi.

De bello & obitu Caroli Martelli.

CAP. IV.

POrro Carolus Martellus, Dux Francorum, Ligeri transito in manu forti, Eudonem ducem Aquitaniæ bello victum fugat, & Aquitaniam grauiter deuastat. Econtra Eudo Dux, cernens se deuictum à Carolo, Saracenos, qui Hispaniam inuaserant, contra Carolum inuitat ab Hispania. Saraceni vero cum omnibus familiis suis, quasi totam Galliam inhabitaturi, aduenientes, populum necant, & Ecclesias DEI cremant. Quibus Carolus, DEI auxilio fretus, bello occurrit, & ex eis trecenta millia, octoginta quinque, cum Rege suo Abdunare, peremit, & nisi mille quingentos suorum amisit. Eudo quoque Dux postea Carolo duci reconciliatus castra Saracenorum bellicosis manibus diripuit, & reliquias eorum contriuit. Post hæc Carolus, Lugduno aliisque ciuitatibus captis, Burgundiam sibi subiugat.

Magna strages Saracenorum à Carolo Martello.

Burgundiam subiugat Carolus Martellus & Frisid.

Deinde etiam idem Dux Frisiam aggressus, Poponem Regem Frisonum cum multis peremit, & Frisiam sibi subiugauit. Carolus iterum cum Eudone in Vasconia pugnat, eumque primatu & vita priuat, & deinde Walfero & Hunaldo filiis Eudonis in alio bello, dimicando victis, Aquitaniam suo Dominio subdidit. Iterum fæpedictus Carolus Auinionem Galliæ vrbem, à Saracenis dolo & consensu Marmicii ducis Prouinciæ captam, obsidet, eaque fortiter recepta, Saracenos vsque ad internecionem delet, deinde Saracenorum Regem Athuna obsesso inter Galliæ vrbem Narbonē à Carolo Saraceni ex Hispania cum alio Rege Amirei occurrunt subsidio, qui congressi cū Carolo, ambob. Regib, peremptis, & ciuitate recepta, ab eo vltimo pene attriti sunt exterminio, eosque fugientes insequēs, residui demersi sunt in profundo. Hic nunquam bella gessit, quin semper victoriam obtinuit. Quando autem Francigenæ coronam Regni sibi offerebant, ipse renuens, solitus erat dicere, Honorificum magis est Reges creare, & profugare, & subiugare, quam regio nomine insigniri. Mortuo autem Theodorico, Rege Francorum, Carolus, iam dictus, Hildericum, fratrem Theodorici Regis prætati, vicesimum quartum, Regem Francorum ordinat. Hic regnauit nouem annis. Cum autem Carolo Martello bella multiplicata fuissent, & thesaurus sibi deficeret, exactionauit Clerum, accipiens ab Ecclesiasticis personis decimam partem bonorum, tributumque tantummodo stipendia militibus suis. Insuper intuitu huius exactionis multas Clero & Ecclesiæ iniurias & damna inferebat, vnde & sanctus Eleutherius Episcopus Aurelianensis post obitum suum vidit animam ducis in tormentis. Accidit etiam propter prædicta, vt dum idem Dux moreretur in Treueri, Papa somniauit in vrbe, quod Carolus Martellus corpore & anima duceretur in infernum. Misit ergo Papa nuncios ad Archiepiscopum Treuirensen, qui aperto monumento serpentem miræ magnitudinis, & sepulchrum interius adustum inuenerunt, corpore non reperto. Quidam tamen dicunt, Parisiis ad sanctū Dionysium istud esse factum. Obiit autē Carolus Martellus, Dux victoriosus, postquam rexisset Franciam laboriosis præliis viginti septem annis.

Egregia dicta Caroli Martelli.

Obiit Carolus Martellus postquam Franciam gubernasset XXVII. annis.

De Pipino Nano, & coronatione eiusdem.

CAP. V.

MOrtuo Carolo Martello Carolomannus videlicet, & Pipinus Nanus glorioſi filii sui paterni Dominii subierunt Imperium. Hic diebatur Pipinus Nanus, quia respectu patris & aui, quasi quidam Nanus videbatur, licet alias esset corpore mediocris. Istis ergo dominantibus Odilido Duce Bauariæ, rapta sorore Pipini, contra eum rebellabat, quem Pipinus, pugna quamuis damnosa, superat. Carolomannus autem Saxoniam petit, castrum Hostoburch capit, & Theodoricum Saxonem pacisobsidē accipit. Post hæc idē Carolomannus frater Pipini Nani, & patruus Caroli Magni, Romæ à Zacharia Papa in monachum attonsus, prius in Serapti monte, in cœnobio, quod ipse fundauit, deinde apud castrum Cassinū laudabili vita enituit.

Carolomannus vitam monasticam agit.

Egregium Pōtif. Zacharię responsum quòd deliberandum Regem

Porro Pipinus cernens Hildricum Regem Franciæ, virum remissum, inutilem Regno fore, statuit per legatos Zachariam Romanum Antistitem interrogare, dicens, An ille deberet esse Rex Franciæ, qui ocio deditus, solo Regio nomine contentus erat. Cui Pontifex remandauit, *illum debere appellari Regem, qui bene regeret Rempublicam.* Qua responsione Franci animati Hildrico in monasterio apud sanctum Medardum detruso & tonsurato monachali tunica palliatur. Pipinus verò antedictus, quem beatus Willibrordus Archiepiscopus Traiectensis pridem baptizauerat, auctoritate Apostolica, & Francorum electione, in Regem Franciæ vicesimum quintum vngitur & consecratur à sancto Bonifacio metropolitanæ ciuitatis Maguntiæ Archiepiscopo. Hic autem Pipinus Rex Francorum, duxit in vxorem Tetbergam, sororem Michaelis Imperatoris Romanorum, ex qua genuit Carolum Magnum. A Stephano secundo postmodum summo Pontifice eius generatio per filios suos in hæreditatem Regalis successionis benedicitur, & omnis alienigena ab eius inuasione Apostolico anathemate interdicitur. Gens namque Merouigorum, de qua Franci Reges sibi creare soliti erant vsque ad Hildricum Regem supradictum, qui iussu Romani Pontificis depositus & detonsus atque in monasterium trusus est, duraſſe putatur. Quæ licet in illo finita posset videri, tamen iam dudum nullius vigoris erat, nec quic quam in se clarum præter inane Regis vocabulum præferebat.

Pipinus eligitur in Francorum Regē, Anno 753.

Reges Franciæ ante Pipinum Nanū solo nomine Reges.

Nam & opes potentia Regni penes erat palacii Præfectos, qui Maiores domus dicebantur, & ad quos summa Imperii pertinebat, tenebantur. Nam Regi nihil aliud relinquebatur, quam vt Regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba prolixa, solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos vndecunque venientes audiret, eisque abeuntibus responsa, quæ erat edoctus, vel etiam iussus, ex sua velut potestate, redderet.

Cum præter inutile Regis nomen & vitæ stipendium, quod ei Præfectus aulę, prout videbatur sibi, exhibebat, nihil aliud proprii possideret, quam vnam, & perparui redditus, villam, in qua domum, & ex qua famulos sibi necessaria ministrantes, atque obsequium exhibentes, paucæ numerositatis habebat. Quocunque eundum erat, carpento ibat, quod bobus iunctum, & bubulco rustico nomine trahebatur. Sic ad palacium, sic ad publicum populi sui conuentum, qui annuatim, ob Regni vtilitatem in Maio celebrabatur, sicque domum redire solebat. Ar Regni administrationem, & omnia, quæ vel domi, vel foris agenda, ac disponenda erant, Præfectus aulæ procurabat. Quo officio tunc Hildricus deponebatur, Pipinus Nanus iam velut hæreditario iure fungebatur.

De S. Burchardo VVirſeburgenſi Epiſcopo.

Cap. VI.

Regnante ergo Pipino Rege Francorum, quidam nobilis ac deuotus vir, quiab Anglia ad Franciam venerat, audiens famam sancti Præsulis Bonifacii pridem incenditur ardore visendi Pontificem iam dictum. Ad quem cum venerabilis Burchardus venisset, ab eo gratanter susceptus est. Ferunt autem sanctũ Bonifacium, primo aspectu præfati viri Prophetico repletum spiritu, adhærentibus sibi ministris tale protulisse vaticinium: Gaudete fratres, ecce misit nobis DEVS virum contubernalem, cui committi detur ouile Dominicum in Wirsenburgensi vrbe à beato Kyliano collectum, Quibus auditis, venerabilis Burchardus, primo oneris magnitudinem expauit, postremo memor diuinæ dispensationis, tale fertur dedisse responsum: *Etsi tanto videor indignus officio, tamen dispositione imponendo mihi oneri non obluctor. Qui enim onus imponit, spero quod clementer subleuabit.*

Prophetia S. Bonifacii de S. Burchardo.

Tandem Beatus Bonifacius instigatus diuino adminiculo, concessu Pipini Regis illustris Romam petiit Burchardo comite. Præerat autem tunc Romanæ Ecclesiæ Zacharias, summus Pontifex, Dominico ouili aptissimus. Hic amplo sune charitatis viros ex Germaniæ finibus aduentantes Romam, colligere solitus erat, volens nouellæ plantationis in CHRISTI fide gentes ducere ad expectationem loci, vbi Pastor Ecclesiarum, Doctorque gentium, humati corporibus habebantur. Cui tamen cum sancti Bonifacii Maguntinensis Archipræsulis innotuisset aduentus, præmeditari cœpit, si quid eum tanto viro dignum DEO cooperari valeret. Et cum ad hoc peruentum esset, vt mutuis colloquiis, post sibi datos amplexus fruerentur, beatus Bonifacius dixit, hoc maxime sibi fore veniendi negocium, vt Wirsenburgense

Burchardus & Bonifacius Romam tendunt Zacharias Pontif. Romanus.

burgense oppidum diœcesi suæ vicinum, Episcopali honore fulciretur. Tunc Romanus Pontifex primo percontari cœpit, quæ huic officio legaretur persona. Dehinc si episcopio prædia sufficerent, quibus pauperum necessitas Clericorumque sustentari posset inopia, asserens Episcopum Dei familiæ dispensatorem. Beatus igitur Bonifacius, munificentia charitatis præditus, prædiorum episcopii sui partem Romano Pontifici complacitam Wirsenburgensi Episcopio delegauit, vt futurus ibidem Episcopus sicut consors esset diuini laboris, ita etiam fieret particeps temporalis sustentationis. His rite peractis, à Romano Pontifice iterum persona disquiritur, quæ huic officio digna destinetur. Veruntamen beatus Bonifacius Burchardum in medium deducens, cœpit illum dignis laudibus prosequi, dicens, hunc ab occiduis partibus aduenisse, secumque vsque ad perfectam ætatem degentem, se nihil in eo reperisse, quod Pontificali officio videatur contraire, ac per hoc se illum Pontificali infula dignum credere. Ad hæc summus præsul hilari vultu, Agamus, inquit, frater, Deo gratias, quia à Solis ortu, vsque ad occasum, laudatur nomen Domini. Ab occasu venisse dicis, per quem ortum veri Solis rudibus in fide populis diuina pietas ministrabit. Sicque consecrato Burchardo Episcopo, acceptis à Romana sede priuilegiis Antistitis, ad proprias sedes remearunt, quos Romanus Pontifex, veluta pastor bonus, talibus prosequitur verbis, *Ite, fratres charissimi, co peratores seminis diuini. Crescat fructus laboris vestri, nec vsleat intimicus serere in agro Dominico, quod tempore messis debeat tradi incendio.* Cum vero ad Wirsenburge oppidum peruenissent, supplicibus vocibus clamabat multitudo hominum, Venite patres, venite serui Dei excelli, venite laboratores animarum nostrarum, augmentate diuini verbi semina, à beato Kyliano nobis monstrata. Quibus auditis vterque præsulum præ gaudio lachrymasse perhibetur. Tandem Bonifacius dixit, felix eris Wirsenburg, & inter vrbes Germaniæ non ignobilis vrbs. In memoria Trinitatis tribus fulciris martyribus. Dum hæc ita agerentur, ad locum orationis est peruentum, fusisque precibus, & rite cunctis peractis, sanctus Bonifacius ad propria repedauit. Deinde venerabilis Antistes Burchardus cœpit sedula meditatione perquirere, qualiter commissas sibi oues bene regendo in examine superni iudicis Euge Dominicum posset promereri. Erat enim mitis eloquio, vultu clarus, vigiliis, eleemosynis, & orationibus deditus, vt in omnibus videretur Pontificali officio idoneus. Sicque factum est, vt ab omnibus amaretur. Dehinc sanctus Burchardus meditari cœpit, vt corpora beatorum martyrum Kyliani & sociorum eius de loco, in quo ab infidelibus posita fuerant, leuarentur. Collecto itaque populo & clero, & eis ieiunio indicto, constituto que die eleuationis sanctorum martyrum maxima multitudo populorum confluxit V Virsenburch. Pontifex igitur ad locum sepulturæ sanctorum, primus sarculo fodiens, inuenit corpora martyrum ita fragrantia, vt omnium nares odoris suauitate replerentur. Eleuatis autem corporibus, ingens factus est populorum concursus, eratque astantium vox vna omnium, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Tanta ergo miraculorum insignia operatus est Dominus per sanctos suos, & si qui aderant, qui in fide ritu barent, visis tot miraculis in eadem credulitate solidabantur. Nam in loco, vbi sanctorum corpora sepulta fuerant, receperunt diuino nutu cæci visum, claudi gressum, surdi auditum. Translatis igitur sanctorum corporibus, & miraculis coruscantibus, sacerdos Domini venerabilis Episcopus Burchardus, in loco illo orationibus ac Missarum frequentationibus vacabat. Tandem aduenit tempus, quo sancti huius Burchardi anima mole corporis soluenda erat, vocatisque fidelibus diuini verbi pabula etiam in extremo vitæ termino ministrabat, monens illos, charitatem, in qua summa virtutum consistit, inuiolabiliter obseruare. Post hæc corporis & sanguinis Christi viatico munitus, migrauit ad cœlum, vbi accepta felicitatis stola, diem resurrectionis expectat vltimum.

Burchardus à summo Pontifice eligitur in Episcopum Wirsenburgensem.

Feruor pietatis Wirsenburgensium.

Chiliani.

Eruuntur corpora SS. martyrum Chiliani & sociorum.

Meritus S. Burchardus ann. Christi 791.

De informatione à Romano Pontifice facta Beato Bonifacio de eo, quod excommunicatis non communicet, qui eis animo non consentit.

CAP. VII.

BEATISSIMVS igitur Bonifacius habuit scrupulum in conscientia, quod non poterat tempore prædicationis suæ commode se abstinere ab excommunicatis &

Littera Bonifacii ad Pontificem Zachariam.

Pſeudoepiſcopis, & ideo petiit informationem deſuper à Zacharia Papa, ſcribens ei epiſtolam, quæ ponitur in decretis, vndecima cauſa, quæſtione vltima, capitulo Antecеſſor, ſub hac forma: Anteceſſor prædeceſſoris veſtri, venerandæ memoriæ, Gregorius, dum me indignum ordinauit, & ad prædicandum verbum Dei Germanicis gentibus miſit, Sacramento me conſtrinxit, vt Canonicis & iuſtis Epiſcopis & Preſbyteris in verbo & facto & conſenſu aſtipulator & adiutor fierem. Hoc autem cum diuina gratia implere ſtudui, falſos autem ſacerdotes, hypocritas & ſeductores populorum vel corrigerem ad viam ſalutis, vel declinarem & abſtinerem à communione ipſorum, quod ex parte ſeruaui, & ex parte cuſtodire & implere non potui, ſed ſpiritualiter impleui Sacramentum, quia & in conſenſum & in conſilium eorum non venit anima mea. Corporaliter autem ab eis omnino abſtinere non potui. Dum enim veniſſem ad Principem Francorum, cogente Eccleſiarum neceſſitate, non tales ibi reperi, quales volui. Sed tamen in ſancta communione corporis Chriſti illis non communicaui. Igitur cum Zacharias ſummus Pontifex hanc epiſtolam perlegiſſet, reſcripſit beato Bonifacio, ſic inquiens; Quod prædeceſſor meus, beatæ memoriæ, Gregorius, huius ſedis Apoſtolicæ Præſul, dum ad prædicandum verbum Euangelii tuam miſiſſet firmitatem in Germaniæ partibus & gentibus illis paganis, & verbo pollicitationis illam voluit ante eſſe munitam, ita, vt orthodoxos Epiſcopos, Preſbyteros, vel quoſcunque reperire potuiſſes, in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmares, & eis communicares, quod & factum eſt. Si quos vero ſeductores Epiſcopos aut pſeudopreſbyteros a recto fidei tramite deuiantes, repperiſſes, nulla cum eis intereſſet communio, quod te, Deo ſolaciante, vſque ad præſens ſpiritualiter ſeruaſſe confeſſi es, vel ſi omnino præter principalem & humanum fauorem gentis Francorum, dum ad eos acceſſiſtes, corporaliter abſtinere non valuiſti, cogente Eccleſiarum Dei neceſſitate, & tamen in eorum conſilio & conſenſu communionis anima tua non eſt coinquinata, itaque propter hoc, quod cum eis conuerſatus es, non conſentiens iniquitati eorum, nullum intereſt detrimentum coram Deo.

Zacharia Pontificis ad Bonifacium reſponſo.

De authoritate, quam ſanctus Bonifacius accepit eligendi ſibi coadiutorem, & ſucceſſorem in ſede Epiſcopali.

Cap. VIII.

Verba quib. Zacharias Pontifex S. Bonifacio authoritatem hanc concedit.

HVIC inſuper beato Bonifacio idem Zacharias Papa dedit de ſpeciali gratia authoritatem eligendi ſibi coadiutorem & ſucceſſorem in ſede Epiſcopali, quæ ponitur in decretis ſeptima cauſa, quæſtione vltima, capitulo petiſti, ſub hac forma: *Petiſti, vt cum noſtro conſultu pro ſuperueniente tua ſenectute, atque corporis imbecillitate, ſi inuenire poteris alium, in eandem ſedem, in qua præes, pro tua perſona debeas collocare. Nos vero, adiutore Deo, conſilium præbemus tua ſanctitati, vt pro ſalute animarum rationabilium, fautore Chriſto, ſedem, quam obtines Maguntinæ Eccleſiæ, nequaquam relinquas. Si vero Dominus dederit iuxta tuam petitionem hominem perfectum, qui poſit ſollicitudinem habere, & curam, pro ſalute animarum veſtrarum pro tui perſona ordinabis illum Epiſcopum, eritque in Euangelio tibi credito, & myſterio Chriſti portando, in omni loco, requirens & confortans Eccleſiam Dei. Item ſi eundem diuina voluerit clementia tui poſt diem tranſitus ſupereſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit definitum, ea hora, qua te de præſenti ſeculo migraturum cognoueris, præſentibus cunctis tum ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli alii concedi patimur, quod tua charitate cogente largiri conſueimus. Ita de eo autem, quem tuum ſucceſſorem conſtituere dixiſti, vt, te viuente, in tuo loco ſubrogatur Epiſcopus, hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem eccleſiaſticam regulam, vel inſtituta patrum eſſe monſtratur, ſed volumus, vt tibi miniſtret, & ſit in Euangelio Chriſti adiutor. Nimis enim reprehenſibile eſſe manifeſtum eſt, vt, te viuente, tibi alium ſubſtituamus, ſed hoc commonemus, vt orare non ceſſes, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum irreprehenſibiliter regere valeat.*

De S. Lullo, cui B. Bonifacius resignauit Pontificatum Maguntinensem.

Cap. IX.

PORro beatus Bonifacius, vir magnarum virtutum, habuit in collegio suo quendam venerabilem virum, nomine Lullum, quem consanguinitatis linea proxime attingebat. Hic apud Anglos Saxones natus fuit, genere nobilis, qui à pueritia authorem vitæ dilexit & quæsiuit ita, vt septimo ætatis suæ anno in monasterium se conferret, vbi per multos annos cunctis ornatus virtutibus habitauit, sanctarum scripturarum scientia multipliciter decoratus. Cum autem beatus Bonifacius in principio prædicationis suæ in Gallia gentilitatis errores multis in locis reperisset, & ad eos extirpandos adiutoribus plurimum indigeret, miserat ad Britanniam & Angliam, & multos, quorum spectatam fidem & scientiæ claritatem exinde ad opus Euangelii euocauit, inter quos etiam nonnullas feminas asciuit ad instruendam in Gallijs castitatis & pudicitiæ stolam, in quibus matertera beati Lulli erat, Virilis nomine, quasi virago dicas, cum filia virgine, quæ in Thuringia monasteriis feminarum præfuerunt. Igitur postquam celebris per Britanniam rumor peregrebuit de fideliter gestis beati Bonifacii, sancto Lullo adhuc in monasterio constituto, cum diaconus esset ordinarus, incidit in mentem, vt viro Dei tam sancta occupatione perfuncto, opem ferret. Licentia igitur petita à patre monasterii per multos terræ marisque labores, ad sanctum Bonifacium venit. Beatus autem Bonifacius grarissimum habuit eius aduentum, non tantum veneratus in eo maternæ propinquitatis, quantum fidei feruorem, ingenii acumen, affluentissimam sacrarum scripturarum scientiam, de quibus rebus iam pridem ad eum fama detulerat. Cumque eum secum detinuisset & ex conuentu domestico certiora iam accepisset experimenta conuersationis eius, ipsum in presbyterum ordinauit. Post hæc multo rempore euoluto, cum beatus Bonifacius iam supremam ageret ætatem, incidit in animum eiusdem, scilicet vt in Hollandiam & Frisiam iret, & gentilis populi barbariem debellaret. Ante quidem hoc attentauerat, sed fera natio cum expulerat. Edoctus igitur à Spiritu sancto, quod humanis rebus eximendus esset per martyrium, quod solum perfectionis eius cumulo decerat, similiterque ex relatu cum didicisset beatum Willibrordum Archiepiscopum Traiectensem ex hoc sæculo ad cœlum migrasse, ordinauit ex tunc Synodum Prælatorum, &, vt alium eligerent atque ordinarent sacerdotem venerabilem in Archiepiscopum Maguntinensem, expetiit. Tandem beatum † Lullum præfatum ex communi consensu eligens sibi successorem, Regem Franciæ Pipinum adiit, & in eius, & Principum totius regni præsentia beatum Lullum manu apprehensum in medium duxit, & ait: En, inquit, virum, mea sententia, dignum, cui meorum studiorum & certaminum hæreditatem delegare possim. Hic mihi affinitate carnis coniunctus, sed vinculo spiritus multo coniunctior, pro eo, quod mecum conuersatus multo tempore, certum & cuidens mihi dedit spectaculum sanctitatis suæ, & optimæ conuersationis. Vnde & ego iniungo ei Pontificatum Magunrinensem, quem hactenus administrauí. Et exhortans tam Reges, quam Principes, quam ipsum Lullum, ad CHRISTI facienda præcepta, assumpto eodem Archiepiscopo Lullo secum, beatus Bonifacius Thuringiam & Hessiam, ac cætera inter Rhenum & Wisaram, loca peragrauit. Prædia omnia, quæ ipse Maguntinensi Ecclesiæ acquisierat, eidem Lullo demonstrans, ac ipsum illis, qui in dictis regionibus eminentiores habebantur, exquisitissimis verbis commendans. At sanctus Lullus, vt bonus pastor, omnes intra suam diœcesin sitas Ecclesias & monasteria cœpit visitare, & omnium mores in melius reformare. Tandem cum diu Ecclesiam Maguntinensem rexisset, sciens ex reuelatione Spiritus sancti instare diem dormitionis suæ, ad Herueldense monasterium, vbi iacere volebat, se transtulit, ibiq; tricesimo secundo anno ordinationis suæ Calendis Nouembris migrauit ad Dominum. Hic tantus in sanctitate & miraculorum coruscatione claruit, quod hi versus de eo sunt compositi:

S. Lullus consanguinitatis linea S. Bonifacium attingit.

S. Lullus adit S. Bonifacium venit.

Venit Bonifacius in Hollandiam & Frisiam.

S. Lullus successor S. Bonifacii in Episcopatu.

† alii vt Beka inquit Fuldensem,

Moritur S. Lullus, Anno Christi, 787.

Antistes Lullus, quo non est sanctior vllus,
Pollens diuina, tribuente Deo, medicina,
Occurrit morbis, vt totus prædicat orbis.

De suf-

De susceptione oneris Pontificatus Traiectensis à S. Bonifacio.

Cap. X.

POstquam ergo beatus Bonifacius beatum Lullum in cathedrali sede exaltasset Sturnum venerabilem virum, in cœnobio Fuldensi constituit Abbatem, præcipiens illi curam gerere gregis commissi. Wigbertum quoque in monasterio, quod nuncupatur Heresfelt, fratrem constituit gubernatorem. Hæc & alia per ordinem digesta idem sanctissimus Bonifacius cum electis sibi sociis, quos ad futurum iter idoneos arbitrabatur, nauigium intrauit, ve per Rhenum ad Frisones, à quibus martyrio coronandus erat, descenderet. Felici ergo commilitonum stipatus collegio, supernæque pietatis conductu, prospero itinere festinanter non tardando Traiectum cum Carolomanno Principe vsque peruenit, & ecclesiam tunc penitus per mortem beatissimi Willibrordi Præsulis desolatam, in Dei nomine gubernandam à Carolomanno prædicto accepit, ne populus per suam prædicationem dudum conuersus, ad idololatriæ sectam rediret, sed potius in Dei timore constantissime permaneret. Hic ergo Præsul egregius diuini nominis obsequium ampliare volens, condidit in ciuitate Traiectensi Ecclesiam & monasterium Canonicum immediate prope aliam domum orationis sancti Saluatoris nostri. Hæc quidem Ecclesia diuersis titulis priuilegiata legitur, quæ vulgariter antiquum monasterium, id est, Oude monster pro tanto forte dicitur, quoniam Ecclesia Traiectensis aliquando renouata fuit. Sed hæc in ædificio veteris structuræ permanens hactenus irreuocata duratuit. Quidam tamen asserunt eandem Ecclesiam à sancto Willibrordo primo ædificatam esse, & octoginta Canonicos in ipsa prædendatos fuisse. De quibus idem Willibrordus quadraginta resumpsisset, quos in Ecclesia sancti Martini transplantasset. Si autem hoc ita fuerit, veritati non contradicimus. Veruntamen exinde certitudinem ex priuilegiis vel historiis aliquatenus indagare potuimus. Præsul ergo Bonifacius Traiectensem condigne regens Ecclesiam tamquam fidelis seruus & prudens, in lucrandis animabus peruigil fuit, & de conuersis paganis duplicatum talentum suo domino reportauit. Sic ergo beatissimus Bonifacius iste secundus post sanctum Willibrordum Archiepiscopum, miræ sanctitatis virum, effectus est Archiepiscopus Traiectensis, quo & in loco, & in terminis eius, adhuc fere tota gens idolis seruiebat. Vnde sanctus Bonifacius cum suis omni die non cessabat illis euangelizare regnum Dei, idola confringere, & catechumenos baptizare, neophytos confirmare, sacros ordines celebrare, ac in pagis singulis Ecclesias, seu Basilicas Deo dedicare.

S. Bonifacius à Carolomanno præficitur Ecclesiæ Traiectensi. Ita Ioan. de Beka. Templū S. Saluatoris.

S. Martini Ecclesiæ Vltrajectensis.

De epistola B. Bonifacii ad Reges Anglorum missa.

Cap. XI.

HIc itaque sanctus Bonifacius, Archiepiscopus Traiectensis, nimio zelo feruebat contra eos, qui non obseruabant legem Dei, imo nec Regibus, aut Principibus parcebat in tali articulo. Vnde cum veraciter didicisset Ethelbaldum Anglorum Regem in adulterio & stupratione sanctimonialium viuere, grauiter ingemuit, cupiensque auertere de tam pessimo malo, scripsit huiusmodi epistolam ad eum: *Domino charissimo Ethelbaldo, Bonifacius Archiepiscopus, Legatus Germanicus Romanæ Ecclesiæ perpetuam in Christo charitatis salutem. Audiuimus, quod eleemosynis intentus, furta & rapinam prohibes, & pacem diligis, & defensor pauperum & viduarum es, & inde Deo gratias agimus. Quod vero legitimum matrimonium spernis, si procastitate faceres, esset laudabile, sed quia in luxuria & in adulterio, & cum sanctimonialibus voluptatis, est vituperabile & damnabile. Quapropter, fili charissime, pœnitet & memorare, quam turpe sit, vt & tu, qui dono Dei dominaris ad iniurtam eius libidinis seruus. Audiuimus præterea, quod Optimates penes omnes gentes, vitiorum tuorum exemplo, legitimas vxores deserant, & adulteras & sanctimoniales consuprent. Quod, quam sit abominabile peregrinumque, doceat vos aliena gentis institutio. Nam in antiqua Saxonia, vbi nulla est Christi cognitio, si virgo in paterna domo vel maritata sub coniuge fuerit adulterata, manu propria strangulatam cremare, & super fossam sepulturæ corruptorem suspendere, aut cingulo tenus vestibus abscissis flagellant eam castæ matronæ, & cultellis pungunt, & de villa in villam missa occurrunt nouæ flagellantes, donec interimant. VVinidi quoque, quod est fœdissimum genus hominum, hunc habent morem, vt marito mortuo, mulier se in rogum cremati pariter arsura præcipitet. Si ergo gentes*

Ethelbaldus Anglorū rex mala vita. S. Bonifacii ad eum epistola.

Puna in adulteros olim apud Saxones.

gentes Deum ignarantes? zelum castimoniæ habent, quid tibi conuenit, sic charissime, qui Christianus es, & Rex. Parce ergo animæ tuæ, parce multitudini populi tui pereuntis exemplo de quorum animabus rationem redditurus es. Recogita quæso, quam terribilem vindictam Deus in anteriores Reges exercuerit, eius culpæ, quam in te arguimus, conscios. Nam Thelredum prædecessorem tuum, fautorem sanctimonialium, & Ecclesiasticorum priuilegiorum fractorem, splendide cum suis militibus epulantem, spiritus arripuit maligni, & sine confessione & viatico cum diabolo sermocinanti, & legem Dei detestanti animam extorsit. Hos fredum quoque Regem Denorum & Barniciorum, eandem culparum reum, ita effrenem egit, vt regnum & iuuenilem ætatem contemtibili morte amitteret. Obtestamur & obsecramus te, vt recorderis, quam fugitiua sit præsens vita & delectatio spurca carnis, per quam æterni cruciatus emuntur, & quam ignominiosum sit, vt breuis huius vitæ malæ exempla in perpetuum posteris relinquas. Ex his perpendi potest huius beati viri prudentia & libertas spiritus in peccata Regum & Principum publice arguendo. Thelredus rex Anglorũ à Deo punitus.

De traditione & confirmatione Pipini Regis, de mancipiis & theoloniis sub Bonifacio Archiepiscopo.

Cap. XII.

PORro Pipinus Rex Francorum donauit beato Bonifacio multa iura & priuilegia, nec non & confirmationem omnium bonorum per Carolum Martellum patrem suum Ecclesiæ Traiectensi concessorum pro cultu diuino augmentando, in subsequenti forma; *Pipinus, Rex Francorum, vir illustris. Si petitionibus sacerdotum in omnibus non negamus, Dominum exinde retributorem habere confidimus. Ideoque venerabilis vir Bonifacius Archiepiscopus nobis expetiit, vt confirmationem rerum Ecclesiæ suæ sancti Martini, quæ esse constructa in vico, qui dicebatur Traiectum, super flumen Rhenum, ex quod Pipinus de Harstel donauit S. Martino, seu Carolus Martellus, vel Carolomannus, venouare vellemus. Ideoque & quod Pipinus Rex Francorum ad casam Dei concessit, vel ad illum Episcopatum, vt omnem decimam de terra, seu de mancipiis, & theoloniis, vel de negotio, aut vndecunque ad partes fisci census spectare videbatur, sicut diximus omnem decimam partem ad ipsam casam Dei S. Martini, in qua Dominum Bonifacium Archiepiscopum custodem præesse concessimus, vel confirmauimus in luminaribus, seu in stipendiis monachorum, vel Canonicorum, qui ibidem gentiles ad Christianitatem conuertuntur, & Domini misericordia ipsos conuersos, quos habent, doceant, iuxta quod alii Christiani eorum Christianitatem conseruant, & in eorum præceptiones continere videntur, quæ antecessores nostri sapedicti Pipinus & Carolus, vel Carolomannus, ad ipsam casam Dei, per eorum instrumenta condonauerunt iuste & rationabiliter nos per nostram confirmationem ei gratanti animo concessimus, vel confirmamus, & vt hæc authoritas confirmationis nostræ firmior habeatur, & per tempora melius conseruetur, manus nostræ signaculis subter eam decreuimus roborare. Signum Pipini, gloriosi Regis. VVidmarus iussus recognoui, & subscripsi. Datum quod fecit mense Maio, die vicesima tertia, anno secundo regni ipsius gloriosi regis. Actum Vermeria, palatio publico, in Dei nomine feliciter.* Forma verborum Pipini de confirmatione priuilegiorum.

De Regali præcepto Pipini Regis sub S. Bonifacio, de rebus Ecclesiæ S. Martini.

Cap. XIII.

TRadidit etiam idem Pipinus, Francorum Rex inclytus, præfatæ traditionis, seu confirmationis præceptum regale, in sequenti forma; *Pipinus Rex Francorum. Notum sit omnibus, tam præsentibus, quam futuris. Principalis quidem clementia cunctorum decet accommodare aurem benignam, præcipue, quæ per compendium animarum à prædecessibus Principibus, parentibus nostris, ad loca Ecclesiarum probamus esse inducta, deuota debemus mente perpendere, & congrua beneficia, vt mereamur ad mercedem participia non negare. Sed robustissimo iure nostris oraculis confirmare. Igitur Apostolicus vir, & in Christo pater Bonifacius, vrbis Traiectensis Archiepiscopus, clementiæ regni nostri suggessit, eo quod antecessores nostri, vel parentes, Lotharius quondam Rex, & Dagobertus quondam, per eorum authoritates eorum manu subscriptas, de villis Ecclesiæ S. Martini, quas ad præsens possidebat, vel quod à Deo timentibus hominibus ibidem in antea delegebant integra & imminuta concessissent, vt nullus iudex publicus ad causas audiendum vel fenda exigendum, nec mansiones aut prata faciendum, nec fideiussores sollendum, nec homines ipsius Ecclesiæ, de qualibet causa destringendum, nec vlla reductione requirendum ingredi non debeant. Vnde & ipsam præceptionem iam dicti Principes, seu & confirmationem illorum virorum manibus ante dictus Pontifex Bonifacius nobis ostendit relegendas, & ipsum beneficium circa eandem Ecclesiam sancti Martini, sicut à supradictis Principibus fuit indultum, moderno tempore asserit esse conseruatum. Sed pro affirmatis studio petiit celsitudinem nostram, vt hoc denuo circa eandem supra memora-* Præceptum regale Pipini regis Francorum.

memoratam S. Martini nostra authoritas generaliter confirmaret. Cuius petitionem pro reuerentia ipsius, vt mereamur ad mercedem sociari plenissimam, negare non decet. Precipientes ergo, iubemus, vt sicut constat ab antedictis Principibus de villis prefate Ecclesie sancti Martini integra immunitate absque introitu iudicum fuisse concessum, ita & in antea, auxiliante Domino, inspecta priorum Principum authoritate omnimoda conseruentur. Et neque nos, neque iuniores successoresque nostri, vel vllus, quislibet de iudiciaria potestate, in villas antedicte Ecclesie, quæ moderno tempore vbicunque in Regno nostro noscuntur, ve lin antea à Deo timentibus hominibus ibidem fuerint collate, aut collaturande, tam de ingenuis, quam de seruientibus, vel de qualibet natione hominum, in prædictis ipsius Ecclesie villis commanentibus, quod legitime ad ipsum Episcopatum, vel ad ipsam Ecclesiam S. Martini, legitime redibunt initio, nec ad causas audiendum, nec fideiussores tollendum, nec mansiones faciendum, nec homines ipsius Ecclesie, de qualibet causa distringendum: nec villa redebitione requirendum ibidem ingredi non præsumat. Sed sicut ipsa beneficia ab iam dictis Principibus ad supra nominatam Ecclesiam fuere indulta & vsque nunc conseruata, ita & deinceps conseruentur. Quia, quæ superfluus super hanc nostram authoritatem generaliter confirmatam in Dei nomine percuniter manent immobilia, & quicquid exinde fiscus noster poterat sperare luminaribus Ecclesie in perpetuum proficiat in augmentis. Et vt hæc authoritas, tam præsentibus, quam & futuris temporibus, Deo adiutore, possit constare, subter eam manu propria decreuimus roborare. Signum glorioſi Pipini Regis Francorum. V Venerandus rex cognoui.

De controuersia quadam inter Colonienſem & Traiectenſem Pontifices, pro Metropolitanatu.

Cap. XIV.

His diebus dissentio quædam exorta est inter Ecclesiam Colonienſem & Ecclesiam Traiectenſem. Nam Hilgerus Archiepiſcopus Colonienſis asseruit castrum cum Ecclesia Traiectenſi, donatione Dagoberti Regis Franciæ quondam ad Metropolitanatum ſuum ſpectare, & è contra S. Bonifacius Traiectenſis Archiepiſcopus affirmauit Ecclesiam ſuam ad ſedem Apoſtolicam ſine medio pertinere.

Omnia hæc Ioan. de Beka ipſiſſem pene verbo.

Quapropter & ipſe Bonifacius præſentis epiſtolæ conſultationem ſcribi fecit, quam ſanctiſſimo patri Domino Papæ Stephano, huius nominis primo, deſtinauit, in hunc modum: Diligendo Domino Apoſtolatus ptuilegio, Stephano Papæ, Bonifacius exiguus Commiſſarius Germaniæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ optabilem in Chriſti charitate S. Nam tempore Sergii, Apoſtolicæ ſedis Pontificis, venit ad limina Apoſtolorum preſbyter quidam miræ abſtinentiæ & ſanctitatis, genere Saxonum, Willibrordus, & alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa Epiſcopum ordinauit, & ad prædicandum paganæ genti Friſonum tranſmiſit. Tranſuit in litora Oceani occidui. Qui per quinquaginta annos prædicans, præfatam gentem Friſonum magna ex parte conuertit ad fidem Chriſtianam, & delubra deſtruxit, & eccleſias conſtruxit, & ſedem Epiſcopalem in honore S. Martini, & Baſilicam S. Crucis in loco & caſtello, quod dicitur Traiectum, vbi prædicans vſque debilem ſenectutem manſit, & ſibi coëpiſcopum ad miniſterium implendum conſtituit. Et finitis longeuę vitæ diebus, in pace migrauit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolomannus commendauit mihi ſedem illam ad conſtituendum & ad ordinandum Epiſcopum, quod & feci. Nunc autem Colonienſis Epiſcopus illam ſedem præfati Epiſcopi Clementis à Sergio Papa ordinati, ſibi vſurpat, & ad ſe pertinere dicit fundamentum cuiuſdam deſtructæ à paganis Eccleſiolæ, quam Willibrordus diruta vſq; ad ſolum in caſtello Traiecto repetit, & eam proprio labore à fundamẽto conſtruxit, & in honore S. Martini conſecrauit. Et refert, quod ab antiquo Rege Franciæ Dagoberto, caſtellum Traiectum cum deſtructa Eccleſia ad Colonienſem Parochiam in ea conditione fuiſſet, vt Epiſcopus Colonienſis gentem Friſonum conuerteret, & eorum prædicator eſſet. Quod ipſe non fecit, non prædicauit, non conuertit Freſos ad fidem Chriſti, ſed pagana permanſit gens Freſorũ, vſque quod venerandus Pontifex Romanæ ſedis, Sergius, ſupradictum ſeruum Dei Willibrordum Epiſcopum ad prædicandum ſupradictæ genti tranſmiſit, qui illam gentem, vt præfatus ſum, ad fidem Chriſti conuertit. Et modo vult Colonienſis Epiſcopus ſedẽ ſupradicti prædicatoris Willibrordi cõtrahere, vt nõ ſit Epiſcopalis ſedes, ſubiecta Roman. Pontifici, prædicans genti Freſorũ. Cui reſpondebã, vt credidi, q; magis & potius fieri deberet præceptum Apoſtolicæ ſedis, & ordinatio Sergii, & legatio venerandi prædicatoris Willibrordi, vt & fiat ſedes Epiſcopalis ſubiecta Rom. Pontifici, prædicans gẽti Freſorũ, quia magna pars gentis illius adhuc pagana eſt, quam deſtructæ Eccleſiæ fundamenta diruta, & à paganis conculcata, & per negligentiam Epiſcoporum Colonienſium derelicta, ſed ipſe non conſentit. Sed modo paternitatis veſtræ iudicio in-

Littera S. Bonifacii ad Stephanum Pontif.

Negligentia Epiſcoporum Colonienſium in conuertendis paganis.

cio insinuare mihi dignemini, & si hoc iustum sit, respondeatis. Et si vobis placeat quod illi Colonienſi Epiſcopo reddiderim, veſtra authoritate roborate. Sicut enim poteſtis nos, ſi vobis placet, adiuuare. Si de ſcrinio Eccleſiæ veſtræ, exemplar iubeatis mihi tranſmitti, quicquid præfato Epiſcopo V Villibrordo ordinato S. Sergius præciperet & conſcriberet, vt ex authoritate ſanctitatis veſtræ contradicentes conuincere & ſuperare valeam. Si autem aliter iuſtius ſanctitati veſtræ videatur, conſilium paternitatis veſtræ mihi insinuare dignemini, vt ſequar. Hanc itaque conſultationis Epiſtolam S. Bonifacius ad Romanam curiam tranſmiſit, qui, modico dehinc elapſo tempore, negocio nondum expleto, vitam cum martyrio conſummauit, vt patebit in ſequentibus.

De prædicatione B. Bonifacii in Friſia.

Cap. XV.

Anno 712. Omn. hac ex Ioan. de Beka.

ANno igitur ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo Bonifacius, Traiectenſis Archiepiſcopus, inſpiratione diuina perpendens, ſuum inſtare martyrium, virum honorabilem, nomine Gregorium, in Epiſcopum Traiectenſem ordinauit. At ille cum ingenti ſocietate, ſcilicet cum * Eobano Coëpiſcopo, atq; Athalario, V Vintrungo, V Valtero & Adelherdo presbyteris, Haymanno, Stirbaldo & Boſone Leuitis, Valkaro, Gundero, Hildero & Bertulpho monachis, ac circiter triginta ſummæ religionis viris honeſtis, fluminis alueum tranſcendens, ad infidelem Friſiæ populum nauigando deuenit. Vbi fixis tentoriis aliquantiſper recreationi ſe dedit. Deinde ad pagos Friſonum, qui Oeſtergoe & Weſtergoe appellantur, profectus eſt. Qui tunc Chriſtianos conuerſos confirmabat ſua ſancta prædicatione. Neophytis quidem more Apoſtolico per impoſitionem manuum ſeptiformis Spiritus contulit donum. Profectus inde, cœleſti rumphea ſpiritualiter armatus, vna cum ſibi Coepiſcopo Eobano, pariterque felici comitum collegio totam peragrauit terram prædicando, baptizando, confirmando. Nec non idola tria ſpinas exſtirpando. Gentem erroneam ab idolorum cultura reuocando & ad ſuperni Regis cultum reuocando & conuertendo, & admonitione ſuauiſſima verbi Dei ibidem conuertit ad Dominum multa milia populorum, & baptizauit eos cum ſuis commilitonibus, & eccleſias Dei ædificari iuſſit. Nonnulli vero duræ ceruicis, beſtialium in morem obturauerunt aures ſuas ne verbum ſalutis, ac paternas admonitiones audirent. Quid plura? Euangelici ſermonis præco totam tuba ſalutari perſonuit Friſiam.

Gregorius Bonifacii in Archiepiſcopatum ſucceſſor videbit 4 c. † Beka legit Lobane.

Centum millia hominum Bonifacius baptizaſſe legitur.

De martyrio S. Bonifacii, & ſociorum eius.

Cap. XVI.

ATſerpens antiquus, omnium bonorum inuidus, & ab initio ſæculi ſemper inimicus humano generi, quoſdam inſtigauit de gente crudeli, qui necdum fuerant à diabolicis ſuperſtitionibus emancipati, ſuos ſcilicet ſatellites, contra famulum Dei, ſuoſq; commilitones. Dicebant enim ſe moti malle, quam patrios ritus derelinquere. Mox vt hæc Athletæ Dei audierant, tum proprio paſtore Bonifacio ſanctiſſimo quantociusad vicum, qui vocatur * Dockinga, gaudentes ibant, in quo nouerant carnifices cum cruenta multitudine congregatos, vt trucidarent Dei famulos. Cumque appropinquaret dies, vt Dominus ſanctos ſuos cum corona martyrii ſuſciperet, ſuperuenerunt Friſones, vt lupi rapaces, cum armis multis, vt interficerent ſanctos, ob conſtantiam prædicationis verbi diuini. Tunc beatiſſimus Bonifacius exhortatus eſt ſocios ſuos, dicens, Viriliter, fratres, ſtate pro fide Chriſti, & in ſpe vitæ æternæ vnanimiter permanete, *& eos timere nolite, qui poſſunt corpus occidere, animam autem non poſſunt interimere.* Sancti vero B. Bonifacio vnanimes reſponderunt, Scimus pater ſancte, & S. Willibrordum hoc nos docuiſſe, vt ob hoc fidem ſacram ſuſciperemus, quod pro Chriſto animas ponere deberemus. Quia ille mortuus eſt, & in cruce, vt nos redimeret proprio ſanguine. Sic ergo ſancti martyres ſe inuicem adhortantes, ibant ad ſpectaculum, laudantes & benedicentes Deum, qui eos ad vitam prædeſtinauit, & ad hoc ordinauit, vt intrare mererentur cœleſtem Ieruſalem cum palma victoriæ, ſanctiſque martyribus ſine fine congaudere. Illuceſcente autem glorioſi certaminis die, S. Eobanus, eius cooperator, vna cum Athalario, V Vintrungo, & Adelherdo preſbyteris, Haymundo, Stirbaldo & Boſone Leuitis, V Vackaro, Gundero, Hildero & Bertolfo

Beka locum vocat Docch.

Verba exhortatoria S. Bonifacii ad ſociorum eius.

Reſponſio ſociorum.

Bertolfo Monachis, cereriſq; ſociis, dixerunt B. Bonifacio, vt nequaq̃ à S. p̃dicatione ceſſaret, ſed tanto magis verbum Dñi p̃dicaret, quanto amplius plebs furens ſæuiret. Pro tanta ergo exhortatione B. Bonifacius, mirabili gaudio repletus, quantocius codicé verba Dñi habentem, ſuſcipiens, cœpit populo tumultuanti Chriſtum prædicare, viamque ſalutis oſtendere. Tunc furens turba, cum ſuorum Duce Diabolo, qui illis ſubminiſtrauit vires, donauit audaciam, contulit veſaniam, more leonum rugiens, verbum Domini contemnens, ſanctos Dei trucidare proponit. Vnde illi feroces homines repentino curſu cum gladiis & lanceis armati, ſæuientes, irruerunt in Dei famulos, vt lupi rapaces in oues, inermes, eos cruenta morte trucidantes, & ad terram ſine contradictione proſternentes. Sancti igitur martyres in fide perſtiterunt immobiles, bonum pro malo reddentes, benedictionem pro perſecutione mutantes, viuendo proſternati, moriendo victores effecti, perennis vitæ gaudia ſuſceperunt, ac in præclaro cœli palatio cum palma victoriæ glorioſe laureati ſunt. Acceſſerunt vero angeli, cum odore ſuauiſſimo ferentes animas eorum in ſublimi, & cum gaudio cœlo intulere. Femina quædam decrepita iurauit poſtmodum, quod præſens fuit, vbi decollatus Sanctus Bonifacius, & dixit, quod, cum eſſet feriendus gladio, ſacrum Euangelii codicem capiti ſuo impoſuerit, vt ſub eo ictum percuſſoris reciperet, eiuſque præſidium habetet in morte, cuius lectionem dilexerat in vita. Sic ergo poſt multos labores prædicationis coronatus eſt. Iuxta eccleſiam martyrii eius in Dockinga eſt fons aquæ dulcis, qui fertur à S. Bonifacio inuentus & ſanctificatus, cum alibi per totam illam regionem ſalſæ ſint aquæ & amaræ.

Truculenter omnes occidunt.

Fons aquæ dulcis in Dockinga pago.

Martyr occumbit S. Bonifacium cum ſuis 52. vt quidam volunt.

Sanctus autem Bonifacius, martyr Domini præclarus, gubernauit Eccleſiam Traiectenſem honorifice ſedecim annis, & martyrio coronatus eſt. Paſſus eſt autem cum ſociis ſuis ſtans & orans quinto Iunii die, vnde verſus:

Iunius in nonis feſtum venerabile nobis
Aduenit, exultans fratres cum ciuibus, in quod
Tunc quia cælorum meruit Bonifacius alta
Scandere, perpetuam mercatus ſanguine vitam.

De vltione diuina in occiſores Sanctorum.

CAP. XVII.

NEQVAQVAM & hoc taciturnitate præteriri decet, qualiter DEVS acerbam vltionem de prætioſa morte Bonifacii & aliorum ſuorum militum acceperit. Cum enim profani Friſones feſtinarent codicem ſancti Præſulis particulatim ſcindere, vt Chriſtianam fidem prorſus de finibus ſuis abiicerent, virtus diuina ſacrum codicem de manibus tot gentilium conſeruauit illæceratum, in quo conſcriptum fuit æternæ vitæ ſalutare documentum. Vnde contigit ex vltione diuina, vt hi feroces homines, occiſis ſanctis viris, recurrerent ad naues Sanctorum, ſperantes, in ipſis eſſe auri & argenti multam copiam, & intrauerunt naues, & nihil inuenerunt, niſi cibos & vinũ, & cleticorũ victus, q̃ oſa abſtulerunt, & multũ gaudentes, ad obſeruãdã die ſolennẽ edendo & potãdo domũ reuerſi ſunt. Vbi Dñs tantũ miraculũ operatus eſt, vt oẽs latronum panes mutati ſint in lapides diuerſos, q̃ hodierna die in memoriam ſanctorum martyrum obſeruantur. Et hominibus cernere cupientibus demonſtrantur, & illi carnifices, inebriati vino, nutu DEI ſeu vltione diuina, pugnantes gladiis & armis, quib. ſanctos Dei atrociter occiderant, ſeipſos mirabiliter peremerunt. Sed & † Wildichindus, Dux & Princeps vlterioris Friſiæ, exercitum fortem congregauit, & cum atrociſſimis bellatoribus venit vſque ad Lauicum fluuium ter Lauvers dictum, iuxta cuius ripam ex alia parte fluminis Dockinga (vbi ſancti martyres erant peremti) ſituata erat. Tranſiens ergo idem Dux Widichindus cum toto exercitu ſuo prædictum fluuium, Comitatus de Oeſtergoe & Weſtergoe in vaſtam ſolitudinem redegit, & omnes indigenas eorundem Comitatuum in vltionem ſanctorum Martyrum horribiliter trucidauit. Quo completo reuerſus eſt ad Dominium proprium.

Puniuntur nepotes Martyrum.

† *Boko habet Widekindum.*

De translatione corporum ſanctorum Martyrum.

CAP. XVIII.

NVmerus quoq; ſanctorum Martyrum, qui cum B. Pontifice Bonifacio paſſi ſunt pro Chriſto, 50. duorum virorum eſſe aſſeritur. Corpora igitur ſanctorum Martyrum,

tyrum], qui &c. erant sacerdotali gradu sublimati tres, & Leuitici ordinis officio deputati tres, & monachicæ vitæ subditæ quatuor aliorumq; tredecim, à fidelibus Christi collecta sunt, & in nauim immissa, cum corpore Sancti Bonifacij, pretioſi martyris, per miracula diuinitus ostenso, felici gaudio cursuque prospero vsque ad Traiectum peruenerunt, & in crypta Ecclesiæ S. Saluatoris honorifice sunt collocata, alia autem sanctorum corpora in loco passionis sunt sepulta, ecclesiaq; ibidem est ædificata. Corpus autem S. Bonifacij postea translatum est ad Fuldense monasterium in Thuringia, Maguntinensis Dioeceſis, quod monasterium ipse à fundamento construxerat, & in eo honestissimum & innocentum gregem adunatum Christo deuouerat. Petierat enim, vt corpus S. Liobæ virginis & Abbatissæ cognatæ suæ transmissæ sibi ad fundandum monasteria poneretur ad ossa sua in cod. sepulchro, vt sup. c. 3. in præsenti libro. His in locis sc. Dockinga, Traiecto, Maguntia vrbe, in Fuldensi cœnobio beati Martyris præsentia visibilib. crebro sentitur indiciis, & permerita horum martyrũ fideli populo deprecanti plurimæ præstantur sanitates, aliaq; beneficia necessaria.

Sepulnatus S. Martyres in Ecclesia S. Saluatoris Vltraiecti.

Lege Christopheri Brouwerum lib. 2. de Antiquitatibus Fuldensium.

De laudibus S. Bonifacii Martyris.

CAP. XIX.

IGITVR S. Bonifacius, secundum Petrum Aureoli super Apocalypsim, signatur per Angelum volantem per medium cœlum, habentem Euangelium æternum, vt Euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem & tribum & linguã & populum, dicens magna voce: *Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicii eius, & adorate eum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt, & fontes significans. aquarum.* Hic sapiens architectus ecclesias & monasteria fundauit. In Traiecto ædificauit ecclesiam Canonicorum cœnobialium, quæ dicitur antiquum monasterium, Ecclesiam S. Martini in Maguntia & in Traiecto gubernauit. Et pro Ecclesia Traiectensi contra Colonienſem Archiepiſcopum appellauit ad Srephanum Papam. Specialiter etiam Ecclesiam ædificauit. Nam pro lapidibus & cœmento fidem cum spe statuit construendam, pro auro mysteria diuinæ Scripturæ dixit intelligenda, pro argento nomen Domini fidelib. prædicandum, pro laqueariis pictis docuit mentes in sublime leuandas, illa scil. varietate depictas, qua in Psalmo canitur Reginam vniuersalem esse circumamictam, pro gemmis fulgentib. splendidam doctorum vitam, & perspicuam fieri oportere testatus est, quo sic in illis, tanquam in speculo, auditores seipsos considerare possent. Nec curiosi altiora se scrutarentur, ne inflati plus, quam oportet, sapere vellent, ne vana seducti gloria, cum nihil essent, aliquid se esse æstimarent. His autem omnib. supereminentem scientiæ charitatem, pro tecto esse superponendam prædicauit. Diuisiones gratiarum in Sanctis sunt, & Spiritus S. diuidit singulis prout vult. Hic autem S. Bonifacius cum Petro habuit fidem, relinquens omnia, sequens Christum, tollendo crucem. Cum Paulo habuit gratiam prædicandi verbum Dei diuersis gentibus. Cum Ioanne virginitatem, mundus sacerdos, dignus & magnus fuit. Cum Andrea viriliter agens, Martyrii palmam promeruit. Sicque aliorum Sanctorum gratias habuit. *Beatus vir, qui inuentus est sine macula, & post aurum non abiit, nec speravit in thesauris pecuniæ,* sed quocunque ibat, semper libros secum portabat pro thesauro. In agendo Scripturas lectitabat vel psalmos hymnosque canebat, vel certe egenis eleemosynam porrigebat. *Faciebat autem signa & prodigia magna in populo,* vtpote, qui ab ægrotis mẽtibus morbos inuisibiles propellebat, necnon satis, & mirabili modo naturam humanam conseruans, cum interiorem hominem spiritualis medicus intus secaret, intus vngeret, intus sanaret.

S. Bonifacius secundum aliquos in Apocalypsi præfigurabatur.

Curabat ergo omnes, qui essent claudi per incredulitatem, cæci per ignorantiam, surdi per duritiam cordis. Hæc ergo vitia, quæ naturam nostram corrumpunt, sanctus Bonifacius mirabiliter doctrinæ medicamento curabat. Corpus autem infirmum solum curare ieiuniis & orationibus etiam magnum est. Sed hoc Sanctis quodammodo & medicis commune est. Nam & Dauid sanctus insaniam Saulis medicinali arte psallendo mitigauit. Et Pythagoras phreneticum naturalibus exercitiis & fomentis suauibus, addita melodiarum dulcedine, curauit. Sed in tale opus quemlibet miraculis sublimem magna seipsum circonspectione muniuit, ne, dum alios in corpore sanauerit, ipse in anima per superbiam grauius infirmetur. Immundus est enim coram Deo omnis, qui exaltat cor suum, sicut leprosus, & propria exaltatio casum habet sicut morbus caducus. Vnde & Dominus multis dicentibus, quia in nomine tuo prophetauimus & virtutes multas fecimus, in die iudicii respondebit, discedite à me, operarii iniquitatis, quia nescio vos.

Igitur beatus homo, qui semper est pauidus in omni fortuna, secunda & aduersa, quia per timorem Dei declinat à malo, & facit bona cum Dei gratia. Nihil enim valet tantum ad Dei gratiam acquirendam, conseruandam & recuperandam, quam semper timere in humilitate. Sic Martinus, meritis & miraculis coruscus, hic tamen pauper spiritu, & modicus humilitate, cœlum diues ingrediens, ait ei, qui est Rex super omnes filios superbiæ, nihil in me reperies. Et Dauid, *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Custodiens parvulos Dominus, humiliatus sum, & liberauit me.* Sic & S. Bonifacius, cum Germaniæ prouincias, horrendis flagitiorum tenebris obsitas, magno virtutum lumine sexies illustrasset, Frisiamque rabidis vndarum circumfrementium æstibus naufragantem tertio liberasset, ad vltimum vero Dockingam villulam martyrij sanguine consecrasset, nunquam diabolo cessit, vt sese ostentaret, & nunquam à Martino suo discessit, vt humilitatem amitteret. Quinimo in omnibus eius vestigia secutus, ita in terris conuersatus est, vt mente in cœlestibus habitaret, vbi nunc feliciter manens, tripudiat cum his, qui *amicti sunt stolis albis, & sequuntur agnum quocunque ierit*, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

LIBER IV.

Beka habet Delbrici.

CONTINET HISTORIAS ET TEMPORA QVINQVE beatorum Episcoporum Traiectensium, videlicet Gregorii, † Adelbrici, Theodardi, Harmakari, & Ratfridi, & aliquorum sanctorum suorum contemporaneorum, gestaque Caroli Magni, sub breuitate, cum aliquibus incidentibus illius temporis: & habet Capitula XXVII.

De exordio Sancti Gregorii Episcopi Traiectensis.

CAP. I.

Hæc eadem modo Beka.

Adula abbatissa hospitio recipit S. Bonifacium.

Gregorius quo modo pietate incensus. Peregrinatur cum S. Bonifacio.

Vide lib. 3. cap. 11. S. Gregorius tertius Vltraiectensis episcopus.

QVM autem S. Bonifacius, Archiepiscopus Traiectensis, adhuc tempore suæ prædicationis admonitione diuina ad Hessos & Thuringos, prædicationis gratia, iter suum dirigeret, diuersasque perlustraret vrbes ad dilatandum cultum diuini nominis, peruenit tandem ad monasterium virginum, prope Treuirim, in ripa fluminis Mosellæ locatum. Cui Abbatissa valde religiosa, nomine Adula, tunc præerat, quæ peregrinum egentem gratulabunda in hospitium recepit, sperans spiritualem ædificationem audire de tanti patris alloquio. Et sedentes ad mensam cum gulæ delicijs non insisterent, sed sacræ scripturæ solatia potius expeterent, quæsito lectore, inuentus est puer egregius quindecim annorum, alto eiusdem patriæ sanguine procreatus, nomine Gregorius.

Qui nuper à schola & palatio reuersus, & Dei instinctu ad auiam suam suprad-
ctam ingressus fuerat, porrectoque sibi libro, secundum claustralem ritum expetiit ab ipsa benedictionem, & cœpit legere ordinate coram discumbentibus homeliam secundum exigentiam illius temporis, & iuxta modum ætatis bene perlegere, finemque suæ lectionis cum oratione consueta clausit. Beatus autem Bonifacius, lectione finita, cum inquireret, an, quæ legisset, intelligeret, & ille cum verecundia, se nescire responderet, eandem homeliam cœpit exinde repetere, & circonsedentium animos ad contemplatum vitæ dulcorem adeo feruenter incendere, vt idem puer Gregorius, relictis & oblitis parentibus, & relicta patria, cum peregrino egente deambularet, & illius præceptis in omnibus obtemperaret, qui dieb. illis viam arripuit ad conuertendum Thuringiæ populum. Eidem ergo Episcopo iam dictus puer vsque maturam ætatem irreuocabiliter adhæsit, & ipsius fidelis adiutor in verbo veritatis vbique fuit. Cum autem beatissimus Bonifacius sibi diem imminere sentiret extremum, sicut in præcedenti libro Cap. X V. est adnotatum, hunc sanctum virum Gregorium Pontificem tertium ordinauit in Episcopio Traiectensi. Sic ergo beato Bonifacio martyrizato in Frisia, Sanctus Gregorius præfatus factus est tertius Episcopus Traiectensis.

De amissione Pontificalis insulæ.

CAP. II.

BEATVS ergo Gregorius, Almanus genere, Treuirensis Dioeceſis, ſucceſſit præclaro martyri Bonifacio in Epiſcopatu, & etiam in † guerra contra Hilgerum Archiepiſcopum Colonienſem pro Archiepiſcopali benedictione, ad quam à ſede Apoſtolica obtinendam ſatis prudenter ſe gerebat. Sed, pro dolor, pauco tempore obuoluto, accidit magnam multitudinem Danorum & Norwigianorum illuc conueniſſe, qui quaſi omnes exiſtentes in Dioeceſi Traiectenſi necauerunt, & ſpolia multa ſuſceperunt. Et terra non habens agricolas aliquanto tempore ſpinas & tribulos germinauit. Quapropter Eccleſia Traiectenſis cum ſua Dioeceſi ſpoliata tam egeſtuoſa effecta eſt, vt contra Archiepiſcopum Colonienſem viſitare curiam Romanam ac proſequi non valebat pro Archiepiſcopali benedictione. Et ipſi Traiectenſes paupertate compulſi ſunt accipere ſimplicem benedictionem ab Archiepiſcopo ſuo proximiori. Et quemadmodum Abbates longo tempore miſſam celebrauerunt ſine infula, id eſt, mitra Epiſcopali, vſque videlicet ad tempora Eoduald i Epiſcopi, de quo dicitur inferius in libro ſexto decimo, Capitulo decimo. Anno Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo tertio viſę ſunt ſtellę quaſi cadentes, quare multi timebant adfuiſſe finem ſæculorum.

† *bello.*

Traiectenſes ſpoliantur à Danis.

Anno Domini 763.

De regno Caroli Magni.

CAP. III.

ANNO Domini ſeptingenteſimo, ſexageſimo primo, Pipino Rege Franciæ poſt multas victorias tandem defuncto, Carolus Magnus, eius filius, ſibi in Regno ſucceſſit. Hic Carolus erat viginti quatuor annorum, quando Regni gubernacula ſuſcepit, & erat corpore decorus, ſed viſu ferus. Statura eius pedum octo, facies eius palmum vnum cum dimidio in lõgitudine poſſidebat, barba vero palmum vnum, frons erat vnius pedis, militem armatum ſuper equum ſedentem à vertice, ſimiliter cum equo vno ictu cum ſpata ſcindebat, quatuor ferraturas equorum ſimiliter facile manibus extendebat. Militem armatum, recte ſtantem ſuper manum ſuam à terra vſque ad caput ſuum, ſola manu ſua velociter eleuabat. Leporem integrum aut duas gallinas vno prandio vel cœna edebat. Modicum vinum in limphade bibebat. Tam parcus in bibendo erat, quod raro in cœna plus quam ter bibebat. Hic infinita bella cum vicinis & remotis nationibus in fidelibus habuit. Tandem Anno Domini ſeptingenteſimo, octuageſimo tertio, per pendent, quod gens Saxonica, licet multis vicib. victa, in pace quieſcere nequibat, nec de promiſſionibus, ſacramentis & obſidibus datis curaret, quin ſemper Carolo abſente rebellabat, volens conſummare bellum, quod longo tempore geſtum fuerat, collecto exercitu maximo, intrauit terras eorũ, vaſtando primo Weſtphaliam, deinde totam Saxoniam, iuxta fluuium Wiſuram, vſque ad locum dictum Vculbi. Inde per Thuringiam vaſtabat Saxoniam infra Albiam & Salam, & humiliauit eos valde. Attamen ſequenti Anno Saxones reſidui & Friſones iterum rebellant, & vincuntur ab eodem. Idem etiam glorioſus Rex, circa annum Domini ſeptingenteſimum, nonageſimum primum, rediens ex Bauaria ad Galliam, conſtruxit magnificam aulam in Aquiſgrano, & baſilicam miræ pulchritudinis in honore beatæ Mariæ virginis, ad cuius ſtructuram à Roma & Rauenna columnas & marmora deuehi fecit. Deinde Carolus Rex Coloniæ Agrippinæ ſuper Rhenum duos pontes conſtruxit & muniuit, & aſſumptis multis legionibus militum, Sclauoniam & terram Wiltorum bellica manu intrauit, & ſibi eam ſubegit. Quo facto Vormatiam ſaluis ſuis reaſcendit, & rediit. Anno Domini octingenteſimo gens Nortmannorum, ſeu Norwegianorum, multum infeſta Rego Francorum, vincitur in mari per pyratas Regis, & Carolo Magno ſubditur. Inſuper Godefridus Rex Danorum poſt clades multas contra vicinas gentes perpetratas, pacem à Carolo Rege expetiit, & impetrauit. Tandem, omnibus bene diſpoſitis, Carolus Rex remeauit ad villam Francorum dictam Attinacus, vbi Vvidichindus, Dux Saxoniæ inferioris, & Albo, Dux ſuperioris Saxoniæ, venientes, ſuſceperunt deuote baptiſma Chriſti, & pacificati ſic Deo & Regi, ſemper deinceps fideles Regi permanſerunt & boni Chriſtiani.

Anno Domini 761.

Deſcribitur Carolus Magnus.

Anno 783.

Carolus Magnus vaſtat Weſtphaliam & Saxoniam.

Anno 791. exſtruxit Aquiſgrani aulam & baſilicam B. Mariæ.

Nortmanni ſubiuganturà Carolo anno Domini 800.

Godefridus Rex Danorũ à Carolo Magno pacẽ impetrat.

Vvidichindus & Albo duces Saxoniæ baptizati.

De confirmatione priuilegiorum Ecclesiæ Traiectensis per Carolum Magnum.

Cap. IIII.

Forma confirmationis priuilegiorū Ecclesiæ Vltraiectensis sub Carolo Magno.

PORRO sanctus Gregorius, Episcopus Traiectēsis, ptocurauit à Carolo Magno Rege Francorum, cōfirmationem omnium priuilegiorū, bonorum ac possessionum Ecclesiæ Traiectensi renouari, auctoritate regia, sub hac forma: Carolus, Dei gratia, Rex Francorum, vir illustris. Si petitionibus sacerdotum in omnibus non negamus, Dominum Christum retributorem habere confidimus. Ideoq; venerabilis vir Gregorius Episcopus confirmationem bonæ memoriæ Domini genitoris nostri Pipini, quondam Regis, de rebus Ecclesiæ fuæ S. Martini, quæ est constructa in vico Traiecto super fluuiū Rheni, nobis ꝓtulit relegandā de reb. quas antecessores nostri Pipinus anterior, seu Carolus, vel Carolomannus, itemque & præfatus genitor noster, ad ipsam casam Dei concesserunt, vel ad ipsum Episcopatum, vt omnem decimam de tertis, seu de mancipiis, aut de theoloniis, vel de negociis, aut vndecunq; ad partes fisci census spectare videbatur, sicut diximus, omnem decimam partē ad ipsam casam Dei S. Martini, condonauerunt vel confirmauetunt, vt in luminariis seu stipendiis monachorum ac canonicorum, qui ibidem gentiles ad Christianitatē conuertunt, & Domini misericordiam ipsos, quos habent conuersos, doceant, iuxta quod Christiani eorum Christianitatem conseruant. Vnde præfatus Gregorius à nobis expetiit, vt ipsam confirmationem renouaremus. Quod & libenti animo nisi fuimus feciſſe. Proprerea per hanc præceptionem nostram decernimus atque iubemus, quicquid antecessores nostri (æpedicti, ad ipsam casam Dei per eorum testamenta condonauerunt, iuste & rationabiliter per nostram denuo confirmationem absque aliquius contradictionibus memoratus Pontifex Gregorius ad ipsam casam Dei habeat indultum atque concessum. Et vt hæc authoritas confirmationis nostræ firmior habeatur, vel pro tempore melius conseruetur, manus nostræ signaculis eam decreuimus robotare. Signum Caroli gloriosissimi Regis, Data Calendis Martii, Actum Aquis, palatio publico.

De Foresterijs Flandriæ.

Cap. V.

Anno 800

ANNO Domini octingentesimo habitauit in Flandria quidam miles Christianus, nomine Lidricus de Arlebeke, qui fuit filius Estoredi, filii Bosquardi, filii Bossardi, Domini Louanienſis, filii Lidrici Magni, primi Domini de Lillezbuc. Porro iste Lidricus Magnus claruerat in Flandria tempore Heraclij, Romanorum Imperatoris, & Lothatii, filii Chilperici Regis Francorum, & fuit industriosus miles, potens, audax & bonus Christianus, fuitque primus † forestarius Regis Franciæ in nemore magno, quod iam appellatur Flandria. Hic Lidricus de Lillezbuc fuit filius Saluvvard, Principis Digionenſis, & mater eius dicebatur Ermigardis, Domina de Rosselgon, vxor prædicti Principis Digionenſis. Is igitur Lidricus de Lillezbuc occidit gladio suo gigantem Saracenū, nomine Finardum, Dominum de Buc, ante castrum proprium, appellatum Lillezbuc, quod nunc dicitur Rysel siue oppidum Insularum. Post cuius occisionem idem Lidricus obtinuit castrum & thesaurum eiusdem gigantis, & totum Dominium de Buc. Omnes enim, quamuis pagani essent, sed libere subdiderunt isti Lidrico, qui cum armigeris per transiuit præfatum nemus, capiens & suspendens in patibulis fures, & rotans latrones, eliminauitq; violentos à nemore memorato. Iste Lidricus Princeps duxetat in vxorem nobilē Idonem, filiam præfati Lotharii, Regis Franciæ, ex qua genuit 14. filios milites. Primus dicebatur Iordanus siue Ioseram, miles egregius, quem patet suspendit in patibulo Tornacensi, eo, quod violenter rapuit ab vna paupere vidua vnam sportulam cum racemis sine solutione. Secundus dicebatur Antonius forestarius de Buc. Tertius, Bossardus, Princeps de Louanio. Quartus, Balduinus, Dominus de Somme noble, quod nunc dicitur Ambianis. Quintus, Aliames, Dominus de Nobile, quod nunc vocatur Atrabatum, siue Atrecht. Sextus, Lionellus, Dominus de Wiromandia. Septimus, Galerant, Dominus de Nele. Octauus, Mauritius, Dominus de Lillezbuc, quod nunc vocatur Risel. Nonus, Boudrinus, Dominus de Riuier, quod nunc vocatur Duvvay. Decimus, Manesier, Dominus de Sithien, q; nunc vocat de S. Odomaro.

Lidricus de Harlebeca.

† *Forestarius*

Finardum Gigantē occidit. Insula circa Flandria olim castrum Lillezbuc.

Lidrici filii enumerantur.

Duacum olim dictum Riuier.

Vndeci-

Vndecimus dictus est Saledru, Dominus de Erras. Duodecimus, Ioffroot, siue Godofridus, Dominus de Blandyn, quod nunc dicitur Gandauum. Tertius decimus, Bandiamas, Dominus de Arlebeke. Quartus decimus fuit Lidricus, occisus à Saracenis in bello ante Parisios. Porro Lidricus, pater omnium militum præfatorum, construxit castrum in Brugis, & capellam in honore virginis Mariæ, quæ modo vocatur ecclesia sancti Donatiani in Brugis. Rexit autem, vt Forestarius, terram de Buc, siue Flandriam ferme quinquaginta sex annis, & occisus est in bello ante Somme noble, id est, Ambianis, à Sigeberto, fratre Lotharii Regis Franciæ, & sepelitur in Arien sue in Arras. Huic successit Antonius filius eius, secundo genitus, qui gubernauit tantum XVI. annis, & occiditur cum filiis suis, & maiore parte fratrum eius, cum tota Flandria à perfidis Wandalis anno Domini sexcentesimo, nonagesimo tertio, & Flandria deuastata fere per centum annos, iterum in solitudinem est redacta.

Gandauum dictū olim Blandyn.

Templum S. Donatiani Brugis Flandrorum.

Occiditur Lidricus Antonius secundus Forestarius. Anno 693.

Attamen de semine Bofardi, Domini Louanienfis, de quo dictum est, mansit Lidricus miles de Arlebeke, cui Pipinus & Carolus Magnus, Francorum Reges commisetunt, tanquam Forestario, eandem patriam gubernandam, quique eandem gubernauit, vt Forestarius Regis Franciæ, in abundantia pacis XLIV. annis. Iste Egregius Forestarius denuo liberauit Flandriam à latronibus, furibus, & malefactis. Inuitauitque sacerdotes, Episcopos & monachos ad Flandriam, vt prædicarent fidem Christi. Tandem obiit in castro suo Arlebeke, sepultus in Ecclesia collegiata in Arlebeke ante chorum sub petra. Quo defuncto, successit Ingelrammus filius eius. Hic in amœnissimis locis Flandriæ ordinauit opida, munitiones & castra, certa literaſluminum & riuorum. Et succidi fecit arbores in magno nemore Flandriæ. Rexitque terram Flandriæ rempore Caroli Magni & Ludouvici pii, filii eius, & obiit. Eique successit Audacer, filius eius. Cuius tempore non fuerunt plura opida (opera) in tota Flandria, nisi Gandauum, Thurout, Brugis, Corrracum, Cassel, castrum Audenarden, castrum & opidum Arlebeke. Hic Audacer dedit edictum, vt quicunque euelleret arbores, & ordinaret planam terram, possideret illam libere cum suis successoribus in perpetuum. Quare venerunt infiniti populi, qui per sortem diuidebant nemus, & euulserunt omnes arbores, ordinantes domos & mansiones prope partem terrarum ipsorum. Vnde multæ villæ & plurima opida excreuerunt in Flandria. Itaque Audacer Forestarius obiit Anno Domini octingentesimo, sexagesimo quarto, tempore Caroli Calui Regis, sepultusque est in Harlebeke cum parentibus suis, relinquens post se filium Balduyvinum Ferreum, primum comitem Flandriæ. Hæc de origine Flandrensium sufficiant. Nunc vero ad historias nostras redeamus.

Ingelrammus Forestarius. Alii legunt Engelramus.

Audacer Forestarius. Alii legunt Odacer.

Anno 864.

Balduinus Ferreus, primus Comes Flandria. De initiis Comitatus Flandria vide plus libro 6. cap. 8.

De bona indole S. Lutgheri.

CAP. VI.

BEATVS igitur Lutgherus à patre Thiadgrino, matre vero Liatbruga originem traxit. Cum autem prædicto Thiadgrino, de via venienti, vxor sua prægnans accidisset partui, gaudens occurrisset, offenso pede grauiter corruit, & sic semimortua mansit, sed, diuina disponente prouidentia, pristinæ restituta est sanitati. Insuper & in puero post paucos dies edito nulla apparuit læsionis macula, baptizatusque Lutgherus est vocatus. Post hæc autem recommendauerunt eum pii parentes, Deo ordinante, viro venerabili beato Gregorio, Traiectensi Episcopo, ad diuinum cultum feliciter nutriendum.

Parentes S. Lutgheri.

Creuit autem Lutgherus, &, depositio habitu sæculari in Traiecto monasterio, totum se contulit ad studium artis spiritualis. Erant autem in schola beati Gregorii Antistitis, venerabilis viri, & alij discipuli nobiles & prudentes, apud quos vir DEI Lutgherus magno diligebatur affectu, eo quod in omnibus actibus suis prudentiam cum temperantia amplexabatur. Erat etiam diuinæ Scripturæ meditator, pro quibus à venerabili Antistite, magistro suo, nimio affectu diligebatur. Deinde missus est à præfato beato Gregorio in Angliam ad magnum Alchuinum, Eburacensis ciuitatis Episcopum, cui studiose adhærens hausit in scripturis sacris auide, quod postmodum effudit abunde. Rediens igitur ad patriam sufficienter instructus, Gregorio præfato ac cæteris tanto acceptior, quanto fuit in monasticis eruditionibus & scripturis sacris illustrior.

S. Lutgherus se monachum Traiecti.

S. Lutgherus missus à B. Gregorio in Angliam.

De S. V Villehaldo postmodum Bremensi Episcopo.

Cap. VII.

PORRO circa tempora beati Gregorij, Episcopi Traiectensis supradicti, B. V Villehaldus, sacerdos Dei, in Anglia existens, audiuit, gentem Frisonum adhuc paganam ambire fidei sacramenta, propter quod instinctu Spiritus sancti accessit ad Regem Angliæ, nomine Alachart, indicans ei, quod zelo Dei accensus esset, petensque eius permissum, vt ad prædicandum verbum vitæ, Frisiam sibi liceret adire. Rex etgo, conuocatis Episcopis & seruis Dei de communi omnium consensu, ipsum ad prædicandum destinauit. Quod vir Dei cum gaudio suscipiens, mare adiacēs transmeauit, venitque in Frisiam, ad locum, qui dicitur Dockinga, vbi sanctus Bonifacius fuit olim occisus, martyrio coronatus.

S. V Villehaldus ex Anglia venit in Frisiam ad annuntiandum Verbum Dei.

Et quia per prædicationem Sancti Bonifacij multi ibidem in fide instructi fuerant, honorifice suscepturs est abeis, atque docens ea, quæ DEI sunt, ibi multo tempore habitauit. Ibi etiam multi nobilium pueros suos ipsi ad erudiendum tradiderunt. Multosque errantes illic ad viam veritatis conuertit, gentilium quoque multitudinem plurimam, verbo prædicationis instructam, etiam ibidem baptizauit. Inde vero procedens transiuit fluuium Lauicam, id est, Lauvvers, venitque ad locum, qui dicitur Hucmerck, ibi cœpit persuadere vt idolorum culturam relinquerent. Tunc gens illa excitata in iram clamauit, profanum talem viuere non debere. Quidam tamen sanioris consilij, suaserunt, vt more gentilium sorte cælitus instruerentur, an. mori deberet. Deo autem gubernante sors mortis super eum cadere non potuit, propter quod eum libere abire permiserunt. Post hęc venit in Trentoniam, id est, Drentelant, vbi per prædicationem eius multitudo gentium credidit, & baptizata est. Contigit autem, vt discipuli eius diuino succensi amore, vellent idolorum fana destruere, & ecce barbari, suadente salutis inimico, voluerunt eos funditus interimere. Ibique famulum Dei, V Villehaldum, fustibus cæsum multis plagis affecerunt. Quorum etiam vnus, euaginato gladio, super seruum Dei irruit, ac conatus est caput eius præscindere, verum vir sanctus in ipso tempore capsam cum reliquiis Sanctorum collo suspensam habebat. Cumque ictus super collum eius decideret, corrigiæ quidem capsæ partem præscidit, ipsum vero penitus in nullo lædere potuit. Quo miraculo pagani exterriti, ipsum ac eius discipulos libere abire permisserunt. Vnde gloriosissimus Rex Francorum Carolus Magnus, audita viri Dei fama, ne fractus iniuriis desisteret à prædicatione, ipsum, vt dilatationi fidei insisteret, feliciter animauit. Propter quod ad pagum V Vigmodiam transiens, ecclesias ibidem construxit, & populum doctrina prædicationis Christi alacriter imbuit.

S. V Villehaldus in Drenta multos conuertit. A barbaris plagis grauiter afficitur. Miraculose à morte liberatur.

Hic cum à Romano Pontifice Adriano rediret, eius scutella lignea fracta creditur eius meritis redintegrata. Is etiam venerabilis Sanctus propter laudabilem cōuersationem suam postmodum factus est Antistes Bremensis, vbi post obitum suum sepultus est à communi populo honore congruo in basilica, quam ipse ædificauerat.

S. V Villehaldus Bremensis Episcopus ibique sepultus.

De Sancto Lebuino.

Cap. VIII.

CIRCA hæc etiam tempora claruit in Anglia quidam nobilis adolescens, de prosapia nobili ibidem oriundus, nomine Lebuinus, qui ab infantia sua à parentib. sacris literarum studijs erudiendus erat traditus. Qui ingenio docilis, non mitis in pueritiæ annis, venerandam senum canitiem sectatus, vitæque innocentis simplicitatem doctrinæ eruditione componens, viris probatis certatim annitentibus, habitum religionis assumpsit. In virtutum itaque profectibus crescens, ætate denique, morum probitate adultus cleticus factus irreprehensibilis eligitur & ordinatur in officium præsbyteratus. *Nomen* ergo & officium explens verbis & actibus elegit cum Abraham Patriarcha habere commune illud Domini *edictum: Exi de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstrauero tibi.* Posthabita enim natali patria, euectione nauali transuectus, venit Deo duce ad ciuitatem Traiectensem. Vbi reperiens venerabilem B. Gregorium, eiusdem dioecesis Pontificem sæpe dictum. Et exposuit ei suæ peregrinationis ibique commissæ prædicationis textum. Verum B. Pontifex Gregorius, sollicitus de animab. infidelibus, qui adhuc nondum in Christo renati fuerant, viri Dei Lebuini intelligens sanctum propositum, gauisus est in Domino. Misitq; B. V Villibrordum ac I. ytvvinū ad prædicandum Euangelium

S. Lebuinus patriam deserit Traiectumq; venit.

Dei

Dei populo trans Iselam fluuium, quos vetaciter agnouit esse viros sanctos, & ad opus præfatum dignos & idoneos. Sed idē Lyfvinus ibi post plurimorum conuersionem apud Olderseel feliciter migrauit ad Dominum. Beatumque Lebuinum idem Gregorii Præsul Traiectensis direxit ad locum sibi diuinitus demōstratum secus Iselam fluuium, vt euangelizaret Francis & Saxonibus *sanctum & terribile nomen Domini*. Adhibuit etiam illi quendam venerabilē virum ex discipulis S. Willibrordi Archiepiscopi, morum honestate, vitæq; castimonia probatū, nomine Marcelinū. Veniens aūt vir Dei Lebuinus cum suæ collega ad præmonstratum à Deo sibi locum vbi est aliq; diu hospitio cuiusdam viduæ, quæ Aberharhilda dicebat, & nihil veritus animositatem gentis illius fudabat quotidie euangelicæ prædicationi insistantius, argumentis ostendens, pbabilibus, q;, Deo vno & vero neglecto, vanis & superfluis instrueret idolorum cultibus. Salutaribus ergo ei monitis edocti, crediderunt q̄ plurimi ad æternā vitā præordinati. Quorum etiam sumptu & labore constructum est ei primo oratoriumin loco wilpa vocato versus occidētalē Iselę fluminis orā. Non multo tñ post tempore, numero fidelium accrescente, versus orientalē eiusdē fluminis partē ædificata est ei honorata ecclesia in honore beatæ virginis Mariæ, vbi quotidie vigiliis & orationib⁹ mactās se in holocaustū Domino, omnes ad se confluentes reficiebat pane verbi cęlestis. Interea hostis antiqⁿ totius bonitatis, semp inuidus, cernēs, sibi tolli, quos p beatū Lebuinum constabat Christo consecrari, fategit p suæ malignitatis fautores, vt magnū mutmur furiosæ conquestionis deviro sancto oriretur in populo, clamabant. n. Quisnam est magus iste, q̄ suis præstigiis alienat mentes, infatuat sensus, mores peruertit nostrorum? Nonne cernitis, q. iam plures è nostris deliros effecerit? Ergo anteq̄ nos omnes corrumpat vel subuertat, ocyus perquiratur, vt viuus adiiciat flāmis. Mox irruunt, & oppositō igne domum Dei concremāt, & quosq; eunq; Christianos ibi reperiunt, insectando longius abeo loco perturbant. Dūs aūt q̄ custodit oēs diligētes se, famulū suum ab eorū furore illæsum custodiuit. Sed nec vir Dei ab eorum territus fœuitia, cessauit ab euangelizādi constātia. Verum vt forris Athleta, sumpto fidei scuto, & salutis galea, ad fortiora se pparauit discrimina. Saxones vtiq; cū adhuc gētiles essent, nulli Regis prouidētia regebāt, sed p libitu suo ex eorum meliorib⁹ singulis an. in singulis pagis 12. constituebāt iudices, q̄ semel in an. sec⁹ flumē Wiserā, & locū Marklo nuncupatū conuenientes generale agebāt concilium, tractātes, sancientes & ppalantes Reipublicæ & cōmunis cōmoda vtilitatis. Hunc sciens conuentū sacerdos Dei imminere, pposuit illuc ire, vt Regi suo copiosum fidelis exercitus ibi acquireret numerū, aut gloriosum martyrij inde reportaret triumphū. Cum aūt, peraret ad cōcilium, contigit eum declinare in domū cuiusdā potentis ac illustris viri, nomine Fosperti, q̄ cum magno illum excipiens gaudio ait: Gratulor equidē, mi dilecte, oportune te nunc aduenisse. Deniq; mihi, p te sollicito gratā mihi exhibes præsentiam. Sed quorsū tēdas, rogo, mihi pandas. Cui vir sanctus respondit, Voluntas mihi est, Deo adiuuante, cōciliū Saxonū inuisere. Ad quem ille, Cū tuæ sanctitatis merito quā plurib, acceptus habearis, quidā tñ minantur tibi, & vitæ tuæ insidiantur. Rogo ergo, vt domū redeas, aut alio diuertas, vel saltē famuliare tuū Dauonē petas, quousq; peracto concilio tutus ad nos redeas. Sacerdos aūt Dei, Spiritu sancto admonit⁹, constanter respōdit: Nullatenus audeo, vel volo transgredi præceptū Domini mei Iesu Christi. At ille, vitę tuæ timeo. Et vir Dei, *Dominus mihi adiutor, nō timebo: quid faciat mihi homo?* Protrexit ergo beatus Lebuinus ad concilii interpidus: Euangeliū Christi, q. iugiter recolebat, ore prędicabat, & opere exercebat. Cum n, staret in medio multitudinis illi, & videret, q̄ secundū institutа patrum suorū primo sacrificarent dæmonib. vt tuba, exaltans vocē suā, palam redarguit ritū eorū, & scelera. Clamabat n. Insensatę mētis homines vt iumentis similes, Dominus, creator cœli & terræ, maris & omnium, quæ in eis sunt, ipse solus vnus & verus Deus est, neq; est alius Deus præter eum. Simulachra, quæ Deos esse putatis, & venerādo colitis, aurū, argentum, æs, lapis, aut lignum sunt, non viuunt, neq; sentiunt, nec sibi, nec aliis possunt auxiliari. Ergo Dominus Iesus Christus me misit ad vos, vt pœnitentes ad eum conuertamini sincera fide, cuius creaturæ estis. Quod si egeritis, & baptizati in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti fueritis, & mandata eius seruaueritis; ipse vos ab omnib, custodiet malis, & dabit vobis iucundari temporalib, bonis, & in futuro perfrui vita æterna. Si vero monita mea & eius præcepta contempseritis, ecce prænuncio vobis imminere iudicium pœnæ grauioris, & celerrime venturum vobis malum inopinatæ tribulationis. Præordinauit namq; Dominus Regē fortem & acerrimū, q̄ vehementi impetu vestram aggrediens regionē gladio cuncta depopulabitur, & vt vinde-

Prædicat Euangelium S. Lebuinus.

Instinctu Diaboli populus in eum insurgit.

Saxones gentiles.

Nota.

Ad concilii Saxonum properat.

Apud quendam Fosperti tum diuersti-tur.

Consilium suum aperuit.

Dauo familiaris S. Lebuini.

Ab hoc aūt Dauone dimittuntur.

Dauentriam proficiscitur.

Fidei cap. seq. In Concilio Saxonum con-litiatem suā redarguit.

Verba eius in Concilio

vindexæ iræ Dei, partim vos mucrone perimet, partim perpetui exilij mœrore consumet. Talibus viro prophetali spiritu pertonante, illi dæmoniaco bacchantes spiritu, pleni furoris & insaniæ, perstrepunt vndiq; clamore confusoræcce adest seductor ille sacrorum morum, & totius patriæ inimicus, æquum est, vt debitas sumat pœnas suo sanguine. Tunc rapiunt lapides, vt ipsum perimerent. Sed Deus, suorum protector fidelium, protexit illum *sub velamento alarum suarum*. Inter ipsos enim quidam sanæ mentis, hæc in Sanctum Dei fieri omnino prohibebant. Quorum vnus ceteris honoratior, nomine Buto, stans in eminentiori loco, ita locutus est: O filij, ô viri discreti, ô terræ sapientes, audite me, frequenter Danorum, Norvvegianorum, Slauorum, Frisonum, Anglorum, Francorum, aut diuersarũ gentium legati, ad nos missi sunt, quos cum bona pace suscepimus, & verba legationis eorum diligenter tractantes, ditatos muneribus, honorifice ad propria remisimus. Nunc aũt legatus altissimi mandata deferens nobis, vitæ ac salutis æternæ, ad nos missus est. Sed quam potens sit, qui illum ad nos destinauit, patenter ostendit, cum eum tam potenter ac mirabiliter de manibus nostris eripuit. Vnde ea, quæ comminando nobis prophetauit futura, proculdubio experiemini nimium vera, dum iudicio Dei sui, qui tam potens est, fuerint vobis illata. Sic redarguti, ac potius terrore concussi, aliquantulum cœperunt mansuescere, & communi decreuerunt consilio, ne ab ipsis vltra impeteretur, sed quocunque vellet, pergeret securus.

In eum inebuntur Saxones.

Verba prudentiorum eiusdẽ Saxonum pro S. Lebuino.

De obitu S. Lebuini.

Cap. IX.

Beatvs ergo Lebuinus, videns se non posse assequi palmam martyrij, quam summopere desiderabat, quamuis ponendo pro fratribus animam, abnegando seipsum, tollendo crucem suam post Christum, crucifigendo carnem in fame & siti, in orationibus & vigiliis ac laudibus plurimis patienter in pace longum traxit martyrium. Indeficientem tamen & plenam feruore charitatis retinens animum, iniunctum sibi à Deo sui Apostolatus efficaciter administrabat officium. Quis enim valeat enarrare, quam multi per ipsum conuersi sunt ab eorum iniquitate. Et testimonia eius credibilia facta sunt nimis, quia quod ore monebat, opere exercebat? Post innumera ergo ab ipso patrata sanctarum virtutum documenta & exempla cum viribus corporis deficientibus dissolutionem optaret, postlaborem delata sunt altissimo vota sua per angelica mysteria sic ad ipsum proclamantia: *Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei?* & item: *Domine virtutum, quam delecta sunt tabernacula tua! concupiscit & deficit in his anima mea.* Corroptus ergo febre modica, migrauit ad Dominum pridie Idus mensis Nouembris, à quo recepit coronam incontaminatam sibi cum omnibus Sanctis. Porro corpus eius humo reconditur cum debita honorificentia in Ecclesia portus Dauentriensis. Cui loco hoc inditum constat vocabulum à Dauone quondam honorifico ac potente viro, sancto Lebuino, dum adhuc viueret, familiarissimo. Ecclesia tamen ipsa ab eodem sancto viro & quibusdam fidelibus, vt iam diximus, constructa, ab infidelibus, pro dolor, iterum fuit destructa & exusta.

Nota. Mortuum S. Lebuinum & sepultum in Ecclesia Dauentriensi.

De obitu beati Gregorij, Episcopi Traiectensis.

Cap. X.

Beatvs itaque Gregorius, Præsul Traiectensis egregius, præcepta Domini verbo & opere adimplere satagebat, & ab ea de discipulorum multiplici benedictione ditatus est. Nouerat itaq; scriptum, quia radix omnium malorum est cupiditas. Et ideo *post aurum non abiit*, sed cupiditatem, quasi immane præcipitium, & inferni foueas, exhorruit & in omnibus præcauebat. Et idcirco quotiescunq; auri vel argenti in porcstate eius aliquid deuenerat, statim expendere curauit & pauperibus distribuere. Et quoniam totam spem suam tam firmiter & expedite collocauit in cœlestibus, nihil ei nocere potuit, aut irritare, quod de terrenis & caducis delectabile esse videbatur. O virum ineffabilem, electum, mansuetum, & pium, ac de caducis & terrenis nihil aliquando procurantem! quod & habitu demonstrauit & actu. Nam terrena spreuit, nullumq; in eo superstitio vestium aut ciborum locum inuenit, nec iactantia sermonum, aut detractio deturpauit. Fiens deniq; in septuagesimo anno vitæ suæ paralyticus, crescente per tres annos illa molestia, vt inter discipulorum sustentaretur brachia, & diuinos libros fecit coram se legere, & psalmos assidue cantare. Tandem, assistente mortis hora, iussit se ante oratorium S. Saluatoris à discipulis portari,

S. Gregorius 70. vita anno paralyticus.

portari, & ostium aperiri. Ibique oratione facta, & communione corporis & sanguinis Domini susceptа, deuotus ad Deum migrauit, cui tanto tempore sincera mente seruiuit. Obiit octauo Calendas Septembris. Sepultus apud Ecclesiam S. Saluatoris, postquam gubernasset gloriosè Treuerensem Ecclesiam & episcopium longo tempore cum diligenti studio. Circa hæc tempora, quidam homo reperit arcam lapideam in vrbe Constantinopolitana, ac in ea virum iacentem cum hac scriptura, Christus nascetur ex Maria virgine, & credo in eum, O sol iterum me videbis sub Constantino & Hyrene Imperatoribus.

S Gregorius Episcopus Treuerensis meritur. Ita etiam Beda. Nota. Vincent. lib. 2. cap 1.2. Ita etiã Ioan. de Beka.

10 *De Amico & Amelio militibus Caroli Magni, & quod idem Carolus obtinuit Regnum Longobardorum.*

Cap. XI.

PORRO CaroloMagno regnante super Francos, floruerunt in curia sua Principes Amicus & Amelius, quorum actus mire leguntur, vt scriptum est in sequentibus. Nam temporibus Pipini Regis Francorum, patris Caroli Magni, nati sunt duo pueri, miro modo sibi consimiles, vnus ex comite Aluernensi, alius ex milite Bericano. Qui cum à parentibus baptismi causa Romam deferrentur, in Luca ciuitate se inuicem inuenerunt, &, societate inter se firmata, Romam ingressi sunt. Tantaq; inter paruulos erat societas & voluntatis identitas, vt vnus sine alio cibum nollet sumere, nec in alio cubiculo quiescere. Oblati igitur Sancto Deus dedit Papæ, ab eo sunt baptizati. Qui filio Comitis imposuit nomen Amelius, & filio militis Bericani, Amicus. Multiq; Romanorum militum eos cum gaudio de sacro fonte susceperunt. Post hæc ipse Papa duos scyphos ligneos pari amplitudine compositos auro & gemmis dedit eis, dicens, Accipite hoc donum, quod vobis in æternum sit testimonium, quod ego vos in Basilica S. Saluatoris baptizaui. Quibus acceptis, ad propria sunt reuersi. Adultum vero Amicum, Bericani militis puerum, quasi alium Salomonem, Deus magna sapientia decorauit. Qui cum esset annorum triginta, pater eius senex languore correptus, vir sanctus & nobilis, docuit filium suum Christi militiam exercere, fidem Dominis seruare, sociis & amicis auxilium ferre, misericordiæ opera amare, & præter hæc societatem filii Comitis Aluernensis obliuioni nullatenus tradere: finitisque verbis ad Deum migrauit, cui filius honorem sepulturæ decenter exhibuit. Mox autem maligni homines iuueni cœperunt inuidere, eique dolos & insidias latenter parare. At ille omnes amabat, & iniurias illatas patienter tollebat. Adeo tamen iniquitas impiorum contra eum creuit, quod eum de paterno hæreditatis castro cum tota familia eius expulit. Qui assumptis decem seruis suis, ait: festinemus ad curiam Comitis Amelij, mihi societate & amicitia iuncti, forsitan nos bonis suis ditabit. Ad curiam ergo Comitis Amelij pergentes, ipsum non inuenerunt. Perrexerat autem Bericum visitare ipsum Amicum, cuius patrem audierat defunctum fuisse, quem non inueniens, tristis recessit, seque non rediturum ad patriam, nisi prius inueniret eum, proposuit. Sed & ipse Amicus cum suis Comitem quærere non cessauit, donec apud quendam nobilem virum hospitatus est, qui, audito infortunio, quod sibi acciderat, sponte filiam suam ei in coniugem tradidit.

Deus dat Pont. Romanum.

Deus dat à Pont. dato Amico & Amelio à se baptizatum.

Post annum autem & dimidium ibi transactum Amicus Parisios festinauit cum seruis suis, vt quæreret Comitem Amelium, & ipse iam per biennium quæsierat Amicum. Qui cum appropinquasset Parisiis, inuenit quendam peregrinum, & interrogauit, si vidisset Amicum, militem Bericanum, à patria expulsum. Qui cum respondet, se nunquam eum vidisse, Comes abstractam tunicam dedit ei in eleemosynam, rogans, vt pro eo oraret ad Dominum, quatenus labori suo, quem biennio iam patiebatur, finem imponeret.

Amici & Amelii vere amicorum erga se mutua fidelitas duos se inuicem quærentes peregrinantes.

Peregrinus ergo iter faciens certa vespera inuenit Amicum. Qui requisiuit ab eo, vtrum audisset aliquid de Amelio, Aluernensi Comite. Qui respondit: Quid me peregrinum deludis? Nonne tues Amelius, qui hodie à me quæsisti Amicum Bericanum, & hanc tunicam mihi dedisti? Nunc autem nescio, cur vestimenta tua, socios & equos, & arma mutasti, Cui Amicus ait: Non sum Amelius, sed Amicus, qui non cessо eum quærere.

Pere-

Peregrinus autem, accepta eleemosyna, ait ei: festina miles Parisios, & ibi (spero) inuenies eum, quem quæris. Festinans ergo Amicus, inuenit eum extra Parisios, iuxta Sequanam fluuium, in prato florido cum militibus suis comedentem. Cumque ex vtraque parte ad arma se præparassent, ait Amicus: Vnde estis milites fortissimi, qui Amicum exulem cum suis socijs in terficere vultis? Ad hanc vocem Amelius pallidus obstupuit, & Amicum agnouit. Mox illis de equis descendentib. oscula sumunt, & Deo gratias reddunt, & ad curiam Caroli Magni Regis Franciæ simul venerunt, factusque est Amicus Thesaurarius Regis, & Amelius Dapifer. Trasfacto itaq; triennio dixit Amicus Amelio: Vxorem meam videre desidero, & citius, quo potero, redibo. Tu vero, manens in curia, caue tibi à Regis filia, & maxime à nequissimi Comitis *Arderici fallaci* amicitia. Quo verbis eius annuente Amicus recessit. Amelius vero super Belexendam, Regis filiam, oculos iniecit, & eam, quam citius potuit, oppressit. Porro Ardericus, qui iniquitate gaudebat, vna dierum Amelium hic alloquitur: Nescis, charissime Comes, Amicum Thesaurum Regis furatū esse, & ideo fugisse? Nunc ergo ini mecum fœdus amicitiæ, & fidem meam super Sanctorum reliquias accipe. Quo facto, Amelius ei secreta sua non timuit reuelare. Dum ergo die quadam ante regem staret, vt aquam illius manibus præberet. Ardericus ait: Noli, Rex, aquam accipere de manu scelerati, qui florem virginitatis abstulit filiæ tuæ. Ad hæc Amelius tremens cecidit, nec respondit. Rex autem benigne eum leuans, ait: Surge, Ameli, & ab infamia virilirer te defende. Qui surgens, spiritu resumpto, Ardericum mentitum esse per monomachiam in conspectu curiæ probare promisit. Rege ergo hoc annuente, dum Amelius consilium quæreret, Amicum ad Regis curiam redeuntem inuenit. Cui prostratus ad pedes, crimen & duellum super hoc Arderico statim exposuit. Qui cum increpans de commisso, mutatis vestimentis & equis, Amicus sub specie Amelii ad curiam tendens, ipsum Amelium ad vxorem suam direxit. At vxor Amici, vt vidit Amelium, credens suum esse virum, amplexum & osculum ei præbere volebat. At ille respondit, recede à me, quia instat mihi tempus flendi, & non gaudendi. In nocte autem cum intrasset lectum, ensem inter se & ipsam posuit. Vide, inquit, ne mihi appropinquaueris, quia statim hoc ense morieris. Sic reliquas duxerunt noctes, donec Amicus rediit. Interea Amico in vestibus Amelii, contra Ardericum ad pugnandum oblato, Rex dixit, Noli timere, Comes, quia si victoris, eandem filiam meam Belexendam pro vxore tibi tradam. Mane igitur hora prima Ardericus & Amicus armati, exierunt in campum, astante Rege & tota Parisiana vrbe. Tunc Amicus, conscientiæ suæ timens, Ardericum sic alloquitur, O Comes, nimis stulrum accepisti consilium, qui mortem meam tam ardenter appetis, & te mortis periculo tam imprudēter committis. Sed si falsum crimen, quod mihi imponis, velles refellere, semper meam amicitiam posses habere. Adhæcille furibundus respondet, se de eius amicitia seu seruitio non curare, sed & caput eius auferte velle. Iurat igitur eum Regis filiam oppressisse, iurat & Amicus Ardericum mentitum esse. Certantibus illis, victus est Ardericus, & amputauit Amicus caput eius. Cui Rex filiam ab infamia liberatam in vxorem rradens, quandam ciuitatem ad inhabitandam dedit eis. Qua suscepta, gaudenter Amicus domum suam venit, Amelioque dixit, Ecce de Arderico traditore te vindicaui & filiam Regis desponsaui. Quam ille reuerēter accepit, & in præfata ciuitate cum ea habitauit. Postea vero Amicus efficitur leprosus ita, vt de lecto non posset surgere. Quem cum vxor eius, nomine Obias, sic exosum haberet, vt multotiens suffocare vellet, vocatis duob. seruis suis, ad domum Comitis Amelii se perduci fecit. Ante cuius curiam cum tabulas more leprosorum percuteret, Comes audiens, dixit cuidam seruo suo, Panem & carnes accipe, & Romanum scyphum optimo vino imple, & defer illi infirmo. Minister vero, vt iussum impleuit, reuersus dixit: Per fidem meā, Domine, nisi scyphum tuum manu tenerem, illum esse crederem, quem habet infirmus, quia ambo videntur esse eiusd. pulchritudinis. Tunc Comes Amelius infirmum ad se perduci fecit, & interrogauit, vnde esset, vel qualiter scyphum talem acquisisset. Qui respondit, se de Bericano castro oriundum fuisse, & Romæ apud Deusdedit scyphū & baptismum suscepisse. Statim ergo Comes illum esse socium suum cognouit, qui eum à morte liberauerat, & filiam Regis in vxorem ei tradiderat. Projecit ergo se super illum, clamans & flens, eumq; osculans & amplexans. Vxor quoque eius currens soluit seruitoribus super eum multas lachrymas effudit memorantes, qualiter Ardericum traditorem expugnauit. Pari ergo voto eum introduxerunt in domum, omnia bona sua, quamdiu viuerent, ei communicare libentissime promittentes. Quadam autem nocte apparuit Amico angelus Domini, Raphael, præcipiens ei, vt diceret Amelio,

quate-

Inueniunt se mutuo & agnoscunt.

Degunt in aula Caroli Magni.

Nota hic veræ amicitiæ exemplum.

Iterum se Amicus & Amelius mirabili modo agnoscunt.

quatenus duos filios suos interficeret, ipsumq; sanguine illorum ablueret, & sibi sanitatem reciperet. Quod cum ille cum magno tremore Comiti retulisset, primo quidem Comes grauiter accepit. Sed memor beneficiorum sibi per eum collatorum, duos pueros suos in lecto iacentes, vtpote ætate trium annor. arridentes, gladio, atq; cum maximo gemitu decollauit, & capitum eorum truncis raptatis, & in lecto, quasi dormirent, repositis, sumpto eorum sanguine, cum oratione præmissa socium inde perunxisset, statim à lepra mundatus est. Dehinc vestimentis optimis Comitis indutus, cum ecclesiam visitaturi pro gratiarum actione ambo iter arripuissent, mox tinnabula, Deo volente, per se sonare cœperunt, quod cum populus audisset, vndiq; admirando cucurrit. Comitissa vero cum vtrosque pariter incedere videret, cœpit quærere, quis eorum maritus esset. Indumenta, inquit, amborum cognosco, sed quis eorum sit Comes, penitus ignoro. Cui Comes ait, Ego sum Amelius, & iste socius meus Amicus, qui factus est sanus. Cumque, illis in domo epulantib. & gaudentibus, Comitissa iussisset inferri pueros, vt congratularentur eis, Comes ait, Dimitte eos placido somno quiescere. Post hæc solus thalamum intrauit, vt super eos fleret, & inuenit eos in lectulo ludentes, circa quorum colla cicatrices ad modum fili rubri vsque ad mortem eorum apparuerunt. Et susciens eos Comes deportauit in gremium vxoris, & ait: Gaude, coniux, quia filii tui viuunt, quos occidi angeli iussione, & eorum Amicus mundatus est sanguine. Ex tunc ergo Comes & Comitissa vsque ad exitum vitæ seruando castitatem Dei seruitio insistebant deuote, Amici vero coniux iniqua, correpta est à Dæmone, & per præcipitium cadens exspirauit. Amicus itaque mouit contra Bericanos exercitum, & tam diu eos obsedit, donec se victos redderent. Quos ipse benigne susc epit, & omnem offensam eis condonauit: Deoque vlterius seruiens pacifice cum eis habitauit.

En quo tendat vera amicitia.

Filios suos parvulos Amelius pro Amico interficit.

Reuiuisse filios suos miraculose inuenit.

Factum est autem post aliquot annos vt Adrianus, vrbis Romæ Papa, huius nominis primus, legatos suos ob defensionem Romanæ Ecclesiæ ad Carolum Magnum Regem Francorum, mitteret, quia valde affligebatur à desiderio Rege Longobardorum. Mox idem Carolus misit eidem desiderio nuncios suos, deprecans vt ciuitates & reliqua, quæ beato Petro abstulerat, redderet, promittens etiam ei dare quatuordecim milia solidorum auri. Sed cum neque precibus, neque muneribus eius ferocitatem flectere valeret, congregauit Regni sui multitudinem, habens secum sanctum Albuinum, Andegauensem Episcopum, cuius meritum iam in sæculo floruerat. Cumque Rex appropinquasset, misit Deus validum timorem in cor omnium Longobardorum ita, vt eadem nocte, dimissis tentoriis & supellectili, fugam omnes arriperent, nemine persequente. Quod cernens Carolus, cum exercitu persecutus est eos, in quo erant Comes Amelius & Amicus, qui propria quidem officia in curia Regis agebant, tamen operibus Christi quotidie studebant ieiunando, orando, eleemosynas faciendo.

Obiit Deus dedit pontif. Anno 618. & Adriani I. Anno 791.

Suspicor hic errorem, aut Amicus & Amelius pervenerunt vsq; ad ann. 810.

Fugantur Longobardi à Carolo Magno.

Postea vero desiderio cum paruo exercitu suo in Campania resistente, facto congressu cum exercitu Caroli Magni, mortua est non parua multitudo vtriusque exercitus. Et ob hanc causam locus ille vsque hodie mortalis seu mortaria vocatur. Ibi etiam interfectus est gener Regis, Comes Amelius, & socius eius, Amicus. Desiderius autem Rex cum suis Papiam velociter fugit, in qua & Carolus eum obsedit. Hortante autem Sancto Albino, fabricatæ sunt duæ ecclesiæ, vbi interfectorum corpora sepelirentur, vna iussu Regis in honore sancti Eutebij, Vercellensis Episcopi, alia iussu Reginæ in honore sancti Petri. In quarum vna conditus est Amelius apud Ecclesiam sancti Petri, in alia vero Amicus, reliqui vero huc & illuc sunt sepulti. Mane autem facto diuina dispositione inuentum est corpus Amelii cum sarcophago iuxta sarcophagum Amici in Ecclesia Regali. Itaque Carolus Rex desiderium Regem captiuans cum vxore, filiis & Principibus, ad Galliasque eos in exilium amittens, Regnum Longobardorum sibi subiugauit, & omnia Ecclesiæ iura quæ Longobardi abstulerant, Ecclesiæ restituit. Et hic terminatum est Regnum Longobardorum. Nam deinceps illum habebant Regem, quem Cæsares sibi dabant. Passi sunt autem milites Christi, Amelius & Amicus, sub præfato desiderio, Rege, quarto Idus Octobris.

Amicus & Amelius interfecti.

In vita parce Amelius & Amicus post mirabiles obsequium gantur.

De exordiis Comitatuum Cliuiæ & Teysterbandiæ ac Dominorum de Hoesden, Altena & de Baren.

CAP. XII.

Balduvinus sextus Comes Cliuensis.

POR RO circa tempora Caroli Magni floruit Cliuis sextus Comes Cliuensis, Balduvvinus nomine, filius Rosti Comitis fundatoris monasterii in Oldenziel super Tvventam filii Ioannis Comitis, filii Lues Comitis filii Reynoldi Comitis, filii Theodorici Comitis primi Cliuensis. Huius primi Comitis pater, vti quidam autumant, dictus est Helias, & dicitur fabuloſe veniſſe ex paradiſo terreſtri cum quodam cygno habente ad collum auream catenam, qua ſecum traxit nauem, in qua prædictus Helias fuit, & deſcendit ſic per fluuium cum ea vſque Nouimagium, ad terram, quæ tunc erat de terra Cliuenſi. Et ibidem in quodam caſtro tunc habitauit Domina illius terræ, quæ deſcendens ad eum prope nauem, duxit illum in domum ſuam. Et ipſe bella eius geſſit, & ſaluauit terram prædictæ Dominæ, contra graſſatores eius, manſitque cum ea matrimonio iunctus, quouſque tres filios illa ſibi genuerat. Primus Dominus eſt Theodoricus, primus Comes Cliuiæ, cui pater dedit gladium vnum. Secundus fuit Godefridus, factus Comes Loſſenſis, id eſt, de Loen, cui pater dedit cornu vnum. Tertius filius eius Conradus factus eſt Landgrauius Haſſiæ, cui pater dedit annulum. Tandem cum prædicta Domina quæreret ſæpius à marito, vnde veneraret, vel quis eſſet, ipſe dicere conſueuit, ne eum deſuper interrogaret, ne abiret, & perderet eam. Et quia illa nolebat ei acquieſcere, quin ſæpius quæreret originem eius, receſſit occulte ab ea. Tantum eſt de veritate fabulæ, quod noſcitur ex aliqua hiſtoria, vnde orti ſunt Cliuenſes, quantum ad Dominium illius Comitatus. Itaque Balduvvinus ſextus Comes Cliuenſis prædictus, duxit in vxorem Iolentam, filiam Ludouici, Ducis Prouinciæ, & genuit ex ea duos filios, ſcilicet Ludouicum ſibi ſuccedentem, Comitem Cliuiæ, & Robertum, primum Comitem Teſterbandiæ. Hic Robertus Comes Teyſterbandiæ, habuit pro armis tanquam iunior filius Cliuenſis, ſcutum blauium cum octo aureis ſceptris. Comitatus vero Teyſterbandiæ, continebat in ſe Bommelrewaert, Tyebrevvaert, & terras de Arkel, de Hoeſden, de Haltena, de Vianen, de Culeburch, Guren, vſque ad antiquam Moſam. Accepitque Robertus Comitatum Teyſterbandiæ de manu fratris ſui Ludowici in *feodum* & illa portio ſibi debebatur. Et Comes Cliuenſis ſuſcepit illam terram in *feodum* ab Epiſcopo Traiectenſi. Iſte Robertus de Cliuis Comes Teyſterbandiæ duxit in vxorem Kuñegondam filiam Comitis de Hoy, ex qua genuit tres filios. Quorum primus dicebatur Ludovvicus ſuccedens Comes Teyſterbandiæ. Secundus dicebatur Robertus, cui ſucceſſit Dominium de Hoeſden cum multis villis, & factum fuit ſpeciale Dominium. Hic Robertus fuit primus Dominus de Hoeſden, minuitque arma ſua propter fratrem ſuum ſeniorem. Habuitque ſcutum in dextera parte rubrum & in ſiniſtra blauium cum octo ſceptris. Accepitque illa Dominia in feudum à Comite Cliuenſi quia ſuperior domus fuit. Tertius filius dicebatur Theodoricus, & obtinuit Dominiũ Haltena & fuit primus Dominus de Haltena, minuitque arma ſua, habens in ſuperiore parte ſcuti Reel, in inferiori parte zabel cum octo ſceptris. Et Domini de Haltena habuerunt iſtas arma, quouſque minor filius de Montpligaert accepit in vxorem vnicam filiam Domini de Haltena. Et ille habuit in armis ſcutum aureum cum duobus ſalmonibus dictis bitmen. Et ille ſic per matrimonium effectus fuit Dominus de Haltena. Et ergo ſucceſſores ſui ſemper habuerũt illa arma, donec deuenit mediante matrimonio ad illuſtres Dominos de Hoern, qui poſtea effecti ſunt Comites. Et hoc dominium de Haltena à Comite Cliuenſi in feudum recipiebatur, quia prius fuit feudum Cliuenſe. Porro tandem deſcendit quidam iunior filius Teyſterbandiæ, nomine Folquinus, qui duxit in vxorem filiam Domini de Hoeſden, cum qua obtinuit Dominium de Barne dictum, in quo loco ædificauit caſtrum dictum Barne, de quo caſtro ſuo ſequaces dicebantur Domini de Barne. Et iſte Folquinus minuit arma ſua, portans vnum ſcutum de Lazuer cum trib. rubeis baren cum octo ſceptris. De quo poſtea deſcendit Folcardus miles, Dominus de Barne, qui in eodem caſtro de ſuo patrimonio fundauit Abbatiam de Barne prope Hoeſden. Durauit autem Comitatus Teyſterbandiæ vſque ad tempora Aufredi Comitis Teyſterbandiæ, Braſtupantiæ, Dionante & Huyenſis. Qui factus decimus octauus Epiſcopus Traiectenſis, vt dicitur in libro nono, cap. 11. Diuiſit Comitatus ſuos conſanguineis ſuis & eccleſiæ Leodienſi, & Eccleſiæ Traiectenſi.

Balduvvinus ducit in vxorem filiã Ducis Prouinciæ.

feudum. feudum.

Robertus primus Dominus de Hoeſden.

Theodoricus primus Dominus de Haltena.

Eſt hæc abbatia ord. Præmonſtratenſium fundamenta non ex ſtant hodie. Religioſi Syluæ ducis aiunt.

Fabuloſa quædam de initiis Comitatus Cliuiæ.

De Adelbrico Episcopo Traiectensi quarto.

Cap. XIII.

BEATO igitur Gregorio Episcopo Traiectensi adhuc viuente venit ad eum ex Anglia quidam venerabilis vir nomine Adelbricus natione Anglicus Eburacensis Diœcesis. Qui pro laudabili conuersatione sua electus est Canonicus Ecclesiæ Traiectensis. Hic cum idem Gregorius Antistes, senio fessus, nimium debilitaretur, fuit beato viro in adiutorium locatus, qui vt fidelis dispensator totius Episcopatus, clerũ digne rexit sub eod. Pontifice. Tandem post multos dies, cum B. Gregorius Episcopus ad extremam infirmitatem peruenisset, & fratres eum moriturum cernerent, cœperunt conqueri & contristari, tam de eius transitu citius imminente, quam de tardatione filii electi eius, Adelbrici, in quo spes magna totĩ domus incubuit, qui tunc temporis in Italia erat Regali seruitio occupatus, & nemini notus, quando rediret. Hæc audiens pater Deo dilectus Gregorius, cœpit eos monitis consolari salubribus, & condolere mœrentibus, de seipso securus, & de filijs sollicitus, sicut frequenter & sanus corpore ante solebat inter communia colloquia, ita & nunc propheticum aliquod proferre, ac dicere cœpit: *Nolite timere, non transibo hinc, antequã ipse veniat.* Quod, quam veraciter spiritu prænosceret, rei probauit euentus. Nam triduo ante transitum eius venit diu optatus & electus filius eius Adelbricus inopinate eunctis nescientibus, excepto patre spirituali Gregorio, qui eius aduentum, vt dictum est, longe ante prædixerat. Mortuo ergo, & sepulto beato Gregorio, hic beatus Adelbricus, natione Anglicus, Eburacensis Diœcesis eligitur, & consecratur quartus Episcopus Traiectensis.

Adelbricus Anglus Canonicus Traiectens.

Mortuus est S. Gregorius Anno Domini 789.

Mors Gregorij succedit Adelbricus in Epis.

De donatione facta Ecclesiæ Traiectensi sub Adelbrico Episcopo per Carolum Magnum.

Cap. XIV.

PORRO B. Adelbricus, Præsul Traiectensis, sollicitus de Ecclesia sibi commissa impetrauit à Carolo Magno confirmationem omnium bonorum & priuilegiorum antecessorum ac parentes dicti Regis Caroli Ecclesiæ Traiectensi concessorum. Insuper & totum ripaticum super Leccam & Isolam inter Rhenum & Leccam. Nec nõ ripaticũ super alueũ Heym cũ suis adiacentibus in subsequenti forma: *Carolus, Dei gratia Rex Francorum & Longobardorum ac Patritius Romanorum. Si, ex his, quæ diuina pietas nobis largiri dignata est, locis venerabilibus concedimus, hoc nobis ad æternam beatitudinem proculdubio pertinere confidimus. Igitur compertum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, qualiter donamus ad Basilicam sancti Martini, quæ est constructa Traiecto veteri subter Doreslado, vbi venerabilis vir Adelbricus presbyter atque electus Rector præsse videtur. Hoc est villa nostra dicta Lisduna, in pago, qui vocatur Lechite, super alueum Heym cum omni integritate vel adiacentiis seu appendiciis suis, id est, tam terris, mansis, domibus, mancipiis, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, mobilibus & immobilibus, omnia & ex omnibus, quantumcunque VVigerus Comes ibidem per nostrum beneficium tenuit etiam & foresta illa, quorum vocabula sunt Henghelst, Scote, Forenhole, Mocoroc, VVydoc, quæ sunt de ambabus partibus Heym. Similiter donamus ad Ecclesiam sancti Martini, quæ est super Doreslado, constructam, & vocatur Obturica de omnique parte centum perticas de terra, vt omni tempore dicta basilica spacium terræ centum perticas habere debeat, & ripaticum illum super Leckia, & insulam illam prope ipsam Ecclesiam ad partem orientalem inter Rhenum & Leckiam. Hæc vero omnia tradimus à die præsenti ad præfata sancta loca perpetualiter ad possidendum. Ideo hanc præceptionem auctoritatis nostræ scribere iussimus, vt ab hac die memoratus Adelbricus presbyter siue sui successores, qui fuerint rectores huius sancti loci, prædicta loca ad opus iam dicta Ecclesia habeant, teneant, gubernent, regant atque disponant. Et quicquid ipsum ad profectum ipsius sancti loci facere elegerint, libere perfruantur arbitrio, & nullus quisquam de iudiciaria potestate, aut qualibet persona prædicto Adelbrico presbytero neque successoribus suis de iam dictis rebus inquietare aut contra rationis ordinem vel calumniam generare quoquo tempore præsumat. Sed per nostrum largitatis præceptum prædicta basilica iure valeat obtinere firmissimo. Et vt hæc authoritas firmior habeatur vel diuturnis temporibus conseruetur, manu propria subter eam decreuimus roborare & de annulo nostro iussimus sigillare. Signum Caroli gloriosissimi Regis. Data septimo Idus Iunij. Actum Nymaga palatio publico in Dei nomine feliciter, Amen.*

Forma concessionis priuilegiorum.

De Imperio Caroli Magni.

CAP. XV.

Leo III. Pont. creatur omnium consensu in natalitiis Stephani.

DEFVNCTO itaque Papa Adriano, Leo tertius in Romana sede sublimatus, vir per omnia reuerendus. Cuius sublimationem propinqui adeo ægre ferentes, cum Lætanias maiores ageret contra populo concitato insurgentes oculos ei eruerunt, & linguam præsciderunt. Sed Deus sibi miraculose linguam & visum restituit. Qui dum ad Carolum confugisset, ipse eum in sede sua collocauit, & reos puniuit. Romani ergo, suadente Papa, relicto Imperio Constantinopolitano, vna cum consensu omnium Imperatorias laudes Carolo acclamant, hoc modo dicentes: *Carolo Augusto à Deo coronato Magno & pacifico Romanorum Imperatori, vita salus & victoria.* Eumque per manum Leonis Imperatorem coronant, Cæsarem & Augustum appellant. Porro Carolus Magnus, cum iam super Francos regnasset annis XXXIII. factus est Imperator Romanorum. Cœpit autem regnare seu imperare super Imperium Romanorum, Anno Domini octingentesimo tertio, diuiso Imperio Romano à Constantinopolitano. Euolutis annis circiter quadringentis & sexaginta octo ex quo Byzantium ciuitas Thraciæ à primo Constantino ampliata & in Imperialem vrbem ab eodem fuerat exaltata. Nam post Constantinum prædictum Imperialis sedes apud Constantinopolim habebatur pro eo, quod dictus Cõstantinus Romanam vrbem vicarijs Petri reliquit, & apud Constantinopolim sedere decreuit, vbi & omnes sui sequaces residere consueuerunt. Verumtamen propter dignitatem Imperatores Romani nuncupati sunt vsque ad illud tempus, quo Romanum Imperium ad Reges Francorum translatum est. Postea vero illi Græcorum siue Constantinopolitani, isti vero Romani Imperatores vocati sunt. Carolus ergo Romam veniens omnes postes Ecclesiæ humiliter osculatur, & ecclesias diu noctuq; impigre frequentabat. Hic Ierosolymã properans pergensq; per Græciam, rediit per Siciliam, & recuperat terram sanctam præmisso ieiunio & oratione. Recepit & partem Coronæ Domini, quæ in manu eius floruit & clauum vnum & partem Crucis, sudarium, camisiam beatæ Mariæ virginis & brachium Simeonis detulit Aquisgrani. Sapientię etiam studium de Roma Parisios transtulit, quod illuc quondam à Græcia & Athenienſibus translatum fuerat à Romanis, fuerunt q; Parisiis fundatores huius studii quatuor monachi, Bedæ discipuli, videlicet Rabanus, Alchuinus, Claudius & Ioannes Scotus.

Platina scribit Leonem pontificali amictu prinatum, adeo cæjum, vt oculis & lingua captus putaretur.

Carolus Magnus imperator Romanor. Anno 803.

Carolus Imperat. recuperat terram Sanctam.

Reliquiæ plurimæ per eum Aquisgrani delatæ.

Fundat Carolus Imper. academiam Parisiensem.

De inuentione corporis S. Lebuini.

CAP. XVI.

Quatuor primi Doctores Parisienses.

POstquam a. B. Lebuinus apud Dauentriam mortuus & sepultus fuisset, impij Saxones, vt dictũ est in cap. 9. huius libri, vastauerunt locũ illũ, & succenderunt Ecclesiã corpusq; eius, vt comburerent, per 3. dies quæsierunt, nec inuenire potuerunt. Tandẽ B. Adelbricus, Episcopus Traiectensis, sollicitus de sepulchro B. Lebuini ait ad venerabilem B. Lutgherum, dicens: Nunc quia frater meus dilectissimus es, peto, vt desiderium meum impleas, locus. n. in quo S. Dñi Lebuinus presbyter, vt nosti, in opere Dñi vsq; ad mortem persistendo laborauit, & locus vbi sacrum eius corpus sepultum tegitur in solitudinem est redactus. Quamobrẽ peto, vt iã restaurare studeas & super corpus S. Ecclesiam rædifices. Dei igitur famulus Lutgherus magistri iussis obtemperans, quæsiuit in loco p̃nominato corpus S. & non inuenit. Sed tamẽ infra spacium loci, quo putauit illud esse, cœpit cõstituere ecclesiã. Cumq; posuisset bases & parietes cõaretur erigete, apparuit ei sacerdos Dñi Lebuinus in somnis dicens: frater dilectissime, Lutghere, bene fecisti restaurando templũ Dei, iam dudum delotum à gentilibus. Sed & corpus meum, quod quæsisti, inuenies sub australi, quem erexisti, pariete humatum. Lutgher⁹ igitur, mane Dei laudib. expletis, inuenit corpus Sancti, in loco sibi in visione prædicto, & collecta multitudine fecit transtuchi bases eius dicti ædificii in partem australem, & ita infra ecclesiam collegit sepulchrum viri Dei, in quo loco per seruum suum Lebuinum Deus virtutes multas operatur vsq; in hodiernum diem. Vnde & locus ille postmodum excreuit in tantum egregium opidum, vt quidam poeta nostris temporibus enarrando magnalia eius, sic saluta*ret*.

Inuentio corporis S. Lebuini.

Descriptio & encomium Dauentriæ.

Salue paruorum Dauentria flos studiorum,
Lux huius saluæ gloria & alta plaga.
Vrbibus exprimis es Traiectis inferioris,
Vna vocata bono iureque legitimo.
Exponunt multi te sic, quasi dans tria ventri,
Scilicet hospitium, cœtile olus, piscinam.

Vallis

Vallis & muris salue circondata pulchris,
Te postam pulchro nouimus esse loco.
Munis es populis ad bella gerenda peritis,
Cedere non hosti qui pede aquaue solent.
Es mercaturis mercantibus aptaque cunctis:
Continuo fluuio nam sita es ingenuo.
Omnisciis variis generis flores opibusque,
Fortibus & doctis magnificisque viris.

De beato Lutghero, & qualiter factus sit Monasteriensis Episcopus.

CAP. XVII.

ITAQVE beatus Adelbricus, Episcopus Traiectensis, misit insuper B. Lutgherum, cum multis sociis ad Frisones in Oœstergoe ad ædificandam Ecclesiam, & prædicandum Euangelium Frisonib. in Dockinga, vbi S. Bonifacius fuerat martyrio coronatus. Mansitque idem vir Dei, Lutgherus, in ead. gente fere 7. annis, fana deorum & culturas idolorum destruens, & in doctrina Dominidi perseuerans. Tandem deposita turba discipulorum post varias tribulationes Romam perrexit, & à Leone Papa honorifice susceptus est. Peruenit deinde ad monasterium S. Benedicti in Regno Beneuentano, vbi in cælesti conuersatione manens, didicit regulam eiusdem sancti patris Benedicti, cupiens in hæreditate sua sub ead. regula in loco, qui vocatur Werchcina, cœnobium constituere monachorum, quod postea, Domino opitulante, factum est. Igitur, Saxonib. ad fidem Christi conuersis, Carolus Magnus eund. Dei famulum ab Italia redeuntem constituit pastorem in Occidentali parte Saxonum, in loco, qui dicitur *Mimeger de forda*. Vbi idem vir sanctus monasterium construxit multorum sub regula canonica Domino deuote famulantium. Cupiens igitur in cæpto Euangelizandi opere multis prodesse genribus, ac Pontificalem gradum humiliter declinare, petiuit suos alumnos, vt aliquis ex eis pro eo Pontificalem susciperet ordinem. Et cum sibi persuaderetur, respondit Apostolicum verbum, dicens. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse.* Tandem precibus omnium victus, accepto sacro ordine Pontificali, gregi sibi credito documenta salutis vberrime ministrauit, & factus est Monasteriensis Episcopus. Cilicium ad carnem semper habuit, & carnium escas certis temporib. non retinuit. Tam largus eleemosynarius fuit, quod nihil omnino sibi præter necessitatem reseruaret. Vnde cum à quibusdam, tanquam dilapidator, accusaretur: gloriosus Imperator Carolus ipsum ad suam præsentiam inuitauit. Qui veniens mansionem iuxta palatium accepit. Cumque mane facto Imperator per suum cubicularium eum primo, secundo, ac tertio, ad se venire iussisset, & Antistes more solito psalmis & orationibus instaret, dixit cubiculario, vt ipsum præcederet, & se mox peracto officio secuturum. Verum, dum compleris psalmodiis ante Imperatorem venisset, dixit Imperator, Quare mandatum nostrum sic accepisti, Episcope, vt, tot accersitus nunciis, non statim venires? Cui inquit Lutgherus: *Tibi, o Rex, & cunctis hominibus, Deum propositi.* Hoc enim mihi præcepisti, curam pastoralem commirrens. Et dicirco, licet à tuis vocatus nunciis, omnipotentis Dei nuncium intermittere inconueniens iudicaui. At mox diuino peracto obsequio, paratus ad Regis obsequium, veni. Gratias, inquit Imperator, habeto, Episcope, quia talem te non reperio, qualem ante æstimabam. Porro, cum vir Dei quadam nocte iuxta lectum suum foco vicinum, matutinales laudes decantaret cum clericis suis, & fumus illi in faciem vehementius prosiliret, ille immotus mente & corpore stetit. At vnus ex clericis auferre volens hoc incommodum viro Dei, curuato genu sufflans flammam, fopiros suscitat ignes. Mane autem facto clericum corripiens, quod sacris hymnis dimissis se potius incuruauerit ad construendum focum, pœnirentia iniuncta, docuit eum & suos clericos, dum opus diuinum agerent, omnes occurrentes cogitationes, quantum possibile est, amouere. Cumque appropinquaret hora exitus eius die dominica, quæ suæ dormitionis præcesserat nocte, hora tertia valefacit gregi suo, & nocte futura, sicut prædixerat, Christo felicem tradidit spiritum. Obiit autem anno Dominicæ incarnationis octingentesimo & nono, septimo Calendas Aprilis. Hic cæcos illuminauit, leprosos mundauit, paralyticos & contractos ac variis infirmitatibus detentos curauit, obsessosque à dæmonib. diuina permittente gratia, liberauit. Hic sub beatis Gregorio & Adelbrico Pontificibus in Traiecto spiritualiter egregie militauit, quare & sancta eius conuersatio ponitur in præsentibus historiis.

B. Lutgherus Romæ à Leone Pont. Rom. honorifice susceptus.

B. Lutgherus fit Monasteriensis Episcopus.

Egregium Lutgeri responsum. Oportet enim magis obedire Deo quam hominibus.

Mortuus est Lutgerus anno Dom. 809.

De religiosa vita & obitu beati Adelbrici Episcopi Traiectensis.

Cap. XVIII.

IGitur B. Adelbricō, Traiectensi Pontifici, conuenit B. Pauli Apostoli doctrina, videlicet, *Oportet Episcopum esse sine crimine*, qui eā vsq; ad vltimū vitę terminū intrepide obseruauit. Hic diuus Pontifex erat lucerna lucens, q̄ infidelis suis obiectionib. sinistris paganus non valebat extinguere. Hicaūt temporalia contemnens, spiritualia apprehendens, sic studuit de die in diem proficere in virtutib. vt auidus homo nudū Deum & hominem Iesum Christum congrue sequi posset, semperq; legens aut orās pro salute aliorum, tam in vrbe Traiectensi, quam extra, per diuersa loca contentorum, petens, accuratissime obsequiosus inueniebatur. Tandē post huius carnis molestiam, deo charus, & hominibus multum amabilis, à vita ista miserrima ad vitam cęlestem felici transmigratione, Deo adiuuante, peruenit. Hic ergo B. Adelbricus postquam Episcopatum Traiectensem aliquot annis prudenter ac deuote rexisset, duodecimo Calendas Septembris defunctus est, & migrauit ad Christum, sepulturaq; commendatur corpus eius in Ecclesia Saluatoris.

Moritur S. Adelbricus, & sepultus in S. Saluatoris. Ieatiam Beha.

De filio cuiusdam Principis in Burgundia rapto ad gaudia paradisi.

Cap. XIX.

TEmpore igitur Caroli Magni erat in Burgundia quidam Princeps, qui vnicum habuit filium bonæ indolis, religiosum, cui pater desponsauit filiam cuiusdam magni Principis. Dum autem tempus nuptiarum instaret & sponsa esset inuenienda, iuuenis omnes expensas præparatat, & ministros ordinarat, vnicuique signans suum officium, ipse autem vespere cum sponsa venisset, & nuptiæ essent celebrandæ, spon sus more solito cum paucis equitauit ad capellulam, non longe à villa sitam, orationē facturus. Finis vero orationis fuit, vt Dominus dignaretur ei mittere aliquem virum prudentem, qui ita ordinaret festum suum, & ministros, vt nullus in nuptiis turbaret, sed omnia in gaudio terminarentur, & abundantib. omnib. distribuerentur. Finita oratione cum capellam exiret, & rediret domum, ecce, videt in campo, à lōge virum venientem in albo mulo, & vestitum vestibus albis, qui aliquantulum à longe expectauit, & dum prope veniſſet, cum gaudio eum susc epit, & ad nuptias suas eum inuitauit & rogauit, vt iuuaret eum ita ordinare ministros, & nuptias celebrare, vt omnibus satis daretur, & nemo turbaretur. Cui hospes respondit, huc veni, vt hoc faciam. Et cum magno gaudio introductus est, & ab omnib. honorifice susceptus. Qui statim, quibusdam ministris mutatis, alloquitur sponsum, & rogat, vt amore sui à sponsa se contineat tribus noctibus, & eam doceat diuina, & hortetur ad castitatē. Cui sponsus consensit. Hospes ille ministrauit omnibus abundanter, & omnia in pace & in gaudio habebantur. In sero igitur itur dormitum. Sponsus sponsam instruit, & alloqtur, sicut rogatus est. Quē illa libenter audiuit, & acquieuit. Tertia die dixit hospes sponso, Cras ista hora oportet me habere nuptias, & ideo non possum hic diutius permanere: Voló ire cum licentia vestra. Quo audito, non solum sponsus, sed & tota curia perturbabatur, rogantes ipsum, vt, si possibile sit, maneat. Sed ille non consensit. Et assumens sponsum, omnes cibos sibi traditos, de quib prouidere debuit hospitib. incōsumptos sponso ostendit, quia aliunde, & occulte, virtute diuina, in nuptiis abūdanter ministrauit, & accepta licentia recessit. Sponsus cū paucis familiarib. ipsum conduxit, & cum per modicum spacium viæ ipsum esset secutus, dixit sponso: Si inueni gratiā in oculis vestris, rogo, vt cras hora ista sitis mecū in meis nuptiis. Et ille respondit, Libentissime. Hoc vos rogo, vt mihi liceat vestris interesse. Ille respondit, Si vultis venire cras ista hora, inuenietis hic mulum meum paratum, quem ascendetis, & ille ducet vos ad hospitium meum. Die crastina, hora præscripta, ille cum pauicis venit ad locum, vbi præcedenti die seperatus fuit à socio suo, & inuenit mulum album paratum, statim ascendit eum. Suos autem comites, & equum, quem equitauerat, domum remisit, dicēs eis, vt cras eadem hora ibi sint parati, vt ipsum ad hospitiū suum reducant. Mulus procedendo ascendit quendam montem excelsum valde, in cuius valle erat aqua magna impetuose fluens, & transiens per quandam semitam valde arctā, in præcipitio montis, & cum magno timore ascensurus montē pertransiit. Postea venit ad quoddam nemus pulcherrimū, quale non vidit, in quo erant aues hantes pennas, quasi ex auro & lazuro, q̄ oēs volabant circa caput iuuenis, & circa scapulas suas, gesticulationib, suis ostēdentes, q; cū gaudio magno eum recepissent.

Postea

Postea venit ad ciuitatem magnam mirabilis dispositionis, cuius murus erat ex iaspide & smaragdis, & omnes illius ciuitatis, tam feminæ, quam viri, vestiti erant vestibus pretiosissimis. Bini & bini exibant ei obuiam cum tympanis & violis & cytharis, & aliis instrumentis musicis, eum honorifice susci pientes, rogantes etiam, vt cum eis maneret, sed mulus, transiens ciuitatem, procedebat. Postea, parum procedens, vidit à longe ciuitatem maiorem priore, cuius muri erant ex sapphiro, & turres omnes ex margaritis. Et cum appropinquaret ciuitati, homines illius ciuitatis, scilicet virgines, Papæ, & Episcopi, & religiosi, clerici & seculares, omnes exibant ornati vestibus inæstimabilibus, & cum gaudio inenarrabili eum recepe runt, rogantes, vt ibi cum eis maneret. Sed mulus, pertransiens ciuitatem, procedebat.

Credo hunc Principis filiũ somniasse. credat qui volet, non ego fideli.

Postea iterum parum procedens, vidit à longe castrum magnum valde, mirabilis dispositionis, cuius muri erant ex auro purissimo, & turres omnes de carbunculis, & plateæ omnes stratæ ex sapphiris optimis, cuius lucem & splendorem vix ferre valuit, in quo residebat ille, qui cum inuitauerat ad nuptias. Et dum appropinquaret, occurrit ei Dominus castri, scilicet hospes suus, & cum magno gaudio eum recepit, rogans, vt ibi velit manere semper secum. At ille respondit, charissime Domine, scis, quia domi habeo sponsam adhuc virginem, quam multum diligo, quæ me cum desiderio expectat, non possum moram facere, sed oportet me, sicut dixi seruis meis, hodie redire. Putabat enim, quod non nisi per vnum diem abfuisset. Dominus ille eum dimisit, sicut petiuit, dans ei mulum, qui eum, sicut petiuit, per eandem viam reduceret, per quam adduxerat. Cum autem veniisset ad ciuitates, per quas transierat prius, omnes cum tristi vultu eum dimiserunt. Cum venisset ad locum, vbi dixerat seruis suis, vt eum expectarent, neminem inuenit, & admirans, quare non venirent, processit paululum vsque ad locum castri fui, sed omnia mutata inuenit. Vbi castrum fuit, inuenit ecclesiam & dormitorium, & alias officinas claustrales. Et intrans claustrum, obuiam habuit monachum, quem sic alloquitur: Vbi sunt milites mei, & serui mei, & vbi est vxor mea, quam habui, & hic reliqui, & vbi est pater meus, & mater mea? Quid factum est in loco isto? locus iste meus est. Et commotus est ad magnam impatientiam, quia non inuenit ea, quæ reliquerat. Monachus ille respondit, Bone Domine, expectate hic, donec vocem vobis Abbatem, qui vobis de omnibus respondebit. Abbas veniés, quæritab eo, quid quærat, & vnde sit. Ille respondet, an ignoratis, quia filius illius Principis sum, & heri hic reliqui sponsam meam, & patrem meum, & matrem meã. Abbas intelligens ex scriptis antiquis, quia ipse esset hæres, dixit, Bene recognoscim⁹, quia vos estis hæres istius loci, & omnia ista sunt vestra, sed pater vester, & mater vestra, & vxor, putantes vos esse mortuum, cum per multos annos expectauerunt vos, & nõ veni stis, oĩa sua & vestra, huic ecclesiæ contulerunt, & locum istum fundauerunt & institue runt, p animab. ipsorum & vestra, & nunc sunt ducenti anni, q hæc contigerunt. Ille hoc audiens cum admiratione, & tandem credens, dixit Abbati, Quod pater meus, & mater mea fecerunt, ratum habeo & confirmo, & ego me do huic domui, vt hic semper sim monachus. Cum, a. mortuus fuero, sepelite me in sepulchro vxoris meæ, Hoc dicto ibant simul, Abbas & ipse, sumere cibũ. Quam cito a. gustauit cibum illũ, mutatus in alium virum, factus est canus totus, & rugosus in facie, & per totum corpus, sicut homo decrepitus, & statim infirmus petiuit cõmunionẽ, & sacrã vnctionem, & statim ipso die mortuus est. Cum, a. sepeliretur iuxta corpus vxoris suæ, ossa puellæ, vxoris suæ, contraxerunt se, qu. viderentur cedere ei, & locum dare. Locus ille, vbi hæc contigerunt, est claustrum Cluniacum monachorum nigrorum. Hæc in historijs siue chronicis Burgundiæ.

De beato Theodardo, quinto Episcopo Traiectensi.

CAP. XX.

POst discessum B. Adelbrici Antistitis electus est Theodardus, natione Friso, V. Episcop⁹ Traiectensis, vir magnę scientię, prædicatorq; Frisonicę gentis, & Doctor excellentissimus. Hic etiam, p curauit singula priuilegia bona iurisdictionis & libertatis Ecclesiæ Traiectensi concessas & donatas, auctoritate Regia confirmari & ampliari. O, quid dicam de isto Theodardo, doctore luculentissimo! quia fuit internæ mentis splendore irradiatus, semper enim aliquam lectionem sacræ scripturæ audiendo, aut personaliter docendo in simplicitate cordis sui Deo omnipotenti obsequiose studuit deseruire. Lachrymas in humilitate fudit, ieiuniis & orationibus corpus afflixit, pectus tunsionibus, cælos clamorib. compunctionis & verissimæ contritionis, p salute ecclesiæ suæ orando, fatigauit. Tãtis deinde laboribus cõpletis, ad cælestem patriam tendere cœpit, quã toto mẽtis gonamine desiderabat, & ad Christum,

Obitus Beati Theodardi V. Episcopi Traiectensis, & sepulti in Ecclesia S. Saluatoris.

cui fideliter adhæsit, nunc mutata tristitia in gaudium, dolore in lætitiam, iucundissime ab hoc sæculo migrauit, postquam gloriose rexisset ecclesiam Traiectensem aliquot annis, & sepelitur cum prædecessore suo in Ecclesia S. Saluatoris.

De beato Harmakaro, sexto Pontifice Traiectensi.

CAP. XXI.

DEFVNCTO quidem beato Theodardo, electus est beatus Harmakarus, sextus Præsul Traiectensis, vir summe deuotus, & vir sanctus. Hic est fratrum amator, & populi Christiani, qui multum orauit pro populo, & pro vniuersa sancta ciuitate. O, quam bonus vigil, quam optimus pastor! alijs dormientibus ipse peruigilat, quasi rationem pro animabus, sibi à Deo commissis, in die nouissimo redditurus, quam bonus Samaritanus, qui vigilans animo, atque in orationibus pernoctans, hostium contra Sion malignantium insidias sagaciter explorabat, anticipauit consilia malorum. spirituum, destruxit laqueos, tendiculas erectas contra insontes elisit. Qui omnibus laboribus postpositis, securitate præmij cælestis accepta, animam felicem Deo reddidit quinto Calendas Septembris, postquam aliquanto tempore Traiectensem laboriose rexisset ecclesiam, sepulturæq; commendatur corpus in Ecclesia sancti Saluatoris.

Mors B. Harmakari Episcopi Traiectensis VI.

De præliis Caroli Magni contra Aygolandum, & nece eiusdem Aygolandi.

CAP. XXII.

CAROLVS postquam multa Regna acquisierat proposuit quiescere à præliis, statimq; intuitus est in cœlo viam quandam stellarum, incipientem à mari Frisiæ, & tendentem inter Teutoniam & Almaniam, inter Galliam & Aquitaniam, & recte transeuntem per Gasconiam & Nauariam & Hispaniam vsque ad Galetiam, in qua beati Apostoli corpus tunc iacebat incognitum. Cumque per singulas noctes Carolus hanc viam respiceret & cogitaret, quid significaret, vir quidam pulcherrimæ formæ nocte in extasi apparuit ei, dicens, Quid agis, fili mi? Qui Carolus, Quis es, Domine? Ego sum, ait, Apostolus Iacobus, filius Zebedæi, frater Ioannis Euangelistæ, cuius corpus in Galecia, quæ à Saracenis turpiter adhuc opprimitur, incognitum requiescit, quapropter tibi notifico, vt liberes terram meam de manib. Moabitarum. Cumque per tres vices eidem sic apparuisset, perrexit Carolus illuc cum magno exercitu. Cumq; obsideret Pampiloniam trib. mensib. & eam capere non posset, propter muros inexpugnabiles, orauit S. Iacobum, vt daret ei capere ciuitatem, & tunc muri funditus corruerunt. Qui de Saracenis baptizari voluerunt, reseruati sunt ad vitam: qui noluerunt, occisi sunt. His auditis mirabilibus, omnes vrbes se dederunt, & facta est tota terra sub tributo. Deinde, visitato sarcophago B. Iacobi, venit ad Petroniam, & infixit ibi in mari lanceam suam, agens Deo gratias, & S. Iacobo, qui eum illuc vsque produxit. Postea iuit per totã Hispaniã à mari vsq; ad mare, q̃ tota subiicitur ei. Subiecitetiam ei tota terra *Alandaluff*, terra Pardorũ, terra Castellanorũ, terra Maurorum, tellus Nauarrorum, tellus Portugallorum, tellus Saracenorum, tellus Alanorum, tellus Biscaiorum, tellus Palargorum. Harum vrbium quasdam Carolus cum pugna cepit, quasdam cum bello magno, & arte maxima. Lucernam vrbem, quæ est in valle viridi, nequiuit capere, donec nouissime obsideret eam 4. mensib. & facta prece Deo & S. Iacobo, ceciderunt muri eius, & facta est deserta vsq; in hodiernum diem. Exauo igitur, quod Reges & Principes dederunt Carolo, Ecclesiam B. Iacobi, tunc per tres annos in illis oris commorans, augmentauit. Antistitẽ & Canonicos secundum regulam S. Isidori ibi instituit. De residuo vero argento & auro construxit multas in diuersis locis ecclesias. Porro reuerso eo in Galliam, quidam Rex paganus, Africanus, collecta exercitibus Hispaniam acquisiuit, electis & interfectis custodib. oppidorum & vrbium quos Carolus reliquerat. Quib. auditis Carolus, collectis exercitib. magnis, reuersus est in Hispaniam, & erat Dux exercituum Milo de Angleris, pater Rolandi. Tunc Aygolandus mandauit Carolo bellum secundum velle suum, vel 20. contra 20. vel 40. contra 40. vel 100. contra 100. vel mille contra mille, vel duos contra duos, vel vnum contra vnum. Missi sunt centum milites à Carolo contra centum, & interfecti sunt Saraceni. Deinde mittuntur alii 100. ab Aygolando, contra 100. qui omnes interfecti sunt. Deinde misit Aygolandus ducentos contra ducentos, qui statim occisi sunt. Deinde misit duo millia, quorum quidam occisi sunt, alii fugati. Quare Aygolandus tertio die mandauit Carolo, vt sequenti die veniret ad plenarium bellum, quod

S. Iacobus Apostolus apparet Imp. Carolo Magno.

Nauarra regnũ à Carolo Magno subiugatum.

quod & Carolo placuit. Quid plura? die craſtina occiſa ſunt XL. milia Chriſtianorũ à paganis, & Dux Milo, pater Rolandi, & equus Caroli interierunt. Tunc Carolus, ſtans pedes cum duob. milib. Chriſtianorum peditum, euaginat ſpatam ſuam, & truncidauit multos Saracenos per medium. Adueſperante a. die, redierunt Saraceni & Chriſtiani in eaſtris ſuis. Altera v. die venerunt Carolo in auxilium quatuor Marquiſi de locis Italiæ cum quatuor millib. virorum bellatorũ. Quod vt Aygolandus cognouit, in fugã verſus eſt, & tunc Carolus cũ ſuis exercitib. remeauit ad Galliam. Itaq; Aygolandus cõgregauit gẽtes inumeras, Saracenos, Mauros, Moabitas, Ethiopes, Pardos, Africanos, Perſas, Regẽ Arabũ, Regem Alexandriæ, Regem Bugiæ, Regẽ Agabiæ, Regem Barbariæ, Regem Maioricæ, Regem Meq;, Regem Sibiliæ, Regem Cordubæ. Et venit vſq; ad vrbẽ Gaſconiæ, Agennam nomine, & cepit eam. Et mandauit Carolo, vt veniret ad ſe pacifice, cum parua militum turma, promittens ei nouẽ equos onuſtos auro & argento & ceteris gazis, ſi ſuo imperio ſubiaceret. Hoc dicebat doloſe, quia eum magnoſcere volebat: vt poſtea eum in bello poſſet occidere. Quod attendẽs Carolus venit cum duob. milib. fortium, tantum vſq; ad quatuor miliaria prope vrbẽ Agennam, & dimiſit ibi illos occulte. Et venit cum ſexaginta militib. vſq; ad mõtem, qui eſt prope vrbem, vnde põt ciuitas videri, ibiq; dimiſit illos. Et mutatis veſtibus optimis ſine lancea, clypeo retro dorſum tranſuerſo, ſicut mos eſt nunciis in tempore belli, cum vno ſolo milite venit ad vrbẽ. Qui ducti ſunt ad Aygolandum & dixerũt ei: Carolus miſit nos, ad te venit, vt imperaſti, cum ſexaginta militib. & vult tibi militare & effici tuus. Veni ergo ad illum cum ſexaginta de tuis pacifice, ſi vis illi dare q; pollicitus es. Qui reſpõdit, vt rediret ad Carolũ, & expectarent eũ. Carolus tunc cognouit, & exploraut vrbẽ, in qua parte facilior eſſet ad capiendũ, & vidit Reges, qui erãt in ea, & rediit ad ſexaginta milites, & cum illis ad duo milia. Aygolandus. a. citõ ſecutus eſt eos cũ ſeptẽ milib. militũ. Sed Carolus, non exſpectans eũ, rediit in Galliã, & coaduanit de nouo centum & triginta tria milia bellatorum præter armigeros & pedites, quorum non erat numerus, & profectus eſt eis in Hiſpaniã contra Aygolandũ. Et hęc ſunt nomina Principum eius: Turpinus Archiepiſcopus Remenſis, Araſtagus Rex Britannorum cum ſeptem milibus, Alius tamen Rex tunc erat in Britannia, Gayfirus Dux Burdegalenſis, Odgherus Rex Daciæ, Gundelboldus Rex Friſiæ, filius Algilli Regis, filii Radbodi Regis Friſiæ, de quo habetur in ſecundo libro huius operis, Conſtantinus Præfectus Romanus, Barius Dux Lotharingiæ, Samſon Dux Burgondionũ, Lambertus Princeps Bituricenſis, Naaman Dux Bauariæ, Enghelrinus Dux Aquitaniæ vrbis, q̃ Cæſar Auguſt⁹ primũ in illis oris fecit, cui ẽt vrbi ſubiecit Byturicas, Lemouicas, Pictauias, Sanctonas & Engoliſmam cum ſuis confiniis, vnde tota illa patria Aquitania vocata eſt. Hæc autem ciuitas poſt Enghelrini mortem in vaſtitatem verſa eſt, quia omnes ciues eius in Roncioualle occiſi ſunt, nec alios colonos amplius habuit, de quo bello dicetur in ſequentibus Capitulis.

Pugna Caroli Magni cum Aygolando.

Aygolandum fugit.

Aygolandus fugit & venit Pampilonia.

Nomina magnatum qui Carolum Magnum in expeditione contra Sarracenos comitati ſunt.

Iſte igitur Enghelrinus, Dux Aquitaniæ, fuit filius Theodorici, filii Lotharii, filii Theodorici, Ducũ filii Chilperici Frãciæ Regis 22. de quo habetur ante in 2. lib. cap. 17. Hic ẽt Enghelrinus Dux fuit proauus primi Comitis Hollandię, qa reliquit poſt ſe duos filios, ſcilicet Dunſtanũ & Manfredum. Manfredus genuit Sigiſbertũ, qui duxit in vxorẽ Machtildim, ſororẽ Hennæ Reginæ, vxoris Ludouvici Regis Germaniæ, & Haganonis Comitis Santenſis, q̃ genuit Sigisberto marito iã dicto duos filios, videlicet, Theodoricum primum Comitem Hollandiæ, & Walgerum Comitem Teyſterbandiæ. Iſtis poſtpoſitis redeamus ad incepta. Habuit etiam Carolus in exercitu ſuo Rolandum Comitem Cænomanenſem, filium Bertæ ſororis ſuæ & Milonis Ducis, cum quatuor milibus bellatorum. Oliuerium Comitem Eubenſem cũm trib. milib. Carolus didicerat linguam Saracenorum, cum eſſet iuuenis apud Toletum. Veniens ergo Aygolandus ad colloquium cum Carolo, datis treugis, inierunt pactum quod illi, quorũ milites vincerentur, meliorẽ legem victorũ ſequerentur. Mittuntur ergo ſub hoc pacto 20. milites Chriſtiani contra 20. Saracenos, & interfecti ſunt Saraceni.

Nota de origine Comitum Hollandiæ.

Carolus Imp. didicit linguã Sarracenicã.

Deinde

Deinde quadraginta contra quadraginta, & iterum victi sunt Saraceni. Deinde centum contra centum, & fugerunt Christiani. Item ducenti contra ducentos, & interfecti sunt omnes Saraceni. Item mille contra mille, & omnes Saraceni occiduntur. Tunc Aygolandus, affirmans Christianam legem meliorem esse statuit, vt in crastinum baptizaretur. Et vidit Carolum ad mensam sedentem, & inspexit ordines sedentium, inter quos erant quidam in militari habitu, quidam in Canonicali, quidam in Monachali, & interrogauit de vnoquoq; ordine. Vidēs. a. in quadā parte 13. pauperes, in miserrimo habitu ad terrā sedentes sine mensa & linteaminib. paruo cibo & potu vtentes, q̄ fuit, qui erant. Cui Carolus, hæc est gens Dei meliorem esse statuit, vt in crastinum baptizaretur. Et vidit Carolum ad mensam sedentem, & inspexit ordines sedentium, inter quos erant quidam in militari habitu, quidam in Canonicali, quidam in Monachali, & interrogauit de vnoquoq; ordine. Vidēs. a. in quadā parte 13. pauperes, in miserrimo habitu ad terrā sedentes sine mensa & linteaminib. paruo cibo & potu vtentes, q̄ fuit, qui erant. Cui Carolus, hæc est gens Dei nūcii nostri, dñi Iesu, quos sub n. 13. Apostolorū quotidie pascim". Ad hæc Aygolandus, Male dño suo seruit, qui sic nuncios dñi sui recipit. Qui circa te resident, felices sunt, & feliciter comedunt & bibunt & induuntur, & nuncii Dei tui fame pereunt, & frigore, & longe à te turpiter sunt proiecti. Magnam verecundiam fecit Deo suo, qui famulis eius ita seruit. Legem tuam, quam dicebas esse bonam, nunc ostendisti falsam. Et accepta licentia, scandalizatus rediit ad suos, & baptizari renuens, mandauit ei bellum in crastinum. Tunc intelligens Carolus, quare noluerit baptizari, omnes pauperes, quos in exercitu inuenit, diligenter procurauit, & optime induit, & cibum & potum honorifice illis ex more præbuit. In crastina die tanta fuit cædes paganorum, occiso Aygolando, quod Christiani vsque ad bases in sanguine narabant. Quicunque. 2. fuerunt in vrbe Pampilonia inuenti, inter fecti sunt. Rex Sibiliæ & Rex Cordubæ cum paucis fugerunt.

Nota diligenter. 1

Aygolandus occiditur & innumeri pagani. 2

De Ferracuto Gigante, & qualiter Carolus Cordubam cepit.

CAP. XXII.

POST hæc nunciatum est Carolo, quod apud Nageram erat Gigas quidam, nomine Ferracutus, de genere Goliath, quem Admiraldus Babiloniæ miserat cum viginti milibus Turcorum ad Carolum debellandum. Hic lanceam aut sagittam non formidabat, virtutem quadraginta fortium possidebat. Mox Carolus Nageram abiit. Egressus Gigas ab vrbe petiit singulare certamen, & mittitur contra eum Ogerius Dacus, quem mox vt solum in campo aspexit, iuit suauiter iuxta illum. Et illico eum cum armis suis brachio dextro amplexatus portauit leniter, quasi ouem, cunctis videntibus, in opidum. Erat autem statura eius duodecim cubitorum, facies eius longa quasi vnius cubiti, nasus vnius palmæ, brachia & crura eius quatuor cubitorum, digiti trium palmarum. Post hæc missus est contra eum Rynaldus de *albaspma*, & portauit eum solo brachio in carcerem opidi. Post hæc duo simul mittuntur, Constantinus, Præfectus Romanus & Oellus Comes, & portauit eos in carcerem simul, vnum ad dexteram, alium ad leuam. Post hæc mittuntur bini aliꝫ viginti, & illos similiter misit in carcerem. Post hoc Carolus neminem ausus est mittere. Rolandus autem Princeps, filius sororis suæ Berthæ, Comes Cœnomanensis, vix impetrata à Rege licentia, quia adhuc iuuenis erat, iuit cōtra eum, quem gigas statim rapuit sola manu dextera, sicut priores, & misit eum ante se super equum suum. Cumque illum portaret versus opidum, Rolandus, collectis viribus, in Domino confisus arripuit eum per mentum, & euertit eum fortiter retro super equum, & ceciderunt ambo ad terram simul de equo, statimque ambo pariter eleuantur de terra, & ascendentes equos, mox Rolandus euaginata spata gigantem putans occidere, equum eius solo vno ictu per medium trucidauit. Cumque gigas stans pedes eleuasset, & spatam suam, vt eum percuteret, festinans Rolandus percussit eum in brachio, quo tenebat spatam, & nihil eum læsit, sed tamen spatam ei excussit. Tunc Ferracus amisso gladio putans eum percutere, pugno solo percussit equum eius in fronte, qui statim corruens, mortuus est. Dehinc ambo suis gladiis & pedites vsque ad nonam pugnis & lapidibus pugnauerunt. Die autem adueſperascente, impetrauit gigas à Rolando treugas vsque ad crastinum. Et dispofuerunt inter se, vt crastina die in bellum sine equis & lanceis conuenirent. Et sic reuersi sunt ad hospitia sua. Altera die summo diluculo redierunt. Ferracus tamen attulit gladium, sed nihil ei valuit, quia Rolandus secum quendam baculum retortum & longum attulit, cum quo tota die illum percussit, sed minime læsit. Percussit etiam eum magnis & rotundis lapidibus, qui in campo abundanter erant, vsque ad meridiem, & lædere non potuit. Tunc, impetratis treugis à Rolando, gigas somno prægrauatus dormire cœpit. Rolandus vero, vir alacer, & nobilis animo, tulit lapidem, & suppofuit capiti eius, vt melius dormiret. Ferracutus itaq; postquam somno refectus est, cuigilauit, & sedit iuxta eum Rolandus, & cœpit eum interrogare, quomodo tam fortis esset, q; gladium, vel baculum, vel lapidem, non formidaret. Ad quē ille, vulnerari non possum, nisi per vmbilicum, quo audito Rolandus tacuit Et, qu. non intellexisset, aurem auertit. Tunc cœpit eum gigas interrogare de lege Christiana. Et cum optime

Hæc de Ferracuto Gigante pro merito fabulis Lebee, qualia narrantur in Historiarum quibusdam annalibus de Roncisualle ibiltemque pugna pugnata, qua legat qui his delectatur.

Rolandus cum Ferracu to congreditur.

Rolandus eumum gigantem per medium secat.

optime per omnia respondisset, Rolande, ait gigas, tali pacto tecum pugnabo, qđ si vera est hæc fides, q̃ asseris, ego victus sim, & si falsa, tu victus. Et sit genti victi oppio brium iugiter, victoris a laus & honor in æternum. Fiat, inquit Rolãdus. Tunc vterq; paratur ad pugnã, & Rolandus illum aggreditur, gigas, a, ictum cum spata sua super Rolandũ vibrauit, sed Rolandus saltans ad læuã, excepit ictũ in baculo suo. Quo abscisso, irruit in eũ gigas, & arripiens eũ, leuiter inclinauit ad terram. Tunc Rolandus, inuocato in auxiliũ Christo Domino, Deo donante erexit se paululum, & reuoluit eũ subter se, & misit manũ suã ad mucronẽ eius, & punxit eum parum in vmbilico, & euasit ab eo. Tunc ille excelsa voce cœpit inuocare Machometh, dicẽs: Machometh, succurre mihi, Deus meus, quia iã morior. Ad hanc vocẽ occurrentes Saraceni rapiunt eum, portantes manib. versus opidũ. Rolãdus. aiã ad suos incolumis redierat. Tunc Christiani, vna cum Saracenis, qui Farracutum ferebant, ingenti impetu adgrediuntur vrbẽ. Sicq; peremptogigante, vrbs & castrum capitur, & pugnatores de castcere eripiuntur. Post hæc iuit Carolus Cordubã, vbi eũ ad pugnam expectabant Rex Sibiliæ, & Rex Cordubæ. Cumq; iubente Carolo, appropinquaret prima turba militũ nostrorũ contra primam paganorũ, venerunt ante singulos equos eorum, singuli pedites habentes laruas barbatas & cornutas, similes dæmonib. tenentes singuli singula tympana, q̃ manib. fortiter percutiebant. Quorũ sonitus mox vt equi nostri audierunt, & terribiles eorum similitudines viderunt, exterriti, fugere cœperunt, & retineri nullo valebant. Mane facto Carolus præcepit, vt omniũ equorũ capitalinteis & pannis velarentur, & aures obturarentur. Sicq; ,peedentes ad pugnam, occiderũt eos vsq; ad meridiem, sed non vsq; ad internecionem. Nam oẽs Saraceni coadunati erant circa * plaustrum, q̃ octo boues trahebant, super quod vexillum eorum leuatũ erat. Mosq; illis erat, quod nemo de bello fugiebat, quamdiu signũ erectum videret. Quod cum Carolus agnouisset, ingressus est in medias acies vsq; ad vexillum, q̃ spata sua abscidit, & mox illi fugerunt, quorum octo milia cæsi sunt. In crastino v. Altumaior redditCarolo vrbem Cordubam tali pacto, quod ille baptizaretur, & vrbem de illo in feudum teneret. Tunc Catolus diuisit terras Hispaniæ pugnatoribus suis, & totam sic Hispaniam & Galetiam subiecit Ecclesiæ S. Iacobi Apostoli.

Ponitur fidei conditio victoria.

Perimitur Farracutus gigas à Rolando.

Carrocium Itali vocant. Vide notas Francisci Sansovinj l. in lib. Hieronymi Magij de Tintinnabulis.

De proditione Gaualonis, & ruina nostrorum in Roncisualle. CAP. XXIV.

FRANT. a. tunc apud Cæsarem Augustum duo Reges Saraceni, Marsirius & Beligãdus frater eius, missi ab Ammiralo Babiloniæ de Persida ad Hispaniã, qui Caroli imperio subiacebant & ei seruiebant in charitate ficta. His mandauit Carolus, per Gaualonẽ, vt aut baptismum susciperent, aut tributum ei redderent. Qui miserunt ei 30. equos oneratos auro & argento, ceteriq; gazis Hispanicis, & 40. equos oneratos vino dulcissimo pugnatorib. ad potandum, & mille formosas Saracenas. Gaualoni. a. fraudulenter obtulerunt 20. equos oneratos auro & argento & palleis, vt pugnatores Caroli in manus eorũ traderet. Qui pecuniã accipiens firmauit cum eis pactũ ,ditionis. Maiores pugnatores vinũ solumodo acceperunt, & minores mulieres sustulerunt. Tunc consilio Gaualonis Carolus transiit portus Ciftoreos, & fecit vltimã custodiã de charissimis suis Principib. Rolando & Oliuerio cũ maiorib. pugnatorib. in Roncisualle cũ 20. milib. aliorũ Christianorũ manentib. Tunc Marsirius & Beligandus, cũ 40. milib. Saracenorũ, sumo mane exierunt de nemorib. & collib. vbi cõsilio Gaualonis per duos dies latitauerant, & fecerunt duas turmas, vnam viginti milium, & alterã triginta milium. Porro turma viginti milium cœpit primo percutere nostros, qui conuersi percusserunt eos, vt nec vnus de viginti milib. euaderet. Statim vero illos fatigatos inuasserunt alia triginta milia, & percusserunt nostros, à maiore vsq; ad minorem. Quod ideo eis contigit, quia præcedentib. nõctib. vino Saracenico ebrii, plures eorum cum mulierib. paganis fornicati fuerant. Ibi ergo omnes pugnatores interfecti sunt, exceptis Rolando, Baldewino & Theodorico. Turpinus aũt & Gaualo cum Rege erant. Peracto ergo bello cum Rolandus rediret, inuenit quendã Saracenum atrum in nemore latentẽ, quẽ ligauit fortiter ad arborem, & ascendit in montem quendam, vt exploraret illos, & vidit, quia multi erant, & redit ad viã Roncisuallis. Et insonuit tuba eburnea, ad cuius vocem redierunt ad eum ex Christianis circiter centum, & rediit ad Saracenum, quẽ ligauerant, quem eum soluisset, extracto gladio minatus est ei mortẽ, nisi ostenderet ei Marsyrium. Hunc ergo duxit secũ vsq; ad magma paganorum, qui ostẽdit ei à longe Marsyrium cũ equo rufo, & clypeo rotundo. Tunc Rolandus, illo demisso, resumptis viribus, animatus ad bellum Dei, irruit super eos. Et vidit ibi quendam inter alios statura maiorem, quem vno ictu occidit. Quod Saraceni videntes, ilico fugerunt, demittentes Marsyrium in campo cum paucis. Quem fugientẽ Rolandus insecutus prostrauit, & ibi centũ socii Rolandi interfecti sunt, Rolandus vero grauiter percussus euadit.

Gaualo proditor pactum cum Saracenis iniit.

Caduntur Christiani.

Beligan-

Beligandus autem frater Marsyrij, cum suis recessit ab illis regionibus. Theodoricus autem & Baldewinus inter nemora latitabant. Carolus autem cum suis exercitibus iam montem transierat, & quid factum fuerat, ignorabat. Rolandus valde festus, & de nece sociorum valde dolens, venit vsque ad pedem portuum Ciseræ, & ibi sub arbore quadam iuxta lapidem marmoreum, qui ibi erectus erat super Roncioualle m in prato optimo, equo desiluit. Habebat autem adhuc spatam suam pulcherrimam, opere incomparabilis, acumine & nimia claritate resplendentem, capuloeburneo & candido, cruce aurea, pomo beryllino ornatam, nomine Dei & & inscultptam, hanc cum cuaginasset, volens eam frangere, percussit trino ictu lapidem, sed lapide à summo vsque deorsum diuiso sanam eam eduxit. Deinde tuba sua tam fortiter insonuit, quod flatu omnis eius tuba per medium scissa, & venæ colli eius & nerui rupti fuisse feruntur. Cuius vox vsque ad aures Caroli angelico ductu peruenit per octo miliaria distantiæ à Rolando. Illico Gaualo Regem volentem redire dissuasit, dicens eum buccinare causa venandi. Cum ergo Rolandus super herbam prati iaceret, superuenit ei Baldewinus frater eius. Cui ille innuit, vt aquam ei præberet, quia valde sitiebat. Quam cum ille quæreret, & non inueniret, videns eum mori proximum, ascendit equum eius, & iuit post Carolum. Mox aduenit Theodoricus, quia valde super eum lugens, innuit ei, vt confessione se muniret. Acceperat autem eadem die Rolandus Eucharistiam, & delictorum suorum confessionem fecerat, antequam ad bellum ierat, quia iste mos erat semper pugnaturis. Rolandus autem inter cetera verba dulcissimæ suæ confessionis tenuit pellem & carnem suam circa mammillas & cor, dicebat ter: *Et in carne mea videbo Deum saluatorem meum.* Et mittens manus suas super oculos suos, similiter tribus vicibus ait, *Et oculi isti conspecturi sunt*, sicque tradidit spiritum, dicens, iam, Christo donante, intueor, *quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit, quod præparauit Deus diligentibus se.* Et orationem fudit pro omnibus, qui mortui erant in bello. Obiit q; XVII. Calendas Iulii. Baldewinus vero, frater Rolandi, veniens ad Carolum, narrat ei omnia, & qualiter Rolandum reliquerat. Mox omnibus exclamantibus, & retro redeuntibus, prior Carolus Rolandum exanimatum inuenit iacentem, euersum, brachiis super pectus in modum crucis positis, & super eum ruens, irriguit clamore magno. Et ibi illa nocte tentoria sua fixit, & corpus eius myrrha & balsamo condiuit, & exequias magnas precibus & luminaribus & ignibus per nemora accensis tota illa nocte peregerunt. In crastino, summo diluculo, perrexerunt ad alios fratres occisos, & inuentus est Oliuerius iacens euersus, in effigie crucis extensus, quatuor palis in terra fixis, à collo vsq; ad vngues pedum & manuum cultellis acutissimis excoriatus, iaculis & sagittis, lanceis & spatis perforatus, & magnis ictibus baculorum attritus. Tunc flentibus omnibus iuravit Rex per Regem omnipotentem, quod non cessaret currere post paganos, quousq; illos inueniret. Eo ergo eos persequente, mox sol stetit immobilis, & prolongatus est dies ille spacium trium dierum, & inuenit eos iuxta flumen Ebra, iuxta Cæsaraugustam, comedentes, bibentes & gaudentes, irruensq; super eos, interfecit quatuor milia eorum, & rediit ad Ronciouallem. Tunc Rex percipiens proditionē Gaualonis, iussit eū quatuor equis ferocissimis alligari, & super eos sedere quatuor sessores agitantes contra quatuor plagas cæli, & sic discerptus est. Beatum ergo Rolandum Carolus vehi fecit ad Ecclesiam Sancti Romani, quam ipse olim ædificauerat, & sepeliuit eum ibi, mucronemq; ipsius ad caput & tubam eburneam ad pedes ad honorem Christi, & probitatis eius, suspendit. Et post ea sepulti sunt sancti Martyres Oliuerius, Gondeboldus Rex Frisiæ, Otgerus Rex Daciæ & Aristagius Rex Britanniæ, Garenus Dux Lotharingiæ & alii multi. Apud Burdegalam sepulti sunt Martyres christi, Gayferus Rex Burdegalensis, Enghermus Dux Aquitaniæ, proauus Theodorici primi Comitis Hollandiæ, Lambertus Princeps Bituricensis, cum aliis quinque milibus. Apud Arelatem sepulti sunt Esculius Comes Lingonensis, Samson Dux Burgundionum, Naaman Dux Bauariæ cum ceteris multis. Reliqui vero in diuersis sacris locis sunt maximis honoribus sepulti. Constantinus autem Præfectus Romanorum delatus est Romam per mare cum multis aliis Romanis. Post hoc Carolus Rex & Imperator, veniens Parisios, congregauit consilium apud Sanctum Dionysium, vt ibi ageret gratias Deo & S. Dionysio de subiugata gente pagana, & omnē Franciam dedit eidem Ecclesiæ in prædio, vt omnes Reges Franciæ & Episcopi præsentes & futuri pastori illius Ecclesiæ subiecti essent & obedientes in Christo. Quibus peractis, idem Carolus Rex perrexit Aquisgranum.

Gladius Rolandi qualis fuerit.

Vltima verba Rolandi moriētis.

Sol stetit immobilis spatio trium dierum.

De beato

De beato Ritfrido Præsule Traiectensi septimo.

CAP. XXV.

POst felicem mortem B. Harmaliari electus & consecratus est Ritfridus, Episcopus Traiectensis VII. vir literatus, & magnæ sanctitatis. Hic Ritfridus, natione Friso, vir magnificus & excellens Clericus impetrauit à Carolo Magno multa priuilegia, & omnes decimas de maneipiis & terris suæ diœcesis, nec non theoloneum de quocunque negocio, vnde fiscus Regalis in ditione Traiectensi theoloniũ accipere & exigere per antea consueuit, nec non Doreſtadum, magnam ciuitatem, cum mansionibus eius perpetuo possidendam. Etiam idem Imperator inter cætera donata legauit Ecclesiæ S. Saluatoris calices aureos & argenteos cum patenulis & offertoriis, & sceptrum regale eburneum, valde mirificum, tabulam lapideam, quam qui percutit, magnum sonum reddit, quam Aaron Rex Persarum miserat sibi.

Multa priuilegia impetrat B. Ritfridus à Carolo Magno.

De obitu Caroli Magni, & Ludouvico pio filio eius.

CAP. XXVI.

ANno Domini 814. Carolus Magnus obiit Aquisgrani, anno ætatis suæ septuagesimo primo, Regni sui similiter cum Imperio quadragesimo septimo, & sepelitur in eadem ciuitate maximis honoribus, vt decuit. Ab ipso tempore, quo ab Hispania recessit, vsque ad diem mortis suæ, assiduæ ægrotauit, qui pro magnitudine operũ quæ operatus est, vocatus est Magnus. Obiit vero v. Cal. Febr. Habuit præterea tres filios, videlicet Carolũ, Pipinũ & Ludouvicũ, & tres filias, videlicet, Gertrudẽ, Begã & Gillam. Habuit etiam alias duas filias de Fastrada, sua vxore. Hic eo viuente futura præuidens, ne aliqua discordia inter filios suos post discessum suum oriretur, dimisit pacifice ipsis longe ante mortem suam, principatus suos. Igitur Ludouvico primogenito dedit Imperium Romanorum, Regnum Aquitaniæ & totam Burgondiam. Pipino cessit tota Italia, Bauaria, & pars Almaniæ. Carolo cessit Almania, Saxonia, Frisia, Hollandia, & fere tota Gallia vsque ad mare occidentale. Præcepitq; eis seruare inuicem firmam pacem, fraternalem concordiam, & vitare bellum inter Christianos. Sed Pipino mortuo cum fratre suo Carolo ante patris obitum, pater regna Caroli filii sui Imperio incorporat cum tota Almania. Et Bernardum filium Pipini in Italia regnare permittit. Ludouvicus ergo solus super alia regna imperat & regnat. Hic dictus est Ludouvicus Pius, quia fuit vir clementissimæ naturæ. Bernardus Rex Italiæ, filius Pipini, iam dictæ conspirationis factæ contra Ludouvicum pium patrum suum accusatur, ac reus maiestatis adiudicatus, primo quidem regno & oculis, dehinc etiam vita priuatur. Hic quidem Ludouvicus Imperator habuit in vxorem Imperatricem Emgardam, ex qua genuit tres filios, videlicet Lotharium, Pipinum, & Ludouvicum. Qua defuncta duxit in vxorem Iudith filiam † Welpi Ducis Bauariæ, propriam consanguineam & cognatam. Ex ea idem Imperator genuit Carolum Caluum, virum egregium, qui postmodum adeptus est regnum & imperium, à quo primus Comes Hollandiæ feudali iure principatum accepit, sicut patebit in sexto libro huius operis.

Ann. 814. migrauit Carolus Magnus Aquisgrani.

Carolus Magnus dimisit filiis suis omnia regna ante mortem suam.

Ludouicus Pius dictus.

Bernardus primò regno & oculis, deinceps vita priuatur. Alii scribunt rei capitalis damnatum, sed mutata sententia, oculis orbatus. Moritur XV Kal. Maii. an. 818. Beta habet † Welphianis. Forma confirmationis priuilegiorũ Ecclesiæ Vltraiectensis sub Ludouico Pio.

De donatione facta Ecclesiæ Traiectensi à Ludouvico pio, & de obitu B. Ritfridi Episcopi.

CAP. XXVII.

HVius igitur Ludouvici pii temporibus B. Ritfridus, Anristes Traiectensis, procurauit confirmationem de decimis & theoloneis ab eodem Imperatore sub hac forma: *in nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, Ludouicus, diuina ordinante prouidentia, Imperator Augustus. Imperialem celsitudinem decet prædecessorum suorum pia facta non solum inuiolabiliter obseruare, sed & confirmare auctoritate confirmare. Vnde nouerit industria seu sagacitas omnium fidelium nostrorum, tam præsentium, quam & futurorum, quia Ritfridus venerabilis vir, vetteris Ecclesiæ Traiectensis Episcopus, quæ est constructa in honore S. Martini vel cæterorum sanctorũ detulit mansuetudini nostræ quasdam auctoritates constitutionis, qualiter Dominus & genitor noster, Carolus bonæ memoriæ, piissimus Imperator Augustus, & auus noster Pipinus, & antecessores eorum, ad ipsam Ecclesiam concessissent omnem decimam de mancipiis, terris & de theoloneis, vel de negocio, vel de omni re, vndecunque ad partem regiam fiscus theoloneum accipere aut exigere videbatur, & vt homines eiusdem Ecclesiæ sub Mondeburdo & tuitione ipsius Ecclesiæ existerent, nec non & in ripis in Doreſtado, vt nec bannum, nec feudũ aut eiectum, quod ab ipsis gestor vocatur, contingere vel exactionare præsumeret. Et quisquis ex negociatoribus in eorum ripas tutare voluissent, nullã contentionem ex hoc ei fecissent, nec mansiones in eorum domibus sine permissu eorum accipere auderet, nec eorum res, dum vixerint, auferre, aut post mortem eorum contingere, nec vllo modo eis in aliqua re calumniam generare quis præsumeret, qui in illa decima parte, vel sub Mondeburdo Ecclesiæ S. Martini consistũs, videl. vt sicut illi de illic nouem partibus aliquid accipere vel vsurpare, nec velint, nec possint, stant procuratores reipub. de eadẽ decima parte accipere aut vsurpare ad fiscũ non præsumant, qualiter Præsul ipsius Ecclesiæ cum omni clero secure atq; quiete residens, liberius atque quietius eidem clero*

Multa priuilegia impetrat B. Ritfridus à Carolo Magno.

Forma confirmationis priuilegiorũ Ecclesiæ Vltraiectensis sub Ludouico Pio.

& populo sibi subiecto alimoniam ministrare; & luminaria in eadem sede continuare, atque gentiles qui ad Christianitatem conuertuntur, alere & docere posset. Ob firmitatem tamen huius rei postulauit à nobis prædictus Episcopus, vt paternum seu prædecessorum nostrorum Regũ morem sequentes huiusmodi nostræ auctoritatis præceptum ob amorem Dei & reuerentiam S. Martini circa ipsam Ecclesiam fieri censeremus. Cuius petitioni libenti animo aurem accommodare placuit, & per hanc nostram authoritatem refirmare, vt omnes decimas, tam de mancipiis, quam de tetrũ, aut de thelonio, aut de negocio, vel undecunque ad partem regiam vis fisci censum exigere debet, vel de omnibus, quæ supra scripta sunt, præfata Ecclesia libero in perpetuum iure possideat, & ne quis contingere, aut iniustam interpellationem facere præsumat. Sed sicut à Domino Imperatore, & auo nostro, & antecessoribus Regibus & à nobis per hanc authoritatem constitutum est, atque confirmatum, ita omni tempore inuiolabiliter conseruetur atque custodiatur, qustenus Episcopos seruos Dei, qui ibidem consistunt cum eorum Pontifice, & illos, quos à gentili ritu ad Christi veram reuerterunt fidem, pro nobis coniuge, proleque nostra, & omni populo Christiano iugiter misericordiam Dei exorare delectetur. Et vt hæc auctoritas melius ab omnibus credatur, & diligentius conseruetur, manu propria subscripsimus, & annuli nostri impressione signari fecimus. Signum Ludouvici serenissimi Imperatoris. Data quintodecimo Calendas Aprilis, Anno 2. (Christo propitio) imperii Domini Ludouvici, piissimi Augusti, Indictione octaua. Actum Aquisgrani, palatio regio, in Dei nomine feliciter, Amen. Helizachar recognouit.

Mortes B. Ritfridi, & sepultura in S. Saluatore.

Porrò cum prædictus beatus Ritfridus Pontifex Ecclesiam Traiectensem aliquot annis in omni sanctitate gubernasset, tandem plenus dierum, febre paulatim fatigatus, terræ reddidit terrenum, Dominoque angelicis choris stipatum reddidit spiritum. Obiit autem tertio nonas Octobris, & sepultus est in Ecclesia S. Saluatoris.

LIBER V.

CONTINET HISTORIAS ET TEMPORA QVATVOR B. Episcoporum Traiectensium, videlicet, Friderici, Alfrici, Lutgheri atque Hungheri, gestaque Sanctorum eorum contemporaneorum, & filiorum Ludouvici Imperatoris, vsque ad deuastationem totius Traiectensis Diœcesis per Danos cum aliquibus incidentibus illius temporis. Et habet Capita XXXVI.

De bona indole S. Fredericii octaui Episcopi.

CAP. I.

Vide lib. præcedenti c. 24.

EPISCOPI igitur beati Ritfridi temporibus natus fuit in Orientali Frisia, in villa Sexbilerim super Adelen castellum quidam iuuenis, nomine Fridericus, nobilis, ex genere Frisonum, sed nobilior erat virtute & sanctitate. Nobilis genere, quia mater eius dicebatur Ronovvella, filia Ratbodi quondam Regis Frisonum, & soror Aldigilli Regis Frisiæ. Hic Aldigillus Rex genuerat sanctum martyrem Gondelboldum, Regem Frisiæ, in Roncioualle, tempore Caroli Magni pro fide occisum, & Ratbodum dominum inferioris Frisiæ. Sed idem iuuenis Fridericus nobilior erat sanctitate, quia in prima ætate sua magis angelicam, quam terrenam ducebat vitam. Ad Ecclesiam Dei currebat, & quicquid ibi legebatur vel cãtabatur, intẽte audiebat. Domumque rediens matri suæ verba, quæ intelligebat, referebat. Ob hoc pia mater eius læta facta, contra voluntatem patris eum quibusdam commisit spiritualibus patribus, lætando eos muneribus frequentans, & precibus rogauit, vt eum sanctam docerent semitam, malamque vitare consuetudinem. Interea cœlitus visum est piæ matri, vt puerum inde tolleret, & vt beato Ritfrido Episcopo Traiectensi commendaret. Quæ mox ingenti repleta est gaudio, quia per diuinam clementiam puerum sciebat regi à patribus prædictis. Cum vero simul eum vsque Traiectum perduxisset, Pontifici iam dicto commendauit. Præsul autem almifluus, spiritu præuidens, quod idem iuuenis in Pontificali regimine sibi post mortem deberet succedere, quasi filium & hæredem liberalibus Philosophiæ & ecclesiasticis imbuit doctrinis. Ipse vero Fredericus conuersabatur in melius, & super gradus sanctarum ascendebat virtutum, cunctisque totius sanctitatis extitit exemplum. Postquam autem vir glorioſus, per ordinum gradus ascendens, factus est diaconus, qualiter in Dei seruitio die noctuque desudauerit, nullius orationis lingua versatilis valeret exprimere dictis. Idcirco Ritfridus, beatus Pontifex, dum talibus eum videret fulgere virtutibus, nimio repletus gaudio, quod talem

Ita etiam Io. de Beka. S. Fredericum à B. Ritfrido Epise. Vltrai. ectensi instructum.

mercere-

metereturhabere succeſſorem, ipſum licet inuitum preſbyterum ordinauit. Nomen autem eius diuina prouidentia per vniuerſam terram in tantum ſubito factum eſt celebre, vt etiam regales verberaret aures, & à cunctis vir honoraretur, veluti Apoſtolicus.

De electione & conſecratione beati Frederici.

CAP. II.

BEATO interim Ritfrido Antiſtite honorifice ſepulto, clerus & populus ſanctiSpiritus inſpiratus ſuggeſtione, dixit ſe non alium eligere Epiſcopum, quam Frederi-
cum, hominem videlicet honorandum. Interim Ludovvicus pius, Imperator Auguſtus, in vna ciuitatum iuxta Rhenum veniens, Iudith coniugem ſuam ſecum adduxit conſecrandam in Imperatricem, ne excommunicaretur ab ipſis, & in partibus Galliæ non audebat eam tenere, quod eius neptis eſſet, & eam nollet dimittere. Qui inſuper, comperto beati Ritfridi Antiſtitis obitu, per ſuos mandauerat legaros ſenioribus ſanctę Traiectenſis Eccleſiæ, vt ſanctum Fredericum ſibi vellent Epiſcopum acclamare, & cum ſummo honore ad eius ducere palatium. Statim vt hoc vir Dei cognouit, ſe tanto honore indignum eſſe fortiter aſſeruit, populo autem eius clamante, neminem illo poſſe inuenire digniorem, quem vellent habere rectorem, vir Dei ingemens coram cunctis lachrymatus eſt, præſulatum ſuſcipere renuens. Tandem miſſi ſunt à Ludovvico potentes viri, qui nunciauerunt illi, ſi vellet habere eius gratiam, vt ad eum, quam citius poſſet, cum maioribus venire deberet. At ille ſine mora conſurgens, non eſt, inquit, contradicendum Regis noſtri imperio, ſed ad obſequium, ad quod iuſſerit, nobis eſt faciendum. Hæc autem loquens æſtimabat apud Imperatorem excuſare, ſe præſulatu dignum non eſſe, & ſic Rhenum tranſiens ad Regis venit præſentiam. Quę Imperator Ludovvicus honorifice ſuſcipiens, populo acclamante, & Regis imperio nimirum vrgente, ipſoque Frederico quam plurimum renitente, multaſque excuſationes, quas prolixum eſſet enarrare, proferente, per alios Pontifices ibidem præſentes ordinari fecit octauum Epiſcopum Traiectenſem, mirum in modum exiſtens frequens circa miniſterium. Clerus autem & populus de conſecratione illius multum lętificatus, quot laudes, quot gratiarum actiones Domino reddiderint, longum eſt enarrare per ſingula. Frederico autem præſulatu, vt dictum eſt, ſuſcepto, more ſolito vacabat in diuino eloquio, nec parui pendebat hoc in animo, quod ſibi commiſſum fuerat in Epiſcopatu. Peracta denique benedictione ſolenni, Cæſar imperat feſtiuam celebrari curiam, cunctiſque diſcumbentibus magnam ferculorum oſtendit opulentiam.

Epiſcopatum ſuſcipere renuit.

Fredericus ordinatur in octauum Epiſcopum Traiectenſem.

De admonitione facta Ludovvico Imperatori per S. Fredericum Præſulem.

CAP. III.

SEquenti igitur die Imperator Ludovvicus ſecum voluens in animo, propter illicitũ connubium à S. Frederico ſe forte maledici poſſe in futuro, ipſum accerſiri iuſſit, & talibus placando alloquitur dictis, Elegit te, chariſſime, Dominus ſibi in ſacerdotem magnum, quia ad opus hoc te forte cognouit idoneum. Eſt inſula Walachria nominata tibi, vt arbitror, ſatis nota, in qua, prò dolor, ad aures meas nuper peruenit, qualiter vnuſquiſque neptem, aut quod peius eſt, ſororem, vel ipſam in matrimonium ducit genitricem. Ipſam vero inſulam, ſicut notum eſt omnibus, ſancti tui excoluerunt anteceſſores, & quod ipſis remanſit inculum, ſine dubio tibi reliquerunt excolendum. Quapropter te per Deum viuum & verum adiuro, vt ſi quis nobilis, aut ignobilis, dominus, ſeruus, diues vel inops, à religione errauerit Chriſtiana, & ſi talibus, ſicut ſupra dictum eſt, ſe polluerit criminibus, cum primum ad tuum peruenerit auditum, corrigas illum. Et ſi correctus de praua ſua via non fuerit reuerſus, & te, vel Eccleſiam, non audierit, excommunicatione omnium fidelium in Deum credentium, auctoritate tibi tradita, ſepares & condamnes, & ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, donec ad Dominum noſtrum, qui ſemper eſt paratus ad miſerendum, vera pœnitentia ductus, fuerit reuerſus. Quo dicto Præſul glorioſus ingemuit, & Imperatori reſpondit dicens: Magno quidem, domine, ligaſti me iuramento, ſed ſi ſalua gratia tua hoc faciam, mihi dicito. Cui Rex, quaſi iam ſecurus, dixit, non ſolum ſalua gratia mea hæc facies, ſed ĕt ſi volueris, adiutorem me in omnibus habebis. At ille repletus Spiritu S. Regi inclinauit, & dixit, dic mihi, quæſo, Imperator, an rectius ſit ad caput vel ad caudam manducando incipere piſcem. Aut primum in altum ducere murum, & poſtea collocare fundamentũ. Rex aũt, vt hoc audiuit, quid ſibi vellet talis interrogatio, ſecum admirans, ait, Piſcis, vt opinor, verum eſt, ad caput manducando incipitur, & ſic vſq; ad caudam conſumitur, fundamentũ primo collocatur, & deinde murus in altũ erigitur, quia ſine

Eadem fere ſcribit de Beka. Walachria inſula, hodie Walcheren & Zelandia dicta.

Pulchra interrogatio S. Frederici ad Imperatorem.

fundamento opus minime ſtabilitur. Bene, inquit S. Fredericus, iudicaſti. Propterea te quem Deus caput & fundamentum S. ſuæ Eccleſiæ præfecit, vt bonum cunctis exiſtens exemplum aggrediar, vt demptis in capite vitiis, à fundamento firmiter collocato per corpus ad caudam pro poſſe meo Dei auxilio perueniam, & murum in altum erigam. Itaque, qui putas ſtare, ſi alte aſcendis, caue, ne grauius cadas. Habes tibi in coniugio tuo iunctam Iudith, neptem tuam, Welpy Bauarorum Ducis videlicet filiam, quam ſi non dimiſeris, & pro commiſſis dignam Deo pœnitentiam non egeris, maximum excidium regni tui tibi prædico eſſe futurum. Et hunc ſermonem Dominicum in te veraciter eſſe complendum, *Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnũ*. Hæc ſi tuis temporibus non fuerint impleta, iſta pro certo poteris, Deo propitio, ſine crimine frui femina. Cæterum, ſi completa fuerint, ſcito, q̃ nuptiæ tuæ in conſpectu ipſius gratæ nõ fuerint. Poſtq̃ hæc, & multa alia ædificationis verba S. Præſul edidiſſet, Imperator erubuit, & ad tempus pœnitentia ductus lachrymatus eſt, dimiſſiſq; in terrã luminib⁹ ſuſpirans, ait, peccaui, & à veritatis via erraui, vere reũ me reddo, veſtroq; ſubiectus iudicio libenter me de cõmiſſis emendabo. Cui è cõtrario S. dixit Epiſcop⁹, Quod ſi ex toto corde feceris, à Deo recipieris, *Quia*, vt ait bas, *multũ eſt miſericors ad miſerendũ*, & erit tibi in patrẽ, & tu ei in filiũ, ſi ſaltem retro non receſſerit cor tuũ ab illo.

Imperator monitus pro peccato ſuo pœnitet.

De introniſatione eiuſdem ſancti Pontificis.

CAP. IV.

HIS & aliis tandem finitis ſermonibus cum cæteris Pontificibus B. Frederici Antiſtitẽ Imperator Ludovvicus vocauit ad prandium, & deinde ſalutatum cũ ſummo honore direxit Traiectum. Dum aũt peruenisſet ad Rhenum, clerus, qui permanſerat, & populus, vulguſq; promiſcui ſexus ex illa regione in vnum congregati illi obuiauerunt protinus Deo pro paſtore optato gratias agentes innumerabiles cum condignis laudibus cum ad vrbem Traiectenſem duxerunt, & infra templum beatæ virginis ac S. Dei genitricis Mariæ introniſatus eſt, vbi præcipuam in orationibus, eleemoſynis & iciuniis curam egit, ac annoſas templi ſiue caſtri ruinas prouidiſſime reparauit. Manſit autem in eadem ciuitate tempore non modico docens & pacem faciens in populo. Et quicquid in pago illo vetuſti erroris colebatur, diuino extirpauit & peremit eloquio. Non exaltabat ſe de dignatione Præſulatus, ſed iuxta ſermonem diuinum quanto fuit maior, tanto plus ſe in omnibus humiliabat. Erat etiam operibus miſericordiæ affluenter intentus.

De prædicatione eiuſdem in VValachria.

CAP. V.

TAndem reſtauratis his, quæ ad ipſum pertinebant, ſalutatis fratribus, nauem conſcendit, & vento proſpero ad Zelandiam in inſula Walachriæ applicuit, quẽ dum incolæ viderunt adeſſe, quidam, quibus ſana mens fuit, cum cum honore ſuſceperũt. Sed plurimi ſuprædictis polluti criminibus, aduerſus eum iam arma parabant velut ad prælium, dicentes, ſe velle eum perimere, ſi ipſis faceret aliquid incommodi. S. vero Fredericus his minis minime territus, opus pro quo venerat, exercuit intrepidus, & 40 inuiſa coniugia exterminanda eſſe fortiſſime prædicauit. Ipſe aũt cum clericis in S. remanſit Eccleſia, gemitibus inenarrabilibus deprecans Dominum, vt aperiret corda illorum, & daret eis ſenſum agendi pœnitentiam, ac in bono opere perinanendi conſtantiam. Tunc oratio eius aliquantulum exaudita eſt. Nam die ſequenti ex villis per gyrum ſit ad eum populi concurſus maximus, quærens ex corde veniam, & promittẽs digne agere de omnibus peccatis commiſſis pœnitentiam. Quidam nihilominus obſtinati cordis, arma apprehendentes minabantur eidem inferre contumeliam. Et cum aliqui deuote de commiſſis pœnitentiam ſuſcepiſſent, beatiſſimus Antiſtes Fredericus, cunctis bene diſpoſitis, Traiectum eſt reuerſus. Cum ergo idem glorioſus Pontifex abceſſiſſet, barbaræ gentes prædictam inuaſerunt inſulam in multitudine 50 graui, vt depopularentur eam, & Eggardum Comitem Walachriæ cum multitudine maxima perimentes, multaſque feminas cum paruulis abinde captiuas cum ſpoliis diuerſis ſupellectilibus aſportauerunt.

Fredericus Epiſcopus venit in Zelandiam.

Reuertitur Traiectum. Eggardus Comes VValachriæ occiditur à barbaris.

De bona indole B. Odulphi, & aduentu eius in Traiectum.

CAP. VI.

TEmporibus autẽ prædicti Auguſti erat quidam vir venerabilis ex nobili Francorũ proſapia oriundus, nomine Bodgis, de quo, prædeſtinante Deo, in Brabãria, pceratus filius, nomine Odulphus, qui mox cũ ſacratiſſima baptiſmatis vnda renaſci, cœleſti rore diuinitus irrigatur. Ablactatus aũt ſacræ eruditionis addic̃ ſtudiis, & ſanctis ac

Deo

Deo deuotis hominibus canonica religione commendatur eruciendus. Cui Deus tale discendi studium tantæque solertiæ contulit ingenium, vt ætuo maiores mirum in modum in discendo præcelleret, suamque ætatem, adhuc annis immaturam, diuino dogmate non segniter decoraret. Creuit autem ætate, sapientia nihilominus & sanctitate in tantum, vt his, qui tunc temporis religiose Deo seruire conarentur, nouus Samuel exoriri videretur. Illi vero coram religiosorum virorum præsentia cælitus tãta conceditur gratia, vt equanimiter ab eis omnibus diligeretur, probabilisq; vitę summa veneratione coleretur, quos & ipse cõdigno vicissitudinis puræq; dilectionis dilexit amore. Quid in tantis morabor? omni virtute proficiens per gradus Ecclesiastici ordinis ascendit, vt iuxta diuinam (vt credendum est) prædestinationem, ad sacerdotalis officii peruenit benedictionem, atque cooperante gratia S. S. sacerdos effectus est Regis altissimi. Quo rite peracto sibi statim delegauit in animo, quod propter piæ conuersationis studium ad quoddam religionis tendere properaret monasterium. Quem sui parentes rogauere non ita velle agere, sed vt voluntati eorum assentiret, atque Ecclesiam, quæ nuncupatur Oresoot prope Mechliniam, cum populo regeret. Nam illic natus extitit, & nutritus. Quorum precibus euictus, votis eorum pro tempore paruit, licet inuitus. Sed non multo post visum est ei adire ciuitatem Traiectensem inferiorem, vt inibi, quam diu in hac luce viueret, cum Dei famulis ibidem sub castris Christi degentibus Christo Regi militaret. Quid plura? Vir Deo plenus iuxta veridicam vocem in Euangelio dicentem, *qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest esse meus discipulus*: sic iste patrem, matrem, propinquos, familiam, omnem possessionem reliquit pro Christo in præsenti, vt vitam æternam possideret in futuro. Veniens igitur Traiectum, sanctus Fredericus Antistes eum cum magno susceptit gaudio & honore condigno, omnesque secum vnanimiter serui Dei, qui inibi erant congregati, Domino congratulabantur, tam sanctum, tamque religiosum eis aduenisse Dei famulum.

S. Odulphi studium.

S. Odulphus regit populũ in Oresthot.

Profectitur Vtraiectum.

Onulphus Traiectum venit.

De Hariolde Rege Danorum baptizato, & prædicatione S. Frederici cum beato Onulpho in Frisia.

CAP. VII.

ANNO Domini octingentesimo vicesimo quinto postquam Harioldus, Rex Daciæ, successor S. Otgheri martyris, in Roncioualle occisi, contra fidem Christianam reluctasset, venit Maguntiam. Vbi dum esset, baptizatur cum vxore & filiis, & sua parte Danorum, postquam magnam cladem Christianis intulerat, & ab Imperatore Ludovvico muneribus & parte Frisiæ in beneficium sibi data honoratur. Hic tamen postea à Frisonibus in bello victus fuit. Frisiam autem sanctus Episcopus Fredericus, perlustrata vbique sua diœcesi, tandem peruenit, vbi tunc de sancta Trinitate percepit Arrianam inolere perfidiã, quã cum magno labore apud aliquos studuit extinguere. Aliqui etiam, vtpote Frisones feroces, deuenerant ad tantam erroris dementiam, quod idem Præsul sanctus, neque per semetipsum, neque per suos coadiutores Archidiaconos ad viam veritatis posset reuocare. Quare literas tum cum legato fideli Traiectum direxit, vt in Alcmaria beatus Odulphus ad se peruenire. Qua legatione vir Dei lætus in tantum efficitur, quasi iam ad cœleste conuiuium inuitaretur, cupiens cum proprio pastore sub eodem agone, si ita res se haberet, palmam martyrii subire. Cum vir Deo plenus peruenisset ad Præsulem, ex tunc prædicatione sua similiter cum Episcopo beato, & cooperatoribus eiusdem tam diu Euangelicis eruditionibus insistebat, donec homines, qui erant, vt lupi feroces, salutari dogmate in mansuetas conuerterentur oues. Quibus laudabiliter peractis, sedem sanctus Præsul Fredericus beato Odulpho prædicto sancti Saluatoris Canonico Staurien sem Ecclesiam gubernandam commisit, & ex tunc omnibus bene peractis Traiectum sæpedictus Antistes transfretauit.

An. 825.

Arriana perfidia in Frisia.

Frisones ex lupo conuertun tur in oues, h. e. fiunt mãsuet. & Dei verbum audiunt.

S. Odulphus Staurien sis ec clesia pastor. Ita & beha.

De donatione Gervvardi de Heese.

CAP. IIX.

ANNO Domini octingentesimo vicesimo octauo, Imperii Ludovvici Pii quintodecimo, Gervvardus de Heese fecit Ecclesiæ Traiectensi donationem sub hac forma: *Dum vnusquique præsens seculum inhabitat, necessitate nimia cogitur, vt semen suum Dei solo iudicio præuidere & præoccupare bonis operibus studeat, ne eum inopinata & improuisa mors inueniat. Idcirco ego Gervvardus, filius Landvverdi, trado ad Ecclesiam sancti Martini, in Traiecto veteri constitutam, quicquid mihi hæreditatis iure accessit in villa Langara, & in Hellenvvich, & in Alladna, & in VVasterwelde, & in Theoden, & in Hesin, & in Afnon, cum omnibus adiacentiis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, nec non & mancipia, quorum hæc sunt vocabula: Segnivverd & eius vxor, VVerenhild Albmard & mater eius, Sigwin, Visbald & Adagrim, Grymbald & vxor*

An. 828 Forma donationis.

eius, Adalvvy Gerolf & vxor eius Solevvic Arnolf, & vxor eius, Adelgard Saxan, & vxor eius, Arduhi VVermbold & mater eius, Gerid Alegbrath, & vxor eius, Megnifrid VVerdbald & vxor eius, Garvvi Gelgod & Marmi, Gaicni & Radim, Vlsim & vxor eius, Lunitvvart Odilgeert & filius eius, Hereman Aldric & filius eius, Landric Cele & Marcrad, Hungain & vxor eius, Lindnuch Almch, & Selo, Egbald & Cadhik. Actum est autem publice in villa Embrici, anno quintodecimo imperii Ludovvici, incarnationis vero Dominicæ octingentesimo, vicesimo octano, septimo Idus Februarii. Coram testibus, qui hanc traditionem præsentialiter confirmatam viderunt quorum subtus nomina notantur. Signum Gervvardi traditionem hanc peragentis. Signum Rauenardi. Signum Egilgeri. Signum Sugeberti. Signum Gerberti. Signum Theodanfi. Signum Albrici, Signum Albnmardi. Signum Ildradi. Signum Odilbaldi. Signum Odalberti. Signum Rotmigi. Signum Myermhardi. Signum Fredeberti. Signum Nuibodonu. Signum Ledradi. Signum Ledardi. Signum Gerundi. Signum Gerici. Signum Rodberti Signum Marmundi. Signum Aldgeri. Signum Mialonis. Signum Rothardi. Signum Rauentingi. Signum Egilberti. Signum Gerbodi. Ego Geracearus, iubente Domino nostro ipso Frederico, scripsi & subscripsi.

De donatione VViberti & filii eius VValberti de Oesterbecke. CAP. IX.

Anno 834. ANno Domini octingentesimo, tricesimo quarto, facta est adhuc alia donatio Ecclesiæ Traiectensi, sub hac forma: *Confert quidem omnibus sanum sapientibus adeo terrigenis à Deo temporalia esse concessa, vt his quoque fideliter erogatis, munera mereantur aterna. Quæ-*

Forma donationis. *us enim omnium bonorum sit ipse largitor, etiam tamen nostra fructum quærit industria, vt si dona ipsius non irrita fecerimus, mereantur habere præmia, quæ promisit Deus transcendentia felicesi finis æstimationu humanæ. Idcirco nos, hiis vocati nominibus, Ono, Addo, Rothard, ab ipso non despici speramtes allata, cui non nisi quæ dedit conferuntur, sed prolabentibus credentes dari mansura, tradimus ad Ecclesiam sancti Martini, quæ constructa est in castello Traiecto, in pago Nistarlatre pro remedio animæ VViberti, sicut nobis ipse & filius eius VValbertus ad perficiendum legitime contradiderut, quicquid in Oesterbeee & in Praest videbatur possidere. Omneque, quod sub lege Francorum in eorum erat dominio, cum mancipiis, ædificiis, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, & cum omnibus adiacentibus, quæue congesta fastidium legenti generarent, quia in diuersis sunt speciebus, numerare vitauimus. Hanc vero traditionem stabilem fieri volumus, omnibusque præsentibus ac futuris notum esse desideramus. Si vero aliquis ex nobis quidem absit, qui huius traditionis, quam peregimus, sanctionem sua vel qualibet apposita persona peruerso ordine cassare tentauerit: imprimis, nisse meliore sententia correxerit, sciat se apud Deum districtum merere iudicium. Insuper fisco mulctatus auri*

* *libram, argenti tres* † *coactus quinque, & nec sic, quod iniuste conatus fuerit, valeat emendicare: sed firma & immobilis hæc traditio permaneat stipulatione subnixa. Acta est autem hæc traditio publice in villa Oesterblech, octauo Calendas Ianuarii, Anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi octingentesimo trigesimo quarto, Indictione duodecima, Regnitiam gloriosissimi Augusti imperatoris Ludovvici anno XXI. coram testibus infra notatis. Signum Theodai. Signum Otbrach. Signu Egilbrechit. Signum Banach. Signum Mulbalt. Signum Rachelt. Signum Rohbchreft. Signum Frederici. Signum Sigeric. Signum Bernold. Signum Godin. Signum Gelbold. Signum Regnold. Signum Alfric. Item Saxorum Theodold, Fueraerd, Albo, Alfcri, Hadogrim, Segeri, Boso, Vddo, VVermbold. Ego Bernoldus indignus presbyter libenter Frederico Episcopo scripsi, & subscripsi.*

De reditu beati Odulphi ad Traiectum, & de eius Spiritu prophetico.

CAP. X.

TRansactis itaque aliquibus annis B. Odulphus Traiectū reuisere cœpit, quoniam illic in Dei seruitio vitam finire proniserat. Sed inter hæc nō silēdum puto quod B. Odulphus interim repletus erat Spiritu S. siue Prophetico, vt ita ventura prædiceret, quasi iam facta cerneret. Vnde factum est, cū à loco, qui dicitur Stauria in Frisia, se præpararet discedere, antequam cœpisset iter facere, accēdit maximam multitudinem illuc conuenisse, quatenus sua salubertima munirentur admonitione, quos Domino commendans benedixit, quin etiam charitate eos admonuit ne viam veritatis vnquam deserernt, quam iterum sine graui vindicta repetere non valerent. Scio enim, inquit, vos id facturos, quapropter paganos super vos nuncio venturos, qui istam denastantes patriam, vos & quæ sunt vestra, secum ducent in captiuitatem. Quod ita fieri, vt prophetauit vir sanctus, postea rei probauit euentus. Sanctus aūt vir, qui futura per Spiritum prophetiæ adhuc eidem populo Frisonico astans, aliud magnæ admirationis præsagium intulit, ita dicens: Cernitis, inquit, hanc, ostendit eis non modicā magnitudinis petrā, quæ iacebat ante ipsius domus ianuā, scitote, q̄ sine humano labore deuoluet in flumen, q̄ dī Flie, ibiq; latebit subvndis, q̄ diu diuinæ pacis munimine carebitis. Cū aūt eandē videritis absq; humana subuectione hui⁹ littoris orā subire, ꝓculdubio corp⁹ meū creditote, licet post mortē carnis hāc patriā reuisitare, vobisq; pacē impetratā suppeditare, donec cū supbia, piurio, homicidio, adulterio toti⁹q; generis peccato Deū offendatis, vt cōcessę pacis donū auferat à vobis. Huius obstupēdę

Odulphus plenus S. Spiritu siue Prophetico.

Nota.

prophe-

prophetiæ signique mirabilis multi homines, qui hoc se vidisse testantur, adhuc sunt superstites. Est etiam ibidem in eadem Ecclesia eadem petra perdurans immobilis, non minus in testimonium credulis, quam ad confusionem incredulis.

De recidiuatione Ludouvici Cæsaris.

CAP. XI.

LVdouvicus vero Imperator, illicito adhuc inhærens cõiugio, vt nouit omnia ergà beatum Fredericum fieri prospere, timuit illic diutius cum prohibita manere femina, sed versus Galliam remeans salutauit eam, & dixit, hunc nobis contrarium ob causam nostram si potes & flectere precib. aut obcæcare pecuniis Pontificẽ Frederi-
cũ, facito, si vero non vales extorquere, tunc me sequere. Quod illa plurimũ tentans, aliquando precando per Epistolas, nunc innumerabiles præbendo gazas, S. virũ, qui nullis pecuniæ superari potuit thesauris. Ad id autẽ conabatur flectere, vt sibi tradita auctoritate coeundi & in coniugio permanendi eis licentiã vellet concedere. Ad hoc dũ ille semper reluctaret, & clã sine summi Põtificis & aliorũ Præsulũ iudicio fieri nõ posse diceret, Regina, vt cõperit, in irã exarsit misérabiliq; obcæcata amore, Imperatorẽ secuta est, iã tenens in mente, qualiter eũ posset in futuro perdere. Et cœpit accusare Pontificẽ Deo charũ in multis causis, Intereavolens Dñs glorioſi Præsulis Frederici prophetiũ implere sermonẽ, misit in cor Normanni Regis Britonũ, vt inuaderet Regnũ Francorũ, & arma velaret contra Imperatorẽ, eo quod propter mulierẽ à vera via erraſſet, & eius præcepta neglexisset, & legẽ. Tunc iã dictus Tyrannus, quasi arena maris, collectis fortiũ militũ copiis, quo patuit aditus, Regnũ Frãcorũ est ingressus. Et vrbes ac vicos capiens & debellans est populatus, atque in ore gladii innumerabile mactabat genus hominum, multisq; ditatus spoliis, illæsus ad patriã est reuersus. Quem Imperator, tota fere in vnũ congregata Francia, insequens cum eo bellũ iniit, sed minime præualuit, Plurimos que perdidit ex primatibus. Quod dũ sæpe ex vtraq; parte gestissiet, quasi victus Imperator Ludovvicus alteri cessit, & inenarrabilia donans munera pacem petiuit, & calumniatorem amicũ sibi fecit. Populus vero, quã ob causam Deus sanctã permisit affligi Ecclesiã, cognouit, atq; de coniugio Imperatoris illicito murmur multis erat de eo. Tandem Pipinus de Ermgarde, ex vxore prima Ludovvici prædicti filius, de tali coniugio multum contristatus, cum quibusdam Episcopis & Regni primatibus, ad hoc congregatis, patrẽ de consanguinitate vxoris ac stupro quodam ab ipso perpetrato accusauerunt. Quibus cum Cæsar ad hoc nullum vellet dare responsum, sed agitando caput, toruis eos inspiceret luminibus, vi Reginam rapuerunt, ac velauerunt atque in vnum templum mittentes, ad sua reuersi sunt loca. Sed paucis post hæc transactis temporib. Imperator suam recepit coniugem, Nouimagium castrum adiit, captoque cum multis Pontifice, qui velamenta Reginæ imposuerat, alios costodiæ mandauit, & alios exilio damnauit. Hac re beatus Papa Gregorius quartus comperta, mirũ in modũ tristis effectus est, & exiens de Romana vrbe, Alpes transgressus, peruenit ad Cæsarem, & ob malũ, quod fecerat, fortiter increpauit, & vt respiceret gestiebat. Tunc Imperator prostratus rursum se reũ reddidit, & obedire in omnib. promisit. Rogauitq; Dominũ Apostolicũ, vt prose Regniq; sui statu ad Deum orare vellet, multis regalib. eũ ditans munerib. At vir Apostolicus, his donis nõ obcæcatus, de supradictis Cæsarẽ corrigens transgressionib. ei iussit; magnatib. quæ ad salutẽ secum deferebat, plurima Sanctorum contulit pignora. Dansq; de vita perpetua saluberrima monita cũ suis ad Romanã perrexit curiam, Nec mora, quod nefas est ad dicendũ, Imperator iterũ reuersus est ad suũ vomitũ, & pesus, quã fecerat, postea egit peccatũ. Quapropter Episcopi per Germaniã & Galliã, memores præcepti Domini, qui hoc eis præcepit, Imperatorẽ per semetipsos & epistolas, ne id ageret, rogabãt. Et idcirco palã, prout ausus fuit, eos odio habuit, & S. maxime Fredericũ Traiectensem Antistitẽ, qui diuino repletus afflamine, & suã denudauit prauitatẽ, & vt de cõmissis emendaret, semper plus ceteris, ne periret, postulauit. Quid plura? Episcopis iterum propter hoc in vnum congregantib. & iustã sententiã dantibus, Reginam ad ciuitatẽ Terfinam miserunt velatam. Et inde si ausugeret, mortem minati sunt. Nec tamẽ his sanatus Imperator prædictis maliciis execrabilem Reginã, oportunum ad hoc nactus tempus, ad se adduci fecit cum gaudio magno, & cum ea residebat quotidie in conuiuiis cum cytharis, lyris & tympanis resonantibus. Tunc cernens glorioſus Pontifex Fredericus, quod induratum esset cor eius, ei per epistolam annunciauit, quod vellet cum, nisi conuersus fuisset, excommunicare. In qua epistola multa sanctorum patrum dicta ad ædificationem anteposuit. Talibus ergo admonitionibus Cæsar magis contra virum Dei tractabat, & Reginæ hoc semper suadenti ad perficiendum tale nefas commendabat.

Ludouici Imp. vxor ittat donu Fredericum Episcopum.

Impletur prophetia S. Frederici.

Britanni Franciam de populantur.

Gregorius P. M. Romã venit ad Imperatorem.

Imperator promittit Pontifici vitæ emẽdationem.

Redit vt canis ad vomitum.

Excommunicationem imperatori minatur S. Fredericus.

De martyrio beati Frederici Episcopi.

CAP. XII.

Anno 838. ANno Domini octingentesimo, tricesimo octauo, sanctus Fredericus, Traiectensis Ecclesiæ Episcopus, dũ sua sancta prædicatione Cæsarem Ludovvicum, Caroli Magni filium, conuertere tentaret, vt ab illicito coniugio, quod cum Iudith, cognata sua, Welpi Bauarorum Ducis filia, contraxerat, animũ reuocaret, & Christianæ religionis gloriã adornaret, ex admonitione Sancti Cæsar iratus, qualiter ipsum interficeret, tractabat, & Reginæ hoc ipsum persuadẽti, vt perficeret, præcipiebat. Ipse itaq;

Consentit vxor Imperatori in mortem S. Friderici.

Rex abiit Franciã, & vt festinaret ac perficeret in occisione viri Dei, cõsensum dedit, iuxta Rhenũ, vbi cõfederat, Reginã reliquit, &, vt factũ foret, postse ire ne tardaret, præcepit. Tunc illa beato sacerdoti plurimas parans insidias, cum ipsum nec precando, nec munera gazasque offerens flectere poterat, quadam die in prædicto, dum S. paucis secum retentis in ciuitate cum fratribus maneret, & præscius diem suum inibi expectaret, ante dies exitus caniculares Regina, cõuocatis ad se suis & Cæsaris fideli-

Regina ad subditos suos.

bus Episcopis, verbis alloquitur talibus: Quantę & quam magnæ præ ceteris Pontificibus Fridericus Præsul Frisonicus mihi & Domino meo fuit molestiæ, vestræ, vt opinor, notũ est industriæ. Quapropter vos, quib. fas est nostra iussa capescere, totis adoro præcordiis, vt nobis de eo vindictam faciatis, & eum engeniose, non publice occidatis, Et quicquid nostræ substantiæ pro mercede desideraueritis, proculdubio recipieris. Talis sermo Deum timentibus dum displiceret omnibus, duo iuuenes superbi & cupidi surgentes promiserunt, se ad voluntatem ipsius, hæc omnia agere, si mercedẽ in futuro vellet eis reddere. Quo promisso, &ne quis innotesceret Episcopo, iuramento firmato, sumptis cultellis die, quo sol vertitur in Leonem, ad vrbem Traiectensem venerunt, & familiare ex parte Reginæ dixerunt, cum Pontifice se habere collo quium. Hoc cum ei, ad missam se præparanti, à suis esset nunciatum: caput & palmas ingemiscendo leuabat ad cœlum, & Deo plurimas reddens gratias propter tempus optatum, ad circunstantes vultu angelico circonspexit, & inquit, Quid isti volũt scio, sed vt exspectent, donec missa sit peracta, præcepit. Deinde more Pontificali à sua surgens Cathedra missam cum timore Domini celebrauit, & sermonem ad populum fecit. Et ne contristaretur, quoniam diligebat eum, vt patrem, per allegoriam prædixit obitum suum, & eodem die cibum perpetuum cum Sanctis se à Deo in regno cælorũ esse accepturum. Dansque corpus & sanguinem domini omnibus valedixit, Et pastor bonus pastori bono Domino Iesu Christo lachrymando oues, quas sibi cõmiserat, cõmẽdauit. Clerus igitur & populus vniuersus præ dolore flebat, &, quid in talib. significabat Episcopus, ignorabat populus. Sacro autẽ celebrato officio vestib. vt cãtauit, saeratiũ S. Ioan. Euãgelistæ, in quo & illius erat sepulchrũ, intrauit. Exclusisq; omnib. præter vnũ suum Capellanum, deforis patrocinia sanctorũ patrum lachrymis & suspiriis poscens, homines ad se missos introire fecit sacrarium. Qui cũ essent introgressi, electiũ suũ retro altare S. Saluatoris ire præcepit, & ne rediret, donec eũ vocaret, iniunxit. Quo exeunte, filios Belial vidit citubantes, & ait ad eos, Vestrã, vt vobis præceptũ est, implete legationem, &ne terreamini, priusquã huc veniselis, sciui. Hoc vt audierãt illi cernentes, quod vltro festinaret ad mortẽ, extractis cultellis percusserunt eũ in extis, & irridentes, dixerunt, Nostra de te vlta est Regina, cui tu multis vicib. crudeliter inculisti persecutionem. Attamen Martyr Dei viribus, quibus potuit, ne sanguis & intranea exirent vulnera, restrinxit, & homicidas illos, ne comprehenderentur, cum festinatione abire præcepit, dicens, Charissimi, postquam Dominæ vestræ commissum adimpleuistis imperiũ, nunc exinde cursu celeri maturate effugium. Nec mora, quin & iidem carnifices concito gradu Rhenum transfretarunt, ac Imperatrici cruentæ de nece sancti Martyris noua gaudia detulerunt. Quibus velocirer abeuntibus, vt paululum est moratus, ad se suum vocauit clericum, & iussit, vt ad videndum, si nuncii adhuc transissent Rhenum, super muros ascenderet, & cum quali festinatione pergerent, renunciaret. Qui iussa implens velociter est reuersus, dicens, eos iam Rhenum transisse, &, quasi fugam, eos diligenter maturare. Qui deinde Pontificis considerans faciem, eam mutatam aspexit, & cum ille velut exanimatus esset, quidilli foret, vel accidisset, interrogauit. Quem Sanctus, ne contristaretur, rogauit, & dixit, Percussus sum propter veritatem, mansuetudinem & iusticiam, fili mi, aduoca fratres & commilitones meos, voca populum DEI, vt reddat me, vnde egressus sum, terrę terrenum, & oret, vt spiritus meus, quamuis non sit dignus, dirigatur ad Dominum, pro cuius lege & amore sanguis meus fusus est in terram hodie.

Martyr Fredericus Episc.

Ita Beda.

De morte

De morte & sepultura eiusdem.

Cap. XIII.

QVod ille vt audiuit, suos euellens capillos, fleuit & clamare cœpit, & cum hoc cũctis narrasset, quot planctus, fletus & lamentationes ibi orirentur, Iesu bone, quis poterit enarrare! Tandem sancto Odulpho Canonico, ipsius sancti Episcopi cooperatore cum clero & populo ceterisque omnibus clamantibus, Cur nos, bone pastor, orphanos derelinquis? Gloriosus inter lachrymandum prophetat, dicens, fratres, & filii mei charissimi, si qua pars mihi est cum Sanctis in cœlis, non vos desolatos relinquam, sed vestræ semper intercessor salutis ero, & incolumitatis. Tum sciatis quod propter Imperatoris, suæque coniugis, suorumque primorum nequitiam istic commorantis, totum ab incursione Danorum depopulabitur Regnum, &, prôh dolor, ob scelus nostrum ciuitas hæc & istud comperiet & luet Pontificium, quoniam semper mansit nobiscum. Quo vix dicto, suam super populum benedictionem fecit, ac viuens sarcophagum intrauit, atque psalmodias, quas solet cantare in exequiis mortuorum, ipse primum incœpit, & dixit, *Placebo Domino, &c.* Deinde persæpe hunc versum repetens, *in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum*, cœlum resupinus intuens, dixit. Tunc eius sancto spiramine emisso, clericis adhuc corpus eius humantibus miri odoris fragrantia tota adeo repleta est Ecclesia, vt omnis præsens turba angelicam sentiret adesse cateruam, quæ beati Martyris animam ad regna cum triumpho adduxit siderea. Sanctissimus autem iste Fredericus Episcopus martyrizatus est Anno Domini octingentesimo, tricesimo octauo, quinto decimo Cal. Aug. & sepultus est in Ecclesia S. Saluatoris, postquam Ecclesiam Traiectensem multis diebus gubernasset. Notandum est etenim, quod à passione sancti Bonifacii Martyris Præsulis vsque ad Martyrium huius sacrosancti Antistitis dilapsi sunt anni octoginta sex, in quib. apud sanctam Traiectensem Ecclesiam sex egregii floruerunt Episcopi, quorum gesta Chronographorum ignauia prætermisit, & minus distincte post venturis nationibus adnotauit.

Verba S. Frederici cõsolatoria ad suos, dũ moreretur

Ruinam patriæ prædicit.

Mortuo Fredericomira odoris fragrãtia totam repletur Ecclesiã.

Hæc eadem Beda.

De quodam miraculo eiusdem Sancti.

Cap. XIV.

POrro tempore Baldrici, Episcopi Traiectensis, fuit vir quidam profanus, qui hominibus quasi agnum se mitem reddebat, sed cor lupinum gerebat, qui vt cultos præerat Ecclesiæ, oblata ad altaria rapuit, candelas detruncauit, & libidinose guloseque nocturnis temporibus consumpsit. In sacrario vero S. Ioan. dormiens sacras vestes sub se posuit, & sepulchra Sanctorum, mingendo, ventremque purgando, adeo foedauit, vt quicunque orandi causa accederet, horresceret propinquare. Quadam igitur nocte illi dormienti sacer Pontifex Fredericus, cuius facies præclara, vestis rubra veluti sol resplendens, astitit, & sequebantur eum sancti Pontifices, Alfricus & Lutgherus, successores sui, qui secum in eodem sacrario fuerant sepulti, pastorales baculos gerentes in manibus, ac S. Fredericus baculo suo virum ebrium in pectore suo percussit, dicens: Quid fur hic iaces resupinus, cur diuina audes sub te sternere vestimenta, ac nostra fœdare sepulchra? Proiice foras lectum, purga locum, quod rapuisti bonum Ecclesiasticum, restitue, & pœnitentiam age, quæ si neglexeris, vita cum tormento carebis, & æternum subibis supplicium, vbi erit fletus & stridor dentium. Qui eos præsentes timuit, sed abeuntibus eis timorem abiecit, & hoc phantasmati deputauit, & perseuerans in malicia, se noctis medio potu inebrians, solus suum lectulum repetiuit, & dum adhuc pæne vigilaret, astiterunt ei tres sacerdotes, vt prius, sed quasi iratus Fredericus illum baculo quasi à somno excitando percussit, dicens: Quamobrẽ, sceleste, nostrum transgressus es præceptum? Adhæc sume consilium, confitere commissum, funde lachrymas. Quod si nolueris, morte morieris, & vltra non apparuerunt. Nec ad huc se correxit, sed induratum est cor ipsius, & mansit in eo diabolus, & plus solito bibit ex poculo, & in gallicantu dormitum venit. Cum vero ad matutinas non pulsaret, fratres per vim ianuam leuantes, cum excitare voluerunt, quid ei acciderit, ignorantes, cum ardentem inuenerunt & lectum eius sulfureo igne iam consumptum, & sacrarium illius vrina ac stercore defœdatum. Quod cum cernerent, cum propter scelus hoc esse combustum, cognouerunt. Cum eum extra castrum ad sepeliendum gererent, de corpore illius ignis exiuit, quasi per aera fumigans. Et est populis demonstratum, quale & quam magnum contra S. Fredericum ciusque successores egisset peccatum.

Apparet cuidam ebrio pessima vita viri.

Eũ grauiter increpat.

Parumpendit visionem seueratus tanquam phantasma.

Rursum ei apparet.

Respiscere secundo monitus negligit.

Mors eius terribilis.

De vin-

De vindicta mortis S. Martyris præfati, & obitu Ludouici Imperatoris.

Cap. XV.

POntifices autem per Germaniam & Galliam, innocua S. Frederici nece comperta, vnanimiter surrexerunt in Reginam & Cæsarem, dicentes, eos de Regno debere expelli & anathematizari, ac alteris melioribus illis regnum dari, qui populum DEI non interimere, sed regere scirent, & eius in mandatis atque ceremoniis ambularent. Qua de re Imperator multum extitit perturbatus, & timens, ne eum derelinquerent ac de regno expellerent, & ad filios suos se conuerterent ac eligerent, iurauit ipse & Regina in conspectu omnium, de occisione Pontificis Frederici se inculpabiles esse, neque in consilio aut voluntate se reos esse. Hoc facto Episcopi, qui conuenerant, reuersi sunt ad loca sua, & missis militibus longe terrarum in spacus, hos miserunt apprehendere viros. Illi autem vt audierunt quoniam essent filii morris, acceptis à Regina pro mercede pecuniis, de Regno perrexerunt profugi ad Regnum alterum, donec eis mors ventret in obuiam subitanea, & duxit vinculatos ad infernum. Imperator vero periurus & homicida intra duos annos, subito grauatus morbo, interit, & monstratum est omnibus populis, quamuis dicebatur Pius, qualis in suis fuerat. Quid vero Reginæ accidisset, aut quem obitum habuisset, quia scriptum non inuenitur, ignoratur.

Moritur Imp. Ludouicus

De electione beati Alfrici, Episcopi Traiectensis.

Cap. XVI.

PORRO post passionem S. Frederici Martyris conuenerunt in vnum clerici ad S. Odulphum, vt cum eo in Traiecto tractarent de electione noui Pontificis. Diu etenim illis inter se altercantibus, quem promouere vellent ad curam reginimis, tandem Præpositum maiorem, nomine Craft, elegerunt. Ille quidem locuples diuitiis, fastu arrogantiæ inflatus, respondit, habeo copiam rerum, quod sufficit, cur me cura tanti oneris aggrauatis? Beatus autem Odulphus id responsum indigne ferens, ait ad eum, Quid inquis, miserrime? Impius plane quod non mereris attingere forsitan spernis, si nolles inire veruntamen, deberes dicere te indignum fore, tanti honoris culmen ascendere, nunc autem quia propter tuam nimiam possessionem Apostolici ordinis spreuisti dignitatem, in eodem membro, cum quo pertinaciter prolocutus es id nefandum, iam nunc in proximo huius vitæ pro vindicta patieris interitum. Quod non multo post subsecutum est. Conuentu autem clericorum adhuc titubante, quê sibi eligere optimum videbatur, Sacerdos Domini Odulphus non respiciens ad personam, sed potius ad meritum, dicebat inter eos, probabiliorem inueni Pontificem, nihil tamen illos vituperans, quos sibi elegerant. Ostendit ergo eis quendam presbyterum, nomine Alfricum, germanum sanctissimi martyris Frederici supradicti: qui quamuis esset aspectu deformis, tamen clam hominibus, palam DEO non minus merito, quam opere claruit insignis. Cunctis autem huic Electioni consentientibus, statuto tempore secundum DEI voluntatem Pontificalis beneficii seu officii suscepit benedictionem. Sic igitur, gratia diuina in canonicis & beato Odulpho operante, sanctus Alfricus, frater sancti Frederici, nonus Episcopus effectus est.

Præpositus Craft eligitur à Clero in Episcopum.

Superbus ille & inflatus omni Episcopatu abnuit, quare & Sacerdotio increpatur.

Alfricus, renuente Præposito Craft, eligitur in Episcopum.

De expultione cellæ beati Odulphi.

Cap. XVII.

NEC prætereundum est, quod vir DEI Odulphus, iam proiectæ ætatis, fessus senio, nequibat Ecclesiam adire, nisi fulciretur baculo, in cuius summitate ceratam habebat tabellulam, in qua, si res ita cueniret, nomina fidelium denotaret, donec congruo tempore describeret ea in libro vitæ. Quadam vero die Sanctus, animo fortis, immemor suę imbecillitatis, dum festinanter se ad Dei præpararet obsequium, post in cellulam prætermisit suum baculum. Non longo interuallo facto, eadem cellula, insidiante diabolo, inflammata est, cum omni supellectili eius, atque cum baculo. Cumque sanctus vir iterum diuinis laudibus insisteret, igniq; valido iam inflammari cerneret, ad votorũ præsidia cucurrit. Deum exornauit, ne loca Sanctorũ ignis inuaderet, parui pendens, quod suæ habitationis domicilium igne deperiret. Exauditur eius oratio, mansuescit incendium continuo. Nec vltra prævaluit, nisi solũmodo q; inuaserat, cõbussit. Igne igitur extincto baculus ita inuenitur illæsus omnino, quasi subin-

Oratione B. Odulphi sedat incendiũ. Baculus eius & in eo cera miraculose incombusta.

sub incendio durante cera nec minutissima apicum deficeret & in ea, quatenus liquide cunctis manifestaretur, quanti meriti, quantæque virtutis coram Deo sanctus vir haberetur. Eundem quoque baculum post illius obitum super sepulchrum eius fratres posuerunt infixum.

De obitu eiusdem sancti Confessoris.

CAP. XVIII.

CVm iam tempus adesset, quod sanctus vir diu optatam cælestis Regni patriam adire deberet, modica febre correptus suâ intellexit imminere solutione, accersitis ad se fratrib, indicauit eis & die & tempus huiæ remunerationis. Cumq; se morti proximũ agnosceret, fratres iterũ admoniti, vt ad se venierunt, & cum psalmos pro expecta tione sui exitus decantarent, omnibus exequiarum ministeriis secundum ipsius iussum rite peractis, valefecit fratribus, deprecans pro se Domino preces effundere, promittens, pro eis & loco, nec non pro habitatoribus loci ad DEVM se oraturum omni tempore. Mox conuersus ad Deum, nil mortem trepidans, (quòniam sibi mori lucrum erat) hilariter mente dixit. *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Inter hæc verba de corpore sanctissima egressa est anima. Qua scilicet exeunte, tanta illic miri odoris aspersa est fragrantia, vt omnes illic, qui aderant, inæstimabili suauitate replerentur, ita vt per hæc patenter agnoscerent, quod angelici ciues animã egredientem suscepissent. Obiit autem pridie Idus Iunii. fiunt autem in Traiecto, verum etiã in Stauria, eius interuenientibus meritis, miracula innumerabilia per honorem & gloriam Domini nostri Iesu Christi.

Mors Bonifacii Archiepiscopi Vltraiectensis. Bulphipridie Id. Iunii.

De conditionali donatione facta Ecclesiæ Traiectensi per Rotharium Comitem.

CAP. XIX.

PRro Rothgarius Comes postquã bona sua tradidisset Ecclesiæ Traiectensi, beatus Alfric⁹ Episcop⁹ retradidit sibi aliqua ad vitã & defuncti literas in subsequẽti forma: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Alfricus, diuina fauente gratia, Traiectensis Ecclesiæ Episcopus, dilecto in Christo Rothario Comiti. Dum & omnibus non habetur incognitum, sed pluribus manifestum, qualiter tu* Rotharius *res tuas proprias donasti ad Ecclesiam* S. *Martini. quæ est intra muros tam dictæ ciuitatis constructa, hoc est, in pago Leomenke, in villa, quæ dicitur* Chimme, *Ecclesiam dedicatam cum curte terra salaricia, & mansum, & cum mancipiis supermanentibus, & in alia villa* Alacurge *curtã Dominicã cũ casa, vel quicquid ibidem visus fuisti habere. Et in Vesterhesi mansum vnum cum mancipiis, seu quicquid illic habuisti, & in pago Velua, in villa Bona, & in villa Suluenda, & in villa Vvageninga, & in villa Mierdupa, quicquid in illis locis habuisti. Et in pago Hincengoe, in villa, qua Heorodna dicitur, Ecclesiam dedicatam, & curtem Dominicam cum terra salaricia, vel q..icquid adipsam curtem pertines cum hominibus desuper commanentibus, & in Vitallo mansum vnum cum homine desuper commanente. Et in Bracolla & in Chullere quicquid ibidem visus eras habere, cum hominibus commanentibus. Hæc omnia tradidisti cum terris, ædificiis, mancipiis, campis, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, sotũ & ad integrũ, mobile & immobile, vel quicquid in supradictis habuisti, ad Ecclesiam prafati Confessoris: ita, vt ibi proficiatis in augmentum perpetualiter in Dei nomine possidendum. Vnde postea tua fuit petitio, vt nostra decerneret voluntas, vt aliquas res sancti Martini in his locis, hoc est, in villa Genofna Ecclesiam dedicatam, & curtem Dominicam, & terram salariciam, vel quicquid ad nostrum opus ibi habuimus, seu totum, quod habuimus in villa Sumathara, & in villa Heua Ecclesiam dedicatam, & terram ad ipsam Ecclesiam pertinentem, & in ipsa villa homines duos, Theodgarium & Vvermboldum, cum familia eorum, & in villa Seiist familias sex cum terris & ædificiis earum, & in Lisidinon familiam vnam cum ædificiis & terris suis, & in Hest familiam vnam cum ædificiis & terris suis, & in Theothorne dimidium mansum ter id beneficium præstare debuissemus, quod ita & fecimus: ea vero ratione, vt nullum præiudiciũ sine diminutione aliqua exinde nobis Ecclesiaque nostra generare debeat, nisi tantũ Fractuorio ordine ter liceat excolere, & cẽsum persolues, singulis annis solidũ vnũ, decimo Cal. Apr. Et quando quidẽ Deus voluerit, suum de hac luce discessum fieri: Res supra dicta ad Ecclesiã nostrã cum omni Emeloratu valeant reuerti. Et hæc præstaria omni tempore stabilis firmaque permaneat constipulatione annexa. Acta est autem publice in villa Chimma, die decima Calendas Aprilis, Anno vicesimo quinto Luddowici Imperatoris, in Dei nomine feliciter, Amen. In Dei nomine ego Alfricus Episcopus firmaui. Signum Frigdgagi presbyteri. Signum Edelgarii, Signum Godeberti. Signum Heriberti, Signum Geri. Signum Algeri. Signum Gharbodi, Signum Berengarii. Signum Suitgeri. Signum Gerberni. Signum Geronis, Signum Gettonis. Signum Vvillibaldi, Signum Lindradi. Signum Vvilegadi. Signum Suuedonis. Signum Gerberti. Ego in Dei nomine Hungarius presbyter hanc præstariam scripsi & subscripsi.*

Forma literarum Alfrici Episcopi Vltraiectensis.

De diui-

De diuisione Regnorum inter filios Ludouici Imperatoris.

CAP. XX.

Ludouicus Pius Imp. moritur Anno Domini 841. Imperii 26. ætat. 64.

ANNO Domini octingentesimo, quadragesimo primo, Imperator Ludovvicus Pius obiit anno Imperii sui vicesimo sexto, ætatis vero octogesimo quarto, duodecimo Calendas Iulii, & sepelitur Methis in Ecclesia beati Arnulphi, Iste, se viuente, diuisit filiis suis principatus suos. Lothario dedit Imperium & Italiam, Ludovvico Germaniam, Saxoniam, Pipino Aquitaniam, Carolo Caluo Franciam delegauit. Pipinus vero filius eius Rex Aquitaniæ, viuente patre, obiit Pictauis, & sepultus est in Ecclesia S. Radegundis. Mortuo tamen patre, tres filii discordant de hæreditate, & 10

Discordia inter filios Ludouici.

fit pugna inter eos in pago Antisiodorensi. Et tanta cædes facta est, vt nulla ætas meminerit, tantam stragem hominum fuisse factam in gente Francorum. Et ita eorum vires ibi attenuatæ sunt, vt iam nec suos terminos ab externis tueri possent. Victoria tamen Ludovvico & Carolo Caluo euenit. Tandem fratres ad vrbem Galliæ, Virdunum, conueniunt, & inter se pacificantur. Et datis, & acceptis inter se sacramentis, quisque ad descriptas sibi partes Regni reuertitur. Itaque Lotharius Imperator omnia Italiæ Regna tenebat cum ipsa Roma, nec non & prouinciam, & mediam partem

Lotharingia à Lothario dicta.

Franciæ inter Scaldum & Rhenum, quæ mutato nomine ab eo dicitur Lotharingia. Ludovvico vero orientalia Regna cesserunt, omnis scilicet Germania, Bauaria, Saxonia vsque ad Rheni fluenta, & aliquæ transrhenanæ ciuitates cum pagis adiacenti- 20 bus propter vini copiam. Regnauit autem in Germania triginta tribus annis, tres post se relinquens filios, videlicet Ludovvicum iuniorem, & Carolum Grossum, qui post Carolum Caluum imperauit, & Carolomannum patrem Arnulphi, qui Arnulphus tandem imperauit post iam dictum Carolum. Cuius Arnulphi filius Ludovvicus nomine ad coronam Imperii non peruenit, quare ipse fuit exors Imperii, quantum ad posteritatem Caroli Magni, culpis exigentibus, quia Ecclesias, quas patres eorum cõstruxerant, non fouebant, sed potius dissipabant, vt infra libr. VII. Cap. VI. Porro Carolus Caluus accepit occidentalia Regna Francorum, ab oceano Britannico vsque ad Mosam fluuium, in qua parte ex tunc & modo nomen Franciæ remansit. Is igitur Carolus Caluus, Rex Franciæ, possidens etiam Brabantiam, fuit octauus Dux Brabantiç. 30

Carolus Caluus octauus Dux Brabantiæ.

Nam Pipino de Harstel tertio duci Brabantiæ, succesit Carolus Martellus, cui Pipinus Nanus, cui Carolus Magnus, cui Ludovvicus Pius, cui Carolus Caluus. Hic habuit tres filios, videlicet Carolomannum, Carolum & Ludovvicum Balbum. Siquidẽ Carolomannum, vsque ad Diaconatus officium prouectum, ipse pater captiuauit & excæcauit, pro eo, quod ad apostasiã conuersus, alter Iulianus Apostata effectus erat. Porro alter filius eius Carolus, dum incõsulte voluisset experiri cuiusdã militis fortitudinẽ, & soli solus congressus fuisset, ab eodẽ milite, ignorãte, quis esset, interẽptus est.

Ordo ducum Brabantiæ vsque Carolũ Caluum.

De laudabili conuersatione & obitu beati Alfrici Episcopi.

CAP. XXI.

PORRO beatus Alfricus Antistes, gubernans strenue Pontificium Traiectense, erat humilis corde, dulcis sermone, strenuus opere, feruens charitate, in commisso fidelis, in consilio circunspectus & prudens, perseuerans omni tempore in semita Domini nostri Iesu Christi. Tandem fatigatus huius seculi itinere, expletisque laboribus, clausit præsentem vitam. Obiit autem decimo octauo Calendas Septembris. Postquam ergo eius sancta anima ad suum volauit auctorem, ex more parantur exequiæ, & nobilium ordine præeunte feretro velamen obtenditur, & sic tandem sepelitur in Ecclesia S. Saluatoris cum prædecessoribus suis.

Moritur B. Alfricus XVIII. Cal. Septemb.

De electione beati Lutgheri, Episcopi Traiectensis decimi.

CAP. XXII.

MORTUO beatissimo Alfrico Episcopo, decimus Episcopus Traiectensis eligitur, cui nomen Lutgherus, natione Friso, vir immensæ sanctitatis, & grandis doctrinæ. Hic inter presbyteros & coæquales primus in opere, extremus in ordine, grauitate morum, hilaritate frontis temperabat gaudium in risu non cachinnum intelligens. Sermo eius semper de sacris scripturis erat.

De pugna inter Christianos & Saracenos.

CAP. XXIII.

TEMPORE Lotharii Imperatoris Roma à Saracenis capitur, & Ecclesia sancti Petri spoliatur & equorum stabulum efficitur. Sed postquam Ecclesias beatorum Apostolorum

ſtolorum Petri & Pauli cum omnibus Romanorum finibus dilapidati ſunt, poſtea in Africa, vnde venerunt, redeuntes, in alto pelago ſubmerſi ſunt. Eo tempore, Sergio ſecundo Papa mortuo, necdum ſepulto, electus eſt in Papam Leo quartus. Sergius iſte primo vocabatur os porci, & ob turpitudinem cognomenti Sergii nomen ſumpſit, eaque conſuetudo ad noſtram peruenit, vt qui Pontifices crearentur, ſuo omiſſo, ſumerent nomina maiorum, ſed hæc non ſemper fuerunt ob ſeruata. Leo quartus Papa Eccleſias reſtaurauit, quas Saraceni paulo ante deuaſtauerant. Hic Neopolitanis contra Saracenos in mari pugnantibus, orando compoſuit Collectam, *Deus, cuius dexte ra beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & coapoſtolum eius Paulum, ter-* 10 *tio naufragantem, de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius, & concede, vt amborum meritis aeternitatis gloriam conſequamur.* Et poſtquam muros vrbis idem Papa perfecerat, apponendo ſeras portis, dixit, & fecit Collectam: *Deus, qui beato Petro Apoſtolo tuo, collatis claubus Regni cæleſtis, animas ligandi atque ſoluendi Pontifi. ium tradidiſti, concede quæſumus, vt interceſſionis eius auxilio à peccatorum noſtrorum nexibus liberemur*, Amen.

Anno 847. Sergio Pontifici Max. ſuccedit Leo quartus.

Pugna haud ita Neapolitanorum contra Saracenos.

De bona indole beati Ieronis Martyris.

CAP. XXIV.

CIRCA hæc tempora floruit in Hollandia beatus Ieron, ſacerdos Domini. Hic in 20 Anglia iuxta ſæculi dignitatem parentibus nobilibus progenitus, diuinis ſine mora regenerandus fontibus, reuerendis ſanctæ matris Eccleſiæ ſinibus adducitur, vt in nouam regeneratus infantiam, quam diuerſo ſexu & ætate in vnum Catholicæ fidei dogma diuina parturit gratia, abnegaret impietatem, & ſecularia deſideria, ſobrie & iuſte inciperet viuere ſecundum perpetuum ſaluti feræ regenerationis ſuæ autorem, ſcilicet, vt peccatis conſepultus per baptiſmum, viueret iuſtitiæ in acquiſitione æternæ beatitudinis. Suggerente autem diuina Spiritus ſancti gratia, in baptiſmate ſacro eſt Ieron vocatus, vt in ipſo ſui nominis vocabulo futuræ eius ſanctiſſimæ vitæ proderetur meritum. Dicitur enim Hieron, quaſi ſanctus totus. Cum autem maxima in Anglia nutritus parentum diligentia annos fere tranſiret pueritiæ: non (vt ſo- 30 let illa ætas) infantilibus operam dedit luſibus, ſed iam tunc totum ſe diuinis geſtiens mancipare obſequiis, cum ſancti corporis incremento interiorem hominem perficere elaborauit ſanctarum copia virtutum. Creuit autem ætate, ſapientia, nihilominus & ſanctitate. Quid in tantis morabor? Omni virtute proficiens per gradus Eccleſiaſtici ordinis aſcendit, & ad ſacerdotalis officii peruenit benedictionem. Quo rite peracto, ſibi ſtatum deligauit in animo, cupiensque particeps fieri eorum remunerationis, qui pro Domino omnia reliquerunt more Patriarchæ noſtri Abrahæ, qui patriam & quoſque affinitate coniunctos dereliquit. Et quo eum vellet Dominus dirigere, ſecum deliberauit ire. Sicque diuina comitatus gratia, de Anglia egreſ- 40 ſus eſt, & Hollandiam ac Friſiam ingreſſus, alios quidem illam habitantium cum paganicis inuenit ritib. nefandis deſeruire idolorum cultibus, alios poſt veritatis agnitionem varios, prout inſtruebantur à pſeudo doctoribus, errores. Et ſecum reputans, ne forte eum Dominus pro ſalute eorum illuc deſtinaret. Et ideo vt quondam ciues ſuos, ita omni vigilantia illos, vt à laqueis diaboli, quibus ad voluptatem ipſius tenebantur captiui, reſipiſcerent, & ſuaue creatoris ſui iugum ſuſciperent, ſalubriter admonuit. Quid plura? Chriſtum Deum prædicando iugiter, ferocitatem gentis illius perdomuit, & populum acceptabilem Domino in breui tempore acquiſiuit.

S. Ieron conſecratur ſacerdos.

In Hollandiã proficiſcitur S. Ieron.

Conuertit plurimos ad fidem.

De incurſione Danorum & martyrio Sancti VValfridi & Rahthfridi filii eius.

CAP. XXV.

ITAQVE circa hæc tempora, ſecundum prophetiam Sancti Frederici Epiſcopi & martyris, inaudita calamitas in ualeſcere cœpit. Nam Abrotidi Dani & Normanni, id eſt, Norvvegiani, coaptata claſſe cum armigerorum innumerabili multitudine, diuerſas prouincias ſibi ſubiugarunt, ac in ſancta Chriſtianitate ſtrages cruentiſſimas commiſerunt. Normanni quidem origine Dani fuerunt, & lingua barbara Nortmanni, quaſi Septentrionales homines, dicti ſunt, eo quod primo ab illa parte mundi venerunt. Hi ergo Friſoniã intrantes, trib. prælijs cũ Friſonib. conſligunt, & n duobus victores exiſtunt & defenſores patriæ illius, prout potuerũt interfecerũt, Friſones tamẽ conſtãti corde ſimul cõglobati hoſtile agmẽ in tertio bello retrocedere cogebãt. Sed quia tantæ multitudini non æquis viribus occurrerunt, laborem diutius tolerare

Normanni qui.

Cum Friſonibus conſligũt & eos vincũt.

non poterant. Igitur instantes acriter Normanni Frisonicam manum maiori vi opprimebant. Frisonibus itaque in fugam conuersis, destruxerunt omnes munitiones eorum, vt quoscunque inuenerunt, inaudita membrorum debilitate cruciabant.

Croninghen villa. Illisque venientibus ad villam, quæ vocatur Groninghen, viri ad arma fugientes hostium impetum viriliter sustinerunt, sed mulieres arreptis paruulis fugerunt. Hostes igitur, vndique in munitionem irruentes, plurimos occiderunt, ceterique fugerunt.

Tunc Norvvegiani omnia igni tradiderunt, & Ecclesiam sancti Martini ibidem constructam incenderunt. Inde vero eum redirent, beatum Walfridum in oratione positum inuenerunt, & Christiana ab eo professione audita, præfatum Sanctum secum ad classem deduxerunt. Qui diuerso tormentorũ genere diu cruciatus capita lem tandẽ sententiã accepit, Christoque cui seruierat fideliter, feliciter reddidit animam. Parentes autem illius, collata pecunia, sanctissimum corpus ab inimicis redemerunt, & infra domum eius, in cella vna, quam orationis construxerat causa, maximo cum honore sepelierunt. Interea coniunx beati Walfridi filium suum à circunstantibus requirebat, illoque nusquam reperto, quendam famulum suum, vt diligentius quæreret, mittebat. Cumque ille Rathfridum vbique diu quæreret, tandem inuenit eum iuxta domum suam à Normannis interemptum. Tunc seruus ille sanctum corpus deferre volebat, sed nullo conamine de terra illud leuare potuerat. Aduocata igitur matre sua cum pluribus corpus sanctum iterum tentabant portare, sed sicut prius, de terra illud leuare non valebant. Placuit ergo eis, in eodem loco sepulchrum fieri, & Sancti corpus ibidem sepeliri. Corpus ergo eius, quando in sepulchro posuerunt, ita leue eis videbatur, ac si nullius fuisset ponderis. Sepelierunt itaque Sanctum Rathfredum in eodem loco, gratias agentes DEO viuenti. Operabatur etenim CHRISTVS, per interuentum beatissimi Walfridi martyris sui, multas virtutes. Nam de quacunque infirmitate, ad sepulchrum eius postulantes, sani facti sunt. Crescente autem fama meritorum eius non solum in Frisiæ partibus, sed etiam in diuersis regionibus, copiosa multitudo virorum ac mulierum ad sepulchrum sancti Martyris, impetrandi gratia, confluxerunt, & ab omnibus languoribus salui fiebant. Tandem Ecclesia ibidem fabricata & consecrata est in honore sanctissimæ DEI genitricis Mariæ, sanctique Apostoli Pauli, & sancti Walfridi martyris, decimo Calendas Iulii.

Vvalfridus martyr Christi.

Perempto reperitur Rathfridus. Cadauer eius immobile.

Multi confluunt ad sepulchrum S. Vvalfridi.

De conditionali donatione facta Ecclesiæ Traiectensi per Baldricum.

CAP. XXVI.

Forma litterarum retradition. PORRO Baldricus postquam bona sua tradidisset Ecclesiæ Traiectensi, beatus Lutgherus Episcopus retradidit sibi aliqua cum litera desuper, in hac forma: *In nomine Domini Dei & Saluatoris nostri IESV CHRISTI, Lutgherus, diuina fauente gratia, Traiectensis Ecclesiæ Episcopus. Notum fieri cupio tam præsentibus, quam futuris, qui fuisti iugo Christi colla humilium submittunt cordium, qualiter Baldricus res proprietatis suæ ad Ecclesiam (cuius indignus præsul sum) dare disposuit, quadam & fecit. Ea vero ratione, vt nos aliquas eires eiusdem Ecclesiæ in præfatam concederemus, quod, vt fieret, vtile fore considerantes, cum consultu & consensu dati nobis commissis, fideliumque laicorum libenti concessimus animo. Tradidit namque prædictus Baldricus ad memoratam Ecclesiam in villa Madake mansum Dominicatum & Ecclesiam dedicatam cum his, quæ in ea sunt diuino cultui apta cum ceteris adificiis ac mansis viginti quinque. In hiis vilkis inter Ermeuksna & Vberen Malsua mansus duos. In Velgasse duos, in* Chrnninice *duos, in Auezate vnum.*

In villa iam dicta Madake mansos quinque, excepto manso Dominicato: in Bomela vnum, in Hellonna vnum, insuper & mancipia ipsis mansis cohærentia: ea vero ratione, vt à me vel à successoribus meis, rectoribus videlicet Ecclesiæ Traiectensis, res pertinentes ad supra memoratam Ecclesiam Traiectensem illi in præfatam concederentur, quod & fecimus, hoc est, Ezolahamarich, atque vna cum integritate, & quicquid ad ea loca pertinere videtur, vt firmiter quam diu vixerit, & sine vlla mutabilitate permaneant. Et vt ipse omni anno, tertio Idus Nouembris, decem solidos in præfatam soluat, postque eius decessum supermemorata res Ecclesiæ in Maerke subiectæ sint, & vt propinqui eius eadem res accipiant & regant, vnus post vnum. Ego scis superstes extitero, & post Kraft si tunc temporis vixerit, post illum Iuno, & post Imnonem nepos eius Baldric, si tonsuram clericatus & gradum accipere voluerit, & vt omni anno quisquam nostrum tunc rector iam dictarum Ecclesiarum extiterit, ad Traiectensem Ecclesiam quingenta modia hordei, fabæ quinquaginta, Frisingas *viginti quinque persoluat, & semelin anno Episcopum Traiectense recipiat, & tabellum ei donet*

ei donet valentem viginti solidorum, scutum cum lancea valente quinque solidorum. si hostilitatis incursio hoc fieri non prohibuerit. Et vt iam dicti propinqui cum rebus prædictis Ecclesias ornent, ædificia restaurent, & clericos qui in Imadah ē, qui canonicas horas ibi frequentent, pia solicitudine procurent, vt sui suorumque parentum, fratrum, & sororum, fusis ad eum precibus, memoret existant. Si quis vero, quod futurum esse non credo, siego ipse, quod absit, aut vllus de successoribus meis, qui contra hanc præstariam venire, aut eam frangere voluerit, sciat diuinavltione feriendum, nisi se meliore sensu & sententia correxerit & nec sic, quod iniuste repetit, emendicare valeat. Sed præsens præstaria firma & stabilis omni tempore permaneat. stipulatione subnixa. Acta est & data hac præstaria publice in villa Imadahem. secundo Idus Augusti, Anno incarnationis Domini octingentesimo quinquagesimo, regnante Domino Lothario Imperatore, coram testibus infra notatis. Signum Lutgheri Episcopi, qui hanc præstariam scribere iussit. Signum Crasti. Signum Odelfridi. Signum Gelonis. Signum Imnonis. Signum Goldolphi. Signum Hildeboldi.

Anno Dominicæ 850.

De obitu S. Lutgheri Antistitis.

CAP. XXVII.

ITAQVE iam dictus beatus Lutgherus, Præsul Traiectensis, ab initio castitatem amauit, mortificans pro nomine CHRISTI super terram membra sua, vt viuens reputaretur in cœlo. Fuit autem mortuus mundo, victurus autem postea Christo. Tandem, completis laboribus, obiit nono Calendas Maii: Postquam aliquo tempore sanctam Traiectensem rexisset Ecclesiam, & sepelitur in Ecclesia Sancti Saluatoris cum prædecessoribus patribus suis.

S. Lutgerus moritur IX. Kal. Maii.

De electione beati Hungheri, Episcopi Traiectensis Vndecimi.

CAP. XXVIII.

DEFVNCTO S. Lutghero Episcopo, tunc exinde vndecimus Antistes Hungherus, natione Friso, sacerdotio fungitur atque in Cathedra Episcopali sublimatur. Qui scientia atque doctrina præcipuus, pacificus, largus, & vitæ rationabilis ab omnibus prædicatur. Hic multas tribulationes sustinuit per incursiones Danorum & Norvvegianorum, qui Ecclesiam & diœcesim Traiectensem armata manu & hostili incursu tempore suo vastauerunt, vt patebit in præsenti libro.

De confirmatione priuilegiorum per Ludovvicum Regem Germaniæ sub eodem Antistite.

CAP. XXIX.

PORRO huius sancti Pontificis tempore Ludovvicus Rex Germaniæ, frater Lotharii Imperatoris, & Caroli Calui, Regis Franciæ, dedit confirmationem omnium priuilegiorum Ecclesiæ Traiectensi in hac forma: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ludovvicus, diuina fauente clementia, Rex, cum petitionibus sacerdotū Dei iustis & rationabilibus diuini cultus amore fauemus, superna nos muniti gratia non diffidimus. Nouerit interea industria siue vtilitas omnium fidelium nostrorum, tam præsentium, quam futurorum, quia Hungerus, veteris Traiectensis Ecclesiæ Episcopus, quæ est constructa in honore S. Martini Confessoris & aliorum Sanctorum, obtulit obtutibus nostris autoritatem immunitatis Domini & genitoris nostri, bonæ memorię, Ludovvici Pii Augusti, in qua erat insertum, quod non solum idem Dominus & genitor, verum etiam prædecessores eius, Reges videlicet Francorum, eidem Ecclesiæ, cuiipse Hungerus, autore Deo, præest, sub tuitione & defensione eorum cum omnibus sibi subiectis, & rebus vel hominibus ad se pertinentibus, & eorum immunitatibus hactenus ab inquietudine iudiciariæ potestatis eadem munita atque defensa fuisset Ecclesia. Sed pro rei firmitate postulauit à nobis prædictus Episcopus, vt paternū seu prædecessorum nostrorum Regum morem sequentes, huiusmodi nostræ immunitatis præceptum ergo ipsam Ecclesiam, immunitatis atque tuitionis gratia, & amorem Dei, & reuerentiam ipsius loci, circa ipsam Ecclesiam fieri censeremus. Cui petitioni libenter assensum præbuimus, & hoc nostræ auctoritatis præceptum fieri decreuimus, per quod præcepimus atque iubemus, vt nullus iudex publicus, neque quislibet ex iudiciaria potestate, aut nullus ex fidelibus nostris in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibus libet pagis vel territoriis, infra ditionem Regni nostri, iuste & rationabiliter memorata tenet vel possidet Ecclesia, & ea, quæ deinceps iure ipsius sancti loci voluerit diuina pietas augeri ad causas audiendas, aut feuda exigenda, aut mansiones vel prata facienda, vel fideiussores tollendos aut homines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos, quam seruos, super terram

Forma confirmationis priuilegiorum sub Ludouico rege Germaniæ.

ram ipſius commanentes, iniuſte diſtringendos exigere præſumar: Sed licet a memorato Præſuli, ſuiſque ſucceſſoribus, res prædictæ Eccleſiæ cum omnibus ſibi ſubiectis, ſuæ tuitionis atque immunitatis iure defenſione, quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere Imperio, atque pro incolumitate noſtra, coniugis ac prolis, ſeu etiam totius Regni à Deo nobis collati, & eius clementiſſima miſeratione per immenſum eó ſeruandi, vna cum clero & populo ſibi ſubiecto, Domini immenſam clementiã exorare. Et quicquid de præfatis rebus Eccleſiæ iuſtis exigere poterat, integrum eidem conceſſimus Eccleſiæ, ſcilicet, vt in perpetuo tempore ei, ad peragendum Dei ſeruitium, augmentum & ſupplementum fiat. Hanc itaque auctoritatem, vt pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris diligentiis conſeruetur, manu propria ſubter firmauimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Signum Domini Ludouici, piiſſimi Regis. Hadabertus recognouit. Data quinto decimo Calendas Iunii, Indictione ſecunda. Actum Franconofurch, palatio Regio, in Dei nomine feliciter, Amen.

De maxima tempeſtate aerii, & obſtructione Rheni fluminis in Chatwyck, prope Leyden.

CAP. XXX.

Anno 840. aliis 860. quibus aſſentior.

CIrca Annos Dominicæ incarnationis octingentos, quadraginta, tempore beati Hungeri, Traiectenſis Epiſcopi, ſignum mirabile apparuit in cælo. Stellæ enim viſæ ſunt vndiq; tanq; ex alto Horizontis, mari profluere circa poli cardinẽ oẽs fere inuicẽ inter ſe concurrere. Quod pdigiũ ſecutæ ſunt triſtes calamitates, Aeris videlicet maxima intẽperies, crebri ventorũ intolerabiles turbines, flumina q; terminos longe ſuos vltra ſolitũ tranſgredientia, quaſi quædã eataclyſmi imago. Nam Rhenus, qui per Doreſtadum, Traiectũ, Leyden & Catvvyck, in oceidno mari fluere ſolitus erat, propter nimiam maris exuberantiam, ſicut quondam Iordanis, ſic modo Rhenus, conuerſus eſt retrorſum ita, quod in Hollandia & Batua homines & iumenta, in maxima quantitate ſuffocati, miſerabiliter perierunt. Arbores & ſylue in eiſdem locis propter

Rhenus obſtruitur apud Catvvyck.

† Lege, quæque.

falſedinem aquæ marinæ, quæ violenter à Catvvyc ſurſum influxit, eadem proceſſota ventorum tempeſtate arentes, quaſi vnanimiter corruerunt, † Quoque autem hodierna die à Leyden vſque Nouemagium in locis paluſtribus arbores eiſdem iuntur, omnes quaſi vno turbine ventorum deiectæ comprobantur. Incolæ autem tam Hollandenſes, Traiectenſes, Batluenſes, vnanimi conſilio, ne detrius quid de cetero paſſuri eſſent, à Doreſtado ab vtraque parte cuiuſdam modici annis ſtillantis à Rheno, dicti Labne, ſiue Lecea, aggeres conſtruentes in eos Rheni fluuium deduxerunt, vnde vſque nunc à Doreſtado ſuperius dicitur Rhenus, & inferius Lecca. Obſtructo itaque antiquo Rheni fluminis meatu, ſcopuli in Catvvyc, vbi Rhen⁹ fluxit, remtegrati ſunt, quod ſic antiquum illud caſtrum, quod dicebatur Britannicum, in idiomate Teutonico *Die burch te Britten*, in marinis fluctibus, vt in præſenti cernitur, eſt deſtrum. In qua tyranni ab antiquo dicuntur, inhabitaſſe, pyraticam vitam exercentes, theolonium & exactiones omnibus Rhenum intrantibus & exeuntibus inferentes. De quorum genealogia & Dominio Burchgrauii Leydenſes dicuntur ſuæ generationis originem protuliſſe. Colotiæ vero eadem tempeſtate, populo in baſiliea S. Petri confligente, ſubito fulmen inſtar ignis Draconis baſilicam ſcidit & penetrauit, ac tres homines diuerſis quidem locis, ſed vno ictu in mortẽ deiecit, alios etiam ſex eodem impetu ſemiuiuos reliquit.

Leidenſium deſtructio Rheno ſuo occaſione.

Caſtrum Britannicum.

Colonia quid contigerit.

De Lotharii imperatore, qui ſacrum religionem aſſumpſit.

CAP. XXXI.

Anno 856 Hæreticum Leonem Papam Beha.

ANno Domini octingentesimo, quinquageſimo ſexto, Lotharius Imperator, frater Caroli Calui, Regis Franciæ, tyrannidem Danorum expugnare nequiens, & ſolo Deo militare deſiderans, de conſenſu Principum ſuorum, Ludouvico primogenito ſuo Impetrum tradidit, Lothario ſecundo genito relinquens Lotharingiam. Patrito ergo inter filios Regno, abrenunciat ſæculo, & habitum ſacræ religionis aſſumpſit in cœnobio † *Prumienſi*, quod fundatum erat infra Aquenſem & Treuirenſem comitates, in antiqua Ardenna, modo Eyffl ia dicta, *Vbi* ſub monaſtica diſciplina idem Lotharius ſacram profeſſionem fecit, ſed ad paucos annos in peenitentia ſuperuixit, Pro cuius anima plurimum quoque certauerunt Angeli cum dæmonibus ita, quod corpus diſtrahi videbatur à cunctis circunſtantibus. Monachi quidam exemplo deuotas preces fuderunt, quibus malignos ſpiritus à cadauere profugauerunt.

† Prumienſi, Lotharius Imp. ſit mon. chus.

Angeli cadauerum certẽ pro anim a Lotharii Imp.

De vaſta-

De vastatione totius Traiectensis Diœcesis per Danos.

Cap. XXXII.

EODEM Anno quidam Gillandus nomine cum Danis, & quidam Rolandus cum suis Nortmannis seu Nortvvegianis combinati sunt ad inuicem cum Rege Abrotidorum, & secundum prophetiam S. Frederici, Episcopi Traiectensis, cum multis nauib. & armigerorum copiis transeuntes mare, opprimebant & affligebant vbique sanctam Ecclesiam. Tandem versus Traiectum perrexerunt, & innumerabilis exercitus paganorum, eis maxima crudelitate adiunctis, incessanter terram itinerando obsederunt. Deinde ciuitatem Traiectensem, valide & sine intermissione eam debacchando, exterminauerunt fundilibus & missilibus. Et tam diu virtutem in telio exercens aggreditur exercitus, vt ciuitatem Traiectensem, nobilitate præsignem, quæ tandem ciuibus in contrarium laborantibus ac dimicantibus & infidelibus sæpe dictis resistere non valentibus, capitur. *Traiectum capitur à Danis.*

Nihilominus & castri præsidium armiporenter inuaserunt. Et ecce cuncti prædones vniuersum populum & tantundem pene totum clerum, pro dolor, occiderunt in ore gladii. Quinimo turres & autemuralia, portas & propugnacula ciuitatis & castri funditus deuastarunt. Ita quod beatus Hungerus Antistes solus cum paucis Canonicis anxie diffugerent, & ad præsentiam Imperatoris Lotharii, qui illo tempore adhuc viuebat in Prumensi (Prumicensi) monasterio, se reciperet. Lotharius vero, motus misericordia bonitatis Regiæ, contulit Canonicis Traiectensis Ecclesiæ monasterium montis Odiliæ prope Ruremundæ opidum Ghelriæ, Leodiensis Diœcesis, quatenus ibidem ab incursione Danorum & infidelium quiete residerent, & diuini nominis cultum deuotissime celebrarent. Postquam autem sæpedicti cruenti prædones voluntatem eorum de ciuitate Traiectensi perpetrati fuissent, posuerunt illuc armigeros ad custodiam, ne Christiani redirent & renouarent ciuitatem. Mouerunt etiam Dani castra sua & exercitum ad villam magnam non longe à Traiecto situatam, Doresstadum nomine, quæ nunc Wyc Doreſtat vocatur, in qua (vt etiam ferunt) sexaginta Ecclesiæ in Dei nomine & Sanctorum honore fuerant constructæ. Ad quam properantes vastauerunt atque combusserunt eam, & ad nihilum redegerunt, & cum spoliis multis populum captiuum duxerunt. Deinde applicuerunt ad Hollandiam, vt eam depopularent, ac deprædarent, quod & fecerunt. *Fuga B. Hungeri cum paucis Canonicis. Canonici pro fugi donantur alio loco à Lothario. Doresstadii de populatur. Alii legunt quadraginta. Ioannes de Beka. fusse scribit.*

De martyrio beati Ieronis.

Cap. XXXIII.

EADEM tempestate cum Dani prædicti deprædarent omnem locupletationem Hollandiæ, alios vtriusque sexus gladio necarent, alios captiuos ducerent, sanctum virum, sacerdotem Dei, Ieronem, iuxta Noortvvyck populum regentem, ac in fide Christiana Episcopos instruentem, repererunt. Qui comprænsus ab eis iudicio resetuatur examinandus. Dum autem traheretur, gaudens, quoniam dignus esset pro nomine Iesu contumeliam pati, orabat, dicens, *Domine, deduc me in iustitia tua propter inimicos meos, dirige in conspectu viam meam.* *Alii legunt Neertich. A Danis cõprehenditur S. Ieron.*

Et cum perductus fuisset ad capitanei Danorum tribunal, confuse perstrepens vulgus clamabat. Alii dicebant, Tolle huiusmodi de terra, ne patiaris diutius viuere inimicum sacrorum nostrorum deorum: alii diu tortum exquisitis tormentis cruciari persuadebant, vt & Episcopi ipsius sacrarentur pœna, & populus Hollandensis, qui ex eius pendebat amore, tali terrerentur exemplo. Interea post multas afflictiones obscuro clauditur carcere, vt in crastino aut thura idolo offerret, aut, si nollet, p contemptu interiret. Ipse autem psallebat: *Domine in lumine vultus tui ambulabo, & in nomine tuo exultabo tota die.* Mane vero educentes beatum Ieronem, filium lucis de tenebrarum locis, statuerunt eum in consilio suo ante capitaneum. Cui ille, Nunquid illæ hesternæ plagę aliquem dolorem incusserunt? At beatus Ieron hilariter respondit, Nõ solum dolorem non incusserunt, sed etiam fortiorem me reddiderunt. Scriptum est enim: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam* Et interrogauit Præses, cuius conditionis esset, quam sectam coleret. Ille vero respondit, non solum ingenuus, sed & exspectabilis genere, CHRISTVM *Conicitur in carcerem. Cum capitaneo Danorum agit.*

verum DEVM confessus ab infantia colo, & idolis vanis cervicem nunquam inclinabo, quia Dominus meus Deus in Euangelio dicit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Ait autem Præses, Audi me, & sacrificea diis, vt id, quod superest, vitæ tuæ vsque ad senectam cum gaudio ducas, & nostra fruaris amicitia. Tunc Sanctus Ieron respondit, Stulta persuades, & dubia promittis, Derelinque, dicis, DEVM factorem velis nolis, nostram consuetudinem, imo omnium sæculorum, & dæmonibus immola, vt & vitæ meæ vsque ad senectam possit esse consultum. Cum omnia ipse condidit, & quæ sint futura, à longe cognoscit. Dixit autem Præses, Volo, vt mihi dicas, quis sit ille DEVS, quem solum omnis creaturæ laude dignum prædicas. Respondit vir DEI, Scriptum est, *Nolite sanctum dare canibus, neque mittere margaritas ante porcos*, quapropter nunquam tu à me pollutis auribus hauries huius veritatis notitiam. Quoniam autem ex circonstantibus quosdam prædestinatos ad vitam cognosco, his prædico scire, quæ sit nostræ summa religionis, Credimus Patrem, *ex quo omnis paternitas*, secundum Apostolum, *in cœlis & in terra nominatur*, Filium eius, & Spiritum sanctum, de quibus Psalmista, *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Horum indiuisibilem trinitatem, in personis diuisibilem veneramur vnitatem substantiæ. Et in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coëternæ sibi sunt, & coëquales, & omnis, qui extra hunc vnum trinumque DEVM aliquid credit aut colit, quasi DEVM æternum, & in cospem suæ salutis posuerit, periet. Ad hæc veræ fidei documenta, lætantibus cunctis Christianis, in aliis virtutum resonabat fides, & in aliorum mentibus falsorum monumenta pollebant deorum, & aliorum sensibus omnium renouantibus passionum terrores. At vero Præses iniquus, licut aspis, incantantis ad vocem obturans aures suas, ne iniurias Deorum & suas loqui audiret illum, iubet eum celerius puniri, cumque ab apparitoribus ipsius duceretur, psallebat, dicens, *Non abscondas in corde meo misericordiam tuam, & veritatem tuam à consilio multo*, quapropter quæso, Domine, ne longe facias miserationes tuas à me: sed misericordia tua & veritas tua semper suscipient me. Dum hæc beatus Ieron perorasset, à carnificibus diuersis cruciatus cormentorum generibus afflictus, Postremo cum confessione fidei Christianæ decollatus est martyr Domini præclarus, in æternum victurus, ad patriam cœli susceptus est sexto decimo Calendas Septemb. Tunc pauci, qui ibidem aderant, timorati, compuncti de iniusta tanti viri nece, clam propter gentilium timorem rapuerunt eius sacrosanctum corpus, & posuerunt illud cum lachrymis & orationibus in monumento nouo.

Ieron prob. capite trunc. uatur.

De vastatione totius Hollandiæ.

CAP. XXXIV.

HOLLANDENSES autem, cernentes crudelitatem Danorum, in magna multitudine congregati conuenerunt ad castrum * Arindalii Regis, videlicet Efeloer prope Voeburch : Ibique cum armis, & aliis instrumentis ad hoc aptatis, se defendere tentabant, sed, DEO volente ac permittente, virum peccatis populi exigentibus, prædicti pagani illud castrum bellicosa manu ceperunt & duos gloriosos Hollandenses milites, scilicet DOMINOS Geerlacum & Dibbaldum, cum tota eorum multitudine satis crudeliter pro fide Christiana & patria pugnantibus occiderunt, castrumque iam dictum destruentes, terræ adæquarunt. Et ex tunc furiosus iste populus, cum exercitu suo veniens etiam Egmondam, Ecclesiam sancti Confessoris Athalberti inibi constructam dilapidauerunt. Insuper & omnia opida & loca totius Hollandiæ, nolentes prædictos Danos cum pace recipere, & eorum obtemperare voluntati, contrita sunt ab ipsis, ac in solitudinem redacta. Accipientesque spolia Hollandiæ in prædam, & occidentes omnes masculos in ore gladii, abduxerunt in captiuitatem vxores & pueros & diuersa spolia.

** Alii Aurin dalus.*

Thietholdum & Gerolfum nominat Ittha.

De Baldewino secundo Domino de Hoesden.

CAP. XXXV.

DANI autem & Noerwegiani, vlterius mouentes castra sua, destruxerunt etiã castrũ & Dominium de Hoesdẽ, effugato ex eis Roberto, primo Domino de Hoesdẽ, de quo

de quo diximus in præcedenti libro, cap. XII. Qui Robertus, fugiens ad Brabantiam, obiit ibidem, plenus dierum, anno Domini octingentesimo quinquagesimo septimo. Hic habuerat in vxorem Idam, filiam Comitis de Cuyc, ex qua genuerat filium, Baldevvinum nomine, sibi succedentem in prædicto dominio. Hic Baldevvinus, secundus Dominus de Hoesden, dum esset adolescens, & expulsus per Danos à Dominio, tandem pergens ad Angliam, promotione Comitis Domini sui mansit diu seruiens S. Elderico Regi Angliæ, & præcipue Reginæ & Sophiæ filiæ eius, dilectusque ab omnibus fuit propter suam probitatem & honestatem. Intra quos annos filia Regis inamorata est amore eius, quod ipsum minime latuit, quia mutuo sine suspicione loquebantur. Tandem, nacto oportuno tempore, absente Rege cum Regina, cum vna pedissequa & vno famulo, nocturno tempore fugit, venerunteque prospero flante vento in Zelandiam nauigio. Deinde secrete peruenit in Brabantiam apud cognatum suum in castro Meghen, manseruntque longo tempore in eo, secreto modo. Deinde latuit aliquo tempore in Comitatu Sutphaniæ. Genuitque ex ea duos filios, quorum senior appellabatur Eathmundus, iunior Robertus. Sanctus Eldericus Rex dolens amissam filiam suam, ignorans, quorsum migrasset, misit ad Franciam, ad Brabantiam, etiam ad Scotiam, ad Daciam, ad Hyberniam, etiam in monasteriis moniahum. Cumque nullus perciperet, tristabatur valde. Erat autem Sophia filia Regis præfata, deuota Domina, feruens amatrix pauperum, quia sæpe iuit cum vna ancilla & vno seruo visitatum pauperes, & loca sancta, in orationibus prolixa, & in omni bonitate perspicua. Defuncto ergo Roberto, patre suo, primo Domino de Hoesden, idem valde bonus tempore pacis reædificauit castrum Hoesden. Qui tamen, non diu regens illud, obiit anno Domini octingentesimo, septuagesimo. Post cuius obitum Sophia mansit in castro Hoesden cum duobus filiis suis.

Baldevvinus II. Dominus de Hoesden à Danis expulsus.

Eldericus rex Anglie.

Baldevvinus fugit cu Anglia cum filia regis.

Anno 870.

Tandem, Deo volente, quidam Anglicus mercator venit in Hoesden, qui, videns eam, statim agnouit eam. Habensque secum diuersa colloquia de mercantiis, tandem Anglice loquebatur ei. Stupens ipsa, quod agnita fuit, supplicauit, ne proderet eam, fuit enim missus à sancto Rege ad perlustrandum diuersa loca, & ad inquirendum de ea. Mercator vero, salutata Domina Sophia, lætus rediit festinanter ad regem, intimans sibi per ordinem, qualiter & vbi inuenisset filiam cum duobus filiis, quos genuit ex ea Baldevvinus. Gauisus rex, ista audiens, condoluit filiæ suæ, & misit ad Hoesden nobilem vitum, scientem Teutonice loqui, cum præfato mercatore & decenti familia, vt adduceret sibi filiam suam cum filiis suis, vt litera desuper confecta plane expressit. Qui venientes in castro Hoesden, inuenerunt eam sedentem in rubea rota, croceum sericum filantem. Presentauerunt ergo ei literas regis sancti, patris eius, continentes, quod, omni excusatione postposita, statim veniret cum duobus filiis suis ad regnum eius, ipse indulsit & remisit ei cuncta præfacta. Ipsa vero, regales literas, & Ambassatores sancti regis patris videns, gemens & largiter lachrymans, doluit, quod sic offendisset regem patrem suum. Tractansque ipsos nobiliter iuxta vires suas, licet consolata & animata esset per eos, quod scilicet sanctus rex pater eius ipsam in gratiam reciperet, & denuo regaliter maritaret, tamen nullatenus audebat repatriare, sed misit duos filios suos cum præfatis nunciis, petens à rege patre suo, quod gratiose recipiendo tractaret filios eius, & remitteret ad paternam hæreditatē. Qui, accepta licentia ab ipsa, redeuntes ad Angliā, statuerunt iuuenes amænos ante regē, qui statim prouoluti pedibus regis aui ipsorum, mediante doctore interprete ipsorum, humiliter fecerunt excusationem Dominæ matris, quia infirma esset, & præcipue, quod non audebat comparere ante conspectum regis patris eius, sed quod sincero corde peteret, vt sibi indulgeret delictum commissum contra regiam maiestatem suam, &, quod benigne tractaret filios suos, precabatur.

Agnoscitur tandem filia regis Angliæ Sophia.

Iuuenes duo filii Sophiæ ad auum suum regem Angliæ missi.

Quo audito, statim rex leuans ipsos, & inter amplexus osculans, duxit eos per manus suas in regalem cameram suam, vestiens eos regalibus indumentis. Tandem inter cætera, orta quadam die fabula inter eos, qualiter inuenerunt Sophiam matrem ipsorum, in rubea rota sericum filantem, conuocauit rex postea nepotes suos, & dixit eis: Baldevvinus pater vester, nobis seruiens, fraudulenter seduxit filiam meam, matrem vestram, & in vxorem accepit sine consensu nostro, & nuncii nostri inuenerunt matrem vestram, in rubea rota sericum ornantem, sicut plebeam mulierem, propterea amodo portabitis & seruabitis rubeam rotam fortunæ in simili forma in armis seu clypeis vestris, quæ arma ex regali munificentia

Arma Dominorum de Hoesden vsq; in tempus sumpserunt.

conferimus vobis & sequacibus vestris, scilicet vnum aureum scutum cum tali rubea rota. Sicque à Rege auo ipsorum acceperunt præfata arma & successores Domini de Hoesden. Postmodum vero S. Edelricus domicellum Eathmundum de Hoesden, seniorem filium, secum detinens remisit Robertum iuniorem fratrem, regaliter diuersis cleynodiis ditatum, ad matrem suam in castro Hoesden cum gratia ipsius exoptans pie, vt rediret ad Angliam, vt eam videre posset & ditare. Sed ipsa pudica domina, filia tanti præpotentis Regis, non audebat, eo quod nimium se humiliauerat contrahendo cum Baldewino famulo suo. Iltis autem postpositis, ad historias & crudelitates Danorum redeamus.

10

De tyrannide Danorum.

CAP. XXXVI.

Condinum olim dictum Ptol. lib. 2. c. 8 †vulgo Tours

POR RO Dani Noerwegiani, de quibus supra diximus, per fluuium Rheni cum infinitis nauibus & armigerorum copiis armipotenter ascenderunt, & nihil in regionibus illis stare permiserunt, non parentes ordini, neque statui, aut sexui, Nouimagium, Coloniam, Bonnam, Maguntiã, Aquisgranum & plures alias ciuitates igne consumpserunt, equosque suos in palatio Imperatoris, sibi in contemptum, locauerunt, & in regni confusionem. Cremauerunt etiam Comitatum Iuliacensem, ciuitatem Tungrensem, Traiectum superius & multa alia oppida, ac villas, & ciuitates atque munitiones, totam Flandriam, Picardiam, præter Brugas & Gandauum. Deinde per mare Britannicum, ostia Ligeris ingressi, vrbem vulgo Nantes inuadunt, & Episcopum huius vrbis, sabbatho Paschæ baptismum celebrantem, trucidarunt, clerum & populum perimunt. In Andegauis deinde † Turonem occupant, &, vt tempestas, omnia diruunt, templum etiam S. Martini incendunt. Tandem dedit Dominus gratiam paganis sic, quod inuadendi plures ciuitates vlterius displicuit, & Christiani miraculose facti sunt, sicut ponitur infra libro sequenti, cap. XII. Præterea interim † Adelphus, Rex Anglorum, qui primus totius Angliæ Monarchiam obtinuit, & cæteros reges sub se posuit, Romam perrexit, & coram Leone Papa S. Petro tributum, quod vsque hodie in Anglia soluitur, id est, de vnaquaque domo nummum argenteum, per annum obtulit.

20

30

† Alii Aldulphum legunt. Vide Platinam in Leone IV. Leoni Papa Adelphus rex Angliæ S. Petro tributum obtulit per annum.

De origine Comitum Hollandiæ.

Pharamundus Francorum rex eligitur an. 419. † Alii Clodium Crinitum legunt. † Clotarium. † Clotarium. † Engelbrinus fortassis.

PRIAMVS, primus Rex Francorum, genuit Marcomirum, Marcomirus Pharamundum, Pharamundus † Clodium Crinitum, Clodius Crinitus Meroueum Audacem, Meroueus Childericum, Childericus Clodoueum Christianum, Clodoueus † Lotharium, Lotharius Chilpericum, Chilpericus † Lotharium, Lotharius Dagobertum, Dagobertus Clodoueum, Clodoueus Theodoricum, Theodoricus Hildebertum, Hildebertus Clodoueum, Clodoueus Chilpericum, Chilpericus Theodoricum, Theodoricus Lotharium, Lotharius Theodoricum, Theodoricus Enghelrinum martyrem, qui cecidit in Ronciouallein bello, † Engelrinus Naufredum, Naufredus Sigisbertum, Sigisbertus Theodoricum, primum Comitem Hollandiæ, & Walgerum Comitem Testerbandiæ, id est Auezaet prope Tyelam. De quo Walgero procreati sunt multi Comites super Rhenum. Vxor vero Sigisberti patris Theodorici, primi Comitis Hollandiæ, dicebatur Machtildis, filia Orgheri, sororNennæ, vxoris Ludouici, Regis Germaniæ, fratris Caroli Calui, Regis Franciæ, & sororno-bilis Comitis Haganonis, qui Xanctis habitabat. Naufridus ex filia Ducis Bourges genuit Sigisbertum Ducem Aquitaniæ. Enghelrinus habuit in vxorem filiam Gayrini, Ducis Lotharingiæ, & eius mater fuit filia Samsonis, Ducis Burgondiæ.

40

Item tempore Imperatoris Ludouvici II. Imperii eius anno septimo, facta est Hollandia Comitatus, centum & LIII. annos post adventum S. Willibrordi. Nam Willibrordus fuit in Traiecto centum & LIII. annos ante primum Comitem.

50

Quomodo Hollandia facta sit Comitatus.

Desiderantur quadam in Autographo.

Hi ergo bellicosi viri, Comites Hollandiæ ac Principes, inuictissimique bellatores effecti, fidem & gratiam conseruantes, & eis confœderati, fidelissimi defensores extiterunt: ita etiam inimicos suos, ac eis aduersantes, fortissime impugnantes, victoriose de eis triumphauerunt. Verum his præclaris ex gestis ac magnificentiis gloriosis terram suam ex inope ditem, ex parua latam, ex ignobili nobilem & inclytam reddiderunt, sic per creberrimas victorias, prosperis successibus, ac mundi rebus nimium fortunati, thronos suos amplissimos dilatauerunt. Quapropter Romanorum Reges, has earum militares probitates audientes, non solum eorum defensores atque adiuto-

adiutores effecti, verum etiam in curiis eorum coram Principibus eos honorantes, connubia cum eis celebrauerunt. Denique & vicini Barones ac milites, strenuitates eorum sæpe videntes, ac potentiam eorum formidantes, eis indissolubili vinculo amicitiæ ac fidelitatis mire confœderati sunt. Nam quidam eorum homagia facientes, eorum liberi vasalli effecti sunt.

LIBER VI.

CONTINET HISTORIAS QVADRAGINTA ANNORVM, quibus Theodoricus Hollandiæ primus Comes Hollandiam gubernauit, & tempora duorum beatorum Episcoporum Traiectensium, videlicet Odulbaldi & Egilbolds, cum aliquibus incidentibus illius temporis. Et habet capitula decem & octo.

De primo Comite Hollandiæ, & eius Genealogia.

CAP. I.

FVIT autem istis diebus in curia Caroli Calui, Regis Francorum, quidam famosus Princeps, militari ordine insignitus, cuius vocabulum erat Theodoricus. Hic etiam Princeps morum honestate præclarus erat, viribus robustus, ac magnanimus ad quæcunque ardua aduenientia in bellis, iustus totus à cæteris scilicet impauidus, fortis in prœliis, & dimicandi arte guarus, paratus semper periculo exponere corpus pro vtilitate communi. Idcirco præfatus rex cum intellexisset, totam Hollandensem & Traiectensem diœcesim crudelitate Danorũ vastatam esse ob rogatum summi Pontificis Ioannis octaui, & Haganonis Comitis, auunculi prædicti Theodorici Principis, contulit iam dicto Theodorico totam Hollandiam in Comitatum cum parte Frisiæ, vsque ad Lauicam fluuium, id est, Lauvvers, in Dominium, vt terram illam eriperet atque defenderet ab incursu Danorum, qui adhuc Traiectum inhabitabãt. Porro hic egregius Comes Hollandiæ primus non solum extitit ingenuus, sed & † exspectabilis genere, fuit enim de nobili prosapia Troianorum, antiquorum Regum Franciæ, ortus. Nam Priamus Troianus, primus Rex Franciæ, genuit Marcomirum, qui Pharamundum, qui Clodiũ, qui Merouecum, qui † Hildricum, qui Clodoucum Christianum, qui Lotharium, qui Gilbericum, qui Lotharium, qui Dogobertum, qui Clodoueum, qui Theodoricum, qui Hildebertum, qui Clodoueum, qui Gilbericum, qui Theodoricum Ducem, qui Lotharium, qui Theodoricum, qui Enghelrimum martyrem, qui Nantredum, qui Sigisbertum. Qui ex vxore sua Machtilde, sorore Hennæ, vxoris Ludovvici Regis Germaniæ, & Haghanonis, Comitis Xanctensis, genuit Theodoricum, Comitem primum Hollandiæ, & Walgerium, Comitem Teysterbandiæ fratres.

Theodoricus primus Hollandiæ Comes

Theodorico in Comitatu traditur Hollandia.

Hæc omnia actis in Brabantia quæ conueneranti

multi Proceres ex Gallia & Germania

† *Portassis spatiis.*

† *Childerici*

De introductione primi Comitis Hollandiæ Theodorici.

CAP. II.

ITAQVE rex Karolus Caluus Franciæ, cum Theodorico Comite, omnibus præparatis, ad Hollandiam venit, vt Theodoricum Principem armata manu introduceret in possessionem iam dictæ prouinciæ. Quod cum intellexissent Burchgrauius Leydensis, & Dominus de Valhenburch, nolentes eum acceptare pro Domino & Comite, fecerunt colligationem ad inuicem, & congregauerunt exercitum, vt pro posse resisterent. Quibus gestis, Carolus Caluus, rex Franciæ, cum Theodorico Comite intrauit Hollandiam, & commissum est prælium. Et ecce dies illa extitit illis dies iræ, quoniam electi pugiles ceciderunt ab vtraque parte. Denique Carolo regi victorialis laus tandem attributa est, quoniã corruerunt occisi in eodem dicto certamine Burchgrauius Leydensis & Dominus de Valhenburch. Quibus interfectis, omnis populus expertit dexteras, & sic submiserunt colla mandato Karoli regis, & inclinauerunt suas ceruices dominio THEODORICI Principis, accipientes ipsum pro Comite & vero Domino HOLLANDIÆ. Etiam idem rex perrexit vlterius cum Theodorico Comite Hollãdiæ ad Frisiam cum roborata manu. Frisones vero cõpulsi recepe-

Cadunt in prælio Burchgrauius Leydensi & Dominus de Valhenburg.

Hollandia agnoscit Theodoricum pro Comite, similiter & Frisia

receperunt eundem Theodoricum, Comitem Hollandiæ, pro vero Domino & Comite. Homagiumque præstantes promiserunt deinceps Comitibus Hollandiæ subesse & obedire. His itaque gestis Carolus Rex adiens Franciam, dimisit Theodoricum Comitem in Hollandia, qui aliquot diebus satis pacifice Comitatum Hollandiæ possedit atque gubernauit.

Conspirant aliqui aduersus Comitem Theodoricū.

Ioannes VIII. Pontifex Moguntia agit.

De expulsione & introductione eiusdem Comitis.

Cap. III.

DEnique aliquibus diebus transactis, Frisones cernentes Theodoricum Comitem Hollandiæ habitare in pace, & in Comitatu Hollandiæ confidenter consistere, consilium occulte inierunt cum Hollandensibus, quomodo Theodoricum Comitē per vim de patria expellerent, & mutuo se in opere præfato colligauerunt, & conspirationem concluserunt. Quod cum percepisset Theodoricus Comes Hollandiæ, perrexit ad Carolum Caluum Regem Franciæ, manifestando, quomodo Hollandenses & Frisones eum de Comitatu expellere vellent, & iam de facto expulsus esset. Quo audito, Carolus Rex scripsit ad summum Pontificem Ioannem octauum, qui tunc temporis extitit super Rhenum in ciuitate Maguntinensi, quod Theodoricus Comes de prouincia Hollandiæ expulsus esset, petens ab eo consilium, quid in his foret agendum. Litera autem coram Domino Apostolico perlecta, idem summus Pontifex extemplo hanc literam fregit in præsentia Ambassatorum Regis, in corrigias longas, & cultello de vagina extracto, corrigias illas scidit in frusta, funes abscindendo. Et sero facto iuit Dominus Apostolicus cum nunciis Regis ad quendam hortum, multis arboribus paruis & magnis consitum, & accepit gladium, & magnas quasdam, aliquasue paruas arbores abscidit. Hoc idem opus iam dictus Pontifex fecit duobus, tribus & quatuor diebus in præsentia Ambassatorum prædictorum. Dixitque ad eos, Ite, & narrate Carolo Regi & Theodorico Comiti ea, quæ à me vidistis. His dictis præfati nuncii reuersi sunt ad Calvum Regem Franciæ, & ad Theodoricum Comitem, ac narrauerunt ipsis, prout à summo Pontifice edocti erant. Quod cum audiuisset præfatus Rex, extemplo cognouit ac intellexit mentem summi Pontificis.

Karolus rex & Theodoricus Comes ituri venerunt in Hollandiā. Decollantur propter rebellionem præfati Hollandiæ & Frisiæ.

Pacem & veniam supplices à Carolo Caluo petunt

Quare idem KAROLVS præparauit se magna cum potentia ad pergendum versus Hollandiam, & punire rebelles, ac armata manu Theodoricum Comitem in dominio & statu pristino restituere, inimicis inuitis. Collecto igitur copioso exercitu, idem Rex cum Theodorico Comite versus Hollandiam cum magno apparatu properauit. Porro Carolus ditiores ac potentiores, tam ex Hollandia, quam ex Frisia, sub vmbra noctis occulte de suis lectis tollere præcepit, & luce orta, in conspectu totius populi decollauit. Et cum iam deficerent nobiles & potentes, hoc idem fecit fieri quibusdam de Comitatu. Videns autem omnis populus & intelligens iram regis & Theodorici Comitis, & quod nemini parcerent, timuerunt valde Hollandenses cum Frisonibus. Pariterque ergo in vnum conglobati venerunt ad regis præsentiam, postulantes misericordiam & pacem, dicentes flebilibus vocibus, desinat indignatio pii regis Domini nostri sæuire super nos, & ne disperdas ac deleas nos de hominum memoria. Nos cum vxoribus & filiis nostris serui tui sumus, ac promittimus, nos obtemperaturos præceptis ac mandatis tuis. Quibus rex auditis cœpit mãsuescere & mitius agere, ponens dictum Comitem Theodoricum Principem terræ. Qui susceperunt eum cum magna gloria ac reuerentia in Comitem ac Principem terræ, dicentes, Veni nobis, Domine, pacificus, & ne deleas nos de terra. Melius enim nobis est, vt viuentes seruiamus tibi, quam propter inobedientiam incurrere mortem. Sic igitur Satrapa Theodoricus cum violentia ac potentia permansit, & de nouo creatus est primus Comes HOLLANDIÆ & FRISIÆ. Quibus completis, rex cum pace est ad propria reuersus.

Iterum susceptus Theodoricus Comes ab Hollandis & Frisonib. Theodoricus fit creatur Comes Hollandiæ.

De bulla donationis Comitatus Hollandiæ.

Cap. IV.

CVM autem CAROLVS CALVVS, rex Franciæ, iam de nouo THEODORICVM in Comitatu Hollandiæ roborasset, donauit sibi bullam annulo suo aureo sigillatam, in qua imaginem suam impresserat. Antiquitus enim reges anulo literas

literas signabant. Tenor vero huius confirmationis hic est ‡ In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Karolus, diuina propitiante elementia, Rex Francorum: Regalis celsitudinis est nostros & fideles suos donis multiplicibus honorare. Idcirco notũ fieri † voluimus omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ de præsentibus scilicet ac futuris. *Quum audiens *præsentiam nostram Hagano, venerabilis Comes, expetiit à mansuetudine nostra, dari cuidam fideli nostro, nomine Theodorico, quasdam res, Ecclesiani *van Egmonde cum omnibus ad eam iure pertinentibus, à loco qui dicitur Suytherdeskayhe, qui modo dicitur *Hillegommerberch, vsque Fortrapa & *Knihen fluuium, qui fluuius est modo inter Alcmariam & conuentum Carmelitanum * ..... Cuius petitionem benigne (vt decebat) suscipientes, concedimus præfato fideli nostro hæc omnia ex integro cum mancipiis, quæsitis & inquirendis, pratis, siluis, pascuis, aquis, suæ aquarum decursibus, præcipientesque iubemus, vt sicut reliquis possessionibus, quibus iure hæreditario vti videtur, ita & his nostri muneris largitate rebus impensis valeat secure omni tempore vitæ suæ frui ipse & omnis eius posteritas. Vnde & hoc * scriptum nostræ elementiæ ei super his confectibi iussimus, per quod præcipimus atque mandamus, vt libere hæc omnia teneat atque possideat, habeatque potestatem de his iuxta libitum suum ordinandi seu faciendi, Deo in omnibus propitiante, & nemine inquietante. Et vt hoc nostræ largitionis munus per succedentia tempora firmius habeatur, & attentius obseruetur, manu propria subter firmauimus, & anuli nostri impressione iussimus sigillari. Signum Caroli gloriosissimi Regis, Hagano notarii ad vicem * Rutgeri Archiepiscopi, summique Cancellarii recognouit. Datum anno Domini octingentesimo sexagesimo tertio decimo, septimo Kalendas Iulii. * Actum in * Pladella villa feliciter, Amen.

‡ *Tenor litterarum donationis Comitatus Hollandiæ.*
† *voluimus*
* *quomodo audiens*
* *præsentiam solis nostri.*
* *videl. Hermuda.*
* *Suidgardesschoogh, ita Bernardus Furmerius in Annal. Frisic. l. 6*
* *Sillegommebeech.*
* *Kinnen.*
* *præceptum.*
* *Rutgarii.*
* *Indictione xi. An. xxx. regnante Domino Karolo Rege reding. tegrante xxv largiore vero haereditate indepta.*
* *alii legunt Bladella page in Campinia.*

De bulla donationis de Forrestio in VValda, quæ Zelandia.

CAP. V.

CVM ergo idem Theodoricus Comes litetis Caroli Calui Regis Franciæ sic esset munitus, Ludouicus Rex Almaniæ, filius Ludouvici Pii Imperatoris, frater prælibati Caroli, Theodorico Comiti Hollandiæ per intercessionem * Henricæ Reginæ vxoris suæ etiam dedit forestium Walsda, quia Princeps erat multum famosus, per literam anulo Regis aureo sigillatam, in qua imaginem suam impresserat, & scripsit sic in forma: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ludovvicus, Dei gratia Rex: Notum sit omnibus fidelibus nostris, tam præsentibus, quam futuris, quod dilecta coniux nostra, Henna Regina, adiens nostræ celsitudinis præsentiam humiliter deprecata est, vt cuidam nostro fideli, scilicet Comiti Theodorico, forestium in Walsda, & in eodem Comitatu, cum pratis, aquis, terrisque aratoriis, exitibus, & * ingressibus, cum-que rebus pertinentibus ad prædictum Forestum petintegre nostro daremus præcepto, cuius petitionibus (dignum prout est) fauentes, prædictum damus & largimur forestum, vt habeat, teneat, possideat cum suis pertinentiis, tam ipse, quam sui hæredes, seu cui ipse suique hæredes vendere vel mancipare voluerint, sine omni contradictione. Et vt firmius maneat, inconuulsumque seruetur, hoc ei præceptum fieri iussimus, manu propria subter firmantes, * annulo quoque nostro iussimus sigillari. Signum Ludovvici, gloriosissimi Regis. Gezo Cancellarius ad vicem Domini Othelrici Archiepiscopi, summique Cancellarii recognouit & subscripsit. Datum anno Domini octingentesimo, sexagesimo octauo, Idibus Aprilis, * Indictione duodecima.

* *Emma.*
Forma bullæ, alii Ludovvicus.
* *regressibus.*
* *sigille.*
* *Regnante Domino Ludhovvico an. xv.*

De clypeo & vxore primi Comitis Hollandiæ.

CAP. VI.

EOrum igitur Regum auctoritatibus roboratus Theodoricus, Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ, terminos suæ iurisdictionis contra Danorum & Northmannorum, qui Traiectum adhuc inhabitabant, incursiones, fidelium potestate gubernauit. Hic fuit armatus clypeo aureo, in quo depicta extitit rubei colotis imago leonis. Itaque clypeus iste fuit clypeus patris eius Sigisberti, filii Naufredi, filii Engheltini, filii Theodotici, filii Lotharii, filii Theodorici, Ducis Aquitaniæ, filii Chilperici, Regis Franciæ, vt patet in arboris figura huius libri. Et quia Pipinus, Rex Franciæ, pater Caroli Magni, sibi subiugauerat totam Franciam, ideo portauit vera arma Franciæ, nec permisit aliquam Ecclesiam, (terram) quantumcunque potentem, portare. De cætero arma Franciæ præter descendentem de suis lumbis. Sed contulit idem Pipinus rex præfato

Imagines Hollandiæ sunt nobilissimæ.

præfato Theodorico, Duci Aquitaniæ, spiritualia arma, videlicet scutum aureum & in eo leonem rubeum, cum lingua & branceis blaueis. Et quia Theodoricus, primus Comes Hollandiæ, ab isto Theodorico, Ducæ Aquitaniæ, originem traxit (vt patet in præcedentibus) Ideo & ipse eadem arma portauit. Vnde & patet, quod iste Theodoricus, primus Comes Hollandiæ, descendit de vera radice primorum nobilium regni Franciæ, descendentium de linea Troianorum. Porro nomen matris eius erat Machteldis, soror Haganonis Comitis Xanctensis, & † Henricæ reginæ vxoris Ludovvici regis Germaniæ. Hic egregius Comes habuit in vxorem Genam siue Gonnam, filiam Pipini minoris regis Italiæ, quia Pipinus fuit iunior filius Caroli Magni. Quare & Ludovvicus Pius, pater Caroli Calui, erat patruus eiusdem Genæ vxoris Comitis Hollandiæ. Ex qua idem Comes genuit filium sibi similem, nomine Theodoricum, multis probitatibus insignitum, sibique succedentem Comitem. Igitur Ludovvicus, rex Almaniæ, Nouimagum veniens cum multis Principibus Almaniæ, & Zelandiam à Danis depopulatam audiens, misit contra eosdem Danos Theodoricum Comitem Hollandiæ, & in subsidium quendam bellicosum militem, de stirpe Franconis filii Lippoldii Comitis, filii Comitis illustrissimi quondam Svvaniæ: vbi & victorias multas idem miles contra prædictos Danos egregie obtinuit, & ab eo descenderunt in Zelandia Domini de Borsala. Porro à Lippoldo seniore eiusdem Franconis descendit magnus Maroth in Vngaria, & à Frederico, fratre secundo eiusdem Franconis, descenderunt in Austria Domini de Walchi, nobiliores totius patriæ. Et à Francone (vt dictum est) in terra Zeelandiensi Domini de Borsalia, id est, Borsele.

Arma Comitis Hollandiæ.

† *Emma.*

Gena vxor Theodorici.

Domini de Borsele vnde originem trahant.

De VValgherofratre eiusdem Comitis, & Ecclesia in Tycla.

Cap. VII.

Auezaet villa apud Tyclam.

Ecclesia in honorem S. VVal burgis.

ISte Theodoricus, primus Comes Hollandiæ, habuit ex vtroque parente fratrem, nomine Walcherum, qui erat Comes de Teysterbandia, & traxit moram apud Tyclam, in villa Auezaet dicta. Hi duo fratres habuerunt auunculum quendam, nomine Haghanonem Troianum, qui in Troia minori, scilicet Xanctis, moram traxit. Hic autem VValgherus Comes transactis multis temporibus in oppido Tycla honestissimam Ecclesiam ad honorem sanctæ Walburgis virginis constituxit, in qua sanctimoniales longo tempore seruitio diuino mancipatæ sunt. Postea autem Ecclesia ipsa destructa, & tandem reformata, semotisque sanctimonialibus, canonici regulares instituti sunt. Qui canonici vsque ad tempora Heynrici Tertii Imperatoris & Adelvvoldi decimi noni Episcopi Traiectensis Deo humiliter seruierunt. Adelvvoldus autem factus Traiectensis Episcopus hanc Ecclesiam ptæ vetustate collapsam iterum reædificauit. Tandē Anno Domini millesimo, trecentesimo vigesimo octauo, in festo beatorum Apostolorum, Petri & Pauli, Præpositus, Decanus & Capitulum Canonicorum Tyelensium, recesserunt à Tyela ad Arnhem oppidum. Et ista translatio facta est propter intolerabiles tribulationes ab oppidanis Tyelensibus ipsis Canonicis illatas. Et eodem anno & die, Domini domus Teutonicorum, ordinis S. Mariæ, hospitales Ierosolymitani venerunt in Tyela, & ibidem habitare cœperunt.

Domini Teutonici ord. S. Mariæ.

De exordio Comitatus Flandriæ.

Cap. VIII.

An. 846. Balduinum Ferreum ferestarius Flandriæ.

† Odoacri.

† Englarani.

† Synuanchi vxoris.

ANno Domini octingentesimo, sexagesimo secundo erat Forestarius in Flandria Balduinus Ferreus, filius Audacri, filii † Inghelrammi, filii Liedetici de Harlebeke. Hic Baldevvinus anno prædicto inuenit in ciuitate † Saulis Iudith, filiam Caroli Calui, regis Francorum, relictam Otvvaldi ciuisdam regis Angliæ cum fratre suo Ludovvico Baldo habitantem, visaque pulchritudine eius Baldovvinus captus est amore eius. Qui loquens cum ea perduxit secrete Brugis, & contraxit publice cum ea in Ecclesia sancti Donatiani, genuitque ex ea Karolum & Balduinum Caluum. Carolus Caluus, rex Franciæ, ista percipiens, congregato exercitu, bellum iniit cum Baldevvino prope Atrebatum circa montem sancti Eligii. Sed rege vulnerato fugam vsque Parisios iniit, & Baldevvinus victoriam obtinuit. Porro sequenti die Carolus Caluus, dolens de amissa victoria, misit Anselmum, Episcopum Rhemensem, cum magno exercitu aduersus Baldevvinum, vt ipsum primo excommunicaret secundum decreta sancti Gregorii Papæ contra raptores mulierum, & postea debellaret eum:

Excommunicatio contra Balduinum Ferreum.

Balde-

Baldevvinus vero, omnium horum præscius, dimisso exercitu suo, in locis deputatis venit ad ipsum, petens humilime, vt desisteret ab excommunicatione. Quod cum Archiepiscopus parui penderet, submina sse tque in eum excommunicationis sententiam, tristis abiit ad suos. Sed Francigenæ videntes ipsum terga vertere, putantes eum præ timore fugere, insequebantur eum, & prælium magnum inualuit. Francigenæ vero corruentes, victoriamque obtinuit Baldevvinus Ferreus.

Corruit autem in eodem prælio ANSELMVS Archiepiscopus Rhemensis cum multis aliis nobilibus. Deinde treugæ vnius anni ordinatæ fuerunt inter Regem & Baldevvinum. Interea Baldevvinus profectus cum vxore sua humillime Romam, quos Apostolicus benigne recepit, & à vinculo excommunicationis absoluit, & eos iterum in Ecclesia sancti Petri matrimonio aliter copulauit, & cum honore ad suas partes remisit. Insuper & duos Cardinales suos legatos ad regem misit, qui pacem pro Baldevvino impetrauerunt. Rex ergo consentit in matrimonium contractum, & dedit eis Flandriam in comitatum, ac suis hæredibus in perpetuum possidendam. Donauitque eidem Baldevvino præfatus rex in fœdus perpetuæ amicitiæ ex Rhemensi Ecclesia corpus sancti Donatiani Archiepiscopi Rhemensis. Quod recipiens portauit deuote Brugis, fregitque capellam sanctæ virginis, quam construxerat primus Lidricus, & construxit nouam Ecclesiam in honore sancti Donatiani, in qua sanctum corpus eius decenter reposuit, ordinans in ea monachos, qui horas canonicas decantarent. Item ergastulum iuxta eandem Ecclesiam pro maleficis captiuandis, & antiquum prætorium ciuitatis, reuocandoque restaurauit totam curiam Brugis. Qui cum gubernasset vt comes, totam Flandriam sedecim annis, obiit anno Domini octingentesimo, octuagesimo primo, sepultus in monasterio Sithiu, siue sancti Bertini, in ciuitate Audomari sancti. Cui successit Baldevvinus filius eius, secundus comes Flandriæ. Hic genuit ex vxore sua Arnoldum Pulchrum, tertium comitem Flandriæ & † Adulphum comitem † Baloniæ, id est, de Buenen, quem comitarum idem Adulphus susceperit de manu patris sui, Baldevvini Calui. Hic Baldevvinus fundauit in Gandauo Abbatiam sancti Petri, in cuius Ecclesia post mortem sepelitur.

Flandria Comitatus datur Baldwino Ferreo à rege Francia.

Corpus S. Donatiani Archiepiscopi Rhemensis Brugis requiescit.

Baldwinus ex struxit Ecclesiæ S Donatiani Brugis.

M. vs Baldwini comitis.

An. 881.

† *Arnulphus.*

† *f. Bolonia.*

Ammianus Marcellinus Benoniamvocat.

An. imperii 30. Gandaui moritur ann. 918.

An. 871. moritur Episcopus Hungerus.

De obitu Hungeri Episcopi.

CAP. IX.

ANNO Domini octingentesimo sexagesimo, vndecimo Kalendas Ianuarii, beatus Hungerus, Episcopus Traiectensis, postquam cum Alfrero & Lutgero Episcopis, viginti octo annis Episcopatum Traiectensem gubernasset, requieuit in pace, qui à cathedra Episcopali olim immerito fuit expulsus per inexpugnabilem Danorum sæuitiam. Quamobrem nec scire potui, vbi corpus suum sepulturæ traditum esset: sed apud Deum creditur magni esse meriti, viriliter hostiles nequitias Danorum pro fidei catholicæ defensione superando, non solum eis vsque ad prostrationem audacter resistendo, sed secundum vocem Dominicam de ciuitate in ciuitatem fugiens, dimicando, ac vestigia Apostolorum ac aliorum sanctorum, in speluncis & abditis latitantium, sectari plurimum gestiebat, atque sic quasi extra memoriam hominum positus, cuius anima in libro viuentium conscripta cognoscitur, corpus humo tectum, & caligine telluris obumbratum, nondum est hominibus reuelatum.

S. Hungheri sepulchrum incognitum.

De substitutione S. Odilbaldi, Episcopi Traiectensis duodecimi.

CAP. X.

POST obitum Hungeri Præsulis, duodecimus Episcopus sei successit, vir nomine Odilbaldus, natione Friso, sanctus, largus, pius & iustus. Hic igitur sanctus cum adhuc clericus esset, diligenter seruiuit Ecclesiæ, & frequenter vocabulum suum interpretatus est. Talem igitur exhibere se studuit, vt Dominum posset, & ipse á Domino possideretur. Terrena omnia, velut stercora, despiciebat, quod qui aurum vel argentum aut possessiones auide cogitans possidet, cum istis pars eorum Dominus fieri dedignabitur, quia gloria Episcopi est, pauperum inopiis prouidere, & ignominia est omnium sacerdotum, propriis studere diuitiis.

De imperio & successione Caroli Calui.

CAP. XI.

An. 876. obiit Ludouicus Imp. Carolus Calnus Imp. Romanorum.

ANNO Domini octingentesimo septuagesimo sexto obiit Ludovvicus, Imperator Romanorum, filius Lotharii, filii Ludovvici Pii, filii Karoli Magni. Quo defuncto Carolus Caluus, Rex Franciæ, patruus eiusdem Ludovvici Imperatoris, perrexit Romam in magna pompa, & efficitur anno sequenti Imperator Romanorum. Imperauit autem annis duobus. Anno vero imperii sui primo obiit frater eius Ludovvicus Rex Germanorum, qui reliquit post se tres filios, videlicet Ludovvicum iuniorem, & Karolum Grossum, qui post Karolum Caluum imperauit, ac Carolomannum patrem Arnulphi Imperatoris. Porro iam dictus Karolus Caluus, Imperator Romanorum, &

Carolus Caluus Mantuæ moritur hausto veneno. Alii mortuũ scribunt anno Domini DCCCCXIII.

Rex Franciæ, à quodam Zedechia Iudæo medico, hausto veneno, quod in pharmacũ dederat, necatur, & Mantuæ moritur anno Domini octingentesimo, septuagesimo nono, pridie nonas Octobris. Quo sepulto, in Romanorum imperio coronatur Karolus Grossus prædictus, filius fratris eius. Sed in Francia coronatur filius eius, Ludovvicus Balbus, & idem homagiatur etiam Dux nonus Brabantiæ. Hic postquam duobus annis rexisset moritur, vxorem suam grauidam relinquens. Quæ postea peperit filium, qui est dictus Carolus Simplex. Sed antequam hic puer effectus est vir, regnauerunt pro eo duo fratres eius illegitimi, videlicet Ludovvicus & Karolomannus.

Carol. Grossus Roman. Imp. Ludouic. Balbus nonus Dux Brabãtiæ.

Quibus defunctis Franci propter graues molestias Danorum & Northmannorum, Carolum Grossum, Romanorum Imperatorem, ad auxiliandum sibi muitantes Franciam ei subiiciunt, qui tunc regnauit in Francia annis quinque. Post eum regnauit in Francia Odo filius Roberti Ducis Aquitaniæ. Cumque idem Odo quasi continue in Aquitania desideret, Franci eum derelinquunt, & Carolum Simplicem, filium Ludovvici Balbi, filii Caroli Calui, eorum hæredem verum, Regem Franciæ, & decimum Ducem Brabantiæ constituunt. Porro hic Carolus Simplex, Rex Franciæ, habuit in vxorem filiam Eduvvardi Regis Angliæ, ex qua genuit Ludovvicum sibi succedentem & Gillam filiam. Hic Rex dedit Heynrico, Regi Germaniæ, regnum Lotharingiæ, Episcopis & Comitibus rem confirmantibus.

Carolus Simplex rex Frãcie. & decimus Dux Brabantia.

De pace facta inter Danos & Christianos.

CAP. XII.

Dani & Normanni ad Christũ conuertuntur.

PORRO huius Karoli Simplicis Regis Franciæ potẽtia & tempore Dani & Northmanni victi ad Christum conuersi sunt, qui multis annis Ecclesiam Dei vastauerant. Itaq; Gillando datur Comitatus Blisensis, id est, Boloys, vbi ipse fuit Comes, sed Rolloni Principi Northmanniæ tradita est Gilla, filia Caroli Simplicis præfati, in vxorem, & terra Neustria, id est, Normannia in Francia, illo saluo, quod in feudum illam terram Northmanniæ possideret à Rege Franciæ, scilicet à suo principaliori Domino. Etiam Godefrido Regi Northmannorum tradita Ghisella, Lotharii Regis filia, in vxorem, & maxima pars Frisiæ in dotem. Idem ergo Godefridus, cum Frisones aduersus eum rebellarent, redegit eos manu armata in vile seruitutis improperium. Itaque omnes circa collum, sicut fures & raptores, circumastrictũ baiularent laqueum, vt vnumquemque sine mora suspenderet, qui contra maiestatem suam aliquo modo rebellare præsumeret. Et ecce iam dictus Godefridus Rex post quædam annorum curricula cum infinitis Danis, Deo vindicante, peremptus est, & sanguis multorum Christi fidelium sufficienter vltus est.

Ignominiosa subiectio Frisonum.

De fundatione monasterii lignei sanctimonialium in Egmonda.

CAP. XIII.

Ex Ioan. Beccano.

CVM autem præclarissimus Theodoricus, Comes Hollandiæ, iam in proiecta ætate multis virtutibus fulgeret, ex magno deuotionis affectu ligneum construxit in Egmonda monasterium, qui locus antiquitus dicebatur Hallem, sed propterea nunc ideo dicitur Egmonda, quia per præclara merita sanctissimi Athalberti Confessoris ab omni spurcitia idololatriæ extitit emundata. Sic ergo Egmunda tantum sonat, sicut emundata terra. In quo quidem monasterio idem Comes sanctimoniales ordinis S. Benedicti primitus instituit, quibus de suis facultatibus vitæ munera copiose tradidit, offerens Deo primitiua dona ad eum locum. In Vrolem mansus nouem, in Alcmere mansus vndecim, in Callinghe, quæ modo dicitur † Ogha, medietatem totius

Mansus vius fluch Landtvuan in mergelen. † Togha.

possessio-

possessionis persoluentem singulis annis quatuor decim libras, & alia quam plura obtulit ibidem pro comparanda hæreditatis portione.

De inuentione corporis Athalberti in Egmunda.

CAP. XIV.

IN eo itaque collegio sanctimonialium cuidam sanctimoniali, Wlfir nomine, apparuit amabilis Confessor Christi, Athalbertus, in somnis, denuncians vt præciosissima corporis sui ossa, quæ more cæterorum profundius sub humo recondita tenebantur, eminentius eleuata, cunctis in conspectu locarentur, sed ad deuotionem fidelium efficacius incitandam, & meritorum eius interuentionem præsentialius obtinendam. Et ne fidem quiuis forsitan ambiguitatis offendisset scrupulus, trinis feminam præfatam, Deo sacratam, dignatus est certificare visionibus. Quæ ne stringeretur inobedientiæ reatu, præclarissimo Principi Theodorico, Comiti Hollandiæ, qui locum eũdem proprietatis iure possidebat, haud segnis intimatrix, per somnum sibi reuelata suggerere properabat. Illic vero, sicut semper in illis, quæ religionis, promptus & officiosus extitit operator, ita in exequendis his, quæ sanctimonialis intulerat, velox fuit executor. Paratis igitur, quæcunque tali fuerant operi congrua, sancta leuari fecit pignora. Cumque sacerdos sanctissimi Athalberti sepulchrum aperuisset, mox subtus sarcophagum repertus est fons, mira lympiditate perspicuus, qui vsque in præsentem diem ad recuperandam sanitatem ineluſa spe multis extat idoneus. Aperto quoque locello, pallium, quo sacrum corpus velabatur, vt requiescentis viuacitas apprehenderetur, ab omni corruptione putredinis immune conspiciebatur. Similiter crux aurea super pectus eiusdem confessoris certo testimonio perhibetur ibidem inuenta fuisse, medelam & sanitatem præstans contra variam corporis & animæ infirmitatem. Constitutaque die, qua fidelium vnanimis deuotio conuenire potuisset, illuc scilicet ad monasterium præfatum sanctum deducitur thesaurum, in quo venerabili depositionis officio, quor sanitatis impotes reformarentur, non paruo colligi potest numero, præcipue denique cæcis redditum lucis decus alludebat, & quos gressus debilitas enervabat, redigesta membrorum compages erigebat.

Fons insignis in sepulchro S. Athalberti

De quodam miraculo eiusdem sancti in Comitem Hollandiæ.

CAP. XV.

ACcidit autem brumali tempore, dum cuncta fuissent aspero frigore constricta, præfatum Hollandiæ Comitem Theodoricum, vehiculo residentem, trahi super profundissimi cuiusdam lacus, terga glaciali rigore contecta. Verum sicut huiusce modi sæpe constat periculosa meatio, iam vero fere medio contingentibus dum glacies tenuitas non æquipararet ponderis impressionem, letiferam sui minabatur rupta voraginem. Vnde cunctis tremore fugatis, Comes relictus est solus. Qui cum humanum penitus deesse videret auxilium, ad expertum crebrum beati Athalberti totis suspiriis confugit auxilium, per cuius intercessionem celerem meruit impetrationis obtentũ. Nam, quod mirum est dictu, vbi fundus vix credibilis habebatur, summo tenus prudentem lympha sorbere non valuit, cinguli tantum vsque finitima lambere præsumpsit. Sic nempe tam ipse liberatus exiuit periculum quam cuncta, quæ vehiculo imposita ferebantur, sunt liberata.

De obitu S. Odilbaldi Præsulis.

CAP. XVI.

ANno Domini octingentesimo, nonagesimo nono, quarto Idus Decembris, obiit in Christo sanctus pater & Dominus Odilbaldus, Antistes Traiectensis, post quam Episcopio præfuisset annis triginta tribus. Parantur igitur ex more exequiæ & sepultura in Traiecto, apud sanctum Saluatorem, penes antecessores, patres suos. Hic egregius sanctus impetrauerat confirmationem omnium bonorum, iurium & priuigeliorum suæ Ecclesiæ. Et insuper obtinuit bulla regali in ius Ecclesiæ suæ & dominationem Tyelamiam destructam cum suis pratis & siluis ac cæteris pertinentiis: insuper & Dauentriam, cum suis theoloneis vniuersis, perpetuis temporibus possidendam.

An. 894. obiit S. Odilbaldus Episcopus.

De S. Egilboldo, decimo tertio Episcopo Traiectensi.

CAP. XVII.

POST decessum sancti Episcopi Odilboldi, quidam, Egilboldus nomine, natione Friso, tertius decimus Antistes Traiectensis consecratus est. Hic Episcopatum non

honorem, sed onus intelligens, curam habuit, vt humilitate superaret superbiam, mansuetudine iram, charitate inuidiam, deinde vt nullam in se obscæni rumoris fabulam daret, & qui mordebant ad eius ætatem, stuperent ad continentiam, spes miserorum fuit, solamen lugentium. Ita in singulis virtutibus eminebat, quasi cæteras nō habebat. Tandem post huius vitæ certamina nostræ naturæ soluit generale debitum, & meruit ad vitam æternam peruenire, cum Pontificio Traiectensi præfuisset tantum per sex menses. Obiit autem VII. Calendas Octobris. Exequiis completis, sepelitur à clero in Traiecto, apud Ecclesiam S. Saluatoris, prope priores patres nostros. Quo defuncto, fit Episcopus Traiectensis S. Ratholdus, vt patebit in sequenti libro.

Moritur S. Egilboldus 901. Anno.

De obitu Theodorici, primi Comitis Hollandiæ.

CAP. XVIII.

ANNO Domini nongentesimo tertio, prid. nonas Octobris, Theodoricus, primus comes Hollandiæ egregius, post multas victorias ab eo perpetratas senex efficitur valde, felicique fine tandem migrauit ad regnum cœlestis patriæ, postquam Hollandiam gloriose gubernasset atque defendisset annis quadraginta. Et vxor † Gena, siue Gonna, obiit tertio Idus Ianuarii. Ambo sepulti in monasterio sanctimonialium in Egmunda, quod ipse ligneum ante construxerat, cui successit Theodoricus Secundus, filius eius.

An. Domini 903. moritur Comes Theodericus.

Beka habet † Ghena.

Egmunda sepelitur.

Explicit sexta diuisio.

LIBER SEPTIMVS.

CONTINET HISTORIAS OCTVAGINTA ANNORVM, quibus Theodoricus, secundus Hollandiæ Comes, gubernauit Hollandiam, & temporatriuum beatorum Episcoporum Traiectensium, scilicet Radbodi, Baldrici & Volcmari, cum aliquibus incidentibus illius temporis, & habet capitula XXVIII.

De Theodorico, Secundo Hollandiæ Comite.

CAP. I.

ENEALOGIAM itaque Comitum Hollandiæ connectentes, nunc quæ de Theodrico, secundo Comite Hollandiæ dicenda scribendaque fuerint, prosequamur. Igitur Theodrico, primo Comite Hollandiæ defuncto & sepulto, Theodricus, filius eius, factus est secundus Comes Hollandiæ, Zeelandiæ, sed non Frisiæ. Iam enim Frisones rebellabant & decreuerant amodo non subesse Comitibus Hollandiæ, sed permanere in libertate pristina. Hic accepit in vxorem Hildegardam filiam Ludouvici Regis Franciæ, filii Caroli Simplicis, filii Ludouvici Balbi, filii Caroli Calui, Regum Franciæ. Genuitque egregius Comes ex ea Egbertum, Archiepiscopum Treuirensem, virum per omnia venerabilem. Arnulphum sibi succedentem Comitem, ac Aleydam seu Eylindam, puellam venustatis eximiæ, atque pulcherrimam.

Theodricus II Hollandiæ Comes & ita dic. Hildegarda vxor Theoderi Comit. Egbertus Episcopus Treuirensis fil. Theoderici Comitis, moritur an. 989.

De duplici victoria Theodrici, secundi Comitis aduersus Frisones.

CAP. II.

PORRO cum Frisones rebellassent aduersus iam dictum Comitem, vt dicitur in prædicto capitulo, idem gloriosus Theodricus, Comes Hollandiæ, congregās fortes armigeros & pugiles, decreuit cum eisdem temperare arrogantiam & rebellionem Frisonicæ gentis. Tunc præfatus Comes inclytus, collectis quasi arena maris fortium militum copiis, quo potuit, adiens, terram siue prouinciam Frisonum archipotenter est ingressus cum cornibus horrisonis & vexillis fulgidis. Et oppida ac vicos capiens armata manu, & debellans, depopulatus est, atque in ore gladii innumerabile mactabat

Theodorus Comes Frisiā aduersitur.

mactabat hominum genus. Quod videntes Frisones, cum non haberent resistendi copiam, petiuerunt sibi dexteras ab eodem comite dari. Quod cum ita factum fuisset, promiserunt de cætero obedire & subesse præceptis comitum Hollandiæ. Quibus sic peractis, idem comes Theodoricus, multis spoliis diuitatus, illæsus cum suis ad comitatum Hollandiæ est reuersus. Sed, prô dolor, & quod nefas est dicere, post recessum à Frisia iam dicti comitis, quasi post annum, Frisones non seruantes fidem, rupuerunt pactum, confregerunt iugum, rebellauerunt que satis crudeliter aduersus comitem Hollandiæ. Nam transmeantes ad Hollandiam cum exercitu copioso, deuastauerunt oppidum Alcmarienſe trucidantes habitatores loci illius, & ipſum oppidum comburentes tradiderunt igni deuorandum. Et exinde armata manu infestauerunt totam Kenemariam, occidentes atque necantes immaniter eos, qui resistebant, verum etiam iam dicti Frisones destruxerunt monasterium Egmundense, & ad nihilum redegerunt. Sicque cum multis bellatoribus comburentes omnes pagos in itinere existentes, vsque ad castrum & oppidulum Leydense peruenerunt, vt illud caperent, & comburerent sicut fecerant oppido Alcmarienſi. Sed Burchgrauius Leydenſis fortiter resistit (restitit) eis, ita vt non obtinerent intentum: Quinimo misit nuncios ad Theodoricum comitem, quod festinaret in eius auxilium, alioquin cito perderent oppidum. Theodoricus autem, his agnitis, ad Leydense oppidum properauit & determinauit statuere Frisonibus locum & diem ad campestre bellum. Frisones v. exspectare *tempus determinatũ petierunt immediate inire certamẽ, minime diffidẽtes de obtinenda victoria. Quapropter Theodoricus comes, necessitate compulsus, extemplo collegit, sicut potuit, bellatores fortes, & eduxit ex oppido Leydenſi, & ex Hollandia perpulchrum exercitum, vt expugnaret Frisonum crudelitatem. Cum ergo exercitus Frisonum in duplo maior existeret, idem Theodoricus cum exercitu suo, sicut placuit Frisonibus, occurrit eis armipotenter ad bellum cum tubis & vexillis in aere fulgurantibus. Commisso ergo graui prœlio, Theodoricus comes egregius Princeps inperterritus tubis exclamantibus aduersus hostes viriliter cum suis prœlium ingressus est, de quibus inopinatum triumphum potenter adeptus est, quia ceciditibi quasi totus exercitus Frisiæ, cæteri vero terga vertentes, in fugam conuersi sunt. Contigit autem hæc cruenta strages prope Leyden in eodem loco, quo nunc monasterium sanctimonialium ordinis sancti Benedicti situatum est in Rensburch. Sic ergo Theodoricus comes archipotenter coegit Frisones ad obedientiam suam. Qui fecerunt eidem fidelitatis homagium, recipientes ipsum cum magna, sicut decuit, gloria pro vero domino. Statimque in gratiarum actiones post annum idem comes in eodem loco iussit ædificari pulchram Ecclesiam, quæ Ecclesia postmodum per Petronillam comitissam Hollandiæ mutata est, vt liquet, in Abbatiam sanctimonialium ordinis S. Benedicti, sicut patebit in sequentibus.

Pacũ iurant Frisones cum Theodorico.

Frisones frangunt pactum.

Alcmaria capitur à Frisonibus.

Frisones destruunt monasterium Egmundense.

Leyda oppidum.

**Sufficiero missum verbum nolentes aut similt.*

Frisonum exercitus deletus ab Hollanda.

*De restauratione monasterii ex lapidibus in Egmunda & * amonatione sanctimonialium.* **pro amotione vel amolitione.*

CAP. III.

THeodoricus itaque, comes Hollandiæ, sæpius lites habens, & tandem eos triumphali gladio sibi subiiciens, renouauit monasterium in Egmunda ex lapidibus, q̃ pater eius constxerat de lignis. Remouensque sanctimonialium vitam monasticam instituit de ordine S. Benedicti, loco monialium, vt, si necesse foret, se defenderent à Frisonibus. Et idem comes locauit sanctimoniales præfatas non longe ab oppido Harlemensi prope villam Heemstede in loco, qui dicitur *Bennenbruec, prohibens ipsis, ne de cætero sanctimoniales assumerent aut inuestirent, vt sic, tandem deficientibus personis, vita illarum ad finem deduceretur, & redditus ad monasterium Egmundense redirent. Is enim comes Theodoricus, paternæ deuotionis feruentissimus æmulator, in honore sancti Confessoris Athalberti Basilicam (vt supra dictum est) de lapidibus non sine magna difficultate constxuxit, quippe cum tellus hæc arenosa, tenuis exilitate, nimium sit egena lapidum & calcis oportunitate. Pignus quoque sacri corporis, ineluſum sarcophago, eleganti fabricæ decorauit artificio, & ne quid ei in præmio futuræ beatitudinis deesset, perfectæ remunerationis cultores monasticæ obseruantiæ inibi Deo vacare instituit. Quibus etiam ad quotidianum victum de redditibus suis sufficientiam præbuit. Nam pater eius institutione sanctimonialium prius ibi vita florebat, sed ob imminentem sæpius Frisonicæ gentis molestiam ad obseruantiam propositi sui facultas ei minime suppeditabat. Ita huic solemni monasterio instituitur primus Abbas, Wonoboldus nomine; Qui, cura susceptа, vt fidelis dispensa-

**Inuibrouch.*

Theodoricus comes paterna deuotionis æmulator.

VVonoboldus Abbas.

tor, res Ecclesiasticas, prout potuit tum, subditis sibi commissis dignus gubernare satagebat. Tandem post multos annos, cum infirmaretur, post huius carnis molestiam à vita ista miserrima ad vitam cœlestem, vt speramus, felici transmigratione, Deo adiuuante, peruenit, sepulturæque commendatur corpus eius in Ecclesia iam dicti monasterii. Obiit autem decimo septimo Calendas Septembris, in quo & agitur memoria eius. Cui venerabilis pater & Dominus, Dominus Andreas, prædecessor Brunonis Abbatis, successit, post quem extitit Dominus Reynerus, quartus Abbas eiusdem dicti monasterii.

De duobus miraculis beati Athalberti in proles Theodrici Comitis.

Cap. IV.

Festum S. Athalberti celebratur 7. Kal. Iul.

PORRO Egbertus, filius Theodrici, secundi Comitis Hollandiæ, clericali sorte deligitur. Qui dum iam in florida ætate Subdiaconatus ministerio fungeretur, sequenti die palmarum valida vi febrium est inuasus, cuius acerbitate vsque ad festum sancti Athalberti, quod est septimo Calendas Iulii, grauiter est vexatus. Cum vero sacræ solemnitati, fiducia meritorum piissimi Confessoris, cum cæteris interesse decreuerat, ita penitus ab omni aduersa valetudine est absolutus, quasi nunquam fuisset ab ea pulsatus. Et lætus ob tantæ pestis euasionem, ad Missarum solemnia ministerii sui obsecutus est deuotionem. De isto itaque Egeberto, viro venerabili, qualiter se habuit in Archiepiscopatu Treuirensi, dicetur in sequenti libro. Fuit etiam, vt dictum est, eidem Comiti Theodorico filia charissima, nomine Aleydis, siue alio nomine nuncupata Erlinda, quæ diu vnius oculi est visu frustrata. Sed quis tantum Confessorem non sentiret sibi placabilem, quem patris sui sedulitas tot munificentiis fecit esse debitorem? Recepit ergo visum, plus gaudens ex instaurationis beneficio, quam si nunquam naturali careret officio.

Aleydis filia Com. Theodorici recuperat visum.

De donatione facta monasterio Egmundensi per Theodricum, secundum Comitem Hollandiæ.

Cap. V.

Lia Ie Beha.

THeodricus Comes Hollandiæ pro remuneratione beatitudinis æternæ, Egmundensem Ecclesiam largis dotando possessionibus, obtulit beato Athalberto historiam tripartitam, & vnum textum Euangelistarum, auro fuluo pretiosisque lapidibus circumtectum. Nihilominus & Hildegardis Comitissa consimiliter obtulit tabulam altaris Ecclesiæ Egmundensis totam auream, cum multimodis gemmis incomparabilis pretii valde fulgidam, de cuius cacumine lapis, vt ferrur, ostulanus dictus furtiue sublatus fuit, qui nocturnis temporibus totum sacrarium radiis emicantibus collustrauit. Obtulit etiam idem Comes præfatæ Ecclesiæ multas possessiones videlicet in Scagen sex mansus, in Haragum vndecim mansus & quartam partem mansus: in Renighen octo mansus: iuxta claustrum duos mansus: inter villam Elebentere Henner-
† *Siterhem.* ke, quæ nominatur † Suterhem, mansus quatuor & dimidium: in Wynnem mansum & dimidium, & ab eodem mansu vsque ad Arem octo turni, inter Aremerver & Wynerver pertinebat monasterio, Aremerver consistit in meridionali plaga à monasterio Insenbachem & Wynerver existit in Aquilonari parte monasterii prope Wynnen, vt patet intuenti. Insuper adhuc dederunt prænominato monasterio in Wallehem mansus tres, in Osden mansus duos & dimidium, in Lymbern mansus septem & dimidium, in Sunthem mansus duos, in Haren mansus tredecim & dimidium, in eodem loco adhuc mansus nouem, in Bachem mansus tres, in Ordenbolla mansus duos, in Thosemansum vnum, in Ouigen mansum vnum, in Hemstede mansum vnum, iuxta flumen † Bamestra mansum vnum, inter riuulum Schulinghe & Hurestede mansus quatuor vna cum piscatione. In † Velzom sex mansus & altare eiusdem Ecclesiæ à nona vsque ad nonam in die sanctæ Agathæ: in Voorhout Ecclesiam cum decimatione, & Merstgau cum decimatione. In Alcmere omne theolonium.
† *Iodite Bemster.*
† *Velsen.*

De terminatione Imperialis dignitatis, quantum ad posteritatem Caroli Magni.

Cap. VI.

CVmque Carolus Grossus, Imperator Romanorum, successor Caroli Calui, in imperio obiisset, successit sibi in imperio Arnulphus, filius Carolomanni, fratris iam dicti Karoli Grossi, qui Carolomannus fuit filius Ludovvici, Regis Germaniæ, filii

filii Ludovvici Pii, filii Caroli Magni. Tandem Arnulphus Imperator, longa infirmitate tabefactus, nulla arte medicinali potuit iuuari quin à pediculis comederetur & cõsumeretur. Huic successit Ludovvicus, filius eius, sed ad coronam Imperii non peruenit. Nam tempore suo Imperium cœpit diuidi. Quidam tantum in Italia, & quidam in Almania imperabant vsque ad Ottonem primum, qui vtrobique imperauit. Hic ergo Ludovvicus Berengarium, qui tunc per Italiam regnauit, fugauit. Et cum ipse imperare vellet, capitur & excæcatur, & Berengarius imperio restituitur. Vnde in isto Ludovvico fuit finis Imperii, quod ad posteritatem Caroli Magni, culpis exigentibus, quia Ecclesias, quas patres eorum construxerant, non fouebant, sed potius dissipabãt. Imperauit ergo Berengarius, huius nominis primus, in Italia, quo tempore regnauit seu imperauit in Almania Conrardus. Mortuo Berengario primo, imperauit in Italia Berengarius secundus. Interim imperauit per Almaniam Heynricus, sed non computatur inter Imperatores, quia non imperauit in Italia, nec per Papam fuit coronatus. Mortuo tum eo, filius eius, Otto primus, in Regem coronatur. Porro Berengarius tertius succesſit Berengario secundo, cui succesſit Lotharius, cui Berengarius quartus. Hic itaq; Berengarius quartus nimia feritate premebat Italiã, & Reginã Lotharii tenebat incarceratam. Sed Otto Rex Almaniæ, Italiam potenter intrans, ipso Berengario repulso, Reginam liberat, accipiens eam in vxorem. Sed idem Berengarius, postea in gratiam receptus Ottonis, Longobardiam susceпit. Ibidem tyrannidem exercens, ab Ottone in exilium mittitur, & Otto Romam veniens, à Papa & Romanis solemniter est coronatus. Et sic imperauit Otto primus, tam in Italia, quam in Germania. Hic mul ta donaria dedit Ecclesiis, qui, pacata Italia, cum vxore sua in Saxoniam rediit, de qua filium genera uit, tam Regni, quam sui nominis succeſſorem. Cui etiam in vxorem dedit Theophanam, filiam Theophani, Imperatoris Constantinopolitani, cuius Imperatoris alterã filiam, nomine Luytgardã, duxit in vxorẽ egregius iuuenis Arnulphus, filius Theodrici, Comitis secundi Hollãdiæ. Hic Otto primus construxit vrbem Meydenburch, quæ est Parthenopolis, quæ interpretatur virginum ciuitas.

Arnulphus Imp. comeditꝰ pediculis.

Ludouicus oculis priuatur.

Berengarius in Italia imperat.

Berengarius secundus.

Berengarius tertius.

Berengarius quartus.

Otto primus imperat in Italia & Germania.

Meydeburch constructum ab Ottone Imp.

De consecratione S. Radbodi, Episcopi Traiectensis quartidecimi.

CAP. VII.

DEfuncto quidem Egilboldo Pontifice, Radbodus, vrgente Imperatore Arnulpho, quartusdecimus consecratus est Traiectensis Episcopus, vir veraciter doctus, sanctus, pius & multum ingenuus. Interprætatur autem nomen Radbodus in idiomate Germanico idem, quod consilii nuncius in Latino. Fuit etiam hic Episcopus magni cõsilii angelus, in palatio Caroli Regis Franciæ educatus, per Nannonem Philosophum in septẽ artibus liberalibus imbutus, Qui flores eximios de Sanctis tam Willebrordo, quam Bonifacio compoſuit, ac integrum officium de translatione S. Martini conſimiliter edidit.

Hæc eadem Beka.

Nanno Philosophum Præceptor Radbodi.

Consule Trithemiũ de Scriptoribus Ecclesiasticis.

De duobus miraculis eiusdem Sancti.

CAP. VIII.

SIc Antistes Ratbodus, cum Traiectensis Pontificatus sacræ religionis susceпisset habitum, vacauit indesinenter orationibus, eleemoſynis, abstinentiis vsque ad vitæ terminum. Nam cum sui commensales vina potarent infra mensem, ipse solus limpidam occulte bibit aquã. Quod quidam nomine † Gummarus attendens, supplicauit eidem Episcopo, quatenus sibi gustare licereꝛ de suo poculo, sed beato viro non cõsentiente, dictus Gummarus Episcopalem scyphum clam accepit, & magnum haustum ex eo sumpsit. Et ecce stupendum miraculum: Nam eadem aqua repente mutata in optimum vinum. Qua de causa tentator atrocitus imploraꝛit exemplo veniam, & beatus Episcopus ex hoc prodigio nõ sibi, sed Deo dedit gloriã. Sanctus Radbodus Episcopus Dauentriæ sedere consueuit, quoniam ciuitas Traiectensis per Danorum austeritatem omnino desolata fuit. Accidit autem, vt idem Episcopus vna dierum Traiectum adiret, vt ibidem loca Sanctorum cum deuotione visitaret. Dani vero potenter occurſantes obstiterunt in contrarium, prohibentes vlteriorem sibi transitum, quos sacer Episcopus paternaliter admonet, fidem Catholicam deuote susciperẽ, & à crudeli strage Christianorum pie desistere: At illi tortores, eo magis commoti, acerbam necem sancto viro comminati sunt. Præsul itaque altissimus hos perditionis filios extunc exectando maledixit, quos fulmineus ignis mox de cælo descendens, miserabiliter absumpsit. Christiani quidem, viso hoc miraculo, constanter in arma reuertuntur, & residuam Danorum cateruam à Traiecto cum victoria profugauerunt.

Hæc omnia ex Beka.

† *Qui narum habet Ioannes de Beka.*

Aqua mutatur in vinũ.

S. Radbodus Dauentriæ residebat sede per Danos.

Maledicit impœnitentibus se Danis.

De Spiritu prophetico eiusdem, & apparitione Domina nostra.

CAP. IX.

ISTE sanctus Antistes prophetico sermone claruit, quoniam multa futura secretariis suis edidit: venerabilis enim Baldricus, iuuenis bonæ indolis, quodam tempore duos clericos suæ patriæ perduxit ad præsentiam eiusdem Episcopi, postulans ab eo, vt promouerentur ad ordinem sacerdotii. Sanctus vero Ratbodus Pontifex, ore iucundo subridens, ait: Fili præcordialis, Anno mediante tertio, me defuncto, præsentis Ecclesiæ Pastor eris, hos clericos propriis manibus ad gradum sacerdotii promouebis, & tam aulam, quam vrbem Traiectensem ad statum pristinum reparabis. Demum idē Episcopus Ratbodus apud Trentam, valida pulsatus ægritudine, lecto decubuit, cui mater misericordiæ, virgo Maria, cum splendore radioſi luminis apparuit † Agnetam & Theclam, concomitantes virgines, habens. Hæc virgo Maria in hunc modum venerando Rathbodo Pontifici loquens, Prædilecte fili, ne formides me videre præsentem, quam in magna deuotione salutasti frequenter absentem, securus esto, quoniam hanc infirmitatem euades, verumtamen in præsenti vita nō diu manebis, & ecce splendor immensæ claritatis euanuit, & fragrantia redolentis odoris inualuit. Pontifex ergo, ab eadem conualescens ægritudine, quibusdam familiaribus suis secretificauerat, cuiusmodi pulchritudinis & effigiei regina cæli virgo Maria fuerat.

Baldrico inuenti Episcopatum prædixit. Eadem Beka.

† *Agnem.*

Apparet & loquitur ei D. Virgo.

De confirmatione omnium priuilegiorum Ecclesiæ Traiectensis per Conradum Regem.

CAP. X.

ANNO Domini nongentesimo, decimo quarto, Conrardus, Rex Almaniæ, getens se pro Imperatore Romanorum, concessit Ecclesiæ Traiectensi confirmationem omnium priuilegiorum antiquorum, hac sub forma: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Conrardus, diuina auxiliante clementia, Rex. Cum petitionibus iustis & rationabilibus, diuini cultus amore, fauemus, remunerationē huius rei à Christi gratia expectamus. Quocirca notum fieri volumus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus, quā futuris, Rathbodum venerabilem Episcopum vetetis Traiecti Ecclesiæ, quæ est constructa in honore sancti Martini Confessoris, aliorumque Sanctorum, suggessisse maiestati nostræ per quosdam nobis familiares, vt constituta Regū, qui nos præcesserunt, quibus præfata Ecclesia nobiliter ampliata atque ditata, scripta renouari iuberemus, eademque scripta nominis nostri signo nostroque imaginis sigillo cum nostra manus inscriptione firmaremus. Cuius petitioni, quā per Vdonem consanguineum nostrum Ewaltgerumque Comitem nobis obtulerat, libenter aurem accommodantes, Regali auctoritate statuimus, firmiterq; iubemus, vt ab hac die & deinceps, sicut in ceteris immunitatibus antecessores nostri, Reges videlicet & Imperatores, Ecclesiis DEI concesserunt, ita & nos in omnibus rebus immunitates prædictæ sanctæ Dei Ecclesiæ concedimus, & iure perpetuo delegamus. Hanc itaque auctoritatem, vt nostris nostrorumque successorum temporibus inuiolabiliter obtineat firmitatem, manu propria subter firmauimus, & sigilli nostri impressione iussimus roborari. Signum Domini Conrardi, serenissimi Regis. Salomon Cancellarius ad vicem Peregrini Archicapellani recognoui. Data septimo Idus Iulii, Anno Incarnationis Domini nongentesimo, decimo quarto, Indictione secunda, Anno vero Regni Conrardi, glorioſissimi Regis, tertio. Actum apud Wilmaburch in Dei nomine feliciter, AMEN.

Anno 914.

Forma confirmationis priuilegiorum.

De obitu S. Rathbodi Episcopi.

CAP. XI.

PORRO Rathbodus Episcopus Traiectensis, Anno Domini nongentesimo, decimo septimo, † Trentoniam exiens ac in Ochmersheim siue Homersum lecto decumbens, hanc Antiphonam in honore beati Martini legit:

Anno Domini 917 moritur Rathbodus Episcopus.

† *Trentam.*

Ecce lati laude digna
Præuenimus gaudia,
Gloriam Martini celsis
Celebremus laudibus.
Christe, nobis esto fautor
Cum misericordia.

In qua Antiphona idem glorioſus Pontifex tertio Calendas Decembris feliciter ab hoc sæculo transmigrauit ad cælestem patriam. Hic sanctus Episcopus in gratiā Danorum persecutione decem & septem annis Traiectensem † glorioſe rexit Ecclesiam, qui, per clerum & populum honorifice tumulatus, requieſcit apud Dauentriam. Qui multa

† *Gratioſe.*

Qui multa bona in vita sua fecit prædicationibus & doctrinis, nec non exemplis, hinc †digna meruit recipi post augmentationem multorum bonorum ad consortium & gaudium Angelorum. † Dignus.

De substitutione S. Baldrici Episcopi quindecimi.

CAP. XII.

SIcvti Longobardorum narrat Historia, Heinricus Rex post obitum S. Ratbodi Episcopi & venerandi Confessoris, ex gente Frisonum nati, decreuit ex magna deuotione Brunonem filium clericali charactere redimere ac eúdem super Cathedram præfati Confessoris collocare. Sed quoniam idem Rex audiuit, atroces Danos ciuitatem Traiectensem expugnasse, nihilominus & totum Episcopatum depopulatum esse, gloriosus Rex promouit eundem filium ad militarem dignitatem, vt Danorum austeritati potenter obsisteret, ac idipsum Episcopiū armis bellicis gloriosè reficeret. Igitur secundum beati Ratbodi vaticinium beatus Baldricus, Traiectensis electus est quintusdecimus Episcopus, filius Rixfridi secundo geniti Luthardi decimi Comitis Cliuensis. Baldricus 15. Episcop. Traiectensis.

De quatuor Dominis de Hueſdem.

CAP. XIII.

ANNO Domini nõgentesimo quarto decimo obiit Robertus, Dominus tertius de Hueſdem, qui habuit in vxorem Adelheydim, filiam Comitis Zutphaniæ, ex qua genuit Eathmundum sibi succedentem, Is idem Robertus ædificauit villam Pocroyẽ, Brabiel & Aelst, & alias plures villas. Miles ordinatus fuit in terra sancta strenue debellans gentiles. Quo mortuo succeſſit ei Eathmundus eius filius, quartus Dominus de Hueſdem. Hic duxit in vxorem Hildegondam filiam Comitis de Zeyn, ex qua genuit Ioannem filium suum. Hic Eathmundus obiit Anno Domini nongentesimo vicesimo nono. Huic succeſſit Ioannes filius eius, quintus Dominus de Hueſden, qui ordinatus fuit miles in terra sancta aduersus Sarracenos pugnaturus, Et habuit in vxorem Margaretam, filiam Comitis Loſſensis, id est, de Loon, & genuit ex ea Robertum filium suum, obiitque Anno Domini nongentesimo, quinquagesimo sexto. Illo defuncto, succeſſit ei Robertus filius eius, sextus Dominus de Hueſdem. Is duxit in vxorem filiam Comitis de Spaeregem, ex qua genuit Baldewvinum sibi succedentem. Obiit autem Anno Domini nongentesimo octuagesimo secundo, cui succeſſit Baldewvinus, septimus Dominus de Hueſdem.

De Ludowvico & Lothario Regibus Francia. & terminatione Regalis dignitatis in posteritatem Caroli Magni.

CAP. XIV.

ANNO Domini 926. obiit Carolus Simplex, Rex Franciæ, Peronæ in custodia, ab Heriberto Comite captus: Editha autem Regina, vxor eius, ad patrem suum Regem Angliæ fugit cum Ludouico filio suo paruulo. Tunc Rodolphus Rex Burgundiæ, filius Richardi Regis Burgundiæ, electus fuit à Francis in Regem, & regnauit in Francia nouem annis. Quo mortuo, Ludowvicus, filius Caroli Simplicis, filii Ludowvici Balbi, filii Caroli Calui, ex Anglia requisitus & rediens regnauit in Francia, factusque vndecimus Dux Brabantiæ, Eo tandem defuncto, Lotharius, filius eius, factus est Rex Franciæ, & duodecimus Dux Brabantiæ. Hic genuit ex Regina vxore sua Ludowvicum minorem sibi succedentem in Regno Franciæ. Hic ergo Lotharius Rex, Anno Regni quartodecimo, donauit Carolo fratri suo ducatum Lotharingiæ & Brabantiæ, factusque idem Carolus tertiusdecimus Dux Brabantiæ. Nominabatur etiam Dux Lotharingiæ eo quod magnam partem Lotharingiæ possidebat. Eadem igitur ratione duces Brabantiæ vsque in hodiernum diem censentur etiam duces Lotharingiæ. Et quia à digniori debet fieri denominatio, ideo principaliter Lotharingiæ ponitur in titulo, pro eo quod Lotharingia Regnũ esse consueuit, Brabantia vero ducatus. Porro Ludowvico minore prædicto post tres annos Regni sui sine liberis defuncto, terminata quasi in eo linea Caroli Magni, quantũ ad Regnũ Franciæ, Franci transferre Regnũ voluerunt ad istũ Carolũ patruũ iam dicti Ludowvici Regis defuncti, sed dũ idẽ Dux Carolus rẽ ad consiliũ differt, vsurpat iterũ Regnum Francorũ Hugo Capetus, Comes de Angiers, id est, Andegauensis, filius Hugonis Comitis Parisiensis ex Hawvidia sorore primi Ottonis Imperatoris, & regnauit nouem annis. Igitur dum Carolus Dux Lotharingiæ multum infestus esset per maxima bella Hugoni Regi pro recuperatione

Anno 926. obiit Carolus Simplex Rex Francia. cum regnasset An. 27.

Rodolphus electus rex Francia.

Ludowicus dux Brabantia vndecimus.

Lotharius Rex Francia & duodecimus dux Brabantia.

Carolus dux Brabantia 13.

Duces Brabantiæ, etiam sunt duces Lotharingiæ.

Regni

Regni Franciæ, tandem traditorie per Hugonem Regem Lauduni capitur, & in Vrbe Aurelia, id est, Orliens, custodiæ mancipatur. Obijt ergo Carolus Dux in vrbe Aurelia in carcere, Anno Domini nongentesimo, octuagesimo octauo. Hic genuerat ex vxore sua Ottonem sibi succedentem, Gerbergham & Ermgardim filias. Otto ergo factus est quartus decimus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ. Hic dimissus existens parum laborauit ad recuperandum Regnum Francorum † vere patronatus sibi debitum. Huius filius, vr quidam tradunt, beatus Aufridus, decimus octauus Episcopus Traiectensis. Itaque Ghebergam præfatam duxit in vxorem Lambertus cum barba, filius Regneri Longi colli, Comitis Hannoniæ, viuente adhuc Carolo duce patre eius, quibus idem Dux contulit in dotem Comitatum Louaniensem & Bruxellensem cum suis pertinentiis, Sed Armigardim duxit in vxorem Comes Namurcensis, id est, Namen.

Anno 988.

Otto 14. Dux Brabantiæ. † iure

10

De processu aliquorum Comitum Flandriæ.

CAP. XV.

ANno Dñi 928. obiit Balduvvinus Caluus secundus Comes Flandriæ, & sepelitur in Abbatia S. Petri in Gandauo cui successit Arnold⁹, dict⁹ Pulcher, filius eius, tertiꝰ Comes Flandriæ. Hic triumphali gladio suo expulit Huños & Wandalos à Flandria & Gallia, propter quod Apostolicus contulit sibi decimas sui Comitatus. Hic fundauit Brugis in Ecclesia S. Donatiani duodecim Canonicatus præbendas, statuens ibidem Canonicos Regulares, habuitque in vxorem Adelam filiam Heriberti Comitis Weromandensis, id est, Warmendoys, & genuit ex ea Baldevvinum Iuuenem, quartum Comitem Flandriæ. Obiitque Anno Domini nongentesimo, sexagesimo quarto. Sepultus est in Gandauo, in monasterio S. Petri. Porro Baldvvinus dictus Iuuenis, quartus Comes Flandriæ, accepit in vxorem Machteldim filiam Hermanni Ducis Saxoniæ, ex qua genuit Arnoldum iuniorem sibi succedentem. Obiit autem anno Domini nõgentesimo sexagesimo septimo. Sepultꝰ apud S. Audomarũ in monasterio S. Bertini Confessoris. Quo defuncto, successit ei Arnoldus iunior, filius suus, quintus Comes Flandriæ, qui genuit ex vxore sua Susanna Baldevvinum Cum pulchra barba, sibi succedentem, sextum Comitem Flandriæ.

Anno 928. Balduinus Caluus secundus Comes Flandriæ moritur. Arnoldus pulcher Comes Flandriæ tertius. Brugis in S. Donatiani fundantur 24 Canonicatus. Balduinus Iuuenis quartus Comes Flandriæ. Anno 964. Arnoldus Iunior, quintus Flandriæ Comes. Balduinus cum pulchra barba sextus Flandriæ Comes. Fons sanguineus.

20

30

De reparatione ciuitatis Traiectensis per Baldricum Episcopum.

CAP. XVI.

CVm Otto primus cœpisset regnare per Almaniam, antequam adhuc sublimatus ad Imperialem dignitatem, fons in ciuitate Ianuensi sanguineus exsiliit, & iisdem diebus vulgus Danorum vbique succubuit. Insuper altercatio fuit in partibus superioribus de adorandis idolis & Deo in clerico quodam, Pompone nomine, & Danis in conuiuio altricantibus. Dani enim Christo idolis sacrificabant, dicentes Christum Deum verum, sed Deos maiores & antiquiores. Tandem per candens ferrum, portatum à clerico, Dani facti sunt omnes Christiani. Quapropter S. Baldricus Traiectensis Episcopus, effugatis Danis, ciuitatem suam Traiectensem turritis mœnibus circumcinxit, excelsis & fortissimis muniuit propugnaculis, incensas etiam Ecclesias refecit, ac aulam egregiam cum cæteris ædificiis obrutis honestissime reparauit. Hic etiam Episcopꝰ, post aliquot † annos transcendens Alpes, deuenit in Italiam, vbi pro quibusdã vtilitatib. Ecclesiæ Regis Ottonis exquisiuit præsentiam. Qui rediens asportauit secum corpora Sanctorum Benigni, Pontiani & Agnetis Martyrum, & in Ecclesia Traiectẽsi decẽter collocauit. Insuper reuelatione diuina inuenit corpora † Lebuini, Werenfredi, Pleghelmi, Vironis, Otgeri, Odulphi & Radbodi, cum quibus Ecclesiam suam Traiectensem solenniter decorauit.

40

† Anno 966. Corpora SS. Benigni, Pontiani & Agnetis adueõta ex Italia Vltrajectum. † Lebuini.

De præcepto Regali, de moneta in Traiecto Ottonis primi sub Baldrico Episcopo.

CAP. XVII.

50

ANno Domini nongentesimo, tricesimo sexto, Otto primꝰ Rex dedit Ecclesiæ Traiectensi præceptum de moneta cudenda in ciuitate Traiectensi sub hac forma: In nomine Dñi nostri Iesu Christi, Summæ diuinitatis nutu disponente, Otto Rex: Cunctorum fidelium nouerit vniuersitas, qualiter nos, interuentu dilectę coniugis nostrę, licentiã concedimus monetã fiendi in ciuitate Traiectensi, in qua modo venerabilis vir Baldricus Episcopali officio fungi dinoscitur, & vr nullus Comes, neque aliqua iudiciaria potestas licentiam habeat theolonium vel aliud quodlibet deditũ siue quæsitũ ex ipsa moneta exigendi, nostræ serenitatis regia auctoritate omnino interdicim⁹. Sed quicquid inde exigendum erat, ad integrum Episcopo prædictæ vrbis & Ecclesiæ ci-

Anno 936. Forma præceptionis regis Ottonis.

siæ eidem potestatiue in posterum habendi in eleemosynam nostri simul, & bonæ memoriæ patris nostri Heinrici, serenissimi Regis damus & concedimus, Et vt hæc cõcessio veracius à fidelibus nostris credatur, & firmiorem sui tenoris sublimitatem & futuras populorum successiones obtineat, præceptum hoc inde conscribi iussimus & anuli impressione illud sigillari præcepimus, manuque propria illud confirmauimus. Signum Domini Ottonis, serenissimi Regis. Adulgagus notarius ad vicem Roberti Archicapellani recognoui, Anno eius quinto Regni. Anno incarnationis Dominicæ nongentesimo tricesimo sexto, Indictione decima. Actum Brugæ, in curte regio, in nomine Dei feliciter, AMEN.

De priuilegio Ecclesiæ Traiectensis concesso per Baldricum Episcopum.

CAP. XVIII.

Anno 940. Forma prini legii.

ANNO Domini nongentesimo quadragesimo beatus Baldricus Episcopus concessit tale priuilegium Ecclesiæ Traiectensi, vt habetur in subsequenti forma: Baldricus, gratuita pietate ac Dei clementia, Ecclesiæ sanctæ Traiectensis humilis Præsul. Omnibus in Christo fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, sit cum Domino Iesu continuum æternæque iucunditatis ineffabile tripudium, Omnium Christi fideliũ comperiatur industria, tam præsentium, quam futurorum, qualiter ego Baldricus, sanctæ Traiectensis Ecclesiæ Præsul indignus, cum post mortẽ reuerendi Patris, Domini Rathbodi, pii Traiectensis Episcopi, creatus fuissem in Episcopũ Traiectensem, & à Metropolitano videlicet sanctæ Ecclesiæ Colonensis Archiepiscopo, confirmatus & consecratus, operæ pretium fore duxi, sanctam Traiectensem locum, de quo Episcopatus nomine habui, visitare, ad quẽ venissem, & destructum à Danis, pro dolor, reperissem ac omnino desolatum: Nec non honorabiles Ecclesias gloriosi patroni mei, S. Martini, ac S. Saluatoris, dirutas & exustas, lachrymas, dolore cordis grauissime tactus intrinsecus, nullatenus valui continere, & inuocato de cælis auxilio, profusis lachrymis, exoraui, vt ille, qui Ecclesiam suam sanctam supra petram, id est, Christum fundauerat, ad Ecclesiæ mihi commissæ restaurationem & reparationem cooperari mihi sua consueta benignitate dignaretur: Eius adiutorio, qui non faciem, sed cor homĩs intuetur, pontem transfossatum, vrbemque cum portis, & murũ propugnaculis contra hostium insultus constructi & erexi, ac nobilissimæ probatæque Deo sacratæ pacis locum, Ecclesias videlicet gloriosi patroni mei, S. Martini & S. Saluatoris, à profanis dirutas & exustas, non prout debui, sed prout potui, aliquantulum reparaui: Canonicos ab his Ecclesiis fugatos, & multimode dispersos, ad ipsas Ecclesias reuocaui substituendo alios Canonicos in loca mortuorum, fideliumque, nutu Dei ad me confluentium, adiutorio inimicos de terra propulsaui, terras, prædia, decimas & possessiones, ad sanctam Ecclesiam Traiectensem pertinentes, potenter de inimicorum manibus liberando. Insuper dictarum Ecclesiarum Canonicatus ad sustentationem eorum ampliorem, vt diuinis laudibus seruientius inhæreant, omnium suarũ decimarum ac mutuliumdecimas ad stipendialem vsum fratribus in eisdem Ecclesiis cõtinue seruientibus propter Deum, (qui bona cuncta remunerat) ad eius seruitium augmentandum, corde fauorabili & manu larga tradidi & donaui in perpetuum possidendas: ita quod ibidem pro remedio animæ meæ omni tempore proficiat in augmentum. Si quis vero (quod futurũ esse nõ credo) contra hanc nostræ traditionis & donationis chartam, aliquam iniustam incapellationem aut iniuriam facere voluerit, in primis iram omnipotentis Dei incurrat, & à liminibus sanctæ Ecclesiæ Dei efficiatur extraneus, & sit auctoritate mea anathematisatus, sitque maledictus eadem maledictione, quæ descendit super Dathan & Abiron, quos terra viuos absorbuit, & quod repetit, emendicare non valeat. Sed præsens traditio, ad instar testamenti à nobis facta, omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa, quam propria manu subter firmaui, & sigilli mei impressione roboraui. Actum & datum in castro Traiecti. Anno Incarnationis Domini nongentesimo, quadragesimo, Calendis Iulii, Indictione septima, in Dei nomine feliciter, AMEN.

Nota.

De traditione Ottonis de Tyela sub Baldrico Episcopo.

CAP. XIX.

Anno 950. Forma donationis.

ANNO Domini nongentesimo, quinquagesimo, Otto Rex donauit Ecclesiæ Traiectensi Tyelam cum villa desuper defecta in hac forma: IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS. Otto, diuina fauente clementia, Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris, qualiter nos ob amo-

ob amorem Dei, noſtræque remedium animæ, monaſterium in loco Tyela conſtructũ cũ noua atque lapidea in eodẽ loco ciuitate, omnibuſque Eccleſiis, prædiis, famiIiis, mancipiis, ſiluis, aquis, piſcationibus, paſcuis, pratis, omnibuſque ad præfatũ monaſterium vel ad Eccleſias à Walghero, & filio eius Rathbodone, nec non & Ardone, & illorum anteceſſoribus, ad iam dictum monaſterium in proprium conceſſis iure pertinentibus ad Epiſcopalem ſedẽ Traiectenſem, in honore Sancti Martini conſtructam, cui nunc venerabilis Epiſcopus præeſt. Inſuper etiam ſalictum iuxta prædictam ciuitatem Tyele ſitum, iure perenni in perpetuum donamus, iuſſimuſque inde hoc præſens præceptũ ſcribi, per quod volumus firmiterque iubemus, vt nullus ſucceſſorum noſtrorum, ſcilicet Regum, aliquid de his, noſtro dono collatis, prælibatæ Traiectenſis ſedis Eccleſiæ auferre habeat poteſtatem, manu noſtra ſubtet firmatum, anuli noſtri impreſſione roboratum. Signum Domini Ottonis, ſereniſſimi Regis. Bruno Conſiliarius ad vicem Wigfridi Archicapellani recognoui. Data duodecimo Calendas Maii, Anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo quinquageſimo, Indictione ſeptima, Anno vero Regni Ottonis Regis quintodecimo. Actum Innelinghe burch in Dei nomine feliciter, Amen.

Belgicum chronicũ habet, Eccleſiæ.

De bina apparitione S. Ieronis Martyris, facta Nothbodoni religioſo viro.

CAP. XX.

Anno 955.

ANNO Domini nongenteſimo, quinquageſimo quinto, erat in Hollandia fidelis in laicali habitu conſtitutus, nomine Nothbodo, illic vicine commanẽs, vbi corpus ſanctiſſimi Ieronis martyris tumulatum erat, qui ruris culturæ quotidie operam dans, propriam vitam ſine fraude ſtuduit ducere, & neceſſitatibus Sanctorum cõmunicare petiuit, namque in corde à Domino nobis eſſe nouerat præceptum, *vt faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, vt, cũ defecerimus, recipiant nos in æterna tabernacula.* Ideoque labores ſuos manibus pauperum in cœleſtibus theſauris laborabat incondere, vbi nec ærugine, nec tinea certus erat eas vnquam exterminari, nec in noctis tetra caligine furibus effodi. Hic Nothbodo, dum quadam nocte ſemiuigilans in ſtratu ſuo quieſceret, vidit aſſiſtentem ſibi virum, ætate ſenem, ſtatura procerum, vultu decorum. Cuius dum mirabilem mirareturpulchritudinem, & quaſi elinguis prorſus præ pauore effectus, non audebat interrogare, quis eſſet: Huiuſmodi ſermonis initium is, qui videbatur eũ allocutus eſt: Ne paueas, neque pertimeſcas, frater chariſſime, quia labores manuum tuarum beatum te fecerunt, & eleemoſyna, quam facis, tuam ab omni ſorde vitiorum purificauerunt conſcientiam vt conſeruorum ſuorum iam cum Deo regnantium poſſis videre vultum, & eorum frui colloquio. Quapropter & mihi vni ex his, gratia Deo, effecto tuis apparere viſionibus conceſſum eſſe cognoſce, vt me as negligentia poſitas reliquias leues, vt per hoc cunctis innoteſcat, quanti apud Deũ habeat meriti. Qui Nothbodo, cum dulcedine familiaris eloquii confortatus, humili reſponſione inrerrogaret, quis eſſet, & ſæpius ſalutifero noſtræ redemptionis vexillo frontem animaret, ne forte phantaſmatici Sathanæ illuderetur fraude: Optime, inquit, congaudeo fidei, qui omnia diabolica figmenta vetaciter credis effugari per ſanctæ Crucis venerabile ſignum. Ego autem non, vt tu putas, phantaſma ſum, ſed in delictis conceptus, in vulua matris meę communem ſuſcepi aërem, vt primo propter protoplaſti iniquam præuaricationem huius peregrinationis paſſus ærumnas: nunc gratia Dei iuſtificatus Paradiſiaca poſſideo gaudia, & dum eum plenilline, ſicut prælibauimus, inſtrueret, qualiter in curſu ſemitarum iuſtitiæ fide ſeruata per palmam martyrii ad repoſita in cœlis peruenit præmia: Nunc vade, inquit, in vico, Nortvvyck cognominato, ibiq; meum inuenies ſepulchrum minutis compoſitũ lapillulis, quod dum egeſta repereris mea tollens membra, proferes ea ad locum Egmunda iure vocata, quia ab ſpurcitie idolatriæ eſt purgata per præclara ſanctiſſimi Athalberti merita. Nec cunctis ea in venerabili ipſius collocare ſacrario, quoniam qui conceſſerit vincere terrena, ipſe etiam annuit tanti collegii frui tabernaculo. His prædictis, ab oculis ipſius ſe ſubtraxit. Vir autem Domini reminiſcens, quod auctor falſitatis, ſæpe transformatus in angelum lucis, incautos ſolet decipere, nequaquam huic primæ viſioni fidem vllo modo adhibuit, ſed à Deo intelligens, quomodo ſe haberet, tantæ rei veritatẽ perquirendã in ſpiritu humilitatis, & animo cõtrito aſſiduis precib. ſupernos † *Eor. aditus.* diuinæ clementiæ pulſauit † auditus, vt, ſi ab eo facta eſſet hæc viſio, denuo, ac tertio ſibi manifeſtaretur. Eo itaque in ieiuniis & orationibus conſtituto, apparuit iterum idem, qui ſupra, & monuit, ne contumaciter ſibi à Deo iniunctam ſperneret obedientiam, ne, dum quæ ante ſæcularia tempora diuina bonitas decreuit per eum fieri, perficere

Apparet Nothbodoni S. Ieron.

Verba S. Ieronis ad Nothbodonem.

perficere contemneret, inexcusabilis cum contemporibus digne puniretur in die iræ & reuelationis iusti iudicii DEI.

De inuentione corporis S. Ieronis Martyris.

CAP. XXI.

CVMQVE continua afflictione parcimoniæ & vigiliarum, pro hoc ipso negocio inquirendo, seipsum sine intermissione DOMINO mactaret placabile holocaustum: contigit equos, dum forte esset in pastu, pastore dormiente, à furibus subtrahi, & in absconditis fugitiuorum locis abscondi, quos, collectis amicorum & seruorum manipulis, per deuia quæque requirens, vesperante iam, deuenit secus locum bis sibi à Domino ostensum, nulli tamen commeantium illud secretum pandens, ibidem hortabatur socios ex discursione varia quieti dare membra. Cuius consilium concordi affectu ob difficultatem laboris implentes, post refectionem carnalem, vt erant sub dumo, se dormire collocauerunt. Et cum omnem illam collectam altus sopor corripuisset, ecce Sanctus Ieron Martyr casto vni innocenti & simplici viro de contribulibus præfatis ibidem secum quiescentibus apparuit per visum, dicens. Surge: & die Nothbodo ne vltra præsumat diuina paruipendere iussa, & in parte orientalis plagæ in dextrorsum loci, quo hac nocte ipse pausauerat, meum nouerit esse tumulum. Quoniam autem infideles signa petunt, vt diluculum erit, ad hanc proximam concurrite siluam, & equos, quos perdidistis, sine dubio inuenietis. Tunc ille expergefactus, experimentū in hoc capere visionis cupiens, propere socios monet, vt surgant, & caballos sine difficultate iam inueniendos, DEO monstrante, annunciat. Moxque vt sylluam ingressi sunt, eos eminus in proximo à via publica diuerticulo conspiciunt, stipitibus à furibus resticulis alligatos. Et iam euidentibus indiciis certus de visione factus, secrete omnia, quæ audierat, cui iussus fuerat, narrat. Ille vero, vt audiuit hoc, non minimo replebatur gaudio, quia inuentus esset & alius testis in olim sibi visione demonstrata. Et, dimissa cetera multitudine, cum ipsi tantum duo arreptis sarculis in designato sibi loculo fodere cœpissent, mox cœlestis thesauri conspiciunt thecam, indeque certissimi effecti, nequaquam seductores videri, sicut iussi fuerant, fideles legatos Sancto Baldrico Traiectensi Episcopo dirigunt, & Theodrico, secundo Comiti Hollandiæ, vt quantocyus venirent, & sanctas reliquias condigno cum honore ad destinatum locum deferrent. Hi autem, videlicet Sanctus Baldricus Episcopus, & Comes Theodricus, admodum piæ vitæ dediti, non mediocriter lætificati sunt. At prudenti vsi consilio, triduano, tam se quam omnes prouinciales purificauerunt ieiunio. Et tunc quasi cælitus iussi, moram pati in occurrendo nolentes, velocius affuerunt, & odoris suauissimi, qui de gloriosissimi Martyris Ieronis membris manauit, fragrantia refecti, intellexerunt, & hunc esse vnum de his, de quibus Apostolus ait, *Christi bonus odor sumus omni loco.* Exaltantes itaque Dominum Deum nostrum in voce exultationis exclamant: Quoniam magnificanda sunt opera tua Domine, nimis profundæ sunt sanctæ cogitationes tuæ.

Apparitio alia S. Ieronis.

Corpus S. Ieronis inuenitur.

S. Baldricus Episcopus & Theodricus Comes ad tumulum S. Ieronis conueniunt.

De translatione corporis eiusdem Martyris.

CAP. XXII.

TVNC pretiosa pignora mundissima obuoluentes sindone humeris imposuerunt, & cum psalmorum iubilo canore, hymnorumque dulci melodia, secus mare iter, quod ad locum superius dictum mittit, ingrediuntur, cumque saltum, qui Rynmeera dicitur, transirent, ecce hinc inde popularis ala diuersi sexus & ætatis circumfluit pia deuotione certans, qui eorum tam salubris baiulus mereretur fieri oneris. Interea his eis ad vota ita succedentibus, dum approximarent loco, quo ibant, cœperunt secum quasi irascendo stomachari, quod cum in sylua essent, dum possibile erat, lecticam in modum humanæ cōsuetudinis non fecerint, quam nunc in exustis solis ardore aruis constitutis nulla suppeteret facultas perficiendi. Et dum huc illucque, vt est humanæ solertiæ, sedulo oculorum voluerent orbes, si forte ad huiusmodi fabricam diuina adminicularetur prouidentia, vident subito, in primis tumescentis maris fluctibus feretrum ferri, quod in aridam mox eiectum arripiunt, atque cuncto sæculo veneranda in eo collocant membra. Sicque alternatim concrepando, *Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum*, quos diuersos in tempore eiusdem fidei æquale meritum cōsodales fecerat, in eodem loculo insimul honorifice collocarunt.

Miraculosè feretrum per mare appellit.

De inuentione capitis eiusdem sancti Martyris.

Cap. XXIII.

Caput S. Martyris inuenitur.

POSTEA multis annis transactis, cum diuinæ placuit pietati renouare miracula, & in supradicto vico, qui Noertwyck dicitur, fuisset aliquando Ecclesia fundata, operatores volentes construere altare in eo loco, vbi tam sancta membra prius fuerunt reperta, terram effoderunt, & caput sancti Martyris Ieronis, quod prius in inuentione corporis occultatum manserat, inuenerunt. Moxque campanæ eiusdem Ecclesiæ, absque omni humano adminiculo, pulsabantur. Itaque quod nulli dubium, tali pulsatione spiritus angelicos adfuisse. Populus mirabatur, & quisque pulsationis, maxime hora inconsueta, nitebatur scire mysterium. Fuit autē in domo quadam, Ecclesiæ satis propinqua, quidā phreneticus ligatus catenis ac compedibus, qui, nescio quo spiritu docente, ibidem talis pulsationis causam scisciatantibus enarrauit, quod eadem hora caput beati Ieroins esset inuentum, & propterea Angeli DEVM, (*qui in Sanctis suis semper mirabilis & gloriosus est*) hic pulsarent. Quod dum ita per omnia veraciter inuenissent, gaudio repleti omnes, immensas gratias Deo reddiderunt & laudes, dictum venerandum caput in sacrario honesto deuote collocantes, vbi quasi innumeri peregrini de circumquaque regionibus deuote conueniunt, subsidia humiliter † petituri.

† petentes.

De quodam miraculo eiusdem sancti Martyris.

Cap. XXIV.

QVIDAM vir morabatur in Eychenduren, qui à quodam vicino suo in æstiuo calore solis lasso, redeunte à peregrinatione Sancti Ieronis, derisorie requisiuit, qua dementia deceptus esset, quod sic visitaret talem Sanctum, qui nec sibi ipsi nec ei posset subuenire, nec sine fatigatione seruare eum, atque similibus verbis aliis subsannando. At ille, cum, de tantæ temeritate blasphemiæ increpans, respondit, se non dubitare de sanctitate beati Ieronis, nec de eius mercede pro peregrinatione facta. Sequenti igitur die, dum mane surgeret, & quatuor bonas equas, intentionem arandi cum canis & capistris ad aratrum debito modo applicasset, volens eas minari, flagello percussit & stimulauit, quæ steterunt immobiles omnino, & fixæ, & nullo modo ducere aut mouere de loco potuit. Qui, nimia admiratione & turbatione perplexus, consuluit vicinos suos. Tandem venit ille, qui, vt præmittitur, præcedenti die ab eo derisus fuit, dicens, sibi forte ob culpam suam hoc accidisse, eo, quod temerarie de beato Ierone blasphemiam loquebatur. Consuluit ergo, vt voueret dictum sanctum Ieronem in loco suo singulis annis cum oblationibus deuote visitare, ne sibi deterius contingat, & vt ab eo remedium consequi posset. Quod cum fecisset, statim dictæ equæ iuerunt ad opus suum. Hoc videns, beatissimum Ieronem de cetero in magna reuerentia habuit, & votum suum fideliter impleuit, omnibusque volentibus audire miraculum enarrauit.

Pœnitus blasphemus quidā in S. Ieronē.

† Folkmaro.

De S. † Volcmaro sextodecimo Episcopo.

Cap. XXV.

Anno 976. Obiit B Baldricus Episcopus Traiectensis post quā rexisset 30 annis Beatus Volcmarus.

ANNO Domini nongentesimo, septuagesimo septimo, imperante Ottone secundo, filio videlicet Ottonis primi, cum beatus Baldricus, Episcopus Traiectensis, Ecclesiam rexisset quinquaginta nouem annis, sexto die Ianuarii migrauit à corpore, cum DEO æternaliter regnaturus. Cum ergo Baldricus bene viuendo ab hac vita obiisset, adiuuatus atque consecratus est sextus decimus Episcopus, natione Friso, cui nomen Volcmarus erat. Et hic fuit totus bonus, sanctus & fidelis. Rexit autem Ecclesiam Traiectensem in omni sanctitate Annis duodecim, & mensibus vndecim.

De donatione Ottonis Regis facta Theodorico, secundo Comiti Hollandiæ, de bonis inter duo flumina, Liera & Hisla, & inter Medemlacha & Chimmelozara, Gemarchi, Duta, situatis, nec non de Comitatibus Masalant, Kinchem & Texla nuncupatis.

Cap. XXVI.

Anno 983.

ANNO Domini nongentesimo, octuagesimo tertio, mortuo secundo Imperatore filius eius Otto tertius factus est Imperator Romanorum. Et quia Arnulphus filius

filius Theodorici, secundi Comitis Hollandiæ, duxerat, viuente patre suo Theodorico Comite, in vxorem Lutgardim sororem Theophanæ, matris ejusdem Ottonis tertii: ideo iã dictus Otto propter amorẽ dictæ Lutgardis, materteræ suæ, dedit Theodorico, Hollandiæ Comiti, patri Arnulphi prædicti, liberam possessionem priuilegiatã omnium bonorum suorum, quæ pater suus Theodricus primus habuit in feudum. Deditque ei desuper bullam in subsequenti forma: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto, diuina fauente clementia, Rex: Cunctis fidelibus nostris, præsentibus scilicet atque futuris, manifestum esse volumus, qu omodo ob † votum & amorem dilectæ genitricis nostræ, Theophanæ videlicet Imperatricis nostræ Augustæ, nec non & interuentu fidelium nostrorum, Egberti, Treuerensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, ac nepotis nostri, Heinrici Bauarorum Ducis, fideli modo Theodrico, secundo Comiti Hollãdiæ, quicquid modo cõcessum hactenus in beneficium tenuit inter duo flumina, quæ vocantur Liera & Hissla, est proprium, dedimus cum omnibus vtentibus, quæ in eodem beneficio, regio concessu, per fructuarium vsum ante hoc possedit, & totum, quod nostra regia concessione in villa, † Sumimen dicta, beneficario vsu vsque modo, cum omni vtilitate illic aspiciente, sibi etiam in proprium deincepstenendum, donauimus. Adhuc quoque quicquid nostra de parte beneficii inter duo flumina Medemlacha & Chummelozara Gemarchi dicta, tenuit, cum omnibus appenditiis ad idem beneficium pertinentibus, similiter in proprietatem habendum dedimus: adhæc etiam totum, quod de nostro iure in pago Texla nuncupato in beneficium tenuit, cum omni vtilitate ad hoc appendente, exceptis, quod vulgari lingua dicitur Hisslada, ad integrum sibi in perpetuum tradidimus in tribus Comitatibus ita nuncupatis Masalant, † Kinchem, Texla. Et vt prædictis rebus liberam habeat potestatem donandi, commutandi, seu, quicquid voluerit, faciendi hoc nostræ auctoritatis præceptum conscribi & anuli nostri impressione sigillari iussimus, manuque nostra subter firmauimus. Signum Domini Ottonis, nobilissimi Regis. Hildebaldus Episcopus & Cancellarius vice Willigisti Archicapellani recognoui. Data octauo Calendas Septembris, Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo, octuagesimo quinto, Indictione tertia decima, Anno autem tertii Ottonis regnantis secundo. Actum Nomagio feliciter, Amen. Hisla & Isola villa Suminnen, id est, Someinaer, & iacet in Zeelandia. Medemlacha, dicitur nunc Medenblick in Westfrisia. Chunelozara Ghemelchi dicta, id est, Chimeloes, seu Sindolis in Oestfrisia. Texla, id est, Texalia. Masalant, id est, Masalandia. Kinnen, id est, quidam fluuius infra Alemariam & Middelburch castrum, à quo nominatur Kunemaria, & quandoque ponitur pro Comitatu Kunemariæ. Huslada est quædam annua exactio.

Forma donationis.

† petitionem.

† Sumumen.

Huslada

† Kunnen

De initiis Dominorum de Lederdam & de Arkel, & alus Dominiis, & eis succedentibus.

CAP. XXVII.

PORRO tempore Theodrici, secundi Comitis Hollandiæ, venit in Hollandiam quidam nobilis miles, nomine Heynemannus, ex illustri progenie Vngariæ natus, habens aureum scutum cum duobus baris miniatis de rubeo in superiori parte. Eius parentes propagati fuerunt ex magno Heynemanno expulso ex Vngaria propter magnas guerras. Eius magni Heynemanni parentes originem sumpserunt ex Græcia, & præcipue ex Troia. Itaque Heynemannus iste iunior fuit, Baro pulcher & gracilis, audax, magnanimus ac fortis viribus. Qui venit postmodum in Franciam pro stipendijs acquirendis, & similiter in Germaniam. Tandem venit apud Ottonem tertium Imperatorem, cui propter militarem strenuitatem valde dilectus fuit. A quo missus ad inferiorem Saxoniam, quæ modo vocatur superior Frisia, ad quendam nobilem & potentem villicum gubernantem ex parte Imperatoris superiorem Frisiã. Apud quem manens fere per annum adamatur à filia, nomine Gella, eiusdem villici, quæ, acceptis clenodijs, & magnis pecuniis, secrete perrexit cum eo ad Theodricum, secundum Comitem Hollandiæ, & contraxit cum ea ibidem, manseruntque cum Comite per annos aliquot. Qui propter sua beneficia impetrauit ab eo Comite, & Comite Teysterbandi, prope Longam aquam, dictam die Linghen, aliquas villas Comiti pertinentes, & aliquas Ecclesiæ Traiectensi, sed iurisdictio temporalis pertinebat Comiti Hollandiæ. Statuitque mansionem ibi prope, vbi nunc est Lederdam, & etiam mansionem in villa Arkel: genuitque ex Gella duos filios, quorum senior dicebatur Dodo, & iunior Foppo. Qui Heynemannus

Heynemanni ex progenie illustri Hungaria.

Obitus Heynemanni An. 996.

obiit Anno Domini nongentesimo, nonagesimo sexto. Dodo ergo, senior filius, obtinuit partem villarum, vbi nunc est Lederdam, cum multis aliis Dominüs & bonis, statuens mansionem suam prope Lederdam, à quo descenderunt Domini de Lederdam. Et ab eo propagati sunt multi militares & magni Domini, vtpote Domini de Dalem, Domini de Gellicum, Domini de Kidichen, Domini de Senenter, & Domini de Haesten cum nigris armis. Foppo vero, secundo genitus Heynemanni, obtinuit Arkel cum multis aliis villis & Dominiis, & sui sequaces dicebantur Domini de Arkel. Qui constr uxit castrum in Arkel, & meliorauit & ditauit Dominium de Arkel, sed mutauit campum armorum, habens eadem arma in argenteo scuto, & duxit in vxorem Mariam, filiam Domini de Oyen, & genuit ex ea Ioannem, secundum Dominum de Arkel. Obiit autem Anno Domini millesimo octauo.

De obitu Theodrici, secundi Comitis Hollandiæ.

CAP. XXVIII.

Anno 988. obiit Theodericus II. Comes Hollandiæ postquam gubernasset 88. Annu.

ANNO Domini nongentesimo, octuagesimo octauo, Theodricus, secundus Comes Hollandiæ, obiit secundo Nonas Maii, postquam Hollandensem Comitatum gubernasset annis octuaginta octo. Parantur itaque ei ex more exequiæ, quibus expletis, corpus venerandi Comitis ad Ecclesiam Egmondensem cum magna turba plebis & militiæ perducitur, & ibidem cum dignis honoribus tumulatur. Itaque vxor Hildegardis etiam quieuerat in pace tertio Idus Aprilis. Quorum corpora sub vna petra in Egmunda sunt pariter collocata. Porro circa hæc tempora, imperante Ottone tertio, contigit illud miraculum de Vdone Archiepiscopo lubrico valde, qualiter scilicet decollatus sit à Sancto Mauritio apud Partenopolim, id est, Meydenburch in Saxonia.

LIBER VIII.

COMPLECTITVR HISTORIAS QVINQVE ANNORVM, QVIbus Hollandiæ Comitatus præfuit Arnolphus, tertius Comes Hollandiæ, nec non & Balduvvini Episcopi cum euentibus illius temporis, & habet capitula sex.

De Arnolpho, tertio Comite Hollandiæ.

CAP. I.

† Arnolphus.

FVMATO denique Theodrico, secundo Comite Hollandiæ, successit ei † Arnulphus filius eius, tertius Comes Hollandiæ & Zeelandiæ, qui omnibus diebus vitæ iuge bellum habuit cum Frisonibus Occidentalibus, contra eum rebellantibus. Nam primo suæ dominationis tempore collegit exercitum fortem, cum quo Frisiam intrauit, & Frisones ad subiectionem indurabilem coëgit. Paruo namque tempore elapso, Frisones iterum rebellarunt, & continuum bellum cum Hollandiensibus habuerunt per quinque Annos. Huius Arnulphi Comitis vxor dicebatur Luytgardis, filia Theophani Imperatoris Græcorum, & soror Theophanæ Imperatricis Romanorum, quam sibi matrimonio copulari fecerat Theodricus pater suus, eo adhuc viuente: Ex qua genuit Theodricũ sibi succedentẽ, & Syfridum Vicecomitem & primum Dominum de Bredenrode.

Frisones rebellant contra Arnolphum Hollandiæ Com.

Syfridus primus Comes de Bredenrode.

De Egberto Archiepiscopo Treuerensi.

CAP. II.

HVIVS Arnulphi Comitis frater fuit Egbertus, venerabilis Archiepiscopus Treuerensis, qui (vt creditur) diuinitus Treuerensi Ecclesiæ est prædestinatus. Nam, vt primo hanc sedem, CHRISTO consulente, conscendit, multifariam eius inopiam charitate & misericordia, quę in eo abundabant, sic in perpetuum reuelauit, vt quamdiu hic mundus voluitur, eius memoria digne celebranda iudicetur. Mox enim omnibus suis secundum carnem & spiritum propinquis mandauit, vt ad se visendum se præpararent, & proximo natali Domini cum omni pompa Treuerim properarent. Quod cum strenue impleuissent, ipse charitate mediante eos omnibus quas secum detule-

Insigne factum S. Egberti Episcopi Treuerensis.

detuletant, rebus & pecunia spoliauit. Hisque inpatriam reuersis, multo plura remittentibus, & pretiosiora adiicientibus, Ecclesiam suam, paganorum & Christianorum rapina exinanitam, largissima liberalitate ditauit aureis & argenteis crucibus, casulis & dalmaticis tunicis, palliis, cappis, velis, cortinis, quin & possessionibus auxit monasteria vrbis rapina & prouincialium prædis exhausta, recollectis vbique manu potestatiua possessionibus, reparauit ieiunium, siccitate terræ imminente, & rogationes crucium, sanctarumque reliquiarum gestationes per circuitum vallis Treuericæ, tertia post Pascha hebdomada fieri præcepit. Corpus insuper S. Celsi Confessoris in cæmiterio S. Eucharii reperit, Iste namque Egbertus, Archiepiscopus Treuerensis, & Theodricus, Metensis Episcopus, Anno Dominicæ incarnationis † nongentesimo septuagesimo, cum Ottone Magno, & glorioſissimo Imperatore Augusto, cuius coniux, filia Theophani, Imperatoris Græcorum, in Italia constituti, per triennium multa Sanctorum corpora collegerunt, quæ ad sedes suas transmiserunt. Egbertus sanctum presbyterum in † Tarontina valle sepultum, de quo Gregorius in libro dialogorum meminit, adiutorio Regis Ottonis acquisiuit, obtinuitque etiam in Spoleto ciuitate ossa Gregorii Martyris, & caput Pontiani Martyris, reliquiasq; Fælicis & Reguiæ. Episcopus autem Corphinii Theodrico Episcopo Metensi dedit corpus S. Luciæ virginis, testificans manu sua Euangelio superposita, hanc ipsam esse Syracusanam, de qua Responsoria & Antiphonæ cum Missa cantarentur vbique, quod dimidium idem Theodricus Egberto Archiepiscopo, deuotissime petenti, tradidit. Huius etiam industria Treuerensis Ecclesia baculum S. Petri iam diu amissum recepit, qui propter honorum irruptionem tempore beati Maximi ad Metensem ciuitatē delatus fuerat cum cæteris reliquiis (s. consilio) sapientum. Feruntur hirundines, ab hoc viro Egberto maledictæ, templum S. Petri non violare, vel, si violauerunt, exanimari, eo quod sibi, quadam die ad altare sacra celebranti, ex vna earum caput ipsius contigisset fœdari. Aduenientе quadam festiuitate Sancti Eucharii, ipse pro celebrando diuino officio ibidem ad eius monasterium perrexit. Cumque post expleta Missarum solemnia à fratribus peteretur cibi & potus caritatem sumere, ne eis onerosum fortassis existeret, si tantam comitatus † ambitionem teciperent, cœpit reditum suum in vrbem maturate. Cumque veniſſet ad flumen Oluam, cœpit infirmitate graui deficere. Nec mora, ad sedem suam peruenіens diem clausit extremum, sepulturæque est ibidem in parua Ecclesia, quam ipse in honore S. Andreæ extruxerat, in latere Ecclesiæ dextro, suisstorsum vero iacet depositus Heynticus, huius nominis tertius antecessor, quem, in Italia defunctum, huc relatum, sepeliuit. Hic Egbertus in Egmundensi cœnobio memoriam perpetuam promeruit. Ibi enim cruce † Dominica magnam partem auro inclusam legauit, cum casula, missali, & biblia, stolam pulcherrimam, cingulum auro contextum, dalmaticam, subtile, scrinium argenteum plenum reliquiis Sanctorum & magnam partem, vt creditur, corporis S. Agathæ cum multis libris & multis reliquiis. Obiit autem Anno Domini nongentesimo, nonagesimo quarto.

Inuentio corporis S. Celsi Confessoris.

† *alias 978. Anno.*

† *Tridentina.*

S. Lucia corpus.

Hirundines à S. Egberto maledictæ.

S. multitudinem.

Mors S. Egberti Anno 994.

Lucrucis Dominica.

*De * Syphrido, primo Domino de Brederoede.* CAP. III.

*Malim cum Beka & aliis * Sifrido.*

PORRO Theodricus, secundus Comes Hollandiæ, regens Hollandiam per octuaginta annos, effectus fuerat senex valde & videbat Theodricum, & Syphridum filios Arnulphi filii sui in probitate virili pollentes. Vnde & gauisus fuerat valde. Tandē ōtta fuit lis inter Syphridū præfatum & quendam militem Theodrico Comiti familiarissimum, ortaque inter eos pugna, Sifridus interfecit suum aduersarium. Sifridus ergo, percipiens iram Theodrici Comitis aui sui, timuit, fugiensque à fratre eius, transtulit se ad Orientalem Frisiam. Perrexitigitut ad nobilem Frisonem, scilicet Gosuinum de Stauria, potestatem totius vlterioris Frisiæ, qui cum benigne recepit, & tanquam filium proptium aliquibus annis gratiosissime fouit atque nutriuit. Hic igitur nobilis Goesvvinus ortus fuisse creditur de stirpe S. Gundeboldi Martyris Regis Frisiæ, qui Martyrium susceperit à Sarracenis in Roncioualle, vt habetur supra lib. 4. Cap. 24. Huic itaq; Goesvvino de Stauria, potestati Frisiæ, erat filia, nomine Tetburga, formosa valde & speciosa, quam Sifridus adamauit atq; in vxorem duxit. Ipse autem Sifridus apud Frisones nominabatur Sicco, & eius vxor Tetta. Genuit ergo in Frisia ex vxore sua prædicta duos filios, scilicet Theodricū & Symonē. Deinde mortuo Theodrico, Comite Hollandiæ, factus est Arnulphus, pater Syphridi, Comes Hollādiæ, vt dictū est in principio huius diuisionis. Q̄ui Arnulph* cū Hollandiæ Principatū susceperisset, fecit nupti as solēnes Theodrico filio suo, qui idē Theodric*, frater Syphridi, duxit in vxorē Witihildim filiā ducis Saxonū, ad quas nuptias multi Principes & Magnates Almaniæ cōuenerunt. Suggestione ergo illorum virorum illustrium vocatus est & Syphridus ad

Sifridus profugus in Frisiam.

Gosuinus de Stauria Frisio.

Tetburga Goesvvini filia.

Sifridus dictus Sicco apud Frisones.

nuptias fratris sui Theodrici. Arnulphus vero Comes, videns Syphridum filium suum, gauisꝰ est valde, ruensq; in oscula, amplexatꝰ est, & facta est lætitia magna inter conuiuantes. Cumq; multi Magnates intercederent pro Syphrido, vt ei pater possessiones & redditus donaret, & secundū suū statū decentē, ait Arnulphus Comes pater eius, Ego dabo filio meo Syphrido pro parte sua mensuras terrarum satis latas & amplas in Comitatu Hollandiæ, id est Teutonice Brederoeden. & inde nominati sunt Dñi de Brederodē. Dedit ergo ei hæreditario iure q; dā magn, ū & speciosissimū castrū, ppe Haerlē, quod ipse Arnulphus Comes fundauerat & fabricauerat, quod de cetero appellatū fuit Brederoeden, & addidit guntgelt in multis locis, villasq; muras, cum magnis redditibus. Tradiditque etiam ei iure hæreditario castrum Theylbinghen apud Sasenhem, cum multis redditibus, insuper & villas multas in Zuithollandia cum plenisque bonis in diuersis locis per totam Hollandiam. Ditatus est ergo Syphridus, Dominus de Brederoeden, vt dicatur habuisse in certis perpetuis redditibus annue vltra quadraginta milia florenorum. Quare & multi opinati fuerunt, eum fuisse primogenitum Arnulphi Comitis Hollandiæ. Sed quid inde fuerit sentiendum, lectoris iudicio relinquo. Factus est etiam ad vitam suam Burgrauius seu Præses totius Kenemariæ, & Iustitiarius totius Westfrisiæ nuncupatus. Etiā fuit Vicecomes Hollandiæ, quia in absentia Comitis consuecuit esse Rector Hollandiæ. Habuit pro armis suis arma parentum suorum, scilicet scutum aureum, & in eo leonem rubeum cum lingua & branceis brauiis, & desuper barensteel de Lazuro, quæ est suprema diuisio Hollandiæ. Itaque hic Syphridus, primus Dominus de Brederoeden, sicut dictum est, genuit ex vxore sua prædicta Theodricū & Symonē. Theodrico cessit dominiū Brederodē se, & Symon frater eius factus est post mortem patris Dominus de Theylugen ex paterna legatione. Qui Symon ob honorem fratris sui senioris, accepit arma patris sui cum barestеel de argento, quæ est secunda diuisio Hollandiæ. Ab istis ergo duobus fratribus postmodum descenderunt Domini de Brederoeden & de Theylingen.

Vide dicti Domini de Brederoeden.

Castrum Theyli gen.

Syphridus anne habuit quadraginta millia florenorum.

Sifridus Vicecomes Hollandia.

Principium Dominorum de Theylingen.

De bonis donatis monasterio Egmundensi per Arnulphum Comitem & suam conthoralem.

CAP. IV.

ITAQVE Andreas, secundus honorandus Abbas monasterii Egmundensis, cum aliquibus annis præfuisset, morte grauatus, diem clausit extremum secundo Nonas Iunii, sepulturaque in Ecclesia eiusdem monasterii, à latere Australi Stephani Abbatis, in sepulchro Brunonis Regneri, & Ioannis Olout, Abbatum prædecessorum suorum. Eo ergo defuncto successit ei tertius Abbas, Bruno nomine, vir deuotus & per omnia venerandus. Huius tempore Arnulphus Comes Hollandiæ cum sua legali coniuge donauit prædicto monasterio in villa, quæ vocatur Thosa, duos mansus, quæ singulis annis vnam libram & quatuor vncias persoluunt. In † Castrichem duos, excepta quarta parte vnius mansus, qui omnibus annis vnam libram & quinque vncias reddunt. In villa, † Felesson nominata, tres mansus, qui singulis annis libram & dimidiam persoluunt. Nec non & vnum agrum, decem denarios *persoluentem. Dimidium mansum singulis annis triginta denarios persoluentem.* In Saxane dimidium mansum singuiis annis triginta denarios persoluentem. In Forenri Forenholta tres mansus, qui omnibus annis sex denarios dant. In villa Noortga nominata mansus qui quoque anno nouem vncias soluunt. In loco, qui dicitur Lopson nouem mansus, nihilominus in eodem loco iuxta fluuium, Maerne vocitatum, vnum mansum, qui singulis annis sex denarios persoluit. Et in eodem loco quartam partem vnius mansus, qui omni anno quindecim denarios dat. In villa quæ vocatur Leythen, mansum vnum & sextam partem vnius mansus. In villa quæ Bergham vocatur, ab Occidente Rheni posita, mansus tres. Ecclesiam etiā super ripam fluminis, quod vocatur Flardingha, cum decimatione sua. Similiter Herogam & Schys cum decimatione sua.

Obitus Andreæ secundi Abbatis Egmundensis monasterii. Bruno tertius Abbas Egmondanus.

† *Castrichē.*

† *Belleson.*

Maerne fluuius.

Vlaerdinga alii legunt.

De obitu Volcmari Episcopi, & successione Balduvini Episcopi Traiectensis.

CAP. V.

ANNO Domini 990. tertio Idus Decembris obiit Sanctus Volcmarus, Episcopus Traiectensis, postquam Episcopatum Traiectensem gubernasset Annis duodecim, & mensibus vndecim. Cui succesit decimus septimus Episcopus Traiectensis, Balduvinus, vir glorioſus, Hollandensis natione. Qui obiit Anno nongentesimo nonagesimo quarto, postquam Episcopio Traiectensi præfuisset Anni tribus, mensibus quinque.

Anno 990. moritur S. Volcmarus Episcopus. Balduinus Episcopus moritur, Anno 994.

De occisio-

De occisione Arnulphi, Comitis Hollandiæ.

CAP. VI.

ANno Domini nongentesimo, nonagesimo tertio, & anno quinto, Arnulpho, Comiti Hollandiæ, campestre bellum indictum est apud pagum Westfrisiæ in planicie pratorum de Winkel, vbi decenter venerunt electi pugiles totius Hollandiæ. Qui cum ibidem nimio sitis ardore affligerentur, præfatus pius Comes oratione præmissa locum sibi diuinitus inspiratum indicauit, vbi fosso puteo recentis aquæ copia magna fuit. Interim Frisones ad arma conuolantes in virtute magna Hollandensem exercitum disturbare cœperunt. Quibus Arnulphus Comes imperterritus cum suis armipotenter occurrit, atque in eodem conflictu, Deo permittente, non sine graui suorum dispendio & reipublicæ interemptus, imo martyrisatus occubuit. Cuius corpus Egmondæ translatum luctuosis est exequiis tumulatum tertio Calendas Octobris, anno supra dicto. Huius vxor obiit secundo Calendas Maii, ambo sepulti in monasterio Egmondensi. Procedente vero tempore, dum in cœna Domini ad Egmondensem Basilicam diuersæ nationes cæteruatim confluerent, vt secundum antiquam consuetudinem generalis absolutionis gratiam ab Abbate perciperent, quædam ruina de sarcophago prælibati Comitis, ex antiqua vetustate, rupta fuit, de qua virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris ad mensuram duorum cubitorum desuper exhalauit.

Prælia crudelium Hollandorum contra Frisones apud pagum de Winkel.

Ita vt Beka.

Arnulphus cadit in prælio.

Miraculum.

LIBER IX.

CONTINET HISTORIAS QVADRAGINTA SEX ANnorum, quibus Hollandensi Comitatus præfuit tertius Theodricus, quartus Comes, cum quibusdam euentibus illius temporis, & habet capitula sedecim.

De Theodrico Comite Hollandiæ quarto.

CAP. I.

INterfecto autem Arnulpho, tertio Comite Hollandiæ, Theodricus, huius nominis tertius, filius eius, factus est quartus Comes Hollandiæ & Zeelandiæ inclytus. A Frisonibus autem petiit homagium, sed ipsi recusarunt. Quamobrem dissimulauit vsque ad tempus oportunum iram simul & vindictam de morte patris sui. Hic Theodricus, Comes præclarus, duxerat, patre suo Arnulpho adhuc viuente, in vxorem Witilhindim filiam Ottonis Ducis Saxonum, ex qua genuit Theodricum sibi succedentem, & Florentium, Frisiæ Orientalis Comitem.

De Aufrido Pontifice Traiectensi.

CAP. II.

ANno Domini nongentesimo, nonagesimo quarto, defuncto Balduvvino Pontifice Traiectensi, Aufridus cum pridem de sæculari comite clericus esset attonsus, nunc Ecclesiæ Traiectensis decimus octauus est ordinatus Episcopus. Hic, de nobili genere Caroli Magni progenitus, fuerat primus comes Hoeyensis Teysterbandiæ, Bratuspantiæ & Dominus de Holtena. Is comes Aufridus solitus erat residere in territorio suo Driel apud Bommel, quia erat Dominus fere illius insulæ, & habuit Domistadium in area præposituræ iuxta capellulam. Et habuit nobilem æque sibi ac deuotam vxorem, quæ nocturnis horis sub silentio de castro descendere consueuerat, viro suo ignorante, quo iret. Quod attendens quidam, Domino suo familiaris, dixit ei, Ecce Domina nostra comitissa omni nocte sola exit castrum sub silentio, & nescio quo, forte ad illos, quos in secreto cordis sui nequiter amat, vt amori suo satisfaciat. Quod audiens comes obseruabat callide excubias, vt sciret, quo iret, ac tantas faceret moras. Et ecce quadam nocte secundum suam consuetudinem, in profunda noctis caligine descendit de castro, & ipse cœpit silenter ire post vestigia eius. Et ecce vidit eam ante fores capellæ sub sambuco genibus prouolutam, ac ipsam diutissime ac deuotissime ibidem in oratione persistentem. Et statim, vidente comite, totus aer firmamenti circa eam tanto lumine radiabat ac si luna à suo fulgore tota splenduisset. Quod vi-

Anno Domini 994. Aufridus de stirpe Caroli Magni.

Singularis deuotio vxoris comitis Aufridi.

dens comes valde expauit, & de cætero magno honore & amore eam excoluit, ac famulum suum, qui eam sic diffamauerat, nimio repletus zelo, gladio, quem manu gerebat interficere voluit: quod videns vxor sua detraxit eum, dicens: Quare vis interficere seruum tuum tam fidelem? Si vera fuissent, quæ de me male est suspicatus, nonne honorem tuum fideliter fuisset zelatus, qui te sæpius admonuit, ne me vxorem tuam perditam ire permitteres? Hic ergo reuerendus comes cum vxore sua sæculum reliquit, & attonsus est in clericum. Hic, inspirante Deo, ad instantiam Noetheri Leodiensis Episcopi, dedit comitatum Hoyensem Ecclesiæ Leodiensi, & Otto, secundus Imperator Romanorum, confirmauit. Insuper comitatum Teysterbandiæ, & Bratuspantium, donauit ad vsum Ecclesiæ Traiectensis. Item dedit adhuc alias terras Ecclesiæ Traiectensi, de quibus dedit rales literas: In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Operæ pretium duximus, quæ subsequuntur scriptis inserere, ne posteros lateret, quod præsens ætas faceret. Quapropter desideramus, notum esse cunctis S. Dei Ecclesiæ fidelibus, tam futuris, quam modo præsentibus, quod ego Aufridus, Dei solum modo gratia, S. Traiectensis Ecclesiæ Præsul indignus, iure confisus in Domino cum transitoriis acquirere perennis vitæ gaudia, quandam mei iuris hæreditatem, quam antea potestatiue posse deram, infra comitatum Rien nuncupatum, quorum locorum hæc sunt nomina: Westerlo, Odlobolo, Mierbeke, Honbcke, Bierente, pro me & meorum parentum remedio, cum omnibus ad hæc pertinentibus Ecclesiis, ædificiis, agris, mancipiis, pascuis, pratis, cultis & incultis, siluis, aquis, aquarumue decursibus, trado ad Ecclesiam sanctæ Mariæ semper virginis, sanctique Martini in Traiecto, ad restaurandum Dei seruitium. Si quis huius rei traditionem infringere nititur, laqueũ omnipotentis Dei iræ, ciusque genitricis Mariæ, sanctique Martini incidat, & quasi profanus, à sanctæ Ecclesiæ liminibus sequestratus existat. Et vt verius credatur, firmiusque obseruetur; sigilli nostri impressione propria manu designauimus.

Deserit comes Aufridus cumuxore, & mandat reliquit, & attonsus est in clericum.

Forma donationis Aufridi comitis.

De institutione, cuius vigore imperium Romanorum remanet perpetuo apud electionem Principum Germanorum.

CAP. III.

HIs diebus imperauit Romanis tertius Otto, qui successerat patri suo, Ottoni secundo, qui Ottoni primo, patri suo. Et licet isti tres Imperatores Otto dicti, per successionem Imperatores fuerunt, post tamen instirutum fuit, vt per officiales Imperator eligeretur. Qui sunt: Archiepiscopus Treuerensis, Archiepiscopus Coloniensis, Archiepiscopus Mogurinensis, Rex Bohemiæ, Dux Bauariæ, Palatinus, Dux Saxoniæ, Marcgrauus de Brandenburch. Vnde versus:

Electores Imperatorũ qui.

Moguntinensis, Treuerensis, Coloniensis:
Quilibet imperii sit Cancellarius horum:
Et Palatinus Dapifer, Dux portitor ensis,
Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Bohemus,
His flatuunt Dominum cunctis per sæcula summum.

Ratio huius electionis primum profecta à Carolo Magno.

Et hæc ordinatio nõ fuit nunc initiata, sed tantum renouata, eo quod tempore Caroli Magni primo fuit incœpta ab ipso Carolo. Nam Carolus Magnus de concessu & mandato summi Pontificis, ordinatione sibi diuinitus inspirata, instituit, & præcepit, vt imperium Romanorum apud electionem Principum Germanorum in perpetuum permaneret. Igitur quod post mortem Caroli Magni legitur in multis locis: *Ille vel ille Rex Francorum, vel Imperator Romanus illum vel illum filium suum substituit imperio*: hoc totum, intelligendum est, fuisse factum de electione Principum, & consensu. Porro hic Otto tertius Imperator Romanorum fuit filius materteræ Theodrici, secundi comitis Hollandiæ, quia mater Imperatoris, & mater comitis præfatorum, erant duæ sorores, filię Imperatoris Græcorum.

De donatione facta Ecclesiæ Traiectensi ab Ottone tertio Imperatore.

CAP. IV.

PORRO tertius Otto Romanus donauit Ecclesiæ Traiectensi sub Pontifice Aufrido largas possessiones, de quibus dedit tales literas: In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Otto, superna fauente clementia, Romanorum Imperator Augustus: Si locis diuino cultui mancipatis alicuius honoris, seu proprietatis supplementum præbere studuerimus, in nostræ animæ & carnis felicitate nobis diuinitus remunerari, peculdubio credimus. Quapropter optamus vt omnibus nostris fidelibus, præsentibus atq; futuris, notũ sit, qualiter nos ad remediũ animæ nostræ parentumq; nostrorũ, nec non

Litera donationis Ottonis Imp.

inter-

interuentu, ac supplici rogatu Aufridi, sanctæ Traiectensis Ecclesiæ venerabilis Episcopi & Franconiæ reuerendi Præsulis nostri prædictæ sedi Traiectensis Ecclesiæ, in honore sancti Martini Confessoris constructæ, dedimus, largiti sumus, & omnino cōcessimus, omnem districtum super villam Bommele, & super cuncta, quæ ad eandem villam pertinent, videlicet publicæ rei subiecta. Theolonium vero monetam & negocium generale fermentatæ ceruisiæ, quod vulgo gruit nuncupatur, imo quicquid in iam dicta villa ad publicum bannum, siue districtum pertinere visum est in comitatu Hunrigi comitis, in pago, Teysterbantia dicto, situm, atque eundem districtum cum moneta, banno & theoloneo, & totius publicæ rei functione prælibato cœnobio sancti Martini Confessoris penitus in proprium tradimus. Insuper sibi donauimus, quicquid Poppo filius Roegeri habuit in ministerium in eodem comitatu iure habendum tali ordine, vt præfatus Aufridus, venerabilis Præsul, suique successores eiusdem res per nostram confirmationem traditas teneat, disponat, ordinet & perfruatur, nostra omniumque nostrorum perpetualiter amota contradictione. Et vt hæc nostræ auctoritatis pagina firma permaneat, hanc manu propria corroboramus, & sigillari præcepimus. Signum Domini Ottonis Cæsaris inuicti. Heribertus Cancellarius vice Villegisi Archiepiscopi recognoui. Data tertio Idus Aprilis, Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo, nonagesimo nono, Indictione XII. Anno tertio Ottonis regnantis XVI. Imperantis III. Actum in Romano palatio, felici manu.

De donatione Heinrici Imperatoris facta Ecclesiæ Traiectensi de Bomele & Archo & districtu Teysterbant.

CAP. V.

Tenor litterarum Heinrici Imperatoris.

HEinricus itaque, huius nominis primus, Imperator & successor Ottonis prædicti, donauit etiam Ecclesiæ Traiectensi possessiones & literas desuper, quarum tenor hic est: In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Heinricus, superna fauente clementia, Rex: Si locis diuino cultui nuncupatis aliquius honoris seu proprietatis supplemētum præbere studuerimus, in nostræ animæ & carnis felicitate nobis diuinitus remunerati credimus. Quapropter optamus, vt omnibus nostris fidelibus notum sit, præsentibus & futuris, qualiter nos ob remedium animæ nostræ, parentumque nostrorū, nec non interuentu ac supplici rogatu Aufridi, S. Traiectensis Ecclesiæ venerabilis Episcopi, & Franconis reuerendi Præsulis nostri, prædictæ sedi Traiectensis Ecclesiæ, in honore S. Martini constructæ, dedimus, largiti sumus & omnino concessimus oēm districtum super villam Bomele, & super cuncta, quæ ad eandem villam pertinent. Et vt nostræ auctoritatis pagina firma permaneat, hanc propria manu corroborauimus & sigillari præcepimus. Signum Domini Heinrici Regis inuictissimi. Data tertio nonas Septembr. anno Dominicæ Incarnationis † millesimo, Indictione secunda.

Historia Belgica habet † millesimo primo.

De processu Ducatus Brabantiæ, & descriptione Lotharingiæ.

CAP. VI.

Gerbergis comitissa Louaniensis & Bruxellensis† Lambertum cum Barba maritum suum. † for fillum. Quomodo ducatus Lotharingiæ & Brabantia ad comitatum Ardennensem deuenerit. Lotharingiæ descriptio.

ANno Domini millesimo secundo Otto XV. Dux Brabantiæ, infirmatus vsque ad mortem, sponte legauit imperio Romanorum Ducatum Lotharingiæ, sed Ducatum Brabantiæ contulit Godefrido Duci Mosellanorum, qui & comes fuit Ardennensis. Quibus peractis obiit sine prole, sed Gerbergis, comitissa Louanensis & Bruxellensis, soror eius, habens in maritum Lambertum cum Barba† filiam Regneri Longicolli, comes Hannoniæ mansit hæres eius. Itaque comes Lambertus cum Barba, maritus Gherbergis prædictæ, de iure ex parte vxoris suæ obtinuisset hæreditaria successione Ducatus Lotharingiæ & Brabantiæ. Sed Godefridus magnus, comes Ardēnensis prædictus, cui Dux Otto præfatum Ducatum Brabantiæ in agone contulerat, Henricum Imperatorem accedens, petiit etiam ab eo sibi donari & exaltari in Ducatus Lotharingiæ & Brabantiæ simul. Imperator vero contulit sibi præfatos principatus, & sic venit Ducatus Lotharingiæ & Brabantiæ ad comitatum Ardennensem, seu ad Ducatum Mosellanorum. Porro Lotharingiæ termini ex antiquo fuerunt in longitudine fines Burghondiæ, & mare Frisonicum, in latitudine Scalda & Rhenus, & comprehendit in se Hannoniam & terras ei adiacentes, vsque ad ripam Scaldæ fluminis, id est, totam Brabantiam, quæ extendebatur olim ab vrbe Tornaco, vsque ad ripam VVelpe fluminis, cuius hodie vna pars ab Hannonienſibus, pars altera à Flandrenſibus, reliqua vero à Brabantinis principibus possidetur. Cui etiam parti nomen Brabantiæ inhæret, licet aliqua castella vel oppida, nunc in finibus Hannonię consistentia, vsque in hodiernum diem nomine Brabantiæ solent appellari. Et, ratione præ-

ne prædictorum, Duces Brabantiæ etiam appellantur Duces Lotharingiæ. Comprehendit etiam Lotharingia in se totam Hasbaniam, Batuam, Campiniam & transfluenta Mosæ fluminis, Ardennam & Ducatum Mosellanorum, qui modo etiam Ducatus Lotharingiæ vsualiter vocatur. Comprehendit etiam Ducatum Limburgensem, & tres Metropoles, scilicet Treuerim, Coloniam & Magontiam, cum terris adiacentibus, quarum omnium gubernatio ad Duces Lotharingiæ priscis consueuit temporibus pertinere. Igitur Lambertus cum Barba, Comes Louanienſis & Bruxpellenſis, volens cum vxore recuperare Lotharingiam & Brabantiam, magnas guerras habuit cõtra præfatum Godefridum Ducem. Tandem Godefridus Dux & Lambertus cum Barba conuenerunt ad bellum apud Florines, ibique plus quam quadringenti viri occiſi ſunt, & Lambertus ibi occubuit, cui ſucceſſit Henricus filius Lamberti & Gherbergis. Hic Henricus Comes duxit in vxorem Mechtildim, vnicam filiam Comitis Matthæi Bononienſis, id eſt, Bolonoys ſeu Buemen. Ex qua genuit Lambertum Stamulaert ſibi ſuccedentem, & Mechteldim, Euſtachii Comitis Bononienſis vxorem. Qui Euſtachius genuit Euſtachium, qui duxit in vxorem S. Idam ſororem Godefridi Ducis Gibboli, de quo dicetur in libro XIV. capitulo IV. Et hic Comes Euſtachius ex S. Ida vxore ſua genuit Godefridum Ducem de Bulion, Baldewinum & Euſtachium fratres eius, & de iſtis omnibus plenius dicetur inferius. Defuncto Henrico, Comite Louanienſi & Bruxpellenſi, ſucceſſit ei Lambertus Stamulaert filius eius ducensin vxorem Adelam filiam Gocelonis Ducis Lotharingiæ, ex qua genuit Henricum Comitem ſibi ſuccedentem, & Godefridum cum barba, qui ſucceſſit fratri ſuo Henrico prædicto. Qui Godefridus cum barba reoptinuit tandem Ducatum Lotharingiæ & Brabantiç, ſicut patet libro XVI. capitulo II.

Pugna inter Lambertum cum Barba & Godefridũ Comitem.

De obitu Aufridi, & ordinatione Adelboldi Epiſcopi Traiectenſis.

CAP. VII.

An 1005. Aufridus Epiſcopus Vltraiectenſis sacrat ſit. Mac. Beka. Obitus eius an. Domini 1008.

ANNO Domini milleſimo quinto Aufridus Epiſcopus Traiectenſis, tanquam filius caſtigatus & dilectus Deo, oculorum ſuorum lumen amiſit. Venerabile collegiũ ordinis S. Benedicti ſupra montem ſanctum prope Amersfordiam in honorem S. Dei genitricis Mariæ conſtruxit, in quo ſacræ religionis habitum ſuſcepit, & ad vitæ ſuæ terminum deuotiſſime perduravit. Obiit autem anno Domini milleſimo octauo, quinto nonas Maii, ac ſepelitur in eodem monaſterio, poſtquam Epiſcopatum Traiectenſem ſapienter gubernaſſet annis XIII. Igitur poſt dormitionem eiuſdem patris Aufridi quidam Adelboldus, natione Friſo, decimus nonus electus eſt Epiſcopus, qui Cęſaris Heinrici Proconſul fuit eximius. Hic Adelboldus Anno Domini milleſimo decimo quinto Traiectenſem Eccleſiam veteris ſtructuræ deſtruxit, quod S. Baldricus erexerat, & reædificauit opus nouum multo ſpecioſius & pretioſius.

Adelboldus XIX. Vltraiectenſis Epiſcopus.

De primario bello inter Epiſcopum Traiectenſem, & Comitem Hollandiæ.

CAP. IIX.

An. Domini 1017. Cometa magnus apparuit. Eadem Beka.

ANNO Domini milleſimo, decimo ſeptimo, Cometa grandis in modum trabis, omni ſero, longo tempore in Hollandia apparuit, & eodem anno grauis belli tumultus inter Epiſcopum Traiectenſem & Comitem Hollandiæ primum inualuit. Nam eodem anno S. Walbodo monachus, Canonicus regularis, & decimus Eccleſiæ S. Martini in Traiecto eligitur Epiſcopus Leodienſis, & poſt eius receſſum incepit bellum inter Epiſcopum Traiectenſem & Comitem Hollandiæ propter ſubſequentes cauſas. Adelboldus enim Epiſcopus Friſones in rebellione contra Hollandenſem comitem confortando animauit. Quidam enim etiam Comes, nomine Theodricus, Bauo, beneficiatus fuit iuxta Bodegrauen & Zuammerdam ab eodem Adelboldo Pontifice, qui Theodricum, Comitem Hollandiæ, non quieuit infeſtare quotidiano certamine. Hollandiæ vero Comes, ècontra copioſum exercitum congregans, Theodricum Bauonem glorioſe ſubegit, & eundem à poſſeſſionibus ſuis violenter eiecit. Adaboldus autem Epiſcopus hoc ægre ferens, collectis immenſis bellatoribus, decreuit vaſallum ſuum priſtinæ ditioni reſtituere, vel aduerſus Comitem Hollandiæ crudele bellum committere. Igitur anno Domini milleſimo, decimo octauo, quinto Idus Iunii, prædictus Epiſcopus cum vexillis fulgurantibus, & tubis ſtridentibus ad locum certaminis decenter aduenit. Et ècontra Theodricus, Hollandiæ Comes, ſubaratis multis potentibus & illuſtribus viris, & Dominis, videlicet Ioanne Domino in Arkel, Domino de Oechſten, Domino Gherardo de Diepersson cum vexillis fulgidis, & cornibus horriſonis à papilionibus ſuis exiens, & pratis virentibus armipotenter occurrit. Nec mora, quin Traiectenſium & Hollandenſium populi perniciter in inuicẽ exiuerunt, pro corona victoriæ laborioſe certantes, cruentamq; ſtragem ex vtraque

Bellum inter Epiſcopum Vltraiectenſem & Comitem Hollandia. Occaſio huius belli.

An. Domini 1018. pugna committitur.

parte

parte crudelissime committentes. Denique post aliquantulam temporis moram robut Episcopalis exercitus quamplurimum atteritur in occisionem magnanimorum Principum, qui in eodem dito certamine corruerunt, videlicet Wegherus Aduocatus Ecclesiæ, Wikinus & Gadezo comites, Lazo & Algarus Zvvasserus milites, cum aliis multis & plurimis armigeris laude dignis. Adelboldus autem Episcopus, nimirũ hoc graui dolens infortunio, congregauit extemplo recentem armigerorum cuneũ, vt crudele bellum iterato aduersus Hollandensem populum committeret. Nihilominus & antedictus comes Theodricus cum Syfrido, Domino Brederoeden fratre suo, & Ioanne, Domino de Arkel, adiuuauit indefessum exercitum, vt iam secundo dimicaret contra præfatum Episcopũ. Itaq; 19. die subsequente, quæ est 4. Cal. Aug. eodẽ anno præfati Principes prope Bodegrauen itidem conuenerunt ad prœlium, committentes in alterutrum depopulationis excidiũ. Ceciderunt enim iterum, ex parte Pontificis Adelboldi, viri strenui, videlicet Volkarus presbyter, Bertoldus Diaconus, Ioannes & Godefridus Hiddo, & Halmaricus Walteim[9] & Hubert[9] ac Hildeboldus militellus, Syfridus & Heymannus Proceres, cum pluribus aliis scutariis animosis & diuersis armigeris approbatis. Adelboldus quidem Episcopus in eodem bello viuus captus est, quem Theodricus secum in Hollandiam perduxit. Porro comes Hollandiæ Adelboldo, scil. patri spirituali, honorem & reuerentiam exhibens, in captiuitate iucundissima eum apud se retinuit, & dixit ei: Ob quam causam Dominus meus Hollandensium insidiator factus est, ignoro. Quare exopto discere à reuerentiis Domini nostri, præsertim cum Hollandenses nunquam nocuerunt Domino nostro, neq; suis. Tunc Adelbolus Præsul respondens ait ei: O inclyte comes, frater, me nunquam lęsionem sensisse, ẽt in minimo à Domino Hollandensi milite, neq; à suis prædecessoribus Principibus, comitibus, nihilominus tamen, quod me mouebat insidiari Domino meo fuit hoc, quod Hollandia olim consueuit stare sub Episcopatu Traiectensi, & in signum huius, ciuitas Hollandiæ capitalis adhuc hodierna die dicitur Traiectum inferius: & sic præfata terra fuit aliquando dominium prædecessorum meorum Pontificum Traiectensium: vnde & Frisones confortaui in rebellionibus suis, instigando eos contra Hollandenses: vt sic, per virtutem illorum, Hollandensi comite profugato, prædictas terras subiicerem ditionibus meis: sed quoniam iustitiam sectatus sum, ideo non immerito nunc in iniustitiarum laqueos incidi. Insuper & hoc ẽt prophetando mihi possum addere, quod propter causas præexpressas nunquam in futuris temporibus erit vera pax inter Traiectenses & Hollandenses. Inuadent inuicem prœliis acerrimis, rapinisq;, & incendiis, & populus populum superabit, nunc isto, nunc alio triumphante. Hæc autem, vt apparet in sequentibus diuisionibus, multis vicibus verã fuisse inueniuntur. Cui Theodricus Hollandiæ comes respondit dicens, fiat voluntas Dei semper. Tamen hoc sciat Dominus noster Antistes, Hollandenses Principes parũ curare de Traiectensibus. Non enim ponderamus virtutem illorum, sed subditis condolendum est, qui semper litis tempore in maiore angustia positi sunt propter incursiones latrunculorum, verumtamen habeam promissionem per Episcopale sigillum, quod Dominus Pontifex Traiectensis amodo Frisones non susciabit, nec incitabit contra me, & dimittam Episcopum ire liberum à captiuitate sua, faciatq; tunc ipse secundum potestatem suam bellando contra, & ego non formidabo eum. Tunc ait illi Episcopus: Quamuis non libenter hoc facio, tamen illud, necessitate compulsus, faciam. Cui comes, si Dominus meus Pontifex non libenti animo hoc facit, quod sibi proposui, maneat tunc mecum, & ego sibi de expensis prouidebo. Mansit ergo Antistes idem cum comite Hollandensi per dies aliquot.

Multi præclariviri exparte Episcopi interimũtur.

Secundo pugnatur inter eosdem eodẽ anno 4. Kal. Augusti.

Capitur Episcopus Adelboldus.

Adelboldus ad Comitem Hollandiæ.

De bello Theodrici Comitis Hollandiæ aduersus Frisones.

CAP. IX.

COMES ergo Hollandiæ Theodricus ex hac triplici victoria, non tamen sine graui dispendio suorum obtenta, quamplurimum animatus, proposuit recenter anno eodem pro vindicta patris sui Arnulphi debellare Frisones Occidentales, vbi nunc & Imperator Henricus, huius nominis primus, cũ Godefrido Duce Lotharingiæ & Mosellanorũ destinauit expeditos equites. Porro Theodricus comes Hollandiæ, ex Hollandia contraxit roboratũ exercitũ, & accepit Adelboldũ Episcopũ secum, & sic cum Godefrido Duce versus Frisones bellaturus processit. Cum aũt Hollandensis & Frisonicus populus in vnũ concurrerent, & in campestri bello pro victoriali laude contenderent: Ecce vox quædam ab Hemisphærio ethereo horribiliter intonuit, *Fugite, fugite*. Et confestim Hollandensis populus ex formidine terrisonæ vocis diffugiẽs, pma-gna parte cęsus est. Et Episcopus Adelboldus, exsiliens de manib. Hollandensiũ, vniuit se Fri-

Cæduntur & fugantur miraculose Hollandenses.

se Frisonibus,& Godefridus Dux ibidem apprehensus est ab hostibus, & vinculatus. Hæc itaque strages Hollandiensi populo prouisione diuina contigit, vt Theodricus comes in semetipso disceret, quod vnus & idem Deus est, qui humiliat & exaltat. Igitur Theodricus comes declinans à bello Haerlemense præsidium intrauit, & congregans de nouo immensum exercitum rediit contra Frisones, vt in virtute magna interimeret sibi aduersantes cohortes. Qui cum venisset vsque ad Heyligelo, occurrit sibi ad bellum Adelboldus Episcopus cum Frisonibus, in cuius exercitu erat etiam Godefridus Dux, coactus pugnare aduersus Theodricum comitem & Hollandenses. Et ingrauatum est prœlium in die illa, & Frisones lassi ceciderunt in bello, Theodrico comiti facta est victoria. Adelboldus vero Pontifex fugiens, vix periculum mortis euasit. Post hæc Hollandiæ comes recolligens infinitam expeditionem cum Godefrido Duce, Frisiam reintrauit, & exustis villis & pagis innumerabilem populum occidit. Accipiensque prædam multimodæ facultatis, subiecit Frisiam imperio suo. Quibus gestis, sepe dictus comes cum triumpho rediit ad Hollandiam. Tandem idem comes donauit in feudum comitatum Frisiæ Florentio iuniori filio suo. Qui ad Frisiam veniens accepit homagium à Frisonibus, & imperauit illis cum potestate cunctis diebus vitæ suæ.

Theodricus versum vincit Frisones.

Frisia subiicitur comiti Hollandiæ.

De maioribus vasallis Ecclesiæ Traiectensis.

CAP. X.

An. 1021. ANNO Domini millesimo vicesimo primo Adelboldus Pontifex ordinauit vnum memoriale scriptum de liberis vasallis Ecclesiæ Traiectensis, conscribens pariter & eorum bona feudalia, quæ ipsi possident in feudum ab eadem Ecclesia. Et hæc est forma illius scriptionis: In nomine Domini, Amen. Operæ precium duxi, ea, quæ sequuntur scriptis inserere, ne posteros lateret, quod præsens ætas faceret. Quapropter desidero notum esse cunctis sanctæ Ecclesiæ Dei fidelibus, tam præsentibus, quam futuris: Quod ego Adelboldus, Dei solummodo gratia, sanctæ Traiectensis Ecclesiæ Præsul indignus, cum feodales liberi Traiectensis Ecclesiæ à me feudum suum requirerent, prædecessorum meorum Episcoporum Traiectensium mihi literas ostenderunt, continentes, quæ & qualia bona ipsi & eorum progenitores ab Ecclesia Traiectensi tenuerunt. Quibus visis, in scriptis feci redigi, quæ sequuntur: Dux Brabantiæ est liber feudalis Ecclesiæ Traiectēsis, & tenet in feudum ciuitatem lapideam in Tyela cum prædiis, familiis, mancipiis, siluis, aquis, piscationibus, pratis & salictum iuxta ciuitatem prædictam Tyele situm, & omnibus ad ciuitatem pertinentibus eandem. Item totam Kempiniam vsque Turnouter Vorde cum mancipiis, prædiis, siluis, campis, officiumq; eius est, quod vocatur dapifer Episcopi Traiectensis. Item comes Hollandiæ est liber feudalis Episcopi Traiectensis, & tenet in feudum comitatum Hollandiæ, & terram Kenemariæ cum terris, mancipiis, siluis, campis, pratis, pascuis, mānsis, aquis, aquarumque decursibus & iustitia: exceptis dictarum terrarum decimis & terra Waterlandiæ & Westfrisiæ, quæ totaliter pertinent ad Episcopum & Ecclesiam Traiectensem. Et dictus comes Hollandiæ vocatur, & est Marichalcus Episcopi Traiectensis. Item tutor siue comes Ghelriæ etiam est liber feudalis Ecclesię Traiectensis, & tenet in feudum comitatum Zutphaniæ cum multis prædiis, mancipiis, pratis, aquis, aquarumq; decursibus & iustitiis. Item Embricam cum suis attinentiis pro parte media, & alia pars est Episcopi Traiectensis. Item in pago Batua magnam partem cum mansis, terris, casis, domibus, mancipiis vtriusque sexus, & iustitiis. Item Tielrevvaert & Bomelerevvairt cum multis mancipiis, mansis, terris, casis, domibus, campis, pratis, aquis, aquarumq; decursibus & iustitia. Et dicti comitis officium est, quod vocatur & est venator Episcopi Traiectensis. Comes Cliuensis est liber feudalis Episcopi Traiectensis, & tenet in feudum in pago Batua, in superiori parte supra Rhenum, magnam partem terrarum & mansorum cum casibus, domibus, mancipiis, campis, pratis, pascuis. Et ex alia parte Rheni, & in aliis quibusdam locis, terris, casas, mansos, domos cum siluis etiam & campos. In Wondrichem cum agris & campis, cum aquis, aquarumq; decursibus & iustitiis, qui vocatur & est Camerarius Episcopi Traiectensis. Item comes de Benthem est liber feudalis Ecclesiæ Traiectensis, & tenet in feudū Burchgrauiatum Traiectensem cum pluribus mansis, terris, insulis, campis, mancipiis, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, & tustitiam in pluribus locis ciuitatis & diœcesis Traiectensis. Qui vocatur & est ianitor Episcopi Traiectensis. Itē comes de Guick est liber feudalis Ecclesiæ traiectensis, & tenet in feudum multas terras, insulas & decimas cum casibus, domibus & siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq;

Forma literarum Adelboldi de feudis.

Dux Brabantiæ dapifer Episcopi Vltraiectensis.

aquarumque decursibus & iustitia in diuersis locis diœcesis Traiectensis. Item Comes Ghore est liber feudalis Episcopi Traiectensis, & tenet in feudum castrum Ghore & terram dictam Ameyde cum multis terris, mansis, casis, domibus, siluis, campis, mancipiis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus mobilibus & immobilibus in omnibus ad dictos districtus de Ghore & Ameyde pertinentibus. Qui vocatur & est signifer Episcopi Traiectensis. Prænotati autem feudales Ecclesiæ in generali synodo Episcopi tenentur & debent personaliter interesse, qui feudum à me suum receperunt, & homagium & fidelitatem præstiterunt coram Domino Henrico primo, Romanorum Imperatore inuictissimo Augusto. Præsentibus Aribone Archiepiscopo & Archicapellano, Annone Colonienſi, Euerhardo Treuerensi, Athelberto Hamelburgensi Archiepiscopo, & pluribus alus Episcopis, Comitibus & regni fidelibus. Actum in Tulpiaco castro, anno Domini millesimo xxi. quarto nonas Ianuarii feliciter, Amen.

De consummatione Ecclesiæ Traiectensis, & donatione Comitatus Therentonia eidem Ecclesiæ per Henricum Imperatorem. *Dia Threns.*

CAP. XI.

ANno Domini millesimo vicesimo tertio Traiectensis Ecclesia per Adelboldum Episcopum magnopere superextructa fuit, ad cuius dedicationem Imperator Henricus primus cum duodecim Episcopis Traiectum aduenit. Qui eandem Ecclesiam sexto Calendas Iulii vnanima benedictione consecrarunt, & cum magna solennitate multum in honore S. Martini Episcopi & Confessoris consecrarunt ac dedicarunt. Anno vero sequenti idem Henricus Imperator donauit Ecclesiæ Traiectensi Comitatum Rhrentoniæ per Imperialem bullam, cuius tenor hic est: In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Henricus, Dei gratia, Romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, tam futuris, quam præsentibus, quod nos ob perpetuale remedium antecessorum nostrorum, & nostræ, ac dilectissimæ coniugis nostræ Conigondæ, sanctæ Traiectensis Ecclesiæ, nostris temporibus constructæ, & nobis præsentibus dicatæ sub parrocinio beati Martini, interuentu coniugis nostræ, & Adelboldi, eiusdem Ecclesiæ Episcopi, ac Hermionis, Verdinensis Episcopi, & Comitis Bertolphi, fidelis nostri, Comitatum de Rhrente, per hanc Imperialem paginam, nostra iussione conscriptam, deinceps habendam damus & concedimus. Quæ donatio vt stabilis & inconuulsa nunc & in perpetuum permaneat, hanc paginam modo conscriptam manu propria corroborauimus. *An. Domini 1023.* *Ecclesia Vltraiectensis solenniter consecrata.* *Forma literarum donationis.*



De donatione Comitatus Teysterbandiæ prædictæ Ecclesiæ per Conrardum Imperatorem.

CAP. XII.

COnrardus namque dictus est successor Henrici I. qui & donauit Ecclesiæ Traiectensi Comitatum Teysterbandiæ cum bulla, cuius tenor sequitur. In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Conrardus, diuina fauente clementia, Rex Francorum, Longobardorum, & ad imperium designatus Romanorum, &c. Notum fieri volumus omnibus in Christo fidelibus, præsentibus videlicet atque post venientibus, qualiter nos interuentu ac petitione dilectæ coniugis nostræ, videlicet Gyslæ, nec non familiarium nostrorum, Aribonis Archiepiscopi Maguntinensis, & Adelboldi Episcopi Traiectensis Ecclesiæ, Comitatum Teysterbandiæ ad Traiectum S. Martino, & eiusdem sedis Episcopo, suisque successoribus post futuris cum omni voluntate, quæ pertinet ad eundem Comitatum, perpetualiter habendum tradidimus, ea videlicet ratione, vt nullus ibidem potestatem aliquam exerceat extra Præsulis præscripti licentiam, quia sibi totum concessimus, quicquid vtilitatis in illo habuimus. Et vt hæc auctoritas nostra firma & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc paginam inde conscriptam propria manu roborantes, sigillo nostro iussimus insigniri. *Tenor literarum donationis Conradi Imp.*

De obitu Adelboldi Episcopi Traiectensis.

CAP. XIII.

ANno Domini millesimo vicesimo septimo, quinto Calendas Decembris, Adelboldus Episcopus migrauit ad Dominum, postquam annis decem & octo Traiectensem rexisset Ecclesiam. Qui sepultus requiescit in Ecclesia Traiectensi, quam ipse decenter ædificauit in honore S. Martini Confessoris & Episcopi Turonensis Ecclesiæ. Hic Adelboldus Tielensem Ecclesiam, à Danis & piratis altera vice destructam, reædificare cœpit perfecitque & consummauit, statuens in Ecclesia Tielensi Canonicos seculares, in qua prius Canonici regulares residere consueuerant. *An. 1027 moritur Adelboldus Epiſc. Vltraiectenſis Canonici seculares in Ecclesia Tyelesi per Adelboldum.*

*De ordinatione * Bernoldi Episcopi Traiectensis vicesimi.*

* alii, vt Beka, Bernulphi

Cap. XIV.

CVm autem Adelboldus Episcopus esset defunctus, & quotidianus tumultus in electione noui pastoris contentiose fieret, Conrardus Imperator Traiectum descendit ad supprimendam discordiam, adducens secum Ghiselam vxorem suam decentissimam. Et cum eadem Regina diebus illis erat grauida, quinimo proxima, ideo iam dictus Rex locauit eandem in pago de Oesterbeke apud quendam presbyterum, cui Bernoldus proprium nomen erat. Imperator autem ad vrbem Traiectensem confestim se transtulit, & capitulum ad vnionem pacis informare studuit. Demum inualescente grauius discordia, totum capitulum arbitrio Regis præsentare virum discretum & idoneum, qui dignus esset gubernare tantum Episcopium. Interea Regina nobilis, elegantis formæ parturiuit infantem, transmittens Cæsari noua gaudia per Bernoldum sacerdotem. Et ecce Rex, pro desiderata legatione nimirum exultans, tradidit eidem presbytero Traiectense Pontificium. Consimiliter & inuestituram per annulum & baculum pastoralem. Bernoldus itaque vicesimus ordinatus est Episcopus, vir per omnia venerandus, qui & pacem fecit cum Principibus Hollandiæ.

Conrardus Imp. Traiectum venit.

Bernoldus ob. 21mo Episcopus Traiectf.

De obitu Syfridi, primi Domini de Brederoeden.

Cap. XV.

Anno 1030. ANno Domini millesimo tricesimo, quinta die Iunii, obiit Syfridus Vicecomes & primus Dominus de Brederoeden, & sepelitur in monasterio Egmuhdensi. Vxor vero eius Thetburga obiit sexto Calendas Februarii, sepulta penes maritum suum vicecomitem. Theodricus vero filius eius senior successit ei in dominio de Theylingen. Et quia sic à Syfrido orti fuerunt omnes Domini de Brederueden & de Theylingen, ideo in Epitaphio super sepulchrum eius ponitur versus:

STIRPS DE SICKONE PROCESSIT IN HAC REGIONE.

Sifridus ergo, cognomento Sicko, dedit sancto Athalberto, Priori monasterii Egmondensis, pro animæ suæ remedio terram super Gheest, nominatam Noorthorpe, Smithen, Aldgheringherlant, Hildebrandeslant, Sivvirdingherlant, quinque Fiertelen lantsose made. In Eckerslore duodecim libras. In Banes duas libras. Thetburga vxor eius contulit monasterio Egmondensi pro remuneratione beatitudinis æternæ aureum scrineum cum multis reliquiis, & alia multa dona.

De obitu Theodrici Comitis Hollandiæ quarti.

Cap. XVI.

An. Domini 1039. moritur Theodricus comes Hollandia.

ANno Domini millesimo tricesimo nono Theodricus, magnanimus Comes Hollandiæ, postquam Ierosolymis sepulchrum Domini cum Ioanne, Domino de Arkel ibidem defuncto, & pluribus aliis nobilibus visitallet, & Hollandiam reuenisset, obiit sexto Calendas Ianuarii, & tumulatur penes proauum suum in Egmonda, qui cunctis diebus vitæ suæ bella gessit, ac Hollandiam quadraginta sex annis potentissime gubernauit. Vitilhildis post obitum sui coniugis Comitissa reuersa est ad Saxoniam, quæ septimo Calendas Iulii moriens, ibidem honorifice tumulata est, anno Domini millesimo quadragesimo. Igitur temporibus Reyneri, quarti Abbatis Egmondensis, obiit Comes sitte, qui & donauit monasterio Egmondensi in Romenburch quatuor mansus, decem libras singulis persoluentes. In Omenburgherbrueke terram sedecim vncias persoluentem. In Svvieten terram tredecim vncias soluentem. In Waltmannenvven terram sedecim vncias soluentem. In Comitis Frintgersa terram sedecim soluentem. Præterea obtulit duo pallia pretiosa, quæ in summis festiuitatibus pendent in eadem Ecclesia.

In Egmonda sepelitur.

LIBER

LIBER X.

CONTINET HISTORIAS NOVEM ANNORVM, QVIbus Theodricus quartus, quintus Comes Hollandiæ, rexit terram Hollandensem cum eventibus illius temporis: & habet Capitula septem.

De Theodrico quarto, qui fuit quintus Comes Hollandiæ.

CAP. I.

CATENAM igitur, seu Genealogiam Comitum Hollandiæ describentes, dicendum erit in præsenti diuisione de Theodrico Comite Hollādiæ quinto. Hic Theodricus, huius nominis quartus, patri suo Theodrico successit, & factus quintus Comes Hollandiæ & Zeelandiæ. Hic non habuit vxorem, neque filios. Circa hæc tempora viguerant & viguerunt in Hollandia nobiles, Florentius Comes Occidentalis Frisiæ, frater Comitis Hollandiæ, Theodricus Dominus de Brederoeden, Simon Dominus de Theylingen fratres, Dodo Dominus de Lederdam, Ioannes Dominus de Arkel, Baldewinus Dominus de Hueſden, Gherardus Dominus de Putta, Ioannes Dominus de Haltena, Gerardus Dominus de Diepersen, Dominus de Oechten, & Dominus de Persiin. Porro milites, cognominati Persiin, habuerunt suam originem in Hollandia à quodam milite, qui ex Græcia ad Hollandiam veneratorum vxore Arnulphi, quondam Comitis Hollandiæ, filia Imperatoris Græcorum. Eodem etiam anno, scil. millesimo tricesimo nono, viscera Conrardi Cæsaris in Traiecto morientis recondita sunt in Ecclesia maiori: & Henricus secundus gener eius, vel secundum alios filius eius, ibidem electus sublimatus est in throno Imperiali, qui postmodum quodam brumali tempore Slauos expugnare volens habuit secum in sua expeditione suam sororem sanctimonialem eximiæ venustatis, quam Canonicus quidam adamauit zelo nimiæ dilectionis, quam etiam blanda suggestione tandem ad hoc induxerat, vt tempore noctis ipsum susciperet in amoris amplexu. Illis igitur in furtiuo cubili clam obdormientibus, permaxima nix inopinate cecidit, & auroræ iubar hemisphærii caliginem tam effugauerat. Qua propter idem Canonicus, quamplurimum anxiatus, qualiter tute tentorium suum accederet, ne primiciale vestigium culpam suam aliquo modo proderet. Tractato denique repentino consilio, præfata sanctimonialis eundem Canonicum in humeris baiulauit ad suum tentorium, vt in eundo, vel redeundo saltem vnius solius posset apparere vestigium. Eadem autem hora diuus Imperator solus peruigil fuit, qui peregrinum hoc spectaculum è fenestra tabernaculi sui procul intuebris pie risit. Demum exorto iam Sole, Cæsar Augustus flagitauit eundem Canonicum, quatenus officium compleret Diaconatus ad Missam. Quod idem Canonicus, remordente conscientia, modis omnibus abnuit, qui blandimentis aut minis ad hoc emolliri non potuit. Cernens igitur Cæsar eiusdem Canonici timoratam conscientiam, remisit ex bono corde conceptam pertinaciam.

An. 1039. Henricus II. Imperator electus. Hac eadem Beka.

De Godefrido Duce Lotharingiæ, & de suis sequacibus.

CAP. II.

ANNO Domini 1042. Godefridus Ardennensis, Dux Mosellanorum Lotharingiæ & Brabantiæ, postquam rexisset Ducatus Lotharingiæ & Brabantiæ 40. annis, mortuus est sine prole seu filiis. Quo defuncto, successit ei Gocelo frater eius aliquib. annis, Hic Gocelo Dux genuit Papam Romanum, dictum Stephanum nonum, & Godefridum Gibbosum Ducem sibi succedentem, atque S. Idam, Comitissam Bononiensem, matrem videlicet Godefridi Ducis Bullionensis, ac Adelam vxorem Lamberti Stamelaert, Comitis Louanienſis. Tandem etiam defuncto Gocelo Duce, successit ei Dux Lotharingiæ, Godefridus Gibbosus, filius eius.

Anno 1042. moritur Godefridus Dux Mosellanorū.

De donatione Dauentriæ & Comitatuum Amelandiæ & Threntoniæ, Ecclesiæ Traiectensi per Henricum Imperatorem.

CAP. III.

ANNO Domini 1046. Imperator Henricus dedit Ecclesiæ Traiectensi Dauentriam cum Comitatu Amelandiæ, & desuper bullam hanc formam continētem:

Anno 1046.

Forma donationis Henrici Imp.

Henricus, diuina fauente clementia, Rex. Notum sit omnibus, qualiter ob Dei amorem, nostriq; patris dilectissimi, Conradi videlicet Imperatoris Augusti, nec non interuentu & petitione dilectæ coniugis nostræ Agnetis, atque Bernoldi Traiectensis Ecclesiæ, in honorem S. Martini constructæ, venerabilis Episcopi seruitium nobis iuge fideliter persæpe adhibitum, talem propriet atem eidem supradictæ Ecclesiæ, qualem nisi sumus manu sub potestate tenere in loco Dauentriæ dicto in moneta theoloneis placitis cum omni regali districtu, omnique utilitatis commoditate, quæ nullo modo poterit præuenire, & cum comitatu in Amelande sibi vicino, in proprium tradimus & stabilimus, eoque tenore, vt nullus aut exactor maior aut minor persona vllam habeat potestatem inde aliquid exigendi absque licentia Episcopi: Sed vt prædictus Præsul, eiusque successor de his supradictis donis regius liberam dehinc potestatem habeat obtinendi, commutandi, præcariandi, vel quicquid sibi placuerit, ad vsum prænominatæ Ecclesiæ inde faciendi. Et vt hæc regiæ nostræ donationis auctoritas stabilis & inconuulsa per succedentium momenta temporum maneat, hanc paginam inde conscriptam manu propria corroborantes, sigilli nostri iussimus impressione muniri, &c. Porro sequenti anno idem Cæsar donauit sæpedictæ Ecclesiæ comitatum Trentoniæ, & de super bullam in hac forma. Henricus, diuina clementia, &c. Notum esse volumus omnibus Christi fidelibus, qualiter nos pro remedio animæ nostræ parentumque nostrorum, nec non interuentu & petitione dilectæ coniugis nostræ Agnetis Reginæ, Traiectensi Ecclesiæ, sub honore S. Martini constructæ, atque Bernoldo eiusdem sedis venerando Præsuli comitatum, qui post obitum Gosfini Ducis nostræ ditioni in Thrente visus est subiacere regia nostra beneuolentia & auctoritate cum omni integritate & vtilitate, quæ ad eundem pertinet comitatum, perpetualiter habendum tradimus, ea videlicet ratione, vt præsul prænominatus, omnesque successores eius eundem comitatum sic potestatiue teneant, vt neque comes aliquis maior an minor posthac in illo comitatu poreſtatem exerceat aliquam extra Præsulis prænominatæ sedis licentiam, quia totum sibi concessimus, quicquid in illo vtilitatis habuimus. Data vndecimo Calendas Iunii, anno Dominicæ Incarnationis millesimo quadragesimo septimo, &c.

Forma alterius donationis eiusdem Henrici Imp.

De receptione bonorum Adolphi militis in Theutonia.

CAP. IV.

Forma literarum.

PORRO Bernoldus, Episcopus Traiectensis, recepit etiam res ex donatione Adelphi militis, & confecit inde tales literas: In nomine S. & individuæ Trinitatis. Ego Bernoldus, S. Traiectensis Ecclesiæ Præsul, notum esse cupio cunctis fidelibus, tam futuris, quam modo præsentibus, quod quidam ingenuus clericus, nomine Adelphus, militis officio functus quondam, fui iuris hæreditarem, quam habuit, comitatum Godeschalci comitis Thuentiæ nuncupatum, id est, Ghore, tradidit S. Martino cum conuenientia hæredis suæ Wigburgæ, Abbatissæ videlicet de Frikenhorst, per manum Aduocati Walonis, cum omnibus ad eundem locum pertinentibus Curtilibus, ædificiis, mancipiis, agris, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, quæsitis & inquirendis, cum omni districtu, quicquid fratres eius Werinus & Ludolphus ibidem in vita sua nisi sunt habere in seruitio & redditibus, & ipse Adelphus per successionem hactenus in sua potestate tenuit, postea in beneuolentia præfati eius beneficium infra Tuentre decimam decem librarum Dauentriensium, & infra Threntem decimam ad septem libras & dimidia. Quod si forte alicui successorum nostrorum hæc precaria displicuerit, & concessa præstare neglexerit, ipse præfatus Adelphus de suo, quod dedit, faciat, quod vult. Acta sunt hæc iuxta Ghora, in palatio supra nominati comitis, coram testibus quam plurimis. Et hæc traditio vt firma & inconuulsa maneat in futurum, hanc chartam sigilli nostri impressione roborari iussimus.

De homicidio perpetrato in tirocinio Leodiensi per Theodricum Comitem Hollandiæ.

CAP. V.

THeodricus autem comes Hollandiæ erat quodam tempore in ciuitate Leodiensi cum multis aliis diuersarum terrarum nobilibus & Principibus. Accidit autem ibidem fieri hastiludium & tirocinium, in quo Theodricus, comes Hollandiæ, casu interfecit quendam Principem, cuius fratres fuerunt Archiepiscopus Colonien sis, & Episcopus Leodiensis: quo homicidio perpetrato, omnes nobiles superiorum partiū ibidem existentium conuenerant celeriter ad inuicem & perrexerunt, conglobati in vnum, aduersus Theodricum prædictum, vt ipsum crudeliter interimerent in vindictam

ctam interfecti Principibus, sed Theodricus Comes hoc cognoscens cum equitatu magno & virtute nimia citius, quo potuit, recessit ab eis extra vrbem. Hostes tamē ipsum indesinenter persequentes, occiderunt duos de suis militibus. Veniens autem idem Comes ad Hollandiæ prouinciam, & sciens occisionem duorum suorum militum, quantocyus properauit Dordracum, & igne vastauit ibidem omnes naues de Colonia & Leodia, super omnibus partibus, in vindictam suorum militum occisorum, verum etiam omnes negotiatores regionum superiorum apprehendit, de quibus grauem exactionem acquisiuit.

De bello in Dordraco.

CAP. VI.

An. Domini 1042. tumultus aduersus Comitem Hollandia.

ANNO Domini millesimo quadragesimo octauo confœderati sunt in vnum Archiepiscopus Colonienſis & Episcopus Leodiensis, congregantes expeditionem validam ad debellandum Theodricum Comitem Hollandiæ, qua congregata Marckgrauius de Brandenburch, nepos eorum, cum immensis bellatoribus adueniens, sociauit se eisdem Principibus, qui statuerunt eum magistrum militum, & Principem, siue Ducem totius exercitus. Cum ergo omnia itineris necessaria præparata forent, descenderunt armipotenter cum tumultu magno ad Hollandiam, & per internam traditionem obtinuerunt oppidum Dordracense. Quod cum percepisset Theodricus Comes, grauiter inde doluit. De consilio tamen Gerardi, Domini de Purta, in manu valida properauit nocturnis temporibus versus præfatum oppidum, & clam ingressus est illud. Quo ingresso, tumultus ingens oritur in oppido, & inimici discurrunt diuersimode ad bellum. Orta ergo pugna, tubis clangentibus, & cornibus metallinis perstrepentibus, clamor prælii ascendit in excelsis. Perniciter namque irruentes in inuicem, cruentam stragem ex vtraque parte horribiliter in noctis vmbra commiserunt. Denique tandem robur peregrinorum exercitus debilitatur propter casum magnanimorum Principum, qui ibidem fuerunt interfecti. Ceciderunt autem in illa nocte in Dordraco interfecti plærique armigeri de peregrinorum exercitu, & victoriarum laus ascribitur Theodrico Comiti. Hi autem, qui euadere poterant, relictis spoliis, fugam inierunt, & nonnulli in oppidum se occultare studuerunt. Igitur, exceptis infinitis armigeris, ceciderunt in præfato certamine de regionibus superiorum partium quadringenti nobiles.

Traditione occupatur ab hostibus Dordracum.

Pugna cruenta Dordraci.

De interfectione eiusdem Theodrici Comitis.

CAP. VII.

CVM autem luce exorta dies aduenisset clara, Theodricus Comes, lassus de nocturnali bello, cogitabat ire spatiatum ad quendam locum vulgariter dictum *des Stadts boem*. Et cum transitum suum faceret per vicum, qui erat strictus satis, & vique in præstentem diem adhuc appellatur vicus Comitis, & cum per illum minus caute incederet, ecce quidam de suis aduersariis, ibidem latitantes, direxerunt aduersus eum sagittam toxicatam. Qui Comes in femore suo inde percussus infra biduum, id est, Idibus Maii, anno prænotato, vita priuatus à præsenti luce extinctus est. Hic Theodricus Comes Hollandensis non habuit vxorem & liberos, qui per spatium nouem annorum rexit Hollandiæ terminos. Cuius exanime corpus apud Egmondam deuectum est, quod ibidem luctuosis exequiis est tumulatum.

Vicus Comitis Dordraci. Inopinate Comes Hollandiæ Theodricus occiditur.

In Egmonda sepultus.

LIBER XI.

CONTINET HISTORIAS QVATVORDECIM ANnorum, quibus Florentius primus, sextus Comes gubernauit Hollandiam, & aliquos euentus eiusdem temporis, & habet Capitula octo.

De Florentio Comite Hollandiæ sexto.

CAP. I.

LOcato igitur corpore Theodrici Comitis in sepulchro apud Egmondam, Barones & Proceres Hollandiæ & Zeelandiæ susceperunt Florentium, germanum præfati Theodrici Comitis, pro sexto Comite Hollandiæ & Zeelandiæ, qui prius Comes extitit & Dominus vltrioris Frisiæ. Fuit ergo iste Florentius huius nominis primus Comes Hollandiæ, Zeelandiæ & Frisiæ simul. Hic duxit in vxorem Gheertrudim filiam Hermanni Ducis Saxoniæ, fratris Henrici Imperatoris, ex qua genuit Theodricum

Hac ut Beka.

sibi succedentem, Hollandiæ Comitem, Albertum, Florentium & Petrum, Canonicos tres Leodienses. Insuper & Machteldim vel alio nomine nuncupatam, scilicet Bertim, puellam eximiæ venustatis, Reginam Franciæ. Nam post obitum patris sui Philippus Rex Franciæ, cuius proauus fuerat Hugo Capet Rex Franciæ, eam duxit in Reginam & vxorem. Et genuit ex ea Ludovvicum sibi succedentem Regem, abauum S. Ludovvici Regis Franciæ.

De collegiis fundatis in Traiecto per Bernoldum Pontificem.

CAP. II.

Eadem Beda.

ILsdem temporibus Bernoldus, Episcopus Traiectensis, ad perennem suæ laudis memoriã ædificauit magno opere in ciuitate sua Traiectensi duas collegiatas Ecclesias, vnam in honore S. Petri, venerabilis Apostoli, & aliam in honore S. Ioannis Baptistæ præcursoris Domini. Medietatem vero collegii S. Saluatoris transplantauit in Dauentria pro reuerentia S. Lebuini, constituens ibidem Canonicorum Ecclesiam: Abbatiam vero reuerendi patris Aufridi, quondam Traiectensis Episcopi de monte sancto Traiectum transtulit, vbi conuentualem Ecclesiam in honore S. Pauli condidit. Impetrauerat etiam ab Imperatore Romanorum Grueninghen cum omnibus suis pertinentibus.

Ecclesia S. Iv rri & alia S. Ioannis Bapt. Vltraiecti.

De obitu eiusdem Pontificis, & ordinatione Vvilhelmi, vicesimi primi Episcopi.

CAP. II.

An 1054. mo ritur Bernoldus Episcopus Vltraiectensis In Ecclesia S. Petri sepultus Vvilhelmus electus XXI Vltraiecti Episcopus.

ANno Domini millesimo, quinquagesimo quarto, decimo tertio Cal. August. Bernoldus, reuerendus Antistes Traiectensis, migrauit ad Dominum, postquam 21. annis in pace gubernasset Episcopium, qui Traiectum conuectus est, & ibidem in Ecclesia S. Petri, Principis Apostolorum, honorifice tumulatus est. Eo ergo defuncto & sepulto, Wilhelmus filius Wikingi tutoris Gelriæ & Domini de Pont, XXI. Traiectensis effectus est Episcopus, vir totus belligerosus & magnanimus.

De initio Comitatus Gheldriæ.

CAP. IV.

Gelria vnde nomẽ habeat

POrro temporibus istis gubernabat Gheldrenses Wichardus, frater Wilhelmi Pontificis prædicti, tanquam tutor, & non tanquam Comes. Vt ergo initium Gheldriæ, & principium, melius cognoscamus, necesse erit gesta Dominorum de Pont altius reincipere, pro eo, quod Gheldriæ Comitatus à Dominis de Pont, castrum Gheldriæ quondam inhabitantibus, suam traxit originem, nec tunc tanti nominis ac famæ erat, sicut etiam hodie, sed dumtaxat à Præfectis & tutoribus regebatur. Ad propositum ergo venientes, sciendum est, quod erat temporibus Caroli Calui in eo loco, quo oppidum ac castrum Gheldriæ ad præsens consistere dignoscitur, ac in paludibus & confinibus eiusdem, quoddam animal pestiferum, Gelre, gelre, assidue clamitans, hominẽs & animalia horribiliter ac lætaliter inuadendo deuastans, ob cuius terrorem incolæ apud ędes alienas se recipere disponebant. Tunc quidam nobilis heros de Pont prope Gheldriam à dicto animali multa perpessus damna, duos fortissimos ac imperterritos habuit filios, scilicet Wichardum & Lupoldum, qui, eorum accepto consilio, ipsum bestiam cruentam ac crudelissimam nocturnis horis armati inquirentes ac lumine oculorum, velut ignis flamma, stillantium deprehendentes, in nomine Domini aggredientes trucidarunt, regionem suam ab huiusmodi venenosi animalis infestatione viriliter liberantes. Ipsorum igitur magnaliorum intuitu, prædicti fratres ab vniuersis illius regionis incolis in eorum Principes sublimati, Tutores seu Præfecti Gheldriæ sunt nominati, vnde ipsi fratres sic in Tutores electi, postmodum in eodem loco, quo dictum animal deuictum fuerat, præsidium instituentes, iuxta ipsius animalis vocabulũ, Gheldriam in memoriale sempiternum nuncuparunt. Etiam sciẽdum, quod Comites Gheldriæ & Zutphaniæ pro armis suis vsque ad tempora Comitis Ottonis I. florem aureum esculinum in prato blauio deferre consueuerunt. Inde quippe vsq; in hodiernũ diem Gheldria exiſtit Flos nominata, sed postmodũ Otto prædictus, huiusmodi armis Gheldriæ mutatis, arma illustrium Comitum de Nassouvven, de quibus ortus fuerat, videlicet in prato blauio leonem aureum hastulatum, absq; tamen corona, & duplici cauda, primus inter Principes Gheldriç, auctoritate Imperatoris, pro armis gerere cœpit. Quę quidem arma de post Reynaldo II. Comite Gheldriæ Francfordiæ per Ludovvicũ IV. Imperatorem Romanorum in solemni curia Principum ad Ducatus fastigium sublimato, ad differentiam Comitum de Nassouvve sunt mutata. Nam deinceps ipse Reynaldus factus Dux, suiq; successores in prato blauio aureum leonem, absq; hastili coronam in capite gestantem, & duplici cauda per dorsum incuruata, pro armis Ducatus Gheldriæ vsque in præsens vsus est. Wichardus ergo prædictus frater Lupoldi post patrem

Arma antiqua Comitũ Gheldria qua.

Arma eorum dem sub Ottone primo renouata qua.

patrem suum factus est primus Tutor Ghelriæ, & etiam Dominus de Pont, qui duxit in vxorem filiam Comitis Zutphaniæ, de qua genuit Gerlacum sibi succedentem. Rexit autem terras præfatas triginta duobus Annis, & obiit Anno Domini nongentesimo decimo, cui succesſit Ghetlacus, filius eius, Annis viginti duobus, & obiit Anno Domini nongentesimo, tricesimo septimo. Illi autem succesſit Godefridus Tutor Ghelriæ, & Dominus de Pont, viginti vno Annis, & obiit Anno Domini nongentesimo, quinquagesimo octauo. Huic succesſit Wuchardus Tutor Ghelriæ, & Dominus de Pont, quindecim Annis, & obiit Anno Domini nongentesimo septuagesimo tertio. Qui mortuo, Megenghesius factus est Tutor Ghelriæ, & Dominus de Pont, triginta octo Annis, vir egregius, statura pocorus, virtute robustus, & in rebus mundi locuples, famosus multum præaliis, qui ante eum fuerant. Vxor vero eius erat Gherberghis nuncupata, filia Godefridi Ducis Ardennensis. Ex qua genuit Wikingum succedentem, Godefridum, & quatuor filias, quarum vltima fuit Sancta Adelheydis, quæ in monasterio sanctarum vndecim millium virginum subiit suaue iugum Domini. Obiit autem Megenghesius Anno Domini millesimo vndecimo. Succesſit autem ei Wikinghus, filius eius, Tutor Ghelriæ, & Dominus de Pont. Hic genuit ex vxore sua Wichardū sibi succedentē, & Wilhelmum Episcopū Traiectensem. Rexit autē viginti quatuor Annis, & obiit An. Domini 1035. Cui succesſit Wichardus, filius eius, Tutor Ghelriæ, & Dominus de Pont. Hic genuit ex vxore sua tantū vnicā filiā, Adelheydim nomine, quam in matrimoniottradidit Comiti Ottoni de Nasſouvven, consanguineo Imperatoris Romanorum. Rexit autem viginti sex Annis, & obiit Anno millesimo sexagesimo primo. Quo defuncto, succesſit ei Otto prædictus, maritus filiæ suæ, Tutor Ghelriæ, & Dominus de Pont. Hic mutauit aruna sua, sicut suprà dictum est præsenti capitulo. Hic genuit ex vxore sua præfata Gerardum sibi succedentem. Anno Domini millesimo septuagesimo nono Imperator Henricus ad instantiam prædicti Otonis fecit de præfecturā Ghelriæ, & Dominio de Pont, vnum Comitatum, & ficiſte Otto fuit primus Comes Ghelriæ. Anno Domini millesimo octuagesimo sexto obiit Adelheydis, prima Comitiſſa Ghelriæ, & Otto mansit adhuc Comes Ghelriæ ex parte Ghetardi filii sui paruuli. Porro circa Annum Domini millesimum septuagesimum sextum fuit in vigore Ghetlacus Comes Zutphaniæ, qui occiditur apud Iſelmondam ab Hollandensibus in bello, & sepelitur in Zutphania. Hic quia non habuit proles, fu. cesſit iu Comitatu Zutphaniæ Wychmannus, frater eius, habens vnicam filiam, Sophiam nomine, quam idem Otto Comes Ghelriæ, de functa prima vxore sua, accepit in vxorem, ex qua genuit Gherlacum. Defuncto autem Wichmanno, Otto, Comes Ghelriæ, efficitur etiam Comes Zutphaniæ ex parte Sophiæ vxoris suæ & Gherlaci filii sui paruuli. Tandem obiit Sophia Comitiſſa, & Gherlacus filius eius succesſit ei in Comitatu Zutphaniæ. Et quia adhuc iuuenis erat, pater eius Otto Comes Ghelriæ manſit adhuc Comes. Demum idem iuuenis etiam obiit, & tunc frater eius Gerardus ex parte patris tantum accepit hæreditatem suam, & obtinuit aduersus omnes volentes se intromittere de Comitatu Zutphaniæ. Rexit autem Otto Ghelriam quadraginta sex Annis, & obiit Anno Domini milleſimo centesimo septimo, & sepultus est in Zutphania. Cui succesſit Gherardus filius eius, Comes Ghelriæ & Zutphaniæ, habens in vxorem Hadevvichim filiam Florentii Craſſi, Comitis Hollandiæ, ex qua genuit Henricum sibi succedentem. Rexit autem viginti quatuor Annis, & obiit Anno Domini milleſimo centesimo tricesimo primo, sepultus in Zutphania. Huic succesſit Henricus filius eius. Hic de vxore sua, fi ia Godefridi Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ, genu t Ghetardum & Ottonem fra res Comites, sibi inuicem post eum succedentes. Hic primo acquisiuit Veluam in feudum à Duce Brabantiæ, quia eam in feudatum tenebat ab Episcopo Traiectensi. Rexit autem Ghelriam & Zutphaniam triginta vno Annis. Deinde Gherardus, filius eius, decem & octo Ann's. Et post eum Otto, frater eius, viginti duobus Annis. Hic Dominationem Veluæ terræ Ghelrensi adiecit. Eius filiam, Adelheydim nomine, in vxorem habuit primus Wilhelmus Comes Hollandiæ duodecimus. Huic succesſit Gherardus, filius eius, viginti septem Annis. Deinde Otto, filius eius, quadraginta duobus Annis. Huius frater Henricus fuit Episcopus Leodiensis. Hic Santboemel & Gogh & Wagheninghen muris cingi licentiauit. Nec non insigne Impetium Nouimagense in nobile decus & torius sui Comitatus stabile firmament mi suo adiecit Dominio ab Wilhelmo Rege Romanorum Hollandiæ Comite. Hic etiam genuit Reynaldum patrem Reynaldi, primi Ducis Ghelriæ. Hæc de Ghelriæ Principibus satis sufficiunt.

Gelria fit Comitatus.

Otto primus Comes Gelriæ.

Moritur Otto Anno 1107.

De Baldevvino de Ryſele Comite Flandriæ, & ſuis filiis.

Cap. V.

IGITVR circa tempora primi Florentii, Comitis Hollandiæ, fuit Comes Flandriæ Baldevvinus, filius Baldevvini cum pulchra barba, Comitis Flandriæ. Duxitque in vxorem Adelam filiam Roberti Regis Franciæ, filii Hugonis Capet, Regis Francorum, ex qua genuit Baldevvinum primum de Monte sibi succedentem, & Robertum Friſonem, poſtmodum etiam Comitem Flandriæ. Insuper & Machteldim, vxorem Guilhelmi Ducis Normanniæ, qui Anno Domini milleſimo sexagesimo septimo, debellans Aroldum Regem Angliæ, obtinuit Monarchiam totius Angliæ. Hic Baldevvinus de Ryſele, Comes Flandriæ, subtiliter inuaſit Comitatum Bogionensem, videlicet Audernaerden & Aelſt cum suis diſtrictibus in præiudicium Henrici Romanorū Imperatoris. Et filius eius iunior Robertus Friſo, adoleſcens multum audax, congregauit etiam fortem exercitum, & inuadendo vicit Walachriam.

Henricus Imp. Flandriam vastando ingreditur.

Quapropter Imperator Henricus, adunato copioso exercitu, subito cũ quadraginta milib. per Hannoniã intrauit Flandriã, vastando igne & ferro plurima loca. Tandem cum Imperator Flandrensib. maiora dãna inferret, præfatus Robertus Friso, dispositatota Walachria in pace, venit suo patri Baldvvino in subsidium, & collecto exercitu obuiauit cum patre suo Imperatori ad pugnam, scilicet viginti trib. millib. ex parte Imperatoris necatis, Imperator fugit Nouimagiũ. Insequentes q; Flamingi obsederunt eũ in eodẽ opido, Tandem, per interlocutoria verba multorum Principũ, facta est pax, tali conditione: videlicet, quod Comes corã Imperatore flexis genib. veniam peteret & insuper posset ideret in feudũ ab Imperatore & Imperio terrã de Aelst cum omnibus pertinentiis ad eundẽ Comitatũ. Contulitq; etiam sibi Imperator ex libertate animi sui terrã de Vierambochten, & Walachriam, terramq; vltra Schaldã, perpetuis temporib. sibi & suis succedentib. in feudum. Itaq; Baldvvinus de Ryscle, Comes Flandriæ, magis diligens Baldvvinũ seniorẽ filium, q̃ Robertũ Frisonem, timensque, quod post mortem suã Robertus insidiaretur fratri suo propter Comitatũ Flandrensem, coegit eum iurare ad S. Euangelia, quod nunquã noceret fratri suo pro Comitatu Flandriæ.

Fugatur, & obsidetur Imperator à Comite Flandriæ.

Pax inter eos componitur.

Baldevvinus de Ryscle Comes Flandriæ moritur Anno 1067. Succedit in Comitatu Flandriæ Baldvvinus Pius.

Quod & Robertus libenter fecit. Post q̃ ergo Baldvvinus de Ryscle, rexisset Flandriã triginta annis, obiit Anno Domini 1067. in die S. Aegidii, sepultus in Ecclesia S. Petri apud Ryscle, quam ipse ędificauerat. Huic successit Baldvvinus Pius de Monte, filius eius. Hunc pater suus fecerat matrimonio iungi Rikelandæ Comitissæ Hannoniæ, relictæ Hermanni Comitis de Monte, de quo ipsa Rikelanda retinuerat filium, nomine Baldevvinũ Simplicẽ, quẽ Baldevvinus de Ryscle, Comes Flandriæ, promoueri fecit in Episcopũ de Tlalons, vt sic suis posteris vendicaret Comitatũ Hannonien sem, vnde & Baldevvinus Pius de Monte, maritus Rikelandæ, etiam fuit Comes Hannonien sis.

Arnoldus Simplex. Baldevvinus Iunior.

Hic genuit ex Rikelanda vxore sua Arnoldũ Simplicem, & Baldevvinum Iuniorem, Comites Flandriæ. Baldevvinus ergo Pius de Monte fuit Comes Flandriæ, Hannoniæ, de S. Audomaro, de Ghyesen, Calesya, Bogionesis, de Arien, & Walachria.

De victoria Florentii Comitis Hollandiæ aduersus suos inimicos in Suythollandia.

CAP. VI.

Anno 1058.

ANno Domini 1058. conuenerunt in vnũ Archiepiscopus Colonien sis, Episcopus Leodien sis, Marcgrauius de Brandenburch. Lambertus Comes Louanien sis, Wichardus Tutor Ghelriæ, & Hermannus Comes de Cuyck, congregantes inæstimabilẽ exercitum, vt descenderent & debellarent Florentium Comitẽ Hollandiæ. Quo dcũ percepissẽt præfatus Florentius, statim collegit exercitum fortem, & veniens cum inuictis bellatorib. Dordracũ, decreuit ibidẽ expectare suos inimicos per Suythollandiã venturos. Tunc continuo, consilio vnius senis armigeri, iussit fodi per totam Suythollandiam, vbi sciebat inimicos suos venturos, puteos, & fossata, & coeperuit eos cũ fœno, & straminibus, ne cognoscerentur ab inimicis, vt in illis eos mirabiliter laquearet. Misit etiam confestim ad Friſiam pro armigeris multis. Frisones autem, extemplo mãdatis eius obtemperantes, miserunt atrocissimos bellatores in magna multitudine eidem in subsidium, venientesque ad Comitem in Dordracum expectabant aduentum aduersariorum. Et ecce, cum infinitus exercitus inimicorum iam per Suythollandiam iter ageret ad deuastandum Dordracum, ignorantes puteos absconditos, ceciderunt mirabiliter in illis, suffocantes alterutrum. Et facta est ruina per totũ exercitum, quia multa milia hominum perierunt illa die. Florentius autẽ Comes, cognoscens casum suorum aduersariorũ, continuo aperuit portas & adiutorio Dominorum Theodrici de Brederoeden, & Comitis de Arkel, militũ egregiorũ, cucurrit cũ grandi strepitu ad istud spectaculũ cũ toto exercitu suo, tubis clangentib, & vexillis fulgurantib, & prostrauit inimicos suos in maxima multitudine, captiuans quamplures viuos ex eis. Ceciderunt autẽ in eodẽ diro certamine quadraginta milia virorũ fortiũ, & suffocati interierunt viginti sex milia. Ceteri vero in fugã versi sunt. Captiuus tamẽ ductus est Lãbertus Comes Louanien sis, cũ wichardo Tutore Ghelriæ. Qui tandem laxati à prisione, pro absolutione & pacis consideratione vnusquisque præstitit Florentio Comiti duo milia marcarum argenti: & sic liberati ad terram propriam redicrunt cum pace. Contigit autem hæc cruenta strages in die Odulphi de mane, Anno prænotato.

Insidiæ struit aduersariis Comes Hollandiæ.

Mirabilis strages aduersa parte per insidias Florentii Comitis.

Plurimi interfecti. Caja eodem die quadraginta hominum milia. suffocata 26. millia.

De secunda victoria eiusdem Comitis.

CAP. VII.

Anno 1062. iidem iterum rebellant.

ANno Dñi 1062. Archiepiscopus Colonien sis & Marcgrauius de Brandenburch cum Comite de Kuick cogitauerunt iterũ cum exercitu copioso venire ad Hollandiam contra Florentium Comitem, vt redderent sibi, quod in pristinis temporibus suis exercitibus intulerat. Descenderunt ergo præfati Principes cum exercitu copioso ad Hollandiam, & intrauerunt armata manu Suythollandiam, & finitimos

pagos

pagos Hollandiæ cum rapinis & incendiis crudeliter inuaserunt. Sed Florentius Comes Hollandiæ, his agnitis, confestim collegit exercitum sortem, & sicut Princeps imperteritus aduersus superiores Comites perrexit & in occursum, inimicorum suorum cum expeditione valida, satis egregie ordinatis aciebus properauit atq; cum magno hostium cuneos non solum penetrauit, sed & diuisit, plurimisque cum triumphali laude occisis & prostratis, alios fugã inire compulit, ac ceteros captiuos ducẽs, spolia multa acquisiuit. Contigit autem strages ista in festo Translationis S. Martini. *Fugantur iterum ad uersarii à Comite Florentio.*

De occisione eiusdem Comitis.

CAP. VIII.

ACCIDIT autem, vt idem Comes Florentius, nimis confisus in virtute potentiæ suæ & fortitudinis, obdormiret lassus in Hamert, meridiano tempore sub ramis umbrosæ salicis. Et ecce Comes de Kuick ac ceteri fugitiui pugiles, quos Comes Florentius paulo prius in bello deuicerat, inopinate superuenerunt, qui eumdẽ cum multis armigeris condormientibus quarto decimo Calendas Iulii neci dederunt. Is Florentius Comitatum orientalis Frisiæ viginti duobus annis rexit, & Principatum totius Hollandiæ, Zeelandiæ post obitum fratris sui quatuordecim annis cum potentia gubernauit. Qui ad Egmondense monasteriũ delatus est, & ibidẽ cum fratre suo Theodrico luctuosis exequiis decenter tumulatus est. Itaq; hic Florentius cum vxore Gheertrude obtulit monasterio Egmondensi terram in Escundelff quinque libras & vnciam soluentem. In Buschusa mansum triginta duas vncias soluentem. Item iuxta Delff decem mansus. Ex altera parte Delff nomen mansus. Porro cum Reynerus Abbas Egmundensis defunctus esset, successit ei Stephanus quintus Abbas. *Occiditur Comes Florentius. Egmunda sepultus.*

LIBER XII.

COMPREHENDIT GESTA DVORVM ANNORVM, QVIbus Gheertrudis Comitissa Hollandiæ ex parte prolium suarum gubernabat Hollandiam, & aliqua incidentia illius temporis, & habet Capitula V.

De Gheertrude Comitissa Hollandia.

CAP. I.

MORTVO Florentio Comite Hollandiæ in Hamerth, quod villagium situatum est circa ripam fluminis Walæ, prope Tyelam, in qua villa sunt tres Ecclesiæ, Gheertrudis Comitilla Hollandiæ, eius vxor, gubernationẽ Hollandiæ, Zeelandiæ & Frisiæ suscepit ex parte prolium suarum. Genuerat enim Florentio, Comiti Hollandiæ, conthoralisuo, quatuor filios, & vnam filiam. Filii autem fuerunt Theodricus, Albertus, Florentius & Petrus. Theodricus namque postea factus est Comes Hollandiæ. Albertus autem, Florentius & Petrus, Canonici Ecclesiæ Leodiensis effecti sunt. Filia autem postmodum facta est Regina Franciæ. Per biennium autem Gheertrudis, vt Comitissa, valde honorifice gubernauit Comitatum Hollandensem.

De conuentione VVilhelmi Episcopi Traiectensis, & Regniberti Epternacensis Abbatis de Ecclesiis & capellis.

CAP. II.

ANNO Domini 1063. facta est vna conuentio inter Wilhelmum, Episcopum Traiectensem, & Regnibertum, Abbatem Epternacensem, de Ecclesiis, & desuper confactæ tales literæ: In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Hæc certa confignata & in synodo confirmata, banno Episcopali corroborata, quã si quis S. Willibrordo infringere voluerit, episcopi Traiectensis est banno confirmare, armis, quibus poterit, defendere, ad communem vtilitatem S. Martini, sanctique Willibrordi, quibuscumque modis poterit, retinere. Notum sit omnibus in Christo fidelibus, tam præsentibus, quam futuris: Qualiter ego Wilhelmus, S. Traiectensis Ecclesiæ, licet indignus, vocatus Episcopus, per manus aduocati mei Gerolphi Regniberto, venerabili S. Petri Epternacensis Ecclesiæ Abbati, eiusdemq; aduocato Theodrico in sancta synodo recognouimedietatem Ecclesiarum earum, quæ infra nominatæ sunt quarum nomina videlicet hæc Vlaerdinghen Kierickverue, id est nunc Oestgeest prope Leyden, Wijc ere- *Anno 1063. Litera conuentionis.*

burch,

burch, Heylighelo, Petthen, aliquando à Carolo & orthodoxis patribus aliis beato Willibrordo, patrono nostro, ac primo sedis nostræ Archiepiscopo, ad eandem Ecclesiam Epternacensem traditæ fuerant. Sed à Theodrico, Comite, & filio eius, Theodrico, fratreque eius Florentio inuasæ atque propter continuam bellorum seditionē, omni Episcopali iure neglecto, in potestatem Episcopi auctoritate synodali redactæ fuerant cum capellis infranominatis, videlicet Harago, Schye, Reynsburch, Warmonde, Lenthmude, Risant, Wald, Asselekervvald, Agatenkerika, Hemelsenkerika, Alemannen Delff, Spirnerefvvald, Sloten, Egmonde, Alemere, Scherimere, Alisnen, wogghunghen, Aldendorx, Vroulo, quæ neque in termino earum, quę modo matres sunt. Quippe vt neq; consecratio neque terminatio vlla erat: neque ipsæ consecratæ erant, atque ideo decima secundum constituta Canonum in manib. Episcopi erat ea secundum conditionem, vt idem venerabilis Abbas, omnesque eius successores ad eandem Ecclesiam Epternacensem medietatem habeant earundem Ecclesiarum liberam ab omni seruitio Episcopali, neque creaturam, neque oblationes Episcopo, neque seruitium Præpositо, neque ad ædificandas, siue consecrandas, vel ad terminandas easdem Ecclesias vllum supplementum præbeant, neque ad synodum coacti veniant. Ipsi ministros locare, qui suam partem colligant: ipsi præsbyteros ponere, qui ad easdem Ecclesias seruiant, similem cum Episcopo potestatem habeant: ipsi in omni vtilitate, quæ de eisdem Ecclesiis prouenire potest, siue redemptione earum, siue in acquisitione decimarum, siue in compositione illarti damni, excepto Episcopali banno, in omnibus mediam partem accipiant. Si quid vero culpa presbyterorum neglectum fuerit, in illis inde damnum incurrant. Et vt hæc nostra conuentio inconuulsa maneat, ad petitionem vtriusque aduocati in sancta synodo hanum fecimus, paginam istā conscribi, & ipsi subscripsimus. Ne quis autem hanc paginam falsam putet, eam sigillo nostro signauimus. Data quinto Calendas Ianuarii, Anno Dominicæ incarnationis 1063. Indictione secunda. Actum Coloniæ in Dei nomine feliciter, AMEN.

De miraculo eiusdem militis occisi in torneamento prope Bruxellam.

CAP. III.

Extat idem in Speculo Exemplorū.

CIRCA hæc tempora habitabant in Leeuvves villa prope Bruxellam multi milites, qui aliis vicinis militib. sine vllo armorum præsidio, exceptis lanceis, scuto & galea inditi, tantum plicata linea tunica, torneamenta frequentius inferebant. Accidit autem vna dierum, vt vnus illorum, clypeo non debito protectus, in corde lancea feriretur. Cū grani ergo luctu ad Dominū corpus exanime sic delatū in locello componitur. Excubias autē facientib. pare ntib. & amicis, fit nocte media circa corpus mira confusio, & post horam egressio tumulo pro negocio prope villam obuiauit ei miles occisus in equo nigro, & ait illi: ascendas retro me, feram te ad locum, quo mitteris. Territus autem famulus, vt iussus est, ascēdit. Et cum brachiis teneret se ad latera sedentis in equo, & nescius, quod manu vulnus lateris tetigisset, dixit miles: Fortius infige manum vulneri, & extrahe ferrum lanceæ, quo percussus fui. Tremebundus autem famulus fecit, quod iussus est. Cumque venissent ad locum, quo famulus pergebat, dixit ei miles: Descende hunc, & occisori meo specialiter dicas, & aliis omnibus, quibus vis, vt veniant ad talem locum, vt videant iudicium factum de me: & in signum, quod me veraciter videris, ferrum lanceæ ostendas eis. Mane ergo facto, famulus ea, quę iussus est, fecit. Et cum ventum esset ad locum, vbi venire mandauerat, cum aliis occisorem inuenerunt coruorum & miluionum infinitam multitudinem, qui validis morsibus cadauer miserabiliter decerpserunt. Hæc in libro 2pm.

De matrimonio Gheertrudis Comitis Ja Hollandiæ.

CAP. IV.

Anno 1064.

ANNO Domini millesimo sexagesimo quarto erat in Flandria, sicut superius dictū est, quidam famosissimus Comes, nomine Baldevvinus de Ryssele, qui ex Adela filia Roberti Regis Franciæ genuerat Baldevvinum pium, de Monte, & Robertum Frisonem. Iste namque Robertus Frisо ex industria sua fecerat patrem suum triumphare contra Henricum Imperatorem Romanorum, sicut in præcedenti libro dictum est. Hunc ergo Robertum Frisonem, qui strenuus erat, Gheertrudis Comitissa Hollandiæ voluit ducere in maritum. Placuit etiam hoc cunctis Principibus, Baronibus & Nobilibus Hollandiæ. Ordinatur ergo ad hoc dies apta, & matrimonialiter copulantur Robertus Frisо & Gheertrudis Comitissa Hollandiæ.

Robertus Frisо ducit in uxorem Gertrudē Comitissam Hollandiæ.

De pro-

De prolibus quas genuit Gheertrudis Roberto Frisoni.

CAP. V.

ITAQVE Gheertrudis Comitissa præfata genuit Roberto Frisoni marito suo Philippum, qui iuuenis obiit, Robertum Frisonem iuniorem primum postmodum succedentem Comitem Flandriæ, qui cum Duce Godefrido de Bullion terram sanctam vicit. Et tres filias, quarum prima dicta Adelia Regina & vxor S. Canuti Martyris Regis Daciæ & Norvvegiæ, ex qua idem S. Canutus Rex genuit beatum Carolum Comitem Flandriæ. Hic S. Canutus Rex est à suis pro iustitia martyrizatus in quadã capella Regni sui. Adelya seu Aleydis Regina Daciæ, post martyrium Regis mariti sui, rediit Flandriam cum infante suo Carolo ad patrem suum. Secunda filia dicebatur Gheertrudis, quæ duxit in vxorem Comes Alsatiæ seu Elsationiæ, ex qua idem Comes genuit Theodricum Comitem Flandriæ. Tertia filia dicebatur Maria, quæ fuit deuota Abbatissa de Messene, quæ postq̃ multis annis præfuisset salubriter illi monasterio, obiit sepulta in eodẽ honorifice in Flandria. Habuit ergo ipsa Gheertrudis ex toto sex filios & quatuor filias. Filii fuerunt Theodricus, Albertus, Florentius, Petrus, Philippus, Robertus Friso iunior. Nomina filiarum sunt hæc: Machteldis Regina Francię, Adelya Regina Daciæ, Gheertrudis Comitissa Alsatiæ, & Maria Abbatissa præfata.

S. Canutus rex Dacia Martyr.

Enumeratur generata prolis Gertru. de Comitissa Hollandia.

LIBER XIII.

CONTINET HISTORIAS SEPTEM ANNORVM, quibus Robertus Friso rexit, tanquam Friso, Hollandiam, cum plerisque gestis eiusdem Roberti: & habet Capitula septem.

CAP. I.

NEMPE Robertus Friso, filius Baldevvini de Ryssele, Comitis Flandriæ, ideo cognominatus est Friso, non quod Friso natus sit, vel Frisonum Princeps fuerit, sed quod, vt Friso fortis, Audax mente & corpore fuit. Et eadem ratione filius eius Robertus etiam cognominatus est Robertus Friso iunior. Robertus ergo Friso senior, maritus Gheertrudis Comitissæ fuit Princeps bellicosissimus, & egregius, famatusque per totam Christianitatem plusquam Baldevvinus frater eius. Proceres ergo & nobiles Barones & milites Hollandiæ, cernentes probitatẽ istius Roberti, & quod proles Florentii, quondam Comitis Hollandiæ, adhuc paruulæ essent, elegerunt de consensu Gheertrudis Comitissæ matris prædictarum prolium, istũ egregium Principem Robertum Frisonem, maritũ eiusdem Gheertrudis, in Tutorẽ Hollandiæ, Zeelandiæ & Frisiæ. Cumque ab omnibus, vt Tutor prædictarum prouinciarũ, homagiatus esset, susceptis idem Robertus, ex parte Theodrici domicelli innioris & fratrum suorum, gubernationem totius Comitatus Hollandensis. Cœpit autem vt Tutor regere Hollandiam, Zeelandiam & Frisiam in Anno Domini 1060, & rexit prædictas terras per septem Annos. Fuit enim verus iustitiarius, & ab omnibus diligebatur.

Robertus quare dictus Friso.

Robertus vir illustris tutor Hollandia.

De præliis Roberti Tutoris Hollandiæ contra paganos.

CAP. II.

HIC igitur Robertus Friso dum tutorio nomine Hollandiam gubernaret, dispositis præfatis prouinciis in bona pace, perrexit cũ multis Principib. in Rodes, & in Cypriã, vbi multotiens gentiles debellando, victoria potitus, multos Reges & Amiraldos Sarracenos propria manu, triumphali gladio occidit, & deuicit. Deinde rogatus iuit cum Marchione Ferrariæ in terrã sanctã & præcipue in Syriam cum Duce de Bruynsvvyck, cũ Comite Iuliacensi & Comite Lossensi & aliis expeditis bellatoribus, vbi vt Princeps cũ probitate conspicuus, bellũ Domini cõtra perfidos gentiles strenuissime peragens occidit & profugauit gentiles sine numero, ita quod timebatur miro modo in campis & in bellis â gentilib. non audentib. comparere in bello contra Christianos propter industriã & fortitudinẽ ipsius Roberti Frisonis. Qui postq̃ repatriare cũ ceteris Principib. decreuisset, legaliter fuit enceniatus à wẽnaro Marchione Ferrarię. Qui cũ rediisset ad partes, intrauit primo Flandriã, & visitauit fratrẽ suũ Baldevvinũ Piũ de Monte fratrem suum Comitem Flandriæ. Hic Baldevvinus frater Roberti fuit Comes Flandriæ, Hannoniæ, Bogronensis, de Ghyesen, Galisia, Walachria, & Virambochtẽ, & de Arien. Attendens ergo idẽ Baldevvinus probitatẽ & strenuitatẽ Roberti Frisonis, fratris sui, Tutoris Hollandiæ, contulit eidẽ, reuertenti de terra sancta, Comitatũ Bogronensem, id est, Aelst, Audenaerden, cum suis destrictibus, & wallachriam. De quibus cum Roberto fratri suo gratias retulisset, rediit ad Hollandiam. *De im-*

Robertus Frisonis egregia virtus in debellando. diuersis paganis.

De impetratione Comitatus Hollandiæ ad Ecclesiam Traiectensem.

Cap. III.

Anno 1094. ANno Domini millesimo sexagesimo quarto Wilhelmus Episcopus Traiectensis impetrauit ab imperatore Heinrico tertio Comitatum Hollandensem donum sibi & Ecclesiæ suæ cum Regali bulla, cuius tenor talis est: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus, diuina fantête clementia, Rex. Notum esse volumus omnibus in Christo fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, qualiter nos ea dona, quæ iniuste ablata fuerant sanctæ Dei Ecclesiæ Traiectensi, à Theodrico Comite, eiusque filiis, tempore Adeboldi, eiusdem sedis Episcopi, pro quibus & Imperator Henricus, & auus noster Conradus, & pater noster piæ memoriæ Henricus, plurimum laborauerunt, multa bella fecerunt. Nos quoque, nostrique fideles multum laboris impendimus, notum inquam esse volumus, qualiter ea ob remedium animæ nostræ, & pii patris nostri Henrici, aliorumque antecessorum nostrorum, interuentu quoque & concilio Principum nostrorum, Annonis Colonien sis Archiepiscopi, Sigefridi Maguntini, Euerhardi Treuerensis, Athalberti Bremensis, Burchardi Halueerstadensis, Fridrici, Godefridi, Gerardi Ducum, aliorumque nostrorum fidelium, nec non ob fidele seruitium Wilhelmi eiusdem Episcopi reddimus & restituimus, & regali auctoritate eidem sanctæ Ecclesiæ confirmamus, in Crimpê quatuor mansus de fine fluminis Ablaes vsque Mervvede, inde vsque Menkenesdrecht dimidietatê totius terræ cũ omni districtu. Item de Riede iuxta Mervverde vsque Slidrecht. Item in Mervvede iuxta Dordrecht, inde in Duule, inde in Duuelhaer, inde in Wael, inde iterum in Mervvede vsque in Dordrecht cum capella nouiter constructa de Dordrecht ad orientem vsque Cordekems Hoefstadt, quod est iuxta Werckenemunde. In Holreta septem mansus. In Valkenburch sedecim curticula. Ecclesiam in Vlardinghen cum capellis, Heylighelo cum capellis, Pitthem Aldendorpe cum capellis. Adhuc Comitatus omnes in Hollant cum omnib. ad bannum regalem pertinentibus. Præterea beneficium quod Comes Miroth ab Episcopo Adelboldo tenuit ab eo loco, qui dicitur Sigisdirch vsque in Niues Muthen. Inde sursum ab occidentali parte Rheni vsque Bodegrauen post Miroth Godefo, Post Godefonen Theodricus Bauo filius, quem Theodricus Comes expulit & vi S. Martino abstulit. Præcipimus etiam, ne quis Comes aut aliqua sub Comitre persona iuxta Islam & Lake in locis ad duo monasteria pertinentibus, sicut continetur in immunitatibus Ottonis primi, qui ea primus S. Martino tradidit, aliorumque nostrorum antecessorum. Et vt hæc nostræ confirmationis auctoritas rata & inconuulsa permaneat, hanc paginam inde conscriptam manu propria corroborantes, sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Data sexto nonas Maii, Anno Dominicæ incarnationis millesimo sexagesimo quarto, Actum Werede.

Tenor bullæ.

De vocatione Roberti vt fieret Tutor Flandriæ, & de crudelitate Rikelandæ.

Cap. IV.

Anno Domini 1070. moritur Balduevinus Pius Comes Flandriæ. ANno Domini millesimo septuagesimo obiit Baldevvinus Pius de Monte, Comes Flandriæ, frater Roberti Frisonis Tutoris Hollandiæ, postquam Flandriam rexisset Annis tribus, relinquens post se duos filios paruulos, videlicet Arnoldum Simplicem & Baldevvinum Innocentem. Horum mater dicebatur Rikelanda, & horum tutor fuisset de iure Robertus prædictus, quia patruus erat eorum, sed Rikelanda, mater eorum, Comitissa, animosa mulier, voluit per fas vel per nefas regere suas proles & terras. Quod & fecit, sed (pro dolor) ipsa Rikelanda cum Flandriam regeret, grauauit eam vltra modum consilio Domini de Maelgii Cancellarii in diuersis gabellis, exactionibus, assisiis & theoloneis & aliis multis oppressionibus, quæ nunquam auditæ fuerant de more vel consuetudine in Flandria, quia tota Flandria in maxima amaritudine constituta fuit. Gandenses ergo, & Burgenses, & Iprenses, consensu aliorum opidorum Flandriæ miserunt ad Robertum Frisonem, Tutorem Hollandiæ, vt veniret Flandriam, & gubernaret eam loco nepotum suorum paruulorum. Robertus his agnitis veniens Gandauum apud Comitissam Rikelandam petiit primo benigne ab ea, quatenus sibi, tamquam vero tutori Flandriæ, permitteret regere Comitatum ad vtilitatem nepotum suorum. Indignata autem Rikelanda negauit sibi cum opprobriosis verbis regimen totius Flandriæ. Robertus vero, nolens Comitatum acceptare cum guerris, fecessit Franciam, conquerendo Philippo Regi grauamina Flandrensium. Iratus Rex præcepit sibi, quatenus quantocyus pergeret Flandriam, congregaretque exercitum amicorum suorum: ipse sibi in subsidium mitteret copiosum exerci-

Rikelanda Comitissa Flandriæ patruum exactionibus opprimit.

exercitum Francorum. Qui, salutato Rege, rediit ad Flandriam. Quod percipiens Rikelanda Comitissa caute consulta iuit ad Regem, & cum corrupit pro summa quatuor milium librarum auri, & Rex promisit sibi facere assistentiam. Quod cum Robertus intellexisset: rediit ad Hollandiam. Porro Rikelanda, volens supprimere omnes fautores Roberti, infregit plebiscita & iura opidorum, proscribendo & occidendo omnes fautores Roberti Tutoris Hollandiæ. Murmurantesque contra eam captos sine iudicio iussit decollari, occiditque magnum populum, venitque tandem ad opidū Audenaerden. Cui occurrerunt cum magna reuerentia opidani & Consules eiusdem opidi, & introduxerunt cum mira solemnitate. In eodem autem opido multis occisis præsentabant etiam sibi primicerii eiusdem opidi captiuati, quos protinus iussit sine interrogatione pręmalignitate decollari. Misit etiam ad Ioannē, illustrēvirū, Dñm de Gauere, vt veniret ad eam in Audenaerden, quia habebat secreta cū eo cōferre. Qui ignorans dolum festinus venit ad eam in Audenaerden, quem ilico secrete in Camera iussit decollari. Quo facto, misit etiam pro Castellano de Iperen, & pro Consulatu eiusdem opidi. Castellanus ergo veniens statim incarceratur. Sed Consulatus se excusando non comparuit. Quare irata perrexit vsque Iperen cum magno satellitio. Cumque venisset vsque ad Meessene, Iprenses, humiliter occurrerunt ei, volentes cum solemnitate introducere eam. Sed ipsa, tanquam fera bestia, præcepit omnes trucidari. Ceciderunt ergo in illa die sexaginta tres Tribunitiæ dignitatis viri, ceteris fugientib. in opidum. Quibus gestis, præcepit solemnem Abbatiam in Meessene cum Ecclesia incendio conflagrari & deuastari. Quo peracto, intrans opidum Iprense iussit illud totum igne & ferro destrui, occisis aut captis vel profugatis omnibus inhabitatorib. eius.

Rikelanda maxima crudelitas.

Obuios sibi Iprenses trucidari iubet.

Abbatiam in Meessene incendio vastat.

De expulsione Roberti cum vxore & priuignis ab Hollandia.

CAP. V.

Ciuitatem Iprensem igni ferroque depopulatur.

ANNO Domini millesimo septuagesimo primo cum præfata lamentabiliter fierent in Flandria, Robertus Friso, prædictus tutor Hollandiæ, habuit maximam guerram in Hollandia contra Wilhelmum Episcopum Traiectensem & Godefridum Gibbosum Ducem Lotharingiæ. Nam Wilhelmus Traiectensis Episcopus attendens Hollandiam sine Comite desolatam esse, ac eundem Comitatum in manibus pueri seu extranei Principis deuenisse, & dudum sibi ab Imperatore donatum esse, proposuit adiutorio Godefridi Gibbosi Ducis Lotharingiæ pusillum Theodoricum, Domicillum Hollandiæ, potenter expellere, cum suo vitrico Roberto, ab Hollandia: vocauit ergo eundem Godefridum Ducem, suum consanguineum, cum magno & populoso exercitu congregato ex Ardenna, Lotharingia, Brabantia & Mosellanorum terra. Congregans etiam idem Episcopus roboratissimum exercitum ex sua Diœcesi, stipendiariisque multos ex vicinis terris, adunauit omnes simul. Igitur anno prædicto Episcopus Wilhelmus cum Godefrido Duce Lotharingiæ, ceterisque stipendiariis multis decenter insignis variis & tubis stridulis Hollandiam introiuit. Et e contra Robertus Friso in vexillis fulgidis & cornibus horrisonis prope Leyden armipotenter occurrit. Et ecce, commisso graui prælio, Robertus declinauit à bello, & Hollandię populus ex magna parte occiditur. Cernens autem Robertus, quod non haberet copiam resistendi tam magnis Principib., declinauit versus Flandriam cum vxore & priuignis suis.

Anno 1071.

Robertus ex Hollandia cum suis profugit.

De victoria Roberti Frisonis contra Rikelandam.

CAP. VI.

FLANDRENSES vero, veluti filii Israel in Aegypto sub Pharaone suppressi, de consilio Gandensium, Brugensium, & fere omnium opidorum Flandriæ, petierunt Robertum, quatenus susciperet gubernationem totius Flandriæ. Consentiens igitur Robertus misit Angliam pro quatuor milibus Anglorum fortium, ordinans Brugis sexaginta milia florenorum pro stipendiis Anglicanæ militiæ. Congregauit insuper idem Robertus precibus & muneribus multos armigeros ex Gelria, Cliuia & Iuliaco. Quod cum intellexisset Rikelanda Comitissa, venit Brugis, & arrestauit Anglicos, sexagintaque milia florenorum prætatorum vi extorquens à Brugensibus, recessit, deridens Robertum Frisonem. Robertus vero, paruipendens amissam pecuniam, intrauit Flandriam cum maximo exercitu. Cui statim opida Flandriæ aperientes portas concesserunt sibi ingressum & egressum cum suis. Quod percipiens superba Rikelanda, fugit cum suis duobus filiis, videlicet Arnoldo Simplice, & Baldewino Innocente, & cum suis complicibus in Meessene celerrime, demandans Hannonensibus & Picardis, quatenus, omni excusatione postposita, venirent armati apud eam. Robertus omnium horum conscius iter eorum intercepit apud Meessene, initoque prælio triumphauit

Fugit Rikelanda in Ryssel.

A rege Francorum auxilium petit.

de inimicis suis. Intertectis autem quatuor milibus, Robertus ordinauit acies suas, vt expugnaret Meeflenc. Quod videns Rikelanda, fugam celerrime iniit cum duobus filiis suis vsque in Ryscle. Robertus ergo obtinens castrum & opidum igne combussit. Rikelanda vero ignem spirans, scripsit Philippo Regi Francorum, supplicans pro assistentia aduersus Flandriam & Robertum, mittendo sibi triginta milia florenorum pro stipendio. Rex vero congregans infinitum exercitum ex Burgondia, Aluerna & Borgoma, promisit sibi ferre auxilium. Interim Rikelanda, certa de auxilio venturo,

Rikelanda fraudulentia.

misit ad Gandenses, Brugenses, Iprenses & alia opida totius Flandriæ, vt mitterent trecentos honestiores viros, simulans se pœnitere de malo perpetrato, proponens in dolo omnes occidere. Sed cum ipsis consilium eius manifestum fuisset per Gerardum Dominum de Buck, Castellanum castri & opidi Ryssellensis, venerunt muniti super abunde contra machinationem Rikelandæ Comitissæ. Assumpserat enim vnusquisque illorum duos vel tres famulos fortes secum in itinere præfato, cum quibus intrauerunt hospitia. Robertus etiam cum roborato exercitu se occultauit prope Ryssellam in nemore, vbi nunc fundatum est Merquette monasterium. Cum ergo prædicti trecenti cum suis famulis essent in Ryscle segregati per diuersa hospitia: Ecce Dominus de Maelgii venit cum magna familia ad hospitium, in quo hospitati fuerunt de potiotibus Gandensis ciuitatis, ferens secum funes, dicens cum magna superbia Gandensibus sedentibus ad mensam: Vos traditores pessimi de Flandria, rebelles Comitissæ vestræ, vos misistis pro Roberto in præiudicium Comitissæ vestræ, & filiorum suorum. Iuro vobis per deum cæli, quod debetis omnes suspendi in feneſtris hospitiorum vestrorum cum istis funiculis & cordis. Hæc vt audierunt, statim, statim, sicut fuerat conclusum, fecerunt sonum horribilem cum cornibus & pelubus ante præfatum hospitium: ita quod omnes trecenti prædicti in simul conuenirent cum famulis suis, ante illud hospitium. Occiderunt ergo Dominum de Maelgii cum omnibus suis famulis. Post hoc conuenerunt omnes Flamingi versus castrum, & Castellanus, aperiens portas, recepit eos in castrum. Erat autem idem Castellanus nepos Ioannis Domini de Gaueren: alias à Rikelanda occisi in Audenaerden. Porro Rikelanda ista percipiens, &, vt leæna, sæuiens, obsedit hoc castrum, tam extra opidum, quam intra. Sed Robertus Friso cum suis armigeris, vt ordinatum fuit, veniens debellauit atque profugauit à castro forensem exercitum. Flamingi etiam in castro obsessi cum vidissent Robertum, exierunt castrum, & eladem magnam fecerunt in hostes. Quod audientes, qui infra opidum obsederunt castrum, exierunt cum magno impetu opidum &c

Robertus Friso victor euadit

Fugit Rikelanda in Frisiam.

curreruntRoberto denuo ad pugnam. Robertus vero, ordinatis bellicis suis aciebus, omnes suos aduersarios, vel occidit, vel profugauit. Cumque aliqui eorum fugerent ad opidum, Robertus eos insequens occupauit portas opidi, & obtinuit opidum. Rikelanda vero, videns opidum captum, fugit cum suis filiis versus Franciam, conquerens Regi violentiam sibi factam per Robertum Frisonem fratrem mariti sui, & per Flamingos.

De victoria Roberti aduersus Regem Francia.

CAP. VII.

REx autem Franciæ iratus, hæc audiens, congregauit infinitum exercitum, & venit præsentialiter cum Rikelanda & Arnoldo Simplice, filio eius, apud Casselburch, vt Robertum de Flandria potenti manu expelleret. Et contra Robertus Friso obuiauit Regi cum sedecim milibus robustorum ad prælium. Quorum castra cum essent iuxta inuicem locata, Robertus vidit Regem habere infinitum exercitum plebis & militiæ, quare aliqualiter timuit. Sed, assumpto spiritu, idem Robertus cum duabus aciebus & cornibus personantibus, seipsum Deo & S. Petro Apostolo patrono suo cõ-

Vincitur Rex Francia.

mendans, animose Regem imparatum debellat, antequam adhuc tentoria debite fixissent. Quia igitur Franci adhuc lassi & fatigati erant de itinere peracto, paucam fecerunt resistentiam, ceciderunt que prostrati sine numero. Rex vero fugit remote, & corruerunt ex parte eius multi Principes cum Arnoldo Simplice, filio Rikelandæ, qui corruit oppressus sub vna maceria viæ ante castrum Casselberch. Qui dehinc deuectus sepelichatur lugubribus exequiis in Sancto Audomaro in Ecclesia Sancti Bertini. Captus fuit in eodem prælio Eustachius Comes Bolonienſis, frater Episcopi Parisiensis, cum multis aliis nobilibus & militibus, quos Robertus misit captos in diuersis opidis & castris Flandriæ. Rikelanda vero his agnitis sollicitauit amicos & notos, vt denuo bellum instaurarent contra Robertum Frisonem, sed nolebant. Robertus ergo sciens locum, in quo Rikelanda pernoctauit, venit caute ad cun-

Occiditur Arnoldus Simplex.

ad eundem locum cum multis pugilibus, cepit eam captiuam, & locauit stricte cum suis famulabus, & pauca familia in forti castro. Quod audiens Rex, & admirans animositatem & industriam eius, secessit ex Flandria. Tandem Baldewinus Innocens, filius iunior Rikelandæ, nepos Roberti, venit apud castrum Casselberch cum Hannonien sibus & Pickardis volens debellare Robertum patruum suum. Cui Robertus occurrit infra Castelbereh & sanctum Audomarum. Initoque igitur prælio Robertus victoria potitus cepit multos captiuos. Corruit etiam tunc in eodem prælio Baldewinus Innocens prædictus, de quo Robertus multum doluit. Porro Robertus Friso post obitum duorum filiorum fratris sui, homagiatur pro vero Flandriæ Comite ab omnibus Flandrensibus, quia sibi tunc de iure debebatur Comitatus Flandrensis. Igitur cum Robertus, Comes Flandriæ, omnes inimicos suos superasset: tandem ad preces Henrici Romanorum Imperatoris relaxauit Comitissam Rikelandam, dans ei ad vitam Audenaerden cum suo districtu. Quæ largiter flens magnam pœnitentiam de cetero fecit: Numquam amodo dormiuit super lectum, nunquã vsa fuit linteaminibus. Semper feriis sextis ieiunabat in pane & aquã, peruigil in orationibus die ac nocte. Largissimas eleemosynas suas fecit. Pauperibus & leprosis propria manu ministrabat, eorum plagas abluendo, ita quod multotiens maculabatur de fœtido cruore leprosorum. Quæ tandem in maxima pœnitentia obiit.

Baldewinus Innocens occisus.

Robertus Friso eligitur Comes Flandriæ.

Rikelanda pœnitentia.

LIBER XIV.

COMPREHENDIT GESTA QVATVOR ANNORVM, quibus Godefridus Gibbosus, Dux Lotharingiæ Hollandiam gubernauit: & habet tantum capitula quinque.

De Godefrido Gibboso, Duce Lotharingia.

CAP. I.

SIc igitur Flandrensium gestis, nunc ad Hollandensiũ gesta reuertamur. Cum ergo præfata fierent in Flandria, interim Godefridus Gibbosus, Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Mosellanorum, Comesque Ardennensis, Comitatum Hollandiæ feudali iure de manu Wilhelmi Episcopi Traiectensis susciperis, eandem patriam subiecit etiam Dominio suo, omnes sibi resistẽtes fugauit, vel occidit, opida & villas Hollandiæ sibi subiiciens. Wilhelmus autem Traiectensis Pontifex, aduersus Theodricum Domicellum Hollandiæ obseruans in diuersis locis excubias, fabricauit in Iselmunda munitissimum castrum, in quo posuit satellites fortes ad custodiam totius Hollandiæ.

De subiectione terræ Frisiæ.

CAP. II.

DVx itaque Godefridus cernens, quod fortuna sibi arrideret, cogitauit & Frisiam obtinere. Quapropter & ordinauit denuo exercitum fortem, militesque stipendiarios recolligens in cuneum vnum, castrametatus est in Frisia: Terramque illam sibi subiugauit armata manu, & magnam prædam multimodæ facultatis secum gloriosus asportauit. Frisones autem videntes eum recessisse, & audientes, quod in Alcmaria confidenter resideret, contractis hinc inde pugilum immensis copiis, cum cornubus horrisonis Ducem prædictum, in Alcmaria consistentem, ad nouem hebdomadas obsederunt, vt captam prædam excuterent, vel pro illata contumelia crudele bellum agerent. Porro Godefridus Dux, attendens, sibi & suis præliatoribus quotidie periculum mortis imminere, misit ad Wilhelmũ Episcopum Traiectensem pro recenti subsidio. Episcopus itaque Wilhelmus, colligens expeditum exercitum, properauit concito gradu versus Alcmariam, vt in virtute magna liberaret circumobsessum opidum. Frisones autem cum Traiectensibus & Episcopo dimicantes amiserunt in bello præfato octo milia virorum fortium, qui omnes necati corruerunt in prælio. Ceterorum vero magna pars captiua ducta est. Et sic Godefridus Dux auxilio Episcopi Wilhelmi obtinuit Frisiæ prouinciam. Siluitque terra in conspectu eius à tumultu & strepitu belli quatuor annis.

De fundatione opidi Delffensis.

CAP. III.

Initiũ opidi Delffensis.

PORRO Godefridus Dux Lotharingiæ, volens iam perpetuis temporibus eum sua progenie totam Hollandiam possidere, construxit opidum Delff cum castro, dans

municipalia & ſpecialia priuilegia. Iſtud autem opidum poſt multos annos ſatis honorifice excreuit. Quare & egregium epigramma quidam Poëta poſtmodum de eo tedidit forma ſequenti:

Salue antiqua polis, Delff terra veterrima ſalue.
O ſalue noſtra gloria quarta plaga,
Quas reliquis laudes dedimus Delff vrbibus omnes,
Illas pene tibi cenſeo poſſe dari.
Namque decore bonis affaris diuitiisque
Non mihi finitimis vilior eſſe locus.
Tu mihi hoc terris præſtare videre propinquis,
Et longe arbitrio dignior eſſe meo,
Quod duo templa tibi mirandæ ſint ſpecies,
Quas retines aliis pulchra magis Eccleſiis.
Tantum templorum formam non miror eorum,
Plurima viſa illis ſunt mihi pulchra magis.
Quantum depoſitis in eis ornatibus aris,
Quas fixas dictis cenſtat in Eccleſiis.
Aras ornatas illis magis atque decoras
Conſpexi nulla, ſcit Deus ipſe, plaga.
Nec ibi clauſtrales deſunt & ſpirituales
Perſonæ normis ordinibuſque bonis.
Monſtrant exemplo tibi ſermone quoque ſacro,
Qui potes æterni regna tenere Dei.
Sunt vtriuſque tibi ſexus præſtantis alumni,
Formæ habitu comes eloquioque graues.
Deuotique Deo fidi mortalibus auo
Humani, vacui fraude doloque, pii.
Quin in te inſignis braxatur Reuta ſaporis,
Et multos pannos efficis egregios.
Delff precor à cunctis ſalua, Deus alme, periclis,
Protege & vſque iſtum, virgo Maria, locum.

De occiſione Godefridi Ducis Lotharingiæ.

CAP. IV.

Anno 1075. Godefridus Gibboſus Antuerpiæ grauiter læſus moritur Vltraiecti.

ANNO milleſimo ſeptuageſimo quinto cum Godefridus, Dux Lotharingiæ, Hollandiam quatuor annis gubernaſſet: per queridam famulum Domicelli Theodrici, Ghybertum nomine, ſuper latrinam Antwerpiæ letaliter ſauciatus eſt. Tunc idem Dux ad Traiectum ſuperius ſe duci fecit, vbi, quinto Calendas Martii, ſpiritum exhalauit. Hic Godefridus Dux ſine liberis obiit, & habebat ſororem, ſanctam Idam nomine, quæ erat matrimonio iuncta Euſtachio Comiti Bolonienſi, cui genuerat tres filios, ſcilicet Godefridum de Bullion, Baldewinum & Euſtachium. Godefrido Gibboſo, Duce Lotharingiæ, defuncto, ſucceſſit Godefridus de Bullion, filius ſanctæ Idæ, ſororis ſuæ, in Ducatu Lotharingiæ ſeu Brabantiæ. Nam Brabantiæ nomen nondum aſſumpſerant, qui de genere Godefridi Magni Ducis erant. Sed poſtea Heinricus tertius ſcripſit primo ſe Ducem Brabantiæ circa annum Domini milleſimum, ducenteſimum, quinquageſimum primum. Hic Godefridus Dux nobiliſſimus reputatur inter nouem optimos & meliores vnus.

Godefridus de Bullion Dux Lotharingiæ ſeu Brabantiæ. Qui ſeptimo ducem Brabantiæ ſcripſerit.

De obitu Vilhelmi Epiſcopi Traiectenſis, & de Conrardo Epiſcopo ſecundo ſucceſſore, viceſimo ſecundo.

CAP. V.

EODEM etiam anno Wilhelmus Epiſcopus Traiectenſis quinto Calendas Maii requieuit in Domino, poſtquam annis viginti vno Traiectenſi præfuiſſet Epiſcopio. Hic ad Traiectum allatus ac in Eccleſia maiori reuerendis Pontificibus conſepultus eſt. Poſt obitum Wilhelmi Præſulis quidam Conrardus, natione Sueuus, viceſimus ſecundus electus eſt Epiſcopus, qui Henrici quarti Cæſaris erat nutritius. Is igitur Conrardus Pontifex caſtrum in Iſelmonda contra Domicillum Hollandiæ firmiſſimum propugnaculum extruxit.

Conrardus 22. Vltraiectinus Epiſcopus.

LIBER XV.

CONTINET HISTORIAS VIGINTI QVATVOR ANNO-rum, quibus Theodoricus, quintus huius nominis, & septimus Comes Hollandensis præfuit patriæ sæpedictæ, cum quibusdam euentibus illius temporis : & habet capitula nouem.

De Theodorico Comite Hollandiæ septimo.

CAP. I.

Anno 1072.

POST QVAM autem Godefridus Dux interfectus esset, tunc Theodoricus hæres Hollandiæ, iuuenilis ætatis flore vernans, decreuit Anno Domini millesimo, septuagesimo sexto, auxilio Roberti comitis Flandriæ, vitrici sui, nec non & amicorum suorum, Conradum Episcopum in castro Iselmundano conuenire, & patriam suam hæreditatem cum potentia recuperare. Conradus autem Episcopus, horum omnium præsciùs, commilitones, & Brugenses suos legatione præmonuit & ab eis sub die determinata, manuale præsidium & iuuamen expetiit. Nec mora, quin ad cæptum Conradi Episcopi copiosius aggregatus est exercitus, cum vexillis fulgurantibus, & vexillis perstrepentibus. Hollandenses vero econtra cum balistariis Flandrensium, Traiectensibus audacter occurrerunt in signis coruscantibus, & buccinis frementibus. Et ecce dies illa dies iræ, qua electi pugiles ceciderunt ab vtraque parte. Tandem post oblongum conflictum corruerunt ex parte Traiectensis viri pugnatores acerrimi, videlicet Gerlacus Comes Zutphaniæ, Lambertus Dauentriæ præpositus. Wolmarus, Sancti Bonifacii presbyter. Warenboleus & Grisbertus cum multis aliis armigeris, audacibus scutariis, & Burgensibus approbatis, quorum amissione totus imperialis exercitus nimirum disturbatus est, Populus ad naues inordinate discurrens pro magna parte submersus est.

Eadem Beda.

Plurimi occisi.

Episcopus tum Conradus cernens horrorem crudelissimi belli vehementer ingruere, & ruinam sui populi violenter inualescere, turres Audaris præsidii comminuere studuit, & antemuralia balistariis defensare disposuit. Sed Hollandenses auxilio Dominorum Wilhelmi de Brederoeden, Ioannis de Arckel, & Euerhardi de Brunckhorst per crebertimos ictus machinarum propugnacula castri conquassarunt. Et Flandrenses nihilominus castrenses à cacumine mæniorum sagittis, & fundibulis abegerunt : ita vt Conradus Episcopus necessitate coactus in deditionem transierit & Hollandiam cum præfato castro Theodorico libere resignaret. His itaque gestis idem Hollandiæ Comes Conrado Episcopo condignam exhibuit honorificentiam, quem cum aliis captiuis à prisione solutum remisit ad ciuitatem propriam. Corruit autem in eodem conflictu ex parte Theodorici Comitis Euerhardus Dominus de Brunckhorst, cumque plurimis electis militibus, & balistariis. Insuper Ioannes de Arckel Dominus, lethaliter vulneratus in eodem bello, tanquam mortuum cadauer, nauigio ferebatur in dominio suo qui dehinc languens de vulneribus & plagis ibidem receptis obiit septimo Nonas Ianuarii, sepultus in patria hereditate.

Hollandia resignata Theodorico.

De subiectione Frisiæ.

CAP. II.

THEODORICVS ergo homagiabatur Comes Hollandiæ & Zelandiæ septimus, sed non Frisiæ : nam Frisones rebellantes noluerunt amodo homagium Comitibus Hollandiæ præstare. Quod dum cerneret Theodoricus Comes Hollandiæ, & in hyeme tota Frisia esset glacie peruia : venit cũ exercitu magno, & Frisiã armipotenter introiuit. Cui potẽter occurrerunt Frisii, & in magno prærogatiuo cõtenderunt aduersus eundẽ comitẽ pro triumphali gloria. Sed hoc eis non profuit, quia Comes Hollandiæ plures iugulãs trophæa & laudes egregie adeptus est. Corruerũt autẽ de Frisonib. quatuor millia virorũ, quib. peritis, Frisones, dolentes hoc graui infortunio, congre-

Frisones deuicti.

gauerunt de nouo exercitum alium. & direxerunt acies iam secunda vice eodem die aduersus prædictum Comitem, Quod cũ intellexisset Theodricus Comes, allocutus est suos bellatores, vt essent parati ad prælium. Cumque multis scutariis & armigeris esset vallatus, occurrit Frisonibus ad bellum. Conuenientibus igitur illis in vnum, Theodricus Comes, aduersus Frisones crudele bellum agens, plures fugauit, & sex millia Frisonum occidit, & triumphalis laus ascripta est Comiti Theodorico, visumque est Frisonibus eodem die imminere nouissimum & vltimum diem, pro eo quod Comes sine vlla misericordia eos iugularet, qua nulli parcebat neque viro, neque mulieri, nam omnes mulieres, & pueros duodennes & infra captiuauit, & omnes alios occidit, cogitans destruere totam Frisiam. Quibus flebiliter gestis, recolligit armigeros suos, & exustis habitaculis, & villis plerisque euersis armipotenter, obsedit Stauriam teribiliter nimis ad tres hebdomadas, & lacessiuit cum machinis, & tormentis. Tandem oppidani petierunt ab eo dextras, quod cum ipse annueret, pax in hunc modum est ordinata, videlicet vt oppidani saluam vitam, & cuiuis bonis, præterquam oppidum Theodorico Comiti traderent, & pro rebellione perpetrata sibi redderent mille quadringentas coronas monetæ aureæ, sed in compositione pacis præfixa non fuerunt reputati extranei hospites & stipendiarii. Quapropter & post ingressum dicti Comitis captiuati sunt & decollati. Quibus gestis idem Comes accepit de Stauria quadraginta viros obsides, & duxit eos secum ad Hollandiam, vt tributarierent, donec Frisones sibi satisfacerent de prædicta summa. Gloriosè igitur rediens status est Comes Friziæ, sicut & progenitores eius fuerant.

Iterum subiugati Frisones.

Stauria oppugnata & expugnata.

Theodoricus Comes Frisiæ.

De parentela Theodorici Comitis.

CAP. III.

Florentius Crassus.

THEODORICVS igitur, huius nominis quintus, & septimus Comes Hollandiæ, Zeelandiæ & Frisiæ, cum triumphali laude reuersus est ad paternam hæreditatem, ducens secum vxorem Witilhildim, filiam Ducis Saxoniæ, de qua genuit Florentium Crassum succedentem sibi comitem, & Machtildem, venustissimam puellam. Hic Theodoricus Comes fuit auunculus Ludouici Regis Franciæ, filii Philippi Regis, & auunculus Balduini Sauris & Sancti Caroli Martyris & Theodorici Alsaciæ trium Comitum Flandriæ. Habuerat enim duas sorores reginas Franciæ, sed & Daciæ, & quatuor fratres, scilicet Robertum Frisonem iuniorẽ Comitem Flandriæ ex parte matris tantum : ex parte autem patris, & matris habuit fratres, Albertum, Florentium & Petrum, Canonicos Leodienses. Quorum tempore in collegio Sancti Lamberti in Leodio erant corporaliter residentes cum ipsis, vt Canonici, in eadem ciuitate: Carolus frater Ludouici Regi. Franciæ, Henricus filius regis Angliæ, Ogerus filius Regis Daniæ, Eudo filius Regis Siciliæ, Limpoldus filius Ducis Austriæ, Wenzelaus filius Ducis Bohemiæ, Nalinus filius ducis Bauariæ, Henricus filius Ducis Saxoniæ, Gerardus filius Ducis Lotharingiæ, Hugo, Ioannes & Eustatius filii Ducis Burgundiæ, Hermannus, Fredericus, & Philippus filii Ducis Suauiæ, Godefridus filius Ducis Aurelianensis, Ogarus Godefredus, Humfredus & Eduardus filii Ducis Lancastriæ ex Anglia, Henricus & Hermannus filii Comitum de Angon, Lambertus Gerardus & Andreas filii Comitis Gelriæ : Wilhelmus, Bruno, & Nicolaus filii Comitis Iuliæ: Ogerus, Guido & Bruno filii Comitis Louanienſis: Gatfredus & Pathinalius filii Comitum Flandriæ : Paulus, Iacobus & Eustatius filii Comitum de Foyda : Eugoranus filius Comitis Sancti Pauli : Guido, Wilhelmus filii Comitis Namurcensis : Balduinus, Seruatius & Ogerius filii Comitis Salandiæ : Ludoicus & Busso filii Comitis de Potier : Conradus filius Comitis Blisensis : Adolphus filius Comitis Viiemensis, id est, de Vianden.

Quitunc temporis fuerint Leodii Canonici S. Lamberti.

De Renouatione & Confirmatione donationis monasterii Egmondensis.

CAP. IV.

Anno 1083.

ANNO Dñi millesimo octuagesimo tertio Theodoricus, Comes Hollandiæ septimus, ad petitionẽ bonæ memoriæ Stephani, Abbatis Egmondensis quinti, statim post mortẽ eius de Abbate renouauit, cõfirmauit, & ex parte donauit oẽs possessiones, prius à Comitibus Hollandiæ monasterio Egmondensi sequentibus super hoc confectis & sigillatis in hunc modum, In nomine Sanctę & Indiuiduæ Trinitatis: Theodoricus, Dei gratia, Hollandiæ Comes Reputãs mecũ incertos casus humanæ fragilitatis, decreui

Forma litterarum.

decreui iustis petitionibus assensum præbere, vt diuinam misericordiam in illo districto examine placabilem merear habere. Quapropter notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris Christi fidelibus, quod Stephanus bonæ memoriæ, Abbas Egmondensis Ecclesiæ, quasdam authoritates donationum detulit manuetudini nostræ, qualiter piissimi Comites, antecessores nostri, ex propriis possessionibus, & à regibus iure hereditario susceptis eandem Ecclesiam Dei construxerunt, dotauerunt & honorauerunt. Theodoricus, Walgeri frater, primus Hollandiæ Comes cum legitima coniuge sua Geia imprimis ligneam construxit Ecclesiam ibi sanctimonialium instituens vitam, & offerens Deo ad eundem locum in Fronloe mansus nouem, in Alcmere duos mansus, in Callinghe medietatem totius possessionis. Theodoricus secundus, prædicti Theodorici filius, cum Hildegarde coniuge sua construxit ex lapidibus magno sumtu Ecclesiam, amouens inde sanctimoniales fœminas, & instituens monachicam vitam. Obtulit & ipse ad eundem locum in Hagen sex mansus, in Hareghen vndecim mansus & quartam partem mansus, in Winnen mansum & dimidium, & ab eodem mansu vsque ad Aren omnem terram cultam in agris, & pascuis Ecclesiam Heylighilo, in Alemere omne theoloneum, in Offden mansus duos & dimidium, in Limbam mansus septem & dimidium, in Snintan mansus duos, in Vachun mãsus tres, in Ordebolla mansus duos, in Thosi mansum vnum, in Obeghem mansum vnum, in Hermstede mansum vnum, in Silson sex mansus, & altare eiusdem Ecclesiæ à nona vsque ad nonam, in festiuitate sanctæ Agathæ iuxta flumen Bancestra mansum vnum, inter riuulum Sculmglike & Hureslede mansus quatuor, vna cum piscatione, in Forenholta Ecclesiam cum decimatione, in Noortga Ecclesiam cum decimatione, in Saxnen Ecclesiam cum decimatione, in Noortga Ecclesiam cum decimatione. Ornata ergo bonis moribus vxor prædicti Comitis Hildegarda venerabilis obtulit & ipsa Deo sanctoque Athalberto tabulam altaris fabricatam auro claro, gemmisque pretiosis, textum Euangeliorum ex auro gemmisque decoratum, historiam tripartitam, & vnum medicinalem librum. Egbertus, nominati Comitis filius, Dei gratia, Treuirensis Ecclesiæ Archiepiscopus, honorat eundem locum Egmũdensem, offerens Deo & sancto Adelberto crucem auream, casulam pretiosam, stolam pulcherrimam, cingulum auro intextum, dalmaticam subtilem, missale, capittulare, historiam vetus nouumque testamentum continentem, multosque alios libros, scrinium argenteum plenum reliquiis sanctorum. Arnulphus Comes, cum coniuge vxore sua Luitgarda, obtulit ad prædictum locum in Thosa mansus duos, in Castuchem mansus duos, & quartam partem vnius, in Velsen tres mansus & vnum agrum, in Saxnẽ dimidiũ mansum, in Forenholta tres mansus, in Noortga mansus quinque, in Lopsen nouem mansus, iuxta flumen Mairne mansum & quartam partem vnius, in villa Leyghen mansum & sextam partem vnius, in villa Bargham ab Occidente Rheni posita tres mansus, Ecclesiam Vlaerdinghe cum decimatione terræ inter flumen Mathlinghe & riuulum Thierlede, qui vocatur Hargha. Theodoricus tertius, prædicti Arnulphi filius, cum coniuge sua Othilhilda obtulit sancto Athalberto in Rodenburch quatuor mansus, & decem libras singulis annis soluentem, in Rodenburche bruecke terram sedecim vncias soluentem, in Comitatu Fritgarsa terram sedecim vncias soluentem, in Svvietem terram tredecim vncias soluentem, in Waleman Venne terram sedecim soluentem. Sifridus, cognomento Sicho, prædicti Theodorici frater, dedit S. Adelberto pro animæ suæ remedio terram super Gleslt nominatam Noorthope, Smithem. Aldghrmgerlant. Hildebrandeslant, Suydingelant, quinque viertelen landts semade in Ackersloote, duodecim libras in banes, duas libras. Florentius secundi Theodorici filius cum bonæ memoriæ vxore sua Gertrude obtulit ad sæpe dictum monasterium in Escumdelff quinque libras & vnam vnciam soluentem, in Buchusa mansum triginta duas vncias soluentem, in Schervvich mansum viginti octo vncias soluentem, iuxta Delff decem mansus, ex altera parte Delff nouem mansus. Huius Florentii filius tui ego quintus Theodoricus, quem humiliter deprecatus est prædictus Abbas Stephanus, pro amore Dei, & reuerentia Athalberti renouarem & confirmationem facerem authoritate mea prædecessorum meorum dona, ad Egmondensem pertinẽtia Ecclesiam, cuius petitioni libenter assensum præbui & summa charitate confirmaui, vt oĩa superscripta, teneat possideatq; prædictam Ecclesiam, & à terra Bynnosvvetavsq; Aren, quia est tota eiusdem Ecclesiæ, nullus mortalium audeat Plautum habere sine Abbatis permissione, vel iniuste inde aliquid eripere, hominesq; eiusdem Ecclesiæ, in toto comitatu nostro, siue thelonio esse, nullusq; debeat eos opprimere, sint sub Abbatis potestate, & cum causidico suo placitum cum eis habeat. Ipseq; si aliquis

ex eis, quæ ex parentibus suis iuste pertinuit, ad istum locum migrare, & condicere voluerit: liceat memorato Abbati suisque successoribus, cum aduocato suo illum tenere, & ad iustitiam trahere, in cuiuscunque ministerio sit, simpliciter faciat de redditibus suis, quicunque sedet super terram prædictæ Ecclesiæ, & non vult soluere, quod debet iuste. Aduocatus intret domum illius, & tantum de rebus accipiat, quantum debet ille, sine alicuius contradictione. Si quis vero (quod futurum non credimus) nostrorum vel extraneorum hanc libertatem Ecclesiæ voluerit infringere, iram Dei & omnium sanctorum eius incurrat, & hoc, quod nititur, nunquam perficere valeat: sed cum Iuda traditore domini, & diabolo & angelis eius in die iudicii & cum his, *quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur*, partem possideat. Qui autem homo rerum conseruauerunt præceptum, gloriam & honorem, & benedictionem percipiant à Domino, & misericordiam consequantur, & gratiam inueniant in auxilio oportuno. Vt autem istius nostræ concessionis authoritas stabilis, & inuulsa omni tempore permaneat, hanc chartam conscribi fecimus, & beneuolentiæ, dilectionisque nostræ sigillo corroborari. Huius rei testes sunt Dominus Abbas Stephanus Folcutus, & Ancelmus presbyteri. Achelburus Hermannus filius Popponis. Engelbertus Stataloth Tarsius Aesvvyn castellanus, tres Germani, Gherbrandus, Isbrandus, Gruytvvater Dodo de Ryswyck, Thuedaed Thiebald, Turgart, Blanchaert, aliique plurimi. In eodem die mutuaui coram eisdem testibus contra S. Athelbertum nouem mansus in Maesslant à Scupleda in Mosa & in VVesterbeyra tres mansus a Mosa in Vroyanslant dans censum in Alemær octo librarum singulis annis. Insuper, precante & adiuuante Othilheda vxore mea dilecta, concessi Abbati Stephano suisque successoribus iudiciariam potestatem in Alemere, quod Ambocht vocatur Theutonice. Actum est hoc in Vlaerdinghen coram populi multitudine, anno Dominicæ Incarnationis millesimo octuagesimo tertio, Indictione sexta, regnante Henrico IV. vicesimo octauo imperii sui anno, Conradi Traiectensium Ecclesiæ Episcopi anno Episcopatus sui octauo, Domini Stephani Abbatis anno vicesimo sexto susceepti pastoralis officii sui, die septimo Calendas Augusti, in Dei nomine feliciter Amen. Porro Stephano Abbate Egmondensi sepulto successit ei Athalardus, sextus Abbas Egmondensis.

De donatione Comitatuum Oesterghoe & VVesterghoe Ecclesiæ Traiectensi.

Cap. V.

Anno Domini 1086.

Tenor bullæ.

Anno Domini millesimo octuagesimo sexto Conradus Episcopus Traiectensis impetrauit ab Henrico quarto, Romanorum Imperatore, donationem Comitatuum Oesterghoe & VVesterghoe, quam Marchionis Principes violenter abstulere à Principibus Hollandiæ, & bullam Imperialem desuper, cuius tenor sequitur. In nomine Vnitæ & indiuidnæ Trinitatis. Henricus, diuina fauente gratia & clementia, quartus, Imperator Romanorum Augustus vniuersis Dei nostrisque fidelibus, tam futuris, quam præsentibus, notum esse volumus, qualiter nos Egberto Marchioni rebellionem, quam ipse adhuc puer cum cæteris Saxonibus aduersum nos exercuerit, cum ad requirendam gratiam nostram humiliatus fuisset, respectu ætatis eius & consanguinitatis, qua nos contingebat, indulsimus, sua sibi misericorditer restituentes, & alia superaddere meditantes. Qui denuo non ratione aliqua inductus, vel iusta vel probabili, sed sola superbia spiritus elatus contra pietatem nostram, fidem & sancta nobis Sacramenta fidelitatis non solum honore vitam nostram impugnare conatus est: adeo, vt reconciliatos nobis Saxones & Thuringos, quoscunque potuit, aduersus nos concitarit, & erecto vexillo Saxoniam & Thuringiam, quam obtinere iurauerat, proh dolor! obtinuerit. Ob huiusmodi culpam illius Comprouinciales, tam Saxones quam Thuringi, cum cæteris Principibus nostris, coram nobis ex iure gentium inde sententiam proferentes, ipsum scilicet manifestum hostem regni & imperii Romani persequendum censuerunt. Prædia vero eius, & quæ à nobis habuerat beneficia imperiali nostræ ditioni ac potestati adiudicauerunt. ex eisdem beneficiis beato Martino ad Ecclesiam Traiectensem pro remedio animæ nostræ ob fidele seruitium dilecti nostri Conradi, eiusdem sedis Episcopi, quendam Comitatum Frisiæ, nomine Oesterghoe & VVesterghoe, cum omni iure & vtilitate, quam Egbertus in hoc Comitatu habuit, in proprium tradimus. Cuius nostræ donationis authoritas vt in perpetuum stabilis, & inconuulsa permaneat, hanc chartam iussimus conscribi, quam (sicut infra apparet) manu nostra roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Henrici

Henrici quarti, Romanorum Imperatoris Augusti. Hermannus Cancellarius vicè VVezelonis Archicancellarii recognouit. Data septimo Idus Februarii, ab Incarnatione millesimo octuagesimo sexto, Indictione nona.

De obitu Roberti Frisonis.

CAP. VI.

ANNO Domini millesimo nonagesimo tertio Robertus Friso, Comes Flandriæ, vitricus Theodorici Comitis Hollandiæ, obiit postquam rexisset Flandriam viginti duobus annis. Et sepelitur in Ecclesia sancti Petri, in castello. Quo defuncto, successit ei filius eius, Robertus Friso, iunior Comes Flandriæ. Hic Robertus fuit frater, ex parte matris, Theodorici Comitis Hollandiæ, & duxit in vxorem Clementiam filiam VVilhelmi Ducis Burgundiæ, de qua genuit Balduinum Apkyn, alio nomine dictum Graeffbylke, sibi succedentem Comitem, & VVilhelmum, qui iuuenis obiit. Is etiam Robertus Comes cruce signatus cum Godefrido de Bullion vicit Ierusalem & terram sanctam, sicut patebit in vltimo capitulo huius libri.

An. Domini 1093. Robertus Friso moritur.

De fundatione collegii sanctæ Mariæ in Traiecto, & interfectione Conradi Pontificis, & ordinatione Burchardi, vicesimi tertii Episcopi.

CAP. VII.

IIS diebus Conradus Episcopus Traiectensis ad felicem suæ recordationis memoriam superædificare proposuit in occidua parte ciuitatis Traiectensis Canonicorum Ecclesiam, qui fundum adeo lutosum ibi reperit, quod bases Pylariorum stabilire non potuit. Fuit autem in Latomorum consortio quidam Friso, Plebirus nomine, qui eandem Ecclesiam sub iudicio mortis fundare promisit, veruntamen immoderatum salarium inde exegit. Quapropter Episcopus largis encomiis à filio præfati Frisonis arcanum magisterium didicit, & inchoatam Ecclesiam in honorem S. Dei Genitricis Mariæ magna opera constituxit. Quapropter idem Friso accepit inuidiæ zelum aduersus Episcopum, præmeditans, qualiter ipsi posset inferre mortis interitum. Demum anno Domini millesimo nonagesimo nono dum ipse Conradus post Missarum solemnia solus in domo recumberet, & priuatas orationes cum deuotione legeret: prælibatus Friso, visa iam oportunitate, cultrum eduxit & Reuerendum Pontificem, instigante diabolo, trucidauit. Hic Pontifex, annis 24. regens Episcopatum, 8. Calend. Maii, lamentabiliter occisus est, qui in eadem Ecclesia perpetuæ Mariæ virginis celeberrime tumulatus est. Post martyrium Conradi Burchardus XXIII. substitutus est Episcopus, vir deuotus pius atque pacificus.

Trucidatur Conradus Episcopus.

Burchardus 23. Vltraiectii Episcopus.

De obitu Theodorici Comitis, & nobilibus Hollandiæ illius temporis.

CAP. VIII.

ANNO Domini 1099. Theodricus, Comes Hollandiæ, 15. Kalend. Decemb. Creatori reddidit animam suam, postquam bellicosè rexisset Hollandiam annis 25. cuius vxor VVitilhildis seu Otilhildis 14. Kal. Decem. requieuit in Christo, tumulata penes Mautum in monasterio Egmundensi. Huius igitur Theodorici Comitis temporibus viguerunt plerique nobiles in Hollandia, quorum maiores fuerunt Albertus, Florentius, Petrus, domicelli Hollandiæ, fratres eiusdem Theodorici Comitis, Canonici Leodienses, Wilhelmus Dominus Brederodè, Gerardus Dominus de Theylinghen, Balduinus Dominus de Huesden, Dododeus de Lederdam, Ioannes Dominus de Arckel, Dominus de Lecka, filius Domini de Bredernoden, Dominus de Salchena, Dominus de Putta, Euerhardus Dominus de Brunckhorst, Iohannes Persyn, Adelvvynus castellanus, id est, Burchgrauius Leydensis, nam Burchgrauii Leydenses prius fuerunt castellani dicti. Scatalotus & Turlinghus, fratres eiusdem Burchgrauii, Dodo de Ryswyck, & Isbrandus Gruntvvater, scutiferi.

An. Domini 1099 moritur Theodricus.

De expugnatione terræ sanctæ & ciuitate Ierusalem.

CAP. IX.

ANNO prædicto, scilicet supra millesimum nonagesimo nono, capta est ciuitas Ierusalè à Principibus Christianis, iam præteritis annis instinctu Domini Apostolici congregata ex expedito milite Christiano & cruce signato: cuius maiores Principes fuerunt Hugo magnus Comes Vyromandensis, frater Philippi Regis Franciæ, signifer exercitus Domini, Robertus Dux Nortmanniæ, filius Guilhelmi, Nortmanniæ Re-

Nomina præcipuorum qui fuerunt in ex peditione Hierosolymitana

niæ regis Angliæ, Godefridus dux de Bullion, dux Lotharingiæ, Balduinus & Eustatij, fratres eiusdem ducis, Boemundus dux Apulien sis, Tancredus princeps, nepos iam dicti ducis, Laynarus Podien sis episcopus, Petrus Eremita, Robertus comes Flandrien sis Theodorici comitis Hollandiæ, Stephanus comes Blesen sis cum multis aliis principibus & nobilibus ex Francia, Alemannia, Italia, Vngaria, Anglia, Britannia, Apulia, Sicilia & Calabria congregatis & cruce signatis: diuersisq; per diuersas vias vsque terram S. perrexerunt. Godefridus aũt de Bullion Henrico IV. militauerat, & in oppugnando Romam partem muri, quæ sibi obtigerat, primus irrupit. Postea pro nimio labore & nimia siti vinum nimium hauriens, febrem quartanam nactus est, audita aũt fama viæ Ierosolimitanæ illuc ire iterum vouit, si Deus illi sanitatem redderet: quo voto emisso, mox vires eius penitus reflorueruntGodefridus de Bullion voto facto sanitati restituitur. Votum igitur suum implere desiderans cum fratribus suis, Balduino, Eustatio & Balduino de Monte, cum turmis suis per Hungariam pergens Constantinopolim appropinquabat. Podien sis episcopus & Raimundus comes S. Egidii per Scãdariam gradiebantur. Hugo magnus, & Robertus dux Normanniæ, & Robertus comes Flandriæ cum suis Romam prætereuntes in Apuliam deuenerunt. Audiens autem Boemundus, dux Apulien sis, famam aduentus eorum, singulorumq; probitates, pallium optimũ sibi præparat afferri, quod per particulas concisum crucem vnicuiq; suorũ distribuit, suamq; sibi retinuit, & se exercitui Dei cum suis coniunxit. Porro Alexius, Imperator Constantinopolitanus, malum exercitui Dei iniuste machinatus, sed tandem nihil proficiens, fecit pacem cum cruce signatis. ventum est Castoriam, vbi aduentum Domini celebrauerunt: inde Pelagoniam, castrum munitissimum hæreticorum, bonis omnibus refertum, quo radicitus diruto venerunt ad flumen Baidorium vbi Tancredus cum suis Alexii Imperatoris satellites fugauit & quosdam victos Boemundo præsentauit. Hoc bellum factum est feria 4. in capite ieiunii. Hinc ventum est ad Senam ciuitatẽ, vbi sufficiens habuere mercatum. Inde ventum est ad ciuitatem Rusam feria 2. in cœna Dñi. Venerunt Nicæam pridie nonas Maii, obsessaq; est ciuitas per 7. hebdomadas & 3. dies, & tandẽ capta est à Christianis, & Imperatori Alexio reddita. Inde ad quendam pontem peruenit exercitus Dei, & 3. die viderunt innumeros Turcos contra ipsos appropinquantes Saracenos, Agarrenos, & Persas, & Arabes innumeros. Ortaq; pugna nostri victoriam obtinuerunt, & Barbarorum multa millia ibidem cæsa sunt. Cecidit tum ibidem V Vilhelmus Marchisius frater Tancredi, & Gaufridus de monte scabioso, & multi alii Christiani. Turci autem iactitant sese de stirpe Francorum genitos, & eorum patres à Christianitate descendisse, nullosq; naturaliter militare debere, nisi se & Francos, factũ est prælium Cal. Iulii. Inuentum est in tentoriis auri & argenti plurimum, equi, boues, & cameli, muli, verueces, asini, & copiosa supellex. Solimannus aũt, Solimanni seniores filius, de Nicæa fugiens, inuenit Arabum 10000. quibus fugam persuasit, & venientes ad ciuitates & castella, in quibus morabantur Syriani, Christiani dicebant sub dolo deuicimus Francos, & sic intra portas eorum recipiebantur. Ingressi aũt domos eorum, & Ecclesias deprædabantur, & auferebant eis oĩa concupiscibilia, & filios & filias. His auditis, Christiani eos insequentes venerunt Iconium: inde ad ciuitatẽ Frachiam, quæ tunicis abiectis illis se reddiderunt. Maior autem exercitus ad magnã difficultatem venit ad vallem Antiochiæ, quæ est Siriæ metropolis. Hanc primo obsedit Boemundus 13. Cal. Nouemb. feria 4. à tribus partibus. Erant in ciuitate Armenii multi & Syriani Christiani quidam in Turchis obnoxii, qui fugam simulantes audacter exibant, in castris mendicantes & castrorum explorantes consilia in vrbem importabant, quod multum nocuit Christianis. Ibi in castris Christianorum tanta fames facta est, quod Azelli onus vendebatur octo puratis, q. valet denariorum auri solidos 20. Factum est autem prœlium magnum ante Antiochiam circa pontem, in quo innumeri pagani ceciderunt, & tantus timor illos inuasit, vt subsequens præcedentem, vt fugere posset, prosterneret. Dux itaque Godefridus vt vidit quod illos nemo ferire poterat, nisi post dorsum, equo celeri volitãs, anticipauit pontis introitum, illi fugere ceperant, armaq; sua in terram proiecerant, gladium ducis vt mortem expauescebãt, & tñ vitare non poterant: ille, extensis brachiis, ense nudato, eorum ceruices amputabat, illi minime renitentes nuda corpora inuiti offerebant. Cumq; vnus ex eis audacior cæteris, & mole corporis præstantior & viribus, vt alter Goliath, robustior ducẽ videret sic in suos sæuientem sanguinis, calcaribus vrget equum aduersus illum, & mucrone in altum sublato totum super verticem ducis transuerberat scutum, &, nisi dux ictui vmbonem expandisset, & se in partem alteram inclinasset, debitum mortis persoluisset. Dux igitur Godefridus, ira vehementi succensus, ensem eleuat, cumque

Annona caritas.

cumq; à sinistra parte scapulas tanta virtute intorsit, q. pectus medium disiunxit, spina & vitalia interrumpuntur, & sic lubricus ensis super crus dextrum integer exiuit. Sicque caput integrum cum dextera parte corporis immersit gurgiti, partem, qua equo præsidebat, immisit ciuitati. Ad quod horrendum spectaculum omnes, qui in ciuitate erant, confluunt, & videntes sic admirati sunt, commoti sunt, conturbati sunt, tremor apprehendit eos. Erat in obsessa Antiochia quidam Admiratius Turchorum, nomine Pirrhus, qui fœdus amicitiæ per fideles internuntios cum Boemundo inierat, fama eiꝰ allectus. Hic Boemundo filium suum misit obsidem, & tradidit ei tres turres, quas tenebat. Et sic tandem cepta est ciuitas Antiochena. Cassianus aũt Dominus Turchorũ inter fugientes delituit, eius caput Armenii abstulerunt & Boemundo detulerũt. Corberannus aũt Princeps eorum, quiq; ad auxilium Antiochiæ confluxerant, accepta licentia fœuiendi in Christianos, à Caliphæ suæ gentis Apostolico innumeras gentes sibi coagulauerat, inter quos & Admiratius Ierosolimorum, & Rex Damascenorum erant. His Antiochiam appropinquantibus obuiauit Sensadolus, Cassiani filius, qui dedit Corbetanno municipium fortissimum, q. vrbi imminebat. Quo facto Corberannus ciuitatem obsidet, ad quem venit ibi mater eius centenaria & auguratrix ac sortilega, prædicens ei, quod, si pugnaret cũ Christianis, superandus esset ab illis metu Saracenorum, an fugerent de exercitu Christianorum, funibus dimissi per murum. Fames ẽt in ciuitate inualuit. Cuidam vero sacerdoti apparuit Dominus cum beatissima Genitrice sua, & Petro Apostolo, cruce super caput resplendente, exprobrans beneficia, quæ Christianis contulerat, & ingratitudinẽ eorum cum mulieribus fornicantiũ. Cumq; minaretur se vindicaturũ de illis, & mala sua illis redditurũ, mater misericordiæ, & B. Petrus cecidерunt ad pedes eius, supplicantes, ne pro paucorum culpis cũctis iraſceretur. Qui precibus eorũ acquiescens dixit presbytero, vade & dic populo meo: O lupanar & prostibulum, & oẽm à vobis amouete abusum, & infra quinq; dies si reuersi fueritis ad me, reuertar ad vos, & oportunum vobis proui debo auxiliũ, & interim quotidie cantetur Responsorium: *Congregati sunt inimici nostri*, &c. Cuidam aũt peregrino, Petro nomine, apparuit S. Andreas Apostolus, demonstrans ei locum in Ecclesia B. Petri, in quo inuenienda erat lancea Saluatoris. Non multo post ignis de cœlo cadere visus est in castris Turcorũ de nocte panis paximatius, i.e. permodicus bisanteo vẽdebatur, equinæ carnes & asininæ pro imperialibus computabantur deliciis. Hãc passionẽ continuam toleraverunt diebus 36. Tredecim homines laboriosi ac strenui foderunt à mane vsq; ad vesperam, & inuenerunt lanceam Dñi; cum aũt Christiani exirent de ciuitate, & pugnam contra Caberannum quædam Ducẽ, pluuiola tanquã roscida stilla cecidit super eos, equos & equites lætificans, vt equi & equitum animi exhilarescerent. Erat n. pluuia tam subtilis, & modica, vt magis sentiri posset q̃ videri nisi multo post ab ipsis montibꝰ exire visus est exercitus innumerabilis equis albis insidẽs, cuius agminis Duces erant S. Georgius, S. Demetrius, & S. Mercurius ille qui Iulianũ Apostatam interfecit, victi ergo Turchi fugerunt. Ibi capti sunt equi multi & mulæ, oues & boues & gazæ innumeræ, in ciuitate reductæ fuerunt: & hoc prælium factum est 4. Cal. Iul. Requieuerunt deinde Christiani in Antiochia 5. mensib. & 9. dieb. post hoc ventũ est ad Mariam ciuitatẽ opulentam, quæ ẽt capitur à nostris, morati aũt sunt in ea per mensem 1. & 6. dies: ibi passi sunt Christiani famem validam, vt Turchorũ carnes comederent. Anno Dñi 1099. Christianos Turchis forte debellantibus, eorumque vrbes & castella sibi bellando vendicantibus, exercitus cum Dei diuino monitu interiora terræ S. profectus, larga Dei manu refocillatus est, quia ciues & castella illius regionis legatos cum multis muneribus ad eos mittebant, parati ẽt oppida & vrbes eis tradere, à quib⁹ Christiani securitate accepta, & indictovrbis tributo, interim ẽt multitudo eorũ sibi se subtraxerat ad eos apud Tyrum recumbentibus: tandẽ peruenerũt vsq; Ierosolimam, eaq; obsessa cum laborarent pro victu & maxime pro aquæ penuria, oẽs ex causa decreto nudis pedibus orando quotidie circuibant vrbem. Cum hæc paterentur, pares à longo terræ spatio ligneas trabes adduci faciebant, quibus turres & machinæ fierent, vnde ciuitatem expugnarent: quibus adductis, Dux Godefridus suã turrim extruxit ab Occidente plaga prope vrbẽ, & Comes S. Egidii à meridiana parte suum castrum statuit: sexta vero feria, obsidionis die 39. aurora lucem coruscãte turres egregii bellatores ascendunt & schalas manibus apponũt: illic eminebat in sua turri Dux Godefridus, qui sagittis inimicorum pectora & vtraque latera transforabat, & apud eum steterunt Balduinus, & Eustatius fratres eius, vt leones, & dum sic supermœnia pugnabatur, processio circa ipsum agebatur & cruces, ac reliquiæ ac sacrata altaria deferuntur: tota itaque die alternis ictibus decertatum est, sed vt approp-

Apparitio sancti cuidam presbytero.

pinquauit

pinquauit hora, qua Saluator omnium crucem subiit. Miles quidam Letoldus de cástro Godefridi ducis eius muro primus insiliit, eumque secutus est Aquitanus qui leo-
Capitur Ierosolyma. nem propria manu ac virtute prostrauit & occidit. Statim Godefridus milites suos sequitur, & omnes alii milites Ducem suum. Tunc vero arcus & sagittæ dimittuntur & fulminei enses arripiuntur, quibus visis hostes murum deserunt, & ad terram dilabuntur: milites prope celeri gressu cum magnis vocibus persequuntur. Qui manus Christianorum euadere poterant, templum Salomonis intrauerunt. Dum nostri abdita templi irrumpunt, eosque misera morte pessundarunt: tantum humani sanguinis fusum est, vt cæsorum corpora, vnda sanguinis impellente, voluebantur per pauimentum, & brachia, siue truncatæ manus super cruorem fluctuabant & extraneo corpori iungebantur, ita quod valebat discrimen, cuius erat corporis brachium, quod truncato corpori erat aduentum: ipsi et milites, qui hoc carnificium operabantur, exalan-
Godefridus rex Ierosolymorum. tes calidi cruoris nebulas vix patiebantur. Quibus peractis, & paucis diebus transactis, ordinatur Godefridus Dux præfatus Rex Ierosolymorum. Iamq; Principibus de repatriando agentibus, ecce rex Saracenorum ad eos debellandos venit Ascalonam cum centum millibus equitum, & 400000. peditum: quibus cum occurrisset exercitus Ducis, in quo non plus quam 5000. equitum, & 15000. peditum erant, Deo pro seruis suis ad se reclamantibus pugnante, vt nube eos ab æstu Solis defendente, Saraceni, solo impetu Christianorum territi, fugerunt, & in hoc bello quarto Calendas Augusti facto cæsa sunt centum millia paganorum: in porta vero Ascalonæ suffocati ad duo millia, & eorum, qui in mari perierunt, & inter lpmeta siluarum pereuntium numerus nescitur. Capta est igitur Ierusalem post annos circiter quadringentos sexaginta, ex quo sub Heraclio Imperatore secunda vice capta & possessa est à Christianis. In ista autem sancta expeditione Theodoricus Comes Hollandiæ rex fuisset, si debilitas corporis non obstitisset. Attamen corde pergens permisit plerosque suos nobiles ire cum Roberto Comite Flandriæ fratre suo, inter quos creduntur fuisse Theodoricus filius, Dominus de Brederoeden, & Iohannes Dominus de Arckel, qui in terra sancta obiit. Duce igitur Godefrido in regem Ierosolymorum electo, cæteri Principes repatriant, in qua plura bona faciēs in terra sancta per totam vitam suam permanit. Quare eo defuncto absque liberis successit ei in regno Ierosolymorum Balduinus frater eius, qui etiam multum gloriosus fuit, & multis vicibus suis satis egregie aduersus infideles paganos triumphauit.

LIBER XVI.

CONTINET HISTORIAS VIGINTI DVORVM ANnorum, quibus Comes Florentius Crassus Hollandiam rexit, cum quibusdam euentibus illius temporis: & habet capitula tredecim.

De Florentio Crasso Comite Hollandiæ.

CAP. I.

QVONIAM autem gesta Theodorici Comitis Hollandiæ VII. iam descripsimus, quo Theodorico Comiti Hollandiæ prædicto Florentius, huius nominis vigesimus tertius, filius eius, octauus Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ effectus est. Hic Florentius duxit in vxorem Petronellam, filiam Theodorici Ducis Saxoniæ, sororem Lotharii Cæsaris: & hic genuit Theodoricum sibi succedentem, Comitem Florentium Nigrum, & Simonem Domicellum, nec non Hadvvichim Comitissam Geldriæ. Hic Comes, Florentius, dictus Crassus statura fuit procerus & egregius, multum pacificus, largus eleemosinarius, cunctis proficuus, & nemini nocuus, qui primo genitores suos patres, & antecessores Comites in diuitiis excessit, & virtutibus superauit.

De processu Ducatus Lotharingiæ.

Cap. II.

GODEFRIDVS cum barba, Comes Louanienſis & Bruxellenſis circa hæc tempora iterum comparauit, ſeu recuperauit ducatum Lotharingiæ & Brabantiæ, qui parentibus ſuis ſubtractus fuit: recuperauit autem tali modo: cum enim Godefridus de Bullion, dux Lotharingiæ, rex Ieruſalem, obiiſſet, ſucceſſit ei in ducatu Lotharingiæ Henricus dux Limburgenſis, infideliſſimꝰ hominum: tempore enim Henrici IV. Imperatoris Romanorum, ſurrexit in eund. Henricum Imperatorem filius ſuus Henricus, qui & patrem ab imperio repellere nitebatᵗ, vt ipſe imperaret: vnde magna guerra ſurrexit inter patrē & filiū conſilio & auxilio iſtius hominis Ducis Lotharingiæ, & Limburgiæ. ꝙ Henricus dux ab imperatore ad filiū animo tranſiens cum contra patrem ſuum conſilio & auxilio animaret, & à filio ad patrem rediens, partes filii debellauerit, capiens munera ex vtraque parte ab vtroque, mortuo autem patre Leodii inuinculis, Henricus quintus filius eius in Imperatorem coronatus, recordans infidelitatem Henrici ducis, diffidauit eum, & imperialiter accepit omnia bona ſua, quæ habuit ſub imperio, ac reus læſæ maieſtatis à principibus iudicatus tandem cepit eum, & cuſtodiæ mancipauit, de qua tamen cuſtodia per induſtriam ſuam euaſit: ſed ducatus Lotharingiæ & Limburgiæ datus eſt Godefrido cum barba ſupradicto, viro conſtanti & peroptimo, quem Imperator Henricus quintus ordinauit ducem Lotharingię & Brabantiæ, & ſic Lotharingia & Brabantia denuo iuſte venit ad veros heredes ſuos, ſcilic. ad ſucceſſores Gherbergæ comitiſſæ Louanienſis, & Bruxellenſis, de qua ſuperius dictum eſt in libro nono, capitulo ſexto. Igitur Godefridus cum barba per maxima bella obtinuit contra Henricum non ſolum Lotharingiam & Brabantiam, ſed etiam omnem tranſoccidentalem, vltra Moſam pertinentem ad ducatum Limburgenſem. Hic Godefridus Dux Lotharingiæ genuit ex vxore ſua Godefridum ſibi ſuccedentem, Henricum Monachum Afflegenſem, Aleydem Reginam Angliæ, Idam Comitiſſam Cliuenſem, & Claram virginem. Hic dux obiit, poſtquam Lotharingiam quadraginta annis rexiſſet, & ſepultus eſt in Affligenſi monaſterio: quo defuncto, filius eius Godefridus ei ſucceſſit, ducens in vxorem Luytgardam ſororem Imperatoris Romanorum, ex qua genuit Godefridum ſibi ſuccedentem: hic iuge bellum habuit contra Henricum filium Henrici ducis Limburgenſis, ducatum Lotharingiæ, & Brabantiæ recuperare volentē. Is poſtquam quatuor annis Brabantiam rexiſſet, obiit, ſepultus Louanii in Eccleſia ſancti Petri, poſt cuius obitum ſucceſſit ei Godefridus filius eius pariter & infans fere vnius anni, qui cum cunabulo portatus fuit ad bellum contra dominos de Grunberghen, quos exercitus ſuus deuicit. Hic decimo octauo ætatis ſuæ anno duxit in vxorem Margueretam filiam ducis Limburgenſis, vt ſic tota guerra eorum ſopita. Et pro dote Henricus Dux cōtulit ſibi medietatem ducatus Limburgenſis, aduocatiam Sancti Trudonis, caſtrum Rode cum redditibus eius ciuitatis. Ex qua genuit Henricum huius nominis primum ducem ſibi ſuccedentem, & Albertum Epiſcopum Leodienſem: quadefuncta, duxit aliam vxorem, ſcilicet Imaniam filiam Comitis Loſſenſis, ex qua genuit Guilhelmum primum ducem de Parwys: & ab eo conſequenter deſcenderunt duces de Parwys. Hic poſtquam rexiſſet quadraginta quatuor annis, obiit & ſepultus apud Margueretam primam vxorem ſuam Louanii fuit. Huic ſucceſſit primus filius eius, qui duxit in vxorem Machtildim filiam Comitis Bononienſis Matthei, ex qua genuit Henricum ſecundum ducem ſibi ſuccedentem, Godefridum de Louanio, Mariam, Romanorum Imperatricem, vxorem ſexti Otthonis Imperatoris, Aleydam Comitiſſam Aluerniæ, Sophiam Comitiſſam Gelriæ, Machtildim Rheni Palatinam, duciſſamque Bauariæ, quam poſt mariti mortem duxit in vxorem Florentiᵘ Comes Hollandię, & genuit ex ea Wilhelmum Regem Romanorum, Comitemque Hollandiæ.

Moritur Godefridus cum barba.

Ducatus Parwys vnde originem habuerit.

De donatione facta monaſterio Egmondenſi per Florentium Comitem.

Cap. III.

ANNO Domini milleſimo centeſimo octauo Florentius, Comes Hollandiæ, dona aliqua contulit monaſterio Egmondenſi ſub hac verborum forma. In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Ego Florentius, Hollandenſis Comes, Dei gratia, reputans mecum incertos caſus humanæ fragilitatis, decreui iuſtis petitionibus aſſen-

Anno Domini 1108.

Forma donationis.

sum præbere, vt diuinam misericordiam in illo districto examine placabilem mereat habere. Quia notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris Christi fidelibus dulcissima interuentione Athallardi Abbatis, Egmondensem Ecclesiam digne regentis, cuius donatio ab antecessoribus nostris legitime ad nos perlata ciuibus Heygonienfibus illud statutum, quod prolepultura iniuste & immoderate, magis ab eis extorquebatur quam dabatur. Ab hac die præsenti perdonamus ac deinceps ac perpetuum per hanc chartam perdonatum esse volumus ea conditione vt dicimus, de omnibus fructibus, quos eorum terra protulerit, sic vt vbique iuste fit, sine vllo malo ingenio male persoluent. Insuper de pullis equarum, vaccarum, & de gregibus ouium, porcorum, anserum quod iure dent, adimpleant. Si quis vero (quod futurum non credimus) successorum nostrorum vel Abbatum vel extraneorum hoc testamentum infringere, vel aliquo modo immutare voluerit, iram Dei & omnium sanctorum eius incurrat, & hoc, quod nititur, nunquam perficere valeat, sed cum Iuda traditore Domini, & diabolo & angelis eius in die iuditii, & cũ his, quorũ vermis non moritur, & ignis qui non extinguitur, partem possideat. Qui autem hoc nostrum seruauerit præceptum, gloriam & honorem, & benedictionem percipiat à Domino, & misericordiam consequatur, & gratiam in auxilio oportuno. Et vt nostræ concessionis authoritas stabilis & inconuulsa omni tempore permaneat, duos probos homines, Wolfardum & Hericonem, hoc sana mente in præsentia omnium fecimus confirmare: deinde hanc chartã conscribi, sigillo nostro, & dilectissimi Deo nobisq; Athallardi Abbatis percipimus corroborari. Huius rei testes sunt Dominus Athalardus abbas, Athiv vinus decanus, Balachus Andreas, & tota Deo dilecti Sancti Athalberti congregatio presbyteri seu clerici Reymoldus, Vlbodo, Laici: Florentius Holtlandensis Comes: Galo, & Ysbrandus, fratres ipsius Abbatis, Dodo miles Comitis, & Theodoricus filius eius, Wolpartus & Ludolphus & alii q̃ plures, & innumerabiles, & maxima pars populi istius. Actum est hoc publice in Egmonda, in Ecclesia S. Petri Apostoli, anno incarnationis Domini millesimo centesimo octauo, indictione secunda, octaua Paschæ, regnante quinto Henrico, tertio anno imperii sui, Burchardi Traiectensis Episcopi anno episcopatus sui nono, in Dei nomine feliciter amen.

De processu Comitatus Flandriæ.

CAP. IV.

Anno Domini MLIII.

ANno Domini millesimo centesimo vndecimo Robertus Friso Comes Flandriæ, auunculus Florentii Comitis Hollandiæ, inuitatus fuit à Luduico Rege Franciæ, nepote suo, contra Dammetmos, qui superbe equitans corruit sub equo, & sic tandem de illa infirmitate obiit in anno iam dicto, & sepelitur in Atrebato in Ecclesia S. Vedasti, cui successit filius eius, Balduinus Hapkyn, alio nomine dictus Graeffbylken: hic fuit cquisllimus iustitia, magnus & strenu⁹. Dicitur autem hic comes fortuus, quia in magna iustitia eliminauit maleficos & raptores: Flandria enim milites nobiles suspendit pro raptura perpetrata: qui postquam Flandriam rexisset octo annis, resignauit Comitatum Carolo, filio materteræ suæ, Reginæ Daciæ, nepoti suo, & intrauit religionem, in qua fine liberis obiit, sepeliturq; in S. Audomaro, in Abbatia S. Barchuti. Hic Carolus fuit filius S. Canuti martyris, Regis Daciæ, ex Adela filia Roberti Frisonis senioris, quæ fuit Balduvvyni Affkyts matertera. Hic S. Comes Carolus fuit valde iustus & nepos Florentii Comitis Hollandiæ in supremo gradu. Is etiam sanctus, iustitiam fouendo, minas inferebat malefactoribus, maxime præposito sancti Donatiani Brugis, ideo prædicti malefici interficiunt pro iustitia istum sanctum Comitem in Ecclesia sancti Donatiani, postquam nouem annis Flandriam rexisset, & sepultus est in Ecclesia Sancti Christophori. Perierunt autẽ morte omnes interfectores huius sancti martyris. Cum Luduicus Rex Franciæ cognouisset interfectionem istius beati Comitis, venit in Flandriam, & vindictam fecit de nece eius, ordinans in Comitem Flandriæ Wilhelmum Ducem Nortmanniæ. Hic Wilhelmus, Dux Nortmanniæ, & Comes Flandriæ tirannizauit in Flandria, fornicationesque maximas exercuit cum sua familia: quare Flandrenses commoti vocauerunt Theutonicum Comitem Alsatiæ, filium Gertrudis, filiæ Roberti Frisonis senioris, vt efficeretur eorum Comes. Hic etiam fuit nepos Florentij Crassi, Comitis Hollandiæ in primo gradu, sicut & prædictus: qui cum in Flandriam veniisset, Wilhelmus Dux Nortmanniæ obsedit eum in Aelst oppido, & eece quidam sagittarius ex eodem oppido Alosto eund. Ducem sagittauit cum venenosa sagitta: quare idem wilhelmus obiit, postquam Flandriam rexisset quindecim mensibus, & successit ei Theodoricus præfatus. Hic Theodoricus filius

filiæ

filiæ Roberti Frisonis senioris, prius Comes Alsatiæ successione paterna, nunc successione materna efficitur Comes Flandriæ. Porro cum Ludouicus Rex Franciæ pergeret Ierosolymam, & oppugnaret Saracenos Ierusalem obsidentes, perrexit cum eo iste Theodoricus Comes Flandriæ: & quia egregie se habuit in debellatione Saracenorũ, Fulco rex Ierosolimorum dedit illi Sybillã filiam suam in vxorem, quorum nuptiæ celebratę sunt in ciuitate S. Ierusalem in præsentia Regis Franciæ, cæterorumq; regum & principum Christianorum: ex qua genuit Balduuinum iuuenem, Philippum succedentem Comitem Flandriæ, Arthesii & Weromandæ, Matheum Comitem Bolonien-
10 sem, Petrum Episcopum Cameracensem, Margaretã Comitissam Hannoniæ, Gertrudem sanctimonialem in Meeflene: de isto Philippo, Flandrensi Comite, inferius dicetur in libro decimo octauo.

*De obitu Buchardi Episcopi Traiectensis, & substitutione * Godevvaldi, vicesimi quarti Episcopi.* * Beha habetur Godebold.

CAP. V.

ANNO Domini millesimo centesimo duodecimo Burchardus, Episcopus Traiectensis, quinto decimo Calendis Iunii requieuit in domino, postquam tredecim annis præfuisset Episcopio, qui in Ecclesia Traiectensi apud priores pontifices reconditus est: quo defuncto, Godevvaldus, natione Friso, 24. cathedratus est Episcopus,
20 vir mansuetus, prudens & religionis amator præcipuus. Eodem quoque anno Rodolphus maior præpositus Traiectensis à suis aduersariis interemptus est. His temporib. quidam Hildebrandus Cardinalis, & Apostolicę sedis Legatus deuenit in Galliam, vt ibi aboleret simonię perfidiam. Cum autem ipse Cardinalis aduersus diffamatum Episcopum processisset, & idem Episcopus testes, ipsum accusantes, pretio subarrasset: dixit idem Legatus: *Cessęt humanum iudicium, producatur diuinum oraculum*: cum certum sit, quod Episcopalis gratia donum sit sancti spiritus: & si in emtione pontificii non sis cõsors Simonis magi, dic: *gloria Patri & Filio & Spiritui sancto*. simoniacus igitur absque formidine distincte, *gloria Patri & Filio*, protulit, veruntamen, *& Spiritui sancto*, nequaquam proferre potuit: sed postquam idem ab Episcopatu fuit destitutus, totum illum ver-
30 siculum sine obstaculo legit. *Anno Domini millesimo centesimo duodecimo Burchardus Episcopus Traiectensis sedit annis tredecim. moritur Burchardus Episcopus Traiectensis.* *Eodem tempore.*

De ecclesia in Medenblick donata Canonicis in Ecclesia S. Martini in Traiecto.

CAP. VI.

ANNO 1118. Godevvaldus, Episcopus Traiectensis, donauit Ecclesiam de Medenblick, id est, præposituram Westtrisiæ, canonicis S. Martini in Traiecto cum tali Episcopali bulla. *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.* Sanctæ Ecclesiæ rectorib. summopere incumbendum est subditorum necessitati, subuenire commodis temporalibus, vt possint vacare spiritualibus: corpus enim dum arctatur penuria, haud facile contemplatur cælestia. Vnde ergo Godevvaldus, Dei gratia, Traiectensis Episcopus fra-
40 trũ charitati condescendens, & pro se in posterum consulens, Ecclesiam quandam in occidentali Frisia in villa, quę Medenblic appellatur, cum omnibus suis appendentiis, & censu ad cameram Episcopalem pertinentem, & oblationibus vtilitati fratrum, in Ecclesia B. Martini Deo famulantium, in memoriam nostram concessi, ita, vt per omnia per manus eorum ad arbitrium suum disponantur. Datum anno dominicæ incarnationis 1118. indictione duodecima. Hanc autem conditionem litteris præsentibus firmauimus sigilli nostri impressione. *Anno Domini 1118.* *Bulla donationis.*

De initio Comitatuum de Marcha, & de Monte.

CAP. VII.

ANNO Domini millesimo centesimo vigesimo primo, Imperante Henrico quinto, Imperatore Romanorum, erant duo fratres Romani de genere Vrsinorum, militiæ dignitate ornati, quorum senior dicebatur Adolphus, & minor nominabatur Euerhardus. Istis ergo fratrib. militib. idem Imperator donauit specialia loca in VVestphalia ad inhabitandũ cũ suis posteris. Adolphus ergo eõstruxit castrũ Volues Berghe, q. castrũ reputabat Comes de Arsberch dño suo nimis, ppinquũ esse locatũ: quare & armata manu obsedit, vt destrueret, sed nequit & castrum illud de cętero appellabant Altena. Euerhardus. a. constituxit castrũ aliud, q. nominauit Aldeberga, in terra Montensi. Ditati sunt igitur isti duo fratres milites, & Imper. præfatus ordinauit eos Comites, Adolphũ creauit Comitẽ de Altena, & Comitatus ille hodie nominat Comitatus *Anno Domini 1121.*

Comitatus de Marcha.

de Marcha: Euerhardum vero fecit primum Comitem Montẽsem. Tandem Euerhardus, non generans proles, dimisit Comitatum suum fratri suo Adolpho, & factus est monachus, in omni humilitate Deo seruiens. Igitur cum duo milites, peregrinationis gratia pergentes, repperissent Euerhardum in abiecto habitu Deo seruientem, & hoc in reditu fratri suo Adolpho Comiti indicassent; idem Adolphus perrexit ad fratrem suum, vt eum de monasterio reuocaret: sed ille, constanter perseuerans, noluit exire; imo petiit à fratre suo Adolpho, vt de castro suo Aldenberch monasterium construere vellet: quod & ita factum est. Castrum igitur istud situatum erat prope aquam, dictam Bune. Deinde anno Domini 1056. Adolphus Comes de Altena, & Monte, reliquit Comitatẽ suos filio suo Adolpho, & factus est in eodem monasterio monachus. Euerhardus autem postmodum factus Abbas monasterii sui, secundus aũt Adolphus genuit Euerhardum Comitem de Altena, & Egbertum Comitem Montensem. Euerhardus autem genuit Fredericum & Adulphum, sub quo Comitatus de Altena appellabatur de cetero comitatus de Marcha. Qui Vlricus genuit Engbertum & Euerhardum, qui Engbertum, qui Adulphum Comitem Cliuensem, & de Marca. Porro Engbertus comes Montensis genuit Adulphum, qui Engbertum, qui Adulphum Comites: sicq; de istis descenderunt comites Montenses, qui postmodum duces effecti sunt.

Euerhardus primus Comes Montensis.

Euerhardus Comes fit monachus.

Adolphus Comes etiam monachus factus

De fundatione monasterii in Oistbroick, & de renouatione monasteriirẽ gularium in Middelburch.

CAP. VIII.

Ex Beka, verbotenus.

ANNO Domini milleſimo centeſimo viceſimo primo Godevvaldus Epiſcopus Traiectẽſis ſuperædificauit in paluſtri ſolitudine de Oeſtbroeck cœnobium monachorum & monialium in honorem S. Mariæ, perpetuę virginis, & S. Laurentij, pretioſi martiris. Quod monaſterium propter arctam religionis obſeruantiam dicebatur olim carcer ordinis: ibid. enim fuit maxima congregatio, & rigor monaſticę diſciplinæ ſecundum regulam S. Benedicti diſtrictiſſime pullulauit. Hic etiam Epiſcopus regulares canonicos habitantes in Middelborch, apud Walachriam, propter eorum inordinatam obſeruantiam ſiue conuerſationem, expulit, & religioſos monachos ordinis Præmonſtratenſium de cœnobio S. Michaelis in Antverpia illuc tranſtulit.

Monaſterii in Oeſtbroeck quod Carcer ordinis dicitur.

Præmonſtratenſes Antuerpia Middelburgum adducuntur.

De ſeditione orta in Ciuitate Traiectenſi.

CAP. IX.

ANNO Domini, quo ſupra, quintus Henricus, Imperator Romanorum, Pentecoſten apud Traiectum celebrat, ibiq; orta eſt ſeditio inter eiuſdem Imperatoris armigeros de re modica, vti ſæpe conſueuit fieri, & vſq; ad milites armatos peruenit, & in tantum ſeditio illa excreuit, vt Imperatoris amici Epiſcopum Traiectenſem, Godevvaldum, cum amicis ſuis intra monaſterium fugere compellerẽt, pleroſq; caperent, alios etiam trucidarent. Ipſe vero etiam Godevvaldus Epiſcopus captus eſt in monaſterio, & Imperatori præſentatus, cuſtodiæ regis deputatus, à qua non longo tempore in Traiecto poſtea fuga elapſus ſoluitur: omnia quippe iſta machinamenta erant acta nomine cuiuſdam Ghisberti, qui Epiſcopum Godevvaldum infeſtabat, qui poſtea iuſſu Imperatoris capitur, & decapitatur. Eodem etiam anno Eccleſia S. Petri Apoſtoli in oppido Leydenſi eſt conſecrata.

De impetratione pontificalis inſulæ pro Epiſcopis Traiectenſibus.

CAP. X.

IIs etiam temporibus Remis generale concilium celebratum eſt, vbi de multis vtilitatibus Eccleſiæ diffinitum fuit. Godevvaldus autem Epiſcopus Traiectenſis, illis diebus ægrotans, oportunitatem abſentiæ ſuæ per vicinos Epiſcopos domino Papæ litteratorie conſcripſit. Quinimo ſanctitatem ſummi Pontificis humiliter exorauit; quatenus reuerenter Eccleſiæ Traiectenſi ſibi ſuiſque ſucceſſoribus concederet vſum Pontificalis infulæ, quo prædeceſſores ſui fruſtrati fuerant longo tempore. Alexander autem Apoſtolicus, huius nominis tertius, prædilecti ſui Godevvaldi Epiſcopi deſideratam epiſtolam gratanter accepit pro mutuæ dilectionis affectu, ſupplicationem ſuam clementer admiſit, mittens ei deſuper bullam papalem ſub hac forma. Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri, Godevvaldo, Epiſcopo Traiectenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Godevvaldus Epiſcopus Archiepiſcopalẽ infulam impetrat à Pontifice.

Forma litterarum Pontificis ſummi ad Godevvaldum.

Nos

Nos quidem personam tuam interesse sperabamus. Cæterum sicut ex fratrum tuorum, quos ad nos misisti, assertione cognouimus in itinere, adeo impeditus es, vt ad nos sine graui periculo minime poteras peruenire. Propter quod absentiæ tuæ, paternæ dilectionis intuitu, protinus confidentes, quin in Dei Ecclesiæ tuæ seruitio deinceps secundum volũtatem tuam perseuerare fæliciter debeas. Porro propositos illos, quia te nostra vice mutatiad consilium se minime præsentauerunt discretioni tuæ cõiunctius, quatenus canonicam iustitiam de eis exequatur. Propterea quod in præmissis à te factum fuerit, hoc ratum habebimus: contra per cõmissæ tuæ Ecclesiæ reuerentiam, & nostræ diuturnæ dilectionis ad inuicem affectu, Episcopalem mitram tibi tuisque successoribus deferendam concedimus. Datum Remis, tertio Calendas Nouembris, Indictione duodecima.

De obitu Florentii Comitis Hollandiæ.

CAP. XI.

Anno Domini 1122. moritur Florentius Comes Hollandiæ. Alii vt Beka annis XXX.

ANNO Domini milleſimo centeſimo viceſimo ſecundo Florentius Comes Hollandiæ, & confrater Eccleſiæ Traiectenſis, ſexto Nonas Martii migrauit ab hoc ſæculo nequam, poſtquam annis * viginti duobus cum magna tranquillitate, & pace rexiſſet Hollandiam: qui prope primogenitores ſuos in Egmondenſi monaſterio tumulatus fuit, vbi ſub petra marmorea ſatis honorifice requieſcit. Hic itaque Florentius Comes auxit præbendam & veſtimenta fratrum Egmondenſium in omnibus, obtulitque Deo quatuor cappas, dalmaticamque pretioſiſſimam, codicem argenteum deauratum ad ſcrinium ſancti Athalberti, marcam auri, & vnum monile. Petronella vero, vxor eius, obtulit pro ſalute eius ad eundem locum dorſtile vnum & caſulam, terram etiam duas libras ſoluentem.

De obſidione caſtri Sculenborch.

CAP. XII.

ANNO ſequenti Imperator Henricus in æſtate ad fines Occidentis deſcendit, & caſtrum Sculenborch ad iniuriam Epiſcopi Traiectenſis, Godevvaldi, obſedit. Lotharius vero, dux Saxoniæ, & frater Petronellę Comitiſſę Hollandiæ & Epiſcopus Monaſterienſis, fautores pontificis Traiectenſis, vt prædictum caſtrum ab obſidione ſoluerent, capta acie vadunt, & non longe ab inuicem ſixis caſtris reſident: palus quippe interiacens, ne aggrederetur, eos detinuit. Tandem Lotharius dux, motis caſtris, ſuper Dauentriam iruit, taliter ſperans Imperatorem ab obſidione diſceſſurum, & pugnandi ſibi locum fieri. Quidã vero de parte Monaſterienſis Epiſcopi cum prædabundi prædictam villam inuadunt, villam tranſcendunt, propugnacula magna ex parte diruunt. villã vero, prout res ipſa monebat, ipſi villani fortiter defenſarunt, ipſos repellendo: ſicq; aliquibus amiſſis in campo proximo permanſerunt. Quo audito Imperator caſtrum deſerit, Dauentriæ auxilium laturus tendit, & caſtrenſes ſic ab obſidione ſoluuntur. Dux autem Lotharius caſtrenſibus in Sculenborch vires reparat & ipſum caſtrum victualibus replet. His actis voti ſui compos remeat.

De malo Regimine monaſterii Egmondenſis.

CAP. XIII.

Anno Domini 1124. moritur Athallardus Egmondenſis. Aſcelinus ab hac conſtituitur.

ANNO Domini milleſimo centeſimo vigeſimo quarto Athallardus, Abbas Egmondenſis, morbo grauatus obiit, & ſepultus eſt in Eccleſia Parochiali Beatæ Mariæ, quam ipſe conſtruxerat ſub Sarcophago ante Chorum. Quo defuncto, prædicta Hollandiæ Comitiſſa Petronella, quia filii ſui adhuc paruuli erant, loco illorum Comitatum Hollandię regebat: ſed quia muliebris ſexus facilis eſt ad circumuenendum, circumuenta eſt à quibuſdam potentibus familiaribus ſuis, vt capellanum ſuum, Aſcelinum nomine, à fratribus Egmondenſibus monachum ſuſcipi iuberet, vt illo ſtatim Abbate conſtituto, ipſa de ſubſtantia Eccleſiæ ſuo commodo & voluntati liberius conſuleret. Effectum igitur habuit ſuggeſtio peruerſorum, & homo ſimplicis naturæ, & ignarus penitus Monachi ordinis, nomine tantum eſt abbas conſtitutus. Cæterum res eorũ in manus deueneruntalienæ poteſtatem. Et erat vnde miſeria filiis penuriam patientibus externis de eorum depreſſione gloriantibus. Propterea reſpectu magis auaritiæ q̃ timoris domini ſuggeſſerunt, vt deſtruerent templum videntes & quoniam anguſtum factum eſſet, tres conſtituti ſunt largi prælati Eccleſiæ, lupi

Abuſus rerũ religioni.

magis quam pastores, Folbertus Abbas, Algerus & Stephanus: qui occasionem nacti clandestinæ prædicationis sub specie consulendi prædas de eorum periculo exercebant, domum Dei paulatim exhaurientes: hominesque ecclesiæ suæ ditioni subiicientes, domus suas pecuniis impleuerunt: filii eorum, vt filii cognati & cognati per dotem Ecclesiæ possessionum nubebant & nubebantur, & sic paulo post res magnæ ad maximam exiguitatem deuenerunt. Et quia quæ non conueniebant fecerunt, conueniente malitiæ eorum pœna fuerũt puniti, pro sua ecclesia dimicãte, qui dixit, *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei:* omnes siquidem inopinata morte in dimidio dierum suorum in vno anno non in domibus neque in villis suis mortui sunt, posteris terroris exemplum reliquerunt: quia *qui destruit templum Dei, disperdet illum Deus*, non erant semen electum domini. Quod manus Dei ab initio præparauit ad destruendum, ædificandum & plantandum in nomine domini, vt per hoc non solum templi, & claustri, & officinarum renouaretur: sed magis morum, ordinis, religionis, & fratrum & miserabilis magnus defectus, fauente domino, & sancto patre Athalberto, consurgeret & melioraretur.

Puniuntur ii qui abutuntur rebus sacris.

LIBER XVII.

COMPREHENDIT GESTA QUADRAGINTA ANNORVM, quibus Theodoricus, sextus huius nominis, & nonus Hollandiæ Comes terram Hollandensem gubernauit, & gesta trium Episcoporum Traiectensium, scilicet Andreæ, Hertberti, & Hermanni, cum quibusdam incidentibus illius temporis: & habet Capita viginti tria.

De Theodorico Comite Hollandiæ nono.

CAP. I.

Latitia Beka.

REQVIESCENTE igitur Florentio Crasso, Comite Hollandiæ, in domino, Theodoricus, huius nominis sextus efficitur nonus Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & primus dñs Frisiæ. Qui duxit in vxorem Sophiam filiam Ottonis de Reynnghe, Comitis Palatini, de qua genuit Florentium sibi succedentem Comitem Hollandiæ, Ottonem Comitem de Benthe, Balduinum episcopum Traiectensem. Peregrinum vice Comitem Zelandiæ (iste Peregrinus fuit Burchgrauius Iselander & 1. dominus de Voren & reliquit vnicam filiam, quam duxit Comes de Seyn, & ab isto descenderunt domini de Voren) Sophiam Abbatissam Fontinellę, Hadvvych, sanctimonialem, Petronellam, pulcherrimam domicellam. Hic Theodoricus Comes habuit etiam quendam filium naturalem, Robertum nomine. Eisdem temporib, æstualis siccitas in Francia tantum efferbuit, vt deficcatis fontibus, puteis, cisternis, fluminibus & lacubus, flammeus ignis per rimas terræ erumperet, qui nullatenus per biennium extingui poterat.

Maxima siccitas.

De Lothario & donatione Comitatus Oostergoe & VVestergoe Comitibus Hollandiæ.

CAP. II.

Anno Domini 1125.

ANNO domini 1125. Heynericus Imperator, huius nominis quintus, apud Traiectũ ægrotans, decessit à valle præsentis miseriæ, cuius intestina recondita sunt in medio choro maioris ecclesię, eodem tumulo, quo pridem humata sunt viscera Cõrardi Cæsaris eiusd. Heynrici Abaui & Lotharius, dux Saxoniæ, egregius auunculus Theodorici Comitis Hollandiæ per principes illic electus est in Imperatorem, qui dehinc in throno regio laudabiliter est exaltatus. Hic Lotharius Imperator, frater Petronellæ Comitissæ Hollandię, Christianissimus fuit, & in multis contra Petrum Leonis iuuabat Innocentium Papam, huius nominis secundum, à quo coronatus est. Hic Lotharius Imperator abstulit Comitatum Oostergoe ab ecclesia Traiectensi, quoniam secundum antiqua priuilegia iterũ incorporauit Comitatui Hollandię. Porro in Oostergoe sunt oppida Lenvvardia & Dorkumega, & 3. abbatiæ sc. in Dockinga, ordinis Præmonstratensium: in Claercamp, ordinis Cistercienſium: & in Mariengaerd, ordinis Præmonstratensium. in VVesterghoe, a, sunt oppida, Stauria, Bolsvvardia, Sneeck, Sloten, VVoldekem, Francker. Abbatiæ in Stauria ordinis S. Benedicti: Oldenclooster seu Floricampi, ordinis Cistercienſium: Hidlum, ordinis Præmonstratensium.

De Andrea Episcopo Traiectensi vigesimo quinto, & fundatore monasterii Marienvveert.

CAP. III.

Anno

ANno Domini millesimo centesimo vigesimo octauo Godevvaldus, Episcopus Traiectensis, morbo grauatus in Oestbroick habitum religionis sacræ accepit, postquam Ecclesiam Traiectensem annis quindecim in Pace rexisset, qui demum secundo Idus Nouembris defunctus est, & in eodem monasterio satis honorifice tumulatus est. Defuncto Godevvaldo pontifice, Dominus Andreas, filius Comitis de Cuyck, vicesimus quintus est electus Episcopus, vir discretus, honestus, pius, & pacificus. His temporibus Theodoricus Comes Hollandiæ Primum Florentium Comitem proauum suum in Hamerteinsim vlcisci desiderauit: Hermanno Comitis de Cuyck, filio interfectoris eiusdem Florentii Comitis, vbiq; terrarum manifeste & latenter hostiles tetendit insidias, & crudeliter idem Hermannus interficitur: ita, quod nullo pacificatore mediante treugarum posset obtinere inducias. Andreas autem Traiectensis Episcopus per continuam interpellationem demum intercepit antiquam altercationis inuidiam, & per hunc modum inter vtramque partem firmam elaborauit amicitiam, vt Hermannus Comes peruaum Florentii Comitis monasterium construeret, & etiam p competentes prædictorum possessiones dotare promitteret. Igitur anno eodem fundatum est monasterium in Insula Beatæ Mariæ virginis, ordinis Præmonstratensium, q; sub monastica disciplina Deo deuote seruirent, & pro anima Florentii Comitis sanctis precibus Deum exorarent. Huius monasterii Abbas primus dictus Robertus homo fuerat mi ç sanctitatis. Iste Dominus Robertus Abbas cognatus erat Regis Anglię. Ob eius reuerentiam idem rex transmisit Roberto Abbati præfato 4. spiritualia dona, videlicet calicem aureum, ornamentum missæ valde pretiosum, pauimentum Ecclesiæ valde nobile, & quendam lapidem pretiosum sapphirum.

Anno Domini 1128. Godevvaldus Episcopus moritur in Osterbroeck.

Andreas 21. Vltra ieiti Episcopus.

Monasterii Mariæ vvert exstructum.

De Reformatione monasterii Egmondensis, & Guvvaltero Abbate.

CAP. IV.

ANno Domini millesimo centesimo vicesimo nono cum monasterium Egmondense tam in temporalib. quam in spiritualibus, quasi dilapidatum foret, & Ascelinus abbas vlterius prædictum monasterium gubernare non valeret, & iam inuite resignasset: inspirauit diuina gratia Andreæ Episcopo Traiectensi, vt Petronellæ Comitissæ, nomine Theodorici Comitis Hollandiæ, mitteret legatos ad Arnoldum Abbatem Gandensem pro monacho, qui esset idoneus animas regere, exteriora disponeret, & lapsa promoueret, quia in Egmonda monachi in pretio minus habebantur propter malum regimen præteritum. Qui venerandus Abbas, consilio cum suis inito & habito, proposito eorum satisfaciens, walterum, quem frequenter probum & vtilem probauerat, Egmondam misit. Quem Episcopus Traiectensis, Andreas, in vigilia natiuitatis beatissimæ virginis Mariæ ordinauit Abbatem octauum monasterii Egmondensis. Hic Walterus, venerabilis abbas, defectuni in omnibus inueniens, quid ageret, quo se verteret, nisi ad Deum & sancti Athalberti patrocinium, ignotauit: sed processu temporis, Dei gratia, in qua multum sperabat, prosperum successum habuit & omnia bene, & ordinate, quam exteriora, quam interiora componi ceperunt. Eius studio dum quale fuerit, præter cætera testis templum, & omnes eius officinæ. Cumigitur dictus Abbas præfuisset sex annis, Suvvardus, Episcopus suffraganeus Traiectensis, emit Egmondam, & consecrauit duo Altaria in monasterio Egmondensi: vnum in honorem Domini nostri Iesu Christi, & beatissimę virginis Mariæ, matris eius, & omnium sanctarum virginum: aliud in honorem sancti protomartiris Stephani, nec non Laurentij, Vincentij & omnium Christi martirum: igitur Dominus Abbas Walterus emit à Gosvvino, filio Ludolphi de Adrichem, pratum fœnarium vnius virgæ, quod erat in Wastbroick iuxta fœnariam terram Comitis. Is etiam dedit Bervvoldo, Ecclesiæ suæ aduocato, quinq; libras & massam pro terra in Ryswyck enbroick iacēte, persoluentem singulis annis octo libras. Venit etiam his temporibus de Poelgheest quidam, Bernardus nomine, ad cōuersionem, & obtulit Deo, & S. Athalberto pro anima sua & p animabus parentū suorum, & domū suam, & terrā inibi iacentē, & singulis annis psoluentē 11. vncias. Quidā miles, nomine Wilhelm⁹, de familia Theodorici Comitis, etiam reliquęs seculū, factus est monachus & obtulit Deo & S. Athalberto tres integros fierat & quartā graminis, in Leyterdorpe iacentes: insup & pratum fenarium vltra Segodesloch, quantū 26. homines in vna die falcare possunt, & dimidiam falcationem vni⁹ hominis: dedit etiam domū & duos Hoeslede. Abbas walter⁹ etiam vendēs cuidā Thyenā terrā in Aldendorp, q loc⁹ modo est Huysduynē, librā vnā singulis annis psoluendā, & recepit p eadem 56 libras, his 56. libris 23. libras de suis adiciens omnē terrā, quæ dicit Pock, q̄ aqua circumfluit, à Francone Comite Hollandiæ, dapifero, & fratrib⁹ eius, Alnotho & Wilhelmo, & matre eorum, Ymma: ad eundem Poel pertinuit terra fœnaria, q̄ ſimiliter emit Dominus Abbas, quantum possunt viginti homines vna die falcare.

Anno Domini 1129.

Gualterus creatur abbas Egmondensis.

De fundatione monasterii Reynburgensis, & de obitu Petronellæ Comitissæ.

Cap. V.

EADEM Petronella, Hollandiæ Comitissa, mater Theodorici Comitis Hollandiæ, etiam monasterium puellarum ordinis sancti Benedicti deuote condidit in honorem beatissimæ virginis, christiferæ, Mariæ, & sancti Laurentii, victoriosi martiris, in allodro castri sui, quod Reynsburch appellatur. Porro eadem Petronella Comitissa tandem in anno domini millesimo centesimo quadragesimo quarto, decimo calendas Iunij, in Christo quiescens sepelitur sumptuose in prædicto monasterio Reynsburgensi à Theodorico, Comite Hollandiæ, filio suo.

Anno Domini 1144. mense Petronellæ Comitissæ.

De Bervvoldo, primo aduocato monasterii Egmondensis, à quo descenderunt milites de Egmunda.

Cap. VI.

ABBAS Egmondensis habuit plures aduocatos in diuersis negotijs & in diuersis locis constitutos, scilicet Warnerum seultetum, Almeirum Wilhelmum filium Theodorici, & Gerardum seultetum. In Egmonda pro monasterio fuit aduocatus, Bervvoldus filius Bervvoldi, aduocatus enim Ecclesiæ dicitur defensor Ecclesiæ, vt exponit Archidiaconus & Ioannes Andreæ, post eum in capitulo generali de clement libro quinto. Itaq; vsque hæc tempora quilibet vasallus eorum Egmondensium consueuit esse aduocatus ad beneplacitum: nam ad libitum consueuit Abbas accipere pro aduocato suo aliquem virum summe sedulum in negotijs peragendis, nunc istum repellendo, nunc illum acceptando, ad voluntatem suam. Sed quia specialiter iste Berwoldus aduocatus oportunus auxiliator fuit Waltero Abbati pro restauratione, & renouatione monasterii tam in pecunijs, quam in laboribus corporalibus: ideo iam dictus Abbas firmauit eundem Berwaldum in monasterio aduocatum, donando sibi in feudo desuper mansum vnum cum Hoeff cum sex domibus, titulo locationis emphiticæ: vt sic iste Bervvoldus propter suum fidele seruitium promeruit fieri primus aduocatus fixus Ecclesiæ Egmondensis. In illo igitur manfit idem Bervvoldus aduocatus Egmondensis, cepit vt narratur, construere castellum, quod dicitur Op die Hoeff prope Egmundam, vsque in præsentem diem: sed ante quam prouidentia illud compleret, obiit: quare id manfit inconstructum vsque ad tempora Dodonis aduocati, filii sui, & quia iste dicebatur aduocatus Egmondensis, ideo posteritas eius sumsit sibi cognomentum de Egmunda, de quo processerunt postea milites, de Egmunda vocati, qui & tandem obtinuerunt dominium de Egmunda. Iste Bervvoldus aduocatus fuit Bervvoldi filius, filii Dodonis, filii Wilhelmi, filii Dodonis, filii Rhatbodi, filii V Volbrandi occisi à Francis in aduentu primi Comitis Hollandiæ. Iste enim V Villebrandus fuit Dominus Inferioris Frisiæ, & iste se opposuit primo Comiti Hollandiæ cum suis Frisonibus, qui occiditur in bello, vt posteritas sua nimium humiliaretur. Huinos filius fuit, vt quidam autumant, Ghilbrandus filius Radbodi domini Infertoris Frisiæ, filii Aldegalli Regis Frisiæ, filii Radbodi Regis. Igitur iste Bervvoldus aduocatus Egmondensis genuit Dodonem sibi succedentem aduocatum, Allandum de Egmunda, Theodoricum Bervvoldum & V Verenboldum. Porro hic Allandus de Egmunda, quia fuit fortis viribus, factus creditur esse miles à Comite Hollandiæ, & cognominabatur de Egmunda, quia fuit, sicut iam dictum est, filius aduocati Egmondensis: occiditur autem in Schagea à Frisonibus sicut dicitur in sequenti libro: reliquit autem filium post se, scilicet V Valterum militem, de Egmũda cognominatum (die quade wonter) Hic Walterus post Dodonem aduocatum factus fuit aduocatus Egmondensis, qui genuit Gwilhelmum & Gerardum, milites de Egmunda. Itaque Bervvoldus aduocatus prædictus, & Dodo, filius eius, non inueniuntur fuisse milites, vt patebit in sequenti libro in pronuntiatione Florentij Comitis Hollandiæ, quod idem Comes non nominat eos milites.

Aduocatus ecclesiæ quis.

Castellum extructum à Bervvoldo.

Milites de Egmunda vnde dicti.

De Rebellatione Frisonum, & eorum subiectione.

Cap. VII.

ANNO Domini milesimo centesimo secundo Frisones rebellare cæperunt aduersus Theodoricum Comitem Hollandiæ: quare iratus magnificus Comes cum iam hiems

Frisones rebellant Theodorico Anno 1102.

hiems brumali rigore foret horrida, & tota quasi occidētalis Frisia glaciali ponte esset peruia, cum plurib. bellatorib. & armigeris in tubis tinnulis & vexillis rutilis eandem Frisiam armata manu intrauit: econtra vero vulgus Frisiæ cum clauis, lanceis & præacutis venabulis ad bellum occurrit. Demum vero vno eodemque die, bis crudeliter inchoato prælio, multi Frisones interemti sunt, & Hollandi milites cum innumeris captiuis victorioſi reuersi sunt.

De Rebellatione Florentii Nigri contra suum fratrem Theodoricum Comitem Hollandiæ.

CAP. VIII.

IIsdem temporibus Florentius Niger aduersus fratrem suum Theodoricum, Comitem Hollandiæ rebellare disponens secessit ad Frisones, quorum auxilio succendit oppidum Alemarienſe, & ecclesiam Alemarienſem: & exinde quoq; per totum annū infestauit Kenemariam vicinam: cui similiter adiuncti sunt vulgares rustici nouæ potestatis cupidi naturaliter, q eund. Florentium exustorem antiquorum Comitum habitaculi vsq; ad oppidum Hoerlem cum expeditione potentissima deduxerunt: ac extemplo circa noctis vmbram, versus Frisiam repedarunt. Theodoricus ergo Comes, associatis sibi quibusdā armigeris, confestim mouit super Frisonū complices, de quibus pro suo beneplacito singillatim cepit obsides. Lotharius, a. Imperator, amborum fratrum auunculus, huius discordiæ siniſtram famam intelligens, quendam suorum principum in Hollandiam immisit, qui rediuiuam pacem inter fratres, sibi mutuo iunctis dextris, reformauit & restauruit. *Rustici potestatis cupidi.*

De occisione eiusdem Florentii.

CAP. IX.

DEniq; tali sopita discordia, Florentius Niger prædictus secundam contentionem recenter concepit, pro qua sub breui tempore peremptus fuit. Godefridus nam que de Arnsberch ac Hermannus de Cuyck, famoſi Comites & dilecti fratres neptim Hemni Heylvvigim, ex Aleyde sorore sua & Arnoldo de Rothem procreatam, quam idem Hermannus Comes de Cuyck, tanquam auunculus, post obitum vtriusq; parentis accepit in titulum, ministeriales vero, iam dicti auunculi Florentii probitatem intuentes, decreuerunt oēs eid. homagium exhibere, & ipsam puellam suo matrimonio copulare. Sed Hermannus auxilio Godefridi Comitis & Andreæ pontificis contractū matrimonium consentire renuit, & eid. Florentio pro posse, & pro virium potentia, viriliter se opposuit. Traiectenses. a. tum timore Lotharii Cæsaris, cum amore Theodorici Comitis Hollandiæ, ipsi Florentio ingressum & egressum ciuitatis indulserunt cui simule auxilium oportunum multis viribus asportarunt: ita vt idem Florentius episcopale præsidium in contumeliam Andreæ pontificis potenter intenderet, & villam Leximonde violenter exureret. Hermannus vero Comes, his actis, excogitauit ipsum Florentium per insidias clam apprehendere, cui per patentes inimicitias nequiuit aliquo modo resistere, qui per suburbana ciuitatis, per diuersas latebras abscondens armigeros, in opaco noctis conticinio præstolabatur Florentium mane egressurum ad assuetas venationes cum suo iuuenili sodalitio. Igitur cum aurorę iubar rutilātis fulgorem terris infunderet, & pruinale gelu superficiem terrę constringeret: Florentius vna cum decem iuuenibus, seu proceribus falconiſtis glorioſe ciuitatem exiit ac, eo neſciente, laqueum in sidiantium mox incidit: at ille festinanter laxatis frenis ad ciuitatem redire cupiens in loco Abstede corruit vna cum dextrario, quem insequentes consequenter occiderunt in liuore nimio. *Eadem Bekii.* *Miserecciditur ab insidiatoribus Florentius ni ger.*

De vltione eiusdem mortis Florentii Nigri.

CAP. X.

LOtharius, a. Imper. mortem nepotis sui Florentii dolenter accipiens, Hermannum de Cuyck, dictante sententia principum, dignitate nominis sui priuauit vsque ad præsentem diem, qui pridem vbique terrarum Comes appellatus fuit. Theodoricus vero Comes Hollandiæ generalem expeditionem per totam Hollandiam indixit, cōgregansq; imensos bellatores cū vexillis varijs, & tubis stridulis ad vindictā fratris sui terrā de Cuyck armipotenter et intrauit, & euersis castris, & exustis villis, pleriſq; interfectis, eand. ditionem in vastā solitudinem archipotenter redegit. ac Hermanū iā non Comitē, & Andreā pontificem ad exteras partes & quincias satis crudeliter pfugauit.

Nouiſſi-

Nouissime quidem post obitum Lotharij Cæsaris Hetmannus præfatus, Theodorico Comiti Hollandiæ præstans homagium, ad sua reuersus est, & Andreas in suo pontificio condigne restitutus est. Eodem anno Guecoldus, quidam miles, complex (vt dicitur) in necem Florentii præfati, effugiens vna dierum insidias Theodorici Comitis, transfretauit cum Pallefredo suo torrentem Moso fluminis, qui nimirum de mottis cuasione gaudens ædificare cepit de castro suo, quod Berna dicitur, Conuentualem Ecclesiam ordinis Præmonstratensis, tam pro reconsiliatione, quam pro gratiarum actione: vbi iam adducti sunt viri ordinis Præmonstratensis, qui pridem transplantati fuerunt in insula beatæ Mariæ virginis.

Berna monasterium Præmonstratense.

De obitu Andreæ pontificis, & motione quorundam presbiterorum Stautensium. 10

CAP. XI.

ANNO Domini millesimo centesimo tricesimo octauo, nono calendas Iulij, Andreas natus de Cuyck, Episcopus Traiectensis, requieuit in Christo, postquam Ecclesiam Traiectensem honeste rexisset decem annis: qui sepultus est cum reuerendis pontificibus, prædecessoribus suis, in ciuitate Traiectensi. Hic venerabilis præsul Andreas paucis diebus ante mortem suam amouit duodecim presbiteros Stautiensis Ecclesiæ propter eorum decrementa adducens ibidem de Oostbrouk vtriusque sexus conuentuale collegium.

Anno Domini 1132. Andreas Episcopus moritur.

Ecclesia Stautiensis reformatur. 20

De Hereberto, vicesimo sexto pontifice, & tumultuatione oppidanorum in Groninga.

CAP. XII.

POST obitum Andreæ pontificis Herebertus vicesimus sextus substitutus est Episcopus, vir constans, in ecclesiastica disciplina multum feruidus. Hic natione Friso de Beron ortus fuit, & Romanam curiam pro quibusdam causis necessariis adiit: at in reditu suo grauem seditionem in Trenta repperit. Oppidani namque Groningæ, 30 tumultuantes in altetuerum, munierunt Ecclesiam sanctæ V Valburghæ in modum castri cū excelsis propugnaculis, decertantes ex ea sagittis, saxis, & fundibulis. Episcopus ergo pro tali tumultu Groeningiam adiens festinanter seditiosos viros ab eadem Ecclesia tormentis absterruit, quos omnes sub sacramento iurisiurandi vouere compulit, ne deinceps domum Dei domum belli facerent, ac ipsum oppidum munitione non cingerent. Sed idem Episcopus in damnationem totius Episcopatus, fratres suos exaltare desiderans, dedit in feudum vni, scilicet Liftido, præfecturam Groeninghæ, & alteri castellanatum Koenoordiæ: nam antea pontifices aut per sciplos, aut per villicos suos eadem dominia iudicauerunt, ac in eis, nemine molestante, cuncta libere dispensarunt. 40

Eadem Beka.

Groninga tumultus.

De captione Ottonis Comitis Palatini.

CAP. XIII.

ISDEM diebus Ottho, Comes de Benthem, filius Otthonis de Reymege, Comitis Palatini Sophiæ Comitissæ Hollandiæ Tventam deuastare studuit, nec ipsi quisquam ex parte pontificis Traiectensis obstare potuit. Herebertus autem, antistes Traiectensis, ecōtra cum paucis equitibus congregatis quos Hugo Buekman, dñus de Boetersloet, fortissimus Thentonicorum, ductare præsumsit in exercitu Episcopi. Iste Hugo fuit tertius filius Ioannis, domini de Arckel, qui à fratre suo seniore Ioanne, 50 Domino de Arckel, obtinuit dominium de Boetersloet. Vnde sibi nobilis Hugo Butix siue Boetman accepit cum villa Borlant: insuper & dominium de Spyck cum omnib. suis attinentiis. Potro Episcopus eidem Otthoni Comiti campestre bellum egit: sed plurimis ex parte eiusdem Comitis peremptis, & multis insta latibula siluarum fugatis, Ottho, Comes de Bielo, occisus est, & Ottho Comes Palatinus de Benthem, ex huic in deditionem transiuit: qui, Traiectum transmissus, in captiuitate iocundissima reseruatus est.

Otto Comes Palatinus Trentam vastat. Ex Beka.

De obsi-

De obsidione Ciuitatis Traiectensis per Theodoricum Comitem Hollandiæ.

CAP. XIV.

THeodoricus igitur Comes Hollandiæ, audiens præcordialem fratrem vxoris suæ prisione detentum & ipsius exercitum ab ipso Thereberto superatum fore, robur totius potestatis suæ contraxit, militesque stipendiatios conducens, ciuitatem Traiectensem cum infinitis bellatorib. obsidione cinxit grauissima, per circuitum papilionesin gyrum erexit, & machinas ad vrbis interitum terribiliter adaptauit. Cum autem ad assultum ciuitatis parata forent omnia, & erecta starent instrumenta valde terribilia, quib. idem Comes archipotenter muros ciuitatis infringeret, mansiones domorum contereret, ac togum flammigerum hinc inde spargerer. Episcopus autem, contra tantum exercitum non habens resistendi copiam, sed potius imminentem necessariorum indigentiam, excogitauit, vt pastor bonus, corpus & animam pro suis ouibus audacter exponere, & suam ciuitatem à ditis insultibus instanter retinere. Quapropter vniuerso clero conuocato, simul & populo, beatus præsul sermonem ad ipsos faciens, præcepit per excommunicationis, & decollationis sententiam laicali populo, quod ipso die portas exire non præsumerent, sed magis pro defensione ciuitatis cum armorum murorum ascenderent, qui statim armaturam spiritualem cum omni clero induit, portas vrbis cum vexillis cruce signatus exiit, & tam seipsum, quam suos imminenti mattyrio constanter exposuit. Igitur vniuersus clerus secundum ordinem sui gradus processit in albis, quem idem Antistes nouissime subsequebatur in ornamentis pontificalibus, fulmineum ignem in manib. gerens, vt ipsum Comitem anathematizaret cum suis complicibus. Et ecce tumultus ingens oritur in castris: nam Hollandenses, visis vexillis candidis eius, existimauerunt ipsum episcopum machinari bellũ cum armatis ciuibus. nec mora, quum & Theodoricus Comes imperaret occini tubis hottrisonis, clangere cornib. metallinis, perstrepere, rutilantia signa in altum tollere, & episcopali cuneo certatum occurrere. Hollandensis autem populus pro Comite proximiores accedentes inspexerunt clerum inermem pacem potius, quam discordiam exquirentem. Qui nimium admirati cæperunt constantem animum eiusd. pontificis, manus suas vnanimiter continentes ab effusione sanguinis. Theodoricus itaq; Comes Hollãdiæ nobilis, sed morib. nobilior, his agnitis, in se reuersus erubuit, & proposito malę voluntatis compunctus ingemuit. Qui statim abiiciens pilum fraxineũ, galerum splendidum, leoninum clipeum, paramentum aureum, genibus flexis, veniam petiit, orans, ne fulminaret contra eum excommunicationis sententiam. Episcopus autem Comitem pœnitentem erexit, quem cũ osculo pacis & reconsiliatione accepit. Deniq; prædicti principes, inspirante Deo, amici facti sunt, & cunctis diebus vitæ suæ perpetuę dilectionis vinculo concordati sunt. Nam & idem pontifex ex tunc Ottonem Palatinum amore Theodorici comitatus à prisione relaxauit, & ipse Palatinus, castrum suum Benthem beato Mattino tradens, in feudum ab eodem Episcopo reaccepit.

Eadem Ecclo.

Theodoricus Traiectum obsidet.

Theodoricus Comes pœnitet veniamq; petit.

Episcopo reconciliatur.

De occisione Ottonis Comitis.

CAP. XV.

TEmpore quidem modico dehinc elapso, antedictus Otto Palatinus, vir nimiæ venustatis, ab Hermanno, Comite de Staelvvyck, indigna morte peremtus est, quo sepulto Otto de Hollandia, filius Sophiæ Comitissæ Hollandiæ, sororis suæ, & Theodorici Comitis Hollandiæ secundo genitus, Comitatum de Benthem iure hereditario suscipiens, Comes de Benthem effectus est, quia enim Florentius Theodorici Comitis Hollandiæ exspectabat prædictam hereditatem, ideo istiOttoni secundo genito attribuebatur Comitatus de Benthem. Factus est ergo secundo genitus Theodorici Comitis Hollandiæ Comes de Benthem.

De exemptionis priuilegio monasteriorum Egmondensium & Reynsburgensium.

CAP. XVI.

ANno Dñi 1138. Theodoricus Comes Hollandiæ Ierosolymam peregre proficiscęs, acanno sequenti versus Italiam reuertens, Dñi Papę Innocentii adiit, vbi sub annuali tributo 4. solidorum Frisingentium Egmondense monasterium quam Reynsburghense cœnobium obtulit; quæ sui progenitores à fundamentis superædificarunt, & regalib. prædiis multum honorifice dotauerunt. Dominus autem Papa Innocentius, huius nomine secundus, ex tunc ead. venerabilia loca cum suis possessionib. habitis & habendis in proprietatem Ecclesiæ Romanæ accepit, & ead. sub speciali libertatis & exemtionis priuilegio communiuit per bullam specialem in hac formæ.

Innocentius secundus Pont. Max.

Innocen-

Epistola Innocentii Pāt.

Innocentius Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio, Vualtero, monasterii Egmondensis Abbati, eiusque successoribus regulariter substituendum imperpetuum. Nobilis Theodoricus, Comes de Holland, terosolimam proficiscens, nostram præsentiam adiit. Inter cætera vero, quæ secum de morum correctione, & vitæ suæ institutione contulimus, idem illustris vir tam vice sua, quam etiam Petronillæ Comitissæ, matris suæ, Egmondense monasterium atq; Reynsburgense beato Petro Apostolorum principi, deuotionis intuitu, proprietario iure obtulit & contradidit. Et nos igitur, quorum præcipue interest, iura eiusd. clauigeri specialius defensare, ead. venerabilia loca, in proprietatē ac ꝓtectionē sanctæ Romanæ Ecclesiæ * eam cū omnib. suis pertinentiis præsentis scripti communimus statutes, vt quæcunq; possessiones, scilicet tam in Ecclesiis, quam in decimis, terris, vineis, aquis, siluis, pascuis ac aliis quibuscunq; quæ eadem monasteria in præsentiarum nunc iuste & canonice possident, aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum, principum oblatione fidelium, ac aliis iustis modis, Deo propitio, poterunt adipisci, firma nobis imperpetuum & † illibatum permaneant. Decernimus ergo, vt nullo hominum omnino liceat præfata monasteria temere perturbare, ac eorum possessiones auferre, vel ablatas retinere minuere siue quibuslibet molestiis fatigare: sed omnia integre conseruentur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Adiditiū autem, quod eadem monasteria beati Petri ius existant singulis annis tam hi, quam successores tui quatuor solidos Frisingensis monetæ nobis nostrisq; successoribus census nomine persoluetis. Si quæ sacra ecclesiastica, seculares siue persona, huius nostræ constitutionis paginam scient, contra eam temere venire præsumserit, secundo tertiove monita, si reatū suū congrua satisfactione non correxerit, sacratissimo corpore & sanguine Dei ac domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem iisdem locis iura sua seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud iudicem districtum præmia æternæ pacis inueniant. Bene valete. Ego Innocentius, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi. Ego Conradus, Sabinensis Episcopus, subscripsi. Ego Albertus, Albanensis Episcopus, subscripsi. Ego Lucas, presbiter Cardinalis, titulo sanctorum Ioannis & Pauli, subscripsi. Ego Albertus, Hostiensis Episcopus, subscripsi. Ego Anselmus, Cardinalis presbyter, titulo sancti Laurentii in Lucina subscripsi. Ego Otto, diaconus cardinalis, titulo sancti Angeli, subscripsi. Data Lateranis per manum Enterici, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis & cancellarii, pridie Calendas Martii, Indictione tertia, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo nono, pontificatus vero domini Innocentii secundi, Papæ, anno vndecimo. Sequenti autem anno scilicet millesimo, centesimo quadragesimo obiit Iohannes de antiquis temporibus, qui fuit pincerna & seruus Caroli Magni, & habebat annos trecentos & sexaginta vnum.

† illibata.

Anno 1139. Ioannes de antiquis temporibus moritur An. 1140.

De executione præscripti priuilegii.

Cap. XVII.

Anno Domini 1143.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo tertio Herebertus, Episcopus Traiectensis, prædictum priuilegium exemptionis, veniens ad Egmondam, in Ecclesia eadem, tanquam executor huius gratiæ, legi fecit, & quantum in eo fuit, per parentes suos litteras roborauit. eodem anno, Nonis Octobris, dedicatum est templum in Egmunda nouum ab Hereberto, episcopo præfato, in honorem virginis Mariæ, beatorum Petri & Pauli, & Bartholomæi, & sancti Athalberti confessoris, præsente Theodorico, Hollandiæ Comite, eiusque venerabili coniuge Sophia Comitissa. Eodem quoque die consecrata sunt ab eodem episcopo altaria duo: vnum videlicet principale, & aliud australe.

De incendio Ciuitatis Traiectensis, & obitu Hereberti pontificis.

Cap. XVIII.

Anno 1148.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo octauo ciuitas Traiectensis inextinguibili coruscabat incendio, & plures ecclesiæ: videlicet beatorum Martini, Petri & Pauli, & Iohannis eodem cremaræ sunt incendio. Templum Saluatoris sancti euentu mirabili permansit illesum & inustum: & altare sancti Stephani protomartiris ibi seruabatur illesum. Est autem Capella primordialis contigua sancti Saluatoris templo, ædificata tempore sancti Clementis in honore sanctæ crucis, quam eiusdem flamma incendii cum omnibus intra contentis. Verumtamen imago sancti Saluatoris prorsus incombusta permansit. Hanc igitur sacrosanctam imaginem clerus & populus, deuotionis honorificentia condigne susciipiens, eam ad vicinam Ecclesiam cum hymnis & psalmodiis transportauerūt. Anno Domini millesimo quinquagesimo super centesimum, tertio Idus Nouembris Herebertus, episcopus Traiectensis, migrauit

S. Saluatoris templum & Vltraiectū ab incendio illæsum.

Imago S. Saluatoris illæsa. Anno 1150. moritur Hereberti Episcopus.

grauit ad Christum, postquam annis duodecim & mensibus quatuor Traiectensem rexisset Ecclesiam. Hic tumulatus est in Ecclesia Traiectensi, qui dudum comitatus Oesterghoe & Westerghoe de manu Conradi Regis Romanorum reaccepit. Hic Conradus Rex fuit successor Lotharij Cæsaris prædicti, vt suprascripsi.

De Hermanno, Episcopo Traiectensi vicesimo septimo.

CAP. XIX.

Haerciam in Beka.

10 DEFVNCTO quidem Hermanno, Traiectensi Episcopo, grauis discordia orta fuit in capitulo. Principales namq; vasalli Traiectenses Ecclesiæ, videlicet Theodoricus Comes Hollandiæ, Otto filius eius, Comes de Benthem, Henricus Comes Gelriæ, & Theodorus Comes Cliuensis, magnifici principes, petierunt Hermannum de Horem, præpositum S. Gereonis in Colonia, in Episcopum promoueri: ciues autem Traiectenses, & Dauentrienses exorauerunt Fredericum de Hunel in pontificem exaltari. Sed violenter pars nobilium partem suppressit ciuium, & Theodoricus, Comes Hollandiæ, Hermannum rebellanti manu inuexit in possessionem Episcopi, subiciens ei protestatem omnis aduersantis populi. Demum, transacto biennio, quidam Cardinalis à latere, Papæ delegatus, citauit vtrosque electos ad Leodium, vbi 20 præfatus Hermannus per eundem Cardinalem & Conradum Regem Romanorum adeptus est pontificium. Hic Hermannus, vicesimus septimus Episcopus, homo lenis, & in tantum mitis, quod in eius absentia sæpe conringerent strages & homicidia. Nam & Burgenses non potuit abintestinis bellis prohibere, & ministrales nequiuit à consueta rebellione refrenare. Vnde & sub eo primo cœperunt in Traiecto partialitates vigere.

Diſcordia ob electionem Epiſcopi.

Hermannus 27 Traiecti Epiſcopus.

De Circulo Lunam ambiente.

CAP. XX.

Annus.

30 ANNO Dominiquinquagesimo secundo, vndecimo calendas Aprilis, circulus magnus, late plenam Lunam ambiens, coruscus, vt arcus pluuialis, apparuit circa mediam noctem, ac à Luna quatuor radij splendoris eiusdem in modum crucis extendebãtur ad circulum. Stellæ nihilominus tam in circulis quam in radiis illuxerunt. Terræmotus etiam ingens ad quindecim annos fuit, qui Tripolim, Damascum, & Antiochiam omnino destruxit. Porro ciuitas Carthaginensis penitus euersa est, in qua multitudo maxima promiscui sexus hominum ad viginti millia suffocantur.

Eadem Beka.

Terramotus ingens.

De bello Frisonum cum Hollandis.

CAP. XXI.

40 ANNO Domini millesimo centesimo quinquagesimo quinto Frisones Drechtenses finitimos Hollandiæ pagos cum rapinis crudeliter inuaserunt, villam Zande exurentes, & abinde prædam diuersæ supellectilis asportantes. Milites autem de oppido Haerlemensia, cerrimi bellatores, cum villanis de Exdorp, illis viriliter occurrerunt, & cum grandi strepitu, occisis immaniter nongentis Frisonibus, ac Haerlemense præsidium cum victoriali laude redierunt.

Anno 1156.

De Godefrido, Episcopo vigesimo octauo.

CAP. XXII.

50 ANNO Domini millesimo centesimo quinquagesimo sexto Hermannus, Præsul Traiectensis, obiit in domino, postquam sex annis Traiectensi præfuisset Episcopio: qui sexto calendas Aprilis defunctus est, & in Ecclesia Traiectensi similiter tumulatus est. Post obitum ergo huius Hermanni antistitis Fredericus, Imperator Romanorum, Traiectum descendit, & discordem electionem Capituli sapienter intercepit. Godefridus ergo de Renen, major præpositus seu archidiaconus, vicesimus octauus electus est Episcopus, vir multum gloriosus & magnanimus. Huius primi Frederici temporibus sepulchrum Domini (pro dolor) occupatum est, & sancta crux sublata à Soldano sub Vrbano, papa, tertio.

Annus. moritur Hermannus Epiſcopus.

De obitu Theodorici, Comitis Hollandiæ, & maioribus nobilibus eiusdem temporis.

CAP. XXIII.

Anno 1163. moritur Theodoricus comes.

ANNO Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo tertio, Nonis Auguſti, magnificus Comes Hollandiæ, Theodoricus, in pace quieuit, qui Hollandiam quadraginta annis ſtrenue rexit, & gubernauit. Hic Egmundæ tumulatus eſt, & infra templum monaſterii locatus. Huius temporib. viguerunt in Hollandia incliti nobiles, de quorum numero fuerunt Florentius Niger, & Simon, domicelli Hollandiæ, & fratres iam dicti Theodorici Comitis Hollandiæ, Florentius Otto Comes de Benthem, Balduinus, Theodoricus & Peregrinus, vice Comes Hollandiæ, filii eiuſd. Comitis Theodorici, Robertus baſtardus ſæpe dicti Comitis Hollandiæ, V Vilhelmus Dominus de Brederoede, & poſt eum Florentius filius eius, Gerardus Dominus Theylinge, & Hugo de Theylinghe, ſibi ſuccedens, Dominus de Becka, V Vilhelmus Domin⁹ de Hueſden, Ioannes Dominus de Aerckel, V Volpardus Dominus de Ledendam, Hugo Butærum, ſiue Dñs de Boetersfloet, frater Dñi de Aerckel, Gerardus Dominus de Aſperen, filius prædicti V Volpardi, Theodoricus Dominus de Halchena, Dominus de Putte & Strenet, Florentius Dominus de Voren, & Theodoricus de Voren frater eius, Adalvvinus Burchgrauius Leydenſis, Theodoricus Perſin, & Balduinus de Haerlem, Barones, Otgerius de Ryſvvyck, Albertus Baniaert, Ghisbertus Poſtkin, Iohannes de Cronenberch, Florentius de V Vaert, miles, Bertoldus dapifer, Gervvoldus aduocatus Eccleſiæ Egmondenſis, Dodo, Allardus, Theodoricus, Bervvoldus, Wernboldus, filii eiuſdem aduocati, Godefridus de Harnesberghe, Herbarnus de Liethen, Theodoricus de Schotan, Ludolphus de Adrichem, Valtardus de Reymighem prope Leydam, Yſebrandus Friſo, & Bervvoldus Friſo, Hugo de Achesloet, Bruno de Caſtrichom, Gherardus de Puilgeeſt, Hugo de Monſter, Theodoricus de Weert, Iohannes Heerman, Heynuchus de Doornick, Philippus de Bloet, V Vilhelmus de Voerhout, Henricus de Heylighenlo, Gherbrandus de Alemaria, ſcutiferi egregii omnes.

Nomina aliquot nobilis illius temporis.

De Sophia, Comitiſſa Hollandiæ, & obitu eiusdem.

CAP. XXIV.

PORRO Sophia, veneranda Comitiſſa, vxor Theodorici Comitis præfati, in orationibus, eleemoſynis, & ieiuniis indefeſſa, veraciter fuit ſancta, per quam Deus operatus eſt miracula etiam in ipſius vita. Nam & diua matrona viam peregrinationis ad ſanctum Iacobum Apoſtolum ſemel arripuit, & per caſum infortunii clam in latronibus incidit, qui eam dein tota vi nitebantur occidere, & clenodia ſua violenter abſtrahere. Sed hi prædones, Deo iudicante, meritis beati Iacobi Apoſtoli ſtabant immobiles, nihil aduerſitatis ſibi quomodolibet inferre valentes, & eandem diuina virtute munitam attingere formidantes. Quo viſo miraculo, prædicti nequã deinde gementes poſtulauerunt veniam ab ea, pro quorum abſolutione benedicta mater exorauit omnipotentem Dei miſericordiam.

Sophia à manibus latronum miraculoſe liberatur.

Moritur Sophia Ieroſolymis.

Hæc Deo dilecta feria iam tertia Ieroſolimas profecta eſt, quæ ibidem, ſexto Calendas Octobris, in Domino fæliciter obdormiens, ad hoſpitale Theutonicorum in Ieruſalem tumulata eſt.

LIBER XVIII.

CONTINET HISTORIAS VIGINTI SEX ANNORVM, quibus Florentius tertius rexit Hollandiam, cum quibuſdam euentibus illius: & habet Capitula viginti vnum.

De Flo-

De Florentio Comite Hollandiæ.

CAP. I.

SEPVLTO Theodorico, glorioſo Comite, Florentius, huius nominis tertius, filius eius, decimus Comes Hollandiæ, & Friſiæ effectus eſt, ſimul & Zelandiæ. Hic miſit cum decenti Comitiria Wiboldum, venerabilem Abbatem Egmondenſem, ſucceſſorem VValteri, Abbatis ſupradicti, ad regnum Scotiæ pro adducenda ſibi ſponſa ſua, filia videlicet Scotiæ.

Florentius ducit in vxorem Adam filiam Regis Scotiæ.

Duxit ergo in vxorem Adam filiam præpotentis Regis Scotiæ, quam cum veXillis variis & tubis ſonantibus, ac cum grandi apparatu, & nauium ornatu, & militia aduectam, cum ingenti lætitia ſolemnitateque in coniugem accepit; de qua genuit Theodoricum ſibi ſuccedentem, Hollandiæ Comitem, VVilhelmum, Orientalis Friſiç Comitem, Florentium, maiorem præpoſitum ſeu Archidiaconum Traiectenſem, Robertum præſidentem Kenemariæ, Beatricem, Elizabeth, Adelheydam, & Margaritam Comitiſſam Cliuiæ.

De tumultu præfectura Groningæ.

CAP. II.

ANNO DOMINI milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto Trentones rebellare cæperunt aduerſus Godefridum Epiſcopum pro præfectura Groeningiæ, aſſociantes ſibi Ciues Traiectenſes cum pleriſque vaſallis Eccleſiæ. Aſſeruit ad idem Epiſcopus, quod præfectura ſibi libere vacaret pro eo, quod Lifridus, nunc defunctus, filium ſuperſtitem non habuit.

Nepotes autem Lifridi, de filia ſua progeniti, præfecturam ipſam ambientes, feudales effecti ſunt Henrici Comitis Gelriæ, vt, eo ſuffragante, potius obſtare poſſent inſultibus Epiſcopi Traiectenſis, cuius demum auxilio prædicti iuuenes miniſtrales & ciues Epiſcopum Godefridum cum ſuis militibus circumuallatum in turri procul dubio captiuaſſent, niſi conſilio & auxilio Theodorici, Comitis Cliuenſis, maturius euaſiſſet. Comes autem Gelriæ ciuibus, & miniſtralibus, caſtella naribus, multis incurſionibus laceſſiuit, quos cum baliſtis & fundibulis, quotidianis aſſultibus, nimis acriter infeſtauit, adeo, quod tam æſtiualem, quam hiemalem domum exureret, & machinam ad turris euerſionem erigeret. Et plurimum anxiatus, & à cunctis pene auxiliatoribus deſtitutus, ſupplici voce ammoniuit fidelitatem Florentii, Comitis Hollandiæ, quatenus oportunus auxiliator ſibi foret in neceſſitate talis anguſtiæ. Nec mora, quin & Comes, collectis hinc inde bellatoribus, plus, quam oportuit, Epiſcopo magnificus auxiliator extitit. Ciuitatem Groeningenſe idem egregius Comes Hollandiæ Florentius cum Epiſcopo Godefrido ac armigerotum copiis, in girum vallando, exterius crebris infeſtauit aſſultibus, quam quidem ciuitatem Comes Gelriæ, & Theodoricus, dominus de Batenborch, interius defenſarunt cum electis equitibus. Inualuit hæc diſcordia fere per annum, quæ tandem iuſſu Frederici Cæſaris per Reginaldum Archiepiſcopum Colonienſem ſopitur & Godifricus Epiſcopus, acceptis tredecim marcis, præfecturam Groninghæ nepotibus Lifridi cum nouis priuilegiis iterum recognouit.

De contentione inter Godefricum Epiſcopum, & Florentium Comitem Hollandiæ de Dominio Friſiæ.

CAP. III.

Eadem Beka.

ANNO Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo quinto contentio grauis exorta eſt inter Godefricum Traiectenſem Epiſcopum, & Florentium, Comitem Hollandiæ: quidam enim Imperatorum & Regum, vtpote Carolus & Lotharius, tradiderunt Orientalem Friſiam, vſque flumen Lauvvaerts, principibus Hollandiæ, quidam nihilominus regum & Imperatorum, videlicet Henricus, & Conrardus, concluerunt eandem patriam pontificibus Traiectenſibus. Quapropter idem Florentius, ipſam terram ex integro poſſidere volens, Godefridum Epiſcopum inde perfugare decreuit, quem Imperator ab inimicis ſuis potenter liberauerat. Epiſcopus itaque, à cunctis auxiliatoribus deſtitutus, implorauit opem Frederici Cæſaris, quatenus ipſum eri-

Occaſio huius diſcordiæ.

Reconciliantur sibi inuicem.

peret de graui persecutione magnipotentis Comitis Florentij. Imperator autem, anxiam necessitatem Godefridi Episcopi attendens, Traiectum exemplo descendit, & per amicabilem compositionem inter discordes principes rediuiuam amicitiam reformauit, tradens eis desuper bullam imperialem, cuius tenor talis est: In

Bulla Imperialis confœderationis.

nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fredericus, diuina fauente Clementia, Romanorum Imperator, semper Augustus. Controuersiæ quæ sententia vel concordia sopiuntur, ratio suggerit, vt scriptis & testificationibus designentur, ne forte diuturnitate temporis discordia residua resurgat, ac habeat secutura posteritas, quid de statu præcedentium fraudibus malignantium conuenienter opponat. Ea propter controuersiam, quę inter venerabilem Godefridum Traiectensem Episcopum, & Florentium, Comitem Hollandiæ, de Comitatu Frisonum agitabatur, nos de consilio curiæ & fidelium nostrorum concorditer decidentes, eosque fauorabili amicitia reconciliantes, dignum duximus, vt vniuersus tenor concordiæ conscriberetur, quemadmodum subnixa videatur. Statuimus igitur, vt æque participent de prædicto comitatu Frisonum, Episcopus videlicet & Comes, & neuter eorum habeat in hoc vices eorum gerat in prædicto comitatu, quem præsentatum ab eis Domino Imperatori bannum & potestatem iudicandi à manu domini Imperatoris accipiet, & iuramentum præstabit, quod pro dilectione, vel pro odio, vel pro argento, vel pro auro, alicuius rei gratiam in prædicto comitatu neutri faciet iniuriam, tam vnius promouebit commodum, vel proficuum, quam alterius. Episcopus etiam & Comes ordinauerunt de vtilitate electi Comitis eorum in prædicto comitatu. Quod si ipsi concorditer Comitem eligere non poterunt, dominus Imperator cum consilio suo Comitem eliget, & illi dabitur bannum, & ordinabit de sua vtilitate.

Si vero displicebit Episcopo, vel Comiti, vel vtrique Comes, quem ipsi elegerint, vel quem Imperator eis dederit, mutare possint eum, quando voluerint. Cum vero intrandi in prædictum comitatum, & iudicandi, Maij tempus aduenerit: Episcopus videlicet & Comes Hollandiæ simul intrabunt, quilibet cum triginta militibus, vel si forte maiori vel minori numeto militum conuenerint, & post quam intrauerint, æque diuident omnes redditus ad comitatum pertinentes & omnia commoda & emolumenta, quæ de comitatu vel iudiciis comitatus prouenient, æqualiter partientur damna & defectus: & separatim vterque in hospitio suo faciet expensas pro voluntate sua: communique consensu & dono inuestituræ locabunt & ordinabunt officia sua, vterque autem pro libitu suo accipiat sibi aduocatum, communibus tamen negotiis idoneum.

Si autem aduocatus Episcopi Comiti displicuerit, ad nutum Comitis Episcopus illum deponet, & substituet alium, qui Comiti placeat. Si vero aduocatus Comitis Episcopo displicuerit, ad nutum Episcopi Comes illum deponet, & alium, qui placeat Episcopo, substituet: illo introitu amborum, Episcopi videlicet & Comitis, exercebit Comes eorum iudicia & iustitias Comitatus, donec peragantur octo septimanæ. Interhas octo septimanas Episcopus non exercebit aliqua synodalia, vel ecclesiastica iudicia. Transacto autem hoc spatio, Comes Hollandiæ si vult, exire poterit, & si vult, remaneat ad negotia, si qua sunt, plenius expedienda, seu peragenda: & Episcopus similiter remaneat ad ecclesiastica iuditia facienda. Ambo autem in Maio debent intrare, vt expeditis secularibus negotiis & iudiciis, synodalia quoque iudicia ante commoditatem hiemis valeant promoueri. Verum si alter eorum, Episcopus videlicet & Comes, cõmonitus ab altero, vel in seruitio Imperatoris, vel alterius domini sui, vel graui infirmitate occupatus, vel qualibet ineuitabili causa detentus, vel pro voluntate sua Comitatum non intrauerit, mittat in dictam militiam, vel quantum oportunitas temporis tunc exiget, & ipsi inter se conuenerint, & æqualem portionem accipiet, & (sicut supra dictum est) omnia simul bona, & mala patientur. Si vero neuter eorum comitatum intrare poterit, vel consensu intrare vitauerint: mittent milites, quotquot voluerint, cum Comite suo ad exercenda iudicia comitatus: & quicquid super sumptus illorum superfuerit, æqualiter diuident inter se. Præterea Comes Hollandiæ iuuabit Episcopum per guerram vel obsidionem, quam cum ipso fouet, vel per quærimoniam recuperans castrum Bruchem. Et si modo illud recuperauerint, concedet illud comiti in feudum, salua vniuscuiusq; iustitia. Et opus habebit in eodem castro, domum & capellam, & granarium & coquinam, & ponet in eodem castro vnum liberum hominem suum & duas ministeriales suas, & libere ingredietur & egredietur, quando voluerit. Comes autem habebit omnem munitionem

nem & fortitudinem castri, & iuuabit inde Episcopum. Si autem Episcopus habuerit guerram cum aliquo amico, & horum Comitum, contra quem, saluo honore suo, iuuare Episcopum non potest, dabit castrum in potestatem Episcopi, vt habeat ille, quamdiu guerra duraverit: accepta tamen securitate, vt, finita guerra, ei restituat. Vt autem vniuersam concordiam Episcopus & Comes perpetuo custodiant, teneant & obseruent, fide data in manu nostra firmiter promiserunt, & nos ad maiorem huius concordiæ firmitatem sub obtentu gratiæ nostræ, & sub pœna quingentarum marcarum argenti eis iniunximus, omni tempore obseruandam. Cæterum si alter ipsorum hanc concordiam violauerit & commonitus ab altero intra duodecim hebdomadas non emendauerit; nos Comitem, qui bannum à nobis habet, in præsentiam nostram vocabimus, & ab ipso & ab aliis sex boni testimonij viris, testibus videlicet tribus ex parte Episcopi, & tribus ex parte Comitis, quos ad hoc elegimus, &, quis in huius violatione concordiæ reus sit, inuestigabimus. Hi septem iurabunt, quod bona fide veritatem dicent. Qui autem ex his septem viris, vel, si discordes fuerint, à maiore reus esse censebitur: quingentas marcas argenti infra viginti hebdomadas cameræ nostræ persoluet, & rearum suum digne emendabit.

De aduentu trium magorum Sanctorum ad Coloniam.

CAP. IIII.

FREDERICVS autem Imperator ascendit post hæc, & obsedit ciuitatem Mediolanensem cum multis Episcopis, Ducibus, Comitibus & aliis Principibus. Capta autem ciuitate, quidam ditissimus ciuis Reynaldum Archiepiscopum Colonienſem secreto conuenit, vt vita sibi incolumis & res suæ hoc pacto conseruarentur, vt idem ciuis eidem Episcopo tres magos sanctos reges in manus suas resignaret, & quomodo adducerentur, nullo ciuium vel extraneorum sciente, consilium daret. Promisit Episcopus, & suscepit magos tres. Qui quia integri erant, nec facile abdi vel absconditi poterant, à datore eorum hoc accepit consilium, vt factis tribus pheretris simularet tres amicissimos suos cognatos pestilentia mortuos, & se coniuratum ab eis, vt per soi- *Quo pacto & consilio Coloniam delati sint Reges.*
psum adducerentur ad patriam suam. Dispersa est igitur hæc fama de mortuis cognatis Episcopi in populo, qui, accepta Imperatoris licentia, & equis velocibus lecticas trahentibus, & aromatibus myrrhæ, & thuris aerem circumcirca permulcentibus, Coloniam peruenit, & appropinquans Ciuitati clericis, & ciuibus, quid afferret, mandauit. Occurrit igitur ei cum maximo gaudio, & religiosa processione, tota ciuitas, & in medio templi beati Petri Apostoli honorifice susceptas reliquias, immo integros sanctos collocauerunt. In quibus hoc mirabile est, quod tanta diuturnitas temporis non potuit putrefacere pellem eorum, quæ, consumtis carnibus, adhærere videtur ossibus eorum, quorum etiam crines capitis colorem suum non amiserunt. Tanta fuit vis balsami & pigmentorum, quibus antiquitus condi solebant corpora principum. His itaq; completis, festinus Episcopus Mediolanum ad Imperatorem rediit.

Obsidetur Mediolanum & capitur.

Collocantur tres magi in medio templi S. Petri Coloniæ.

De Rebellione Frisonum.

CAP. V.

ANNO Domini millesimo centesimo sexagesimo sexto Frisones orientales, scientes Florentium Comitem Hollandiæ in plerisque causis occupatum esse, cum infinitis prædatoribus vadum transeuntes peruenerunt Alcmariam, vt ab inde transirent ad viculum Kenemariam prædandam, & ecce commisso iam diro clamore citer octuaginta viri pugnantes ex Alemaria crudeliter perempti sunt, pro transitoria vita æternam mercati. Si enim pugnare pro patria virtus est, mori pro patria fœlicitas est. Frisones autem, hanc adepti victoriam, totum iam dictum oppidum concremauerunt, solam Ecclesiam incombustam de communi consensu reliquerunt. Porro Florentius, Comes Hollandiæ, ista percipiens destruit opportuno tempore ipsis Frisonibus reddere vicem.

Anno Domini 1166.

Mori pro patria fœlicitas.

De processu Comitatus Flandriæ.

CAP. VI.

Theodoricus Comes Flandriæ & Alsatiæ moritur anno 1168.

ANNO Domini, vt supra, sexagesimo sexto Theodoricus, Comes Flandriæ, & Alsatiæ obiit in magna deuotione, postquam Flandriam rexisset quadraginta duobus annis: & sepelitur in monasterio de waterm, quod ipse ædificauerat. Huius vxor, Sibylla scilicet, filia Fileonis, Regis Ierosolymorum, diu ante mortem marito suo Ierosolymam adierat, quæ in magna pœnitentia ibidem viuens obijt, & sepelitur in hospitali sancti Iohannis. Quo Comite defuncto, successit ei filius eius,

Philippus Comes Flandriæ

Philippus comes Flandriæ, Artheſiæ & Alsatiæ. Hic Philippus fuit pronepos Theodorici Comitis Hollandiæ, patris Florentij, qui fuit filius Theodorici, Comitis Flandriæ prædicti, filij Ghertrudis Comitissæ Alsatiæ, filiæ Roberti Frisonis senioris ex Ghertrude Comitissa Hollandiæ. Et quia Philippus, Comes Artheſiæ & Alsatiæ, multum fuit strenuus in armis: ideo Ludouicus Rex Franciæ dedit ei neptem suam, vnicam filiam Rodolphi Comitis VVeromandiæ, & eundem Comitatum cum ea.

De subiectione Frisiæ, & bello in Schaghen.

CAP. VII.

Anno 1177. mense Iunio agnus natus fuit, tamen fuisse anno 1166. Explicatur pertentum hoc loco Comitatus Hollandia. Mendum puto. Beka enim ex quo hæc plane desumpta sunt, habet sexagesimo octauo. Stratagema Frisiorum in ponendo insidias. Hollandi succumbunt. Frisii iterato Alcmariæ pagum adorti repelluntur.

ANNO Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo in villa Egmondenſi natus eſt agnus vnum caput habens, & duas partes poſteriores, ſex pedes & duas caudas, qui viſus à multis, cunctis intuentibus ſpectaculum fuit. Et cum portentum aliquid ſoleat protendere aut ſignificare: creditum eſt à quibuſdam, per duas agni partes ſignificari Comitatus Hollandiæ & Friſiæ, quæ vtique ad vnum pertineant Comitem: diuiduntur tamen multotiens inter ſe per hoſtilem diſcordiam, ſicut inferius patebit.

Anno Domini, quo ſupra, * ſeptuageſimo octauo, cum iam tota Friſia glaciali itinere eſſet peruia, Florentius Comes Hollandiæ, cum ingenti copia præpotentis exercitus in villam Schoreel adueniens, deliberationem habuit, & rebellantem Friſiam expugnare propoſuit. In ipſa deliberationis mora quidam animoſi milites, equos aſcendentes, diſſuadente Comite, VVilam de Schaghen incenderunt, de qua ſpolia diuerſæ ſuppellectilis abundantius aſportabant. Friſones autem, latenter in inſidiis poſiti, domorum ſuarum paruipenderunt incendia, ſimiliter & rerum ſuarum copioſa ſpolia, dummodo ſolos hoſtes ſuos occulte concluderent, & eorum reditum potenter interciperent. Cum igitur prædicti milites deprædationibus occuparentur, accomens fugitiuos in locis paluſtribus diſperſim ſequerentur: ecce Friſones de latibulis inſidiarum ex arundinetis vtrobique ſurrexerunt, præfatis militibus viam redeundi feſtinanter anticipantes, vt cum eis in magno prærogatiuo graue prælium committerent. Demum accreſcentibus Friſonum copiis quidam militum, medium hoſtium viriliter irrumpentes, ad præſentiam Comitis cum anguſtia ſunt reuerſi. Cæteri vero, rebellanti manu ſemetipſos vincentes, cruentiſſime ſunt occiſi: videlicet Simon de Antuerpia, iuuenis incomparabilis pulchritudinis, VVilhelmus de VVortheko, Balduinus de Haerlem, Gherardus dapifer, Florentius Ruych, Allardus de Egmonda, Bruno de Caſtrichem, Gerardus iuuenis de Monſtre, Euerhardus de Noortvvyck: quorum corpora dehinc ad Egmondam delata ſunt: quæ ibidem lachrimis amariſſimis conſepulta ſunt. Anno vero ſequenti Friſones in die ſancti Hippolyti, quem ſolemniſant apud eos, populoſam expeditionem eduxerunt in pagum Alcmariæ vt iterato deſtruerent. Econtra vero milites pauci cum inquilinis Kenemariæ, tam per terram, quam per aquam, eiſdem audaciter occurſarunt, qui triginta Friſones fortiſſimos cum impetu terribiliter occiderunt. Quibus peremtis, reliquum vulgus abſque grauiori damno diffugit ad Friſiam: quoniam Hollandiæ milites equitum ſequentium eo tempore non habuerunt magnam copiam, Flandrienſes & ſagittarij, qui Florentio Comiti pro ſtipendijs miniſtrauerunt, eadem die cum complicibus ſatis tarde ad conflictum adfuerunt. Annis tum paucis ab inde elapſis, Florentius Comes Hollandiæ cum expeditione valida Friſiam intrans Vbinckel & Nidorp incendit, inſulaſque Texaliam Flie & Wuringiam ſubegit, ſicque laudabiliter de hoſtibus triumphauit: quatuor millia marcarum argenti conditione pacis ab eis accepit,

De duplici

De duplici inundatione maris, & incendio Ciuitatis Traiectensis.

CAP. VIII.

ANNO Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo validiſſima ventorum intemperies in autumno trucu'enter inhorruit, ita quod inundatio maris vſque muros vrbis Traiectenſis impetuoſe defluxit, & marinus piſcis, qui vulgo bollick dicitur, propemænia ciuitatis captus fuiſſe ſagenis aſſeritur. Anno vero ſequenti, nocte natalis Domini, crebra fulgura increuerunt, cunctiſque obſtupentibus tonitrua ſatis horrida reſonauerunt. *Anno 1170. Inundatio vehemens. Eadem Beha. Fulmi- e tonitrui in natali Domini.*

Anno autem inſequenti frondes & gramina pro ſolito veris tempore germinauerunt, & volatilia circa feſtum purificationis Mariæ virginis ouacubantes pullos in iis partib. produxerunt. Anno Domini milleſimo centeſimo, ſeptuageſimo tertio vificum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti de duabus Eccleſiis in Traiecto, videlicet beati * Iacobi minoris & ſancti Iacobi maioris, furto ſublatum fuerat. Sed nec reus aliquo modo ſine ſcrutinio reperiri poterat. Quinto dehinc Idus Maii repente graueſſima plaga diluuij, quæ totam ſuperficiem terræ operiens vehementer domos cum arboribus violenter ſecum abduxit in torrente perfluuii: ita quod plerique prudentes putauerunt, nouum cataclyſmum imminere, ac vniuerſum mundum aquis abundantibus ſecundario deperire: quod ſi tam diuturnum quam impetuoſum fuiſſet, proculdubio ciuitas Traiectenſis non ſubſtitiſſet ad tempus modicum. Poſt triduum vero miſericordia diuina diminuit aquas, quæ paularim defluentes, ad alueum ſuum ſunt reuerſæ, & omnes circumſtantes villæ de ram diræ calamitatis periculo liberatæ ſunt. Hellebrandus autem Abbas venerabilis ſancti Pauli in Traiecto, in aſcenſione Domini proxima ſermonem ad populum faciens, inſtanter admonuit, quatenus tota ciuitas eleemoſynis, & ieiuniis, ſuper negligentia Dominici corporis, diuinam indignationem placaret: alioquin in proximo ciuitati grauior plaga eueniret, & ecce prophetia tanti patris veritate non caruit, nam & eodem die circa veſperam horrendum incendium accidit, quod ſanctæ Mariæ conſumſit Eccleſiam, nihilominus & partem ciuitatis maximam. Quamobrem Godefridus Epiſcopus iram Dei pertimeſcens, cõuocara ſynodo generali, cunctis fidelibus ſuæ diœceſis ieiunium indixit: quinimo feria quarta poſt pentecoſtes, nudis incedens pedibus, diuerſa ſanctorum loca cum litaniis deuoriſſime viſitauit. *Anno 1171. hoſtis jacra furto jubla- ta. Beha habet. Maria mino- ris. Inundantia maxima. Incendiũ ſubitum Traiectẽſi. Supplicationes inſtitu- untur.*

De Diſcordia inter Conuentum Egmondanum & Dodonem aduocatum.

CAP. IX.

ANNO Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto ſopitur diſcordia per Florentium Comitem Hollandiæ, quæ aliquibus annis viguerat inter conuentum Egmondenſem & Dodonem, filium Bernoldi. Nam temporibus Veboldi Abbatis Dodovervvoldi Abbatis aduocatus Egmondenſis voluit ſe gerere, defuncto patre ſuo, pro hæreditaria aduocato Egmondenſi: quod iam fatus Abbas cum toto ſuo cõuentu admittere renuit. Vnde & dicta diſcordia diu inter eos dominatur. Tandem elapſis multis annis prædictæ partes in arbitrium Florentii Comitis Hollandiæ committuntur. Qui fecit ſequentem compoſitionem inter eos ſub hac verborum forma. Norum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Florentius, Comes decimus, filius Theodoricl, noni Comitis Hollandiæ, intuitu diuinæ remunerationis diremit & compoſuit litem, quæ erat inter Eccleſiam Egmondenſem & Dodonem filium Bervvoldi, illo aſſerente, quod aduocatia & ius totius abbatiæ ſuum eſſet feudum: & conuentu hoc negante, decreuit ergo Comes conſilio principum & nobilium ſuorum, & coram magna frequentia hominum promulgauit, quod Comes Hollandiæ ſolus ſit legitimus aduocatus Eccleſiæ Egmondenſis. Et quia in minoribus Eccleſia aduocato carere non poteſt, ideo palam determinat, vt, quem Comes terræ & Abbas Eccleſiæ communi conſenſu elegerint, ille ſit aduocatus, & aduocatiam non ex beneficio, ſed ex condicto tandem teneat, quam diu vtile videtur Abbati & Comiti. *Anno 1174. Forma compoſitionis diſcordiæ.*

Huius rei teſtes fuerunt omnes fratres Egmondenſes, Balduvvinus frater Comitis, Albinus & Hugo capellani, Luzo medicus, Florentius de Voren, & frater eius, Theodoricus Yſebrandus de Haerlem, & frater eius, Gerardus Symon, Gallo & frater

eius, Nicolaus Wilhelmus de Tuylinghe, Albertus Bamart, Gosuin⁹ de Mulen, Gherbrandus & fratres eius, Eylgherus, Euerhardus Theodoricus, Albertus Otto, Hugo de Eckersloet & alii quam plures. Gesta sunt hæc anno dominicę incarnationis, millesimo centesimo septuagesimo quarto, Indictione septima, quinto Nonas Octobris. Cum ergo Dodo præfatus iterum ad officium aduocatiæ assumtus esset, ædificando consummauit castrum in manso suo, quod pater eius, Balduvvinus, inceperat & vocatur *op die Houst* vsque in præsentem diem.

Castrum Dodonis aduocati Egmondensis.

Tandem isto Dodone defuncto, successit ei Walterus de Egmonda miles in aduocaria prædicta, filius videlicet Allardi de Egmonda, occisi in Schaghen à Frisonibus.

10

De bello inter Florentium Comitem Hollandiæ, & Philippum Comitem Flandriæ, & captione eiusdem Florentii.

Cap. X.

Anno 1177.

Anno, à virginis partu, millesimo centesimo septuagesimo septimo Florentius, Comes Hollandiæ, petijt à Philippo Comite Flandriæ rehabere insulam VValachriæ, quam eiusdem Philippi antecessores, Comites Flandriæ, aliquot annis iniuste occupauerunt. Econtra Philippus, Comes Flandriæ, rescripsit, quod patrimonium sibi delictum vellet defendere gladio suo. Quare Comes Florentius contra Philippum Comitem, consanguineum suum, bella gerere statuens adiunctis sibi Geldriæ, Cliuiæ, & de Montrecr mitibus cum decem millibus armatorum perrexit ad comitatum Alsatiæ, quod erat sub dominio prædicti Comitis Flandriæ. Quam terram cum iam dictus Comes Hollandiæ intrasset, fere igne & ferro depopulatus est vastando, deinde idem Comes tristissima obsidione obsedit cum tribus præfatis comitib. oppidum Armesteyn, quod cotidianis assultibus acriter oppugnauit.

Alsatia vastatur à Florentio Comite Hollandiæ.

Armesteyn oppidum obsidetur ab eodem.

Porro oppidani obsessi scripserunt Philippo Comiti Flandriæ, eorum dominо, quod sine dilatione veniret ipse in auxilium, vel cogerentur oppidum inimicis tradere. Philippus Comes Flandriæ, aduertio tratris sui Matthæi, Comitis Bononiensis, colligens fere omnes satellites ex Picardia, Archesia, Weromandia, Hannonia, Ardenna, & Flandria: quibus venit ante Armesteyn, & commisit graue prælium in die il-
la. Tandem post cruentam stragem, fugientibus tribus Comitibus Gelrię, Cliuię, & de Monte, exercitus pro magna parte fusus est. Florentius vero nolens fugere restitit inimicis, magnis & cruentissimis vulneribus vulnerabatur vsque ad mortem, antequã voluit se reddere captiuum; quo facto, Philippus duxit eum ad Flandriam, & curam eius egit pro eo, quod erant inuicem cuncti consanguinei.

Fugantur Hollandi cum suis à Comite Flandriæ Philippo. Florentius Comes Hollandiæ capitur.

De recuperatione VValachriæ & Initio oppidi de Dam.

Cap. XI.

Inundatio insolens.

Tvnc eccę Florentio egregio Comite existente in Flandria facta fuit tanta inundatio aquarum maris, quæ disruptis aggeribus apud Dam oppidum Brughense staret in medio aquarum maris fuit.

Denique vna ruptura in aggere apud Dam, quæ non potuit obstrui, quia quicquid lignorum, terrarum, lapidum immittebatur, cecidерunt omnia veluti in abissо, siue in puteo sine fundo, ita quod Brughæ & illa pars Flandriæ fuit in magno periculo. Interim venerunt ad Flandriam Archiepiscopus Colonіensis, Episcopus Leodiensis, cum multis illustribus viris, & pacem fecerunt inter Florentium Comitē Hollādiæ, & Philippū Comitem Flandriæ: tali videlicet condirione, vt de cetero manerent boni amici. Insuper quod Philippus perpetuo possideret tempore medietatem terrarum, sitarum in occidua parte Schaldæ, quæ iam vocatur terra *VVaes*: & Florentius iterum reciperet Walachriam.

Pax componitur inter Comites Hollandiæ & Flandriæ, & landt van Waes.

Insuper Florentius Comes Hollandiæ, mitterer ex Hollandia, Zelandia & Frisia mille industriosos viros, qui obstruerent foramen intercepti aggeris in Damme expensis Comitis Flandriæ: quod etiam factum est. Nam Florentius Comes, recipiens Walachriam, homagabatur in ea, & veniens ad Hollandiam, misit optimos artifices, & constructores aggerum ad Flandriam.

Qui vsque Dam venientes inuenerunt in littore interrupti aggeris quendam canem latrantem, qui per sex continuos dies, & noctes horribiliter commisit latratum, & omnia,

& omnia, quæ mittebantur in foramen, absorbebantur, ac si fuisset insatiabile. Tandem consilio senum & sapientum, quidam audax Hollandus accepit canem cum impetu, in nomine Domini, & proiecit ipsum festinanter in eodem foramine, massas terrarum in magna quantitate foramen illud obstruxerunt. Et quia laboratores multi erant, ideo in eodem loco multi, extendentes tabernacula, ceperunt per modum oppidi ibid. habitare. Philippus autem Comes Flandriæ hoc cernens dedit omnibus volentibus à Dam vsque Ardenborch terram lucrari, & exaggerare ex mari, illa terra sibi maneret & suis successoribus in perpetuis temporibus, addens aliquas libertates. Quare multi Hollandenses & Zelandenses ibi permanserunt, &, apportatis plurimis terrarum massis, oppidum construxerunt, appellaueruntq; illud, propter canem ibidem immersum, ten Honsdam. *Occasio oppidi Dam, & exordia.* *Quare vocatur Hondam.*

De obitu Godefridi Episcopi, & castris ab eodem ædificatis.

CAP. XII.

ANNO Domini millesimo centesimo septuagesimo octauo, sexto Iunii, Godefridus, Episcopus Traiectensis, creatori reddidit animam, postquam viginti duobus annis Traiectensem digne rexisset Ecclesiam. Is Episcopus penes antecessores in Ecclesia maiori tumulatus est. Nam etiam ipse pro virtuosis operibus hodierno die non immerito colladandus. Hic Godefridus Episcopus ædificauit beato Martino pro sempiterna laudis suæ memoria quatuor castra fortia, videlicet Horst contra comitatum Gelriæ, Vollenhorst contra Comitatū Frisiæ, Montfort aduersus comitatum Hollandiæ, & Woorde, aduersus rebellionem propriæ ciuitatis: vt ex ipsa impetum inimicorum ab omni parte restringeret, & diuersis rapturibus facillime interdiceretur ingressus. *Anno 1178. moritur Godefridus Episcopus.* *Quatuor castra à Godefrido Episcopo ædificata.*

De Balduino Episcopo vicesimo nono & Contentione pro dominio Veluæ.

CAP. XIII.

POST obitum Godefridi præsulis Balduinus de Hollandia, huius nominis secundus, ad sanctam Mariam in Traiecto ac Doldencheol præpositus vicesimus nonus intronisatus est Episcopus, vir mansuetus ac adeo castus, vt in fine vitæ suæ virgo crederatur esse mortuus, cuius fratres erant egregii principes, videlicet Florentius Comes Hollandiæ, Theodoricus in Traiecto maior præpositus & Archidiaconus, Otthо Comes de Benthem, per quorum auxilium prædones ab Episcopatu profugauit, & totam terram aliquot annis gloriose rexit. Omnes itaque susceperunt ab eo ciuilia iura, & ab simili ministeriales bona feudalia. *Balduinus Episcopus 29. Traiecti.* *Hac eodem Beka.*

Solus autem Godefridus, dux Lotharingiæ ac Brabantiæ, statu tempore Veluam acceptare neglexit, quam Gherardus Comes Ghelriæ ab eod. duce subinfeudate tenet. Quapropter Episcopus Veluam tenet cum inuictis bellatoribus, effugato Gherardo Comite Ghelriæ cum omnibus suis complicibus. Comes ergo Gherardus, tantæ ditionis amissionem ægre ferens, aggregauit armigerorum magnam copiam, & per quatuor dies circumuallauit Dauenriam. Sed Fridericus illuc veniens omnem belli tumultum sustulit, & treugas vtrobiq; seruare mandauit. Durantib. itaque treugis Gerardus Comes absq; liberis migrauit è seculo. Et Balduinus Episcopus iterato Veluam intrauit armato satellitio: qui de Comitatu Zutphaniæ plures villas incendit, & ab inde rapinam multiformarum faculratum abstraxit. Theodoricus vero Comes Cliuensis, sororius Episcopi, aggregauit ingentes copias, electo milite de vastans ex magna parte Ghelriæ Comitatum. Florentius a. Comes Hollandiæ, frater Episcopi Comitatui Ghelrensi grauia damna fecit. Nam & omnia pecora totius Veluæ potenter in Dauentriam comminauit. Otto quidem de Ghelria, fratri succedens in Comitatu, perpendens impetum inimicorum suorum violenter ingruere, nec vires sui solius, contra tot magnates posse sufficere, de potestare Archipontificis Colonien sis, & Episcopi Monasterien sis, Ducis Lotharinghiæ, & Comitum de Monte, circa rria millia virorū pro stipendiis eduxit, cum quib. octingentos equites Episcopi trib. septimanis in Dauentria obsedit. Balduinus, a. Episcopus anxiam necessitatem suæ Ciuiratis audiens, auxilio fratris sui Comitis Hollandiæ, Florentii & Theodorici Cliuensis, sui sororii, ac fratris sui Otthonis de Benthem Comitum contraxit robur tam Hollandiæ quam Cliuiæ, vt Ottonem Ghelrensem deplleret ab obsidione oppidi Dauentriensis. Sed ecce Fridericus Imper. partes inferiores adiens, interuenit hoc prælium, statuens inter vtramq; partem amicabile pacis interlocutorium: videlicet vt idem Comes Ottho dominationem Veluæ trib. annis anre habitum quiete possideret, quoadusque super hoc de principum suorum consilio iudicium vel arbitrium promulgaretur. *Dux Brabantiæ ab negligentiam feudo cadit.* *Inde bellum inter Traiectenses & Gelrenses ortum.* *Dauentria circumuallatur.* *Otto Comes Gelria sopponit Episcopo.* *Fridericus Imp. pacem componit.*

De pere-

De peregrinatione Florentij Hollandia, ac Philippi Flandriæ Comitum ac aliorum principum versus terram sanctam.

Cap. XIIII.

Anno 1180. ANno Domini millesimo centesimo octuagesimo Philippus Comes Flandriæ, Alsatiæ, Artheſiæ & weromandiç: Florentius Comes Hollandiæ, Zelandiç & Friſiç, conſanguinei præcordiales, audientes quod Soldanus, potentiſſimus Saracenorum Rex, potenter viciſſet ſanctam ciuitatem Ieruſalem, & occidiſſet inſuper Reges Samariæ, Syriæ & Ieruſalem, fratres Sibillæ matris præfati Philippi Comitis Flandriæ, quæ Sibilla ſepulta iacebat Ieroſolimis, in hoſpitali Sancti Ioannis ſcilicet, in eo loco, vbi ſanctus Lazarus conſueuerat habitare. Igitur hi præfati glorioſi Comites, qui ambo habebant ſanctas mattes ſepultas in Ieroſolimis, decreuerunt ſimul pergere ad terrã ſanctã ad debellandũ Sarracenos occupantes ciuitatem ſanctam Ieruſalem: q; audientes plerique Principes, Barones, Milites, & viri potentes decreuerunt cum eiſdem Comitibus pergere ad negotium antefatum. Conuenientibus duobus prædictis Principibus in vnum ad naues præparatas Tenhonſdam in Flandria, numerus aggregati exercitus erant nouem millia approbatorum armigerorum, quorum capitanei erant Philippus Comes Flandriæ, & Florentius Comes Hollandiæ, Wilhelmus Comes Hannoniæ, Theobaldus Comes Ardennenſis, Matthæus Comes Bononienſis, & Petrus Epiſcopus Cameracenſis, ambo fratres prædicti Comitis Flandriæ. Velis autem expanſis, & pergentes ſimul applicauerunt per proſperum ventum infra nouem (hebdomadas) in Hiſpania, vbi modicum pauſantes, ſe recreauerunt et mentes ibi neceſſaria, & requiſita in via. Item multi nobiles ex Hiſpania profectionem illorum audientes petrexerunt cum illis in Græciam, Slauoniam & Cyprum.

Numerus proficiſcentium ad terrã ſanctam nouem millia hominum.

De baptizatione Regis Slauonia & Cypri.

Cap. XV.

PORRO Philippus & Florentius, præclari Comites, venientes in Græciam cum ſuis bellatoribus inclytis, & intelligentes Regem Cypri & Regem Slauoniæ eſſe Saracenos, præcipiunt, quod omnes armigeri ſe armarent contra Regem Slauoniæ. Quod peipiens Invvyn Rex Slauoniæ miſit Legatos nobiles ad eoſdem principes, petens, placeret eis ſub fide loqui, q; veniret cum paucis nobilibus ad exercitum eorum. Admittit ergo Rex Slauoniæ, & videns prænominatos Principes ait: Benedictus ſit omnipotens Deus, q; creauit cœlum & terram & omnia, quæ in eis ſunt, & benedicta ſit iſta hora, & benedictũ ſit iſtud tempus, in quo tot nobiles Chriſtiani à me poſtulant, q; diu toto corde poſtulaui. Ego peto fieri chriſtianus, & in nomine S. Trinitatis baptizari. O incliti & egregij Principes ſi deſideratis ire Ieruſalem, ego vos ducam ad ciuitatẽ Acon in Syriam, & impetrabo vobis cum 3. aut 4. millibus nobilium virorũ ſaluum conductum, etiamſi velletis in Arabiam proficiſci, ad montem Sinai, ſed oportet dimittere arma in Acon; quia alias Soldanus nullo modo daret ſaluum conductum. Quibus auditis, Philippus Flandriæ & Florentius Comites rogratiabantur ei. Itaq; Inguyn, rex Slauoniæ, ſolemniter baptizatur in feſto S. Georgij cum principibus ſuis, & quia baptizabatur in feſto S. Georgij, ideo in baptiſmo appellabatur Georgius: deinde totus populus regni ſui, deinde regnum Cypri ſimiliter baptiſabatur cum omnibus ſuis.

Colloquium noſtrorum principum cum rege Slauonia.

Petit baptizari.

Saluum conductum noſtris promittit.

Baptizatur. Nomen mutat in baptiſmo vocatur q; Georgius.

De viſitatione ſepulchri Domini & aliorum ſanctorum locorum.

Cap. XVI.

QVIBVS completis, antedicti Comites petierunt à Georgio Rege Slauoniæ, vt ipſos duceret ad Syriam, & impetraret pro eis ſaluum conductum ad Ieruſalem & montem Sinai, ſicut pollicitus fuerat. Georgius ergo Rex Slauoniæ, volens promiſſum ſeruare, intrauit cum ipſis nauem, & duxit eos cum eorum exercitu in Syriam ad ciuitatem Acon. Porro Ingelrammus & Georgius Reges ſe ipſerunt ad Soldanum, vt daret eis ſaluum conductum pro ſex millibus Chriſtianorum ad veniendum peregre Ieruſalem, & ibi permanendi per tres vel quatuor dies, & vlterius pergendi ad montem Sinai cum ſuis conductoribus, expenſis propriis: quod & idem Soldanus admiſit, hoc addito, quod irent, ſicut peregrini, ſine armis bellicis, Igitur ſæpedicti Comites,

Comites, eum sex millibus approbatorum virorum in sanctam ciuitatem Ierusalem venientes, recepti sunt cum magno honore à Patriarcha Ierosolimitano, qui eos duxit ad sepulchrum Christi, & ad omnia alia loca sancta. Tandem sepulchris sanctarũ matrum Comitissarum Flandriæ & Hollandiæ, Sibillæ sciliceæ & Sophiæ, visitatis, sumptaq; eucharistia, & benedictione Patriarchę prædicti, profecti sunt à Ierusalem vsq; ad montem Sinai, visitatoque sepulchro sanctæ Catharinæ virginis & martiris, disponebant regressum versus transiordanem.

Ierosolymam veniunt prædicti nobiles

recipiuntur à Patriarcha Ierosolymitano.

De occisione Nobilitri bastardi Nobilionũ Regis Abilenæ pradictos principes impugnantis.

CAP. XVII.

Agila rex Ierosolymorum

INTEREA Rex Ierusalem, Agila paganus, intelligens, turmam præfatam esse nobilium Christianorum, sciens, quis eos omnes inermes, constituit Nobilitrum bastardum Nobilionis Regis Abilenæ fratris sui, cum quinque millibus armatorum super Iordanem, sibi præcipiens, vt prædictos principes redeuntes de Arabia cum omnibus eorum consociis trucidarent in ore gladij: quod præfati Comites, per secretam intimationem Ierosolimorum patriarchæ cognoscentes, non venerunt ad illum locum Iordanis, vbi eos exspectabat bastardus præfatus: sed perrexerunt ad Cæsaræam Philippi iuxta montem Libani, apud quem montem exoriuntur ex duobus fontibus Ior & Dan, qui tandem in vnum venientes faciunt Iordanem fluuium, in quibus fontibus omnes se lauabant: quocirca communi decreto per præfatos principes ordinati sunt ibi ex societate illa mille & trecenti milites. Itaque Nobilitius bastardus, audiens eos esse iuxta montem Libani, præcepit exercitui suo, quatenus sine delatione equitarent ad præfatum montem, vt eorum iter anticiparent, ne vlteriorem progressum haberent versus Acon ciuitatem. Misitque idem Nobilitius bastardus ad Achilam Regem Ierusalem, patruum suum, & ad Nobilionem, Regem Abilenæ, partem suum, intimans eis, quod Christiani prædicti essent in Cæsaræa Philippi, & quoniam erant in maiori numero ibi, quã sibi prædictum fuerit, petens magnum auxilium ab eis contra eosdem christianos Reges, & prædicti congregantes vltra duodecim millia electorum pugilum perrexerunt in montem Libani, vt Nobilitro auxilium ferrent. Sed antequam prædicti Reges ibidem venerant, die præcedenti Nobilitius bastardus horribili bello christianos præfatos hostiliter inuasit ad distantiã vnius milliaris à Cæsarea volentes ire ad Accon. Cũ ergo Comites Flandriæ & Comes Hollandiæ, Hanoniæ & Bononiæ paganos vidissent, vt eos debellarent, miserunt nuntium ad Nobilitium bastardum, ostendentes illi Soldani saluumconductum: sed Nobilitius, parui pendens Soldani saluumconductum, fregit sigillum Soldani, & nuntium propria manu occidit. Quod videntes christiani inuocauerunt deuote Christum pro victoria obtinenda. Itaque cum bellum inhorruisset, christiani absque armis obtinuerunt victoriam. Ceciderunt autem ex parte Saracenorum tria millia & nonaginta. Capti vero fuerunt ducenti, & vltra de nobilioribus Saracenis. Philippus vero Comes Flandriæ propria manu Nobilitium bastardum occidit, quo occiso idem Comes accepit scutum eius, quod erat aureum, cum imagine nigri leonis scandentis. Cæteri autem christiani acceperunt omnia arma occisorum Saracenorum. Et quia Nobilitius bastardus Nobilionis, Regis de Accon, saluumconductum & sigillum Soldani violauerat, occidendo nuncium Regis de Accon, saluumconductum sibi ostendentem, vt rei veritas cunctis patesceret: ideo nobiles prædicti christiani miserunt captiuos ad Accon, vtipsi captiui rem patefacerent. Et quia christiani fuerunt vulnerati in bello, eo quod non fuerunt armati: redierunt Cæsaream. Altera vero die percipientes occasum Nobilitij bastardi venerunt, vt feroces leones, prope montem Libani, & cum didicissent, quod christiani essent in Cæsarea, vt in breui irent in Accon: perrexerunt vltra Cæsaream per tria milliaria, latitantes in quadam sylua iuxta viam, qua christiani ituri essent à Cæsarea vsque Accon, vt eos ibidem debellando morti traderent.

Iordanis fluuium ex duobus fontibus Ior & Dan nomen habet.

Nobilitius Christianorũ iter impedire conatur.

Christiani vincunt aduersarios.

Occisus Nobilitius bastardus à Comite Flandria.

De victoria principum Christianorum aduersus Reges prafatos.

Cap. XVIII.

QVARTA ergo die postquam vulnerati Christiani bene fuissent recreati, & fere sanati in Cæsarea, cæperunt maturare egressum versus Accon Ciuitatem. Cum ergo per tria milliaria à Cæsarea iuissent, ecce apparent Saraceni in stationib. suis per turmas ad inuadendum Christianos. Erat enim exercitus prædictus collectus ex Arabia, Ægypto, Samaria & Ierusalem & Abilena. Præcessit autem exercitum Saracenorum Nobilion Rex Abilenæ, qui exiens exercitum, vocauit ad se Philippum Flandriæ, Flo-
Nobilion minatur Principibus Christianis. rentium Hollandiæ, Theobaldum Ardenn æ, Wilhelmum Hannoniæ, & Mattheum Bononiæ Comites, & ait ad eos: vos falsi traditores, & latrones trucidastis nobilem consanguineum, scilicet Nobilitium filium meum, cæpistisque omnia sua, & occidistis nobiles & potentes magni regni Abilenæ, & Ierusalem. Iuro autem per virtutem Dei mei, & per Coronam regni mei, quod vindicabo ista. Hæc sæpedicti Comites audientes redierunt ad suos, & animauerunt eos in Domino, ponentes firmam spem in Christo Iesu: effectique sunt audaciores, quod modo melius erant armati, quam prius propter arma obtenta in superiori prælio, & consilio principum omnes flexis genibus inuocabant & implorabant auxilium à Deo saluatore ipsis aduenire ob honorem gloriosi nominis eius: & præcipue inuocabant beatam virginem Mariam, & sanctum Georgium cum omnibus sanctis: & sano consilio ordinauerunt, quod omnes Christiani clamarent, *adiuuet nos Deus & sanctum sepulchrum.* Quib. sic ordinatis, steterit in primacie Comes Flandriæ, Florentius Comes Hollandiæ, & Matthæus Comes Bononiæ, & à retro custodierunt exercitum Theobaldus Comes Ardennensis, Wilhelmus Comes Hannoniensis. Saraceni autem steterunt in tres turmas, in quarum prima fuit Nobilion, Rex Abilenæ, vt vindicaret mortem bastardi sui: quod videntes Comites Flandriæ & Bononiæ accesserunt ad eum in manu forti cum clamore præscripto: & ecce
Pugnatur hora 9. inter Christianos & Saracenos. prælio inchoato pugnauerunt dire per tres continuas horas. Et Christiani corde orabant & ore clamabant: *adiuuet nos Deus & sanctum sepulchrum eius.* Et Nobilion permissione diuina prostratus est de camelo suo in terram, & occisus est à Comite Flandriæ, quo
Nobilion occiditur à Comite Flandria. occiso cæteri Christiani, acriter pugnantes, adiutorio Dei omnes Saracenos deuicerunt. Ceciderunt autem fere vndecim millia Saracenorum cum præfatis regib. Tunc præceperunt, quod parcerent nobilib. Christianis vulneratis, & seruarent ad vitam ad testificandum cum ipsis coram Soldano, quanta iniuria à præfatis regibus ipsis esset inflicta iam iam & iam secunda vice. Capti ergo fuerunt sexcenti nobiles Saraceni vul-
Saraceni deuincuntur, ea[que] sunt ex tu[n]c vndecim hominum millia. nerati. Ceperunt etiam Christiani thesaurum magnum, clenodia, tentoria, præciosas papiliones, arma Admiraldorum & spolia multa. De quibus omnibus Deum de tanta victoria laudantes perrexerunt versus Accon ciuitatem. Porro in ista Ciuitate Accon
Idolum Beelzebub in ciuitate Accon. idolum antiquitus Beelzebub colebatur. Est enim adhuc turris in porta eiusdem ciui-
Turris munitissima in eadem. tatis, quæ dicitur turris muscarum, in qua ciuitate etiam Ionathas, frater Iudæ Machabæi, dolo captus fuit & à Trip hone interfectus. Est etiam alia ciuitas Accarum scil. vna de quinque ciuitatibus Philistinorum: vnde versus:

Non est vrbs Accaron, quam quilibet æstimat Accon:
Illa Philistea, Ptolemaida dicitur ista.

De reditu prafatorum principum ad terram propriam.

Cap. XIX.

Inghelrammus Rex Accon. VENIENTES ergo ad Accon cum maxima reuerentia recepti fuerunt ab Inghelrammo Rege Accon & Georgio Rege Slauoniæ, dederuntque Regi omnes captos nobiles Saracenos, ad faciendam voluntatem suam cum eis. Deinde impetrata licentia ab Inghelrammo Rege Accon, suscepit eos in sua defensione Georgius Rex Slauoniæ, qui præfatos Comites cum suis commilitonibus, & naufragio perduxit vsque in Cretam, & ibi Georgius Rex dedit iam dictis principibus regalia munera. Insuper prouidit ipsis optimas naues impletas omnibus necessariis, quæ eos transueherent in Portugalliam ad ciuitatem Vlisbonam, & sic regaliter idem rex eos remisit ad patriam ipsorum, regratians eis, quod adiutorio eorum regeneratus fuit Baptisterio Christianitatis. Itaque in Portugalliam venientes ad ciuitatem Vlisbonam Machtildis Regina Portugalliæ eos honorifice suscepit. Deinde vnusquisque eorum reuersus est ad terram propriam, & Florentius Comes rediit in Hollandiam.

De expe-

De expeditione Christianorum in Saracenes, & scuto oppidi Haerlemensis.

CAP. XX.

ANNO Domini millesimo centesimo octuagesimo octauo, decreto Alexandri Romani pontificis, & edicto glorioſi Cæſaris Frederici innumerabilis exercitus chriſtianę profeſſionis eruce ſignatus eſt apud Moguntiam ab Henrico Cardinale ſiue legato ſedis Apoſtolicæ pro recuperatione ſanctæ ciuitatis Ieruſalem. Cuius innumerabilis exercitus capitanei principales erant Fredericus Romanorum Imperator, Philippus Rex Franciæ, Richardus Rex Angliæ, Dux Bauariæ, Dux Saxoniæ, Conradus Dux Auſtriæ, Fredericus Dux Sueuiæ, Henricus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, Philippus Comes Flandriæ, Florentius Comes Hollandiæ, Theodoricus Comes Cliuiæ, Ottho Comes Ghelriæ cum alijs magnatibus multis. Et proceribus infinitis. Eo igitur tempore extitit Abbas Ioachim in Calabria heremita ſeu incluſus, qui in ſcripturis plurimum erat eruditus. Imperator autem conſilium expetiit ab eodem, qualiter chriſtianum exercitum dirigeret. Abbas vero Ioachim prophetando reſpondit, quod idem Imperator aquis ſuffocari debebat, antequam à marinis partibus in patriam rediret, & quod ea vice chriſtiani non perficerent, eo quod nondum tempus eſſet, quod Dominus terram Agarrenorum liberet. quamobrem Idem Imperator mare mediterraneum euitans, trans Bulgariam exercitum ducens, & brachium ſancti Georgij tranſeendens, verſus terram ſanctam perrexit cum antedictis principibus, ciuitates, præſidia, munitiones oppida, caſtella, muros & portas potenter vſque ad deſertum Sur obtinentes, de perfidis gentilium turbis multis vicibus honeſtiſſime triumphauerunt, ſanctam tamen ciuitatem non obtinuerunt. Imperator autem, pleriſque munitionibus euerſis, Damiatam vrbem Ægypti pulcherrimam circumobſedit, ad quam ſubuertendam multa tormentorum genera diuerſis cum ingeniis adaptauit. Sed hoc minime profuit: præſettim cum & eadem vrbs humanis quaſi viribus fuit inexpugnabilis & omni parte, præterquam ad portam, inacceſſibilis: ab vtraque vero parte maritimi portus, caſtra conſtituta prominebant, quæ cunctis introeundi aditum ſecurum nauigantibus denegabant. Turres etenim alterutrum ex aduerſo cum vectibus æneis & cathenis ferreis ſubter aquam latentibus combinabantur. Itaque ciuitatenſes non aſſultum vrbis, nec hoſtiles incurſiones aliquo modo verebantur.

Anno 1188. Haec ex Beka.

Abbas Ioachim eremita in Calabria.

Alia huic inclusum quendam fuisse credit, inter quos ipſe Beka.

Damiata vrbs inexpugnabilis.

Interea Wilhelmus de Hollandia, ſecundo genitus præfati Florentij Comitis Hollandiæ, cum Haerlemenſibus confœderatus eſt: qui, coaptata noua claſſe, patrem ſuum ad terram ſanctam cum armigeris electiſſimis aſſecutus eſt. Intelligens autem idem wilhelmus ſitum & ſtatum Damiatænſis vrbis ex induſtria ſui ingenij fecit in modum ſarræ nauem ſuam per aquam findere, exſpectans ad tempus ventum ſibi proſperum. Tandem flatu & vento adoptato ventorum flante, præfatus Wilhelmus ratem aptauit, vela tetendit & portum expetiuit. Etecce mole velificans nauis & acumine ſarræ corrodentis vectes æneæ diſruptæ ſunt, & chatenæ fortes diſſolutæ ſunt: ita, quod Damatenſis vrbis patefactus eſt aditus, & chriſtianorum naualis intromiſſus eſt exercitus cæſis paganis, Turcis, Agarrenis, cum cæteris gentilibus vniuerſis.

Capitur Damiata vrbs à Wilhelmo de Hollandia.

Frederieus quidem Imperator attendens, quam eximiam vrbem per induſtriam Wilhelmus de Hollandia cœpiſſet, ac ineſtimabiles opes in ea inueniſſet, ex imperiali munificentia donauit principibus Hollandiæ ſub Cæſaris vexillo habere ꝓpugnatoꝝ, ac etiam ipſum Wilhelmum in militem ordinauit. Inſuper tribuit Haerlemenſibus quatuor ſtellas in vexillo rutilo pridem deportantibus argentei coloris defertæ gladium. Patriarcha vero Ieroſolymitanus donauit etiam Haerlemenſibus deferendum triumphale ſignum ſanctæ crucis, ex eo quod tanta honorificentia conſtituti ſunt in terra promiſſionis.

Scutum Haerlemenſium.

De morte Imperatoris & Comitum Flandriæ & Hollandiæ.

CAP. XXI.

ANNO Domini millesimo centesimo nonagesimo idem Impetator, quodam æſtiuo tempore feſſus ex itinere, feſtinanter in limpido torrentis alueo profluentem ſudorem abluere & modico refrigerio ſe reficere propoſuit. Qui de peritia nandi confiſus, in fluctuoſis vndis deſcendit, quem impetus fluminis rapido curſu in girum

Anno 1190. Sic etiam Beka.

rotauit & giro vagum cheu fortissimum heroem demersit. Qui ita secundum Anachoretæ vaticinium ibidem submersus est & apud Antiochiam in Basilica sancti Petri est tumulatus: cui successit Henricus filius eius. Eodem anno etiam non admodum post hoc temporis curriculum, Florentius Hollandiæ Comes, postquam Comitatum Hollandiæ strenue viginti sex annis gubernasset, obiit in Antiochia, sepultus ibidem apud tumbam Imperatoris in eadem Ecclesia.

Florentius Hollandia Comes Antiochia meritur.

Ada Comitissa Hollandia moritur. Anno 1201.

Ada vero Comitissa Hollandiæ, vxor eius, postmodum obiit, anno dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo primo, tertio Idus Ianuarii, & in Middelburghensi monasterio est sepulta. Wilhelmus autem de Hollandia, filius eius, Frederico Duci Sueuiæ sociatus ad annos quinque post obitum patris in terra sancta permansit, qui in diuersis bellis campestribus contra paganos victoriæ palmam multis vicibus gloriose acquisiuit. In quodam autem bello Philippus, Comes Flandriæ, à Saracenis vulneratus est, & in breui obiit. Quod audiens vxor eius misit pro corpore suo, & sepeliuit illud in Clareualle. Hic Comes sine liberis obiit. Successit ei Balduuvinus Comes Hannoniæ, maritus Margaretę sororis eiusdem Philippi Comitis. Hic Balduuvinus genuit ex sorore Philippi Comitis vxore sua Balduinum Comitem Flandriæ, & Henricum Comitem Hannoniæ, ambo postmodum Imperatores Constantinopolitanos, & Elizabeth Reginam Franciæ, vxorem videlicet Philippi Regis Franciæ præfati. Hic Balduuvinus postquam quatuor annis rexisset Flandriam, obiit vxor eius Margueretа, & tunc temporis manenre Comite Hannoniæ.

Philippus Comes Flandria à Saracenis vulneratus meritur.

Hic ergo Balduinus Comes Flandriæ, & Henricus frater eius successit patri in Comitatu Hannoniæ. Hic Balduinus Comes Flandriæ duxit in vxorem Mariam filiam Henrici principis & Comitis Campaniæ, de qua genuit Iohannem & Margueretam, Nigram cognominatam, Comitissas Flandriæ & Hannoniæ. Tandem igitur Philippus Franciæ, & Richardus Angliæ reges, ac cæteri principes Christiani terram sanctam passim relinquentes ad propria sunt reuersi. Hic Philippus Rex Franciæ genuit de Isabela seu Elizabeth de Hannonia vxore sua Ludouicum sibi succedentem patrem sancti Luduici Regis, Philippum Comitem Bolonienſem, & Mariam Ducissam Brabantiæ.

Margareta Nigra.

LIBER XIX.

COMPREHENDIT GESTA TREDECIM ANNORVM, quibus Hollandiam gubernauit Theodoricus, huius nominis septimus, cum quibusdam euentibus eiusdem temporis: & habet tredecim capitula.

De Theodorico Comite Hollandiæ vndecimo.

CAP. I.

TVMVLATO penes Antiochiam Florentio, Comite Hollandiæ, Theodoricus, huius nominis septimus, primogenitus eius, factus est vndecimus Comes Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ. Duxit hic in vxorem Adelheydim filiam illustris Theodorici Comitis Cliuiæ, de qua duas excellentis formę susceperit filias, videlicet Adelheydim & Idam. Adelheydis autem Henrico Domicello Ghelrię desponsata fuit, quæ non genuit, Idam vero Luduicus Comes Lossensis contra voluntatem totius Hollandiæ sibi in coniugem desponsauit.

De duplici pugna eiusdem Comitis Theodorici.

CAP. II.

Anno 1197. Simultas inter Wilhelmum & Theodoricum Comitem Hollandiæ fratres.

ANNO Domini millesimo centesimo nonagesimo quinto Wilhelmus de Hollandia miles ab expeditione Ierosolimirana reuersus est ad Hollandiam, quem frater suus Theodoricus Comes primo gloriose susceperit secundum debitam honorificentiam. Deniq; susurronum exosa suggestio seminauit inuidię zelum inter prędictos frattes, ita quod Wilhelmus ad Drechtenses Frisones extemplo transiret, & cum eis præsens

præsens Hollandiæ villas Duornatum impugnauit. Eodem etiam tempore Balduinus Comes Flandriæ, filius Balduini Comitis Hannoniæ, subintrat armata manu Zelandiam, vt expugnaret vicinam terræ suæ walachriam. Quapropter Theodoricus, Hollandiæ Comes, vtrobique perplexus, tum contra Frisones, tum contra Flandros populosum congregauit exercitum, quem de primatum suorum consilio subdiuisit in bipartitum cuneum, quatenus vnum versus Flandriam secum adduceret, & alterum cuneum Adelheydi Comitissæ pro Frisonibus debellandis in Egmonda dimitteret. Quibus ita gestis idem Comes, versus Zelandiam renauigans, aduersus Balduinum Comitem Flandriæ graue prælium commisit, quem potenter à Zelandiæ finibus cum victoria profugauit. Adelheydis autem Comitissa, quasi mulier imperterrita, cum vexillis fulgidis, & tubis strictentibus ab Egmonda pernenit in Alemariam iuxta præceptum Domini viri sui, vt repugnantem expugnaret Frisiam. Wilhelmus vero miles egregius bellicosum Frisigensem eduxit exercitum, non reformidans aduersus Hollandenses decertare phalanges: & ecce, commisso prælio, Frisones de winckel & Niedorp diffugerunt pro pacta pecunia, derelinquentes ipsum Wilhelmum cum cæteris Frisonibus in mortis angustia: qui per Kenemaros in vado propulsus & fere circumuentus fuit. Sed post aliquantulam reluctationem cum socijs Frisonibus suis abunde vix aufugit. Hocautem infortunium Frisones non ipsi Wilhelmo, sed suæ ignauiæ imputauerunt.

Balduinus Comes Flandriæ ex Zeldia expulsus.

De pace facta inter præfatos fratres Hollandenses.

Cap. III.

PORRO cum Theodoricus Comes ad Hollandiam de Flandria victor redisset, Balduinus Traiectensis Episcopus, Theodoricus Archidiaconus, & maior præpositus, Ottho Comes de Benthem, fratres & patrui præfatorum fratrum, deuenerunt Kenemariam, vtaliquam pacis compositionem inuenirent, per quam discordes fratres insimul amicare possent. Quorum arbitrio tandem definitum est, vt Theodoricus, tanq̃ maior natu, quiete permaneret Comes Hollandiæ, & Wilhelmus de manu fratris susciperet in feudũ Comitatũ Orientalis Frisiæ, Insuper idem Wilhelmus ex telonio de † Ghervliet trecentas libras annuatim reciperet, & de cętero fratre suũ inquietare non præsumeret. Terminata fuit itaq; fraternalis discordia, ac ipse Wilhelmus benigne susceptus est in Orientali Frisia, qui apud Oesterzee castrum munitissimũ construxit, & cum villanis Kuynire conflixit, è quibus plusquam quingentos viros occidit, & exin totam patriam ditioni sua subiugauit potentissime.

V Wilhelmus comes Frisiæ Orientalis ea tempestate constituitur in Oesterzee.

† *Geervliet.*

De Compositione, quam fecit Henricus Imperator inter ducem Lotharingiæ, & Episcopum Traiectensem super Comitatu Veluæ.

Cap. IV.

ITAQVE Henricus huius nominis sextus, Imperator Romanorum diremit litem, quæ fuerat inter Episcopum Traiectensem & ducem Lotharingiæ de præfectura Veluæ, ordinans desuper tales litteras. In nomine Sanctæ & Jndiuiduæ Trinitatis: Henricus sextus, diuina fauente Clementia, Romanorum Imperator, semper Augustus, & Rex Siciliæ: Imperatoriæ maiestatis nostræ debite expostulat, & requirit officium, vt ea, quæ inter fideles, & principes Imperii causam, & fomitem dant discordiæ, lima correctionis & diligentiæ omnimodis eneruantes, & finitiuam pacis concordiam vigilanti studio satagamus inducere. Quapropter notum facimus vniuersis Imperij nostri fidelibus præsentibus & futuris, quod nos quæstionem illam, quæ iam diu vertebatur inter dilectos consanguineos nostros, Traiectensem Episcopum & Henricum ducem Lotharingiæ, super Comitatu de Velue (in eo videlicet, quod ipse Episcopus comitatum illum de concessione Imperiali sibi & Ecclesiæ Traiectensi asscribat pertinere; & econtra dux Lotharingiæ dicebat, quod ipsum comitatum de manu nostra tenet in feudum) ad hunc finem deduximus, quod ipse, reuerentiam suam recognoscens, omne ius, quod in comitatu illo videbatur habere, in manus nostras libere resignaret. Nos itaque prædictum Comitatum cum omnibus suis pertinentijs Imperiali clementia, prædictæ Ecclesiæ Traiectensi, & dilecto consanguineo nostro Balduino, eius episcopo, solemniter contulimus, & Imperiali authoritate præsenti, Maiestatis nostræ Priuilegio in perpetuum confirmamus. Ipse vero Epi-

Littera Henrici VI. Imp.

scopus eundem comitatum cum pertinentiis suis in omni iure prædicto consanguineo nostro Heynrico, Duci Lotharingiæ, in præsentia nostra benigne concessit sub eo tenore, vt idem Comitatus ad eius hæredem filium & filiam libere transeat & integre.

Statuimus igitur, & imperiali edicto sancimus, vt nulla omnino persona hanc nostram ordinationem, & confirmationem aliquatenus infringere audeat vel perturbare. Quod si quis attentauerit, centum libras auri pro pœna apponat, dimidium cameræ nostræ, & reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certam in perpetuum euidentiam, præsentem paginam inde conscribi iussimus, & maiestatis nostro sigillo aureo communiri. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo sexto, indictione quarta decima, regnante domino Henrico sexto, Romanorum Imperatore glorioſissimo. Datum apud Ghelenhuysen, tertio Nonas Martii. 1

De Rebellione Thentonicæ plebis.

Cap. V.

Anno 1196. Treuirn Episcopo subiecta. Hac etiam Beka.

Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto cum Balduinus Epiſcopus Traiectenſis Trentoniam cum Tvventonia regeret: nec ei in aliquo moleſtus eſſe præſumeret: Otho Comes de Benthem frater Epiſcopi per Florentium caſtellanum Koeuordienſem in oppidanis ſuis quamplurimum exactionatus Epiſcopo fratri ſuo continuam fecit querimoniam: ita quod ipſe pontifex demum contra ipſum caſtellanum procederet ad excommunicationis ſententiam inderato tum Florentio Dominus Epiſcopus cum expeditis bellatoribus præſidium Koeuerdienſe vallauit, quod cum terribilibus machinis adeo frequenter impegit, vt idem Florentius, vna cum priuigno ſuo Folkerio deditionem expetens, ac ipſum caſtrum cum ſuis attinentiis Epiſcopo libere traderet. 2

Epiſcopus autem expugnatum caſtrum commiſit cuidam militi de Hollandia Ghisberto ad tuendum, qui totum Trentoniæ Dominium duxit prudentiſſime gubernandum.

Epiſcopus fratrem ſuū Ottonem cōſtituit caſtellanum Koeuerdie.

Sed Epiſcopus ad omne malum ſuſtollendum, eodem amoto milite, fratrem ſuum Ottonem, Comitem de Benthem, conſtituit caſtellanum, item & Trentonicę plebis iuſtitiarium, qui diu deſideratum Koeuverdienſe caſtrum in poteſtate ſuſcepit, in quo cum vniuerſa clientela ſua manere decreuit. Interea Folkerus de Koeuerdia, vinculatus adhuc in Horſt, nobilem puellam duxit in vxorem, per cuius amicos hoc obtinuit à pontifice Balduvvino, vt idem Iuuenis partimonii ſui partem reciperet, & nunquam aduerſus Epiſcopum rebellare præſumeret. *Sed irrita vento ſæ crepuerunt verba procellæ*: quia idem Folkerus, à priſone & carcere laxatus, agnatos & notos clam adiunxit & totam Trentoniam aduerſus Otthonem Comitem de Benthem rebellare fecit. Ita quod Groningenſes primo iudicem ſuum interficientes contra iuſiurandum ipſum oppidum muro cingerent, & Trentones, Epiſcopales redditus per Tvventoniam rapientes, ac villam Koeuerdiæ cum ſuburbio penitus adurerent. Epiſcopus ergo, ex præſumtione huiuſmodi plurimum indignatus, cum exercitu forti per Koeuerdiam Trentoniam ingrediens, condictionem vltionem ſuſcepit ab eiſd. graſſatoribus, & Comes de Benthem, ex altera parte per Steenvvyck Trentoniam ingrediens, debitam vindictam accepit de ſuis hoſtibus. Sed Otto Comes Ghelriæ, cuius occulto conſilio Trentones animari dicebantur, Epiſcopo venit in auxilium, ſuggerens tãdem Balduino Epiſcopo per amicabile pacis interloquium, quatenus quatuor obſides de Groeninga, & 12. de Trentonia Dauentrię perſeuerantes reſiderent, donec Epiſcopo de exceſſib. plenarie ſatisfactum eſſet, ac omne malum litis ad bonum pacis reconciliatum foret. 3

Folkerus rebellu totam Trentam ad defectionē im pōlit.

Trenta miſerabiliter afflīgitur.

His itaque geſtis, Comes Ghelriæ cum eiſdem obſidibus Dauentriam intrans, placitare cæpit aduerſus Epiſcopum, & Epiſcopus ipſos obſides extemplo vinculari iuſſit in ipſius offenciculum. Qua de cauſa dictus Comes aliquantulum confuſus fuit, & abinde cum indignatione maxima receſſit. Interea Folkerus de Koeuoerdia, perpendens Ottonem Comitem de Benthem Epiſcopalibus cauſſis fore præpeditum, acipſum caſtrum minus prouide præmunitum, contractis armigeris, ſæpedictum caſtrum impetuoſe cæpit, Comitiſſam cum omni ſua ſupellectili captiuauit. 4

Epiſcopus autem, amiſſionem caſtri moleſte ferens, captiuam Comitiſſam per præfatos redemit obſides, recollegitque pro nouo bello recentes ſatellites, cum quibus Trentoniam ex magna parte ſuccendit, & caſtrum Koeuoerdiæ quotidianis aſſultibus 5

tibus infestauit. Cum autem hæc agerentur, Philippus Colonienſis Archiepiſcopus, & Conradus Moguntinenſis Archiepiſcopus, metuentes de conſpiratione Comitis Ghelriæ & Koeuerdiæ Caſtellani, deuenerunt in Dauentriam, ordinauerunt que inter vtramque partem in hunc modum indiſſolubilem amicitiam; quatenus Rudolphus Pax inter vtrã-
verus caſtellanus Koeuordiam cum Trentonia ſecundum tenorem antiqui priuilegii ſuæ partem
poteſtatiue ab Epiſcopo reciperet, mille marcas pro illatis damnis in promptu per- componitur.
ſolueret.

Comes autem de Benthem cum oſtendentibus illis Reuerendis pontificib. hoc arbitrium obſeruare renuens recolligit ex parte fratris ſui roboratum exercitum, vt alterna die dimicare Koeuordienſem populum. Locum igitur caſtris quidam temerarii iuuenes, adueſperaſcente iam die, baliſtare cæperunt cum aduerſariis Trentonicis, quos Trentones econtra ſauciauerunt cum clauatis miſſilibus, vt tandem prædicti iuuenes pederoroſe diffugerent, & totum Epiſcopalem exercitum; relictis papilionib. in repentinam fugam ſecum attraherent.

Epiſcopus autem vt vidit, imperterritus fugientem exercitum virili voce reuocans, primum coadunauit cuneum, & cum ipſis Trentonicis formidoloſum iniit prælium, ſed Trentonicis incolis indeſinenter accreſcentibus, fuiſque bellatoribus paulatim declinantibus, idem illuſtris pontifex demum à bello ceſſauit, & ab ipſis locis paluſtribus cum cæteris fugientibus vix euaſit.

Ceciderunt autem in ipſo conflictu triginta pugiles, capti vero fuerunt circa centum milites, cum multis armigeris laude dignis, & ſcutariis approbatis. Denique Epiſcopus ad Yſelinas deueniens, recollecto militari robore, damnum illatum in Comitem Ghelriæ, tanquam in fautorem aduerſariorum ſuorum ferenter vlciſci decreuit: nam Veluam cum finitimis villis eiuſdem comitatus acceptis ſpoliis omnino ſuccendit.

E contra vero Comes Ghelriæ cum Trentonibus Homertſen & quibuſdam turres Epiſcopales Cameræ deſtruxit, & Dauentriam ad vndecim dies machinis terribilibus infeſtauit. Sed Dux Brabantiæ, cuius negligentia principalis cauſa prius fuerat huius litis, culpam recognoſcens venit in auxilium Epiſcopo cum quibuſdam equitibus, elaborans treugas modici temporis ab vtriſq; partibus, quoadusque Cæſar Henricus ad Inferiores partes deſcenderet, qui finem liti imponeret; quod & ita factum eſt.

De Rebellione adhuc Trentoniorum & obitu Balduini Epiſcopi.

CAP. VI.

TRENTONES autem, deſcendente glorioſo Cæſare Henrico, elaboratas treugas infregerunt, qui omnes Epiſcopales redditus in Trentonia Comiti Ghelriæ pro ſtipendiis aſſignauerunt; quapropter Epiſcopus prælatorum ſuorum conſilio ſecceſſit ad Maguntiam, vt glorioſo Cæſari manifeſtaret hanc nouam violentiam. Cum autem Imperator ſuper tali forefacto valde commotus eſſet, & Epiſcopo Balduino ſuo cognato manuale iuuamen præſtitiſſet, ecce illuſtris præſul die dehinc quinta, quæ fuit vndecima Kalendas Maii, migrauit ad cæleſtem patriam, poſtquam annis decem & octo Traiectenſem bellicoſe rexiſſet Eccleſiam, qui deinde Traiectum deuectus eſt, ac ibidem in Eccleſia maiori cum exequiis congruentibus ſepultus eſt. *Eadem Belg.* *Balduinus Epiſcopus moritur.*

De Electione duorum pontificum Traiectenſium.

CAP. VII.

ANNO Domini milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo poſtquam ſepultus eſt Balduinus Epiſcopus, Theodoricus Hollandiæ, ac Ottho Ghelriæ Comites armipotenter in Traiecto venientes, ſeminauerunt exoſum inuidiæ malum in electione noui paſtoris, ita quod quamplurimum diſturbarent vaſallos & canonicos Eccleſiæ Traiectenſis. Quidam Capitularium elegerunt Theodoricum de Hollandia, fratrem Balduini præſulis iam defuncti, Archidiaconum & præpoſitum maiorem: cui fideliter adhæſit Comes Hollandiæ Theodoricus & tota terra Traiectenſis. *Anno 1197.* *Ita etiam Beka.*

Cæteri vero concanonicorum elegerunt Arnoldum de Iſenborch, præpoſitum Dauentrienſem, cuius partem aſſumſit Ottho Comes Ghelriæ, & tota terra Tranſiſelina.

Henricus autem Imperator Theodorico cognato suo per annulum & pastoralem baculum inuestituram Episcopatus dedit: quinimo temporalem iurisdictionem Theodorico Comiti Hollandiæ gubernandam commisit, donec in Romana curia diffinitum foret, quis eorum, dictante sententia, pontificium obtineret.

De victoriis Theodorici Comitis Hollandiæ.

Cap. VIII.

Hæc etiam Beka.

ITAQVE Theodoricus, Comes Hollandiæ, propugnator siue tutor existens Episcopatus, ac in castro, quod dicitur Horst, cum tota sua curia manere disponens, Episcopales redditus ex imperiali præcepto curiose collegit: sed obstante consilio Comitis Ghelriæ de partibus Iselinis nihil omnino recepit. Quapropter idem Theodoricus, coadunatis sibi robustis bellatoribus tam in Hollandia, quam in Zelandia, cum cornibus horrisonis & vexillis fulgidis vniuersos pagos Veluæ potenter incendit, magnamque prædam multimodæ facultatis secum gloriosius asportauit. Nec mora, quin & Ghelriæ Comes, contractis pugilum immensis copiis, cum tubis stridentibus & signis coruscantibus, Hollandiæ Comitem vsque ad montem Haymonis festinanter insecutus est, quatenus raptam prædam potenter excuteret & pro illata contumelia crudele bellum ageret. Et ecce, concurrentibus vtrisque partibus, cruentum bellum inhorruit, in quo stridor balistarum, tinnitus gladiorum, fragor hastarum, & hinnitus equorum terribiliter inualuit. Tandem post vtriusque partis horrendum excidium Ottho Comes Ghelriæ, suis paulatim diffugientibus, trans Nodam in equo cursatili retrocessit, & Theodoricus Comes Hollandiæ, fugitiuos hostes cursu celeri subsecutus, copiosum numerum plebis & militiæ captiuauit.

Bellum inter Comit. Holl. & Ghelrie.

De quibusdam gestis VVilhelmi Comitis Orientalis Frisiæ, & eius matrimonio.

Cap. IX.

Sic etiã Beka.

IS itaque gestis Wilhelmus, Comes Orientalis Frisiæ, hac audita victoria gauisus, primo venit ad Hollandiam. Deinde secessit ad Horst, vt fratris sui Comitis Hollandiæ visitaret præsentiam, quem Theodoricus Comes Hollandiæ extemplo per Henricum eius apprehendi, & in prisone castri districtissime cathenari.

Modico dehinc elapso tempore iam dictus VVilhelmus Comes Frisiæ, disruptis clausulis à captiuitate clam exiens, spe protectionis venit ad Otthonem Comitem Ghelriæ, à quo per dies aliquot detentus fuit in contubernio magnæ lætitiæ: nouit enim idem Ottho Comes eundem VVilhelmum Comitem in terra sancta virum strenuum & illustrem: Quapropter dedit idem Adelheydem filiam suã in vxorem, de qua genuit idem VVilhelmus Florentium Hollandiæ Comitem, Ottonem Traiectensem pontificem, VVilhelmum vice Comitem, Idam Abbatissam Reynsburgensem & Richardam Domicellam de Delfft. Nuptiis vero magnifice celebratis in oppido Staurensi sæpedictus VVilhelmus gloriose receptus est in Orientali Frisia. Eodem anno Theodoricus Hollandiæ & Ottho Ghelriæ Comites ab omni controuersiæ discordia reconsiliati sunt in hunc modum, vt Henricus filius Ottonis Comitis Ghelriæ duceret in vxorem Adelheydim filiam Theodorici Comitis Hollandiæ: sed ambo post modicum tempus defuncti sunt, ac in Reynsburgensi monasterio luctuosis funeralibus tumulati sunt.

De confirmatione duorum electorum prædictorum.

Cap. X.

Sic Beka. Arnoldus Episcopus Romæ moritur.

ANno Domini millesimo centesimo nonagesimo octauo Theodoricus & Arnoldus, electi per diffinitionem Innocentii Papæ, finem litis habuerunt. Arnoldus enim, primo pontificium obtinens, tricesimo consecratus est Episcopus, qui post tempus exiguum, scilicet octauo Idus Aprilis, in vrbe Roma mortuus est & sepultus.

Theodoricus Episcopus Traiectensis Papæ moritur.

Deinde dictus Apostolicus Theodoricum de Hollandia tricesimum primum consecrauit Episcopum, monens, vt continuo rediret ad commissum sibi populum. Hic ergo Theodoricus Traiectum veniens, disponens in ciuitate Papiæ defunctus est, qui ibidem Catholicis exequiis honorifice tumulatus est.

De Theodorico Episcopo Traiectensi tricesimo secundo, & eius captione in Frisia.

CAP. XI.

POST obitum duorum Pontificum prædictorum Theodoricus de Are, præpositus Traiecti superioris, tricesimus secundus electus est Episcopus, vir illustris & prudens consiliarius. Hic à Sicilia de negotiis imperialibus ab Ecclesia vocatus Traiectum festinanter aduenit, totumque pontificium expensis innumeris grauatum inuenit. Quaptopter & ipse de prælatorum suorum consilio primo secessit ad Orientalem Frisiam, vt tam de precaria, quam de iustitia Frisonicæ plebis, aliquantulum posset aggregare pecuniæ. Sed VVilhelmus de Hollandia, existens illis diebus ibidem Comes, exactionem suæ gentis indigne ferens, ipsum Episcopum in monasterio Staueriæ post missarum celebrationem armata manu cœpit, quem etiam captum ad præsidium suum apud Oestetze festinanter adducere decreuit, quidam autem monachorum & Frisonum timorati, metuentes per temeritatem æternæ maledictionis innodari sententia, Dominum Episcopum à captiuitate Comitis violenter eruerunt. *Capitur Theodoricus episcopus à VVilhelmo Comite.*

De bellis inter Comites Hollandiæ & Ghelriæ ex una parte, & Episcopum Traiectensem & Ducem Lotharingiæ ex altera.

CAP. XII.

QVIBVS ita gestis, Theodoricus, Hollandiæ, & Ottho Ghelriæ Comes, inierunt aduersus eundem Episcopum validam conspirationem pro eo, quod idem pontifex contra VVilhelmum, Orientalis Frisiæ Comitem, pridem mouisset hostilem contentionem. Ottho quidem Ghelriæ Comes totam terram Transiselanam, propulsis officialibus Episcopi, ditioni suæ subiiciens, Dauentriam sub suo satellitio communiuit. Theodoricus autem Comes Hollandiæ, cum inuictissimis bellatoribus Cisylenam depopulatus, fixis papilionibus, Traiectum in girum armipotenter vallauit obsidione grauissima. Sed ecce præfatus Comes Ghelriæ, eodem tempore doloseca-ptus est ab Henrico Duce Lotharingiæ, seu Brabantiæ sub conductu Ottonis Regis Romanorum & Adolphi archiepiscopi Colonienſis. Quamobrem Theodoricus Comes Hollandiæ, volens Ottonem Comitem Ghelriæ suum complicem eruere de potestate ducis Brabantiæ, dissoluit obsidionem ab vrbe Traiectensi, ac oppidum, quod dicitur Buscumducis, circumobsedit in manu forti, quod tandem die septima mensis Septembris armipotenter intrauit, ac Guilhelmum, primum Dominum de Parvvys, fratrem ducis ac Henricum de Busch cum pleriſque militibus capit, & cum præda multimoda suppellectilis ad Hollandiam migrare decreuit. Dux vero Lotharingiæ præcellentes principes ad auxilium suum inuocauerat, vtpote Archiepiscopum Colonienſem, & Episcopum Leodienſem, Ducem Limburgiæ, & Comitem Flandriæ; quorum auxilio Theodorico Hollandiæ Comiti iter agenti viam festinanter anticipauerat. Theodoricus ergo Comes ex magnanimitate sua cum tubis stridentibus & vexillis rutilantibus in villa Huesden eisdem principibus occurſare præsumsit: sed deuictus extemplo cunctis Hollandenſibus idem Comes Hollandiæ ibidem captus est. Interea Theodoricus Episcopus attendens tam Hollandiam quam Ghelriam absque defensore desolatam, coadunauit blandimentis & donis electam militiam, cum qua festinanter ingressis est Hollandiam, vbi prædam copiosam extraxit, quam, instante nocte vmbra, infra muros adduxit Hollandenſium, at milites cum vulgo pro rapina reducenda pernici cursu insecuti sunt, quosdam equites in itinere retardantes prendiderunt ac in reuersione plures villas episcopatus fauillatenus inflammauerunt. Crastina dehinc orta luce, cum autoreq; iubar germinosam terræ superficiem stillicidio roris aspergeret: idem Episcopus de procerum suorum consilio pagos Veluæ cum expedita militia potenter exussit, Zutphaniam obsidione cingens cœpit bellicosa manu, ac exinde Dauentriam intrans à fautoribus captiui Comitis Ghelriæ gazam maximam acquisiuit. Eodem anno Theodoricus Comes Hollandiæ libere laxatus est à captiuitate ducis Lotharingiæ. Nam & idem Comes præfato duci duo millia marcarum argenti pro illato damno persoluit. Eodem quoq; tempore Theodoricus Traiectensis Episcopus, & Theodoricus Comes Hollandiæ, inſimiliter ad vnionem pacis sunt perducti: qui deinde auctis diebus vitæ suæ semper fidelissimi amici fuerunt. Anno domini 1202. Balduvvinus Comes Flandriæ cum fratre suo Heynrico Comite Hannoniæ contra infideles bella gessit in Græcia, & in Dominica

Eadem Beka. Conspirant in Episcopum Hollandia & Ghelria Comites.

Comes Gelriæ capitur à Duce Brabantiæ

Episcopus & Frisii Comiti damna inferũt in eorum absentia.

Pax inter Comitem & Episcopum.

Anno 1202. bellum geritur in Græcia à Balduino Comite Flandriæ.

Balduinus coronatur rex Constantinopolitanus.

die secunda post Paschа idem Balduinus coronatur Rex Constantinopolitanus. Huius ergo Balduini filia, Iohanna nomine, mansit Comitissa Flandriæ, habens in maritum Fernandum filium Regis Portugalliæ. De istis dicetur inferius libro vigesimo secundo, capite tertio.

De obitu Theodorici Comitis, & nobilibus eiusdem temporis.

CAP. XIII.

Anno 1200.

ANNO Domini millesimo ducentesimo Theodoricus Comes Hollandiæ, apud Dordracum laborans in agone suæ mortis, quamplurimum querulari cœpit absentiam Wilhelmi Comitis Orientalis Frisiæ, frattis sui: præsertim, quod de prouisione Comitatuscum ipso ante mortem nihil egisset, aut certe quod vnicam filiam suam, Idam nomine, puellam præclaram & nubilem tutelæ suæ minime commendasset. Comitissa quidem Adelheydis, econtra perperam intendens, proposuit ipsam puellam Ludouico Comiti Lossensi, id est, de Loon, in matrimonium tradere, & sic cum extraneo principe comitatum Hollandiæ gubernare pro suo beneplacito.

Theodoricus Comes Hollandiæ moritur.

Theodoricus vero Comes Hollandiæ interim secundo Nonas Nouembris requieuit in pace, creatori reddens animam, postquam annis tredecim bellicose rexisset Hollandiam. Circa hæc tempora per viginti annos & post floruerunt multi nobiles in Hollandia, quorum maiores fuetunt Balduinus Episcopus Traiectensis, Theodoricus archidiaconus, etiam postmodum Episcopus. Ottho Comes de Benthem. Peregrinus vicecomes patrui Theodorici comitis iam defuncti, & eorum frater bastardus, Robertus nomine, Wilhelmus Orientalis Frisiæ Comes, Florentius archidiaconus Traiectensis, Robertus Comes Kenemariæ, fratres eiusdem Theodorici Comitis, Henricus Domicellus Gheltriæ, gener prædicti Comitis Theodorici, VVilhelmus Dominus de Brederoeden, Hugo Dominus de Thuylingen, & VVilhelmus Dominus de Theylinghen, filius eius, Dominus de Lecka. Robertus Dominus de Hueſden, Dominus de Haltenae, Dominus de Spierruck, VVilhelmus de Hoickhuyſenanles, Iohannes Dominus de Arckel, Dominus de Boetersloet, Florentius & Florentius Domini de Asperen. Dominus de Pritta & Streriem, Hugo dominus de Voren. Iacobus Burchgrauius Leydensis, Philippus de VVaſſenaer, Iohannes Perſyn, Ghisbertus dominus de Armstel, filius Egberti de Armstel, Hermannus Dominus de VVoerden, Simon de Haerlem, Iohannes de Haerlem, Isebrandus de Haerlem: tres egregij milites, Ghisbertus Postkyn, Iohannes de Ryſvvyck, Arnoldus de Ryſvvyck, Heynericus de Ryſvvyck, milites: Albertus Bayaert, VValterus de Egmonda, Albertus ex Hagha, VValterus de Itinere, milites.

LIBER XX.

COMPREHENDIT GESTA VNIVS ANNI, QVO IDA Comitissa conabatur cum suo marito Ludouico, Comite Lossense, gubernare terram Hollandensem: & habet tantum quatuor Capitula.

De Ada Comitissa Hollandiæ.

CAP. I.

Sic etiam Beka.

IAM vniuersæ carnis Theodorico Comite ingresso, Ada filia eius successit el, Comitissa Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ. Cum ergo Ludouicus Comes Lossensis, id est, de Loon, cognouisset obitum Theodorici Comitis, festinanter ab Holthena castro Dordracum aduenit, & secundum Adelheydis Comitissæ præordinationem Adam puellam, de regali stirpe progenitam, in magno gaudio sponsam accepit: & erat mirabile spectaculum intueri, tam cito magnifici Comitis disparuisse reuerentiam: vt Adelheydis Comitissa, sepositis funeralibus exequiis, (proh pudor!) sponsalem auderet celebrare lætitiam.

Sed

Sed quid plura? Comitis exangue corpus & exanime Egmondam deuectum est, quod ibidem apud prædeceſſores Comites in Capella ſancti Stephani protomartyris honorifice tumularum eſt. Itaque hæc Comitiſſa Ada nullam prolem peperit. *Nuptiæ miſcẽtur exequiis.*

De Aduentu VVilhelmi Comitis Orientalis Friſiæ ad Hollandiam.

CAP. II.

INTERÆA VVilhelmus, Orientalis Friſiæ Comes, percepta fratris ſui Theodorici morte, dolenter venit ad Zype portum conductum, vlterius imperare nequiens, vt ad tumulum fratris ſui ſecurus accederet, & expletis exequiis ad Friſiam ſine delatione & deliberatione deſcẽdit. Cui plerique nobiles Hollandiæ compaſſi ſunt, eiq; firmiſſima conſpiratione conſœderati ſunt; vtpote Florentius, maior præpoſitus & archidiaconus, frater ſuus: Ottho Comes de Lenthem, ipſius patruus, Iacobus Burchgrauius Leydenſis, Philippus de Waſſenaer, Wilhelmus de Theylingen, Simon de Haerlem, Ioannes de Ryſwick, Walterus de Egmonda & Albertus Bayaert milites, demandantes ipſi wilhelmo Comiti, q; ſub pacta fide ſecurus ad eos accederet, præſertim cum à primatibus Hollandiæ decretum eſſet, quod à mobili muliere nollent regi, nec externum principem aliquatenus ſuper eos dominari. wilhelmus itaque Comes, hac clandeſtina legatione vocatus, ducatu Philippi de Waſſenaer ad portum Zierckzee latenter adductus eſt, vbi mox à Zelandenſi populo gratanter in Comitẽ exaltatus eſt. Walterus vero de Egmonda, & Albertus Bayaert cum Kenemaris inſultum fecerunt interim in Haerlem aduerſus Ludouicum Comitem Loſſenſem, & Adelheydim Hollandiæ viduam, ita quod ambo circa noctis caliginem cum Ghisberto de Aermſtel prope diffugerent, & ad ciuitatem Traiectenſem pro præſidio tenderent. Ada vero inudecyla, materno deſtituta ſolatio, cum Rogero de Merchem & Oeſterbueren, militibus cunctis, cunctiſque baliſtariis Ludouici Comitatus ad præſidium Leydis anxie confugit, & ibidem impetum aduerſariorum obſtare decreuit. Sed indomita gens Kenemariæ, ducatu walteri de Egmonda, quantocius illuc affuit. Nihilominus & plebs Reynlandiæ, conductu Philippi de VVaſſenaer, ibi non defuit: qui fortiter ipſum præſidium illuc aſſilientes cum ſagittis & fundibulis impegerunt turres & mœnia cum diuerſis ingeniis: quoadusque præfati milites vrgente penuria victualium in deditionem tranſirent, ipſumque præſidium Kenemaris libere reſignarent. VVilhelmus itaque Comes, omnem rem geſtam feſtinanter intelligens, decreuit ad Hollandiam, ac neptem ſuam cum pediſſequis cuſtodiendam tranſmiſit ad Texaliam Inſulam: qui totum dein Comitatum ſuæ ditioni ſubegit, & de præſidiis inimicorum ſuorum, prout voluit, ordinauit.

Eadem Beka. *Conſpiratio nobilium contra Adam Comitiſſam.* *Portus Zierckzee.* *Ada capitur mittitur in Texaliam.*

De victoriis Theodorici Epiſcopi Traiectenſis & Ludouici Comitis Loſſenſis aduerſus Hollandenſes.

CAP. III.

LVDOVICVS ergo Comes Loſſenſis totus ad vindictam e contrario ſurrexit, qui Epiſcopum Leodienſem, Ducem Limburghenſem, pro ſtipendiis ſubarrauit, ſpecialem tum confidentiam habens in poteſtate Theodorici Epiſcopi Traiectenſis, quem pro ſumma duorum millium talentorum acquiſiuit in iuuamen: iam inſtante præſto, promittens, quod de manu ſua Comitatum Hollandiæ ſuſciperet in feudum, ſuper quibus fratrem ſuum eidem Epiſcopo dedit obſidem. VVilhelmus autem Comes, his agnitis, VValterum de Egmonda, & Albertum Bayaert Kenemariis præficiens, Philippum de VVaſſenaer & VVilhelmum de Theylinge Reynlandis præficiens, ad Zelandiam ſeceſſit, vbi cunctos incolas in adiutorium ſuum inuitauit: nec mora, quin Philippus de VVaſſenaer & VVilhelmus, antedicti milites, duas fortes munitiones cum propugnaculis multis extruxerunt: quarum vnam Florentio præpoſito Traiectenſi ſitam in Buſch ſiue Sylua, reliquam autem Ottoni de Benthem ſitam in Swamerdam ad tuendum fideliſſime commendarunt. VValterus quidem & Albertus præfati milites Kenemaris indixerunt claſſem aſſumere, aggerem interrumpere, & prata totius Aemſterlandiæ ſubmergere: qui continuo totam ditionem Ghisberti de Aermſtel vſque Broeckſede tam aquis quam incendiis deuaſtauerunt, & exinde cumulanti præda multimodæ facultatis Kenemariam reuerſi ſunt.

Eadem Beka. *Subſidia Ludouici Comitis de Hoon.* *Beka habet* *Zuadenberam.*

Epiſcopus

Episcopus Traiectensis Hollandiam inuadit.

Episcopus vero Theodoricus, hanc volens vlcisci iniuriam, 24. mensis Iunii prope Midtracum personaliter intrauit Hollandiam: vbi Orthonem Comitem de Benthem fugauit à prælio, & exinde plures villas hostili conflagrauit incendio. His itaque prospere succedentib. idem ponti fex leuem equum solus ascendit, pedestrem exercitum trans paludes sequi iussit, & de plerisq; villis sigillatim obsides accepit, donec ad munitiones, quas Florentius præpositus tuebatur, deueniret & easdem cum expeditis bellatoribus expugnaret. Episcopus igitur eam, quam Florentius custodiebat, leuiter obtinuit absque graui dispendio. Quin milites Traiectenses, passim deserentes Florentium præpositum, diffugerunt ex eodem prælio, asserentes, se nequaquam velle Episcopo resistere. Itaque præpositus Florentius, non habens vltra resistendi copiam, illic apprehensus est, & in Horst sub diligenti custodia reseruatus. Altera vero die, cum solare iubar diaphanum illustraret Hemisphærium, idem Episcopus, comitante militia sua, Leydis aduenit. Vbi Ludoicus Comes subiugauit Zuythollandiam Episcopo, & plurimi nobiles Hollandiæ ibidem Ludoico gratanter occurs arunt, cum quo fœdus inse parabilis amicitiæ percusserunt: vtpote Iohannes Persyn, Iohannes & Iselbrandus de Haeckem, Arnoldus & Heynericus de Ryswyck, & VValterus de Runem milites, quorum securo conductu Comes & Episcopus, nemine rebellante, venerunt in Haerlem, villas sibi singulas supprimentes, & de iucunda prosperitate non immerito glorianres. Econtra vero Kenemari cuncti, belli necessariis abunde præmuniti, festinauerunt ante dictis principib. certatim occurrere & cum eisdem in campi planicie bellum committere: sed prænarrati milites, tumultum tam effrenatæ plebis agnoscentes, hunc belli stre pitum prudenter interceperunt, ac inter vtramque partem hoc arbitrium promulgarunt: quatenus Kenemari pro forefacto, quod dudum in Amstelandra commiserunt temeratie, tam Episcopo quam Comiti summam quingentorum talentorum persoluerent, & exinde, assumta classe, cum pace discederent. Quibus gestis, Episcopus & Comes, nihil infortunii de cætero formidantes, villam sanctæ Agathæ, quæ nunc dicitur Berwerswyck, cum possessionibus Alberti Bayaert militis omnino succenderunt: & ex tunc limina beati Athalberti confessoris in Egmonda peregre visitantes, totam Hollandiam bipartita & in se diuisa, non obstante quouis aduersario, subiugarunt.

Florentius præpositus ab Episcopo capitur.

Ludouicus Comes & Episcopus vicinorestitutum diem vocant.

Ludouicus itaque Comes cernens, quod nullam rebellionem iam haberet, exorauit tam instanter Episcopum, vt ad propria remearet. Cum autem hæc agerentur apud Hollandiam, Comes Namurcensis ex parte Iohannæ Comitissæ Flandriæ cæpit expugnare Walachriam. Hugo quidem Dominus de Voren, acceptis obsidibus, reliquas insulas Zelandiæ Ludoico subegit cum Walachria, & Wilhelmum Comitem Frisiæ orientalis à Zelandia profugauit.

De fugatione Ludouici Comitis Losensis de Hollandia.

CAP. IIII.

Vide eadem apud Bekam.

COmes itaq; Wilhelmus nullibi tutus in naue piscatoria, retibus obtecta, à suis persecutorib. cuentu mirabili elapsus est latenter. Sed cum Hugo dominus de Voren ex parte Ludouici Comitis totius Zelandiæ præfect⁹ existeret modumq; suæ potestatis arroganter excederet, Zelandiæ populus, denuo conspiratione confœderatus, Hugonem depulit, & Wilhelmum vndiq; quæsitum iterato Comitem constituit. Nec mora, quin & idem VVilhelmus Comes per occultas epistolas VValtero de Egmonda, Alberto Bayaert, VVilhelmo de Theylinghe, & Philippo de VVassenaer omnē rem gestā seriatim exposuit: quinimo, quantum humillime potuit, expetiit, quatenus prælium aliquantum inchoarent. Ludouicus intelligens Zelandenses sibi rebellasse, & Kenemarosin armis concurrisse, direxit exercitum suum Leydis, vt pro Kenemaris armipo tenter occurreret, deinde contra Zelandenses graue bellum. Kenemari quidem festinauerunt econtra prædictum exire præsidium, cursitantes nimis inordinate ad prælium, quapropter ex viris belli gnaris absque disturbantur, ex quibus etiam multi crude liter sunt interemti. Cæteri vero, classem introire non valētes scanderunt pontis propugnaculum, vt ibidem ad bellum recenter aggregarent exercitum.

VVilhelmus iterato constituitur Comes Zelādiæ.

Kennemarii in pugna claudi accipiunt.

Sed ecce pons idem, mole totarmatorū cōtractus corruit: & maxima multitudo Kenemarorum in torrenti Rheni fluminis suffocata perijt. Philippus autē de wassenaer cū VValtero de Egmōda, & Alberto Bayaert trās paludes celeri fuga delapsus est. Sed wilhelmus de r heylinghe, hostib. aliquantulū obstans, ibid. captus est. Ludouicus itaq; Comes, hac adepta victoria, statim ad memorata loca versus Voirschotren glorioseuersus est, & ibid. in pratis virentib. sua castra metatus est. Interea wilhelmus Comes, cū expeditione valida cooperiens superficiem terræ à Zelandia veniēs, potentissime

tabernacula sua fixit in Thol, & deinde circa noctem castrametatus est apud Schakern bruſch, vt altera die contra Luduicum Comitem indilate confligeret, & eundem ab hæreditate paterna procul pelleret. Luduicus autem, hanc ſiniſtram famam audiens, timuit vehementer, & animo conſternatus tranſmiſit ad eundem Wilhelmum Comitem Ducem Lymburgenſem, quatenus ipſe tentaret de cõpoſitione pacis, & concordiæ. Sed idem dux belli gnarus, admirans multitudinem vexillorum, copioſitatem exercitus, diuerſitatem armorũ, ac acierum diſpoſitionem, parum pro pace fecit: quod omnino VVilhelmus Comes refugit, ſui expulſionem, patriæ deprædationem, ſuorum mortem proponens, aut vincere aut mori ſe veniſſe dixiſſe fortiter, ltaq; dux Limburghiæ ſine pacis effectu rediens, nihilominus & audita referens, ſua præcepit euelli tentoria, à facie ſupereminentis exercitus abſq; mora declinauit ab Hollandia. Luduicus autem Comes, cernens belligeroſum ducem fugam arripuiſſe, & non audere ſtare contra faciem VVilhelmi Comitis, nimis puſillanimis eſt effectus, & ſuper omnem modum perterritus, relictis ibidem tabernaculis, feſtino diffugio Traiectum adijt & captiuos equites Epiſcopo pro ſtipendio tradidit. *Luduicus fruſtra tentata pace fugit.*

Quidam vero multum præcipiti curſu prorumpentes in lacum Zylæ ſuffocati ſpiritum aquis ſuppoſuerunt. Alii quoque vagantes per deuia, diuerſis incommoditatibus afflicti, laſſam animam exhalarunt. Cæteri quidem fugitiui, loricas, thoraces, galeas, & clipeos abicientes, paſſim ſunt occiſi, vel cæteruatim apprehenſi. Wilhelmus autem, fugientem exercitum perniciter inſecutus, militum numeroſum cuneũ apprehendit: quinimo papiliones & victualia cum clenodiis diuerſæ ſupellectilis acquiſiuit. Et Luduicus Loſſenſis ſic propulſus ab Hollandia rediit ad terram propriam.

LIBER XXI.

CONTINET HISTORIAS DECEM ET NOVEM ANNORUM, quibus VVilhelmus, huius nominis primus, duodecimus Comes rexit Hollandiam, cum quibuſdam euentibus illius temporis: & habet quatuordecim capitula.

De VVilhelmo Comite Hollandiæ duodecimo.

CAP. I.

DENIQVE poſt expulſionem Luduici Comitis Loſſenſis Wilhelmus, orientalis Friſiæ Comes, paternam hæreditatem ſuſcipiens, ſucceſſit fratri ſuo, duodecimus Comes Hollandiæ, Zelandiæ & Friſiæ. Hic habuit in vxorem Adelheydim filiam Otthonis, Comitis Ghelriæ, de qua genuit Florentium ſibi ſuccedentem, Hollandiæ Comitem, Otthonem Traiectenſem antiſtitem, wilhelmum viceComitem, patrẽ Adelheydis vxoris Theodorici, octaui Domini de Brederoeden: genuit etiam idem Comes ex vxore præfata Adam Abbatiſſam Reynsburgenſem, & Richardum domicellum de Delfft. Hic etiam VVilhelmus Comes, poſt obitum Adęneptis ſuæ Comitatum Hollandiæ de manu Frederici Cæſaris in feudum accepit, quem in tranquilla pace deinceps, nec non & comitatum orientalis Friſiæ longo tempore gubernauit.

De deſtructione munitionis Folperti de Aſperen, & combuſtione oppidi Dordracenſis, ac pace firma inter Epiſcopum Traiectenſem, & Comitem Hollandia.

CAP. II.

MODICO dehinc elapſo tempore, VVilhelmus Hollandiæ recollecta militia munitionem Folperti & Florentii de Aſperen, aduerſariorum ſuorum, applicatis machinis, deſtruxit. E contra vero Gerardus Comes de Are, frater Theoderici pontificis cum Traiectenſibus Dordracum fauillatenus inflammauit. Deniq; Theodoricus Epiſcopus & VVilhelmus Comes Hollandiæ per amicabiles internuntios, hoc modo reconſiliati ſunt, vt Comes Epiſcopo p illato dãno mille talenta perſolueret ac Henrico Grus *Hac etiam Beka. VVilhelmus Epiſcopo reconciliatur. Henricum Cratem ſuæ Gratę.*

Grus in integrum sua restitueret: insuper & ministeriales Episcopi, manentes in comitatu, cederent in potestatem Comitis, & à simili ministeriales Comitis in Episcopatu cederent in potestatem Episcopi. Præterea Wilhelmus Comes cum quingentis militibus laneus & nudipes apud Ecclesiam Traiectensem veniam peteret pro eo, quod pridem ipsum Episcopum in monasterio Stauriæ violenta manu temere capriuauerat. Theodoricus igitur Episcopus ex hac guerra quam plurimum locupletatus impignorata prædia redemit, castra sua victualibus adimpleuit, debita Romanæ curiæ persoluit, & exinde totum pontificium glorioſe & laudabiliter rexit.

De Conatu VVilhelmi Comitis ad obtinendum Regnum Scotiæ.

CAP. III.

* Beka habet Malgotinus.

HIs temporibus obiit * Molgrolinus Rex Scotorum, & auunculus Wilhelmi Comitis Hollandiæ, cuius regnum quidam Scotus princeps susceperit in feudum de manu Ioannis Regis Angliæ. Quapropter VVilhelmus Comes Hollandiæ, verus hæres eiusdem regni Scotiæ, confœderatus est cum Ludouico filio Philippi Regis Franciæ, qui continuo classem aptans mare transiuit, & ciuitates in Scotia expugnans honorifice multis victibus triumphauit. Tunc Ludouicus Comes Lossensis iterato noros & amicos sollicitauit, vt absente VVilhelmo latenter Hollandiam armata manu inroiret. Quapropter idem VVilhelmus rarem ingressus est & ad patriam suam cum victoriali laude reuersus est, ne Comitatum paternæ hæreditaris certum & acquisitum pro regno minimæ hæreditatis incerto amitteret, & hostes suos ab Hollandiæ finibus potenter expelleret.

VVilhelmus regnū Scotiæ occuparein-tendit.

De obitu Theodorici Episcopi, & exordio ordinum mendicantium.

CAP. IV.

Anno 1204. moritur Theodericus Episcopus.

ANno Domini millesimo ducentesimo quarto, Nonis Decembris Theodoricus Episcopus Traiectensis apud Dauentriam requieuit in Domino, postquam annis sex Traiectensi præfuisset Episcopio, qui de partibus Transiselanis Traiectum aduectus est, & in maiori Ecclesia apud prædecessores pontifices honorifice tumulatus est. His diebus clarescere cæperunt sanctus Franciscus, author ordinis minorum, & sanctus Dominicus, institutor ordinis prædicatorum. Claruit etiam istis diebus sanctus Simon Stock Anglicanus, sextus Prior generalis ordinis fratrum beatissimæ virginis Mariæ, Dei genitricis de monte Carmeli, & diuersi summi pontifices, videlicet Honorius tertius, Gregorius nonus, & Innocentius quartus in consilio generali, quod in Lugduno celebratum fuit propter sanctitatem eiusdem Simonis, regulam sui ordinis mitigauerunt, confirmauerunt & correxerunt, præsertim propter paganorum insultus deuote recipientes suos nuntios, fratres scil. Regnaldum & Petrum clericos, qui in regula continentur.

S. Franciscus ordinis minorum author. S. Dominus ordinis Prædicatorum fundator. Confirmatur etiā hoc tempore ordo Carmelitarum authoritate S. Simonis Stock generalis eiusdem ordinis.

De Euervvach dispensatore Theodorici pontificis.

CAP. V.

PRÆFATVS igitur gloriosus Episcopus cum adhuc viueret, habebat quendam seruum, Emervvach nomine, prouidum satis, qui in diuersis locis bona illius dispensauit. Erat enim in commisso fidelis, in administratione vtilis, diligens ac circumspectus, propter quod à Domino Episcopo Theodorico plurimum diligebatur. Vnde quidam ex officialibus ei detrahentes ex inuidia accusabant illum apud Episcopum, Domine Episcope non fideliter, vt æstimatis, Evvebach bona vestra dispensat: consulimus vt cum eo computetis. Quod cum factum fuisset, tam rationabiliter computauit, vt omnem Episcopo tolleret suspicionem: habebat enim omnia nota in chartula, scisciratibus accusatoribus de computatione, cum Episcopus respondisset, optime computauit: dixerunt illi, nequaquam: sed computet, nobis præsentibus, & inuenietur maximum vobis damnum intulisse, quod cum ei intimatum fuisset ab Episcopo, ille timens æmulorum insidias, maxime quod chartulam perdiderat, ait intra se: si aliquo modo in computatione tit ubauero, necesse erit me vel in corpore torqueri, vel careeris squalore cruciari. Immissione igitur diaboli, cui⁹ instinctu in debite ab æmulis, vexaba-

Inuidia apud Episcopum facit dispensatorem accusari.

vexabatur, campum solus intrauit, ipsum diabolum aduocans sic affatur: Domine si mihi succurreris in tanta necessitate posito, homagium tibi faciam, & in omnibus tibi parebo. Cui diabolus respondit, dicens: Si abrenuntiaueris Altissimo, matriq; eius; te suscipiam, & in omnibus periculis, cum multa tuorum confusione inimicorum & amulorum, à me liberaberis. Quid plura? Abrenuntiat miser Christo, homagium facit diabolo, prospere succedit computatio. Ab illo tempore cæpit diaboli virtutes magnificare, Deúmblasphemare, adeo vt diceret: qui seruiunt Deo, miseri sunt, & egent, qui autem sperant in diabolo, prosperis successibus gaudent. Qui cum annis quinque in blasphemia perseuerassetiaccidit, vt Magister Oliuerius, Scholasticus Colonien-
10 sis, in Episcopatu Traiectensi veniens crucem aduersus paganos prædicaret. Cuius prædicationem Euervvach in tantum abhorruit, & restitit, vt die quadam Oliuerius commotus diceret eiin audientia totius populi: Tace infelix, vas enim diaboli es, & diabolus loquitur per os tuum, cum tamen Oliuerius statum eius ignoraret. Euervvach in nullo arbitrans gratius obsequium se posse præstare Domino suo, diabolo, quam vt inimicum Magistrum Oliuerium occideret. Tribus igitur diebus ad diuersas stationes insecutus est Magistrum Oliuerium, longo ad hoc cultello præparato transfodere illum proponens, si forte illum sine turbis inueniret. Sed ecce tertia die subita infirmitate præoccupatus, post paucos dies impœnitens defunctus est, & ab eo, cui se reddiderat, ad loca pœnarum deductus est. Primo loco, sicut ipse postea resurgens cō-
20 fessus est Iohanni scholastico Traiectensi, missus est in ignem tam intolerabilis ardoris, vt diceret: si ex omnibus mundi lignis vnus ignis conficeretur, mallem in eo vsque in diem iudicii ardere, quam per spatium vnius horæ illum ignem sustinere, à quo extractus, iactatus est in locum tam frigidum, vt optaret redire in ignem. Deinde deductus est in tenebras palpabiles, tantique horroris, vt diceret intra se: si seruuissem Deo centum annis, bene me remunerasset, dummodo non liceret redire ad frigus. In hūc modum sex reliquas pœnas, quas scriptura cōmemorat, pertransiuit, vt scilicet de tenebris præfatis exiret ad vermium corrosionem, deinde ad diuersa flagella, & tunc ad aspiciendum terrerrima monstra dæmoniorum, & post hoc ad scelerum confusionem, deinde ad luctum, & vltimo ad stridorem dentium, & semper subsequens pœna cum
30 in tantum vexabat vt optaret in pœnam præcedentem redire vsque in diem iuditii, quam per vnam horam in pœnā sequentem. Qui cum in extrema pœna positus esset, pius Dominus opera priora considerans, & vt passa vel visa viuentibus recitaret, misertus illius, Angelum suum misit ad eum, qui diceret: Ecce talem mercedem recipiunt, qui seruiunt diabolo, subitum ixtque: si tibi liceret redire ad vitam, velles pro peccatis tuis satisfacere Deo? Ad quod verbum ille suspirans respondit: Domine, si hoc esset possibile, nullam abnuerem satisfactionem. Tunc Angelus dixit: Domino placet, vt ad corpus redeas & quod in * cruce peccasti, in cruce satisfacias. Mox se in feretro erigens, omnes, exceptis duobus iuuenibus, qui astantes erant, in fugam conuer-
tit. Quibus ait: ne timeatis, quia ego sum; statimque sacerdotem accersens, peccata
40 sua confessus est, & cum Domino Traiectensi Otthone de Lippia (de quo inferius dictetur) transfretauit contra paganos. In via singulis diebus in aqua & pane ieiunauit iuxta equum suum, in quo vestes eius & arma portabantur, nudis pedibus cucurrit: & cum, petris secantibus, sanguis profluens viam cruentaret, satis à confratribus arguebatur. Quibus respondit: maiora horum sustinui. Qui cum omnia sua pene in Christi seruitio expendisset, cum prædicto Episcopo & Magistro Iohanne rediens, maro transiit, de quo cum naulum requirerent nec haberet, ait: ego vobis seruiam, quoadusque volueritis. Ad petitionem tamen prædictorum virorum dimissus est à nauclero. Qui cum reuersus fuisset, & in bono proposito perseuerasset: tandem obdormiuit in
50 Domino.

Desperabundus disperator cum diabolo confitiinit, eique pro auxilio deuouet.

Moritur miserequepunitur Euervvach.

Opt diuina ad vitam reditu Euervvach.

* *Carne vitro hique legimalim.*

Pœnitentia eius.

De vno alio quodam modo simili.

CAP. VI.

EODEM tempore etiam, quo Magister Iohannes Scholasticus Xanctonensis, & Magister Oliuerius Scholasticus Colonien sis, crucem prædicarent contra Saracenos in diocæsi Traiectensi, erat ibi quidam rusticus, nomine Godescalcus Open, vsurarius. Iste cum cæteris non ex deuotione, vt postea patuit, sed ex circumstantium importuna admonitione crucem susc epit. Cum igitur dispensatores ex mandato Innocentii Papæ pecuniam redemtionis à fenibus pauperibus † & infirmis: idem vsurarius, se pauperem mentiens, cuidam dispensatori circa summam quinque talentorum dedit,

† *Subintelligendo accipienti aut similé.*

talique dolo circumuenit sacerdotem, cum potuisset dare quadraginta marcas. Deus autem, qui falli non potuit, eius fallaciam terribiliter concluſit. Sedebat miſer in tabernis, DEVM prouocans, exprobransque peregrinis in hunc modum: Vos stolidi mare transibitis, substantiam vestram expenditis, vitamque vestram periculis exponitis: ego, cum vxore & liberis meis domi residens, propter quinque marcas, quibus redemi crucem meam, similem vobis habebo mercedem. Sed iustus dominus, vt ostenderet palam, quantum ei placeret labor peregrinantium, & quantum oculis eius displiceret dolus & blasphemia detrahentis, hominem miserrimum tradidit Sathanæ vt disceret non blasphemare. Nocte quadam, eo dormiente cum vxore in proprio molendino, domui suæ contiguo, motum quasi molentis rotæ audiuit, clamansque puerum, dixit ei, quis admisit molendinum? vade & vide, quis sit ibi. Iuit puer & rediit nimio horrore percussus, & procedere non potuit.

Blasphemus Diabolo traditur.

Cui Godtfcalcus: dic, quid est ibi? respondit: tantus horror ad ostium molendini inuasit me, vt compellar redire. Etille: etiam si diabolus ibi sit, ego vadam & videbo: iniectaque toga scapulis, eo quod nudus esset, ad molendinum venit, ostium aperuit & introspexit, in quo horrendam visionem vidit. Stabant ibi duo equi nigerrimi, & vnus quidem deformis eiusdem coloris iuxta equos, qui dicebat ad rusticum: festina, ascende super equum istum, quia propter te adductus est. Expalluit ille & contremuit, qui iubentis vocem minus libenter audiuit. Cumque ad talem obedientiam imparatus esset, iterato clamat diabolus: quid tardas? proiice vestem, & veni: erat autem, quam acceperat, crux eidem vesti consuta & assuta. Quid plura? virtutem diabolicæ vocis per desperationem in corde suo sentiens, & iam resistere non valens, vestem reiecit, & molendinum intrauit, equum, imo diabolum ascendit: ascendit & alterum equum diabolus, & sub multa celeritate deducti ad diuersa loca pœnarum, in quibus homo miser patrem & matrem miserabiliter vidit, aliosque quam plurimos, quos defunctos ignorauit: vidit etiam ibi quendam militem honestum, nuper mortuum, Heliam nomine de Remunge, Burchgrauium seu castellanum in Horst prope Eyen, vaccæ furenti auerso corpore insidentem, ita, vt dorsum haberet ad cornua vaccæ, quæ huc illucque discurrebat in crebris ictibus dorsum militis cruentabat: cui cum vsurarius diceret, quare domine sustinetis tantam pœnam? dixit: vaccam istam rapui sine misericordia cuidam viduæ, & ideo sine misericordia oportet me ab illa hanc pœnam sustinere. Ostensa est ei in isdem locis ignea sedes, in qua nulla poterat esse quies, sed sessio pœnalis, & pœna interminabilis. Dictum est ei: modo reuertaris ad domum tuam: post tres autem dies, exuto corpore, reuerteris ad locum tuum, & mercedem tuam recipies in sede ista. Mox à Dæmone inductus & in molendino repositus, pœne exanimis relictus est. Inuentus ibi ab vxore & familia, & in lectum deportatus, cum requireretur, vbi fuisset, vel vnde veniret, respondit: ad loca infernalia fui deductus, & hæc & hæc ibi vidi: ostendit enim in eisdem locis ductor meus sedem meam, quæ mihi foret præparata, & dixit mihi, quod post tres dies recepturus essem mercedem meam in ea. Vocatus est sub celeritate sacerdos, rogatus ab vxore, vt pusillanimem confortaret, desperatum erigeret & ad ea, quæ sunt salutis, hortaretur.

Ad loca pœnarū quidam blasphemus per Diaboli vehitur.

Varia quæ ibi vidit.

Quem cum sacerdos moneret, vt contritionem de peccatis suis haberet, vt puram faceret confessionem, dicens, neminem debere de misericordia Dei desperare, respondit: quid prosunt verba ista? non possum conteri: quod de me dispositum est, necesse est impleri: sedes mea parata. Post tertiam diem illuc veniam, & secundum quod gessi, in eâ recipiam. Sicque miser sine contritione, sine confessione, sine viatico & sine vnctione tertia die defunctus est, & in inferno sepultus. Sacerdos vero cum ei Ecclesiasticam sepulturam negaret, ab vxore eius pecunia corruptus est, & sic in cæmiterio positus: propter quod postea in synodo Traiectensi accusatus, correctionis pœna mulctatus est.

Horribilis eu iusdam inspectus.

De miraculo Reliquiarum beatæ Catharinæ virginis in Hollandia.

CAP. VII.

IN oppido Leydensi reliquiæ beatæ Cathatinæ virginis in hospitali quodam celebres continentur. Has nuntii hospitales ad diuersas Ecclesias conferebant. Et accidit vna die-

vna dierum, vt in via positi fluxum maris secundum solicum obuium sibi venire viderent, ad quod diuertere non erat à fluxu, turbati sunt, vsque ad mortem. Tunc vnus confidentia plenus cum esset, in qua erant reliquiæ, ferit circulum, adiutorium beatæ Catharinæ inuocans. Mira res: veniens inundatio maris circulum circuiuit, eleuauit se mare, & spumans intumuit, ita vt patulo desuper cælo ascenderet ad cubitos quadraginta: in circulo autem facto nec sola aquæ gutta defluxit. Viri autem, qui intus erant nouem numero, exspectauerunt quoadusque mare resorberet & refluere-ret ad alueum & sinum suum. Nam secundum poetam moderni temporis: *Insigne miraculum per reliquias S. Catharinæ.*

Et vomit & potat dura Charybdis aquam.

Et tunc exeuntes per totam terram inauditum miraculum consonis laudibus vulgauerunt. Facta sunt autem hæc circa annum domini millesimum ducentesimum quartum. Testes gestæ rei fuerunt & illi, qui in nauigio positi in circulum currere voluerunt.

De Otthone Episcopo Traiectensi trigesimo tertio.

Cap. VIII.

Anno Domini millesimo ducentesimo, defuncto Theodorico pontifice, Adolphus Archiepiscopus Colonienſis, Ottho Episcopus Monasterienſis, & Gerardus Episcopus Osnabrughenſis, tres fratres, Wilhelmus Comes Hollandiæ, & Ottho Comes Ghelriæ, conuenerunt in Traiecto, quatenus supplicarent Ecclesiæ pro pastore nouo. Quorum denique precibus Ottho, Xanctensis præpositus, tricesimus tertius electus est Episcopus, iuuenis, ingenio clarus, aspectu venustus & egregius, frater eiusdem Comitis Ghelriæ. Hic Ottho, iuuenis decem & octo annorum, super minoris ætatis dispensatione Romanam Curiam Anno Domini millesimo ducentesimo sexto visitate propositi. Qui statim apud Noorthuysen febre pulsatus occubuit. Rexit autem Episcopatum in abundantia pacis vltra annum, sepultus infra Ecclesiam Traiectensem honore congruo. Fuit enim idem iuuenis in causis iudicialib. valde discretus, & in cunctis negotiis Reipublicæ valde cautus. *Hac Beka.* *Anno 1206. moritur Otto Episcopus.*

De Otthone secundo, Episcopo Traiectensi tricesimo quarto.

Cap. IX.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexto, sepulto iuuenis ætatis Otthone pontifice, prælibati Comites scilicet Hollandiæ & Ghelriæ præsentes in eiusdem exequiis obtinuerunt à capitulo supplicationibus assiduis, vt Ottho, filius Comitis de Ippia, maior præpositus seu ..... tricesimus quartus eligeretur Episcopus, qui de consensu Metropolitani sui susceperit Episcopalem benedictionem apud Francfordiam, vbi consimiliter à Frederico Cæsare temporalem acceptauit iustitiam. Hic Ottho, dispositis Episcopatus sui cunctis vtilitatibus, cum Imperatore cruce signatus mare transiuit, habens in consortio suo Euervvach, de quo supra diximus, & totam terram Traiectensem Hermanno fratri sui fidelissimo interim gubernandam commendauit.

De Infeudatione Wilhelmi de Egmonda militis.

Cap. X.

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo tertio Wilhelmus de Egmonda, filius Walteri de Egmonda militis, accepit infeudationem super aduocatia Ecclesiæ Egmondensis, & super reliquis bonis suis feudalibus, ab Abbate Lubberto & desuper litteras formam hanc continentes. In nomine domini ego Lubbertus, Dei permissione Abbas in Egmonda, scire volo tam posteros quam præsentes, quod ego fideli meo Wilhelmo, aduocato Egmondensis Ecclesiæ, aduocatiam & cuncta bona feudalia, quæ ipse de Ecclesia nostra tener, sub hac forma contuli: quod, si idem Wilhelmus sine filio legitimo discesserit, filia sua maior natu prædictam aduocatiam cum toto prædicto feudo recipiat. Quod si nec filiam legitimam habuerit, frater suus senior legitimus succesor in eadem aduocatia in eodem feudo statuatur: vniuersique hæredes præfata bona legitime succesura hoc eodem iure in eisdem bonis tenendis, quo concessa sunt præmemorato Wilhelmo, perpetue potiantur. *Anno 1213.* *Forma litterarũ Lubberti Abbatis.*

Porro ne contra sæpedictum wilhelmum vel suos successores aliqua possit ca-

lumnia super hac donatione in posterum oriri: præsenti pagina sigillo meo roborauí factum hoc dignum duxi & vtile confirmare. Testes adfuerunt Ilebrandus de Lane, Heynricus de Heylighelo, Gherbrandus de Altine, Albertus Wt den haghe, Begvvoldus Friso. Actum anno dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo decimo tertio.

De Controuersia inter eundem Lubbertum Abbatem & VVilhelmum præfatum.

CAP. XI.

PORRO Wilhelmus de Egmonda, miles prædictus, nolens feudo suo esse contentus, cœpit sibi vendicare omnem iurisdictionem inter Aremerivvet & Wynemerfvvet, & ad maiorem se extendens iniuriam dicebat, iuris sui esse, si monachi pugnarent in claustro, hoc iudicare & corrigere. Mansionarios & ministrales Ecclesiæ, & etiam famulos Abbatis, coquos, pistores, & braxionarios suo iudicio stare coegit, interdicens eisdem, ne fratribus, sicut consueuerant, seruirent aliquo modo. Vnde die quadam cepit Wilhelmus sedere pro tribunali in facie Ecclesiæ, & dictos seruos Ecclesiæ mansionarios & ministeriales, abbate & conuentu nolente & contradicente, vocauit ad suum iudicium. Abbas vero & omnis conuentus exierunt ad locum, vbi idem Wilhelmus suum statuerat iudicium, & sublata cruce præcepit omnibus ministerialibus sub obtentu omnium bonorum suorum, ne eius starent iudicio. Qui omnes euestigio recesserunt, & remansit Wilhelmus solus cum suis. Qui de contemtu illato sibi vehementer iratus, omnium ministerialium boues & pecudes ad suam cum violentia fecit adduci domum, & Abbati in sinum minatus est sanguinem, opprobrosa & contumeliosa verba loquendo monachis. Et abillo in ante cœpit Wilhelmus Abbati & monachis graues minas inferre, & insidias ponere. Super tam grauí oppressione & iniuria cœpit Abbas nobiliores feudatores conuocare, quærens ab eis consilium & auxilium, quo spolia ministerialium recuperaret, & tantæ violentiæ resistere valeret: quorum auxilio ministerialibus Ecclesiæ pecora sua restituta sunt. Defuncta est interim quædam mulier, Tetta nomine, cuius hæreditas ad Ecclesiam Egmondensem pertinebat. Misit autem Abbas duos monachos sacerdotes in domum defunctæ mulieris propter conseruationem bonorum, ne aliquo modo distraherentur: quos Wilhelmus, ruptis eorum cucullis, armata manu & violenter eiecit. Super quo sacrilegio facto ad instantiam Abbatis & conuentus vocatus est VVilhelmus ad audientiam venerabilis Otthonis de Lippa, Traiectensis Episcopi, qui die statuto comparuit. Voluit Abbas violentam eiectionem & manuum impositionem in monachos suos, prout canonica probaret authoritas, in continenti probare. VVilhelmus econtra excepit, dicens, suam potius purgationem susceipiendam. Dicauit sententia magis VVilhelmi esse susceipiendam purgationem. Sub qua sententia, & aliis plurimis iniuriis & oppressionibus, & maxime super aduocatia dicti monasterii, quam sibi VVilhelmus contra libertatem Ecclesiæ iniuste & violenter pro feudo vsurpauit, ad sedem Apostolicam appellauit, personam suam, ac monachorum res suorum, & homines sui ministerii sub tutela Apostolicæ protectionis supponendo, & à iudicio dicti Episcopi discessit.

VVilhelmus autem, hanc appellationem paruipendens, conuocauit cognatos & amicos suos, & armata manu Abbatem & monachos, homines ministeriales Ecclesiæ, quotidie impugnauit, & inquietare non cessauit. Abbas econtra, conuocatis nobilioribus feudatariis Ecclesiæ, & suis etiam consanguineis, pro defensione vitæ suæ & suorum, quocunque esset eundum, cum armatorum multitudine dimittens, graui labore & expensis maximis dicto VVilhelmo, quantum potuit, restitit.

Maxima iniuria Abbatum Lubbertum & VVilhelmi Comitem differt.

Monachos VVilhelmus ignominiose tractat.

Pacis interfuturi mutua decertant etiam bellando.

Duratuit autem hæc guerra, vsque dum nuntius Abbatis à Roma reuersus fuit. Obtinuerat dictus nuntius Abbatis à sede Apostolica iudices super violentam manuum iniectionem in monachos prædictos, Decanum scilicet Mariæ ad gradus, Magistrum Henricum Ratonem in Colonia. Setipsit etiam dominus Papa per eundem nuntium nobili VVilhelmo Comiti Hollandiæ, cum ipse non dubitaret, Egmondense monasterium specialiter beati Petri iuris existere & immediate pertinere ad sedem Apostolicam, iniungendo ei in remissionem omnium peccatorum suorum, ne dictum monasterium per semetipsum in rebus & personis quocunq; modo turbaret, &, quantum in ipso erat, à quocunq; turbari & molestari non pateretur. Comes vero, de tanta indulgentia gauisus, guerram inter Abbatem & VVilhelmum suspendit, tam Abbati quam VVilhelmo diem præfigendo ad sex septimanas, vt, pro tribunali ipso sedente,

sedente, vterque starer pro suo iure, hunc diem acceptauit. Abbas vero pro iniuria aduocatiæ, & omnibus, quæ forum requirunt ciuile, ipsum diem acceptauit. Dicto die, vtraque parte præsenti, sedente pro tribunali wilhelmo Comite Hollandiæ, ante omnia rogabat ipse Abbas ipsum Comitem, quatenus aliquem suo loco iudicem sisteret & causas iniuriæ monasterii sui tanquam Aduocatus quem wilhelmus allegaret. Quæsiuit Comes in sententia si homo saluo iure vtriusque partis facere posset. Dictauit sententia, quod homo bene facere de iure deberet, eo quod esset ad Aduocatus Ecclesiæ. Sedit itaque miles quidam, nomine Theodoricus Koekel, pro tribunali. Proposuit wilhelmus Comes pro Abbate & Ecclesia Egmondensi, quod wilhelmus de Egmonda ausu temerario & minus iuste sibi vsurpasset aduocariam & iurisdictionem Ecclesiæ intet Aremetsuoet & wenemersuoet, & ministeriales & mansionarios Ecclesiæ, & etiam famulos Abbatis conuocasset & coegisset ad suum iudicium & seruitium: &, quod grauius est, monachos stare suo iudicio (quod hactenus inauditum est) attentauit. *Decretum iudicio.*

Wilhelmus super hoc habito consilio respondit aduocariam & omnia prædicta suum esse feudum, & sui iuris non esse, de feudo suo ibi respondere. Abbas incontinenti & constanter negauit ipsum esse aduocatum, dicens, Ecclesiam Egmondensem nunquam alium habuisse præter Comites Hollandiæ. Sic orta est disceptatio inter Comitem Hollandiæ & Wilhelmum de Egmonda super aduocatia. Petiuit Comes, per sententiam declarari, cum sui progenitores Ecclesiam Egmondensem fundassent, ditassent & dotassent, & hactenus pro aduocatis habiti fuissent, & incontinenti Abbas & Conuentus eum pro aduocato cognoscerent & haberent, si Abbas sine consensu & voluntate sua suam aduocatiam alicui posset conferre vel donare. Dictauit sententia, quod nec conuentus, sine consensu Comitis, nec Comes sine consensu Abbatis & Conuentus, ipsam aduocatiam alicui posset conferre vel donare in feudū. Wilhelmus econtra respōdit, licet hoc esset sententiatū, quod admitterer, quod aduocatia monasterii sui iuris esset & suorum progenitorum, nisi hoc manifestius probaret. Comes Wilhelmus respondit, ex abundanti se velle incontinenti probare per se & duos nobiliores Hollandiæ, quod dicta aduocatia sui iuris esset, & suorum progenitorum fuisset. Cuius probationem Wilhelmus de Egmonda detulit. Dictauit sententia, ex qua Wilhelmus probationi Comitis detulisset, ipsum Comitem pleno & integro iure aduocatum esse Ecclesiæ: omnem expensam & omne damnum à VVilhelmo Ecclesiæ illatum ad summam quingentarum librarum, exceptis opprobriis & contumeliis. Et audito hoc, VVilhelmus vocauit ad suum consilium omnes nobiliores Hollandiæ. Et habito super hoc consilio, constanter & instanter petiuit à Comite cum omnibus tenæ nobiliorib. omne damnum Abbati & Ecclesiæ illatum, insuper omnes emendas opprobriorum & contumeliarum, vt in suum susciperet arbitrium, & sibi ad hoc sociaret de nobilioribus, quos vellet. Comes aduocatus Ecclesiæ respondit, quod hoc non facerer, nisi Abbas vellet & conuentus. Rogatus Abbas cum instantia magna Comitis & nobilium Hollandiæ, vt omnia ista deducerent in arbitrium Comitis, deliberato consilio, respondit: Vos domini, tanta mala & grauia incommoda à VValtero patre VVilhelmi, & ab ipso VVilhelmo passa est Ecclesia mea: nam Gualterus de Egmonda, pater eius, captiuauit quendam monachum nostrum, & tamdiu in vinculis tenuit, quoadusque ab eo quandam summam pecuniæ extorsit. VVilhelmus sacrilegas manus in monachos nostros iniecit: vnde ista omnia & multa alia, quæ non requirunt forum ciuile, in arbitrium Comitis deducere non audemus, inconsultis iudicibus, quos à DOMINO APOSTOLICO obtinemus.

De forma Compositionis inter eosdem.

CAP. XII.

AVDIENTES hoc cognati & coadiutores Wilhelmi Dominum Comitem seorsum vocauerunt, dicentes eidem: Domine Comes, scit Reuerentia vestra, quod guerra inter vos & Ludouicum, Comitem Losnensem, nondum est terminata, & ideo adhuc op⁹ habetis seruitio nostro. Petimus igitur intuitu seruitii nostri, vt omnē hanc discordiam inter Abbatem & Wilhelmum Cognatum nostrum in vestrum suscipiatis arbitrium. Vnde Comes magis instabat, Abbas vero ex deliberato consilio respondit: si VVilhelmus omni impugnationi & prædictorum vindicationi in manibus DOMINI Comitis, nobilium terræ, & horum Ecclesiæ vellet imperpetuum renuntiare, ipse Abbas omnia, quæ non requirerent Ecclesiasticum iudicium, in Comitis vel-

let arbitrium deduceret. Wilhelmus admonitus his omnibus imperpetuum renuntiauit, quod nec ipse nec hæredes sui de cætero imperpetuum repeterent vel ubi hoc vendicarent, nisi per gratiam Comitis, Abbatis, & conuentus consequi posset. Sic ergo vtraque pars se dedit arbitrio Comitis. Comes ergo omnem discordiam sedauit per litteras desuper ab eodem Comite confectas in hanc formam. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ego Wilhelmus, Comes Hollandiæ, significo vniuersis presentem paginam inspecturis, quod controuersia inter Abbatem Lubbertum Egmondensem, & inter Wilhelmum filium Walteri de Egmonda, super aduocatia & iure inter Anemersvvert & Wynemersvvert, feudo suo excepto, & super dimidia parte theoloneii in dedicationem Ecclesiæ & super tertia parte theolonei in Altine, quam idem wilhelmus ad pactum duarum librarum Hollandensium annuatim tenet, ita tamen, quod Abbas cum conuentus conniuentia si ipsum theoloneum vendere velit, habeat libertatem de consensu hominum meorū & eiusdē monasterii vtriusque partis cōsensu est reformata. Itaque hæc est forma compositionis, videlicet, quod præfatus wilhelmus iuri suo, quod in prædictis bonis pro feudo sibi vendicare nitebatur, omni modo renuntiauit, sed in vita sua ipsa bona in gratia habebit. Sane omnia placita coram Abbate seu eius nuntio infra portam atrii tenebuntur, & Scholetetus cum consilio Abbatis substituetur. Si autem querela delata fuerit ad Abbatem sæpe dictum, Wilhelmus intimabitur qui ad iudicandum cum Abbate vel eius nuntio præsidebit. Et si aliqua querimonia ad ipsum wilhelmum deferatur, Abbati similiter est significandum, vt ipse vel eius nuntius (vt dictum est) causis interfit. Quod si interesse postposuerit, nihilominus ipse wilhelmus in iuditio procedet, omnia forefacta, & emendas ipse wilhelmus percipiet. Minor bannus duos denarios. Maior duos solidos facit inspectionis aggerum forefactum duos denarios vel gallinam exsoluet, & nullum monasterii ministerialum ad suum wilhelmus coget seruitium. Meliores Ecclesiæ ministeriales & teodati, tam illi, qui non soluūt cuermede coqui, pistores, bractionarii & reliqui seruientes Abbati à iure præxati wilhelmi penitus immunes existant. Si autem sæpedictus wilhelmus seriem compositionis prælibatæ infringere præsumserit, nisi consilio Comitis & hominum Ecclesiæ vel secundum iuris ordinem velit emendare, iuris sui priuilegio, quod obtinebat in gratia, perpetuo priuetur. Testes vero sunt Aleydis Hollandiæ Comitissa, wilhelmus de Theylinge, Theodoricus dapifer, Theodoricus & Philippus de wassenaer fratres, Theodoricus Boeclel, Otegerus de Verschoten, Albertus Bayaert, Iacobus de Heylichleo, Iacobus Burchgrauius Leydensis, Arnoldus de Ryswyck, Iohannes Persyn, Isebrandus de Haerlem, Heynricus presbyter de Hemchkercka, Heynricus sacerdos de Noortighe, & Heynricus persona de Haerdinghen, Notarius Hollandensus. Actum Anno incarnationis dominicæ millesimo ducentesimo decimo quinto, quinto Calendas Septembris, indictione tertia.

Pax componitur.

Forma litterarum desupita controuersia.

Acta sunt hæc An. 1215.

De militibus Balduino & VValtero, ac obitu Aleydis Comitissæ Hollandiæ.

Beka habet Valuinum.

CAP. XIII.

CIRCA hæc tempora fuerunt duo milites famosi, qui Balduinus & walterus fuerunt appellati. walterus ortus fuit ex Brabantia, Balduinus ex Hollandia. Contigit, vt hi dilecti consodales ad torneamentum irent, qui summo mane quodam intrauerunt oratorium, vt deuote missam audirent ante tirocinium. Factum est autem, vt clerus missam sancti Spiritus caneret. Qua finita, Beatæ Mariæ virginis sine mora subiungerent. Et quoniam walterus Beatam Mariam ardenter amaret, ideoque missam eius ad finem audiuit. Balduinus vero, secularis gloriæ multum cupidus, finita missa prima, tirocinium incæpit: qui cum militari laude multum laboris expleuit. walterus vero, perecepta benedictione secundæ missæ, cæpit arma festinanter induere, & cum sua clientela decenter ad campum tendere.

VValterius feruenter colit D Virginem.

Sed ecce quamprimum walterus introiuit equirrium, vnusquisque miles lassatus petebat hospitium, Balduinus autem occurrens walterum gratanter amplexatus est, & eundem talibus verbis allocutus: Charissime, inquit, miles benedicaris à domino, qui hodierno die præconium laudis acquisiuisti, ac innumerabiles equites eiiciendo conculcasti. walterus vero humiliato capite subrisit sciens, quod ipso die torneamenti conflictum nequaquam introiuit: sed postquam idem walterus laudē sui nominis indesinenter ab histrionibus acclamari percepit, cum admiratione magna

Hæsitudium imaginarii.

magna Balduino dixit: Care sodalis scito quod hac die tirocinium non intraui, qui, discedente te, Missam gloriosæ virginis Mariæ ad finem audiui, qui mihi præconium laudis obtinuit, atque titulum nominis mei exaltare voluit. Quapropter, amantissime frater, deferamus eius amori sæcularem gloriam, & appetamus insimul vitam cælibem nunquam transitoria. Nec mora, quin & hi milites intrauerunt * Heymerburghense monasterium, vbi sub cænobitali disciplina sacræ religionis susceperunt habitū. Walterus autem psalterium ex toto didicit, & psalmodias suas præ cæteris fratribus indilate cecinit. Qui cum vna dierum infra Missarum celebrationem deuotus assisteret, & vtrasque manus cum deuota prece desuper expanderet, ecce crux aurea de cælo lapsa cecidit in ipsius manibus, in signum, quod Deus annueret sanctis eius precibus. Eandem quippe crucem Adelheydis Comitissa Hollandiæ delinc asportauit ad Hollandiam ad Reynsburghense monasterium, quæ largam butiri copiam ipsi monasterio dedit annuatim in eleemosynam. Hæc autem Comitissa venerabilis anno Domini millesimo ducentesimo decimo octauo, tertio Idus Februarii defuncta, & in Reynsburch honorifice tumulata est.

En quanta gloria amantes matrem virginem.

Walterus cū sacro psalterio se religioni suæ deuouet.

Beka habet Heimenrode.

Crux miraculose cælo delapsa

An. 1218 mortuus Adelheydis Comitissa Hollandiæ.

De secunda vxore Wilhelmi Comitis, & obitu eiusdem Comitis.

CAP. XIV.

DEfuncta vxore Wilhelmi Comitis, idem Comes duxit aliam vxorem ex Anglia, vtpote Mariam filiam Ethmundi Ducis Lancestriæ, filii Henrici III. Regis Angliæ, filii Iohannis Regis, fratris Richardi Regis, filii Henrici II. Regis, filii Machtildis Reginæ, filii Heinrici I. Regis, fratris Wilhelmi Regis, filii Wilhelmi Ducis Normanniæ, & Regis Angliæ. Porro huius Mariæ Comitissæ Hollandiæ mater fuit filia Regis Nauerrorum. Habuit etiam hæc Maria duos fratres scilicet Thomam & Heinricum sibi inuicem succedentes Duces Lancestriæ: & eorum patruus fuit primus Eduardus Rex Angliæ. Posthoc Wilhelmus Comes, de secunda vxore non generans, paucis annis in hac vita superstes fuit. Nam anno Domini 1222. secundo Nonas Febr. Creatori reddidit animam, postquam annis decem & nouem Hollandiam, & annis 26. Orientalem Frisiam bellicose gubernasset. Hic Wilhelmus Comes ad monasterium Reynsburghense aduectus est, & ibidem cum exequiis congruentibus sepultus est.

An. Domini 1222. moritur Wilelmus comes Hollandiæ.

LIBER XXII.

COMPREHENDIT GESTA TREDECIM ANNORVM, quibus Florentius quartus rexit Hollandiam, cum quibusdam accidentibus illius temporis: & habet capitula decem & octo.

De quarto Florentio, Comite Hollandiæ decimo tertio.

CAP. I.

CVmque defunctus esset Wilhelmus Comes, successit ei Florentius, huius nominis quartus, filius eius, Comes Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ decimus tertius. Otto vero, frater eius, effectus est Comes Orientalis Frisiæ. Sed Vilhelmus Vicecomes, frater eius minor, genuit tantum vnicam filiam, nomine Adelheydem, quam in vxorem duxit Theodoricus, octauus Dominus de Brederoede, & genuit ex ea Alferdum, nonum Dominum de Brederoede, patrem Wilhelmi Principis militiæ Wilhelmi regis Romanorum, & Catharinæ vxoris castellani in Keyservveert. Porro Florentius, egregius Comes Hollandensis, duxit in vxorem Machtildim filiam Heinrici Ducis Lotharingiæ seu Brabantiæ. Itaque huius Machtildis frater Heinricus Dux habuit in vxorem Sophiam filiam S. Elisabethæ (sicut inferius dicetur.) Eius etiam sorores fuerunt Maria, Romanorum Imperatrix, vxor videlicet Otthonis Imperatoris, Adelheydis Comitissa Aluerniæ, Sophia Comitissa Ghelriæ. Genuit autem Florentius comes Hollandiæ ex vxore sua prædictum Wilhelmum sibi succedentem comitem & regem Romanorum, Florentium Vicecomitem, Adelheydem comitissam Hannoniæ, & Margueretam vxorem Hermanni comitis de Hermenberch, quæ peperit vna vice trecentas & sexaginta quinque proles, sicut inferius dicetur.

De Guerra inter Ottonem Episcopum Traiectensem, & Comitem Ghelriæ.

Cap. II.

Sic ex Beka.

IIs temporibus Otto, Episcopus Traiectensis, de reysa & profectione Ierosolimitana reuersus, terram suam bene pacatam inuenit, qui maximis se discordiis inuoluit. Otthonamque, Comes Ghelriæ, plures quondam vasallos habuit in terra Zelandiæ, qui per villicos Episcopi æpe grauiter exactionati sunt: adeo, quod in bonis temporalibus multum inopes effecti sunt. Quapropter idē Comes Episcopatus apud Theotonicum Lobeck arrestari fecit, & cum incolis Zelandiæ contra iam dictum Pontificem conspirauit. Episcopus autem, consilio Theodorici Monasteriensis Episcopi ac Hermanni Comitis de Lippa fratris sui, copiosum aggregauit exercitum, vt vicinas villas Comitatus potenter incenderet, & rebelle vulgus de terra Zelandiæ victoriose compesceret. Econtra vero iam dictus populus eodem auxiliante Comite penes Orkelo congregato in aggere decreuit omnibus modis Episcopo resistere. Sed Episcopus in fremitu buccinarum & in sonitu tympanorum aduersus hostes viriliter aggressus, quosdam occidit, plures cœpit, & omnes alios cum victoria profligauit. Nec mora, quin & idem Episcopus duo fortia castra, quæ Voreſt dicebantur, omnino destruxit, & castrum, quod Buchorst appellatur, excepta maiore turre, fauillatenus inflammauit. Quin eorum castrorum præfecti primitiuam excitauerunt rebellionem, & vniuersum Zelandiæ populum animauerunt ad illicitam conspirationem. Comes quidem Ghelriæ, pro victoria Episcopi indignatus, Valerianum Ducem Hunburghensem, & Heinricum Comitem Reynensem cum 2000. militum in ipsius auxilium inuitauit, & Florentium iuuenem Hollandiæ Comitem nepotem sibi complicem cōquisiuit. Qui idem Comes Florentius continuo Leckam ascendit cum infinito quasi naugio, & episcopalem domum cum villa Gheyn hostili conflagrauit incendio. Econtra vero dictus Episcopus auxilio Gerardi Bremensis Archiepiscopi fratris sui, Theodorici Monasteriensis Episcopi, propinqui sui, ac Hermanni Comitis de Lippa, germani sui, mille milites aggregauit, & adviſque antedictos Principes intrepide bellum instaurare decreuit. Sed ecce Dominus Conradus, Portuensis Episcopus, & Apostolicę sedis legatus, ex insperato superuenit ad locum certaminis, suspēdens iam inchoa. tum prœlium, & de consensu partis vtriusque tale promens arbitrium, quatenus Comes Ghelriæ aduocatiam de terra Zelandiæ B. Martino traderet, & Episcopus eidem allodium Clistense, montusq; Odiliæ præposituram & vasallos exceptos in feudum restitueret: Comes insuper Hollandiæ pro ministerialibus suis 800. libras haberet, & eosdem ministeriales Ecclesiæ Traiectensi, manumissione facta, libere resignaret.

De quibusdam euentibus Franciæ & Flandriæ.

Cap. III.

An. 1225. moritur Philippus rex Franciæ.

ANno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quarto obiit Philippus rex Franciæ. postquam rexisset Franciam 43. annis. Hic Fernandum maritum Iohannæ Comitissæ Flandriæ apud Bovvynes captiuauerat in bello, & eum in captiuitate tenuerat per 11. annos. Sed tandem per Luduicum regem, Philippi regis prędicti filium, laxauerat à carceribus: & in Flandriam veniens, infra tot annos obiit sine liberis, & sepelitur in monasterio Markette, quod ipsa Comitissa Iohanna pro tali causa fundauerat. Cum enim Balduinus Imperator pater eius captus fuisset in bello à paganis, & perductus ad Syriam, vt, tanquam iumentum, traheret aratrum: quidam mercatores ex Austria Damascum pergentes inuenerunt eum ibi, & reduxerunt. Cumque sic in Flandriam rediisset, Fernandus Comes consilio Iohannæ vxoris suæ & Margueretæ Nigræ sororis eiusdem Iohannæ suspendit eundem Balduinum Imperatorem Græcorum, scilicet Ribaldum, se gerentem pro Balduino. Tandem compunctæ prædictæ sorores construxerunt monasterium pro anima sua in eodem loco, quo suspensus fuerat Balduinus pater earum, & illa Abbatia nuncupata est Markette. Fernando autem defuncto, Iohanna Comitissa præfata nupsit marito Thomæ de Sabaudia, de quo etiam non concepit. Porro, sepulto Philippo rege Franciæ, successit Luduicus filius eius. Huius Luduici vxor dicta est Blancka, & genuit ex ea sanctum Luduicum regem

Balduinus quidam suspensus mandato Comitis Flandriæ, quæ Balduini Imperatoris filia erat.

sibi succedentem Philippum iuuenem, Robertum Comitem Artheſii, Anfrontium Comitem de Pontiers, Carolum Comitem Andergauensem, postea Regem Siciliæ, & Isabellam virginem.

De rebel-

De rebellione Rudolphi Castellani Koeuordiæ, & occisione Otthonis.

Cap. IV.

ANno Domini 1225. commissum est ciuile prœlium inter Egbertum præfectum Grueningiæ, & Rodolphum castellanum Koeuordiæ. Quapropter Episcopus in manu forti Grueningam perrexit, & pacificas treugas sub iudicio mortis ab vtraque parte seruare mandauit, sed Rodolphus recedente Pontifice, castellum Egberti penes Horne destruens, potenter introiuit Groeningam, & infectis treugis Egbertum effugauit ad Frisiam. Econtra quidem Egbertus de Frisia copiosum eduxit exercitum, ac oppidum Groeninghæ graui vallauit obsidione per circuitum, quod tandem per diuersos assultus ipsum oppidum in parte succendit, & Rudolphum in periculo vix elapsum ad Koeuordiam profugauit. Rodolphus aût illatam contumeliam modis omnibus vlciscí statuens, confestim aggregauit expeditos armigeros, ac ipsum oppidû hostiliter infestauit per assultus creberrimos. Sed ecce Dñs Episcopus Ottho necessitatem oppidiani festina relatione percipiens, aggregatis electis bellatoribus, proposuit Rodolphum ab obsidione propellere, vel castrum Koeuordiæ cum tormentis potenter euertere, in cuius adiutorium Gherardus Comes Ghelriæ cum multis præliatoribus personaliter aduenit: cui consimiliter Florentius Comes Hollandiæ robustâ militiam destinauit cum Iohanne Domino de Arckel, & Herberno de Arckel, filio Hugonis Buttman, & Ghisberto Dño Aemsterlandiæ. Theodoricus Comes Cliuensis, & Balduinus Comes de Benthem, filius Otthonis, filii Theodorici Comitis Hollandiæ, sibi ẽt præstiterunt manuale subsidiû. Archiepiscopus Colonien sis, & Episcopus Monasterien sis pariter transmiserunt eidem optatum auxilium. Ex quibus omnibus pulcher exercitus apud † Ayen aggregatus est: vbi Dñs Episcopus fixis castris per diurnum cum antedictis Principibus plurimum gauisus est: quia, dictante Principum sententia, Rodolphum à bonis suis proscripsit ibidem, & omnibus adiutoribus suis plenâ indulgentiam prædicauit. Rodolphus vero, perpendens Episcopi magnipotentiam, dissoluit obsidionem ab Groningiæ, qui continuo castra sua fixit prope villam Koeuordiæ, præmeditans, quod latissima palus situata foret in medium. Altera vero die cum emicantibus radiis auroræ iubar accresceret, Comes de Ghore, B. Martini vexillifer, in clangore tubarum & stridore tympanorum cum electis anteceßit armigeris. Quẽ totus exercitus subsecutus est cum diuersis armaturis bellicis. Etecce pugiles episcopalis exercitus, primam aciem obeuntes, armorum sarcina prægraua ri, paulatim in ipsis paludinosis locis (proh dolor!) viui submersi sunt: qui non solum à Trentonibus, verum etiam à mulieribus misero mortis genere interemti sunt. Cæteri quidam plurimum sauciati per repentinam fugam ab hostibus vix elapsi sunt. Rodulphus aût cum quibusdam equitibus tota nocte fugitiuos insecutus, victualium apprehẽdit magnam copiam, qui cum multis captiuis reuersus est Kocuordiam, inter quos principales erant Gherardus Comes Ghelriæ, Ghisbertus Dñs Aemsterlandiæ, & Theodoricus frater Episcopi, præpositus Dauentrien sis. Dñs aût Episcopus in palustri loco captus est, & qui ibidem per diuersa tormentorum genera dire martirizatus est: nam felliti carnifices sacram coronam suam cum cruenta carne gladiis acutissimis abraserunt. Quem demum post opprobria multa sub ipso die Kal. Augusti mẽsis in locis immundissimis conculcarunt. Ceciderunt aût in ipso conflictu cum Episcopo suffocati & submersi nihilominus 400. milites & armigeri bellatores egregii, de quorum numero etiam fuit Dñs Iohannes de Arckel. Inter quos Bernardus de Horstmaria, miles valde strenuus, & Trentonicorum omnium famosissimus fuit, super clipeum suû aliquamdiu sustentatus, paludosis vadis demum immersus est. Veruntamen antequam interiit, horrendam aduersus hostes operatus est cladem. Otto quidem Episcopus, à locis palustribus clam abstractus, cum ingenti fletu tam cleri quam populi tumulatus est in Ecclesia Traiectensi, quam 20. annis egregie rexit, & contra raptores hostes vsque ad mortem strenue defensauit. Eodem anno sanctimoniales S. Seruatii, mutata cuculla nigra, Grysenum acceperunt habitum contra Hulindæ priorissæ suæ voluntatem & beneplacitum.

Eadem Beka.

† Beka habet Anem.

Rodolphus Coeuordien. sis proscribitur.

Episcopale copia in paludibus occumbunt.

Episcopus ita captus à Rudolpho & marityrio affectus.

Otto Episcopus sepelitur Vltraiecti.

*De * VVilbrando Episcopo Traiectensi tricesimo quinto.*

Cap. V.

** Beka habet Villebrand.*

OCciso Ottone Pontifice, Florentius Hollādię comes cũ ceteris Principib⁹, Ecclesiæ Traiectẽsis vasallis, Traiectũ aduenit, qui, p consanguineo V Vilbrādo, Padebornẽsi Pōtifice, filio comitis de Eldēborch, supplicatorias fudit pces, Cũ aût vniuersũ capitulum

capitulum deliberationem super hoc caperet, & deuotas instantias eiusdem Comitis admitterent, Ecce Comes Ghelriæ & Dominus Aemsterlandiæ lethaliter vulnerati, & per breues inducias ab ergastulo dimissi recumbentes in culcitris delati sunt in capitulum venerunt & deprecabantur suæ redemitionis auxilium. Quibus visis, vniuersus clerus lachrimatus est, & dolor totius populi de nece Pontificis non immerito renouatus est. Quamobrem idem Dominus Wilbrandus, Padebornensis Antistes, tanquam idoneus vindex, tricesimus quintus postulatus est Episcopus, vir constans, audax & ingenuus. Sed quoniam idem VVilbrandus fuit illis diebus in Italiæ partibus, & occupatus assidue negotiis imperialibus: ideoque discreti viri trans Alpes festinanter emissi sunt, vt eidem Episcopo de nouo Pontificio nouam ferrent famam, & postulationem Ecclesiæ Traiectensis in Romana curia præsentarent, quod & ita factum. Nam Dominus Papa Gregorius, huius nominis IX. de consilio fratrum suorum notum & dilectum VVilbrandum de Padeborna Traiectum transmisit, & cum Apostolica benedictione versus patriam honeste destinauit.

Vilbrandus Padebornēsis Antistes eligitur 35. Traiectēsis Episcopus.

Gregorius IX

De vltione mortis Episcopi Osthonis.

CAP. VI.

IDEM ergo nouus Pontifex, in Traiecto pro tribunali sedens, dictante sententia principalium vasallorum, Comitem Ghelriæ cum cæteris captiuis ab incarceratione castellani Koeuordiæ absolutum esse iudicauit. Qui idem castellanus, tanquam proscriptus grassator & exlex, suum verum Dominum indigna morte pridem occidit. Qui Episcopus continuo tam de potestate Papæ, quam de Frisia, per Papales indulgentias copiosum eduxit exercitum, quem aduersus Koeuordiam & Trentones in sex turmas diuisit & ordinauit ad prælium. Econtra vero prædicti populi sex cuneos statuerunt in girum ad Episcopo resistendum, ita quod terram illorum nullus introire posset absque graui suorum dispendio. Sed Episcopus, vt vir imperterritus, aduersus hostes ex omni parte perrexit: plures sibi resistentes contriuit, quasdam villas incendit, & vsq; ad optatam noctis vmbram diffugientes aduersarios profugauit. Mane dehinc facto, cum garritus auium annuntiasset diluculum, Koeuordenses cum Trentonibus, metuentes Episcopi magnificentiam, datis obsidibus, obtulerunt semetipsos ad gratiam: quos idem Episcopus in deditionem benigne fuscepit, & per consequentes conditiones à sententia maledictionis absolut: videlicet quod Rodolphus castellanus Koeuordiæ castrum Lare sibi libere traderet, Iurisdictionem Trentoniæ B. Martino proprietarie redderet, 3000. marcarum pro diuersis damnis exsoluerer, centum armigeros in Liuoniam mitteret, & monasterium puellarum ordinis S. Benedicti de 25. præbendis dotando construeret. His itaque peractis, castrum Lare funditus destruens, & castrum Koeuordiæ fideli custodia muniens, coadiutoribus suis cum gratiarum actione valedixit, & ad festiuitatem B. Martini Traiectum properauit.

Eadem fere Beka.

Episcopus exped tionē parat in Rodolphū Coeuordienſem.

Coeuordienſes reconciliātur Epiſcopo.

De S. Ludouico Rege Franciæ, & eius progenie.

CAP. VII.

ANNO Domini 1227. obiit Ludouicus Rex Franciæ, postquam 3. annis Franciam rexisset, cui successit S. Ludouicus filius eius, vir multum Deo charus. Huius S. Regis vxor dicta est Margueretа, de qua genuit Philippum sibi succedentem, Ludouicum iuuenem, Iohannem Comitem de Niuers, Robertum Comitem Claremontensem, Petrum Comitem de Allenson, Margaretam Ducissam Brabantiæ, Agnæm Ducissam Burgundiæ, Blancham vxorem filii Regis Castiliæ, Isabellam reginam Nauarræ. Porro Robertus quarto genitus sancti Ludouici genuit Ludouicum Ducem Borboniæ, à quo vlterius descenderunt Duces Borboniæ. Itaque sanctus Ludouicus, rex Franciæ, ordinauit in regno Franciæ 12. pares Franciæ, constituens inde collegium seu capitulum: qui habuerunt ardua negotia regni tractare, scilicet 6. Duces, & 6. Comites: & de Ducibus sunt 3. Episcopi, & de Comitibus sunt etiam 3. Episcopi.

An 1227. mo rtuus Ludouicus rex Franciæ cui succedit S. Ludouicus filius eius.

Pares Franciæ instituti à S. Ludouico.

De traditoria acquisitione castri Koeuordiensis per Rodolphum.

CAP. VIII.

PORRO Rodolphus, quondam castellanus Koeuordensis, amare dolens, se castrū Episcopo resignasse, & à villicatione Trentoniæ terræ se omnino destitutum esse, corrumpit vnum de Castrensibus pro quadam summa pecuniæ, quatenus sibi castrum traderet oportuno tempore. Nec mora quin, quasi cunctis Castrensibus cum traditore villam intrantibus, Rodolphus, infra suburbium latens, pontem extemplo præoccupauit, portam vlteriorem introiuit, castrum dolose cæpit, custodes intrantes occidit, & exinde totam munitionem suo satellitio communiuit. Episcopus aūt Traiectenſis Willebrandus, ex amissione castri turbatus, castellū Hardenburch præcepit è con-

Sic ſi Beka.

Coeuordienſes ſum à Rodolpho capiuntur.

tra

tra fuleiri, & generalē expeditionē aduerſ⁹ Koeuordēſes & Trētones ,pelamari fecit.

De iniſtitia facta Rodolpho.

CAP. IX.

RÒdolpho quondam caſtellano Koeuordenſi ita potito rerum, contigit anno Dñi 1228. cum iam tota palus ex gelido frigore vbiq; eſſet peruia, Dñs Epiſcopus validū eduxit exercitum in Trentonia, ſperans altera die turres & mœnia caſtri Koeuordenſis cum vniuerſis machinis atterere, & oēs inimicos ſuos in eo ſimul apprehendere: ſed hac ſpe omnino fruſtratus eſt, qm̄ eadem nocte ventus valdus, cum imbre maximo de repente cadens, in tm̄ attenuauit niuem & glaciem, vt totus exercitus, dimiſſis ibidem machinis neceſſariis, ad partes Iſelanas retrocederet. Poſtea Epiſcopus iterum, prædicando Papalem indulgentiam, ad Friſiam pro ſubſidio tendere iuſſit. Superueniēte demum æſtate Rodolphus, obtentis ſaltem 15. dierum treugis, 3. Abbatū de Friſia ſeruare compromiſit arbitrium de omni forefacto, q̄ hactenus inualuit inter Epiſcopum & ipſum. Durantibus itaq; treugis, Rodolphus caſtrum Haedenborch adiit, & de cōpoſitione pacis cum Epiſcopo tractare cæpit, de cuius aduentu Dñs Epiſcopus plurimum ſtupens, cum admiratione cæpit inquirere, cur inter oēs capitales inimicos ſuos, vno ſeruo comite, ſolus auſus eſſet accedere. Et ecce Caſtrenſes, obſtante Pontifice, prædictum Rodolphum, tanquam exlegem, de conclaui violenter abſtraxerunt: quem cum Henrico de Grauenſdorp dire rotatum & cruciatum, ſicut latrones in ſtipitibus, exaltarunt. Quare populus de terra Traiectenſi tumultuari cæpit in alterutrum, & de die in diem, aut patenter bellum aut incendium. † Pro dominus Epiſcopus Traiectū perrexit, excuſationē de nece Rodolphi palā omnib. fecit, & per auxiliū Florentii Comitis Hollandiæ inter miniſteriales diſcordes pacis amicitiā reformauit.

Iste etiam Beka.

An. 1228.

Rodolphus in rotam attolitur.

† f. Porro

De rebellione Trentonum adhuc.

CAP. X.

ANNO Dñi 1231. profana gens Trentonica, recollectis iterum innumeris bellatoribus, obſedit Groeningham. Et Egbertus præſes, è contra portas armipotenter aperiens, occidit aduerſariorum ſuorum magnam copiam: qui currus & victualia cum 600. equis ibidem apprehendit, & altera die plures villas in Trentonia conflagrauit. Epiſcopus autem ſuper his plurimum gauiſus, feceſſit ad Friſiam, & ibidem per plures indulgentias eduxit iam tertio gentem maximam, cum qua Trentoniam potenter introiuit, & villam Koeuordiæ cum ſuburbio caſtri prorſus incendit, in quibus armigeri plurimos equos, arma, veſtes & victualia prendiderunt: quinimo & mulieres & paruulos apprehenſos crudeliſſime trucidarunt. Adueſperaſcente denique die totus epiſcopalis exercitus trans paludes ad munitionem verſus Anem reuerſus eſt, & ibidem cum magna gloria de obtenta præda mirifice iucundatus eſt. Matutina dehinc exorta luce, pontificalis exercitus, cum tubis frementibus & ſignis radiantibus paludem retranſiens, properauit ad obſidionem caſtri Koeuordiæ. Sed ecce innumerabiles Trētonum copiæ præterita nocte clam intrauerunt eiuſdem caſtri præſidium. Et ex parte Friſones Monaſterienſis Diœceſis, cum Trentoniis in magna prærogatiua parati ſtabant ad prœlium. Friſones etiam Traiectenſis Diœceſis, auxiliatores Epiſcopi, conſimiliter heſterna die ſunt deuicti. Quapropter & Trentones adeo viriliter animati ſunt, vt in manu forti Koeuoerdiam audacter accederent, & aduerſus Epiſcopalē exercitum ſine mora conſtigerent. Sed Epiſcopus, attenuatis expenſis, vſque ad caſtellum Hardenborch retroceſſit, ſtipendiarios ſuos diſſoluit, coadiutoribus valedixit, & caſtra ſua cunctis neceſſariis adimpleuit. Circa hæc tempora quidam Iudæus in Hiſpania, communicando rupem propter vineam ampliandam, reperit in ſolida concauitate lapidis librum habentem folia lignea, conſcriptum tribus linguis, ſcilicet Hebraica, Græca, & Latina, ſigillatum in hunc modum: *Chriſtus Dei filius, ex Maria virgine natus eſt, qui pro ſalute generis humani patietur.* Quo lecto, Iudæus ad fidem Chriſtianam conuerſus eſt, & cum tota familia ſua baptizatus.

An. 1231. Groeninga à Trētonibus obſidetur.

Eadem Beka.

Incendio vaſtatur Coeuordia.

Epiſcopus à bello deſiſtit.

Liber lapideus in lapide repertus circa hæc tempora.

De exordio oppidi Gorichem.

CAP. XI.

IGITVR prope Arckel erat iſtis diebus quoddam firmum præſidium pertinens ad Iohannem Octauum, Dominum de Arckel. Circa quod præſidium morabantur quidam piſcatores, eo quod fluuius MERWEDA cœpit ibi fluere & defluere propter inundationes fluuiorum MOSÆ & WACHALÆ, qui Wachala apud

Tyclam

Tyelam, Ghelriæ oppidum, restrictus fuit, ne antiquum cursum in longa aqua, dicta Linghen, de cætero haberet: sed postmodum profundiore & maiore alueo, versus Bommeliam se deriuando, in superiore & inferiore Insulæ Bommelanæ parte Mosam allambit & amplectitur. Et quia piscatores illi prope Arckel degentes dicebantur miseri piscatores Theutonice Ghorkens: ideo oppidum postmodum dicebatur Ghorkum, nunc vero Ghorichem. Nunc igitur Dominus de Arkel præcepit villanis in Wolfaria, domos proprias infringere, & adiutorio suo eas circa prædictum præsidium in modum ciuitatis locare. Et præsidium illud mutatum consecratumque fuit in domum Dei, siue in Ecclesiam parochialem: & adducta sunt omnia ornamenta cum imaginibus Ecclesiæ de V Voltaria in eandem Ecclesiam de Gorichem, quod oppidum idem Dominus de Arkel muravit. Insuper & ædificauit in Orientali parte eiusdem nouelli oppidi fortissimum castrum totius dominii de Arkel, in quo deinceps ipse & sui successores, Domini de Arkel, moram faciebant.

Vnde nomen ciuitatis Ghorcum.

Castrū Ghorcamense.

De obitu VVilbrandi Episcopi, & de Monte Fatorum.

CAP. XII.

ANno Domini millesimo ducentesimo tricesimo tertio, septimo Kalendas Augusti, VVilbrandus Episcopus in Swollis adimpleuit vitæ terminum, postquam annis octo Traiectensem rexisset Episcopatum: qui demum translatus in monasterium S. Seruatii in Traiecto honorifice tumulatus est. Nam ad eiusdem Ecclesiæ fundamentum primitialem lapidem iecerat. Hic VVilbrandus cum adhuc Padebornensis Episcopus esset, bis ad terram sanctam profectus est ob imperiale negotiū, vbi diebus illis frequenter expertum est quoddam speciale prodigium. De ciuitate namque Traiectensi ad duas dictas prope Tielam mons quidam magnus situatus est, qui ab incolis illius terræ Mons Fatorum dictus est. Nam quicunque sex septimanas iciunauit, & exinde pure confessus communionem accepit, & sic sobrius prædictum montem ascendit, procul dubio fatum prosperum inueniret. Prælibatus igitur VVilbrandus Episcopus in verbo veritatis asseruit, se vidisse quendam militem apud Antiochiam, qui prædictum montem illum ascenderat ad inueniendam fortunatam gratiam. Hic itaque miles in cacumine montis quandam mensam diuersis cibariis adimpletam inuenit: quod sibi suæque familiæ diurnatim larga victualia ministrauit.

An 1233 meritur Vilbrādus Episcopus Eadem Beka.

Mons Fatorū prope Tielam

De Ottone Episcopo XXXVI.

CAP. XIII.

CVm itaque Traiectensis Ecclesia post obitum VVilbrandi Præsulis pastorali regimine foret viduata, & generale capitulum ad electionem noui Pontificis cōuocatum esset: Ottho de Hollandia, huius nominis III. per inuocationem sancti Spiritus tricesimus sextus concorditer electus est Episcopus, vir illustris, de regali stirpe progenitus. Hic Ottho post obitum VVilhelmi, Comitis Hollandiæ, patris sui, assertus fuit ad titulum militiæ, susceptoque de manu Florentii fratris, Comitis Hollandiæ, dominationem siue Comitatum Orientalis Frisiæ. Is igitur Ottho militiæ cedēs, & pontificium acceptans, pauperrimum inuenit Episcopatum infinitis quasi debitis inuolutum, tum propter aduersum Trentonicæ gentis rebellionem, tum propter fluctuosam aggeris irruptionem: sed, diuina disponente misericordia, iam dictus Episcopus patrimonii sui possessiones in Hollandia vendidit, debita Episcopatus soluit, castra repetit, totumque pontificium, vtpote Dux temporalis, longo tempore in pacis tranquillitate gubernauit: ad cuius etiam supplicationem Florentius Comes Hollandiæ, frater eius, fortissimum aggerem ab Ameronghe vsque Schoonhouiam construxit, & ad perennem laudis suæ memoriam Episcopatui multa commoda fecit.

Eadem Beka.

Ottho huius nominis III. eligitur Episcopus Traiectensis 36.

Otto vt Episcopatum restituat patrimonium vendit.

De perfidia Stadensium, & eorum destructione.

CAP. XIV.

IN diebus illis inter Stadenses Frisones Bremensis Diœcesis mulier nobilis cuiusdam militis vxor in die sancto Paschæ oblationem cuiusdam denarii sacerdoti proprio fecit: qui contra eā propter denarii insufficientiam stulte non timuit murmurare. Completo autem ex more officio, dicta mulier ad communicandum progreditur, cui à sacerdote stultissimo non oblata Dominici corporis hostia, sed denarius per ipsam oblatus præsentatur, qui clausis ab ipsa oculis cum summa deuotione susscipitur, quin vera susceipi hostia credebatur. Illa masticare incipiens & in masticando duritiam sentiens, dolore tangitur, mente confunditur metuens culpis propriis causam existere

culpis propriis causam existere, quod substantiam à sacerdote susceptam non poterat deglutire. Hæc itaque mulier, clauso ore ab Ecclesia subito recedens, nec hon cum festinatione ad domum veniens, lintheum mundissimum accepit, & in illud, quod susceperat, apertis labiis reclinauit: quæ mox viso denario magis timuit, quin in paschali gratia perficere desperauit. Huius insuper tristitia pullulante, & coloris facie mutante, ecce vir nobilis, maritus eius, domum venit, qui faciem coniugis plus solito mutatam percunctatur: cuius petitionem illa variis negationibus nititur inflectere, & vultus imagineni excusare. Tandem tamen ad confessionem compellitur: dictusque tenor coram viro per singula denodatur. Qui, audito negotio, coniugem iubet refici, & doloris materiam à mentis suæ penetralibus elongari. Et quoniam dictus presbyter in eius Ecclesia erat vicarius, prætactus miles maiorem suum studet allicere, & in Dücis præsentia dicti presbyteri negligentiam accusare. Quorum vtique modo ad emẽdationem flectitur, sed verbis minus decentibus contumaciter eleuatur. Quapropter præfati militis iracundia magis accenditur: ad amicorum aures peruenit, quorum consilio sacerdos præscriptus suffocatur. Quo facto, dictus miles ab Ecclesia ad emẽdationem impetitur, excommunicationi subditur, & hæc omnia ab Episcopo, amicorum etiam consiliis deciduntur. Præfato itaque milite anno, & ampliùs, in damnationis sententia perdurante, totaque illius patria ipsum in stultitia confortante, tandem prouincia illa ad tantam deuenit dementiam, vt hæreticam pranitatem sumeret, & (prô dolor) vnusquisque in præfata terra neprem, aut (quod peius est) sororem, vel ipsam in matrimonium duceret genitricem. Insuper etiam (quod nefas est) homines prædicti, non vrentes ratione, reuersi sunt ad idola vana, surda & muta, perpetrantes idolomaniam, peccantes cum Diis alienis. Igitur parum curabant de mandatis summi Pontificis & Imperatoris. Miserat enim ad eos Dominus Apostolicus legatum cum multis sacerdotibus, virisque honestis pro eorum conuersione: sed illi, pertinaciam in malitiis ostendentes, apprehenderunt eos, & contumeliis affectos occiderunt. Igitur dictæ transgressiones à legato Apostolico referuntur Gregorio IX. à quo ad Bremensis Episcopi instantiam, qui etiam personaliter adfuit omnibus dicti militis patriam infestantibus, transmarina indulgentia tribuitur: crucisque signatura contra illam publice prædicatur. Tunc cruce signati sunt aduersus terram illam Florentius comes Hollandiæ, Henricus filius Ducis Brabantiæ, frater Comitissæ Hollandiæ, Theodoricus Comes Cluiæ, Dñs de Maten, Wilhelmus de Egmonda miles, cum plerisque aliis nobilibus, ex omnium nationum bellicosissima Ghelria aliquot collectis. Quod percipientes Stadenses in vnum congregantur, & obuiam ipsis animose pedestres perrexerunt, ordinantes acies suas valde terribiliter contra Christianum agmen ad prœlium: sed consilio Dñi de Maten ex omni parte, & post ruinam 4000. Stadenses succubuerunt, captis multis, deinde viris cum mulieribus & paruulis occisis vel captis, tota illa terra destructa est. Quibus gestis, reuersi nobiles prædicti glorioſe cum victoriali laude ad terras proprias, excepto Wilhelmo de Egmonda milite, qui ibidem permansit occisus, remeauere.

Hæresis quædam aliquorum eius temporis, qua fuit ocasio rebellionis Stadensium.

Debellantur Stadenses.

De progenie VVilhelmi de Egmonda.

CAP. XV.

PORRO huius VVilhelmi de Egmondâ militis, aduocati monasterii Egmondensis, frater fuit Gerardus de Egmonda miles, qui genuit VValterum de Egmonda. Et hic VValterus habuit quinque filios: vnus fuit Lubbertus Abbas Egmondensis, alius fuit Arnoldus de Egmonda miles, tertius fuit Nicolaus de Egmonda miles, quartus fuit VValterus Stoutkint miles, quintus fuit frater eorum, Menso nomine. Arnoldus autem miles genuit Gherardum & quendam bastardum Frisonem, dictum Baliuum Kenemariæ. Gerardus verò genuit Theodoricum Scheuelt Abbatem Egmondensem, De Nicolao de Egmonda milite processerunt Iohannes & VVilhelmus, filii Gherardi in VVyck. De VValtero Stoutkint milite natus est Florentius de Egmunda, castellanus in Medenblick. Porro VVilhelmus de Egmonda prædictus, in Stadinghen occisus, genuerat ex Badeloch, vxore sua, Gherardum de Egmonda militem, sibi succedentem, qui genuit vlteriùs ex Mabelia, vxore sua, VVilhelmum sibi succedentem & Sophiam vxorem Iacobi de Vbor etiam militis. VVilhelmus autem de Egmonda miles genuit ex Ada, vxore sua, Gherardum de Egmonda, patrem VVilhelmi, VValteri, Nicolai militis & Iohannis fratrum.

De nece Florentii Comitis Hollandiæ.

Cap. XVI.

Sim. de Bek. ANno Dñi 1235. Florentius Hollandiæ Comes, Princeps imperterritus, multa tirocinia per diuersas terras & prouincias frequentauit, de quibus præconium laudis multoties acquisiuit. Comitissa vero Claremontensis, famositatem & rerum agẽdarum dexteritatem eiusdem Comitis frequenter audiens, infra secreta cordis assidue meditari cæpit, qualiter electum Comitem faciem tenus aspiceret, de quo tot militares probitates frequenter audierat. Quæ tandem arcanum hoc consilium adinuenit, & maritum suum blandis suggestionibus instigauit, vt solemnem curiam in Allemannia præconizari faceret. In qua & idem, tanquam veteranus miles, compareret, sciens pro certo, quod Hollandiæ Comes illuc venturus esset, cum Germaniæ proceribus, pro conquirenda sibi laude militaris gloriæ. Igitur idem Comes Florentius, associato sibi Theodorico Comite Cliuiæ, magnificis expensis illuc affuit, atque titulum sui nominis dilatari voluit, quod & magister militum ibidem ab Allemannis electus est. Sed econtra Dñs de Nigello, Gallicanæ militiæ Princeps institutus est. Nec mora, quin ordinatis aciebus ab Heraldis electi milites vtriusque partis, conrepantibus buccinis, perstrepentibus timpanis, coruscantibus vexillis, & enitentibus gladiis, promiscue conglobati sunt, contendentes pro laude inanis & fluxiuæ auræ, & gloriolæ popularis. Sed Hollandiæ Comes, exercitatus in huiusmodi ludo præ cæteris, excellenter elaborauit pro palma triumphalis gloriæ. Nam & idem Comes plures Gallicanos milites eiecit, aduersas cohortes disiunxit, ac Allemannis hinc inde grauatis auxilium opportunum apportauit. Comitissa vero Claremontensis, præcipuam probitatem Florentii Comitis ab altitudine turris procul intuens, & gloriam suæ laudis vbique præconizari præcipiens, ex magno amoris affectu sæpius a viro cæpit expetere, quatenus Hollandiæ Comitem inter equestres cuneos sibi vellet ostendere. Quod tandem ipse Comes pro ingrato accepit, & vxori suæ torui s aspectibus sic respondit:

Zelotypum notabile. Scio, quia ex abundantia cordis os loquitur, & Hollandiæ Comes amore tuo fatigatur. Ecce tuus Amasius Princeps est egregius: vexillum, quod fert, auream leonem habens rubeum, quem ardenti desiderio multoties adoptasti videre viuum: sed, viuit Dominus, quin & hunc in vespere videbis extinctum. Comitissa quidem, amabilis mariti sui fellitum agnoscens animum, fatagebat Hollandiæ Comitem per secretum nuntium reddere certiorem. Sed Comes Claremontensis, quanquam decrepitus, arma protinus induens, Gallicanos sibi milites adiunxit, & cum Domino de Nigello Florentium Comitem fulmineis ictibus ex omni parte vallauit. Florentius autem, horũ omnium inscius, aduersus Gallicanam multitudinem solus, in quantum potuit, egregie restitit, & plurimos eum hostiliter impugnantes virili fortitudine repulit, donec tandem Claremontensis Comes in Florentium violenter irrueret, & eundem in Corbii, id est, Corberata, 14. Cal. August. crudeliter interimeret. Comes vero Cliuensis cum Teutonicis perniciter aduolans Comitem Claremontensem in vindictam cognati sui crudeliter occidit, & Dominum de Nigello confestim ab eodem tirocinio profugauit. Et ecce iocosum tirocinium conuersum est in odiosum prælium. Comitissa vero Claremontensis reminiscens, quod Florentius Comes innocenter occubuisset, & q ipsa principalis causa suę necis fuisset, præ nimia cordis amaritudine mẽtis vertiginem & vecordiam sustinuit, & seipsam de turris cacumine præcipitẽ dedit, quę deinc incurabilem morbum (quem medici vocant Hæmorroidam) incurrit, & post modicum temporis ex hoc seculo transmigrauit. Porro corpus iniustissimi Comitis Florentii per proceres Allemanniæ ad Reynsburghense monasterium deuectum est, & ibidem singularibus exequiis tumulatum. Hic Florentius floridæ fuit ætatis, excellenter gratiosus inter omnes Principes Allemanniæ, qui vltra 12. annos strenua probitate Comitatum rexit Hollandiæ. Post cuius obitum Otho Traiectensis Episcopus Wilhelmum, Hollandiæ Domicellum, in tuitionem constituit, & Comitatum eiusdẽ in gubernationem accepit. Per cuius potentiam idem Episcopus Trentones deuicit, Koeuoerdienses subegit, & terram eorum nemine resistente, quando voluit, intrauit, & ad suum beneplacitum gubernauit. Dñs autem de Nigello per quosdam amicabiles internuntios eidem Episcopo pro nece fratris reconciliatus est, vt collegiatam Ecclesiam in eodem campo, quo frater eius Florentius dudum interemptus est, fabricaret.

Interimitur crudeliter in hostiludio Florentius Comes Hollandiæ an. 1235. Ex hostiludio bellum.

Comitissa Claremontensis ex turri se præcipitat.

De imagine B. Mariæ virginis in Arena Comitis, & de Ducibus Brabantiæ.

Cap. XVII.

POst duos igitur annos obiit Henricus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, cui successit Hẽricus filius eius, frater Machtildis comitissæ Hollandiæ, qui genuit ex prima vxore sua

sua Heinricum sibi succedentem & alias proles. Qua defuncta, duxit in vxorem Sophiam filiam sanctæ Elisabeth Lantgraviæ. Quæ Sophia fuit mulier valde timens Deum, veluti sancta Elisabeth mater sua, ex qua genuit Henricum Lantgravium Thuringiæ. Et sancta Elisabeth etiam habuit filium, Henricum nomine. Hæc Sophia Ducissa obtinuit à matre sua sancta Elisabeth tres imagines beatæ Mariæ virginis, quarum vnam donauit in Halle prope Bruxellam, alteram dedit Machtildi Comitissæ Hollandiæ, sorori Henrici Ducis mariti sui: quæ Machtildis Comitissa Hollandiæ donauit illam imaginem, cum multis monilibus, Ecclesiæ parochiali in Arena Comitis. Tertia imago creditur esse apud fratres beatissimæ Dei genitricis Mariæ de monte Carmelo in Haerlem. Propter præsentiam prædictarum imaginum Deus in locis prædictis operatur quotidie miracula ad honorem sui nominis, & suæ genitricis Mariæ. Porro hæc Comitissa Machtildis diu adhuc superuiuens, postmodum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo, vndecimo Calendas Ianuarii obiit. Quę tumulata est apud puellas ordinis Cistercienſium Haudunensis monasterii prope Eyhedunen, quod ipsa pro remedio peccatorum deuote construxit, & honorifice consummauit.

Imago D. virginis in Halle prope Bruxellas.

Obiit Machtildis Comitissa An. 12.67.

De nobilibus istius temporis.

CAP. XIIX.

PORRO circa hæc tempora floruerunt in Hollandia & Zelandia plusquam quingenti milites, quorum maiores fuerunt Ottho Comes Frisiæ, postea Episcopus Traiectensis, Wilhelmus Vicecomes Hollandiæ, fratres Florentii Comitis Hollandiæ, Theodoricus Drossardus Hollandiæ, & Dominus de Brederoeden, Alferdus filius eius, post eum Dominus de Brederoeden, Wilhelmus Dominus de Theylinghe, Dominus de Lecka, Ioannes Dominus de Hueſden, Ioannes Dominus de Arckel cuius stemma & prosapia ab inuictissimis Sicambris, id est, Gheldris magnum mutuo accepit nominis splendorem, castellis magnificis in Werdenburch ex opposito Bömeliæ & Ammerzode eis Mosam conquisitis, Herbertus Dominus de Botterfloet, filius Hugonis Buttman, Dominus de Haltena, Dominus de Leda, Dominus de Asperen, Dominus de Putta & Strenen, Henricus Dominus de Vorne, Iacobus Burchgrauius Leydensis, Theodoricus Dominus de Wassenaer, Ghisbertus Dns de Aemstel, Hermannus Dominus de Woerden, Wilhelmus de Theylinghe, & Theodoricus de Theylinghe, frater eius, Simon Dominus de Haerlem, fundator monasterii fratrum Carmelitarum in Haerlem, Isbrandus de Haerlem, Nicolaus Persyn, Wilhelmus de Egmonda miles, Gherardus de Egmonda miles, filius eius Walterus de Egmonda scutifer, Arnoldus de Egmonda miles, Nicolaus de Egmonda miles, Walterus Stoutkuit miles, Christantius de Raephorst miles, Iacobus de Vbout miles, Wilhelmus de Heeckhuysen miles, Hugo de Cralinghe miles, Theodoricus de Gouda miles, Reynerus Boeckel miles, Hugo de Akersloet miles, Golekunus de Ryswyck, Albertus ex Hagha, Saulus de Brigdam, Balduinus de Zibburch, ac Florētius de Woert, scutiferi.

LIBER XXIII.

CONTINET GESTA VIGINTI VNIVS ANNORVM, ab anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo quinto, vſque ad annum Domini milleſimum ducenteſimum quinquageſimum ſextum, quibus VVilhelmus, Sereniſſimus Rex Romanorum, Hollandiam, ſicut Comes, rexit: & hiſtorias Pontificum Traiectenſium, vtpote Ottonis de Hollandia, Goefvvini de Aemſtel, & Henrici de † Vigena, cum quibuſdam euentibus eiuſdem temporis: & habet capitula triginta tria.

† *Beka habet Viana.*

De VVilhelmo decimo quarto Comite Hollandiæ.

CAP. I.

OCCISO Florentio, strenuissimo Comite Hollandiæ, VVilhelmus filius eius, huius nominis secundus, sublimatur hæreditatis iure, decimus quartus Comes Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ Dominus. Hic tempore mortis patris sui, Flo-

rentii Comitis, extitit puer sex annorum: quare & Ottho, Episcopus Traiectensis, eius patruus, eum sub tutela sua vsque ad annos discretionis suscepit. Natus etiam fuerat in Camera Hollandiæ, hoc est, in oppido Leydensi: sic enim olim hoc oppidum consuevit appellari. Fons autem baptisterii, in quo baptizatus fuit, adhuc vsque hodie perseverat in Ecclesia sancti Petri Apostoli, eiusdem oppidi. Is enim nobilis Princeps cum creuisset, duxit in vxorem filiam illustrissimi Ducis de Brunsvvyck, præclaram virginem, de qua genuit Florentium sibi succedentem, Comitem Hollandiæ, Hic Wilhelmus à primæuo iuuentutis suæ magis adamauit rigorem ferri, quam nitorem auri.

Leida olim vocata. Camera Hollandia.

De Margareta Comitissa Flandria.

Cap. II.

An. 1244. ANno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto obiit Iohanna Comitissa Flandriæ & Hannoniæ sine liberis in Risselle, & sepelitur in monasterio Mockette, quod ipsa fundauerat. Qua defuncta, Margareta, soror Iohannæ Comitissæ præfatæ, tunc efficitur Comitissa Flandriæ & Hannoniæ. Quæ postquam filio Regis Angliæ genuerat Balduinum videlicet & Iohannem de Arenesse, nupsit illustri Wilhelmo de Dampier, qui VVilhelmus homagiatus ex parte vxoris suæ efficitur comes Flandriæ & Hannoniæ. Hic genuit ex ea filios tres, videlicet VVilhelmum, Guidonem Comitem Flandriæ, & Iohannem.

De S. Ludwico Rege Francia, & fundatione monasterii fratrum Maria virginis in Haerlem.

Cap. III.

Damiata ciuitas Ægypti capta à S. Ludouico rege Francia.

PORro circa annum Dñi 1247. B. Ludouicus, Rex Franciæ illustrissimus, dilatate cupiens ardenti desiderio Christianæ fidei normam, cruce signatus contra gentē infidelem cum exercitu amplissimo nobilium & multitudine diuersarum nationum & regionum transfretauit mare mediterraneum, & tandem ad Ægyptum applicans, famosam Ægypti ciuitatem, Damiatam, cæpit & obtinuit. Sed procedens vlterius ipse Rex ad alia loca cum suis captus est à Saracenis, modo elapso tempore idem Rex de captiuitate liberatus, ad terram S. peregre est profectus, qui sepulchrum Dñi visitans, & reliqua religiosa terræ S. loca perquirens, in montem Carmeli ascendit. Et propter laudabilem conuersationem fratrum B. Mariæ virginis Dei genitricis de monte Carmeli, ibidem commorantium, eorum monasterium ex deuotione visitauit. Postmodum vero, audita morte Reginæ matris suæ, in Franciam remeare disposuit. Et cum esset in mari, tertia nocte ante diluculum nauis deferens Regem, retrocedendo ad Biralas fiis, iuxta montem vna impulsione tam fortiter est collisa, quod à nautis & ab aliis protinus collisa fracta submergendaq; credebatur. Tanta igitur concussione excitati & perterriti clerici & alii, S. Regem flexis genibus Deum orantem inuenerunt. Cumq; oēs submergi indubitanter crederent, campanam monasterii fratrum B. Mariæ sem-

Voto facto peregrinationis in montē Carmeli S. Ludouicus se suosq; à naufragio liberat.

per virginis in monte Carmeli, pro matutinis dicendis sonantem in auribus suis audierunt. Qua audita, pius Rex, cuius loci campana esset, Matriarchum diligenter interrogans, eam esse monasterii fratrum beatę Mariæ virginis in monte Carmeli ex Monarchi responsione didicit. In deuotionem genitricis Dei rex accensus, eius monasterium tunc visitare promisit, si ipse ab illa graui tempestate cum aliis liberaretur. Tranquillitate, eius meritis & precibus, in mari subito facta, à prædicto mortis periculo subito liberati sunt. Mox memoratus Rex in montem Carmeli ascendens, matutinas fratrum cum magna festiuitate & deuotione audiuit: quibus dictis, pius Rex, illum humiliter contemplans, ac prædictorum fratrum titulo beatæ Mariæ virginis in toto orbe terrarum, quo ad ordines approbatos, singulariter insignitorum fama laudabili & religiositate permotus, quosdam eorum, vtpote sex fratres, natione Gallicos, à priore dicti monasterii postulauit, qui etiam desiderabat S. Ludouicum virginem sequi & fugere de loco illo ante faciem paganorum persequentium (quia propter graues paganorum incursus frequenter oportuerat eos hactenus monasterium illud deserere, & se interdum in saltu montis Carmeli abscondere, interdum vero in ciuitate Caiphas se includere.) Quos sex fratres, à priore sibi concessos, secū in Franciā duxit, & eis mo-

Extruit Carmelitu mona sterium Parisius S. Ludouicus.

nasteriū Parisiis magnificis expensis fabricauit, qui, plures ad suā religionē recipiētes, in diuersis Franciæ & Allemāniæ partib⁹ monasteria sui ordinis paulatim extruxerūt, videlicet Coloniæ Vbiorum, Bruxellis, & Haerlemiæ. Nam & iidem fratres beatæ Mariæ virginis de monte Carmeli in anno Domini millesimo ducentesimo quadra-

gesimo

gesimo nono receperunt in Comitatu Hollandiæ eorum conuentum in Haerlem, & inhabitauerunt illum per donationem illustris Domini, Simonis de Haerlem militis, tradendo eis domum suam in prænominato oppido. Et hic nobilis Simon postmodum obiit in anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo, sepultus in eodem monasterio ante summum altare in tumba.

Conuentus Carmelitarū in Haerlem per Simonem de Haerlem anno 1249.

De electione Lantgrauii Thuringiæ in Regem Romanorum.

CAP. IV.

TAque Arnoldus de Isenborch, Archiepiscopus Treuirensis, Gherardus de Hoystade, Archiepiscopus Colonien sis, Gherardus Archiepiscopus Moguntinensis, circa prædicta tempora cum cæteris electoribus imperii elegerunt de mandato Domini Innocentii, Papæ, quarti in Regem Romanorum, Dominum Gasponem Lantgrauiū, filium Hermanni fratris Ludouici Lantgrauii, mariti sanctæ Elizabeth, virum illustrē, magnum & potentem ad resistendum Frederico Imperatori & filio suo Conrado, quos idem Papa sententialiter dignitate priuauerat & honore. Nam & idem Ludouicus olim ab Ecclesia, tanquam à matre, educatus & ad honorem imperii sublimatus, Ecclesiam Dei non fouit, sed potius, quasi nouercam, laniauit. Propter quod (vt iam dictum est) excommunicationis sententiam promeruit. Igitur Conradus, collecto exercitu, apud Francfordiam ad resistendum dicto Lantgrauio se recepit. Conuenientibus igitur in occursum eius Lantgrauio & tribus prædictis Archiepiscopis cum aliorum Episcoporum congregatione, de mandato Apostolico congregatorum & coadunatorum cum suis adiutoribus, in die beati Oswaldi prope Franckfordiam prælium commissum, vbi, aduersariis victis & multis captis, à memorato Lantgrauio & Archiepiscopis victoria est obtenta. Et quia in humanis nihil stabile est, post tam gloriosam victoriam Lantgrauius præfatus infra parum temporis, vtpote infra quatuor annos, defunctus est.

Sifr. et Beka.

De electione VVilhelmi Comitis Hollandiæ in Regem Romanorum.

CAP. V.

QVo defuncto, idem Apostolicus, de generali consilio fratrum suorum Cardinalium, Dominum Petrum Capuium ad velum aureum S. Gregorii diaconū Cardinalem delegauit in Germaniam, monens, vt officiales iterato celebrarent electionem regiam. Anno igitur Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, in die sancti Michaelis, ad reprimendam potentiam Frederici Imperatoris, & Conradi filii eius, illustris Domicellus & Comes Hollandiæ electus est in Regem Romanorum mediante prædicto legato sedis Apostolicæ apud villam VVoeringhiæ, Colonien sis Diœcesis, quod ibi ab omnibus Principibus congregatis publica voce protestatum est, ipsum VVilhelmum potentiorem Principem esse totius Germaniæ. Et ecce quam primum publicata est electio, totius militiæ solemnis erat exultatio: nam & idem VVilhelmus, Comes Hollandiæ gloriosus, electus est vicesimum agens annum, imberbis adhuc existens, rubore decorus, cute candidus, crine nigerrimus, statura procerus, ac in dispositione totius corporis collaudandus.

Anno 1247. Vilhelmus comes Hollandiæ eligitur rex Romanorum.

De ordine militari, in quo VVilhelmus, electus Cæsar, professionem fecit.

CAP. VI.

ANno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo 7. electus est in Regem Romanorum VVilhelmus Comes Hollandiæ, qui quidem adolescentulus electionis suæ tempore fuit armiger: ideoque cum repentina festinatione præparata sunt omnia, quæcunque sibi præparatu fuere necessaria, vt secundum ritum Christicolarum Imperator miles fieret, antequam Aquisgrani diadema regni susciperet. Et quia plerique milites moderno tempore parcimoniæ & fragilitati intendentes, omissis solemnitatibus sumtuosis, saltem per colaphum militarem dignitatem accipiunt: ideoque, regulam eiusdem ordinis ignorantes, debite militare nesciunt. Quamobrem materiam aliquantisper extendere decreuimus, & præsenti Chronographiæ dignum annotare duximus, qualiter hic VVilhelmus secundum Christianam institutionem miles effectus est, atque regulam militaris ordinis cum summa solemnitate professus est, vt ex eo discant moderni milites, quale iugum in suo ordine susceperunt, & certe, quale votum in professione suæ regulæ promiserunt. Itaque,

Militaris disciplinatus solemnitas eo tempore

præparatis omnibus, in Ecclesia Colonienſi poſt Euangelium ſolemnis Miſſæ præfatus VVilhelmus armiger coram Cardinali productus eſt per Regem Bohemiæ, dicētem in hunc modum: Veſtræ Reuerentiæ, Pater almiflue, præſentamus hunc electum armigerum, deuotiſſime ſupplicantes, quatenus Paternitas veſtra votiuam eius profeſſionem accipiat, & militari noſtro collegio dignanter aſſcribi valeat. Dominus autem Cardinalis, in pontificalibus aſſiſtens ornamentis, eidem dixit armigero ſecundum Etymologiam eiuſdem nominis quod eſt miles: Oportet vnumquem que militare volentem eſſe magnanimum, ingenuum, largifluum, egregium, ſtrenuum: magnanimum quidem in aduerſitate, ingenuum in conſanguinitate, largifluum in honeſtate, egregium in ciuilitate, ſtrenuum in virili probitate. Veruntamen antequam votum tuæ profeſſionis facias cum matura deliberatione, iugum prius regulæ audias.

Qualiter eſſe debeat miles.

Regula militaris ordinis.

Hæc itaq; eſt regula militaris ordinis: Imprimis cum deuota recordatione Dominicæ paſſionis Miſſam diurnatim audire, pro fide Catholica corpus audacter exponere, ſanctam Eccleſiam cum miniſtris eius à quibuſcunque graſſatoribus liberare, viduas, pupillos & orphanos in eorum neceſſitate protegere, iniuſta bella vitare, iniqua ſtipendia renuere, pro liberatione cuiuſlibet innocentis duellum inire, tirocinia non niſi cauſa militaris exercitii frequentare, Imperatori Romanorum ſeu eius patrocinio reuerenter in temporalibus obedire, Rempublicam illibatam in vigore ſuo permittere, feudalia bona regni & imperii nequaquam alienare, & irreprehenſibiliter apud Deum & apud homines in hoc mundo viuere. Hæc ſtatuta regulæ militaris ſi deuote cuſtodieris, & pro viribus diligenter adimpleueris: ſcias te promereri temporalem honorem in terris, & poſt hanc vitam requiem æternam in cœlis. His itaque ſic expletis, Dominus Cardinalis coniunctas manus clauſit in miſſali ſuper lectum Euangelium, ita dicens: Vis ergo militarem ordinem in nomine Domini deuote ſuſcipere, & regulam tibi verbotenus explicatam pro tua poſſibilitate perficere? Reſpondit idem armiger, volo. Dominus igitur Cardinalis ſubſequentem exinde profeſſionem eidem armigero dedit palam omnibus in hunc modum: Ego VVilhelmus, Hollandicæ militiæ Princeps, ſacrique imperii vaſallus liber, iurando profiteor regulæ militaris obſeruantiam in præſentia Domini mei, Petri ad velum aureum diaconi Cardinalis, & Apoſtolicæ ſedis legati, per hoc ſacroſanctum Euangelium, quod manu tango. Cui Cardinalis: *Hæc deuota profeſſio, peccatorum tuorum ſit vera remiſſio. Amen.* His itaque dictis, Rex Bohemiæ grandem dedit ictum in collo VVilhelmi, Principis prædicti, ita dicens: Ad honorem omnipotentis Dei te militem ordino, & in noſtro collegio te gratanter accipio: & memento, quod Saluator mundi coram Anna Pontifice pro te colaphizatus & illuſus eſt, coram Pilato prætide flagellis cæſus & ſpinis coronatus eſt, coram Herode Rege chlamyde veſtitus & deriſus eſt, & coram omni populo nudus & vulneratus in cruce ſuſpenſus eſt. Cuius crucem acceptare tibi conſulo, cuius etiam mortem vlciſci commoneo.

Iuſiurandum profeſſionis militaris.

NB.

Quibus ita ſolemniter adimpletis, idem nouus tiro poſt dictam MISSAM cum ſtridentibus buccinis, perſtrepentibus tympanis, & tinnientibus cymbalis contra filium Regis Bohemiæ tribus vicibus commiſit haſtiludium, & exinde cum gladiis enitentibus dimicando tirocinium. Celebrauitque magnificis expenſis triduanam curiam, ac donis magnificis & largifluis cunctis magnatibus ſuam manifeſtauit honorificentiam.

De Gaudio DOMINI APOSTOLICI *concepto ex eadem Electione.*

CAP. VII.

Eadem Bekd. Innocentii Papæ epiſtola.

DOMINVS autem Petrus Cardinalis interim omnem rem geſtam perfeſtinum nuntium Domino Papæ litteratorie conſcripſit, & Dominus Papa plurimum eſt gauiſus ex hac fama, & diſpenſatori ſuo tenorem ſubſequentis epiſtolæ deſtinauit. Innocentius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Rectoribus ſanctæ MARIÆ in Coſmedin ſalutem & APOSTOLICAM benedictionem. Confitere nobiſcum fili, qui, tanquam viuidum corporis membrum, ſentire noſti cum capite. Nobis igitur iucunde ſcribentibus iucundus agnoſco, quod quinto Nonas Octobris in Curia iuxta Coloniam

loniam solemniter congregata charissimus in CHRISTO filius noster, VVilhelmus, Comes Hollandensis, communi voto principum, qui in electione Cæsaris ius habete nosceuntur, in Romanorum Regem, cæteris principibus applaudentibus, est electus, sicut per litteras Regis eiusdem, & dilecti filii nostri, Petri, Sancti Georgii ad velum aureum diaconi Cardinalis, nobis constitit manifeste.

Porro vt super gaudium, quod de prospero gesto negotio est agendum, tibi etiam de Persona electi nouum gaudium cumuletur : Idem nouus Rex (sicut, eodem Cardinale referente, perceepimus, & publica fama testatur) est fidelis Catholicus, animo prudens, militia strenuus, propriis potens viribus, multorum principum consanguinitate & affinitate connexus, iuuentute feruidus, experientia moderatus, gratus moribus, & specie corporis in oculis omnium gratiosus. Quapropter speramus in DOMINO, & in ipsius potentia pietatis, quod sub pedibus eiusdem Regis persecutione calcata velociter, & malignantium capitibus conquassatis, fides Catholica, pax Sanctæ Ecclesiæ, tranquillitas orbis, & fidelium status debeant ab omnipoten te per ipsum magnifice reparari. Nã & innumerabiles magnates huic electo protinus sua capita subdiderunt. Hæc igitur dic & manda fidelibus, quos nosti de his rumoribus gauisuros. Datum, &c.

De Expugnatione Ciuitatis Aquensis.

CAP. VIII.

Sic etiam Beka.

INTEREA cum adhuc electus Rex VVilhelmus in exultatione resideret apud Woringam, atque triduanam expleuisset curiam : quarta die exorta, quando pruinale gelu germinosam terræ superficiem in aurora constringeret, tubicinatum est, castrum tollere, & ciuitatem Aquensem obsidione cingere. Ciues autem Aquenses econtra festinauerunt extemplo portas claudere, & valuas obstruere. Nec mora, quin & idem electus Rex cum multis bellatoribus papiliones in girum erexit, & ciuitatem graui obsidione arctare cœpit. Sed mirandum valde, quod sequitur. Nam eodem tempore, cum hæc ita agerentur, Bonifacius Episcopus Lausanensis, tunc apud Cameram Sanctæ Mariæ in monasterio & in oratione consistens, vidit in spiritu militem armatum, armis albis indutum, sedentem super equum album, habentem lanceam in manu sua, & alii milites sequebantur eum, eisdem armis induti. Tunc cogitauit Episcopus in corde suo, dicens: O Domine Deus, quis est, & quo iturus est? tunc venit angelus Domini, & respondit cogitationibus suis: iste est Sanctus Georgius martyr, quem misit Dominus in adiutorium Regis Wilhelmi Hollandensis, & hodie obtinebit victoriam, & ipse introducet Regem Wilhelmum in ciuitatem Aquensem. Quod & ita factum est, vt patebit. Hæc in vita dicti Bonifacii Episcopi reperiuntur, qui iacet sepultus in Camera siue crypta monasterii cistercien sium ordinis prope Bruxellas.

VVilhelmus Aquisgranã obsidet.

Visio Bonifacii Episcopi.

Igitur VVilhelmus Rex prædictus cœpit cum principibus arcana consilia tractare, qualiter aliquod machinamentum possit excogitare, quo regia ciuitas absque tormentis possit obtineri. Deinde per quosdam ingeniosos artifices decretum est, vt populare vulgus vallum proceræ celsitudinis extrueret, & vrbem in modum aggeris vndecunque cingeret. Et quoniam eadem ciuitas, in conuallibus montium situata, plurimis aquis sulphureis est irrigua, multisque fontibus limpidissimis superabunde fluida : ideoque semper inundans aqua, nullibi deffuentem habens meatum, adeo breuiter cœpit exuberare, vt nullus ciuium absque nauigio proprium domicilium commode posset exire. Hoc igitur graui dispendio ciues afflicti Aquenses promiserunt electo regi portas vrbis absque rebellione parc facere, & eundem pro vero domino votiue suscipere, vt circumseptum vallum infringi præciperet, & inundantem aquam consueto meatu manare permitteret. Igitur effracto vallo gloriosissimus VVilhelmus Rex vltima die mensis Octobris vrbem ingressus est, & ab vniuersis ciuibus gloriose receptus est.

Aquisgranã vallo ciuitãs ab aquu interno vinciatur.

De Coronatione Eiusdem Regis VVilhelmi.

CAP. IX.

POSTERA vero die, quæ & omnium sanctorũ festiua erat solemnitas, vniuersa multitudo prælatorum & principum deduxit electum Regem ad basilicam perpetuæ virginis Mariæ, vt solemnem benedictionem reciperet secundum ritum antiquæ inaugurationis, quem Monasteriensis Episcopus & Mindensis pontifex ornauerunt infulis, cæteris que ornamentis augustalibus simul infra sacrarium eiusdem

basilicæ. Sed eundem glorioſum electum illuſtriſſimus & ſereniſſimus Henricus de Ghelria, Leodienſis Antiſtes, & Ottho de Hollandia, Traiectenſis præſul, perduxerunt de ſactario veſtitum ornamentis Leuiticis in modum diaconi, atque ſtatuerunt eum ante regale ſolium. Quem extunc Conradus de Hoyſtaden, Archiepiſcopus Colonienſis, cancellarius Italiæ, collocauit in ſede Maieſtatis, ita dicens: Super thronum regni glorioſe ſedeas, iudicium & iuſticiam in terra facias. Gerardus Archiepiſcopus Moguntinenſis, cancellarius Germaniæ, extunc cum oleo ſanctificato dexteram eius foris vnxit, ita dicens: Conſecrare te dignetur Omnipotens Deus in Regem Romanorum, qui Dauid per manum Samuelis Prophetæ regem vngi iuſſit ſuper populum Hebræorum. Arnoldus autem, Archiepiſcopus Treuirenſis, Cancellarius Galliæ, manus eius ſuperimpoſuit capiti, ita dicens: Deſcendat in te ſpiritus ſapientiæ, intelligentiæ, ſcientiæ, pietatis, fortitudinis & conſilii: replearis quoque ſpiritu timoris domini. Marchio quidem, Comes Brandenburghiæ, Regis Camerarius, annulum ſibi tradidit, dicens: Accipe ſignaculum monarchiæ, & Romanorum Imperium in ſuo vigore conſerues, ab incurſu barbarorum inuicta virtute tua defendas. Dux vero Saxoniæ, Regis iuſtitiarius, donauit ipſi gladium, ita dicens: Accipe ſceptrum regium, & rebelles ſeuera correctione potenter affligas, omneſque beneuolos in tranquilla pace gubernes. Dux vero Bauariæ, Comes palatii, dapifer Regis, dedit ipſi globum aureum, ita dicens. Accipe globum ſphæricum, & omnes terræ nationes Romano Imperio ſubiicias, vt glorioſus auguſtus appellari valeas. Rex dehinc Bohemiæ, Regis pincerna, de conſenſu Colonienſis Archiepiſcopi Coronam fulgentem atque enitentem capiti ſuo ſuperimpreſſit, ita dicens: Accipe diadema ſplendidum, vt iis in virtuoſis actibus ita coruſcus in terris, vt coronam æternæ fælicitatis habere merearis in cælis. Poſt eſtcunſtantes principes, Duces, Comites, Barones, optimates ac maiores natu totius regni adorauerunt Maieſtatem regiam, acclamantes ipſi ſalutem, laudem & gloriam. Accedenteſque ſingulatim primates ad regale ſolium, præſtiterunt ei fidelitatis homagium. His igitur in celebri ſolemnitate peractis, idem Wilhelmus, ſereniſſimus Rex, per plenam hebdomadam feſtiuam expleuit curiam, cunctis principibus ſuam patefecit excellentiam. Demum octauo die conuenientes officiales Imperii ſtatuerunt arcanum conſilium, vt de commoditate Regis tractarent, quatenus magnifici viri octo, Treuerenſis Epiſcopus, eius patruus, & Henricus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, ipſius auunculus, conſiliarii & auxiliarii fierent eiuſdem Regis, & iuuenilem animum eius à bellorum procella temperarent & auocarent. Dominus vero Lubbertus, Abbas Egmondenſis, vir maturus & egregius, conſtitutus eſt eſſe eius vice Cancellarius.

Ritus coronã di Imperatoris apud Aquiſgranenſes.

De viſitatione Eccleſiæ Leodienſis, & Infeudatione Caſtri Neomaghenſis facta Comiti Gelriæ per eundem Regem.

CAP. X.

PORRO, Coronatione facta, Magnificus Heros, Henricus de Ghelria, frater Ottonis, illuſtriſſimi Comitis de Ghelria, & Zutphaniæ Epiſcopus Leodienſis præfatus adduxit eundem Regem ad Leodium ciuitatem ſuam. Erant enim conſanguinei, quia pater prædictorum fratrum Gherardus, Comes Ghelriæ, erat eiuſdem Regis proauunculus. Occurrerunt autẽ ei ex Leodio cum crucib. & reliquiis omnes canonici cũ ciuibus, quem decenter & regaliter duxerunt ad Eccleſiam S. Lamberti, & permanſit ibi per octo dies. Summum altare S. Lamberti conſecrabatur à Domino Petro, Rothomagenſi Archiepiſcopo, legato ſedis Apoſtolicæ, in honorem S. Mariæ, & S. Lamberti, præſentibus ibi ſereniſſimo wilhelmo, Rege Romanorum, Moguntinenſi, Treuirenſi, Colonienſi Archiepiſcopis, Metenſi & Cathalanenſi pontificibus, & Epiſcopo Leodienſi præfato. Ab iſto igitur Sereniſſimo Rege Romanorum Ottho, inuictiſſimus Comes Ghelriæ, prædictus accepit in feudum caſtrum Neomaghenſe, cum oppido & omni Dominio & attinentiis ſuis, pro viginti millibus & vno marcarum puri argenti, donec eidem Comiti vel ſuis hæredibus dicta pecunia integraliter fuerit per ſoluta. Quod poſtmodum Rodolphus, Rex Romanorum, eidem Ottoni Comiti Ghelriæ confirmauit, inſuper addidit in confirmationem: quod ſi prædictum caſtrum fuerit redemtum per Romanorum Regem vel Imperatorem, quod ex tunc nunquam amplius debet exponi extra manus & libertatem Imperatoris: ſed ſemper ſtabit ad manus & libertatem Imperatoris.

Templum S. Lambertiin Leodii conſecratur.

De Expugnatione Castri Keyserſvveert.

CAP. XI.

DEINDE Arnolduſ de Iſenborch, Archiepiſcopus Traiectenſis, hunc Regem Romanorum Wilhelmum ſpecialiter fouit, & per octo hebdomadas cum ingenti multitudine ſuorum apud Armbenſteyn & Montaber tenuit, victualia copioſe miniſtrando. Quibus itaque geſtis idem glorioſus Wilhelmus in magna gratitudine principibus valedixit, cum vniuerſa caſtra Romani regni ſtudioſus perluſtrauit. Omnes quoque caſtellani ſibi debitam exhibuerunt reuerentiam, prætet quam ſolum caſtellanum apud Cæſaris Inſulam, Keyſerſvveert nuncupatam. Quapropter & ipſe Rex iá dictum caſtrum cum inuictis circumuallauit armigeris, impugnans illud cum diuerſo rum tormentorum machinis. Nam aliquando creberrimi iactus Saxorum quaſlauerunt turres & mænia, & aliquando etiam aries ferrati frontis impegit portas & antemuralia. E contra vero caſtellanus, victualibus ac armis abunde munitus, per annum & amplius illud caſtrum fortiter defenſauit. Deficientibus demum victualibus, expetiuit veniam, quem ipſe Rex, obtento caſtro, recepit in gratiam, vt ſibi de cætero fidelis eſſet, nec rebellionem aduerſus eum de cætero attentaret. Cuidem Sereniſſimus Rex, in confirmationem fidelitatis, Catharinam neptem ſuam, filiam Alfardi, illuſtris domini de Brederoeden, in coniugem dedit, renouatoque homagio, ſibi, ſuiſque hæredibus feudali iure perpetuo poſſidendum dedit. Huius vero Alfardi auus maternus fuit Wilhelmus patruus eiuſdem Regis.

Hactenus Beka. Caſtellanus in Keyſerſvveert ſolus debitam reuerentiam Imperatori deberet. Obeam cauſam Inſula ab Imperatore obſidetur. Capitur Inſula redituq; Caſtellanus in gratiam Imp.

De mirabilibus Alberti Magni.

CAP. XII.

CÆTERVM, appropinquante Epiphania domini, Wilhelmus Romanorum Rex migrauit ad Coloniam, vt ibidem in honorem ſanctorum trium magorum ſolemnem immolaret hoſtiam. Fuit autem illis Diebus Regens ac legens Albertus Magnus in Nigromantia, Ratiſponenſis Epiſcopus, frater de ordine prædicatorum, maior in Philoſophia, maximus in Theologia. Qui wilhelmum humillume precabatur, vt in die ſolemni ſecum diſcumbere dignaretur, Rex autem, ſperans aliquid prodigiale videre, noluit eidem parti Reuerendo preces ſupplices denegare. Celebratis itaque Epiphaniæ ſolemniis, idem glorioſus Epiſcopus, a ſtudorio ſuo progrediens, glorioſum Regem cum familia gratioſe ſuſcepit, quem exinde extra cænaculum in quodam viridario ſecum adduxit, vbi miniſteriales miræ pulchritudinis fuerunt, qui ad conuiuales miram lætitiam, quaſuis cupedias præparauerunt. Fuit itaque illis diebus hiems aſperrima, totaque ſuperficies cooperta niue plurima. Quapropter vniuerſa multitudo procerum cœpit aduerſus Epiſcopum murmurare, quod in tam horrendo frigore conuiuas ſuos abſque foco prandere iuſſit intra pomerium. Sed poſtquam Dominus Epiſcopus, futurorum omnium conſcius, vna cum Rege reſideret ad menſam, & omnis conuiua ſecundum ſtatum dignitatis ſuæ locatus exſpectaret eſcam: ecce glaciei & niuis diuerſa moles diſparuit in momento, & æſtiualis calor emicantibus ſolis radiis feruenter inualuit: terra gramineum germen edidit, & vernantes flores cum mira venuſtate floruit vnaquæque arbor frondens, extemplo viruit & maturos fructus ad veſcendum exhibuit: vinea florens odorem ſuauitatis edidit & recentes vuas in magna liberalitate reddidit: garritus volatilium applaudentibus alis illic intonuit, quarum quanta modulatio cunctis accumbentibus magnam exultationem attulit. Quid plura? algor hyemalis frigiditat s prorſus euanuit, & feruor æſtiualis caliditatis in tantum eſterbuit, vt quidam diſcumbentium propter aetis intemperiem, exutis duplicibus indumentis, ſeminudos ſe facerent, & plurimi ſub frondoſis arborũ frondib. hinc inde refrigerium appeterent, miniſteriales vero detulerunt vbique copioſam cpularum plenitudinem, ita, vt ſuperabundanter ſatiarent populoſam conuiuarum multitudinem. Et lætatus eſt Rex cum ſimul diſcumbentibus, tot ac tanta cernens inaudita mirabilia. Expleto demum cõuiuio, turba miniſterialium, quaſi phantaſina, diſparuit, garritus auiũ omnino ſiluit, germen arborũ feſtinanter euanuit, florida terra marceſcens exaruit, copia niuis iterato rediit, & repentinũ gelu truculenter in horſuit, & omnes, qui ante exutis veſtibus deſudauerant infra conuiuium, mire trepidantes acceleraverunt ad ignem infra cænaculum. His autem in mira iucũditate peractis Albertus Epiſcopus inſtanter orauit Regem, quatenus fratrib. ſuis prædicatoribus clauſtralem aream

Albertus Magnus Ratiſponenſis Epiſcopus Wilhelmum regē præſtigias excepit. Hæc eadem Beka.

Promittit Wilhelmus Alberto fratrum fatorum ord. Fraed. Traiecti monasterium, quod & præstitit.

ream in ciuitate Traiectensi vellet donare & eisdem fratribus pro stabilitate regni sui munificas elemosinas attribuere. Rex autem, supplicatorias preces eiusdem Reuerendi patris clementer exaudiens, promisit, quamprimum Traiectum veniret, adimplere. Eodem vero tempore, & in præsentia wilhelmi Regis, præsentibus vero omnibus Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque principibus, Conradus, Archiepiscopus Colonensis, dedicauit tunc nouam Ecclesiam S. Cuniberti in Colonia solenniter: & sic, dispositis omnibus vtilitatibus Imperii, valedictis Archiepiscopis, pontificib. cæterisque principibus, Traiectum deinde descendit: quem Otthio pontifex, eius patruus, cum omni clero, & prælatis Ecclesiæ, & ciuibus in ciuitatem suam gloriose suscepit, & extunc spatiosam campi planitiem infra ciuitatem, nemine contrariante, mercatus est, quam ad structuram clausstri donauit fratribus prædicatoribus in elemosinam, insuper & auri fului satis magnam copiam.

De Priuilegio concesso Traiectensibus per eundem Regem.

CAP. XIII.

Forma priuilegiorum Vltraiectensium per Wilhelmum Imp.

PORRO wilhelmus, serenissimus Romanorum Rex, apud Traiectum in maximo gaudio existens, de fidelium suorum consilio Brugensis ciusdem ciuitatis effectus est. Qui etiam illo tempore confirmauit libertatem tam ciuitatis, quam Ecclesiæ Traiectensis. Insuper & noua priuilegia addidit in subsequenti forma: wilhelmus, Dei gratia, Romanorum Rex, semper Augustus, omnibus Regni Christi fidelibus, præsentia priuilegia inspecturis, gratiam & omne bonum. Quoties igitur celsitudo regularis maiestatis manus suas porrexerit suis fidelibus subditis, & donis remunerat secundū meritum eorum operum, tories stabilitat purorum fidelium fortius eorum & aliorum hominum inconstantem voluntatem ad suum seruitium. Hinc est, q̄ nos considerātes solicite puram fidelitatem & verum amorem, quem nostri chari fideles Burghenses ad nostrā maiestatem huc vsq; habuerunt, & adhuc noscuntur solicitis sensibus habere, volumus eos singulari priuilegio & libertate gaudere, & concedimus ipsis omnibus & singulis tenore præsentium, q̄ nullus princeps, Marchgrauius vel dux aut nobilis, aut spiritualis, aut sæcularis aliquem eorum Burgensium vel inhabitantem extra muros ciuitatis ad iudicium citare habeat facultatem in causis duntaxat sæcularibus, nisi foret Imperator vel Rex, dummodo Episcopus eorum dominus, vel aliquis alius Iudex, ex parte eius ab eodem illis diebus constitutus, in Traiecto promptus fuerit iudicium reddere: præcipientes firmiter per præsentes, vt nullus contra hanc nostram concessionem eos audeat impedire vel molestare. Si autem hoc aliquis attentare præsumserit, sciat se incurrere indignationem nostræ Maiestatis, daturus pro delicto suo centum marcas auri. Testes inde fuerunt venerabiles viri Episcopus Sambiensis, Arnoldus Dominus de weesmal, Henricus Dominus de Vorme, wilhelmus Dominus de Brederoede, Nicolaus Persyn, Theodoricus van der Ghonde, Philippus de wassenaer, Hugo de Cralinghen, & Theodoricus de Theylinghe, milites. Actum in Traiecto, quartodecimo Kalendas Iulij, Indictione decima, in Anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octauo.

De Henrico primo, Duce Brabantiæ.

CAP. XIV.

Anno 1248.

ANNO Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octauo obiit dux Lotharingiæ, id est, Brabantiæ, proaunculus supradicti Regis wilhelmi, & sepultus in Abbatia Vilariensi. Huic succeſſit filius eius, Henricus tertius, qui duxit in vxorem Adelheydim, filiam ducis Burgundiæ, ex qua genuit Henricum quartum, Iohannem in Dygion decimum tertium, Godefridum Comitem de Vierſon, & Margueretam, Reginam Franciæ, ſecundamvxorem Philippi Regis, filii ſancti Ludouici. Hic enim Henricus tertius fuit primus dux, qui in titulis ſe ſcripſit ducem Brabantiæ, quia prædeceſſores ſcripſerunt ſolummodo duces Lotharingiæ, & non Brabantiæ: & hoc ideo, quia vnus alius dux ſuper Moſellam ſe ſcripſerat ducem Lotharingiæ, & propterea addidit Brabantiam, quia licet ducatus ipſorum ſuper Moſellam extendit ſeparatim ad Lotharingiam: & ſe ſcribunt propterea duces Lotharingiæ, cuius titulus ſolummodo pertinet ad Duces Brabantiæ, ſicut refert Sigebertus Ghemblacenſis. Hic Henricus tertius poſtquam rexiſſet annis quatuor, vitam cum morte commutauit, cui ſucceſſit filius eius, Henricus quartus. Hic poſtquam octo annis rexiſſet, libere reſignauit ducatum Lotharingiæ, & Brabantiæ, Iohanni fratri ſuo, & intrauit religionem in Burgundia in ciuitate Dumonenſi, id eſt, Dygion ſeu Dion, Ioann esergo, hui⁹ nominis prim⁹, frater

Nota, hic Henricus fuit primus, qui expresse in titulis se scripsit Ducem Brabantiæ.

frater eius, & dux Lotharingiæ & Brabantiæ, hic duxit in vxorem Margueretam, filiam Guidonis Comitis Flandriæ, ex qua genuit Iohannem succedentem ducem, Margueretam vxorem Henrici septimi Imperatoris & plures alias proles. Is etiam dux obtinuit emtione & bello grauissimo ducatum Limburghensem, vt patebit in sequenti libro.

De fundatione Curiæ Hagensis.

CAP. XV.

PORRO Wilhelmus, inclytus Romanorum Rex, veniens ad Hollandiam cum magna turba equitum peditumque, recipitur à suis subditis cum magna reuerentia, honore & gaudio. Curiam autem Hollandiæ, apud arenam Comitis existentem, idem Rex transposuit ab eodem in Hagam Comitis, vbi & Imperiale palatium fundauit atque constituxit miræ magnitudinis, vbi de causis arduis regni tribunale consistorium frequentauit. Ciuitates autem ex castrensis Imperialis Cameræ reddiderunt eidem benevole censum regni. Itaque indeficienti thesauro suum exuberauit gazophylacium. Processu vero temporis villa Hagensis prædicta in tantum excellenter creuit, de quâ quidem Poeta nostris temporibus egregiume pigramma edidit, dicens: *Haga Comitis fit Curia Hollandiæ.*

Salue Villani Comitis decus, Haga vocata,
Villarum splendor, gloria, lux & honor.
Haga minus causa Comitis sine diceris equa;
Abre illud nomen non fuit impositum.
Pax fuit hoc olim Comitis, qua mansio nostri
In te continue semper & esse solet.
Omne voluptatis genus & solaminis in te
Latitiaque voles si reperire, vales.
Non à littoribus distas longeque marinis:
Quippe tuum pulchrum quisq; sit esse suum.
Villa vocare licet plerasq; tu prais vrbes,
Diuitiis, opibus, rebus & ingeniis.
Credo, quod toto non villa sit orbe reperta
Maior te, aut melior, pulchrior, vberior.
Hæc tibi iure dari poterunt præconia laudum
Vrbibus, Haga, aliis quæ dedimusq; locis.
Extat adhuc antiqua domus regalis, & aula,
Qua Comes esse solitus noster habere morã:
Tecta nobilium simul alta palatia auorum
In te sunt nostræ multa locata plagæ.
Inter cuncta tibi, quæ sunt dignissima laude,
Clarius hoc vnum, dignius atque puto:
Quod tibi cunctarum nemus assit delitiarũ,
Pulchrius haud aliquo quo reor esse loco.
Si foret Orpheus mecum lepor, atq; Maronis
Musa, Poetarum principis ac capitis:
Si tuba Lucani, muros qui condidit altos
Nostri bocchæ tradita cura foret:
Si mihi Francisci triplex doctrina Petrarchæ,
Nasoniisque datum si mihi docta foret:
Si mecum Cicero, Flaccus, Iuuenalis & essent,
Littera quos celebres clara dediq; graues.
Non possem laudes meritas componere siluæ,
Quæ quam sit variis pulchra & amæna locis,
Iam tibi villarum mundi pulcherrima fantur.
Haga vale, gracili voce decora vale.
Te Deus vsque bona precor in valetudine seruet;
Sit tibi cura Hagæ, virgo Maria, tuæ.

Detractatu generalis pacis Almaniæ superioris;

CAP. XVI.

ITAQVE circa hæc tempora conuenerunt apud Moguntiam pene omnes maiores Allemanniæ superioris pro tractatu generalis pacis. Et destinauerunt wilhelmo *Hæc eadem Beka.*

serenis-

Epistola procerum Alamannorum ad VVilhelmum Imp.

serenissimo Regi Romanorum per solemnes nuntios hanc epistolam : *Glorioso domino suo Romanorum Regi VVilhelmo consules & iudices plus quam septuaginta ciuitatum superioris Alemanniæ reuerentiam & obsequium perenne.* Excellentiæ vestræ tenore præsentis litteræ declaramus, quod, nobis apud Moguntiam existentibus, die vicesima nona mensis Iunii, ad generale colloquium, mediante nobili viro de waldechen, imperialis aulæ Iustitiario, firma pax & treugæ stabiles super vniuersis guerris & discordiis sunt statutæ. Qua propter Maiestatem vestram Regiam humiliter exoramus & consulimus, quantum licet, quatenus pacem terræ salubriter inchoatam per litteras magnificentiæ vestræ iam dignemini confirmare, eo, quod vestrum commodum, vtilitatem, salutem impor tare dignoscitur & honorem: scientes, quod vestræ serenitatis aduentum proficuum ad partes nostras cum ingenti desiderio præstolamur. Datum apud Moguntiam, vltima die mensis Iunii. Rex igitur, hac epistola accepta, gratanter pacem inchoatam sub banno capitalis sententiæ firmiter obseruari præcepit. Quinimo præfatos legatos ditatos regiis muneribus ad patriam honorifice remisit. Insuper & frater Thomas, qui composuit librum in ordine prædicatorum, missus est ab eodem Rege ad Alfonsum Comitem Pictauiensem, fratrem sancti Ludouici, Regis Franciæ, pro antedicto pacis Imperii negotio: & idem sanctus præbuit in omnibus suum consensum.

De subiectione & Captiuitate Comitis De Ghore.

CAP. XVII.

ISDEM autem diebus Ottho Episcopus, Dominus Traiectensis, cum maioribus Ecclesiæ Traiectensis, glorioso wilhelmo, Regi Romanorum, nepoti suo, conquestus est, quod ipse Episcopus à Comite de Ghoire tam in possessionibus quam in hominibus iniuriam passus esset. Quapropter & ipse Rex ipsum Comitem citari fecit ad eius præsentiam: sed ipse Comes, nequaquam comparere volens, absentauit se per obstinatam contumaciam. Rex autem coràm altari S. Martini protinus reducens indesinenter equitauit ad prædictum Comitem, ipsumque capiens, & terram eius depopulatus, cum victoriali laude Traiectum rediit, & captiuum Comitem Episcopo dedit ac eundem Comitem dignitate sui nominis debito iure priuauit.

De obitu Ottonis Episcopi, & electione Gosuini de Aemstel.

CAP. XVIII.

Anno 1249. mouitur Otto Episcopus.

ANNO Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono venerabilis pater Otto, Episcopus Traiectensis, patruus serenissimi wilhelmi, Regis Romanorum, plenus dierum, secundo Nonas Aprilis obdormiuit in Domino, tumulatus apud Ecclesiã maiorem honore condigno. Hic Otto sedecim annis egregie rexit Episcopatum, quem in introitu suo pauperrimum inuenit, sed superabundantem in diuitiis multis posteris reliquit. Post cuius obitum Gosuinus, Sancti Iohannis in Traiecto præpositus, tricesimus septimus electus est Episcopus. Hic Gosuinus, de Aemstel oriundus saltem ad annum vel paulo plus regens Episcopatum, vir erat simplicitati deditus, & de rebus Ecclesiæ minus bene sollicitus. Quapropter totus Episcopatus in breui tempore tantundem pessundatus fuit, qui paulo pridem per DOMINVM Ottonem gloriose sublimatus fuit. Prouisores autem, Ecclesiæ totius Traiectensis Episcopalis vtilitati fideliter intendentes, coadunarunt generale capitulum, vt de bono statu terræ tractarent generale colloquium. Conuenerunt ad hanc sinodum wilhelmus, Romanorum Rex, Dominus Cardinalis Petrus Caputius, & Conradus, Colonien sis Archiepiscopus, in quorum præsentia Gosuinus electus astans honori cessit & oneri, ac in manu regis & Cardinalis renuntiauit Episcopatui.

Gosuinus 37. Vltraiecti Episcopus.

Resignat Episcopatui Gosuinus.

De Henrico Episcopo & quibusdam gestis in Egmonda.

CAP. XIX.

Electionem Beka.

DOMINVS autem Cardinalis ad postulationem Archiepiscopi Colonien sis extunc Henricum de Vigena, id est, Vianden cathedrarii iussit, cui consimiliter & ipse

Henricus 38. Vltraiecti Episcopus.

Rex per pastoralem baculum & annulum temporalem Iurisdictionem dedit. Fuit enim idem Henricus eiusdem Archiepiscopi consanguineus, vir illustris, filius Comitis Vigenensis, constans & magnanimus, ac Ecclesiæ Colonien sis archidiaconus, pro quo totus Episcopatus Traiectensis plurimum est exhilaratus, & cum gratiarum actione Deum cœli deuotissime benedixit. HENRICVS, tricesimus octauus ordinatus Episcopus, quæuis Ecclesiastica ministeria pia sollicitudine sublimare studuit. Nihilo-

Nihilominus & remporalia strenua probitate gubernare disposuit. Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, sexto idus Decembris, Dominus Theodoricus, Vnomensis Episcopus, suffraganeus Traiectensis, de ordine fratrum minorum, monasterium seu basilicam perpetuæ virginis Mariæ in Egmonda cum cemeterijs reconciliauit, & sabbato, quo cantatur missæ officium: *Veni & ostende* in aduentu Domini celebrauit ibidem sacros ordines. Sequẽti die Dominica etiam ibidem duos Abbates mira cum solemnitate benedixit, in octaua S. Stephani duo altaria consecrauit & indulgentias largas ibidem tribuit.

De Priuilegio Abbatis Egmondensis super concessione ornamentorum pontificalium.

CAP. XX.

ANNO Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo Innocentius Papa quartus dedit Abbati Egmondensi Lulberto ad instantiam Wilhelmi, Serenissimi Regis Romanorum, priuilegium super concessione ornamentorum pontificalium in hac forma: Innocentius Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio, Abbati monasterij Egmondensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Traiectensis diœcesis, salutem & apostolicam benedictionem. Ad varietatem exteriorum ornatuum sponsæ Christi, quibus decoris eius gloria, latens intrinsecus, indicatur, varia in Ecclesia instituta sunt insignia dignitatum, quibus pro celebritate locorum, & meritorum exigentia, interdum qui Ecclesiasticis præsunt officiis, honorantur, vt corporalis & spiritualis formæ splendor in Ecclesiis picturis decoratus suadeant inuisibilem spiritualium virtutum splendorem, pulchritudinem & celsitudinem appetendam. Obtentu igitur Ecclesiæ tibi commissæ, quam pro eo quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio, vt asseris, pertinet, dignum duximus speciali prærogatiua gaudere ac tuæ deuotionis merito (super quo charissimus in Christo filius noster, Wilhelmus, Romanorum Rex illustrissimus, tibi laudabili testimonio attestatur) volentes eandem Ecclesiam amplioribus titulis insignire, mitræ, annuli, aliorumque ornamentorum pontificalium vsum tibi ac successoribus duximus in perpetuum de speciali gratia concedendum. Nulli igitur omnino homini, &c. Datum Ianuæ, Nonis Iunij, pontificatus nostri anno octauo, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo primo.

Anno Dñi.

Forma priuilegii.

De victoria Henrici Episcopi Traiectensis contra Dominos de Aemstel & VVoerden.

CAP. XXI.

PORRO liuor & indignatio Dominorum de Aemstel & de Woerden vehementer inflammari cœpit aduersus Henricum Episcopum Traiectensem pro eo, quod Gosuinus, proprinquus eorum, destitutus esset per generale capitulum. Qui conspiratorie Othoni Comiti Ghelriæ fœderati totum Episcopatum alliduis perturbarunt excursionibus, quibus Henricus viriliter restitit cum quibusdam suis ministerialibus. Denique post multas incursiones definitum est, vt vtraque pars in planitie prædorum virentium ad duellum campestre conuenirent, vt ibidem sub die terminantes controuersias pro corona victoriæ decertarent. Domini siquidem de Aemstel & de woerden, contractis vndecunque multis bellatoribus, in magno fastu deuenerunt ad locum certaminis. Econtra vero iam dictus Episcopus vasallos suos cum Burgensibus fideliter admonuit, vt arrogantiam illorum duorum principum nequaquam formidarent. Cum itaque prælianditi iam dies instaret, & idem Episcopus cum suo exercitu locum certaminis adiret: Archiepiscopus Colonensis, diebus illis existens Traiecti, pretiosum annulum dedit Henrico Pontifici, dicens hæc verba coram innumerabili turba circumstantis populi: Fili præcordialis esto securus, quoniam hodierno die per intercessionem sancti Martini confessoris almiflui, & per virtutem præsentis annuli, omnem rebellionem aduersariorum tuorum egregie coercebis, & victoriali laude de cunctis inimicis tuis sine dubio repedabis. Ego namque ciuitatem hanc cum matronis & canonicis fidelissime tibi custodiam, & solemnem interim orationem Domino Deo exercituum pro labore tuo deuote faciam. Henricus autem Episcopus, his auditis, in Domino confortatus cum sonitu tubarum concrepantiũ, & exercitu bellatorum decentium vrbem egrediens campum belli decenter adiit, ac acies suas ad prælianduin sagaciter ordinauit. Interea, cum hæc agerentur apud Traiectum, wilhelmus, Romanorũ Rex, festino referente nuncio, percepit, Episcopum & præfatos Dominos

Dominus de Aemstel & VVoerden cõtra Episcopum insurgunt.

contraxisse populosum exercitum, vt in pratis virentibus committerent exosum prælium. Quapropter ipse Rex festinanter adunauit expeditos equites & plurimos pedites, viam celeriter aduersus Traiectum instituens, vt eiusmodi bellum interrumperet, & pacis amicitiam vtrobique reformaret. Et ecce regalis exercitus per borealem portam vix introierat, cum Episcopalis exercitus per occidentalem portam ciuitatem iam exierat. Archiepiscopus vero Colonienſis, cum matronis & canonicis curam agens, & angulos ciuitatis in girum vndecunque perlustrans, clancularie indixit valuas vrbis ferreis clausſtris obserari, & sibi claues portarum absque dilatione deferri, ignorans, quod regalis exercitus vrbem ingressus retentusque esset ac infra muros sub arcta clausura circumceptus. Rex igitur, festinanter Episcopalem volens insequi exercitum, nullibi patentem inuenit exitum. Et cum idem Rex aliquantulum moraretur propter vrbis & liminum eius conclusionem: tandem exanimi perturbatione cepit protinus feras portarum euellere, & vectes ferreos atterere, vt incessanter Episcopalem posset insequi exercitum, & inceptum bellum ad finem perducere. Archiepiscopus vero Colonienſis, hæc intelligens, vehementer anxiatus, & ciuitatem arbitratus à Rege fore captam, & exercitum per clauigerorum ignauiam intromissum, cum matronis & canonicis vrbis excubias obiens, tutelamque vrbis assumens, Regis præsentiam cõfestim est aggressus, & indicto silentio taliter ei est loquutus: Domine mi Rex, exaudiat vestra magnificentia quædam sermonis mei breuiloquia. Regiæ maiestatis muneris est, subiectum sibi populum in tranquilla pace regere, æquitatem, iudicium & iustitiam in terra facere. Nunc ergo si, salua vestra reuerentia, fas est dicere, vereor econtra, quod hac de causa cum armatis bellatoribus Ciuitatem occupastis, seraſque portarum infringi præcepistis, vt Ciues ex propria ciuitate possetis excludere, ac eandem vestræ subiicere potestati. Si autem hoc (quod absit) contra iustitiam attentare præsumseritis me vestrum cancellarium pudefacitis, & honorem magnificentiæ vestræ plurimum diminuitis. Quapropter vestram benignitatem clementer admoneo, quatenus hanc vrbem dignemini restituere & conciues à violenta molestatione liberos dimittere. Rex autem, expletis sermonibus eiusdem Archiepiscopi, tale responsum edidit in audientia circumstantis populi: Venerãde pastor & Episcope, tua nosci induſtria, debere Regem bella vbique supprimere, & grassatores austera correctione potenter affligere. Discernas ergo, quantum nobis dedecus esset & opprobrium, si in confinio maiestatis inter populares committeret homo prælium. Ideoque accincti militibus nostris adiutoribus & armigeris ciuitatem hanc potenter intrauimus, & Episcopum cum ministerialibus reconciliare & adunare decreuimus. Postquam autem intelleximus, Episcopum foris esse cum ciuibus, ad committendum campestre prælium: maturauimus iter, insequentes festinanter eius exercitum. Igitur, nobis aliquantisper exspectantibus, nemo nobis comparuit, qui nobis vrbis patefecit exitum, & sic hactenus nostrum bonæ voluntatis cassatum cernis esse propositum. Vnde securibus & malleis vectes & valuas confringi præcepimus & vestigia præcedentis exercitus insequi mandauimus, quatenus dictum bellum intercepimus authoritate regia, vt vtraque pars sine conflictu cum pace rediret ad propria. Non enim æstimare debes, quod aduersus Henricum Pontificem aliquo modo fellitum geramus animum, quem paulo ante ex bono fauore, te rogitante, postulauimus in Episcopum: quinimo ciuitatem subnostra potestate & protectione benigne suscepimus: quin iamdudum, promissa fidelitate, Ciues effecti sumus. Vt autem cognoueris, quoniam in dolo tibi non loquimur, & Episcopo siue Ciuitati non irascimur: ecce iam vrbem, quam inopinate cepimus, & exclusis ciuibus, possidere possumus, tibi benigne restituimus, & præconis voce tubicinari præcipimus, quatenus nostri commilitones ad hospitia tendant, arma deponant, & residuum tempus in lætitia deducant. Interea Dominus Episcopus, contra inimicos crudele bellum agens, plures fugauit, multis occisis, Dominos de Aemstel & de V Voerden captiuos apprehendit, quos extemplo funibus alligari præcepit, atque circa dextrarium suum trahens, infra Traiectum deduxit. Et ecce quam primum vespertinum intonare cepit cymbalum, idem Episcopus vrbem victoriose ingressus est, & tam à Rege, quam ab Archiepiscopo gloriose susceptus est. Ad quorum deuotam supplicationem idem Episcopus prælibatos captiuos in gratiam recepit, quibus & iam è carceribus emancipatis magnam postmodum impartitus est misericordiam & offensarum veniam.

Archiepiscopus ad imporatorem.

Imperator ad archiepiscopum.

Henricus Episcopus hostes vincit & captos Traiectũ adduxit.

Eos in gratiã recipit.

De victoria eiusdem Pontificis contra Ghelrenses.

Cap. XXII.

Eadem fere Beka.

ALTERA vero die cum auroræ iubar rutilantes cepisset exaltare radios, Rex Episcopo valedixit & pro quibusdam regni causis expediendis ad Hollandiam properauit. Et quia Otho, Comes Ghelriæ, iam pridem cum præfatis dominis de Aemstel & woerden contra Henricum Pontificem fœdus conspirationis percusserat, & vniuersam ditionem Traiectensem assiduis insultibus & grassationibus infestauerat: ideo prædictus Dominus Episcopus cum turba copiosa plebis & militiæ potenter introiuit Veluam, concrematisque villis plurimis, prædam reportauit aliquantulum magnam.

Episcopus incensum Comitis Gelria Veluam vastat.

Milites autem & incolæ de terra Gheltrensi constanter in vnum conglobati festinauerunt econtra raptam prædam violenter excutere, & aduersus Episcopū & eius exercitum truculentum agere bellum.

Sed Dominus Episcopus, vt vir imperterritus, cum tubis stridentibus & vexillis fulgidis aduersus cohortes & acies Sicambrorum siue Ghelrorum aggressus, & profugatis (qui alias insoliti ob animositatem & priscam belligerandi virtutem dare terga hosti) hostibus, cum quibusdam spoliis & captiuis, quos ex efferis istis nationibus extorquere plus fortuito quam vi potuit, Traiectum, haud incruenta parta victoria ouans, ingressus est, idemque Episcopus ex spoliis vicinorum hostium vsque adeo locupletatus est, vt castrum Vredelandt aduersus incursiones Domini de Aemstel expensis magnificis ædificauit, quo circumsitos pagos districtus à consueta rebellione insimiliter absterrebat.

Castrum Vredelant ex spoliis hostium constructum.

De victoria Serenissimi Regis Romanorum, Vilhelmi, contra Margueretam Nigram, Flandria Comitissam.

Cap. XXIII.

Anno 1253. Hæc etiam Beka.

ANNO Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio iussu Margueretæ Nigræ, Comitissæ Flandriæ, Guido de Dampier, Iohannes de Dampier, filii eiusdem Comitissæ, Theobaldus Comes Ghiesensis & wolfardus, Comes de Bromo, collegerunt innumerabilem exercitum ex Flandria, Francia, Picardia, Pictauia & Vasconia, insistentes pro subiuganda walachria. Wilhelmus autem Romanorum Rex, & Comes Hollandiæ & Zelandiæ, econtra Florentium fratrem suum cum exercitu valido destinauit ad Zelandiam, vt Margueretæ Comitissæ contumeliosam edomaret arrogantiam.

Dux Brabantiæ patrem iuvat.

Henricus vero Dux Brabantiæ, eiusdem Regis nepos, controuersiam hanc reconciliari disponens, diem constituit ad interloquendum de concordia, quatenus vtriusque partis exercitus sine conflictu rediret ad propria. Cum autem apud Antuerpiam triduanum tractarent interloquium: Margareta, Comitissa Flandriæ prædicta, perperam intendens occulta legatione mandauit capitaneis sui exercitus, vt statim walachriam intrarent. At illi, mandatis Comitissæ festinanter obtemperantes, cum centum & quinquaginta millibus virorum fortium transfretarunt in Walachriam, minime diffidentes contra Florentium fratrem Regis obtinere victoriam. E contra vero Florentius, sicut princeps imperterritus, cum tubis stridentibus, cornibusque horrisonis, ac vexillis in aere coruscantibus in westcapelle aduersus hostes viriliter aggressus est, de quibus inopinatum triumphum die quarta mensis Iulii potenter adeptus est. Guido quidem, filius Margaretæ Comitissæ, vulneratus in pede cum fratre suo Iohanne ac Comitibus de Ghiesen & de Berto ab eodem Florentio captiuatus est. In isto autem conflictu tanta fuit strages & horrendum excidium, vt Hollandiæ & Zelandiæ populi propter maximam Flandrensium multitudinem & Francorum copias, quas cæde & internecione prostrauerant, vt vsque ad talos in sanguine occisorum hominum progrederentur & consisterent. Interea wilhelmus omnem rem gestam per festinum nuntium intelligens, & Margaretæ dolosam traditionem animaduertens, destruit Antuerpiam, & celeri remigio profectus est in VValachriam. Et ecce fugitiui Flandrenses & Franci, depositis armis humillima prece Regem adierunt, fausta implorantes, quos & ipse Rex, motus misericordia, in gratiam recepit. In eadem vero certaminis procella seu turbine, ex parte Flandrensium & Gallicorum, quinquaginta millia bellatorum sunt cæsa, quinquaginta millia aquis absorpta, & quinquaginta millia in captiuitatem redacta.

Margarita Comitissa fraudulenter agit.

Eius exercitum à Florentio vincitur.

Igitur Rex Comitis de Ghiesen, & de Berro, duosque filios Margaretæ captiuos

misit in Hollandiam, & iussit eos in castro de Watinghen in vinculis ferreis arctatos obseruari: gregariam autem & profligatam multitudinem spoliatam idem Rex remisit in Flandriam.

Igitur vnusquisque Flander sertis virentibus, instar perissomatum seu brachārum, verenda corporis contegens, in Flandriam nudus ingenti confusione repatriauit & reuersus est. Et Rex Wilhelmus laudem triumphalem ab hostibus suis est consequutus.

De viro occiso, qui contra voluntatem propriam ad bellum venerat.

Cap. XXIIII.

Vox audita Bonifacio Episcopo diuinitus.

PORRO antequam Flandrensis populus ad prædictum certamen ferueretur: Bonifacio Episcopo Lusanensi pro dicta gente Flandrensi in oratione constituto, venit vox de cælo, ita dicens: Elati deprimentur, & superbos oportet humiliari: & scitote, quia filius Flandrensis ducetur captiuus, & maxima in Flandris strages fiet. Et eodem contigit, quo dictum est, modo, cum tamen multi cum eis interierunt, qui tam lamentabili fato erant indigni.

Sed notandum, quod ista mors bonis acerba nequaquam obfuit, sed profuit ad salutem, quia suo Domino mortali obedierunt, & nulla animi prauitate certamen istud ingressi sunt: quod patuit in quodam viro fidelissimo, de quo à dicti Regis Wilhelmi genitrice narrabatur. Cum enim ipsa mater serenissimi Regis Romanorum, Machtildis nomine, venerabilis Hollandiæ Comitissa, prælio peracto, in Hollandiam applicuisset: ingressa est cum duobus fratribus instituti sancti Dominici quærere in Walachria & colligere sauciatos: repperit autem eiusdem operis gnauiter satagentem matronam prænobilem & diuitem, quæ cum fletibus matri Regis enarrauit, dicens: trāsiens (inquit) hic vocauit me vir quidam voce flebili ex prostratis, ad quem cum veni sem, caput eius locaui in sinu meo, & cum ad recognoscendū Deum exhortata sum, At ille, vt potuit, ad cælum eleuatis oculis & manibus, dixit: Fateor, me compulsum in pugnam cum exercitu descendisse, ductum proposito neminem lædēdi, nec in rebus nec in corpore: attamen læsus sum, & ecce nunc examinor: occiderī meo prorsus indulgeo, vt ipsius & mei miserea tur omnipotens Deus, supplex oro, corpus Christi pro viatico, iam agonizans, vehementer desidero, quod licet per manus sacerdotis nunc corporaliter sumere non contingat, eius tamen sanctissimi sacramenti Eucharistiæ & præsentiæ corporis Dominici spirituali communione & sumptione non frustrabor. Et hæc dicens, cruce se signabat, & sic animam exhalans Deo commendauit & tradidit. Testor autem coram vobis per salutem meam, quod statim, quando ad reddendum spiritum os aperuit, auicula tantæ pulchritudinis, vt nihil ei in creaturis comparari possit, de ore eius cum odore aromatico ad superos euolauit. Vide ergo lector, quam veridica sit illa sententia beati Augustini in expositione Psalmi Dauidici: *Credidi propter quod locutus sum. Et non potest male mori, qui bene vixerit.*

Milliti cuiusdam felix exitus.

De machinatione Comitis Andegauensis aduersus VVilhelmum Regem.

Cap. XXV.

Hac etiam Brika.

MARGARETA quidem Comitissa, ruinam suæ gentis amare defiens, sollicitauit Carolum Andegauensem, fratrē sancti Ludouici Regis Franciæ, per blandis suggestionibus & largis stipendiis, vt idem Comes cum exercitu copioso ad Hannoniam properaret, demandans Regi VVilhelmo, quod ipsum ad committendum conflictum in plano deserti de Ascha magnanimiter expectaret. Et vt idem Comes id promptius perageret, præfata Comitissa, Iohanne de Audenes, filio suo, ab hæreditate excluso, tradidit Hannoniæ Comitatum Carolo prænominato.

Cum ergo Carolus, Comes Andegauensis, in cunctis oppidis, præsidiis & pagis totius Hannoniæ pro vero Comite susceptus esset, & Iohannes, filius Margaretæ, eiectus foret: prænominatus Iohannes Adelheyden sororem Regis VVilhelmi, quam dudum vxorem habuerat, misit ad fratrem præfatū Regem, p habendo subsidio contra immania Margaretæ & Caroli peccatorum molimina, quib. idem bellicosus Rex consternatus nuntios suos misit ad Carolum Comitem, vt insinuarent ei suum aduentum ad certamen, sicuti Carolus voris & prouocationib. expetierat. Nec mora, quin Rex ipse cum bellatorib. electis in Ascha venit & Carolum Comitem ad tres dies vltra præfixum terminum glorioſius expectauit. Idemque Rex, reuulsis castris, exercitum suum

suum deposuit ad circumuallandū obsidione Comitem Carolum in Valentena vrbe. sed Carolus, magnanimitatem Regis perspiciens, secessit in Franciam. Et extunc oppidum Domini Regis, portis apertis, in manus tradunt Ciues gratiam hinc à Rege mercati.

De pacis Compositione inter Regem prædictum & Margueretam Nigram, Comitissam, & de filiis Iohannis de Arienness, ac Guidonis de Dampier, Comitis Flandriæ.

CAP. XXVI.

Pacis conditiones inter Margaretam Comitissã & Imperatorẽ.

DEMVM per amicabiles internuntios Margueretа, Comitissa Hannoniæ & Flandriæ, amicitiam VVilhelmi Regis Serenissimi Romanorum adepta est, ac omnis controuersia discordiæ prorsus in hunc modum terminata est: quatenus Iohannes de Aueneſſe, maior natu eiusdem Margueretæ filius, Comitatum Hannonienſem & terram de Aelst in herediolum acciperet, & Guido de Dampier, qui minor natu fuerat, Comitatum Flandriæ possideret. Iohannes ergo de Aueneſſe, in Hannoniam rediens, & Adeheydem, sororem Regis Wilhelmi, suam coniugem secum ducens, genuit ex ea Iohannem Comitem Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominum Frisiæ, Boetsaerdum, Episcopum Mediomatricum, Iohannem Antistitem Cameracenſem, & Florentium Guidonem Thesaurarium Leodienſem, postmodum Episcopum Traiectenſem, & Florentium principem Morianenſem. Porro Guido de Dampier, Comes Flandriæ prædictus, duxit primum in vxorem vnicam filiam Forcardi, aduocati de Bethunem, ex qua genauit Robertum, Comitem de Niuers, sibi succedentem, Comitem Flandriæ, Wilhelmum Dominum de Niuelle, Balduinum militē, Iohannem Episcopum Leodienſem, Philippum Comitem de Tretie, Margueretam primam, vxorem primi Iohannis Ducis Brabantiæ, Beatricem vxorem Florentii Comitis Hollandiæ, Margueretam vxorem Reynaldi Comitis excellentis & rerum gestarum celeberrimi, & aliam filiam Comitissam Blisenſem. Mortua autem ista vxore prima, Guido Comes prædictus duxit Elisabeth filiam, Comitis de Luxenburch, in vxorem, cum qua acquisiuit Namurcenſem Comitatum, ex qua genuit Iohannem Comitem de Wilghen, Guidonem & Henricum, & tres filias, scilicet Reginam Schotiæ, Dominam de Syeneſſe, & Philippam despoſiandam Eduardo Regi Angliæ. Postmodum igitur Margueretа Nigra Comitissa obiit anno milleſimo ducenteſimo septuageſimo nono, sepulta in monasterio Seylniſſe.

Margareta Nigra Comitissa Flandriæ moritur anno Domini 1279.

De Aductu VVilhelmi Regis Romanorum ad Dominum Apostolicum in Ianuensi.

CAP. XXVII.

Anno 1154.

ANNO redemti orbis per Christum milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto Dominus Innocentius Papa, plurimum gauisus de felici Regis succeſſu, deſtinauit Cardinalem in Hollandiam, qui Domino Regi subsequentem tradidit epiſtolam: Innocentius, seruus seruorum Dei, excellentiſſimo filio Wilhelmo Romanorum Regi salutem & apostolicam benedictionem. Postquam diuina Maieſtas, Eccleſiam suam pacificare disponens, celſitudini tuæ manifeſta signa bonitatis oſtendit, prouehentia & manuducentia ad fastigium imperii, ita, quod, Imperatoribus tuis omnibus prædeſſoribus è sæculo sublatis, alius iam superſtes non sit, qui tuis progreſſibus, Deo propitiante, valeat tuæ sublimitati reluctari. Rogamus igitur & requirimus tuam magnitudinem paternis monitis, suadentes, dilecti filii noſtri, Gregorii, ad velum aureum diaconi Cardinalis, apoſtolicæ sedis legati, monitis, conſilio, petitionique obſecundare, tuamque amplitudinem omnibus ſe Reipub. negotiis moleſtiiſque exonerare, euacuare, vt expeditus efficiaris ad veniendum in Italiam apparatu regio, & feſtinare ad apoſtolorum limina, Deo Duce, vt ibidem circa feſtum natiuitatis Dominicæ, proxime venturæ, inaugurationē Auguſtali, & ſolemni pompa recipias de manibus noſtris imperii diadema. Datum &c. Rexigitur cum duodecim electiſſimis armigeris, more peregrini, occulte Alpes transcendit, & ſtatum Italiæ sagaciter exploravit, & ſic ad præſentiam Domini Papæ in ciuitate Ianuenſi clam acceſſit. Dominus autem Apoſtolicus eundem Regem ſuſcepit ingenti cordis iubilo, & hominum congratulatione, quem ſuo contubernio aſſumtum ali-

Hac item Bella.

Innocentii Papæ epiſtola ad Imperatorem vt Romam veniat.

Imperator eilã & ignotus in Italiam ad Papam proficiſcitur.

quanto detinuit tempore. Cuius ad supplicationem idem apostolicus abbatibus Egmondensis monasterii contulit multa gratiosa priuilegia.

De Aduentu Regis in vlteriorem Allemanniam.

CAP. XXVIII.

CVMQVE prælibatus Rex Domino Papæ valedixisset, Longobardis ignorantibus, excessit Italia, & cum inæstimabili gloria exceptus est in superiori Germania. Vbi quantum honoris sibi quilibet Princeps impendit, præsens hæc epistola lucidissime demonstrat, quæ sequitur in tali forma: Wilhelmus, Dei gratia, Romanorum Rex, semper Augustus, Abbati Egmondensi vicecancellario suo gratiam suam & omne bonum. Vt certum mearum aliquem rerum statum cognitum habeas, & exultandi stimulo fulciaris: noueris, quod, dum nuper partes superioris Germaniæ ingrederemur, omnium vota, voces & congratulationes hominum ita in nostri amplificatione fuere effusa, vt non obscura omnis generis Cantica gaudiorum occinerent. Insuper accedat tibi ad cumulum iucunditatis, quod castrum Dnestvvolt, & insignia imperialia, Diadema cum multis monilibus, vt in ornatu ineffabili lauream & Coronam, Deo propitiante, iam habemus ac pacifice possidemus. Datum Spiræ &c.

VVilhelmi Imp. epistola, qua Aleman-norū ergа se benevolentiā significat.

De Rebellione Frisonum, & discordia inter VVilhelmum Regem & Ciuitatem Traiectensem.

CAP. XXIX.

CVM igitur Rex Wilhelmus in superiori Germania negotia Regni prospere dispensaret, & ad exhortationem Domini Papæ pro Imperiali benedictione versus Italiam iret: ecce Frisones occidentales secundum consuetam rebellionem tumultuari cæperunt in eius absentia, contrahentes assidue deprædationes ex Hollandia. Rex autem, nolens reprehensionis materiam æmulis & anfam calumniæ relinquere, proposuit rebellantem Frisiam sibi primo tempore subiugare, & post domitos Frisones pro Imperiali corona habenda in Italiam tendere. Qui protinus in manu robusta militiæ Traiectum descendit, & prælatos Ecclesiæ simul in atrio sanctæ Mariæ congregauit, vt ab eis exquireret locum ædiculæ sacræ, construendæ in honore sancti Georgii martyris: quo monstrato, capellam eandem impendiis non modicis omninoad fastigium perduxit & perfecit.

Sic etiam Berka.

Frisonum rebellio.

Capella S. Georgii Vltraiecti.

Cum autem Rex æmissimo sodalitio, ineffabili hilaritate conspersus, interesset, & quædam Reipub. negotia reuisiscerent: ecce quidam turbator pacis, & incentor nouæ litis, saxum ingens subleuans, clandestine in caput honorandum Regis impingens, illud fere comminuit. Quod videntes Principes & prælati, de tali audacio pere & furibunda præsumtione stupefacti sunt. Cæterum Rex, eundem lapidem manibus sublatum tenens, huiusmodi verba coram astantibus est exorsus: Reuerendi patres attendite, quam talionem nobis Traiectenses impendunt, qui iacturam grandis filicis absque demeritis nostris in nos contorserunt, quorum amicabiles & fideles hactenus conclues fuimus, & quorum extraneos hostes sub expensis propriis vitæ, rerum & mei exercitus periculis debellauimus. Sed viuit Dominus & martir eius, sanctus Georgius, quod hic ausus & opus nefarium non manebit inultum, si vita incolumis me seruauerit ad annum.

Imperator in lapidem in consilio percutitur.

Imperator Traiectenſib. minatur.

Nec mora, quin & ipse Rex, equum velocem ascendens, ciues diffidari iussit, ad ciuitatem expugnandam omnibus viribus se accinxit. Traiectenses autem pro casu tali infelicitatis plurimum consternati destinauerunt Consules in Hollandiam, tentantes cum eodem Rege reformare pacis amicitiam. Sed quid plura? Rex immobilem sententiam edidit, quod Ciuitas grassatorum sibi traderetur: alioquin vrbem ipsam humotenus euerteret. Traiectenses, obtenta pace modici temporis, iudiciale capitulum, coniunctis primatum capitibus, indicentes, omnium sententias & abdita conciliorum scrutinia disquisiuerunt, si quo modo Regis indignationem aliquo modo placarent, & Burgenses, innocui tanti sceleris, in pace quietissima permanerent.

Depra-

De praliis Regis Wilhelmi contra Frisones, & eiusdem cæde.

CAP. XXX.

ANNO Domini 1255. Rex ipsam Frisiam pro eo, quod contra eum rebellauerat (vt dictum est in præcedenti capitulo) armipotenter introiuit: rebellantes sibi Frisones egregie vicit, & castrum Rotenburch prope Alemariam, ad eorum sempiternum offendiculum, fabricauit. Demum cum iam tota vdosa terra esset glacie constricta & peruia: Rex iterum aduolauit 5. Cal. Febr. duobus exercitibus armatus, & terribili armatorum strepitu, & Frisonum trepidatione ingressus est Frisiam, sperans, solito arridentis fortunæ applausu victoria potiturum. Sed non eodem cursu respondent vltima primis. Nam Wilhelmus Dominus de Brederoeden, caput vnius exercitus, contra Drechtenses Frisones præfuturus processit. Quod cum percepissent prædicti Frisones, satis animose ad certamen illi obuiarunt. Quod tamen modico tempore eis profuit, quia Dominus præfatus de Brederoeden, prosternendo plurimos & capiendo, tropheum laudis est consequutus. Rex vero in dextro cornu constitutus alterum exercitum gubernauit, qui ad villam Hoghenvvoerde concremandam trãs paludes securum transitum acquisiuit. Et cum Rex pedestres copias in magna distantia plus debito præcessisset, tramitemque meabilem ad expugnandos aduersarios exploraſſet: ecce dextrarius eius in paludinoso vado, disrupta glacie, paulatim immersus est, qui ibidem absque iuuamine cuiuscunque familiaris fere suffocatus est. Id Frisones cum conspexissent, ex latibulis insidiarum vndique consurgentes (proh dolor) ipsum Regem, antequam exercitus appropinquare poterat, occiderunt, quem propter pretium & pulchritudinem armorum, timore superuenientis exercitus, in proximam villam festinanter asportauerunt. Morabantur autem illis diebus quidam fugitiui per diuersas villas in Frisia, qui propter eorum malefacta proscripti erant ab Hollandia. Hi Regis arma cognoscentes ex auro fuluo, splendidoque, in quibus apparebat aquila, dixerunt Frisonibus occulte, quod ipsorum verum Dominum & Regem occidissent, & proprium (omitem vita spoliassent, ipsis ignorantibus. Quapropter quatuor Primates totius Frisiæ, præcipue timentes læsæ maiestatis iniurian, sepelierunt regium corpus in domo cuiusdam Frisonis, vt per tempora succedentia deperiret tam vindicta, quam memoria Regii nominis & famæ. Cæsus est autem hic Wilhelmus, Romanorum Rex illustris, postquam Hollandiam 21. annis rexisset, & Romanorum Regnum 8. annis strenue gubernasset. Impletaq; est prophetia Sibyllæ, quæ veridico sermone longe antea prædixerat, quod idem Rex Romanorum, Wilhelmus, à Frisonibus esset occidendus.

An. 1255.

Hæc omnia Beka.

V. libr. imus Imperator à Frisiis occiditur, & clam sepelitur.

De fundatione monasterii, quod dicitur Campus Regis.

CAP. XXXI.

ANNO eodem millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto Richardis Domicella de Delfft, mater tertia eiusdem Regis Wilhelmi, ad refocillationem animæ nepotis sui, suprадicti Regis, ædificare cæpit monasterium puellarum, ordinis Præmonstratensium, in fundo patrimonii sui, quod campus regalis dicitur, quod etiam ad felicis suæ recordationis memoriam consummauit. Ista Richardis filia fuit Wilhelmi Comitis Hollandiæ duodecimi, & Aleydis Comitissæ, quæ postmodum obiit anno Domini millesimo sexagesimo secundo. Itaque Elisabeth, Romanorum Regina, & Hollandiæ Comitissa, venerabilis matrona obiit in anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, tumulata in Burghensi monasterio.

An. 1255.

De nobilibus eiusdem temporis.

CAP. XXXII.

CÆTERVM circa hæc tempora floruerunt inter nobiles Hollandiæ Florẽtius frater Wilhelmi regis suprадicti. Hermannus comes de Hennenberch, marit⁹ Margueretæ sororis eiusdẽ Wilhelmi. Wilhelmus de Brederoede, strategus toti⁹ exercit⁹ Wilhelmi regis ex Ghelriæ strenuissimis heroibus ad id muneris & fastigii militiæ assumtus. Wilhelmus, Dñs de Theylinghe. Iohannes, Dñs de Hueſden. Iohãnes, Dñs de Arckel & Werdenborch, ob res fortissime gestas familiã suam inter Sicãbros, i. Ghelrios incredibili honoris prærogatiua & gloria ꝓpagauit. Folpertus Dñs de Lederdam & Haestrecht. Herebertus, Domin⁹ de Botterslaer. Otto primus Dñs de Huerkelum

& Asperen. Henricus, Dominus de Voorne. Iacobus, Burchgrauius Leydensis. Cuisbertus, Dominus de Aemstel. Hermannus, Dñs de VVoerden. Iohannes Persyn. Simon, Dominus de Haerlem. Philippus, Dominus de VVassenaer. Theodoricus de Theylinghe. Theodoricus de Wassenaer. Nicolaus de Haerlem, appellatus alio nomine Persyn. VVILHELMVS, Dominus Egmondensis. Arnoldus de Egmonda, Nicolaus de Egmondelfft, VValterus Stoutkunt de Egmonda, tres fratres milites. Iacobus de VVo. Arnoldus de Hemskerck. Cristantius de Thaophorst. VVerenboldus VVten Haghe. Hugo de Cralinghe. Hugo de Ackersloot. Reynerus Buckel. Theodoricus van der Ghonda. Theodoricus bastardus. Alfardus Dominus de Brederoeden: omnes incliti & famosi milites.

De Richardo fratre Regis Anglia, & Alfonso Rege Castilia, Romanorum Regibus.

CAP. XXXIII.

POrro post mortem VVilhelmi, Serenissimi Regis Romanorum, Comitisq; Hollandiæ, Alfonsus, Rex Castiliæ, & Richardus, frater Henrici III. Regis Angliæ, electi in Reges Romanorum, regnauerunt simul cum magna discordia annis quindecim. Itaque Richardus iste erat prius Comes Cornubiensis in Anglia, & fuit secundo genitus Iohannis Regis Angliæ, qui Iohannes fuit filius Henrici II. filii Galfredi Comitis Andegauensis. Namidem Comes acceperat in vxorem Machtildim, Reginam Angliæ, filiam Henrici I. secundo geniti VVilhelmi Ducis Normanniæ, & Regis Angliæ. Igitur post quindecim annos, hoc est, circa annum Domini millesimum ducentesimum septuagesimum electus est in Regem Romanorum Rodolphus Comes de Hasbenburch, i. Habsburch, de quo dicetur in sequenti libro.

Rodolphus electus Imperator an. 1270.

LIBER XXIV.

CONTINET HISTORIAS QVADRAGINTA DVOrum annorum, quibus Comes Florentius, filius VVilhelmi serenissimi Romanorum Regis, Hollandiam gubernauit, & gesta trium Pontificum Traiectensium, vtpote Henrici, Johannis de Nassauwe, & Johannis de Syerck, cum quibusdam euentibus illius temporis: & habet triginta capitula.

De tutoribus Iuuenis Comitis Florentii Domicelli Hollandiæ.

CAP. I.

POstquam occisus est gloriosus Rex VVilhelmus, Florentius, huius nominis quintus, anni dimidii tener infantulus, decimus quintus Comes Hollandiæ & Zelandiæ suo patri successit: quem Florentius, præses Hollandiç, patruus eius, in tutelam suscipiens, tradidit Zelandensibus leges & statuta per seipsos. Verum etiam hic præses Florentius Hollandiæ Comitatum ad tres annos in pace rexit. Qui demum læsus in quodam tirocinio seu ludicro certamine defunctus est Antuerpiæ, & ab inde translatus requieseit in Middelborchensi monasterio. Deinde Henricus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, curam eiusdem Florentii infantis accipiens, Hollandiam ad tempus regere cæpit, qui pro prouincia fideliſſime administrata suorum ministerialium ingratitudine dedignanter expulsus est. Post hæc principales Hollandiæ vnanimiter elegerunt in tutorem eiusdem pueri Otthonem optimum heroem Comitem Ghelriæ & Zutphaniæ. Et econtra primates Zelandiæ constituerunt ipsius puelli tutorem Adelheydim Comitissam Hannoniæ, quæ controuersia in magnam excreuit perturbationem & prœliorum turbinem, quia, ab vtraque parte plurimis interemtis, populationes & ditionum emanarunt deuastationes. Sed inuictissimorum Ghelrorum aciem nullæ aduersantium hostium phalanges armatæ contundere potuerunt. Prœualuit itaque semper contra æmulos superior cum suis Sicambris. Assumtis etiam bellatoribus Hollandicis, ex malis omnibus emersit, & præfecturam tutelamque terræ potenter obtinuit.

De victoria

De victoria Henrici Episcopi Traiectensis aduersus Iuliacenses.

Cap. II.

Eadem Beka. Bellum inter Archiepiscopum Colonien. sem & Comitem Iuliacen. sem.

EOdem tempore discordia magna suborta est inter Conradum, Archiepiscopum Colonien sem, & Gherardum, Comitem Iuliacensem. Henricus vero, Traiectensis Episcopus, è vestigio coadunauit tam ex Hollandia, quam ex potestate propria robustas militum copias, vt Metropolitano manuale præberet subsidium. Cum autem vtrique in loco campestri hinc inde aciem direxissent, & altera die prælium horrendum committerent: Henricus Episcopus circa caliginosam noctis vmbram, amotis tabernaculis, fugam simulauit, & cum suo exercitu ad propria festinanter tendere. Sed eccè auroræ iubar quamprimum incepit effugare caliginem, idem Episcopus, ordines Iuliacenses militares audacter aggrediens, plures villas incinerauit, magnam prædam inde distraxit, & captiuos, quotquot voluit, apprehendit. Stationarii autem Iuliacensis exercitus, nocturnas vigilias obseruantes, cum clamore valido totum exterruerunt exercitum, annuntiantes per vniuersam suam patriam damna & incendia. Nec mora, quin & omnes, pro rebus propriis anxiati, petdiderunt animosam audaciam, relictisque papilionibus & castris, vbi metati erant, refugerunt ad terram propriam. Quibus Henricus Episcopus, impiger, in signis rutilantibus, & tubis stridentibus, instanter occurrit. Qui, captis & occisis plurimis, Iuliacensem populum victor profligauit. Itaque Colonienlis Archiepiscopus per solam industriam Henrici Pontificis ab imminenti bello liberatus est, & Henricus Episcopus, ditatus innumeris facultatibus, in terram propriam reuersus est.

Stratagema Henrici Episcopi inuadentis Iuliacenses.

De fundatione monasterii in Leeuwenhorst.

Cap. III.

An. 1274.

ANno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, ipso die sanctæ Agnetis virginis, venerunt in Hollandiam ad locũ, qui vulgo Lede dicebatur, quod nunc Leeuwenhorst dicitur, duodecim moniales, quas adduxerat Dominus Arnoldus de Sassenhem, persona Haerlemensis, ad construendum monasterium de ordine Cistercien si in valle S. Mariæ prope Traiectum. Post 10. vero annos obiit idem Dominus Arnoldus, & tertio anno post obitum eius incorporatus est locus præfatus sacro ordini Cistercien sium, & Abbati Campensi ad visitandum perpetualiter commissus huius monasterii. Prima Abbatissa Elizabeth, sanctimonialis nobilis & fundatrix, obiit postmodum in anno Domini 1200. 3. Calend. Iunii.

De obitu Henrici Pontificis, & collegio in Steenvvyck, ac inceptione nouæ fabricæ Ecclesiæ Traiectensis, & de electione Iohannis de Nassauu.

Cap. IV.

Anno 1267. moritur Henricus Episcopus.

ANno Domini 1267. secundo Nonas Iunii, Episcopus Traiectensis, Henricus, requieuit in Domino, postquam annis decem & octo victorioſe præfuisset Episcopatui. Hic reuerendissimus pater collegium duodecim Canonicorum in Steenvvyck primus instituit, ac etiam fundamentum nouæ fabricæ Traiectensis Ecclesiæ: lapidem primitiuum seu fundamentalem primus iecit, qui ad eandem Ecclesiam tam à clero, quam à populo in fastigium istud pontificale euectus est. Et postquam omnium sutorum votis sanctissimis moribus vere respondisset, digno tali præsuli busto pone suos prædecessores est tumulatus. Eodem igitur fato abrepto, & extremo illi persoluto honore, Ecclesia Traiectensis Iohannem de Nassau elegit tricesimum nonum Antistitem, virum sęcularem, sed rerum expertem. Hic Episcopus castella cunctis referta adinuenit necessariis, quia dexteritas sui prædecessoris & prouidentia contra imminentes hostes sagacissime præmuniut. Eodem anno obiit vndecimo Calendas Ianuarii Machtildis Comitissa, mater magni Wilhelmi, fundatrix monasterii Lausdunensis sanctimonialium, ordinis Cistercien sium, tumulata in eodem monasterio. Huius monasterii prima Abbatissa, nomine Icama, obiit anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono.

Idem fundator Canonicarum in Steenvvyck.

Ioannes primus Episcopus Vltraiectensis 39.

Moritur Machtildis Comitissa.

De malitia Domini VVolperti de Leederdam.

Cap. V.

POrro circa hæc tempora Folpertus, Dominus de Lederdam & Haesttecht, inuidẽs felicitati Iohannis, noui Domini de Arckel, nepotis sui, satagebat omnibus ner-

uis

Folpertii nequitia.

uis ipsum occidere vel deprimere. Erat enim Folpertus totus ex sceleribus consutus, & (prout dicebatur) fecit diabolo homagium, vt suam voluntatem malam contra inimicos perficeret. Qui cum iam dictum de Arckel cognatum suum publice debellare non valeret, corruptè secrete custodem de Arckel pro certa summa pecuniarum, quatenus Dominum in sacra nocte natiuitatis Christi, idem Dominus de Arckel cum esset in Ecclesia, firmiter obstrueret omnes ianuas Ecclesiæ, & postremo, ipso exeunte, faceret cum campana signum, quo facto, ipse cum suis caperet Dominum de Arckel. Custos gauisus, oneratus pecuniis, rediit ad domum. Igitur, adueniente nocte sanctissima natalium Redemtoris nostri, prædictus Dominus de Arckel, relicta sua coniuge domi grauida, cum suis Ecclesiam intrauit ad audiendum diuina & nocturna officia ministeriaque. Eadem vero nocte, vt decretum erat, adfuit cum multis armigeris Dominus de Leederdam, qui seuere excubias locauit in orientali parte Ecclesiæ super fluuium seu littus illius aquæ. Quod cum didicisset Custos per secretum nuntium, Dominus de Leederdam statim firmiter clausit ostia Ecclesiæ. Sed ecce, Deo disponente, antequam idem omnia bene occlusisset, Dominus de Arckel, omnium harum proditionum ignarus, exiuit clanculo cum duobus famulis, Custode inscio, Ecclesiam ad exonerandum ventrem, qui cum paululum fecessisset, Custos, protinus pulsans campanam exiuit foras, & deforis ostium taliter obturauit, quod nullus poterat intrare aut exire. Audiens igitur Dominus de Lederdam sonitum campanæ protinus cum suis surgens circumuallauit Ecclesiam, pergirum putans & disponens iam flammis consumere in Ecclesia Dñm de Arckel. Nam succensa Ecclesia ab omni parte cõflagrauit, ac etiam incendio incinerauit totam Ecclesiæ fabricam vna cum venerabilibus sacerdotibus, aliisque in eadem existentibus excepto vno. Dñs igitur de Arckel postquam cognouisset perfidiam & cachinnos suorum æmulorum subditos suos deprimi valde in gemuit, & manebat secrete in via lapidea camera prope Ecclesiã quoadusque diluesceret. Et Dominus de Lederdam plurimum gauisus de perpetrato scelere, sperans Dominum de Arckel iam flammis enectum, recessit quantocius cum suis versus Lederdam. Mane autem prima luce Dominus de Arckel sciens Dominum de Lederdam repatriasse, conuocatis suis intrauit lachrimanda septa conflagratæ sacræ ædis, & collectis corporib⁹ exustorũ sepeliuit ea ante altare S. crucis eiusdem sacri delubri. Peractis his cum Dominus de Arckel relatione testium nonnullorũ proditionem custodis percepisset, certaque audirione cognouisset, vinculatum iussit in partes membratim in tormentis maximis discerpi, & semiexanimatum Vulcano torreri, & sic malus male periit. Audiens autem exlex & sacrilegus Dominus de Lederdam Dominum de Arckel tanto periculo ereptum, succensus ira, arbitrabatur se primo deceptum à custode fuisse, percipiens postea rei veritatem, blasphemabat dæmones, exiensque terram propriam præ pudore modico tempore traxit moram in superioribus partibus, rediens autem transfodit aggerem in dominio Arckelensi & Viamensi propter inundationem aquarum suffocando multos mortales cataclismo isto. Cum itaque in malis progrediendo nulli impietati extremam imponeret manũ, sed magis in peius collaberetur, & in Haestrecht cum omnibus pene amicis congratulabundus pransus fuisset, & post prandium inebriatus in corona amicorum suorum in platea constitisset, repente corpore & anima manifeste ex eorum oculis stupentibus cunctis est abreptus, & de cætero euanescens nusquam comparuit, sed in eodem quo steterat loco, permanserunt res guttæ recentis sanguinis super vno lapide, & post hoc nullus audebat remanere in castro de Lederdam propter horrendum sonitum & apparentium spirituum formidinem incolentium idem castrum. Quod intelligens Peregrinus filius eius, & paternæ prauitatis hæres vir totus in bellis exercitatus, rantæq; malignitatis vt dubitares, an filio an patri dares palmam malitiæ & nequitiæ. Idem diruit illud castrum, & reædificauit a fundamentis aliud nouum pone fluuium Linge dictum in terminis Sicambrorum siue Ghelriæ, & ad occidentalem partem architectus est oppidum Leederdamense.

Insidias struit Folpertus Domino de Arckel.

Ecclesiam incendit Folpertus vt vota compleat.

Custos proditor flamma exurit ur.

Horrendus sonus Folpertii.

Spectra in castro Lederdã

De tumultu Kenemarorum, & malis ab eisdem perpetratis.

CAP. VI.

An. 1268. prodigium in aere visum. Eadem Beka.

ANNO Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octauo viſum eſt quoddam ſignum prodigiale. In aere enim pugiles apparuerunt dimicantes contra alterutrũ vt bellatores in acie, quod prodigium ſubſequuta fuit immenſa calamitas, nam contra nobiles ſæuiit communitas. Cum enim Florentius Hollandiæ Domicellus in epheb. adhuc exiſterer concitatum vulgus irarum ſtimulis Kenemariæ contra nobiles

primo

primo tumultuari cæpit, vt plurima castra Dominorum & illustrium militum ausu temerario deuastaret: ita quod omnes fere nobiles ad præsidium Haerlemense anxiè confugerent, vt ibidem sedtitiosę multitudini gnauiter resisterent. Decreuerant enim Kenemenari cunctos nobiles prouincia pellere, castra subuertere, munitiones destruere, & totam ditœcesin Traiectensem in dimocratiam seu tribunitiam potestatem redigere. Quibus confestim vicini Frisones eadem factione sociantes confœderati sunt. Verum Waterlandi cum quibusdam nationibus his sunt adiuncti, atque adeo quod Kenemari innumerabiles prælatorum coaceruarent copias, occupauerunt primo totam Amsterlandiam. Ghiselbertus quidem eiusdem terræ domicellus æstimans suarum virium potentiam contra perduellem multitudinem haud posse sufficere, callide consuluit pacem, expetiuit fœderis societatem, in iuramenta demum deuentum est, & insulsæ plebi cum suis armigeris se coniunxit. Qui tanti exercitus dux effectus decreuit omnes inimicos ab Episcopatu expellere, & primo castrum Vredelant assultibus continuis diruere, & cum idem Ghisbertus in expugnatione castri nihil proficeret, ac efferos istos prædones suam ditionem rerum annona spoliarent. Idem Ghiselbertus arcano consilio Kenemaros admonuit circa noctis vmbraculum castra tollere, repentinum iter capere, & ciuitatem Traiectensem occultè capere, nec mora quin Kenemari Ghisberto consulente clam deuenerunt ad ciuitatem ante Solis ortum, quam extunc cum suis innumeris bellatoribus in girum vallauerunt. Excubatores vero nocturnis deputati vigiliis de tanta colluuie plebis stupefacti superuenientis excitauerunt ciues suos nuntiantes Tartaros aduenisse, totamque ciuitatem cum infinitis armigeris occupasse. Ciues autem apprehensis armis ad defensionem vrbis accelerantes ascenderunt turres & mœnia, statuerunt que de cacumine murorum primo quædam interlocutoria verba. Econtra vnus de Kenemaris eloquenter in verba prorupit, qui facto silentio ciuibus in hunc modum est loquutus. Salutat vos libera gens KENEMARIÆ amicos constanter expostulans, quatenus omnes nobiles ciuitatem aggrauantes ab vrbe vestra proscribatis, & eorum facultates egenis seu pauperibus erogetis. Et ecce vix hic interpres sua verba finierat, cum inter ciues magnus tumultus oriretur. Plebei namque ex sermone Kenemari animosi effecti, apprehensis armis statim eiecerunt tribunitiæ potestatis duos illustres viros & nobiles, statuerunt que de senioribus cuiuslibet officii Scabinos & consules, qui iudicium siue iustitiam in vrbe exercerent, & ad communem vtilitatem ciuilia iura disponerent. Igitur expulsis à ciuitate cunctis nobilibus, vulgus noua fretus potentia percussit cum Kenemaris fœdus inseparabilis amicitiæ, quibus continuo connexi Amersfordienses cum aquilinis Emelandiæ. Iohannes autem Episcopus Traiectensis hæc intelligens cum excellentissimo Comite Ghelriæ Ottone deuenit in Zeyst, vt expulsos nobiles in ciuitatem reduceret, & seditionem plebis seuere corrigeret. Econtra Kenemari suas acies ad prælium ordinauerunt, vt in virtute disturbarent magna Episcopi cuneos contra se oppositos, sed Comes Ghelriæ haud expers militiæ attendens efrenatum populum, & copias innumerabiles, recusauit cum paucis militibus discrimen inire certaminis. Eapropter sine cunctatione cum Episcopo retrocessitad Veluam, vt ad euentum belli sufficientem armigerorum posset aggregare copiam. Ghisbertus itaque de Aemstel Archistrategus tam indomitæ plebis videns sibi cuncta prospere succedere castella Ghiselberti de Aphonda, Wilhelmi de Isenburch, ac Huberti de Vianem aduersiorum suorum deiecit, & exinde Kenemaros; et quandam astutiam à rumultu belli moderans in hunc modum loqui cæpit. Bellatores acerrimi ac amici charissimi videtis, quoniam totum Episcopatum hoc anno subegimus, & expulsis nobilibus castra munitissima potenter euertimus. Anno sequenti Comitem Ghelriæ etsi fama & præconio rerum felicissime supra fere sidera sublatum, qui se nobis opposuit, debellare proponimus, totamque suam ditionem hostili bello depopulari decreuimus. Nunc autem quia vindumnæ tempus instat, expedit vt omnes tendamus ad propria, & ad sustentationem paruulorum nostrorum colligamus quæuis necessaria. Igitur Kenemari, suadente Ghisberto, coadunauerunt exercitum, & protinus repatriantes ad Kenemariam obsidione cinxerunt oppidum Haerlemum, quod sine intermissione diris impegerunt assultibus, vt quamplurimos intus missilibus & fundibulis collíderent. Econtra oppidani cum nobilibus circumuallarum oppidum egregie defensarunt, & extraneos hostes à munitione præsidii sagittis abegerunt. Iohannes vero Persyn miles inclitus oppidum clam exiens, vehicula Kenemarorum cibariis repleta apprehendit, & exinde plurimas villas hostium capitalium inflammauit. Kenemari quidem post tergum respicientes incendium relicta

Frisones & Waterlandi cum Kenemarii in hostili & magistratus conspirant.

Ghiselbertus Capitaneus seditiosa plebi.

Kenemari Traiectum obsident.

Traiectenses ad obtinendā Kenemarorū magistratus mittunt.

Ghiselbertus ad suos.

Haerlemum à Kenemariis obsessum.

Liberantur ab obsidione Haerlemenses.

cta obsidione festiuauerunt ad propria deferentes in papilionibus multiplicis generis supellectilia, nec mora cum & ciues de munitione sua erumpentes cateruatim fugitiuos hostes pernici cursu sunt insequuti, & occisis multis cum captiuis & spoliis in Haerlem glorioſe repedarunt. Episcopus autem Traiectensis & comes gloriosus Gelriæ gauisi de profligatione Kenemarorum, roboratum attraxerunt exercitum, & ciuitatem Traiectensem die 29. mensis Augusti obsiderunt in circuitu. Die vero obsidionis 4. præfati Principes attendentes ciuitatem non posse capi sine magnis expensis & machinis, perpendentes ex quotidianis oppugnationib. vrbis numerum vulneratorum augeri, euulsis illico tentoriis circundederunt munimentis. Amorsfordiam, ideo quia pridem in iusiurandum descenderunt cum Kenemaris, quam tum Ottho illustris comes Ghelriæ in deditionem accepit, qui ipsam propter contumaciam verborum funditus deuastauit. His itaque prospere gestis, comes valedicens Episcopo insigni tropheo recessit in terram suam. Iohannes autem Antistes secessit in ditionem Transisulanam & deuenit in Dauentriam. Demum transacto biennio Zvvederus de Boschê imperterritus, cum omnibus iam dudum expulsis ex ciuitate Traiectensi, die decima mensis Septembris in aurora diei Paschalis solemnitatis mœnia Traiecti trascendens, deceptis stationariis vrbem inuasit, & occisis quamplurimis idem Zvvederus triumphum adeptus est, qui à plebe electos magistratus vrbe profligauit, & antiquos patritios consulares que pristinæ potestati restituit. Processu vero temporis econuerso quidam proscriptorum clanculo vrbem subintrauerunt, & vniuersam communitatem ciuilibus bellis vexauerunt. Quibus vtrunque discordantibus Nicolaus de Katzemiles Florentii iuuenis pupilli Domicelli Hollandiæ tutorem egit, cum quingentis saltem armigeris Traiectum confestim aduolauit, & securibus, bellicisque machinis valuas portarum perfregerunt, & in medio vrbis pro tribunali consedit, mille & quadraginta personas ab vrbe exilio multauit, & cuncta iura ciuilia ad nutum & voluntatem ordinauit.

Zuederus Traiectum recuperat.

De Reynaldo vltimo Comite Ghelria.

Cap. VII.

An. 1271. moritur Ottho comes Gelriæ.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo, quarto Idus Ianuarii obiit Ottho, nominis celebritate celebris Comes Ghelriæ & Zutphaniæ, postquam gubernasset annis quadraginta duobus, & sepelitur in monasterio vallis Comitis. Tunc succeſſit ei Reinaldus filius suus, Comes Ghelriæ & Zutphaniæ. Hic duas legitimas succeſſiue accepit conthorales. Prima fuit Eringardis Ducissa Lunburghensis, ex qua nullas susceperit proles, qua defuncta accepit coniugem Margueretam filiam Zvvidonis de Dampier, Comitis Flandriæ, ex qua genuit Reynaldum Nigrum cognominatum, sibi succedentem primum Ducem Ghelriæ, Philippam & Isabellam moniales inclusas ad S. Claram in Coloma. Is etiam Reynaldus Comes post duos annos impertauit prius inter Ghelriæ Principes à Rege Romanorum Rodolpho, quatennis denarios & numismata nomine & consensu Imperatoris in oppidis suis Ruemunda, Aernhemio & Haidervvyck cudere liceret.

Reinaldus Niger primus Dux Gelriæ.

De obitu S. Ludouici Regis Franciæ, & eius succeſſoribus.

Cap. VIII.

An. 1271. moritur S. Ludouicus Francia rex.

Anno Domini 1271. obiit S. Ludouicus Rex Franciæ in itinere terræ Sanctæ, postquam 44. annis regnasset. Cui succeſſit Philippus filius eius. Huius Philippi Regis Franciæ prima vxor erat Isabella filia Regis Arragoniæ, de qua genuit Ludouicum & Philippum Pulchrum Reges Franciæ sibi succedentes, Carolum Comitem de Valoys patrem Philippi de Valoys Reges Franciæ. Qua defuncta duxit aliam vxorem, scilicet Mariam filiam Iohannis Ducis Brabantiæ, & genuit ex ea Ludouicum Comitem de Doringhen, Mariam Ducissam Austriæ & Margueretam Angliæ. Pater autem Philippus Rex Franciæ prædictis 14. annis, & obiit in anno Domini 1285. Successit autem ei Ludouicus filius eius vno anno. Quo defuncto regnauit Iohannes filius Ludouici duobus annis, & tunc idem Iohannes obiit sine liberis. Defuncto autem eo factus est Rex Franciæ Philippus Puchereius patruus, filii Philippi filii S. Ludouici. Huius vxor fuit Iohanna filia Regis Nauarræ, ex qua genuit Ludouicum Regem, Robertum iuuenem, Philippum Longi Regem, Carolum Pulchrum Regem, & Isabellam vxorem Eduardi secundi Regis Angliæ. Porro prædicti tres fratres sibi inuicem succeſſerunt, non relinquentes liberos, sicut plenius narrabitur in libro

vigeſimo ſeptimo.

De bello

De bello Florentii Iuuenis Comitis Hollandiæ contra Frisones.

CAP. IX.

ANNO domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo viceſima die menſis Auguſti Florentius Comes Hollandiæ Iuuenis ſeptendecim annorum validam expeditionem indixit aduerſus Friſiam vt oſſa patris ſui deportaret ad Hollandiam: & Friſones econtra in aciebus fortiſſimis prope Vronen occurſarunt & quingentos pugnatores ſtrenuos nefandiſſime necauerunt, in quo conflictu corruerunt hi milites & approbati pugiles Warenboldus Wtenhaech & Albertus filius eiꝰ Theodoricus de Raephorſt & Gherardus frater eius Iacobus de VVaſſenaer Bernardus VVtenhaech & Gherardus de Harmcken & VValterus Friſo Baliuus Kenemariæ cũ VVilhelmo filio eius occiſis. Itaq; toto electis bellatoribus Hollandenſis exercitus vſq; ad planitiem agrorum in Heylighelto fugam capeſſunt vbi ſecundario per recentes armigeros truculentum bellum inchoauerunt in quo peremti ſunt pluſquam octingenti Friſones, in quo eodem die ſufficienter vlti ſunt interitum prædictorum militum interemptorum. *Anno 1272.* *Nomina aliquot nobiliũ occiſorum, in bello.*

De Progenie Henrici tertii Regis Angliæ & de Eduardo primo Rege Angliæ.

CAP. X.

ANNO Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio obiit Henricus tertius Rex Angliæ & ſepelitur in VVeſt monaſterio poſtquam regnaſſet quinquaginta ſeptem annis. hic fuit frater Richardi Regis Romanorum prædicti, filius Iohannis Regis Angliæ qui Johannes ſucceſſerat Henrico ſecundo interfectori S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi qui ſucceſſerat Machtildi matri ſuæ & Machtildis ſucceſſerat Henrico primo patri ſuo: & hic fuerat ſucceſſor VVilhelmi fratris ſui & ambo filij VVilhelmi ducis Nortmanniæ. Angliam bellico apparatu obtinuit in anno domini milleſimo ſexageſimo ſeptimo. Prænominatus ergo Henricus tertius habuit duos filios vtpote Eadmundum & Eduardum. Et quia Eadmundus ſenior filius ineptus fuit ad regnum propter deformitatem membrorum, communi conſilio principum eſt decretum vt Eduardus Iunior ſucceederet in regno ea tamen conditione vt filij Eduardi ſuccederent in Regnum poſt mortem Eduardi, & ſic Eadmundus Dux Lancaſtriæ & Eduardus ſit Rex Angliæ. Hic eſt Eduardus primus qui habuit in vxorem Margueretam filiam Philippi Regis Franciæ filij S. Ludouici Regis ex qua genuit Eduardum ſecundum ſibi ſuccedentem Regem & Elizabeth Comitiſſam Hollandiæ vxorem Domicelli Johãnis Comitis Hollandiæ & Margueretam ducisſam Brabantiæ, vxorem ſecundi Iohannis Ducis Brabantiæ. Porro Eadmundus Dux Lancaſtriæ ſenior filius Henrici Regis prædicti duxit in vxorẽ filiam Regis Nauarreorum ex qua genuit Thomam & Henricum Duces Lancaſtriæ. Mortuo tandem Eduardo primo voluit idem Thomas Dux ſuccedere in regnum ſicut præordinatum erat. Sed Eduardus ſecundus volens retinere regnum captiuauit Thomã nepotẽ ſuum & decollauit eum in anno Domini 1338. Hic Thomas poſtmodum claruit miraculis & quia idem Thomas non reliquit proles ideo frater eiꝰ Henricus factus eſt Dux Lanceſtriæ q poſtea genuit Henricum Ducem Lancaſtriæ, & Machtildim vxorem Frenetici Wilhelmi Ducis in Bauaria Comitis Hollandiæ & Zelandiæ. Henricus aũt Dux Lanceſtriæ frater Machtildis præfatæ genuit vnicã filiam Blanchã nomine quæ nupſit marito Iohanni de Ghandauo quarto genito Eduardi tertij Regis Angliæ cui peperit Henricum quartum Regem Angliæ prius Ducem Lanceſtriæ & Comitem de Derby de quo poſtea dicetur. *Anno 1273.*

De memorando omnibus ſeculis miraculoſo partu & natiuitate exuma fœmina trecentorum ſexaginta quatuor paruulorum facta in Lanſduno.

CAP. XI.

ANNO Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto Margueretа Comitiſſa de Hennenburch altero poſt ſolemnitatem annuntiationis die q fuit runc ipſo ſacratiſſimo die Paſchatis, peperit in Hollandia proles trecentas & ſexaginta quatuor: inauditum quod fuit omnibus priſcis temporibus. Quod ſic euenisſe narratur. Prædicta enim Comitiſſa quodam rempore vidit vnam pauperculam mulierem cuius maritus nuper vita exceſſerat oſtiatim ſtipem rogantem atque ſuper brachia gerentem quæſtus gratia duas proles quas vnico partu ediderat. Hanc videns prædicta Comitiſſa increpando ſpreuit eam allegans non fore poſſibile vnam mulierem *Anno 1274.*

concipere ab vno viro pluſquam vnicam prolem. Tunc illa paupercula ſe excuſando per DEI potentiam hoc fieri poſſe affirmabat. Comitiſſa non credens ignominioſe reiecit eam à conſpectu ſuo contumeliis oppletam. Quapropter miſera inopſque mulier oculos ducta relligione & mœrore lachrimis madidos in cælum tuſtulit & Deum cui omnia poſſibilia ſunt humilimis precibus enixe eſt deprecata vt Comitiſſa conciperet à Comite marito ſuo tot proles quot ſunt dies in anno: quod & mirabili euentu contigit. Nam Comitiſſa concipiens ab Hermanno Comite de Hennenburch grauida efficitur & deſcendens in Hollandiam & adueniente tempore vterus ipſius tantopere intumeſcebat vt fidem hominum excederet. Et quoniam materteræ Florentij Comitis Hollandiæ quidam Epiſcopus fuit conſanguinitate coniunctus Gvvido nomine, accelerauit ad eam vt editam ſobolen ſacris lymphis expiaret. Peperit ergo hæc dicta Comitiſſa tot proles quot ſunt dies in anno, & omnes maſculi nominabantur Iohannes in Baptiſmo & omnes filiæ Elizabeth. In ipſa hora partus mater Comitiſſa vitam cum morte commutauit & omnes proles etiam eodem die defunctæ ſunt, ſepeliebaturque cum pignoribus ſuis in monaſterio Lauſdunenſi prope Hagham Comitis. Hæc itaque Comitiſſa fuit filia Florentij Comitis Hollandiæ decimi tertij & ſoror VVilhelmi Regis Romanorum. Eius vero patruus fuerat Ottho Epiſcopus Traiectenſis. Et eius auunculus Henricus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, eius fuit ſoror Adelheydis Comitiſſa Hannoniæ & nepotes habuit Ottbonem Comitem Ghelriæ & Henricum Epiſcopum Leodienſem fratrem eiuſdem Otthonis.

De Occiſione Comitis Iuliacenſis in Ciuitate Aquiſgrano & de Incendio Ciuitatis Traiectenſis.

CAP. XII.

Anno 1278.

ANNO Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo VVilhelmus Comes Iuliacenſis cum filio ſuo primogenito in crepuſculo noctis Ciuitatem Aquiſgranum Siphrido Archiepiſcopo Colonienſi Inimico ſuo tunc obſeſſam dolo viſus eſt obtinere quam multis cum armigeris clam ingreſſus eſt: ſtationarij vero excubatores de tanta hoſtium caterua inopinate ſuperuenientium ſtupefacti excitis à ſomno velocirer ciuibus inſulurrauerunt armatorum exercitum adeſſe. Ciues vero excitati armis ſe munientes confeſtim ad defenſionem vrbis accelerauerunt exhortantes ſe mutuo ad pugnam. Itaque cum cognouiſſent Comitem Iuliacenſem adeſſe occurrerunt ei cum furore ad dimicandum in medio foro. Iuliacenſes ex illo impetu nimium formidantes ac paulatim diſſugientes dictum Comitem cum filio deſeruerunt ſuo, qui cum quadringentis & ſexaginta pugnatoribus ibidem fuit proſtratus. Quapropter Iuliacenſes in vltionem ſui Comitis Aquiſgranenſes multis militum excurſibus plurimum deuaſtarunt & armorum potentia eorum Remp. labefactarunt. Tandem pax compoſita inter eos vt ab vtraq; parte arbitri feligerentur viri prouidi, prudentes & virtute conſpicui. Quorum demum arbitrio diffinitum eſt vt Iuliacenſes omnem rancorem deponerent & omnem offenſam Aquenſib, remitterent ac omnes viatores atq; peregrinos in terris ſuis defenderent & vt omnes qui in omni ſeptennio Ciuitatem Aquenſem pro indulgentiis viſitare vellent, ab omni prædonum & hoſtium iniuria ſecurarent atq; reducerent: pro quibus laboribus Aquenſes Comitibus Iuliacenſibus perpetuis temporib' præſtare promiſerunt gratioſe medietatem omnium oblationum quæ in Eccleſia Deiparæ virginis Mariæ ex deuotis Chriſti fidelium oblationibus ſingulis ſeprenniis prouenirent & contingerent Aquiſgranenſibus. Anno Domini 1279. in die S. Georgij martiris pene tota Ciuitas Traiectenſis combuſta eſt. Vnde Eccleſia S. Iohannis S. Petri Brueckeid eſt fratrum minorum & S. Catharinæ flammis totaliter ſunt conſumptæ.

Iuliacenſes capiuntur Aquiſgrani. Pax componitur.

Anno 1279. tota ciuitas Vltraiectenſis incendio vaſtatur.

De translatione Corporis VVilhelmi Regis Romanorum.

CAP. XIII.

Anno 1281.

ANNO Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſecundo Florentius Hollandiæ Comes ædificato quodam caſtro q; dicitur VVydeneſſe Friſonum armatas Phalanges viriliter aggreſſus eſt in Hoghenvvonda occiſiſq; ſexcentis Friſonibus inopinatum triumphum adeptus eſt: in eodem namq; bello quidam ſeniculus homo ad vitam reſeruatus ſepulchrum wilhelmi Regis Romanorum prodidit. Florentius ergo oſſa patris ſui leuans cum eiſdem Traiectum adiit vbi celebratis exequiis regalibus in VValachriam magnifico Comitatu & ſolemniori apparatu regale corpus in monaſterio Middelburghenſi ordinis Præmonſtratenſium honorifice humo condidit.

De littera

De littera quæ dicitur vidimus Florentii Comitis pro VVilhelmo de Egmonda.

Cap. XIV.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo tertio Dominus VVilhelmus de Egmunda obtinuit vnam Epiſtolam ſeu ſcriptum exemplar à Florentio Comite Hollandiæ, cuius tenor eſt talis. Nos Florentius Comes Hollandiæ notum facimus vniuerſis præſentia viſuris ſeu audituris, quod coram nobis venit fidelis noſter VVilhelmus de Egmonda miles & oſtendit nobis cum hominibus Eccleſiæ & litteris monaſterii Egmondenſis cum feudali iure tenere libere à monaſterio præfato omnem iuriſdictionem, altam ſcilicet & baſſam inter arcem Merswet & VVynnermerſet, vlterius oſtendit nobis cum hominibus Eccleſiæ noſtræ, quod ipſe in domo ſua prope Rynnegom ſuper manſum ſuum vbi domus ſua ſituata eſt retinere libere poteſt exules noſtros, dummodo cum rapinis & incendiis damnum nobis non inferunt neque terris noſtris, ſed in aliis locis dominii ſui & in Egmonda non poteſt eos retinere, cum tamen aliæ Iuriſdictiones omnes ſibi libere pertineant ſicut dictum eſt. Et quia iſta oſtenſio in veritate coram nobis facta eſt, ideo recognoſcimus pro nobis & tota poſteritate noſtra eam rem ſigillatam ſigillo noſtro. Datum apud Albertum Berghe anno domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo tertio. porro iſta ſcedula habetur in theutonico in conſimili conſenſu ſicut hic ponitur in latino. *Anno 1283. Tenor epiſtolæ*

De Mappa beatæ Mariæ virginis in Huckelum.

Cap. XV.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo erat quædam mulier nomine Elizabeth quæ quamuis libidinoſa & vaga fuit, in ſabbatis diebus ob honorem & reuerentiam virginis glorioſæ Sanctæ Mariæ ieiunabat & corporis turpitudinem non exercebat, ſed orationibus boniſque vacabat exercitiis, cui poſtmodum vna dierum beata virgo apparebat præcipiens, quatenus continenter de cætero viueret vitamque in melius mutaret & iret ad virum dictum Huckelum, eidem mandauit. Quod ibidem miraculum in eam dominus dignaretur operari. Quæ vale dictis ſuis & diſpoſitis domi negotiis obediens voci Domini Dei matris venit ad occiduam partem eiuſdem viri ad eandem domum petens hoſpitium. In cuius horto hodierno tempore imago glorioſæ virginis Mariæ proceſſionaliter cum canticis, hymnis, & laudibus hominum frequentia deportatur, quæ cum ibidem eſſet hoſpitio excepta ex amore Dei ducta Zelo deuotionis erga ſanctam Dei matrem in eadem domo manſit & cancillæ officio fungendo domeſticis eſt annullata aliquo tempore: tandem exponens eiuſdem domus patrifamilias & curialibus quibus ſeruiebat alto ſilentio ordine ſeriem & ſuæ vitæ præteritos actus narrauit. Inſuper apparitionem & iuſſionem beatæ virginis propter quam illuc aduenerat exſpectans promiſſam conſolationem deſuper ipſi affuturam. Eamobrem deinceps non vt famula ſed pro filia domus reputabatur præcipue cum non ignota ſigna humilitatis & auſteritatis in ipſa colluc erent quæ gemitibus & in celum erectis palmis & oculorum acie in admirationem & in ſui amorem homines pertrahebat. Igitur cum ſic aliquanto tempore in anteactæ vitæ emendatione progreſſus feciſſet, accidit vt in crepuſculo diei domum exiret & in publica platea vel via ſitienſque vidit in recenti lacu aquam recentem copioſam ſatis limpidam ad potandum: quæ cum ſe inclinaret ad bibendum & ſe non muniuiſſet ſigno ſanctæ crucis antequam biberet cecidit ante eam in eadem aqua quædam maſſa luti ad quantitatem & formam nigræ fabæ. Sed ipſa hoc parui pendens nihilominus bibit & veniens domum cœpit inſanire & furere inſtar dæmoniacæ. Compatiens autem ei domina cui ſeruiebat mente reuoluens ea quæ ſibi dudum prædixerat ſuadebat vt more Chriſtianorum ſecum iret ad Eccleſiam Hoeckelum & confiteretur peccata ſua, erat enim tempus quadrageſimale. Vadens igitur cum Domina ad Eccleſiam ficte faciebat ſuam confeſſionem redienſque domum permanſit per quadrageſimam quaſi ſemilibera ita vt die Paſchæ inſtinctu Dominæ ſuæ iret cum ea ad Eccleſiam vt communicaret; quæ tum in Eccleſia ſicut prius ſe gerebat, non poterat intueri corpus domini tempore eleuationis. Tandem miſſa finita cum cæteri irent ad communionem, perſtitit ipſa fixa in quodam loco Eccleſiæ non volens communicare. Dum ergo ſic ſtaret venit vox ad eam quaſi ab in- *Anno 1288.*

uiſibili

uisibili spiritu prolata, quid hic stas? vade & communica vt ceteri faciunt. Admirans ergo & videns stupefacta retrorsum neminem conspexit. Demum à maligno spiritu compellata, cur retrospiceret monita est dicente. Vade, ego prope te sum, noli timere, fac vt reliqui faciunt. Accedens ergo altare suscepit Corpus Domini Saluatoris, sed nequaquam consumere valuit: videbatur namque ista dura instar petræ: veruntamen Domina sua gaudia eius ancillæ de sumta sacra synaxi: cumque pariter Ecclesiam exirent venit columba niuea & recepit ex ore ancillæ corpus Christi euanuitque ex oculis eorum. dum ergo venissent domum stupente Domina magis solito cepit insanire vt necessario loris & compedibus stringeretur: tertia vero dehinc die creator compatiens suæ creaturæ illuminauit eam intus meritis sanctæ suæ matris: vocans igitur dominam suam petiit benigne vt sibi daret mundissimam mappam domus suæ. Cumque Domina quæreret quid cum ea facere vellet respondit: Domina nostra mater misericordiæ veniet hic statim cum sancto Johanne Euangelista & sancta Elizabeth ad liberandum me: currens ergo Domina valde attonita, & quamuis multas bonas habuit mappas in scrinio suo, nullam tamen illarum cito potuit habere: moram autem faciente Domina clamabat ancilla dicens: O Domina charissima festina quia prope est virgo Maria cum aliis sanctis ad visitandum: nolens ergo diutius tardare accepit mappam de Kampe factam & posuit deuote super lectum ancillæ: descendit ergo gloria Domini super mappam cum virgine Maria cæteris que prætatis sanctis & statim ab omni phitonico spiritu seu dæmoniaco insultâte est liberata. Quę post gratiarum actionem petiit mundam aquam cum qua purgaret os suum: quod cum factum fuisset rediit & reuoluit istuc prædicta columba & reportauit sibi sacrosanctum corpus Christi, quod ipsa humilime reuerenter & cum magna deuotione suscepit: circumstantes eminus visibiliter viderunt tremendum istud misterium ipsi porrigi visibilis Christi corporis, columbam autem nequaquam: quo facto reuerenter replicata mappa ad pristinum rediit locum. Rediit & spiritus tartareus eam valde terrendo & de illicitis tentando. Sed ipsa per inuocationem sanctissimi nominis Mariæ virginis eum fugauit, recedens ergo dæmon succendit stramen lecti super quem cubabat noctu, vt eam cum lecto combureret. Sed ipsa De radiatorio ignem fere inextinguibilem ambabus manib. extinxit: sed in extinguendo propemodum cutem, carnem, neruosque manuum suarum combussit. Quæ dum grauiter cruciaretur, multis astantibus petiit sibi dari eandem mappam quam cum super combustas manus applicaret, sospiratem earum consequuta est vt deinceps omnibus diebus perseuerauit in ministerio beatæ virginis Mariæ. Hæc autem mappa hodierno tempore non immerito conseruatur pro reliquiis in eadem Ecclesia de Huckelum & basiatim siue osculo & omni zelo religionis excipitur.

De subiectione Frisiæ Occidentalis.

Cap. XVI.

Anno 1285. inundatio maris Frisiã reddit cæpitosam. Vide hæc eadẽ apud Bekam. Castra aduersus Frisios adhibita.

Anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto decima quarta mensis Decembris ex magna ventorum intemperie facta est aquarum eluuies, quæ submersis hominibus & iumentis lachrimosum fecit excidium. Theodoricus vero dominus de Brederoede vndecimus cognominatus pius bellicosus princeps iubente Florentio Comite Hollandiæ classem aptans & exercitum congregans remigauit in Frisiam & acceptis singulatim obsidibus vniuersam illam prouinciam sine bellorum strepitu subegit. Comes ergo Florentius aquis refluentibus quatuor castella munita, Medenblick, Emugheburch, Middelburch & Miburch ædificauit & armauit cum quibus effrenatæ plebis innatam rebellionem refrenare posset.

De vxore Florentii Comitis Hollandiæ & eius prolibus.

Cap. XVII.

Eadem Beka. Guido Comes Flandriæ. VValachrid impetit. Pax inter Guidonem & Florentium.

Cvmqve Florentius Comes Hollandiæ Imperio vtribusque posset orientalem Frisiam, Guido de Dampier Comes Flandriæ transfretauit ad subigendam walachriam. E contra vero Florentius Comes Hollandiæ cum electis armigeris festinauit Guidoni potenter occurrere & cum eo nauale certamen committere. Sed Iohannes Dux Brabantiæ hoc intelligens in Zelandiam cito aduolauit, bellum suspendit & in hunc modum firmam amicitiam inter vtramque partem laborioſe confecit

confecit, quatenus ipse Flotentius Beatricem filiam Guidonis in vxorem duceret & sic vtriusque partis exercitus sine conflictu diremptus ad proprios lares recederet: quod & ita factum est. Nam Florentius eandem Beatricem cum magna solemnitate ducens genuit ex ea Johannem, Theodoricum, Florentium, Wilhelmum, Otthonem, Beatricem, Machtildem, Elizabet & Margaretam: omnes istæ proles in pueritia & crepundiis obierunt & in monasterio Lansdunensi sepeliuntur excepto Iohanne qui patri suo in comitatu successit. Habuit etiam idem Florentius comes Hollandiæ duos filios illegitimos, Wittonem primum dominum de Harenste in Zelandia & wilhelmum militem. Itaq; Florentius Comes Hollandiæ excellentis structuræ palatia curiisq; constructit in Vogelesanck prope Haerlemium & in Hagha Comitis vbi cum proceribus & matronis infra siluatum frondosa latibula venationi operam dando in cursu & armis militarem exercebat industriam. Idem etiam Florentius Comes Egregius ampliauit ædificium Curiæ Haghensis, nam superædificauit maiorem aulam cum capella & alias fabricas innumeras.

Florentii Comitis vxor ad que liberi.

De quodam Nigromantico, qui se dicebat Fredericum quondam Imperatorem.

CAP. XVIII.

IN iisdem diebus quidam Nigromanticus comparuit in Missia qui se Fredericum Imperatorem fuisse constanter asseruit, qui plerisque ministerialibus quondam Frederici Cæsaris multa patefecit arcana, vt quam plurimos Imperij principes per varia Dæmonum seduceret ludibria. Frisones igitur accedentes ad præsentiam eiusdem ficti Cæsaris conquesti sunt de violenta inuasione Florentij Comitis Hollandiæ. Et ecce seductor ille sedens pro tribunali in ornamentis Imperialibus Comitem Hollandiæ per Episcopum Traiectensem citari fecit cui per quosdam legatos huiusmodi citationem destinauit: Fredericus DEI GRATIA Romanorum Imperator semper Augustus venerabili viro Episcopo Traiectensi gratiam suam & omne bonum. Cum Imperatoriæ Maiestatis interfit sedare discordiam & punire violentiam, fidelitatem tuam præsentibus his admonemus, quatenus Hollandiæ Comitem coram vasallis Imperii constanter admoneas vt à violenta molestatione Frisoniæ gentis se contineat & desistat, alioquin aduersus ipsum procedemus vt dictauerunt iura legum. Si vero dictus Comes quicquam iuris sibi competere dixerit ex priuilegiis Imperatorum siue Regum cum Frisonibus liberrimis: Mandamus tibi, quatenus eundem Comitem cites infra spacium sex hebdomadarum cum eisdem priuilegiis nobis ostendendis ad nostrum Imperiale consistorium in Misia. Datum ibidem &c. Florentius itaque Comes eidem Nigromantico rescripsit hos versiculos, non ignoramus quod Fredericus Imperator iam pridem suffocatus esset per suos domesticos, & scripsit sic: non es magnificus quondam Cæsar Fredericus, non es monarcha sed nec Missiæ patriarcha. Hic misellus demum ab Archiepiscopo Colonienſi captus omnem nequitiam nigromanticæ falsitatis in propatulo confessus est & in villa witteflore palam omnibus videntibus flammis exustus est.

Eadem Beka. Pseudofredericus turbat imperium.

Epistola eius ad Episcopum Traiectens.

Capitur iandem & comburitur.

De Iohanne de Syrick Episcopo Traiectensi quadragesimo & de bello eiusdem aduersus Dominos de Aemstel & de VVoerden.

CAP. XIX.

ANNO Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo Florentius Comes Hollandiæ vocatus ad consilium Capituli Traiectensis cum cæteris nobilibus Ciuitatem adiit, quoniam Johannes electus Episcopus nondum confirmatus ab Episcopatu deiiciendus esset. Nam & idem Iohannes Ghisberto domino de Aemstel castrum Vredelant & Hetmanno Domino de VVoerden castrum Montfort pro quadam summa pecuniatum dedit in vadimonium, de qua transitione totus cepit quærulari status heroum & Capitularium. Igitur postquam Iohannes de Nassau electus tanquam laicus annis viginti Traiectensi Episcopatui præfuisset ac in magnis debitis diuersis fæneratoribus obligatus esset, tota simul Ecclesia miserabilem statum terræ Traiectensis Domino Papæ scripsit & pro quodam Johanne de Syrick supplicationem deuote fecit. Demum authoritate sedis Apostolicæ Iohannes de Nassau à Pontificio destitutus est & idem Iohannes de Syrick quadragesimus Traiectensis cathedratus est Episcopus, cum igitur Iohannes huius nominis secundus

Anno 1287

Ioan. de Nassau destituitur pontificatu.

Substituitur eius loco Iohannes de Sierck 40. Virtaiesti episcopus.

Eodem Beka. Bellum ob castrum Vredelant.

Secundus Traiectensis effectus erat Episcopus Ghisbertus Dominus de Aemstel habens castrum Vredelandt in vadimonium incepit per quoddam nouum theloneum Traiectensem aggrauare populum. Quapropter Johannes Episcopus de consilio ciuitatis & Ecclesiæ Ghisberto pecuniam exhibens castrum repetiit. Sed Ghisbertus diuersas conditiones in contrarium allegans pecuniam accipere recusauit. Quamobrem prædictus Episcopus congregatis expeditis armigeris decreuit Aemstelandiæ dominum potenter inuadere & ipsum castrum à Gisberto minis & terroribus extorquere. Econtra vero Ghisbertus Hermanno de Woerden auxiliante traxit ab Hollandia robur militaris exercitus. Decreuitque in Zozoringhe prælaturus exire aduersus Episcopum. Et cece concurrentibus aduersus inuicem vtrisque partibus cum tubis stridentibus & vexillis radiantibus Episcopalis exercitus primo prævaluerat & Gisbertum cum omnibus villanis suæ ditionis egregie repulit, nec mora quin & Hermannus Hollandensem eduxit exercitum totisque viribus episcopalem nitebatur distui bare populum. Hic igitur Hermannus in prima congressione lætaliter vulneratus in rigore certaminis ita strenue mansit vt tandem episcopalem exercitum infra munitionem Annersfordiensem profugauit. Ceciderunt autem in eodem conflictu quidam bellatores egregii videlicet Stephanus & Fredericus de Zulen prope Tulam strenuorum Gheldrorum non infimi heroes in armis, & rerum bene gestarum gloria apud posteros encomio celebrandi.

De Expugnatione Castrorum Vredelant & Montfort.

CAP. XX.

Sic etiam Beka. Florentius comes obsidet castrum Vredelandt.

COMES igitur Hollandiæ Florentius requisitus ab Episcopo & Ecclesia præmissa de restitutione castrorum alienatorum, castrum imprimis Vredelant obsedit cum quibusdam armigeris ab Hollandia applicando machinas ad quassandum turres & mœnia: aliquanto dehinc elapso tempore Comes obsidionem castri renouare desiderans, aduocauit recentes seu iuniores armigeros ex Hollandia proponens prædictum castrum cingere obsidione strictissima. Ghisbertus autem Dominus de Aemstel his agnitis stipendiarios occulte collegit ac improuiso Zelandensibus prope Lueuem potenter occurrit. Econtra vero Costinus Dominus de Fieneff Capitaneus Zelandensium cum buccinis horrisonis & vexillis fulgidis aduersus multitudinem audacter est aggressus de quibus manu strenua triumphalem laudem est adeptus. Corruerunt etiam in illo conflictu Dominus de Brederoede miles inclytus cum quibusdam electis bellatoribus & Ghisbertus Dominus de Aemstel ibidem est captiuatus cum quibusdam de suis commilitonibus. Arnoldus autem frater huius Ghisberti magnificentiam Comitis expauescens castrum Vredelant ex tunc sua sponte resignauit. Quod & idem Comes cum suis balistariis fidelissime communiuit: sed quoniam Hermannus Dominus de woerden Ghisberti omnino complex fuit aptamque rebellionem aduersus ipsum in Zeferinghe iam dudum egerat: idem Comes Florentius iniuriosam contumeliam Episcopo iam pridem illatam vindicare volens, expeditum iterato contraxit exercitum, totamque terram Hermanni per hostiles decreuit deuastare copias. Hermannus vero contra magnanimum Comitem non habens sufficientem resistendi facultatem castrum Montfort suis satellitibus communiuit & castra hostilia à facie Comitis quasi profugus declinauit, sed ecce Comes non desistens ab inchoato proposito dictum castrum per annum circiter obsedit, quotidianis impugnauit assultibus, aptatis ad hoc multis machinis & multorum tormentis generibus. Denique Comes perseuerauit in obsidione. Donec castrum illud vi expugnaret occisis vniuersis defensoribus exceptis duobus. Comes ergo adeptum castrum ppriis adimpleuit armigeris & aduersus Hermannum & eius incursionem continuum statuit præsidium. Processu vero temporis verbum prius inter eosdem principes in hunc modum ordinatum est. Quatenus Ghisbertus de Aemstel & Hermannus de woerden sub obtentu omnium bonorum suorum stipulando cautione fideliter hoc promitterent quod aduersus Episcopum Traiectensem & Comitem Hollandiæ nunquã rebellionem mouerent. Comes aũt pro sumptuosis laboribus ab eisdem principibus fidelitatis acceptaret homagia & ex tunc Episcopus sua reassumeret in potestate propria, pacificatiõeſt. Itaque patentibus instrumentis & pacis vinculo inter se cathenati sunt idem magnates & hostile dissidium Florentius Comes Hollandiæ ex vera nobilitate remouit. Nam Gisbertum & Hermannum omnium suorum conciliorum & necessitudinum fecit compotes, minime attendens ad dictum sapientis, *Inimico recon-*

Ghisbertus in prælio capitur traditurq; castrum Vredelandt.

Castrũ Montfort capitur à Comite Pax composita.

reuncilatone des fidem. quæ certe Iulium Cæsarem ab omnibus inexpugnabilem & Imperio & vita priuauerunt.

De bellicosa Contentione inter Iohannem Ducem Brabantiæ & Reynaldum Comitem Ghelriæ pro Ducatu Limburgensi & de morte eiusdem Iohannis Ducis.

Cap. XXI.

Anno 1281.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo lamentabilis & magnarum rerum controuerſia Inter Iohannem huius nominis primum Ducem Lotharingiæ & Brabantiæ ex vna parte & natalib. clariſſimum Reynaldum Comitē Ghelriæ ex alia parte fuit ſuſcitata propter ducatum Limburghenſem. In quo quidem ducatu generoſiſſimus Comes Ghelriæ ratione vxoris ſuæ vſufructum ſibi vendicauit Duce Limburghenſe abſque liberis defuncto. E contra vero Dux Iure ſucceſſionis in ipſo ducatu ab Adolpho Comite de monte proximo quidem de conſanguinitate Ducis defuncti ſibi emtione & pecuniis ducatum comparauit. Igitur Inclitus Reynaldus Comes Ghelriæ collectis bellatorib. fortiſſimis oppidum Thenenſe dicionis Brabantiæ bellica manu capiens deſtruxit & deuaſtauit: quapropter Iohannes Dux Brabantiæ congregauit in ſuum adiutorium Ciuitatem Colonienſem, Odulphum Comitem de monte prædictum, walranum Comitem Iuliacenſem cum Gherardo Comite de Caſtere fratre eiuſdem walrani, Euerhardum Comitem de Marra, Henricum van deyke fratrem Odulphi Comitis de monte, Iohannem decimum ſeptimum Dominum de Hueſden, & Iohannem decimum Dominum de Arckel cum aliis multis potentibus viris & nobilibus militibus. E contra ingenuus Reynaldus Comes Ghelriæ coadunauit in ſuum ſubſidium Siphridum Archiepiſcopum Colonienſem, Henricum Comitem Lutzenburghenſem & Walranum fratrem eius, walrauum Dominum de Walchenborch Dominum Iohannem de Limborch & Iohannem de Weſteborch cum aliis multis proceribus atq; nobilibus infinitis. Dum autem Reynaldus Sicambrorum ſuorum robore victor vbique fere exiſteret, tandem Iohannes Dux Brabantiæ Epiſcopatum Colonienſem ingreſſus eſt, caſtrum VVormghen quod dictus Epiſcopus conſtruxerat ad munitionem Eccleſiæ Colonienſis & præſentes contra obſtinatos ciues ſuos Colonienſes circumambiuit obſidione valida, tūc Siphrid⁹ Archiepiſcopus & Reynaldus Comes pugnaciſſimus cum prædictis nobilibus eundem Ducem Brabantiæ audacter perſequuti ſunt. In die ſancti Bonifacii factus eſt cruentiſſimus conflictus in quo Dux Ghelriæ optime ſuo munere functus ac Gheldris acerrime pugnantibus fugiente tamen à prælio Domino meticuloſo de VValchenborch induſtria & dexteritate Dñi de Arckel victoria à Ghelris ad Ducem Brabantiæ declinauit: mortuus eſt ibidem Henricus Dominus de Lutzenborch cum VValramo fratre ſuo & Henrico de VVeſterborch fratre Siphridi Archiepiſcopi Colonienſis cum aliis multis nobilibus circiter mille de parte Archiepiſcopi & Comes Ghelriæ cupiens totum exercitum in acie & ordine continere & ante omnes fortiſſime depugnans aduerſo corpore multis vulneribus lancinatus magis eligens actariā Ghelriæ parentelam pugna ſtataria cōdecorare quam fuga nomini ſuo labem aliquam timiditatis inurere à ducali Brabantiæ exercitu captiuatur & per annum carceri inijectus detinetur: neq; non Siphridus per Adolphum Comitem de monte ſimiliter captus ergaſtulo vltra mancipatur, ex parte vero Ducis Brabantiæ dominus Bartholomeus de Melchlinia & Dominus de Zuelen Ghelrus merens Brabanto in pugna proſtrati ſunt, ex quo quidem lamentabili caſu Eccleſia Colonienſis nimium extitit humiliata. Nam eodem turbine Vbalramus Comes Iuliacenſis caſtrum Tulpēſe munitiſſimum cæpit & deſtruxit. Comes vero de Manta in ducatu VVeſtphaliæ munitiones & caſtra Eccleſiæ deuaſtauit. Tandem poſt annū Siphridus Archiepiſcopus Colonienſis à captiuitate laxatus moriens in Metropolitana Eccleſia Coloniæ ſepelitur. Reynaldus vero Comes Ghelriæ adactus carceris incommoditatibus ceſſit Ducatui Limburgenſi in manus Iohannis Ducis Brabantiæ & ſic liberatus rediit ad propria. Potro poſt quinque annos idem Dux Brabantiæ apud Barenſe oppidum tempore nuptiarum ducis Barenſis in haſtiludio lætaliter vulnerat⁹ obiit & ſepelitur Bruxellæ apud minoritas: quo mortuo ſuc ceſſit ei Iohannes huius nominis ſecundus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ & Limburgiæ: hic duxit in vxorem Margueretam filiam Eduardi primi Regis Angliæ ex qua genuit Iohannem ſibi ſuccedentem hæredem ducem. Itaque Margueretа ſoror iſtius ſecundi Iohannis ducis erat vxor Henrici ſeptimi Imperatoris Romanorum.

Thenæ oppidum Brabantiæ capitur & vaſtatur.

Bellum atrox inter Ducem Brabantiæ & Comitē Gelriæ.

Capitur Comes Ghelriæ.

Siphridus Colonienſis Archiepiſcopus moritur.

Ioannes Dux Brabantiæ in haſtiludio vulneratus moritur.

De Progenie Rodolphi Imperatoris Romanorum & eius successoribus in Imperio.

Cap. XXII.

Anno 1288. moritur Rodolphus Imperator.

ANno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octauo obiit Rodolphus Imperaror Romanorum: hic prius fuit Comes de Haspenborch & habuit eadem insignia in clipeo suo sicut habere consueuit VVilhelmus quondam Rex Romanorum & Comes Hollandiæ, genuitque filium & filiam. Igitur tempore Imperii sui deuoluitur ducatus Austriæ ad Imperium. Quem statum donauit filio suo Alberto & sic deinceps Albertus filius suus dictus est Dux Austriæ. Itaque filiam suam duxit in vxorem. Luduicus vnicus Comes Palatinus & Dux Bauariæ & genuit ex ea Rodolphum Comitem Palatinũ & ducem Bauariæ sibi succedentem & Luduicum Imperatorem Romanorum patrem VVilhelmi ducis Frenetici ac ducis Alberti Comitumq; Hollandiæ. Rodolphus autem dux Bauariæ accepit in vxorem filiam Adolphi de Nassavv Regis Romanorum ex qua genuit Adolphum ducem patrem Roberti ducis & hic Roberrus genuit vlterius Robertum Regem Romanorum sancti VVencelai. Defuncto igitur Rodolpho Imperarore electores Imperii elegerunt Adolphũ Comitem de Nassavv virum magnificum in armis. Qui cum octo annis regnasset, Albertus Dux Austriæ filius Rodolphi Imperatoris prædictum occidit in cerramine. Quo occiso electores elegerunt hunc Albertum qui cum Aquisgrani coronatus esset misit sequenti anno nunrios ad Papam Bonifacium octauum pro confirmarione. Quod cum sedulo expetereret ab vniuersi orbis Archiflamine & supplex ab eodem precibus obtinuisset submisit se & omnes Imperii neruos sanctissimæ sedi Romanæ præcipue cum idem Bonifacius fecisset constitutionem numine diuino afflatus in qua se Domium temporalem & spiritualem in toro mundo asserebat. Et mandauit Philippo Regi Franciæ vt Regem à se recognosceret quod ipse facere contemsit. Sed contigit postea vt excommunicationis & maledictionis fulmini subiiceretur vsque ad quartam generationem quod insidias terenderat domino Papæ: & cum ista contentione Albertus Rex anredictus elegisset patrem domini Apostolici, idem Apostolicus prænarratam electionẽ approbauit, Regnauit ergo Albertus in regno Romanorum decem annis & genuit Al. berrum & Ernestum duces. Albertus autem dux genuit ex Iohanna filia ducis Alberti Comiris Hollandiæ Albertum Regem Romanorum succesforem Sigismundi Imperatoris. Qui Albertus Rex habuit in vxorem filiam Sigismundi præfati & ratione vxoris suæ obtinuit regna Vngariæ, Bohemię, Dalmatiæ, Croatiæ, Sririæ, Lodomariæ, Bulgariç, VValachiæ, Raiste & Comoma. Iraque Ernestus prædictus Dux Austriæ accepit in vxorem filiam Ducis Mediolanensis ex qua genuit Henricum patrem Frederici tertii Imperatoris Romanorum. Hic autem Fredericus Imperator genuit ex Elionora filia Regis Porrugalliæ Ducem Maximilianum qui habuit in vxorem vnicam filiam nomine Mariam Caroli Ducis Bugrundiæ, Gheltriæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Luxeriburgiæ, Comirisque Bungundiæ, Flandriæ, Artheſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Zuphaniæ, Narmurci, &c.

De Dominio de Huesden, quomodo sit factum feudum Hollandiæ.

Cap. XXIII.

Anno 1293.

ANno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio Florentius Comes Hollandiæ & Theodoricus Comes Cliuensis pariter sedentes in læto conuiuio idem Theodoricus Comes libere resignauit Florentio Comiti Hollandiæ, nepoti suo feudum de Huesden & de Holrena siue Honthena libere resoluens eos à vasalla & feudo quibus sibi obligabatur illo saluo quod reciperent ab eodem Florentiæ Comite Hollandiæ in feudum eadem Dominia sicut ab eo consueuerunt accipere de quibus sunt patentes litteræ in Senatu Hollandiæ. Itaque illustris Iohannes Dominus de Huesden recepit tunc Dominium de Huesden in feudum à Florentio Comite Hollandiæ & sic castrum, oppidum & Dominium de Huesden deuenit sub Hollandia.

De transfretatione Florentii Comitis ad Angliam, & de bellis eiusdem contra Flandrenses.

Cap. XXIV.

PORro Florentius Comes Hollandiæ vehementer exaltari incipiens transfretauit decenri honorificentia in Angliam ad Eduardum Regem Angliæ rentans, si quo modo deuenire posset in possessionem Regni Scotiæ, quod hæreditario iure fuit

Florentii

Florentii Comitis quamquam obstantibus quibusdam Scotis obtinere nequiuit vbi Elizabeth eiusdem Eduardi Regis filia copulata est Iohanni filio Florentii Comitis in vxorem: & Rex & Florentius Comes firmauerunt alteruram perpetuæ fidelitatis necessitudinem. Interea Guido de Dampier Comes Flandriæ inuidens amicitiæ Regis & Comitis collegit apud Catzant propediem naues & ad subiugandam Walachriam iam secunda vice duxit exercitum: quod cum Theodoricus Dominus de Brederoeden perciperet congregauit confestim eum Iohanne Domino de Reuessz militē ex Hollandia expeditum exercitum vt Guidoni cum potentia resisteret. Florentius etiam Comes ab Anglia festinanter aduenies classem suam in Vlissinghen applicuit & populum suum in vnum congregare valuit. *Guido Comes Flandria Florentio inuidet eique bellum molitur.*

Deinde cum Guido Comes in transfretando moram traheret, Iohannes de Reuessz ex parte Florentii Comitis oppidū Slusense in Flandria potenter inecndit & Theodoricus Comes de Brederoeden allocutus est suos bellatores vt essent parati ad prælium. Cumque multis scutariis & armigeris vallatus esset intrauit cum expeditione valida terram Catzandiæ cum tubis & tridulis: & exustis villis euersisque habitatoribus interfectisque nonnullis eandem terram fauillatenus inflammando in solitudinem redegit. *Slusense oppidum in Flandria exurit. Catzandia vastatur.*

Flandrenses tribus millib. passium istinc dissiti, pugnæ classicum canentes contra Batauos & complures reliquos festinis velis inuecti vt eos in oceano concluses cum classe demergerent aduolarunt citis velis, sed ecce Iohannes Reues miles imperterritus cum quibusdam Zelandensibus tria millia Flandrensium audacter aggressus eos strauit, deinde ad Comitem Florentium cum captiuis nonnullis spoliisque acquisitis ouans reuersus est. *Flandri vincuntur.*

De nobilibus istius temporis.

Cap. XXV.

Circa hæc tempora floruerunt in Hollandia multi proceres & milites de quibus precipui fuerunt Iohannes Domicellus Hollandiæ filius Florentii Comitis Hollandiæ, Hermanus Comes de Hennenborch qui habuerat in vxorem Margueretam materteram Florentii Comitis, Theodoricus pius Dominus de Brederoeden, V Vilhelmus Dominus de Theylinghe, Iohannes Domin⁹ de Huesden, Iohannes de Heesbeon & Arnoldus de Sluſa milites & fratres eiusdem Domini de Huesden. Fuit Iohannes Dominus de Arckel postea & V Verdenborch, Hugo Burman Dominus de Boetersloet, Iohannes de Huerkelum. Ottho Dominus de Asperen & Ackon frater eius, Pegrinus Dominus de Lederd⁹, Albertus Dominus de Vvoorne, Henricus Burchgrauius Leydensis, Iacobus de V Vassenoer, Theodoricus de Theylinghe, Nicolaus Persyn Dominus de Waterlant, Simon Dominus de Haerlem, Ghisbertus Dominus de Aemstel & Arnoldus frater eius. Hermannus Dominus de woerden, Iohannes Dominus de Lecka, Hubertus Dominus de Vianē, Ghisbertus dominus de Oselsteyn, V Volfardus Dominus de Vere, Iohannes Dominus de Reuess. V Vitto primus Dominus de Putta & Strenen, V Vilhelmus de Egmonda & Gerardus de Egmonda filius eius, Balduvvinus Dominus de V Vaelvvyck, Iacobus de Vore, Arnold⁹ de Heemstreck, Gherardus de V Velsen, Gherardus de Herpstrock & Henricus frater eius, Theodoricus vāder Gunda, Theodoric⁹ de Raephorst Gherard⁹ frater eius, Hugo de Cralinghe, V Vorenboldus V Vten Haech, Albertus filius eius, Gherardus de Harmelen, Iohannes de neuirthogen, Iohannes de Dunem, omnes egregii milites.

De Iniuria irrogata Gherardo de Velsen militi à Florentio Comite Hollandiæ.

Cap. XXVI.

Porro Gherardus de Velsen prædictus miles erat vir robustus corpore, & animo magnanimus. Suggestione quorundam ministerialium Florentii Comitis idem Comes fratrem eiusdem Gherardi decollauit & ipsum Gherardum per annum & amplius incarceratum detinuit. Demum causa in veritate comperta Comes eundem innocentem comperiens volens eum in amicitiam pristinam copulare, valde eum exaltauit.

Habuitq; Idem Comes Amasiam pulcherrimam quam eidem Gherardo in vxorem tradere voluit, sed Gherardus eam ducere recusauit: & cum idem Comes Gherardo sæpius multum molestus esset vt eam duceret, tandem Gherardus cum indignatione respondit dicens. Domine mi nolo habere meretricem tuam. Cui Comes iratus repleu-

repletus ait: verè habebis primo meretricem meam. Gherardus itaq; parui pendens verba Comitis duxit in vxorem filiam Hermanni Dominide Woerden cognatã Ghisberti Domini Aemstel. post hæc idem Comes instinctu Amasiæ suæ mittens Gherardum ad exteras regiones pro arduis rebus eo quod erat consiliarius & secretarius suus perrexit cum exigua familia ad castrum Cronenbotch habitationem Gherardi de Velsen. vxor igitur prædicti Gherardi suscepit cum omni gaudio Florentium Comitem atque tractauit vt Dominum suum. simulans ergo Comes secreta se habere ei insinuanda petiit cum ea sola intrare ad specialem cameram vt ei liberius conceptum suę libidinosæ mẽtis indicaret. Domina igitur nihil mali suspicata duxit eum ad suum cubiculum qui obturans ostium cum ea concubuit, dicens: iam de cætero Gherardus habebit vtiq; meretricem meam & statim eam consolando recessit. Verum ipsa deposuit mundum muliebre & monilia deplorando instar Lucretiæ depudicationem & violationẽ suam. Veniens itaque Gherardus de Velsen prædictorum omnium ignarus Florentio Comiti retulit ea acta pro quibus missus fuerat, eoque valedicto cum ad castrum suum Cronenborch festinaret intrans illud inuenit vxorem suam gemitibus & lachrimis aspersam, cognitaque causa consolabatur eam benigne, dissimulansque totum negotiũ patri eius Hermanno Domino de Woerden id insinuaturum, prædictamque se nobili oppressionem stratagemate vindicaturum, pollicitus multis eam delinitam blanditiis tandem pacatam reddidit.

De traditione Concepta contra Florentium Comitem Hollandiæ.

CAP. XXVII.

ITAQVE Gherardus de Velsen cum patre vxoris suæ Hermanno relationem habens de narrata materia nimium extitit iratus. Et iurauit per militiam tale nefas non inultum permansurum. Et deinde idem Gherardus vocatus renuit venire ad curam Florentii Comitis præmeditans die ac nocte quomodo istud opprobrium vlciscereturNec non Hermannus de Woerden (proh nefas) inuidiæ Zelum nesciens obliuisci circumuenit Beitum de Aemstel virum simplicem, quem secum attraxit in conspirationem contra Florentium Comitem Hollandiæ instigante Gherardo de Velsen. Interea nuntius conuenit in ciuitate Cameracensi Episcopum Duranensem ex parte Regis Angliæ Dominum de Cuyck ex parte Ducis Brabantiæ & duos cõsiliarios Comitis Flandriæ vbi diffinito consilio decretum est quatenus Florentius Comes Hollandiæ viuus debeat suspendi & ad perpetuos carceres Regis Angliæ transmitti & Iohannes filius eius genet Regis in Hollandia dominari.

Conspiratio aduersus Florentium Comitem.

De Captiuitate eiusdem Comitis.

CAP. XXVIII.

Anno 1296. ANNO Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto Florentius Comes Hollandiæ harum traditionum nescius Traiectum tendens ad sedandam discordiam inter Dominos de Hoelen & prædictos suos consules introiuit Ecclesiam assumens secum quosdam milites. Et ecce quædam mulierecula diuinitus inspirata illi chartam occulte porrexit, quam & idem Comes per secretarium in hunc modum legi audiuit: Regia proles inclite princeps animo rumina quia psalmista prophetauit: *homo pacis meæ in quo speraui qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem.* Florentius vero Comes ex magnanimitate sua hæc versicula parui pendens celebrauit cum prælatis & ciuibus solemne conuiuium. Qui sumto prandio aliquantulum in suo stratu obdormiuit, vt postea potu & cibo non nihil digesto alacrius reliqua diei parte suorũ aulicorum contubernijs refocillaretur, quem soporantem Ghisbertus de Aemstel à somno excitans indesinenter admonuit vt cum Aucupibus vrbem exiret, quoniam inaudita copia volatilium in campestribus residerent. Comes autem aucupalis ludi plurimum cupidus pulcherrimum nisum in manu sumens cum paucis stipatoribus vrbem egressus est, veruntamen impos prouidentiæ per modum huius infausti aucupij in clandestinas illapsus est insidias. Siquidem Hermañus de Woerden armatis plurimis comitatus de latibulis erumpens insidiarum Comitem ab omni parte vallare studuit, & Gherardus de Velsen impiger prius in Comitem irruit. Econtra vero Comes vt vir imperterritus animaduersis suis hostibus gladiũ educens semetipsum nitebatur defendere malens mori, quam tantis insidiatorib. vitæ se captiuum reddere: sed minime sibi profuit, quoniam prædicti pugiles (pro dolor) adhuc eiusdem Comitis vestimen-

Hæc etiam Beka.

Admonitio diuina contempta.

stimentis amicti ac eodem die de suis alimentis in Traiecto depasti sunt. Et Comitem traditoris captiuum detinuerunt quem ad Mudense castrum ipsa nocte secretissime perduxerunt vt exinde stipatum lictoribus in Angliam transmitterent. *Captiuus Florentius Comes.*

De Occisione eiusdem Comitis Hollandiæ.

CAP. XXIX.

INTEREA Rumor tam odiosę famæ plurimorum corda per orbem sparsus plurimos consternauit & vulgus Kenemariæ, VVaterlandiæ, simulac Frisiæ, pro liberando Comite festinauerunt citis mauis & quadrigis iter arripiunt quod grassatores cognoscentes fugerunt ex templo cum captiuo Comite per paludes & deuia. Econtra oppidani de Noerden Comitem liberare meditantes magna celeritate fugam inierunt. Igitur hi fugitiui vehementer ex populoso agmine Kenemariorum subsequentium anxiati tum ex formidolosa sollicitudine villanorum occurrentium quam plurimum disturbari cæperunt. *Sic item Beka.*

Comitis autem equus exiguus fossarum latitudinem transilire nequiuit, vado inhæsit, quem Gherardus de Velsen timore superuenientis exercitus extrahere non potuit.

Quamobrem idem Gherardus ire stimulis instigatus eundem Comitem machæra sua viginti duob. vulneribus transuerberatum occidit & ad castrum Cronenborch in celeripide equo ocissimie rediit, interea Kenemari semiuiuum Comitem inuenientes adhuc respirantem & vt quidam tradunt modica verba proferentem apprehenderunt de prædictorum sicariorum clientibus quos in conspectu moribundi Comitis diuersis interfecerunt cruciatibus. sed & ipse Comes erectis in cælum oculis quinto kalendis Iulii animam Deo commendauit. *Comes Florentius crudeliter perimitur.*

Elogium Florentii Comitis.

Hic Florentius Comes annis fere quadraginta duobus vel per se vel per suos tutores rexit Hollandiam, princeps procerus corpore, viribus polleus, aspectu decorus, sermone facundus, corde magnanimus, agilitate strenuus, in dando largifluus cuius exanime corpus ad oppidum Alemariense euectum est & aromatibus conditum in summo choro Ecclesiæ sepultum est, in qua & eius intestina humata sunt.

De vltione mortis eiusdem.

CAP. XXX.

HIs ita flebiliter transactis Hermannus de Woerden ad exteras declinans nationes exquisiuit hinc inde asylum, qui deditione propulsus perpetuæ desolationis incurrens exilium in maxima paupertate & miseria vitam finiuit. Sed Ghisbertus de Aemstel vir simplex & grandæuus ab eodem Hermanno in hanc palestram productus ab externis amicis permissus est sustentari vsque ad vitæ suæ consummationem, verum à suo Domino & bonis suis extra Hollandiam est proscriptus. Reinaldus vero inclitus Comes Ghelriæ pronepos Regis Wilhelmi patris Comitis Florentii cuius vxor Margueretæ nomine erat soror Beatricis Comitissæ Hollandiæ validam expeditionem ex Ghelria & Hollandia eduxit & obsedit arctissime castrum Cronenborch, quod idem Comes Ghelriæ indesinenter tormentis quassauit quoadusque Gherardus de Velsen cum suis complicibus vrgente annonæ penuria, se captiuum dedit qui perduellionis reus per proprium confessionem inuentus & indicta causa condemnatus in oppido Leydense nudus in vase pleno acutissimis clauis per plateas volutatus est ad vltimum vere post infinitos cruciatus rotæ impositus & supplicio affectus ob Comitis occisionem: insuper etiam omnis eius parentela & cognatio vsque ad nonum gradum persecutionibus, exiliis & interitu est mulctata: vulgus igitur Hollandorum iam dictum castrum ex magna parte deuastauit & ad exurendum castellum Mundense validissimum properauit: sed ecce præsidiariis effugientibus sine defensoribus est repertum, quod ex tunc Theodoro de Haerlem tuendum traditum est. *Consequuntur eius Beka.*

Puniuntur diuersimode conspiratores aduersarii Florentii Comitis.

Castrum Cronenborch capitur & Gherardus de Velsen supplicio afficitur.

LIBER

LIBER XXV.

CONTINET GESTA QVATVOR ANNORVM, QVIBVS Domicellus Iohannes Comes Hollandiæ præfuit, tum etiam res gestas VVilhelmi Episcopi Traiectensis: & habet tredecim Capitula.

De Iohanne Domicello Holandia & iis qui susceperunt tuelam Hollandia in eius absentia.

CAP. I.

PORRO cum Comes Hollandiæ Florentius sicut præmissum est miserabiliter ab inimicis suis trucidatus esset, Iohannes filius eius successit ei Comes decimus sextus Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominus Frisiæ. Et quia isto tempore cum Eduardo Rege patre vxoris suæ in Anglia constitutus esset: ideo Reynaldus Comes Ghelriæ recepit tunc in tutelam vniuersam Hollandiam aquilonarem: & econtra Ghuido frater eius Comitis Hannonien sis Thesaurarius Leodiensis vendicauit sibi præfecturam totius Hollandiæ Australis manens in montibus Hanoniæ. Ex qua controuersia ingens tumultus exercuit in Hollandia. bipartite diuisus sine vero Domino ad tempus vacillauit. Prædictus vero Comes Hannonien sis Iohannes & Guido eius frater fuerunt filii Iohannis de Auenesse Comitis Hannoniæ & Aleydis sororis Regis Wilhelmi patris iam occisi Florentii Comitis, & sic erant nepotes eiusdem Florentij Comitis.

De VVilhelmo Episcopo Traiectensi quadragesimo primo & de Priuilegio quod dedit, ne illegitimi reciperentur in Canonicos Ecclesiæ Traiectensis.

CAP. II.

Anno 1196. ANNO Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto Iohannes Traiectensis Episcop⁹ Apostolica translatus authoritate Tullensis Episcopus effectus est postquam nouem annis rexisset Traiectensem Episcopatum. in eodem hoc anno incepit

Ordo fratrū Predicatorū Haeldem. monasterium ordinis fratrum prædicatorum in Haeldem, Wilhelmus huius nominis secundus ex progenie Dominorum de Mechlinia natus auditor causarum in Romana Curia quadragesimus primus Traiectensis Episcopus ordinatus est. Hic wilhelmus Traiectum aduenies constituit statutum inhibitionis ne illegitimi reciperentur in canonicos Ecclesiæ Traiectensis sub patentibus literis in hac forma. VVilhelmus Dei gratia Episcopus Traiectensis vniuersis & singulis nostrū processum inspecturis salutem in Domino sempiternam viris venerabilibus in Christo nobis dilectis Decano & capitulo nostræ Ecclesiæ Traiectensis. Propter quorundam Canonicorum duritiam, pertinaciam, discordiasque nobis ad capitulum per eosdem vocatis ad dictorum duritiam & pertinaciam per nos tanquam ad superiorem compescendum & ipso in capitulo existentibus de ipsorum consilio & consensu super vita, moribus ac statu Ecclesiæ ac personarum per inquisitionem sedata per nos prius, quæ fuit inter ipsos discordia quosdam in ipsa Ecclesia defectum in natalibus patientes in fine dispensatione

Forma Constitutionis de non recipiendis illegitimis. sedis Apostolicæ contra iustitiam in honorem Ecclesiæ ad sacros ordines promotos, & alios illegitimos simplice à sede dispensationem habentes, vt possint ad sacros promoueri: vnde beneficium Ecclesiasticum sine cura obtinere inuenimus: Canonicatus ac præbendas occupari minus iuste, alios etiam plura beneficia contra statuta synodalia in ipsa Ecclesia obtinere. Considerantes itaque, nostra interesse, huiusmodi nefandas tolerantias abolere, & ab ipsa Ecclesia penitus extirpare, Communicato & deliberato consilio & consensu Decani & Capituli antedictorum, statuimus & ordinamus, & sub pœnis sententiæ expensis & excommunicationis latæ in his præcipimus, ne de cætero aliqui, defectum in natalib. patientes, dispensationem tantum super defectum natalium habentes, nisi in dispensatione sedis Apostolicæ sibi facta continetur expresse, quod possint & debeant per huiusmodi dispensationem in Ecclesia Cathedrali

thedrali in Canonicos recipi & admitti, recipiantur in Canonicos in Ecclesia prædicta, maxime cum non sit intentionis Domini Papæ, aliquem in Cathedrali Ecclesia debere & posse Canonicatum & præbendam obtinere, quin possit in Decanum, Archidiaconum & Episcopum eligi & admitti. Cæterum omnib. dictum defectum patientib. præcipimus & peremptorie monemus, vt infra biennii, à data præsentium numerandum, se per sedem Apostolicã habilitari procurent, vt possint dictos Canonicatus & præbendas obtinere, alioquin ex tunc eosd. vacare decernimus aliis deferendos. Insuper inhibemus sub pœnis antedictis, ne aliquis in aliqua vna Ecclesiarum nostræ ciuitatis & Dioecesis duo beneficia habeat, nisi præbendis the sauraria, scholasticaria seu alia officia de consuetudine sint annexa. In oës & singulos contrarium facientes, tam conferentes, quã detinentes sententias suspensionis & excomunicationis ferim⁹ in his scriptis. Et præcipimus sub pœna excomunicationis sententiæ latæ in his scriptis easd. sententias per Decanum, siue per Hebdomadarium, aut seniorem de Capitulo, qui pro tempore fuerit, publicari. In eius processus testimonium sigillum nostrũ præsentibus est appensum. Actum & datum Anno Domini M.CC.XCVII. die Iouis post dominicam, Misericordias Domini, &c.

De bellis Frisonum, instinctu Episcopi Traiectensis contra Hollandenses.

Cap. III.

Sic fere Beka.

ITaque Wilhelmus, Episcopus Traiectensis, adueniens totum Episcopatum ex regimine suorum prædecessorum diuersis inuolutum guerris reperit, quem ad bonum reparare statum intente proposuit. Nam & idem Episcopus in primis castrum Mudense cum electis obsedit armigeris, quod adeo conquassauit cum diuersis tormentorum machinis, vt Theodoricus de Haerlem, impetrata deditione, demum in captiuitatem transiret &, salua vita, castellum ipsi libere resignaret. Ex hac ergo prosperitate Wilhelmus magnanimus effectus, fecessit ad westfrisiam, & ibidem, aduersus Hollandensem populum, Episcopalem prædicauit indulgentiam. Frisones vero secundum consuetum morem & rebellionem proni, suadente Wilhelmo pontifice, vallauerunt castrum wydenes per circuitum, infestantes acriter illud per assultum creberrimum; ita quod Baldewinus de Naelvvyck tandem, exhaustis necessariis castellum iam dictũ Frisonib. hac conditione traderet, vt ipse saluis reb. ad Hollandiam in firma pace rediret. Nec mora, quin Frisones, hoc castro destructo, Eninghenburch confringerent. Deinde Medenblick obsidione cingentes, ipsum opidum cremauerunt. Florentius a. de Egmonda, ceteriq; castrenses, sæpe strenue cum Frisonib. confligentes, adeo grauiter obsessi sunt, vt, consumptis victualibus, carnes equinas demum manducare coacti sunt. Ioann. quidem, Hannonien sis Comes, hæc audiens gubernationem Hollandiæ acceptauit, & cum expeditione magna remigauit ad Frisiam, occisisque 35. saltem Frisonibus, apportauit obsessis castrensib. magnam ciborum opulentiam. Ioannes vero Dominus de Arkel, & Nicolaus Dominus de Putta, comburentes opidum Enchuysen prædam maximam prendiderunt. Qui, salua classe, propriis litoribus laudabiliter applicauerunt.

Epiſcopus castrum Mudenſe capit.

Epiſcopus Friſones infligat in Hollandos.

Friſones caſtra aliquot confringunt.

De aduentu Iohannis, Domicelli Hollandiæ, ad paternam hæreditatem.

Cap. IV.

CVm ergo quotidie crescerent in Hollandia discordiæ, Theodoricus Pius, Dñs de Brederoeden, consilium habuit cum Dño Florentio, Abbate Regali monasterii Egmondensis, & Henrico Burgrauio Leydensi, ac wilhelmo de Egmonda militibus, quid in prædictis faceret. Hi ergo Proceres, de consilio Domini de Brederoden præcipue, propriis expensis naues præparant, & amicos conuocant, & sic profunda pelagi cum Nicolao de Kicten gigante transfretantes ad Angliam, exorauerunt Regem Angliæ, quatenus annueret, vt cum eis transiret Ioann. Domicellus Hollandiæ, filius Florentii Comitis occisi. Eduvvardus vero Rex, eosdem legatos gratiose suscipiens, nauem inæstimabilis ornamenti coaptari fecit, cum qua Ioannem Domicellum cum eius filia Elizabeth, vxore præfati Ioannis, quos tunc tutelæ Domini de Bredevveden specialiter commisit, ad Hollandiam destinauit. Sed hic Domicellus, vento carens prospero, Zeelandiæ finibus applicuit. Quem ex tunc VVolferdus Dominus de Vere destitutus cunctis Hollandensibus Proceribus in tutelam caute obtinuit inter nobiles, qui eos ad Hollandiam propriis expensis adduxerant, & præcipue Dominum de Bredenroden, cuius speciali tutelæ per Regem commissi fuerant, supplantauit. Nam cum quadam die pariter essent apud Remmersvvale, ab illo loco Dominus Bre-

Ioannes Comes Hollandiæ ex Angliaregressus.

derodensis, simplex in malitia, nec in fraudem cogitans, cuiusdam negocij causa ad Liericzee instinctu Domini V Volfordi per Ioannem Domicellum Hollandiæ mittitur, & ex tunc V Volferdus cum eodem Ioanne Comite nauem ingreditur, & ad castrum suum eum perduxit. In quo, exclusis sibi displicentibus, custoditur. Venerabili quoque Domino de Brederoeden super Comitis licentia atque super reditu ad propria nuncius destinatur.

De susceptione regiminis Hollandiæ Comitatus per eundem Ioannem Domicellum Hollandiæ.

Cap. V.

CVm autem Ioannes, Comes Hannoniæ, apud Haerlem existens, audisset Ioannis Domicelli aduentum ex Anglia, properauit citius, quo potuit, ad Dordracense opidum, remisit nuncios suos ad prædictum Ioannem nepotem suum, vt veniret ad eum in Dordraco, & resignaret sibi Principatum & regimen Hollandiæ. Cui idem Ioannes Domicellus per Alardum Baliuum Dordracensem, respondit, dicens: Veni mihi obuiam sub firmis treugis in Rotterdam cum centum viris tantum. At ille respondit nuncio, dicens: Inimicitiæ non sunt inter nos, & ideo non indigeo treugis eius. Tunc responderunt Dordracensis opidi rectores, dicentes: O inclyte Princeps, si vis obuiare Hollandiæ Comiti, tuo nepoti, in Rotterdam, ibimus vna tecum cum tota nostra potentia. 10

At ipse ait: Melius est, vt expectem, donec veniat huc ad me. His itaque dictis, mansit idem Comes in Dordraco per dies aliquot, & tandem, deserens Dordracum, 20
Ioannes susciptur decimus sextus Comes Hollandiæ & Zelandiæ. receſſit ad Hannoniam. Quo ad terram propriam reuerso, Hollandiæ & Zelandiæ proceres susceperunt Ioannem Domicellum, verum iuuenem pro sexto decimo Comite Hollandiæ & Zeelandiæ.

De Victoria eiusdem Comitis aduersus Frisones, & de sepultura Florentii Comitis.

Cap. VI.

Anno 1297. ANno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo septimo Ioannes, Comes Hollandiæ, volens rebellantem sibi Frisiam subiugare, deuenit armipotenter in Alemariam. Econtra vero Frisones in manu forti viriliter occurserunt. 30

Qui robur totius Frisiæ pro committendo graui prælio industrioſe contraxerũt. Et ecce, vtrisque partibus concurrentibus in inuicem cum cornibus horrisonis & vexillis fulgidis, fit ingens clangor armorum & magnus stridor occisorum. Nam Hol-
Frisii succumbunt. landiæ & Zelandiæ populi bipartitas inimicorum acies disiunctim impugnantes quatuor millia Frisonum occiderunt. Quinimo maximam multitudinem diffugientium ad inferiora terræ latibula profugarunt. Ex parte quidem Hollandensis exercitus Ioannes, decimus Dominus de Arckel, miles egregius, & Ioannes de Duerthoghe, armiger inclytus, cum duobus aliis occisi sunt, qui pro virili probitate per æterna tempora collaudandi erunt. Contigit autem hæc cruenta strages sexto Calendas Aprilis 9
Ioannes Comes patrio sui Florentii corpus transferi ad monasterium Reynsburgense. in spacioſis agris villæ Vronensis. Tunc Ioannes, Hollandiæ Comes, rediens cum victoriali laude Alemariam tulit inde corpus Florentii patris sui, & apportauit illud ad Reynsburgense monasterium, quod ibidem apud Beatricem conthoralem suam luctuosis exequiis tumulatum est.

De victoria Hollandensium contra Frisones orientales.

Cap. VII.

Eadem consequenter Beka. EPiscopvs autem Wilhelmus, attendens succubuisse Weſtfrisones, transfretauit ad Frisiam orientalem, & ibidem aduersus Hollandiæ populum iam secundo 50 prædicare cœpit Papalem indulgentiam.

Frisones igitur, Episcopo manuale promittentes auxilium, deuenerunt in Watelandiam, in opido de Monnikendam per festinum remigium. Opidani quidem de Haerlem cum waterlandis econtra copioſum eduxerunt exercitum, qui cum signis fulgurantibus & tubis stridentibus animoſe Frisingensem sunt aggressi populum. Et ecce Frisiæ vulgus, confestim à bello declinans, festinauit introire nauigium & repentino remorum impulsu maturare diffugium. Quos exemplo V Vaterlandi viriliter insecuti sunt, & occisis infinitis Frisonibus trophæum laudis potenter adepti sunt.

V Vilhel-

Wilhelmus autem Episcopus, hoc amisso iam prælio, modicam scapham festinanter introiuit, & ad partes Iselinas festino remigio declinauit.

De expugnatione castri Iselsteyn.

CAP. VIII.

PORRO Iohannes, Comes Hollandiæ, perpendens, quod Wilhelmus Episcopus duabus vicibus dura prælia susciterat, & quod ad partes Iselinas pro nouo subsidio transmisisset, mandauit Ghysberto de Iselsteyn, quatenus ad tempus castro suo cederet, & ad impugnandum Episcopum Hollandenses armigeros admitteret introire. Ghysbertus autem hoc omnino facere recusauit, præsertim cum & ipse iustitiarius Episcopi in terra Traiectensi constitutus esset. Quamobrem Ioannes Hollandiæ Comes, Ghysbertum apprehendi fecit à suis hostibus. Cuius etiam castrum impugnari iussit quotidianis assultibus. Econtra Domicilla Gertraudis ipsum castrum circiter annum egregie defensauit quoadusq;, deficientib. necessariis, sub hac conditione in deditionem transiret, vt ipsa scilicet per casum sortis medietatem castrensium, saluavita, retineret, & Comes Hollandiæ de residua parte voluntatis suæ desiderium ordinaret. Iohannes autem Comes iam adeptum castrum cum tota ditione de woerden dedit wolferdo Domino de Vere in Homagium, vt in contumeliam Episcopi Traiectensis dissiparet Pontificatum.

Ghisbertus de Iselsteyn capitur.

De proscriptione Iohannis Domini de Reniss.

CAP. IX.

POST hoc accidit vt Ioannes, Hollandensis Comes, cum Ioanne Duce Brabantiæ consanguineo suo tractaturus esset de quibusdam causis in Brabantia, & Ioannes Comes venit Reymerswael, & Dux Brabantiæ in Berghen ac Hoen. Cum ergo Ioannes Dominus de Renesse, vir prudens, internuncius reuersus fuisset à Duce Brabantiæ, & determinatum diem Comitiindicasset, clam de Ioanne de Renesse tandicto Comiti est suggestum, quod iam ita concluſum esset in Brabantia, quod ipse Comes viuus captiuaretur, si in Brabantiam veniret, & quod ipse Ioannes Renessiam cum Brabantinis conspirationem fecerat ad tradendum eum. Quapropter prænominatus Comes Hollandensis perrexit ad castrum Lodyck, & congregauit ibidem Hollandenses in magna copia contra Dominum Ioannem de Renesse. Intelligens autem Ioannes de Renesse, quod esset odiosus factus in conspectu Comitis, secessit ad castrum suum, Mormont, & muniuit illud armigeris & victualibus.

Renesse. Nota bene. De Ioanne Domino de Renesse.

Deinde venit Ioannes Comes in Vere opidum, & citauit Ioannem de Renesse ad comparendum ibidem in conspectu Comitis. Sed quia non potuit obtinere firmas treugas, ideo non fuit ausus venire. Quapropter ipse exulatur à limitibus Hollandiæ & Zelandiæ, & tandem solo adæquatur.

De discordia Ioannis Comitis cum Dordracensibus.

CAP. X.

QVIBVS gestis, Alandus Baliuus Dordracensis voluit scrutinium tractare cum Dordracensis opidi Scabinis de quodam forefacto. Cui respondentur Scabini, dicentes: Ciuilia iura nostra hoc non cernunt de magnis causis, seu paruis, nisi tantum cum Sculteto nostro. Attamen saluis nostris priuilegiis hac vice astabimus, non ad medicandum, sed ad perscrutandum.

Inchoato ergo scrutinio, venit ad Dordracum Ioannes Comes Hollandiæ cum VVolferdo, Domino de Vere, & petiit habere in scriptis nomina delinquentium opidanorum. Ad quem dixerunt opidani, quod in priuilegiis haberent, quatenus omnis in oppido suo delinquens ibidem & puniretur. Ioannes denique Comes propterea iratus perrexit ad Hagam Comitis. Dordracenses vero inde perplexi, miserunt suos nuntios post eum, offerentes se semper ad beneplacitum Comitis paratos ad reddendum rationem de prædictis. Tunc idem Comes determinauit ipsis diem & locum in Delff. Quibus ibidem congregatis, VVolferdus, Dominus de Vere, prolocutor Comitis, narrauit coram omnibus, quæ iam sunt scripta. Aiunt autem Scabini ad Comitem, quod concluſum cum Alando Baliuo erat, vt delinquentes in Dordraco per Scabinos eiusdem oppidi punirentur, & non per alios iudices. Alandus respondit: falsum est hoc, imo paratus sum introire duellum contra negantes verba mea. Quibus dictis,

Dordracenses Ioannem Comitem sibi infensum reddunt.

quidam Scabinus Delfensis in medium prorumpens, ait: Non est æquum ciuilia iura ponere sub duello, alioquin nullius vigoris essent. Cui ait Dominus: Vos Delfenses nolite molestari de factis Comitis nostri. Ipse scit, quid agere debeat, vel dimittere velit. Et sic, infecto negocio, vnusquisque reuersus est ad propria. Porro Ioannes Comes statim diffidauit Dordracense opidum, & commisit Wittoni Domino de Haemstede bastardo fratri suo castrum de Putta, in præparationem prælii. Et Dominus Nicolaus de Kats ex commissione Comitis factus est Capitaneus in Aiblasserdam, Alandus etiam Baliuus venit cum multitudine armigerorum in Sledrecht, & super aggerem ædificauit excellentem machinam, ne aliquis ibidem præteriret. Dordracenses vero econtra elegerunt ex opido suo quatuor viros Capitaneos, qui futuro instarent bello. Nihilominus scripserunt ad Hollandiæ & Zelandiæ opida, rogantes, quod non festinarent aduersus eos. Nam quod Dordracensibus accidit, posset & alio tempore ipsis contingere.

Egregium responsum eiusdem iuris non esse ponenda sub anello.

De interfectione VVolfardi Domini de Vere, & Alandi Baliui Dordracensis.

CAP. XI.

INTERea Wolferdus, Dominus de Vere, sæuiens, & totam Hollandiam per nouam monetam aggrauans, & ad placitum multa disponens, incœpit Hollandensium animo despici, & inuidis stimulis laniari. Nam cum quadam vice Ioannes Comes apud Curiam in Hagha quiesceret, & Wolferdus prædictus cum eo ibidem existeret, fit tumultus nobilium, fit concursus clamantium & dicentium: Ecce inimicus noster adest. Quanto tempore sustinebimus ipsum regnare super nos? Venite, occidamus eum, & videamus, quomodo prosint illi opera eius, quibus per ipsum hactenus infestamur.

Hollandi in Volfardum insaniunt.

Hæc & his similia cum quotidie clamarent, & dicerent, tandem ab illis dies vltionis præfigitur, horaque, qua conuentio fieret, assignatur. Huiusmodi negotium cum VVolferdus percepisset, ipse summo diluculo de Hagha cum Comite fugiens apud Schiedam nauem ingreditur. Qui mox de Mosa ab Hollandensibus sibi in manu forti obuiantibus, reducitur. Quorum quidam ipsum immediate volebant occidere, quod alii propter Comitis præsentiam nolebant aliquatenus sustinere. Ducitur itaque VVolferdus ad Delfense opidum, vbi cum Comite domum quandam lapideam in angulo plateæ, dictæ de Diecheerstraet, ingreditur, iam bene putans euadere mortem, quam prius formidabat. Sed ecce tumultus nimius concursusque maximus coram domo illa percipitur, talique carmine vox multitudinis exaltatur: Date nobis Wolferdum, alioquin domum istam incendemus cum omnibus in ea existentibus. Et sic, qui intrinsecus erant, timore coacti VVolferdum lorica exutum ianuis eiiciunt. Qui ab astantibus suscipitur, & quasi mille ictibus confoditur & occiditur. Eodem autem tempore Alandus Baliuus præscriptus timore Dordracensium sibi aduersantium in castro Crayenstein recipitur, in quo cum suis ab incursu hostium securus quibusdam temporibus hospitatur.

Fugit clam Volferdus.

Capitur Volferdus.

Volferdus crudeliter à populo occiditur.

Iste mortuo Domino VVolferdo suo protectore à Dordracensi communitate vrbis nefandis omniumque detractionum carminibus infestatur. Cuius igitur mansio circumquaque multitudine armorum cingitur. Qui modico interuallo de castro descendens inimicis præsentatur. A quibus cum suis nauigio recipitur, & Dordracum perducitur. Qui in nauis exitu cum duobus carnalibus fratribus ceterisque suis famulis miserabiliter laceratur, & occiditur.

Alandus etiam Baliuus perimitur.

De obitu Ioannis Comitis Hollandiæ, & profugatione Ghyberti de Aemstel.

CAP. XII.

ANNO Domini millesimo trecentesimo Ioannes Comes Hollandiæ quarto Calendas Nouembris apud Haerlem requieuit in Domino, postquam Hollandiam gubernasset annis quatuor. Hic Ioannes solus inter omnes Hollandiæ Comites sine liberis, & absque militari nomine defunctus est. Qui in Reynburgensi monasterio apud patrem suum Florentium honorifice tumulatus est.

Anno 1300. moritur Ioannes Comes Hollandiæ. Eadem Beka.

Vxor eius in Angliam redit.

Domicilla quidem Elizabet post mortem sui coniugis rediit ad Angliam, & ad Eduvvardū Regem patrem suum. Quam exinde duxit in vxorem Comes Ereffordiæ.

Post

Post eiusdem Ioannis Comitis mortem Ghysbertus, de Aemstel rediens, opidulum Aemstelredam ligneis pontibus & turritis propugnaculis vndecunque muniuit, sed vulgus waterlandiæ cum opidanis de Haerlem, profugato Ghysberto, pontes & munitiones fauillatenus inflammarunt.

De Nicolao de Kyeten gigante.

CAP. XIII.

PORRO circa eadem tempora extitit quidam Nicolaus cognominatus, de Kyeten minimis parentibus apud villam, quæ Sparnewonde dicitur, procreatus. Cuius substantia comparationem non suscipit. Sub extento namque ipsius brachio maximus hominum illius temporis se diuertit. Poterant etiam, si membrotum quæratur species, sub prænato illius calceo maiorum hominum pedes quatuor latitare. Scholares autem à scholis venientes, velad scholas euntes, ipsum à dorso aspiciebant, nam ante oculos suos accedere maxime formidabant, cum tamen ipse Nicolaus homo sæuerus non fuerit, neque malicios us, sed valde benignus, mitis & patiens erat. Cui quidem Nicolao de Kyeten si pro quantitate corporis vires assuissent, inimicorum acies sua solius præsentia formidassent.

LIBER XXVI.

CONTINET HISTORIAS QVINQVE ANNORVM, QVibus Ioannes Comes Hannonien sis rexit Hollandiam, & partim de gestis VVilhelmi de Machlinia, & Gwidonis de Hannonia Episcoporum Traiectensium, cum quibusdam euentibus illius temporis. Et habet Capitula XXI.

De Ioanne Comite Hannonien si & Hollanden si.

CAP. I.

VIAM vniuersæ carnis Ioanne Domicello & Comite Hollandensi ingresso, Ioannes Comes Hannoniæ filius Ioannis de Auenesse ac Adelheydis sororis serenissimi quondam Regis Romanorum Wilhelmi effectus est 17. Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Dñs Frisiæ. Habuit autem idem inclytus Comes quatuor fratres sc. Boetzardú Episcopum Methensem, Ioannẽ Episcopũ Cameracensem, Gwidonem postmodum Pontificem Traiectensem, & Florentium Principem Morianensem. Comes denique iam dictus Ioannes statim Dominia de Aemstel & de Woerden fratri suo largitus est. Hic habuit in vxorem Philippam filiã Comitis de Luxenburch, de qua genuit Ioannem sine venia Comitem de Oesteruant, VVilhelmum bonum Comitem Hannoniæ & Hollandiæ, sibi succedentem. Ioannem de Baedmont seu de Bellemont Comitem Blesensem & Suessionensem. Deinde Henricum Canonicum Cameracensem, Margaretam Comitissam Atrebatensem, Adelheydim Comitissam Claremontensem, Mariam Comitissam de Barbanoyss, & Machteldim Dominam de Nycle.

De expulsione Ioannis de Reneess, & eius Machinamento cum Rege Romanorum contra Comitem Hollandiæ.

CAP. II.

ANNŌ Domini millesimo trecentesimo primo Ioannes, Comes prænominatus, cum expeditione valida remigauit ad Zelandiam, vbi contra rebellionem Ioannis de Reneess, militis, demum obtinuit victoriam. Ioannes itaque de Reneess deiectus transfugit ad Albertum Romanorum Regem pro subsidio assereus, quod Comitatus Hollandiæ post obitum Domicelli Ioannis Romano vacaret Imperio. Albertus ergo

Anno 1301.

tus ergo Rex occulte versus Hollandiam descendens disseminauit huiusmodi literas per vniuersam prouinciam: Nouerint vniuersi, quod Albertus, Rex Romanorum iniustus, vacantem Hollandiæ principatum Romano Imperio incorporabit, quem Carolus Rex Theodorico Comiti donauit in feudum. Igitur Albertus Rex Romanorum eodem anno descendit vsque Nouimagium ad subiugandum Comitatum Hollandiæ, adducens secum Maguntinensem, Treuerensem & Colonien sem, Archiepiscopos, cum plerisque primatibus Regni Almaniæ, Econtra vero Ioannes Hollandiæ Comes armipotenter deuenit in Bonsvvaett, vbi metatis castris super alueum Walis, assidue cœpit inuestigare, qualiter ad expugnandum Regis exercitum magis commode posset transire. Sed ecce Rex multitudinem vexillorum, & fortitudinem armigerorum Hollandensis exercitus à cacumine turris procul intuens, & se delusum à Zeelandtinis æstimans, retrocessit ad castrum Cranenburch, vt altera die repatriaret ad Austriam. Archiepiscopus vero Colonien sis pro Regis honore conseruando pacem extunc elaborare studuit. Qui tandem sub hac forma compositionis arbitrium suum edidit, qualiter ipse Comes Domino Regi fidelitatis præstaret homagium. Quo facto, primates omnes extemplo reuersi sunt ad propria. Iste Albertus Rex post paucos annos cum quadam vice flumen quoddam nauigio transiret, a quodam nepote suo occiditur. Cui in imperio Romanorum successit Henricus Imper. septimus, qui primus fuit Comes de Luxenburch. Eius autem vxor Imperatrix fuit Margareta filia primi Ioannis Ducis Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburghiæ.

De machinamentis eiusdem Ioannis de Reneſſ militis adhuc.

CAP. III.

Apud Bekam cadem.

PORRO Zelandenses complices Ioannis de Reneess militis, qui Regi ALBERTO tarde venerant in auxilium, relicta classe pone Huesden, transfugerunt ad Flandriam, deprædantes assidue vicinam Zeelandiam.

Ioannes de Renes proscribitur & bona eius publicantur.

Sed Ioannes Comes hos fugitiuos citius insecutus, desertas rates adinuenit, Ioannem de Reneſſ à ditione sua & ab omnibus bonis suis proscripsit. Cuius facultates diuisit adiutoribus suis. Itaque Ioannes de Reneſſ adiurauit suos valentes armigeros, vt in virtute magna tribularent Hollandiæ Comitatum. Qui cum venisset cum exercitu suo prope Berghen op Zoem, Dominus eiusdem oppidi occurrit ei manu forti ad bellum. Venientibus igitur illis ad inuicem, cæsi sunt quingenti viri de adiutoribus Ioannis militis de Reneſſ.

Ioannes autem miles de Reneſſ fugiens, declinauit ad castrum de Proyen, vt ibidem tute consisteret. Igitur Ioannes Comes Hollandiæ, in Dordraco tunc temporis existens, & ista percipiens, misit Ioannem Comitem de Oesteruant suum primogenitum cum copioso exercitu aduersus sæpe dictum Ioannem de Reneſſ. Quod cum idem Ioannes de Reneſſ percepisset, ait ad suos: Iste Ioannes Comes de Oesteruant crudelis est nimis, & sine venia, vt Diabolus, & si obtinuerit istud castrum, omnes morietur. Nam omnes nos interficiet, quemadmodum eius mucro peremit omnes alios castrenses in Berendorp, quum illud castrum obtinuit. Melius est ergo fugiendo mortem euadere, quam stare in futuro periculo mortis. Recedens ergo Ioannes de Reneſſ, cum suis venit ad Flandriam. Postmodum vero iste Comes de Oesteruant appellatus est ab omnibus *Ioannes sine venia*, quia in factis suis fuit nimis atrox & crudelis.

Ioannes de Renes suu fugam fu dei. Fugit in Flandriam.

Quare Ioannes de Oesteruant dictus Ioannes sine venia.

Ioannes autem de Reneſſ in Flandria existens, percussit fœdus pacis cum Flandrensi populo. Accipiensque ab eis manuale iuuamen, intrauit Flandriam, & applicuit cum suis armatis ad oppidum Ghneſſ, vt illud cum castro obtineret. Quod percipientes incolæ de Reynmersvael, venerunt in occursum eius cum multitudine nimia, & occisis octingentis Flamingis, ceteri in fugam versi sunt. Et Ioannes de Reneſſ vix euadens mortis periculum declinauit ab inimicis suis.

De occisione VVilhelmi Pontificis Traiectensis.

CAP. IV.

Sic etiã Beka.

ANNO Domini millesimo trecentesimo VVilhelmus, Traiectensis Episcopus, aduersantibus sibi Zvvedero de Montfoert Huberto Domino de Vyanen, & Ioanne de Litscoten, ac Iacobo de Lichtenburch Magistro ciuium militib. apprehensus est,

est,ac infra ciuitatem Traiectensem in domo Lichtenburch dicta circiter annum in captiuitate detentus est. Demũ idem Episcopus à prisione laxatus auxilio quorundã villanorũ, nihilominus à sede propria sicut barbar ab inimicis tenetur expulsus. Qui mox ad terras Transyselinas ad sibi fideles perrexit à quib. benigne suscipitur,&,vt pater spiritualis,valde reuerenter honoratur. Pauciss imis diebus euolutis,idem Antistes sedem adiuit Apostolicam,vt Traiectense Pontificiũ Dño Papæ resignaret,vt exinde, sopitis guerris,in tranquilla pace maneret. Sed ecce Dñs Apostolicus Episcopatũ acceptare nolens,mandauit Episcopo Monasterien si,quatenus ipse Wilhelmo cõfratri suo contra quoscunq; grassatores manuale ferret auxilium, qui nitebatur impugnare Traiectense Põtificiũ. Hic Wilhelmus,repratriare volens,quintadecimadie mensis Augusti quoddam prodigiale signum apud Anagniam vidit,quod mortis suæ iam instantis indicium prognosticale fuit. Intuebatur enim solem esse bicornem ad modũ lunæ mediæ, de quo fulgurantes radii sanguinei coruscabant ad instar lucis. Qui mox post descensum elegantẽ congregauit exercitũ de partib. Transyselinis,tentans si ciuitatis suę patentẽ inueniret introitũ. Sed ecce, Episcopus, vrbẽ intrare nequiens, declinauit ad loca cãpestria,& ibidẽ causa repausationis suaserunt exaltare tentoria. Cum autẽ hæc agerentur, quidam Hollandiæ nobiles, vt puta Henricus Burchgrauius Leydensis, Theodricus de V Vassenaer, Philippus de Montfort, Symon de Benthem, Florentius de Dunen,& Iacob. de V Vouda, milites,cũ multis armigeris odientes ipsum Episcopũ propter antiquã discordiam,& diligentes Iacobũ de Lichtenburch propter confortem amicitiam,cõprehensis armis rogatu Traiectensiũ,& de licentia Comitis Hollãdiæ, deuenerunt in campestri planicie,quæ dicitur Hogevvaert,cũ tubis tremulis & signis fulgidis,vt Episcopũ à ciuitate propellerent,& prætatum Iacobũ ab imminenti periculo potenter eriperent, ecõtra vero Dñs Episcopus, cuius exercitus in duplo maior erat, acies suas ad bellũ ordinari fecit. Qui cum tubis frementib. & vexillis irradiantib. aduersus hostes audacter occurrit. Ita quod in prima congressione quosdam villanos ab exercitu segregatos expelleret,& Hollandensi populo cum virtute magna resisteret. Interea Svvederus de Monfoert cum indefessis aduenit armigeris, qui grande iuuamen apportarent Hollandiæ populis. Et ecce bellũ crudele cœpit ingruere, prælia ntes semutuo sternere, & pro corona victorię seuere contendere. Episcopus vero leuitate sui dextrarii semel & iterum Hollandensem transuolauit exercitum, quem cum suis populus primo trucidare pertimuit, tanquam spiritualem patrem eorum,& Dominum. Sed idem Antistes hostiles turmas iam tertio transilire præsumens, ab equo in terram prostratus est,& ibidem Anno Domini 1301. quarto Nonas Iulii, hoc est, in festo Translationis S. Martini, pro dolor, à profanis filiis occisus est. Corruerunt autem ab vtraq; parte multi valentes armigeri, maior vero pars ab exercitu morientis Episcopi. Cuius examine corpus à Dominis Hospitalariis, delatum est ad Ecclesiam S. Catharinæ, donec exequiis congruentib. in Ecclesia Cathedrali traderetur Ecclesiasticæ sepulturæ. Hic V Vilhelmus ad quinq; saltem annos Episcoparum rexit, qui cunctis diebus suis persecutiones graues, vt prædicitur, passus fuit.

V Vilhelmus Episcopus à suis capitur.

Papa Episcopũ monasteriẽsẽ adiutorem accipit.

Apparet ei signum prodigiale mortis instans.

Occiditur V Vilhelmus Episcopus in prælio Anno 1301.

De Gvvidone Episcopo quadragesimo secundo.

CAP. V.

ANno Domini millesimo trecentesimo primo, post occisionem Wilhelmi Pontifacis, Ioannes Comes de Zelandia, Traiectum cito veniens, supplicauit Ecclesiæ Traiectensi pro Gvvidone fratre suo Thesaurario Lodiensium Canonicorum. Ergo quidam elegerunt Gvvidonem eundem Thesaurarium, quidam vero † Rodolphum de V Valdegh, maioris Ecclesiæ Præpositum. Porro prædictus Gvvido quadragesimus secundus Episcopus quam primum gubernationem Episcopatus accepit, Rodolphus ad partes Transselinas recessit, fuerunt etenim eiusdem Guidonis fratres carnales Bozardus Episcopus Metensis, Ioannes Episcopus Cameracensis, Ioannes Comes Hannoniæ, Zeelandiæ, Hollandiæ & Frisiæ, & Florentius princeps Morianensis. Quorum auxiliante potentia dictus Gvvido Pontifex aduersantes hostes subegit, totumque Pontificium in tranquilla quietudine gubernauit.

Anno 1301. Sic Beka.

† Rudolphũ.

De signo ostenso in mare, & recessu Ioannis Comitis ad Hannoniam.

CAP. VI.

DEinde Ioan. Comes recessit ad Hannoniam, & Zeelãdiæ pfecturã tradidit Ioã. sine venia, Comiti de Oesteruãt, primogenito suo, & domiciello V Vilhelmo, ei° secũdo genito dedit regimẽ totius Hollãdię & Frisię, vt sic magis quiet° esset à tumultu populi. His diebus cõtigit in Hollãdia q̃dam speciale, p̃digiũ. q; venturæ calamitatis fuit singulare pl'agiũ. Quidã, n. eques apparuit in aere, admonẽs vniuersa plebẽ arma tollere, &

Sic Beka. Prodigium futura clades.

pro repellendis hostibus littus maris festinanter ascendere. Igitur omnis populus, ad mare tendens pro debellandis hostibus, aspexit aquam adimpletam infinitis quasi nauibus. Sed ipsa classis in momento quasi disparuit, & præbatus eques, quasi phantasma, confestim euanuit. Quam visionem interpretabatur tunc temporis quidam sanctus vir, dicens, Sicut mare repletum fuit nauibus, & cito euanuerunt, ita Flandrenses venient cum infinito exercitu, & triumphando subiugabunt sibi Hollandiam, Zeelandiam, & Traiectum. Sed subitò ad modum fumi ante ventum expellentur, sicut postmodum factum est, vt patebit.

De captiuitate Guidonis Comitis Flandriæ.

CAP. VII.

ANNO Domini 1302. cum Philippa, iunior filia Gvvidonis de Dampier, Comitis Flandriæ, patrui Ioānis Comitis Hannonienſis, & Hollandenſis, eſſet deſponſata filio Regis Angliæ, Philippus Pulcher, Rex Fràciæ, hoc impedire volens, militi pro præ dicta filia. Cum ergo ipſa Philippa veniſſet Pariſius, triginta milites, comitata inclytis, & viginti pediſſequis, Philippa veneno occiditur. Triginta milites in patibulis ſuſpenduntur, & viginti pediſſequæ ſtrangulantur, & earum corpora in Sequana fluuio proiiciuntur. Deinde magna guerra ſurrexit inter Franciã & Flandriã. Et Gvvido Comes tandem ſub fide Pariſios cum quinquaginta nobilib. veniens, vt pacẽ cum Rege faceret, eccẽ Gvvido captiuatur cum Roberto primogenito ſuo, & wilhelmo Domino de Nyuella, eſus ſecundogenito, & eius nobilib. & cæteris omnib. Tunc mittitur ad Flandriam ex parte Philippi Regis Franciæ, Iacobus, Comes S. Pauli, Auunculus Reginæ, qui tyranniſando Flandriam grauiter oppreſſit. Quare idem Comes Iacobus nimia cõfuſione à Flandria per tumultum totius populi expellitur. Et ex tunc Flandrenſes vocauerunt Ioannem Comitem Namurcenſem & de Vilghen cum Guidone fratre ſuo, filios videlicet Guidonis Comitis captiuati, & conſtituerunt eos tutores & defenſores totius Flandriæ Comitatus, cum quibus valde egregie ſe oppoſuerunt Regi Franciæ, & ſuis.

Bellum inter Franciam & Flandriam.

De bello in Curtraco.

CAP. VIII.

ANNO igitur prædicto Philippus Pulcher, Rex Franciæ congregauit grandẽ aciem robuſtiſſimum exercitum Principum & militum, quem miſit ad Flandriam præcipiens eis, vt Flandriam percuterent vſque in internecionem, & totius deletionem. Cum ergo vndecunque milites ſtipendiarii ad Regem conflluerent pro ſtipendiis acquirendis, ecce, inter cæteros venit ad Regem Hugo Butyrum de Arkel, miles gigantæ fortitudinis, cuius prouaus ſimiliter vocabatur Hugho Butterman, de Arkel. Hic ergo cũ multis valentibus armigeris, ſe obtulit Regi more ceteroꝝ militum, præſumens cũ ſuis ſe paratum in prima acie belli ſtare. Sed cum grande ſtipendium indeà Rege exigeret; ſpretus perrexit ad principes Flandrenſes, eadem illis offerens, quæ Regi obtulerat. Qui intuentes in eum & ſuos, mirabantur de audacia ipſis oblata. Acceptatur itaque ea conditione, vt in prima acie propugnator exiſteret. Inſuper & Ioannes de Renees, miles fortis, & induſtrioſus, diſpoſuit ſe etiam cum Flandrenſibus pugnaturum contra Francos. Aduenientes ergo die belli, intimatur Hughoni Butterman, vt celeriter eſſet parat⁹ ad prælium. Qui vt hæc audiuit, nihil reſpondit; ſed infremuit, tanquam irritatus leo, & parum ſe auertens mingebat inopinate multum nimis. Quod cum Principibus narratum fuiſſet, quæſierunt ab eo, an timeret, quibus Hughho reſpondit, dicens: Nil mirum quod minxi, audiui enim vexillum nobiliſſimum totius Chriſtianitatis cum omnibus pæne nobilibus Franciæ contra me aduenturum. Ideo neceſſitate requiritur, quod vel illud nobiliſſimum vexillum habeam ſuperando diſrumpere, vel ante illud cadere. Audientes autem hæc gauiſi fuerunt, & ex tunc ſtatim ordinauerunt bellicas ſuas acies ad prælium. Fuerunt denique principaliores Capitanei in Gallicano exercitu, Robertus Comes Artheſienſis, & Iacobus Comes Sancti Pauli, auunculus Reginæ Franciæ. Qui cum Flandrenſes adeſſe cognouiſſent, ordinauerunt totum exercitum Francorum in tres turmas, in quarum prima fuerunt Rex Maioricenſis, Rex de Melien, & ROBERTVS Comes ARTHESIENSIS. Hi enim Reges fuerunt expulſi à REGNIS per paganos, & venerant ad Regem pro ſubſidio. Quod idem REX eis promiſerat, ſi victoriam aduerſus FLANDRENSES obtinere poſſet. In ſecunda autem turma fuit cum ſex milibus armigero-

Philippus pulcher rex Franciæ fugit in Flandriam legat. Hugo Butyrum.

Acies Francorum.

migerorũ Ioannes sine venia, Comes de Oesteruant, primogenitus Ioannis Comitis Hannonienſis. In tertia acie fuit laico. Comes S. Pauli. Inito ergo prælio vndecima die menſis Auguſti, Anno Dñi milleſimo trecenteſimo ſecundo, prædictus Hugho Butterman poſt plurimos labores, tanquam triumphator inclytus, cepit prædictum vexillum Franciæ. Quod poſt doloroſum bellum præſentauit cum magno honore Principibus Flandriæ. Factaque eſt victoria Flandrenſi populo, & caſus ſeu ruina Gallicis, tam mirabilis, quam miſerabilis. Corruerunt enim de eis vndecim milia Principum & nobilium, & vltra octo milia armigerorum, quorum principalium iſta ſunt nomina: Rex Maioricenſis & Rex de Melyden, Dux de Loreynen, Godefridus Comes de Vierſon, filius tertii Henrici, & primi ducis Brabantiæ, Epiſcopus Beluacenſis, Princeps de Albemarcke, frater eiuſdem Epiſcopi, Robertus Comes Artheſienſis, Rudolphus Comes de Nygella, Coneſtabilis Franciæ, Iacobus Comes ſancti Pauli, aunnculus Reginæ Franciæ, Ioannes ſine venia, Comes de Oeſteruant, primogenitus Ioannis Comitis Hannonienſis & Hollandenſis, Ludovvicus Comes Claremontenſis, Princeps Campaniæ, Princeps Noortfoerdenſis, Princeps de Clarion, Comes Barenſis, tres Principes fratres eiuſdem Comitis Barenſis, Comes Nelenſis, Comes de Trie, Comes Bauonienſis, id eſt, Bolonovs, Godefridus frater eiuſdem Comitis Bauonienſis, Comes Sueſſionenſis, id eſt, Svviſſen, Comes Lammarcenſis, Comes de Damartyn, Comes de Momelyaert, Comes de Foreys, Comes de Marle, Comes de Hu, Dominus de Crayen, Dominus de VVeeſmael, Caſtella Riſellenſis, Aegidius Dominus de Alengy.

Hugo Butterman glorioſe vexillum Francis vi-dit.

Flandrijin bello ſuperiorem eiuadunt.

Nominapræcipuorum nobilium in eo bello peremptorum.

Porro Hugo Butterman prædictus poſt obtentam victoriam in Flandria manſit, & in breui ibidem obiit ſine liberis, ſepultuſque eſt in Axel in ſumptuoſa tumba, & exinde deuoluta ſunt Dominia ſua Ioanni, Domino de Arckel, nepoti ſuo. Igitur de bello prædicto valde mirandum eſt, quod ſequitur. Nam poſt ſex annos ab iſto bello veñerunt quidam homines in diuerſis tertiis dicentes, quod ipſi eſſent hi Principes, qui putabantur occiſi in prædicto bello Curtracenſi. Quidam enim dicebat ſe eſſe Godefridum de Vierſon, alius dicebat ſe eſſe Comitem de Hu, tertius dicebat ſe eſſe de Craynen, & ſic de multis factum eſt. Iſti in tantum affirmauerunt verba ſua, quod eis adhibebatur fides in multis locis. Et ille, qui ſe affirmauit eſſe Godefridum Comitem de Vierſon, acceptabatur pro Comite, tam à Comitiſſa, quam ab omnibus ſubditis. Qui ſtatim ex tunc remouit Scabinos & Iudices Comitatus de Vierſon, & ceterorum Dominiorum ſuorum, ordinans in eis Scabinos & Iudices ſecundum beneplacitum ſuum. Remouit etiam ſcutum eiuſdem Comitis de Vierſon, quod pendebat ſupra ſepulchrum eius, Bruxellæ ad fratres minores, dicens ſe adhuc viuere. Igitur Comitiſſa, vxor eiuſdem Godefridi Comitis occiſi acceptauit eundem pro Domino & marito ſuo. Cui & idem condormiuit vt maritus longo tempore, & ipſa nihil aliud ſciuit, quin fuerat verus eius maritus. Sed poſtmodum cum omnia patefierent, & ipſi detuicti fuiſſent, quod non eſſent hi Principes, quos ſe nominabant, captiuati ſunt omnes, & ob reuerentiam Dominarum, quas dixerant ſuas legales eſſe vxores, perpetuis carceribus vſque ad mortem detinebantur.

NB.

De fortuna FLANDRENSIVM *aduerſus ſuos hoſtes, in diuerſis locis.*

CAP. IX.

ANNO Domini milleſimo trecenteſimo tertio, Ioannes Comes Namurcenſis & Guido Flamiger frater eius, ex prædicta victoria militum animati congregauerunt denuo Flandrenſium agmina, & proficiſcebantur cum Ioanne de Reneſſ milite ad diuerſa loca in Comitatu Flandriæ & circa confinia eius, opprimentes, deprædantes & interficientes in manu valida vbique fautores Philippi Regis Franciæ, & erat fortuna cum eis. Cum ergo etiam tetigiſſent Hollandenſes & Zeelandenſes, hiſtatim congregauerunt ſuos ſatellites & piratas, & in vindictã Ioannis ſine venia Comitis de Oeſteruant, ſpoliabant Flandrenſes terra marique cum crudelitate nimia. Porro poſt mortem prædicti Ioannis ſine venia, VVilhelmus frater eius ſecundo genitus Ioannis Comitis Hannonienſis, factus eſt Comes de Oeſteruant. Et hoc eſt ſemper de more in Hannonia, vt ſenior filius dicatur Comes de Oeſteruant.

Anno 1303.

Depra-

De prælijs inter Flandrenses & Hollandenses, ac de obsidione opidi de Zierickee.

Cap. X.

Anno 1304. Guido Comes Flandriæ VVa lachriam impetit.

ANno Domini M. CCC. IIII. Gvvido Flamiger prædictus, in superbiam eleuatus, congregauit apud Catsant, instinctu Ioannis de Reneest, militis, roboratum exercitum, expectans ibidem prosperum ventum, vt vicinam armipotenter expugnaret walachriam. Porro VVilhelmus, Comes de Oestetvant, collecto valido exercitu Hollandensium, Zeelandensium & Frilonum inopinate venit per fluxum & prosperum ventum in Catzant, & inito prælio cum Flamingis, occisisque multis, victor rediit ad Zeelandiam. nec mora, quin Gvvido iterato aggregauit armigeros, vt iam secundo debellaret Zeelandiæ populos. Cui VVilhelmus, iuuenis iam dictus, secundato se opposuit. Quiramen ex interna traditione, tam in Vere, quam in Autumnali vno die bis victus est a prælio. VVilhelmus itaque declinans à Vello festinauit ad opidum Ziericzee pro recenti subsidio. Quem Gvvido Flamiger absque mora secutus & veniens vsque oppidum Middelburch, obtinuit illud. Deinde opidum Ziericzee ad sex septimanas sagittris & fundibulis lacessiuit. Demum ipse VVilhelmus vna die- 10
rum portas opidi aperiens, larenter forensem disturbauit exercitum, & tam occidendo, quam submergendo, mille Flandros & quingentos dedit in interitum. Tunc treugæ inter Flandrenses & opidum Ziericzee p mensem firmatæ sunt, tali videlicet conditione, vt Ziericzee interim non muniretur fortius. Quibus gestis, wilhelmus, Comes de Oestervant, perrexit ad Hollandiam pro nouo subsidio. Terminatis itaque treugis, opidani ex Ziericzee in manu valida perrexerunt aduersus Flamingos in Middelburch existentes, multisque Flamingis interfectis, reobtinuerunt Middelburch. Reuertentetque cum victoriali laude ad oppidum proprium, insinuauerunt ista Wilhelmo Comiti de Oestervant, qui rediens ad Zirczee perrexit cum eis ad bellum contra Flamingos, qui in vicino cum Iohanne de Renees milite latirabant, & profugauit eos. In eodem quippe bello idem Comes miles factus, & ordinati sunt cum eo quadraginta octo milites, inter quos VVitto primus Dominus de Haemstede, bastardus Florentij, quondam Comitis Hollandiæ, etiam miles effectus est.

Oppidum Ziericzee obsessum. Middelburch rursum capitur.

20

30

De prælio in Duuelandia.

Cap. XI.

DEmvvmibi VVilhelmus Comes de Oestervant diligenti custodiæ præfatum opidum mancipauit, secessit ad Hollandiam, & auxilio sui patrui domini Gvvidonis Episcopi Traiectensis copiosum eduxit exercitum, vt in virtute magna Landros propelleret à Duuelandia. Cum autem gloriosus exercitus, tam Pontificis, quam VVilhelmi iuuenis Duuelandiæ finibus appropinquaret, quidam temerarii iuuenes è nauibus exilientes consagittrare cœperunt contra præscriptos Zelandiæ. Et ecce Traiectenses & Hollandenses fixis anchoris ascenderunt in aggerem, vt ibidem castra locarent propter instantem noctis caliginem. Frisones vero dormitare recusantes, incenderunt hinc inde fugitiuorum rabernacula, reuertentes ad stationem nauium suarum cum præda copiosissima: Nec mora, quin habitatores Duuelandiæ, confestim arma capientes, & per notas semitas Frisones indilate sectantes, super exercitum aduhuc soporantem irruerunt, quem in clamoribus & ictibus validissime excitauerunt, nam repentinus horror horribilisque rumor inimicorum cito innoruit, & Hollandiæ populus, qui visu non potuit, tactu didicit. Inimicorum itaque præsentia ictu percipitur, quæ obscuritate temporis visui denegatur. Hollandensium vero & Traiectensium armigeri de quieto somno terribiliter excitati comprehensis armis festinauerunt inimicis resistere, eosdem propugnaculis castrorum propellere. Sed hoc minime profuit, quin vmbrosa caligo maledictæ noctis tantum inhorruit, vt amicus amicum non cognosceret, quin imo agnatus agnarum alterna cede perimeret. O nefanda obscuritas, ô renebræ detestabiles! nam per vos nobilis strenuitas, strenuaque nobilitas subiicitur, quæ summi adiutorio solis præsentia seruaretur. Corruerunt autem in ipso conflictu Dominus VVilhelmus de Horn, Archidiaconus seu Præpositus Traiectensis, Nicolaus Persyn, Theodoricus de Haerlem, Theodoricus de Sulen & Swvederen, de Bernervverd, bellicosi milites cum plerisque Burgensibus & Villanis, excepris aliis multis in marinis fluctib. suffocatis. Gvvido quidem Episcopus cum copiosa turba plebis & militiæ captiuatus, qui sub arcta custodia versus Flandriam abinde transmissus est. VVilhelmus, Comes de Oesteruant, extemplo nauem ascendit, & ad

Eska.

Duuelandia bello infestatur.

Magna confusio in tenebris experimentis.

præsidium

præsidium Zirczee cum periculo vix euasit. Hæc autem gesta sunt circa medietatem Quadragesimæ, Anno Domini millesimo trecentesimo quarto.

De secunda obsidione opidi Zirczee, & de diuersis bellis.

CAP. XII.

His itaque gestis, Gvvido Flandrensis de victoria Zeelandensium valde gauisus, recollegit statim suos armigeros, & archipotenter reobsedit opidum de Zirczee à Sabbato ante Palmarum, vsque feriam quartam post Paschæ: videns, quod nihil proficeret, dissoluit obsidionem, & cum innumera classe Mosam transfretauit, totamque Noorthollandiam vsque Haerlem per Ioannem de Reneff militem ditioni suæ subegit, accipiensque obsides ex Delft & Leyden, duxit eos secum ad Goudense opidum, & Nicolaum de Cats militem constituit Castellanum in Schoenhouia. Ioannes autem Dux Brabantiæ oppidum montis S. Gertrudis, & totam Suythollandiam præter Dordracum, potestati suæ vindicauit. Deinde Dordracum decem diebus obsidione cinxit per circuitum. Qui tandem per diuersos assultus iam dictum oppidum in magna parte cum ignitis sagittis inflammauit. Quod cernentes oppidani cum magna potestate ignem extinguentes, exeuntes cum Nicolao de Putta & Strenen iudice V Valachriæ, fugauerunt Ducem Brabantiæ ex Suythollandia, passimque fugitiuos insequentes, plures occidebant, pagos etiam vsque Busemducis cremabant. Illud insuper opidum in contumeliam Ducis pro parte ignitis iaculis conflagrarunt, & prædam multimodæ facultatis secum gloriosius apportantes ad opidum montis S. Gertrudis venerunt, &, ibidem expulsis cunctis Brabantinis, ab hinc ad Dordracum reuersi sunt. Quibus ita gestis, congregauerunt de nouo agmina sua, & exierunt cum Nicolao de Putta & Strenen Domino, & commiserunt bellum prope Iselmondum contra Gvvidonem Flandrensem, & duobus milibus Flandrorum cęsis, Gvvido Grauę periculum euadens, vix seruata vita fugere potuit.

Busemducis magna ex parte incenditur.

De discordia in Traiecto.

CAP. XIII.

POrro cum Gvvido Pontifex Traiectensis à Flandrensibus captus esset, tunc erant in Traiecto duæ nationes, quę antea erant inimici ad inuicem: Sed nunc, audita captiuitate Antistitis, fecerunt pacem ad inuicem, & iuramento fidelitatis permiserunt ciuitatem Traiectensem conseruare in bono statu, donec Episcopus prædictus reuerteretur liber à captiuitate sua, sed fides ab vna parte cito rumpitur. Nam Gerardus Brucken miles ad domum propriam occiditur. Deinde iam statim processerunt dicti interfectores, & captiuauerunt Iacobum de Lichtenburch militem, Wilhelmum de Rodenburch militem fratrem eius cum filio eiusdem wilhelmi, ac V Vernerum militem, & posuerunt eos in Vresenburch captiuos. Posthæc intempestæ noctis silentio Iacobum de Lichtenburch & V Vernerum milites retro supra sanctæ Catharinæ loci planiciem adducentes confestim illic trucidarunt. Et ex istis sic cruentissime peremptis plurima ciuitati plaga multarum interfectionum ac aliarum miseriarum inde euenit. Ita Gvvido Flamiger percipiens ista peruenit extemplo armipotenter infra ciuitatis Traiectensis moenia, posuitque ibidem suos Sculthetos & Scabinos, qui ex parte eius ibidem iudicio assisterent. Sed & ab Ecclesia diligenter expetiit, quatenus Gvvido captus Pontificio priuaretur, & V Vilhelmus Iuliacęsis in Episcopū eligeretur. Quod forsitan impetrasset si V Vitto Dominus de Haemstel Bastardus quondā Florentii Comitis Hollandię de Zirczee per turbulentū equor ad villam Zantfooret non venisset.

Flandri ibi interficiuntur.

De profugatione Flandrensium ab Hollandia.

CAP. XIV.

POstquam ergo idem V Vitto inclytus miles cum paucis armigeris intrasset Haerlemense præsidium, ibidem eius explicauit vexillum, & extunc omnes Kenemari, & quamplures de Frisia, tam Occidentali, quam Orientali apud eundem conuenerunt, Domino Deo regratiantes Hollandensi sanguine sibi cœlitus demisso. Quos V Vitto Dominus de Haemstee paratos inueniens, arrepto itinere cum eis, cum tubis frementibus & vexillis coruscantibus ad perimendum Flamingos celeriter perrexit. Porro circa Hellegem deuenientes, Præsidem FLANDRIAE cum magno exercitu Flamingorum obuium habuerunt, & ecce graui prælio commisso fit ingens clangor armorum, & magnus stridor occisorum. Et ecce, omnibus Flamingis interfectis, Frisones eos armis & vestibus denudantes, atque cadauera super vnum cumulū colle-

collegerunt,& insultando, dixerunt: Iste cumulus Flamingorum in signum certi itineris erit, si de post forte huc venerint: & deinceps via illa dicitur vsq; in hodiernum diem vulgariter Ant mannepat. Ista denique fama per totam Hollandiam volante, nec non in opido Delfensi percepta, quidam robustus inibi existens, cuius cognomen fuit de Ockenberch accepto in manu vexillo vociferatus est. Et conuocato populo Delfensi expulit à Delft Flamingos, plerisque crudeliter occisis. Deinde Delfenses cum Leydensibus perrexerunt Goudam, ibidem Flamingis multis interfectis reduxerunt oblides ad opida propria. Interea Witto Dominus de Haemstee, cum exercitu copioso, & tubis horrisonis veniens Leyden, triumphauit etiam ibi gloriose de prostratis Flamingorum turmis, multisq; captiuatis ceteri in fugam versi sunt, & venientes in Delft, putabant se forte ibidem fore tutatos, sed Witto miles egregius cum suis armigeris eos indesinenter insequens, comprehendit eos in opido Delfensi in platea Flamingica, & interfectis ibidem quingentis, platea illa exinde sortira est nomen, & dicitur platea Flamingica, vulgariter die Vlaminck straet, vsque in præsentem diem. De ipsis autem Flamingis quidam ad fossata currentes putauerunt transnatare, & submersi sunt. Itaque V Vitto Dominus de Haemstee sic iterum de V Vert-hollandia, omnibus Flamingis occisis vel captis, triumphum laudis potenter acquisiuit atque prædam magnam obtinuit. His temporibus Nicolaus de Cats miles, ex parte Gvvidonis Castellanus in Schoenhouen, descendit vna die rum de castro ad contemplandum, quæ agebantur in opido, opidani autem videntes eum ambulante per opidum concurrerunt pariter, & captiuauerunt eum, mittentesq; V Vittonem expulsorem Flamingorum petierunt suũ aduentũ aduersus Flamingos in castro existentes. Igitur V Vitto veniens Schoenhouia, obsedit cum oppidanis castrenses acriter nimis, Erexit vnam machinam contra castrum cum qua in tantum molestauit castrenses, vt deditionem expeterent. Et sic V Vitto, eos captiuans, castrum obtinuit in manu forti, expulsis inde cunctis Flamingis.

Platea Flamingica Delfu.

De tertia obsidione opidi Zirczee.

CAP. XV.

CVm autem Gvvido Flandrensis audisset de victoria V Vittonis, Domini de Haemstele, confusus à Traiecto recessit, & venit ad Zeelandiam, opidumq; Zirczee iam tertio cinxit obsidione grauissima, & machinis, apris, cattis, & ceteris ingeniis lacessiuit, insultatione crebertima. Erexit enim in Aquilonari plaga duas ingentes magenas iactantes lapides grandes nimis. Ad Australem vero partem etiã erexit vnam pro destructione opidi. Porro opidani non erant minoris roboris & munimenti, quia & ipsi construxerant tres nocentissimas machinas infra opidũ, quib. hostes aciter nimis absterrebant à munitione præsidii. Cumque vna dierũ Flandrenses è machinis immisissent in opidum quã ponderosum lapidẽ, ait quidã intraneus artifex ad opidanos, Afferatur mihi ille idẽ lapideus nuncius, & remittã eũ ad Dños suos, qui nobis eũ direxerunt. Tulerunt ergo, & dederunt ei eundẽ lapidẽ. Qui habens artẽ pugnandi cum machinis reiecit eũ super machinã stantẽ ante opidũ atque contriuit, quæ cadendo debilitauit manũ artificis. Post hæc Gvvido Flandrensis obstruxit matis portũ, & impleuit straminib. aliisq; reb. multis. Expectans ẽt tempus oportunũ cogitauit semel transilire cũ impetu muros opidi. Cumq; adesset optata dies, præcepit agminib. & turmis suis, vt in meridie ascenderent contra opidum. Qui iussa complentes impleuerunt fossata, magna ex parte, straminib. paleis & stipulis, impetũque vnanimiter facientes versus opidum, cupiebant illud celeriter obtinere. Sed hæc eorũ spes valde cito cassata fuit, nã opidani apprehensis armis & ad defensionẽ oppidi accelerantes ascenderunt moenia, & turres: ac robusti iuuenes pro mutis cõsistentes, fortiter repugnabant, mulieres etiam ferebant viris suis pro muris existentibus sagittas & saxa in magna copia, vt eo fortius & diutius in pugna perseuerarent. Tã horribiliter sagittabant oppidani in aduersarios, vt non tantũ repellerentur à munitione, sed & etiam innumerabilis multitudo perimeretur. Etiam cum incendiũ otiebatur in opido ex inimicorũ ignitis iaculis, feminæ currebant & incendium extinguebant. Quibus gestis, Gvvido constr uxit grande bellandi instrumentũ, cattũ appellatũ, per istam ergo machinã in aquilonari parte opidi exaltatam Flandrenses opidanos valde angariauerunt. Erat enim proceræ celsitudinis machina, & totum, q; in opido agebatur, ab ea contemplabatur. Deinde per vnũ integrũ diẽ Flamingi impugnantes opidũ vexauerunt oppidanos cum sagittis & diuersis tormentis grauiter nimis. Econtra vero intranei forenses hostes cum balistariis missilib. machinis & iaculis à munitione tam acriter absterruerunt, vt mille & octagintos Flandrenses in vna die perimerẽt. Cum ergo Flamingi in fugam essent versi, oppi-

Beka.

ſ,oppidani aperientes portas cucurrerunt ad foſſata,& cum impetu celeriter extraxe runt paleas ab hoſtib.immiſſas cũ ſtraminib.& ſtipulis: & foſſata iterũ ſunt euacuata. Eodem tempore fuit in Zirczee quidam faber ferrarius,qui præſumebat ſe habere artem faciendi ſagittas, cum quibus opidani poſſent cremare cattum Flamingorum,q & ita factum eſt,nam intranei mittentes ignem cum ſagittis ſuper machinam præfatam,cœpit immediate incendio cremari. Cumque Flandrenſes vellent extinguere ignem,opidani tam denſe & tam horribiliter ſagittabant ſuper Flamingos, vt nequaquam inceṅdium extinguere poſſent. Igitur tam horribiliter eleuata eſt incendii flamma,vt eius lumen clare cerneretur prope Schiedam & Vlaerdinghen, vnde & plurimi opinabantur,qui ignorabant factum, quod Zirczee captum eſſet à Flandrenſibus,& incendio traditum.

Zirczeani incendunt nouam artemachinæ Flandrorum.

De victoria aduerſus Flandrenſes ante opidum Zirczee.

CAP. XVI.

INTEREA cum hæc agerentur, wilhelmus Comes de Oeſteruãt, probus adoleſcens, iterum ab Hollandia perpulchrum eduxit exercitum, vt ab infeſtatione Flamingorũ ſuum liberaret opidum, ac etiam tranſcripſit Philippo Pulchro, Regi Franciæ, vt ſibi deſtinaret auxilium pro expulſione Flamingorũ. Et Philippus Rex Francorũ tranſmiſit à Kalyſia trecentas & quinquaginta trieres cum quinq; galoyſis in adiutorium, quos Ammiraldus Regis cum vexillis cum fuiis & edoctis tibicinariis eduxit ad prælium. Eodem igitur Anno 1304. decima die menſis Auguſti, quæ eſt feſtũ S. Laurentii Martyris prætioſi, conuenit naualis exercitus, tam Regis, quã wilhelmi Comitis de Oeſteruant, vt Flandros ab obſidione propellerent, & eorũ claſſem in profundũ maris emergerẽt. Flandrenſes autem eo contra eo aptauerunt nauem mirę magnitudinis, quam accenderunt fomento lardi, ſaliſpetræ & ſulfuris, quatenus hanc raté inexpugnabiliter accenſam per ventum proſperum dirigerent ſuper Hollandenſem exercitum naualem & exuſtis vicinis nauib. diſturbatent aduerſum populũ. Sed ecce nauis hæ flãmiuoma refluentib. aquis & refluentib, ventis ad Flandros vice verſa rediit. Cuius otiam auctores miſerabiliter exuſtos vorago pelagi vinos abſorbuit. Ex hoc igitur euentu mirabili, tã Hollandiæ, quam Franciæ Proceres præliandi ſuſceperunt animũ, qui cum tubis ſtrepentib. & vexillis coruſcantib. Flandrenſem oppugnare cœperunt exercitũ. Econtra vero Flamingi per ſpaciũ vnius diei & noctis ſeſe ſtrenue defenſarunt, & aduerſus hoſtes cum telis & fundibulis laudabiliter primo reſtiterunt. In hoc vtiq; bello fragor haſtarum, ſonitus gladiorum, clangor galearum, ſtrepitus ſaxorũ, ſtridor baliſtarũ, & fremitus præliatorũ, tantum inualuiſſe narratur, vt tumultus abinde grandiſonus ad tria miliaria audiretur. Deniq; Flandri laſſitudine fatigati, defecerunt à prælio, quos Hollandenſes certatim occidendo merſerunt in profluuio. Guido quidẽ Flandrenſis, terminato bello, per Admiraldum Regis Franciæ viuus captus eſt, & ad Franciã in captiuitate miſſus, vbi & captiuus tenebatur cum Gvvidone de Dampier, Comite Flandriæ, patre ſuo, & fratrib. Corruerunt autem in ipſo conflictu ex parte Flandrorum decẽ milia virorum, & tranſierunt in captiuitatẽ V Vilhelmi Comitis de Oeſteruant innumerata centenaria cum millenis & centum nauib. & nõgentis pretioſis papilionib. Porro V Vilhelmus Comes de Oeſteruant hanc victoriam adeptus intrauit opidũ Zirczee, vbi dum eſſet, audiuit à narrantib. quod adhuc ſex milia Flamingorum latitarent in armoſis montib. Ea propter opidani, qui ad bellum nondum exierant, perrexerant nunc ſn manu forti & brachio extento aduerſus Flamingos præfatos, & inuitarunt eos ad prelium. At illi, timentes inire certamen, expetierunt deditionem, ſicq; ſunt captiui ducti ad opidum Zirczee, & tunc illi redempti ſunt Hollandenſes à captiuitate, qui tenebantur in carcerib. apud Flandriam. Itaq; propter mirabilem victoriam prænarratam, adhuc hodierno die ſingulis annis in craſtinum S. Laurẽtii fit proceſſio ſolemnis per gyrum opidi Zirczee pro gratiarũ actione ad Deum. Nequaquam & hoc ſilentio prætere volumus, quod ſignum ſanctę Crucis mirę magnitudinis & purpurei coloris apud Egmondam in aere viſibiliter apparuit, quum præſertim præliũ inter prædictos Principes inualuit. Quod quia ſignum eſt triumphalis lætitiæ, prænoſticatum fuit Hollandenſibus pro patria iuſte pugnantibus prætendere laudem victorialis gloriæ.

Philippus Rex Francia ſuppetias mittit Hollandis.

Flandri ſummas artes ſe dedipiunt.

Flandri occidunt & Comites eorum capitur.

Supplicatio annua ob victoriam Zirczeanorum. Signum crucis in aere.

De ſubmerſione Ioannis de Reneſſ militis.

CAP. XVII.

CVM autem Hollandenſes reuerſi fuiſſent à cæde Flamingorum ex Zelandia, feſtinauerunt, Ioan. de Reneſſ militẽ à ciuitate Traiectenſi propellere, vel ipſam ciuitatem quotidianis incurſionibus affligere, concremantes turres quaſdam ac pomeria cum molendinis ante ſuburbium, præſupponentes, quod idem Ioannes foris veniret

ad vleiſtendum hoc incendium. Sed idem miles traditionem metuens cum ſuis complicibus à ciuitate clam receſſit, & vt Leckam transfretaret timore inimicorum perſequentium, ſcapham modicã introiuit. Et ecce probati milites, armorum farcina prægrauati, mox in profundo ſubmerſi. Qui dehinc ab amicis & notis ſagenis in grauidolore inuenti ſunt & ſepulturæ traditi.

De Gvvidonis Epiſcopi Traiectenſis à Flandria liberatione, ac aliorum Principum Flandriæ in Francia captiuorum dimiſſione. Et de Roberto de Bethunen, Comite Flandriæ.

CAP. XVIII.

PORRO Dux Burgundiæ tandem pacẽ compoſuit inter Philippum Pulchrũ, Regẽ Franciæ, & Flandriæ Principes captiuos. In cuius pacis compoſitione etiã delimatum fuit, quod Gvvido Epiſcopus Traiectenſis liber rediret à Flandria ad ciuitatem ſuam Traiectenſem. Quod & ita factũ eſt. Gvvido ergo de Dampyer, Comes Flandriæ, liberatur à captiuitate Regis Franciæ cum tribus filiis & nobilibus ſuis. Redit ergo ad Flandriam idem Comes cum Roberto de Bethunen, Comite de Niuers, Wilhelmo de Nyuella, & Gvvidone filiis ſuis cum quadraginta ſeptem nobilib. & fit magna lætitia in Flandria. Sed Guido Comes de die in diem langueſcens obiit, cui ſucceſſit Robertus filius eius. Hic Robertus de Bethunen dictus habuit in vxorem vnicam filiam de Niuers ſororem Ducis Burgundiæ, cum qua obtinuit Comitatum de Niuers. Genuit autem ex ea Ludovvicum Comitem de Niuers, patrem Lodovvici Comitis Flandriæ, Robertum de Caſſele, & tres filias, ſcilicet Dominam de Kochi, Dominam de Cynan, & Machtildem Duciſſam de Loreynen.

Moritur Guido Comes Flandria.

De ſubmerſione Pelegrini Domini de Lederdam, & horribili ſonitu in antiquo diruto caſtro Lederda.

CAP. XIX.

ANNO Domini 1304. mala morte periit Peregrinus, Dominꝰ de Lederda, filius Folperti, de quo ſuperius dictum eſt libro 24. Cap. 5. Hic enim Pelegrinus, vt fertur, homagium fecerat diabolo, tali conditione, quatenus tã diu proſperatus viueret, quo uſque tranſ fiumen aliquod nauigaret cum equo, ſcilicet quando hoc fieret, ſciret, ſe tunc proculdubio moriturum & æternaliter damnatum. Ille ergo putans diabolũ decipere, præcepit ſuis, ne vnquam in manu ſua quouiſmodo equum admitterent. Sicq; deinceps viuens in omnibus deliciis, & illecebroſis actib. non ſolum Eccleſias Dei ſpreuit, verum etiam pro poſſe ſuo ſpoliauit. Tandem ex miſericordia Dei reſeruatus cum ſenullo modo emendaret licet prouectæ ætatis eſſet: cõtigit anno prædicto, altero die poſt Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis, vt ſtipatus multis armigeris, ſuæ malignitatis complicib. intraret armata manu territoriũ Traiectenſe, conflagrando aliquas villas, pauperes ſpolians, & multa flagitia perpetrans. Et cum, tanquam victor, gaudens rediret cum ſpoliis, in ſequebantur eũ hoſtes volentes captiuos redimere, & damna in eũ vindicare. Quod ipſe cernens celeriter apud Boſchem cum ſuis intrauit nauem. Qui dum paulum à litore in Leckee proceſſiſſent, Ecce, ſuperuenit quidã horribilis niger equus, mirabiliter hinniens, vt omnes in ſtuporem verteret, qui velociſſime ſaliendo in prædicta naui crudeliter fremendo ſaltauit, & per ſaltum in tantum ponderauit, vt, quaſi lapis, deſcenderet nauis, & ſubmerſi ſunt omnes. Quo taliter mortuo, Dominiũ de Lederda & de Baeſtrecht ceſſit Ioanni II. Domino de Arkel. Igitur poſt diſceſſum Pelegrini prædictũ caſtrum Lederda antiquum & diutum prope Lederdã, de quo dictum eſt libro 24. ita horribilis & inacceſſibilis omnib. de cetero fuit propter grunnitum diuerſarum vocum ac flamigerum fœtorem, vt nullus accedere valeret, quin ex horribilibus ſignis ibidem conceptis vel efficiebatur fere amens, vel membris debilitatus territus recederet. Tandem duo præſumptuoſi viri iſta cupientes acceſſerunt meridiano tempore ad prætatum horribilẽ locum. Intrantes igitur cepta caſtri, perluſtrauerunt totũ deſtructum ædificium. Tandem intrauerunt quoddam diſcoopertum & diſiectum penu ex quo dum primus poſt paruam moram territus exiſſet, & alius eum ſequi vellet, permanſit fixus in eodem loco, ac ſi catenatus fuiſſet. Dum ergo ex magno timore clamaret, & collega ſuus non fuiſſet auſus appropinquare, ſed magis recedens conſolando promiſit ire pro corpore Dominico cum ſacerdote de Lederdam ad liberandum eum. Interea dum ille iret pro Dominico corpore, alter, qui fixus erat, audiuit diuerſas horribiles voces & crudeles ſibilationes Deum blaſphemãtium in tantum, quod fere amens efficeretur. Veniente denique preſbytero cũ multitudine ſuorum ſubditorum admirantium, audiuit eachinnando vocem dicentẽ: Niſi

Pelegrinus pactum iniens cum Diabolo.

Nauis operta diabolo ſubmergitur, ſimulque Pelegrinus. Spectra in Lederdam Caſtro.

Aduenientes S. Euchariſtia fugantur ſpectra.

creator

creator omnium te defendendo reseruasset, ego te cribrassem & terribiliter quassando dimisit eum. Qui exiens parum fere exanimis factus fuit, sed ad se reuersus post gratiarum actiones Deo persolutas enarrauit cunctis in præsentia reuerendi Dominici corporis & sacerdotis, quæcunque vidit & audiuit. Qui & postmodum vsque ad mortem infirmabatur ex horrore ibidē concepto. Quo miraculo vbique diuulgato, nemo poea longo tempore ausus fuit propius accedere, quoadusque Ioannes inclytus Dominus de Arkel, deuotorum virorum consilio vsus, eundem locum processionaliter cum subditis suis humiliter in pœnitētia multotiens circuisset, portando illic cum aqua benedicta Dominicum corpus, feciteque locum vbique aspergi per deuotos sacerdotes, 10 Et facta à sacerdote collatione inæ presentia multitudinis totius precabantur omnes cum fletu & orationibus misericordem Deum, vt locum illum mundaret, atq; cunctos Christi fideles de cetero ab illo terrore protegerit & liberaret. Quod & factum est: nam deinceps quisque libere illum accessit, nec terrebantur. Et licet plurima in eodē loco contigerunt miranda, tamen hæc sufficiunt præsenti Chronographiæ.

De obitu Ioannis Comitis Hannoniæ & Hollandiæ, & de nobilibus eiusdem temporis.

CAP. XX.

ANNO Domini 1305. Ioannes Comes Hannoniæ & Hollandiæ, gauisus de Wilhelmi Comitis de Oesteruant filii sui triumphali victoria, secundo Idus Septembris re- 20 quieuit in Domino, & sepultus in vrbe Valescenorum honore congruo. Hic Ioannes prius existens Comes Hannoniæ, qui saltem quinque annis Comitatum rexit Hollandiæ: eius vxor Philippa octauo Idus Aprilis defuncta est, quæ penes eundem virum suum in Hannonia tumulata est. His temporibus ante & post fuerunt inter nobiles Hollandiæ Gyvido Dominus de Aemstell & woerd, postmodum Episcopus Traiectēsis, frater eiusdem Ioannis Comitis Hannonienſis & Hollandenſis, Ioannes sine venia Comes de Oesteruant, Wilhelmus post cū Comes de Oesteruant, Ioannes de Breedemont Comes Blesensis & Suessionensis, tres fratres, & filii prædicti Comitis Hannoniæ & Hollandiæ, Theodricus Pius, Dominus de Brederoedem, Wilhelmus & Theodricus milites, filii eiusdē Theodrici Pii, Theodricus Dominus de Theylinghen, Io- 30 annes Dominus de Huesden, Ioannes Dominus de Arkel, Hugo Butterman Dominus de Boterstoet, Albertus Dominus de Voetne, Nicolaus Dominus de Putta & de Strenen, Ioannes Dominus de Lecka & Pelaicen, Ioannes Dominus de Huekeben, Otto Dominus de Asperen & Ackon, Ghysbertus Dñus de Isselsteyn, Heinricus Batchgraui Leydensis, Theodricus de Wassenaer, Heinricus Dominus de Vyanen, Nicolaus Persyn, Theodricus de Haerlem, Witte primus Dominus de Haemstee in Zeelandia, Nicolaus Cats, Pelegrinus Dominus de Lederda, Wilhelmus de Egmonda Scutifer tantum, Walterus de Egmonda frater eius Scutifer, Ioannes Dominus de Elshaut, Ioannes Dominus de Erongelen, Dñus de Leydenburch, Iacob. de V Vou & Gherardus de Heemskerck, Gerardus de Raphorst, Gerardus de Poelgest Dñus de Horna, Simon de 40 Vouthem, V Voldoinen de Sassenhem, Adā de Scotlant, Baldevvinus de Naeldvvick, Florentius de Duuen, Florentius de Thol, oēs milites, V Vilhelmus de Haerlem, V Walterus de V Vassendelff, Ioan. de Zyl, Nicolaus de Adrichem, V Walterus V Veryck Scutifor, cū plurib. aliis notabilib. & Scutariis approbatis. Porro Nicolaus Persyn prædict⁹ vendidit magnā partem terrarū de insula Marken Monachis de Maiengaert in Frisia, sed postmodū interfecto V Vilhelmo Comite Hollandiæ in Stauria, fratre Margaretæ Imperatricis Romanorū, omnia Frisonū bona, existentia in Hollandia, confiscata, & Imperatrix prædicta vendidit prædictas terras in Marken Dñis emptoribus. Vnde & tēpore Caroli Ducis Burgundiæ Comitisq; Hollandiæ venit Abbas eiusdē monasterii, & 50 repetiit terras illas cū literis venditionis iam dicti Nicolai Persyn, sed nihil obtinuit.

Annus 1305. moritur Ioannes Comes.

De machinationibus Iacobi de Lichtenburch militis aduersus Traiectenses.

CAP. XXI.

ANNO igitur eodem Iacob. de Lichtenburch miles, filius Iacobi de Lichtenburch militis, alias occisi, ab vrbe Traiectensi proscriptus est. Quapropter idem Iacob. in professo S. Martini, eiusdem Anni, hyemali tempore, associatis sibi cognatis & amicis ex Vyanen, quosdam burgenses præfatæ ciuitatis Traiectensis pro victualibus missis conceito gradu persequitur ab Amersfordia vsque Rutfaes, cupiens eos bellica manu prosternere. Qui prosperis non proficiens successibus, deuictum se in eodem conflictu doluit, & ciues ad ciuitatem Traiectensem sani sunt reuersi. Anno quoque sequenti ciues sæpe dictæ ciuitatis Traiectensis pro mercantiis pergentes, idem Iacob.

subiunctis latenter insidiis, debellare studuit. Qui vt prius votiuis nõ respirans incrementis, ab eisdem ciuibus circa pontem in Insaes dolens supprimitur. Quare antediti burgenses ad vrbem suam Traiectensem gratulantes victoriose redierunt.

LIBER XXVII.

CONTINET GESTA TRIGINTA ANNORVM DVORVM, QVIBVS VVilhelmus Bonus, Comes Hannonie & Hollandiæ rexit Hollandiam, & Historias Gwidonis de Hannonia, Frederici de Zirick, Jacobi de Outshorne, ac Joannis de Diest, Episcoporum Traiectensium, cum quibusdam incidentib. eiusdem temporis. Et habet Capitula triginta sex.

De VVilhelmo Bono Comite Hollandiæ.

CAP. I.

Quare dictus fuerit Bonus.

DEnique mortuo Ioanne Comite Hanoniæ & Hollandiæ, VVilhelm' Comes de Oesterwvint, filius eius, efficitur Comes Hannoniæ, Comes que 18. Hollandiæ, Zeelandiæ, & Dñs Frisiæ. Hic VVilhelmus Comes Hollandiæ, huius nominis tertius, propter sua bona opera vbiq; Comes bonus appellabatur. Qui consequenter apud oẽs terrarũ Principes adeo magnificatus est, vt ab omnib. diceretur Magister militũ, & Præfectus Principum. Duxit autem in vxorem Ioan. filiam Caroli Comitis de Valoys, filii Philippi Regis Franciæ, filii S. Ludovvici Regis Franciæ. Huius Ioannæ fratres fuerunt Philippus de Valoys, postmodum Rex Franciæ, & Carolus Comes de Alesson. Genuit vero VVilhelmus Comes ex Regina prædicta vxore sua Ioan. iuuenem, Margaretam Romanorum Imperatricem, Ioannam Comitissam Iuliacensem, Philippam Reginam Angliæ, VVilhelmũ Comitem de Oesterhout sibi succedentẽ Comitem Hannoniæ & Hollandiæ, ac Lodovvicum infantem & Elizabeth domicellam. Comes igitur iste VVilhelmus primo Dominationis suæ tempore in Herlem opido Hollandiæ gloriosam acclamari fecit Curiam: Quam viginti Comites, centum Barones, & mille milites cum infinitis domicellis ac Procerib, in apparatu mirabili solemnisauerunt p plenam hebdomadam. Is ergo inclytus Comes Bonus, VVilhelmus posthæc per officiales Imperii Vicarius Imperatoris deputatus est. Qui etiam in dieb. suis multum gloriosus apparuit. Nam duo famosa castra, videlicet Bruyl & Volmensteyn in Episcopatu Colonien si potenter expugnauit. Iste VVilhelmus, diuini nominis nobilis Princeps cultum ampliare desiderans cõadunauit in Middelburch oppido Zelandiæ nouam Canonicotum collegiatam Ecclesiam, quam anno sui regiminis sexto satis largiflue ditauit ad perennem suæ laudis memoriam.

Canonicatus fundat.

De Ioanne Comite Blesensi.

CAP. II.

HVius igitur VVilhelmi Boni Comitis frater fuit Ioannes de Beadmont, seu de Belemont, qui processu temporis duxit in vxorem vnicam filiam Comitis Blesensis & Suessionensis, & sic est Comes Blesensis, id est, Boleyss, & Suessionensis, id est, Suissen. Et genuit ex ea Ioannẽ sibi succedentẽ Comitẽ, patrem Ioan. & Gwidonis Comitũ. Is Ioan. Beadmont Comes Blesensis obtinuit in Hollandia à fratre wilhelmo Bono Comite opida Goudense & Schoenhouenense cum suis appendiciis & theoloneis, in quib. castra ampliauit atque melioratuit. In opido vero Schoenhouenense deuotionis gratia fundauit monasterium fratrũ ordinis beatæ Mariæ virginis ex monte Carmeli.

Monasterium Carmelitarum in oppido Schoenhoudo.

De secundo Eduvvardo Rege Angliæ, & combustione leprosorum.

CAP. III.

ANno Dñi 1308. obiit primus Eduvvardus Rex Angliæ, postquam regnasset triginta quinq; annis, & successit secundus Eduvvardus filius eius. Cum autem Thomas Dux Lancastriæ, filius Ethmundi senioris fratris Eduvvardi primi secundum ordinationem Henrici tertii Regis aui sui succedere vellet, statim captiuatur idem Thomas dux eb Eduvvardo 2. & decollatur, cui successit in Ducatu Lancestriæ Henricus frater eius. Habuit autem 2. Eduvvardus Rex Angliæ in vxorem Isabellam filiam Philippi Pulchri, Regis Franciæ, & genuit ex ea 3. Eduvvardum sibi succedentem Regem. Anno Dñi 1309. omnes leprosi comburebantur per vniuersam Christianitatem, pro eo, quod latenti proposuerint pacto homines sanos leprare veneno intoxicare, quos potuissent, inficiendo quasi omnes fontes suo sanguine leproso per diminutionem emisso.

Anno 1308. moritur Eduardus primus Rex Angliæ.

Anno 1309. leprosi vbiq; combusti.

De annulla-

De annullatione Templariorum & fundatione monasterii Hospitaliorum in Harlem.

CAP. IV.

ANno Domini 1310. postquam ordo Templariorū impinguarus diuiriis, & dilatatus multis libertatibus & priuilegiis summorum Pontificum, militauerant annis centum & octuaginta quatuor: annullatur primo in Regno Franciæ ex ordinatione Clementis Papæ Quinti & Henrici Imperatoris septimi propter profanam eorū professionem cum abnegatione Christi, & exspuitione Crucifixi. Et anno sequenti in consiliis per Papam sunt penitus cum sententiis annullati, & damnati propriis confessionibus, & relati curiæ seculari. Eodem anno in vigilia beatissimæ Mariæ Magdalenæ intrauerunt primo DOMINI Hospitalarii domum eorum in opido Haerlemensi. Quam domum recepit DOMINVS IACOBVS de Denemarcken, Commendator domus Sanctæ Catharinæ in Traiecto, qui fuit Episcopus Zudensis & Suffraganeus Traiectensis, à magistro Gerardo de Tetroede, Canonico S. Mariæ Traiectensis, & fundauit eam in honore omnipotentis Dei, sanctissimæ Mariæ virginis Christiferæ, & sanctissimi Præcursoris Dñi Ioan. Baptistæ. Deinde fratres Templarii, iuxta Harlem in Lyluis constituri, ad prædictam domum S. Ioannis in Harlem, se & sua bona transtulerunt, mediante nobili viro, wilhelmo de Egmonda. Posthæc Anno Dñi 1316. venerabilis Iacobus prædictus Iudensis Episcopus, Regalem Aulam in Haerlem fabricauit. Anno vero sequenti præfarus Antistes in eadem domo in Haerlem decoraram Ecclesiam cum ornaro ambitu fabricari fecit, & sequenti anno perficitur. In qua Ecclesia Dominus cum pusillima marre sua, nec non cum præcursore eius Ioanne Baptista per Baronem & militem nobilem piissimum, Theodricum Dominum de Breederoeden, oblati one calicis auri purissimi plurimum veneratur.

Anno 1310. damnatur Ordo Templariorum.

Hospitalarii Haerlemi.

Anno 1315.

De vocatione Gvvidonis Episcopi Traiectensis ad consilium generale, & impugnatione castri Volenhoe.

CAP. V.

ANno Domini 1311. Gvvido, Traiectensis Pontifex, nouum castrum ædificare volés in territorio Zellinxvverff, solidum fundum per edoctos exquisiuit artifices, vt ex eo rebellantes posset expugnare Frisones. Sed quoniam idem Episcopus, ad generale consilium vocatus, eo tempore Viennam iuit: ideoque structuram eiusdem dieb. illis necessario prætermisit. Dominus aurem Apostolicus Clemens Quintus, eum omni veneratione Gvvidonem suscepit Antistitem, cui, mediante Philippo Rege Francorū, quo Cardinalatum exhibuit per rubeum pallium, sed Gvvido Episcopus, Domino Apostolico condignas grates agens, oblatum honorem tantæ dignitatis abnuit, quinimo Traiectensis Episcopus ad vitæ suæ terminum permanere maluit. Philippus ergo Rex Franciæ, tanti patris humilitatem intuens, dedit eidem reuerendo Pontifici quingentas libras annuo de censu Regalis Cameræ, volens, vt sibi de cetero foret astrictus in vinculo perennis amicitiæ. Deinde, terminato solemni consilio, Gvvido Pontifex cum eodem Rege secessit ad pontorium, vbi nam & idem Rex inter Comites Hollandiæ & Flandriæ de præfatis guerris deuulgare decreuit arbitrium. Cum autem hæc agerentur apud Francfordiam, mors Episcopi Gvvidonis diuulgata est apud Frisiam. Quapropter coloni apud Stellingvverff, multiplicatum adducentes exercitum, impegerunt castrū in Vollenhoeff per assultum crebertimum, pro eo, quod idem Episcopus dudū in finib. eorū ædificare castrum attentasset, per quod tumultuantes Frisones à confueta rebellione coërcere potuisset. Castrenses autem econtra quibusdam necessariis abunde præmuniti Frisonicis insultibus laudabiliter obstiterunt, quos balistis & fundibulis viriliter à suburbio profugarunt. Quaproprer iidem Fresones superædificauerunt proceræ latitudinis excellentem machinam cum trib. cænaculis, quam ex omni parte valentib. impleuerunt armigeris, quatenus de superiori cænaculo deterrerent rotundatis lapidib. de medio præacutis missilib. & de sub in fine bipenniris securib. Hanc vtiq; machinam superextructam carpentator circumuestiuit tautinis pellib. ad sufferendū ignis corrobustionem, quam etiam circumsepiuit erātinatis viminib. ad refrenandū arcus impulsionem. Frisones quippe horrendā machinā ad distantiam quinq; pedū à castro viriliter impellentes nirebātur rotis virib. & principalē arcē dilapidarent balistarios à muris absterrerent & exrunc absq; dispendio castri propugnaculum introirent. Gerardus autē, Dauentrien sis Præpositus Ecclesiæ, attendens oportunam Hermanni fratris sui necessitatem, repentina protectione terendit ad Francia. & Pontifici Gvvidoni castrensium obsessorū in Vollēhoeff periculosam intimauit angustiā. Nec mora, quin idem Episcopus, magnifico Regi valedicens, Hollandiam festinanter aduenit. Expeditionem indixit, exercitū collegit, classem adiunxit, & ad Frisiam transfretauit. Castrenses

Anno 1311. Sic Beka.

Guido Episcopus oblatum sibi Cardinalatum recusat.

A regi Francisimunus annuum accipit.

strenſes vero ſæuientes à cacumine turris minime claſſem appropinquare exercitum intellexerunt, quod Dominus Epiſcopus ipſis ab Hollandia deſideratam apportaret auxilium. Quamobrem iidem nobiles armiferi confeſtim adimpleruntonellafomentolardi, ſtupæ, ſaliſpetræ, picis & ſulfuris, quam ex omni parte circumſtipauerunt ferratis vnculis. Quippe tonellam inextinguibiliter accenſam caſtrenſes audaciter eiecerunt ſuper tectum vicinæ machinæ, quæ, tenacibus vncis affixa, protinus adhæſit poſtili gneæ, & ecce, leuis aura flammigerum rogum paulatim ſuſcitans circum aſperſit in ſuperiori tenaculo, ex quibus trabes & crates cum quinquaginta Friſonibus inextinguibili concremati ſunt incendio. Porro ceteri Friſones, ſtridorē tam æſtuantis flammæ nequaquam tolerare valentes, corruerunt extemplo de ruitura iam machina, qui, confractis cruribus & laceratis, vix erepti ſunt à morte acerrima. Hermannus autem Caſtellanus haud pigre, valuas caſtri potenter aperiens, cum cornibus horriſonis ac animoſis vernaculis diſturbatos Friſones indilate ſecutus eſt, qui, occiſis quingentis quaſi Friſonibus, ad præſidium caſtri victorioſe reuerſus eſt. His itaque peractis, Hollandenſis aduenit exercitus ibique bellicoſus Epiſcopalis adiunctus eſt populus. Dominus autem Florentius, Traiectenſis Præpoſitus, & Ioannes Dominus de Arkell miles inclytus, Conſiliarii prædicti Pontificis, Theodricus Pius, Dominus de Preterueden, & Nicolaus Dominus de Putta, nobiles Barones, Conſiliarii Comitis Hollandiæ, locatis caſtris diurnatim arcanum tractauerunt interloquium, qualiter aduerſus Friſones tutum poſſent inchoare prælium. Quorum denique decreto conſilio, præconis voce rubicinatum eſt, altera die certatim arma tollere, & Friſiam tendere, & vicinas villas adurere. Sed ecce ſpes hæc omnino caſſata eſt, quoniā in caliginoſæ noctis vmbræ mira tempeſtas inualuit, inaudita pluuia repente cecidit, ventoſus turbo violenter inhorruit, adeo vt papiliones hinc inde diſrumperentur, ac animoſi pugiles propter aeris intemperiem acriter afflicti ſunt. Altera vero die cum ſolare iubar matutinum illuſtraret hemiſphærium, prænarrati Principes attendentes ſuperficiē terræ non eſſe meabilem propter inundantem pluuiam, inſuper & ipſam Friſiam in acceſſibilem propter inſtantem iam hyemem, præceperunt extemplo tollere caſtra, claſſem reſumere, & ad propria tendere. Et ecce naualis exercitus, ſolutis iam anchoris, à littore maris iam abceſſerat, cum vniuerſus quaſi Friſiæ populus, pacem exquirens, ac emendare promittens, cum obſidibus illuc aduenerant. Sed quid plura? ſoluti ſunt obſides, & tam inopinata proſperitate gaudentes, & reuerſi ſunt Friſones ad ſua, diem feſtum in lætitia agentes.

Te veſtibellum impedit.

De concordia facta inter Epiſcopum Traiectenſem Guidonem, & Reynaldum Comitem Gelriæ, de Præfectura Veluæ.

CAP. VI.

Anno 1312.

ANNO Domini 1312. concordia facta eſt in oppido Arnemmenſi inter Gvvidonē Epiſcopum Traiectenſem, & Rynaldū Comitem Gelriæ inam inter ipſos tunc cōcordatum & declaratum extitit, quod Comes Gelriæ terram Veluæ & cetera Dominia, quæ à duce Lotharingiæ & Brabantiæ in ſecundarium feudum tenere conſueuit, illa de cætero ab Eccleſia Traiectenſi immediate in feudum tenere & recipere deberet, eo, quod inter terminū competenter priſtinis temporibus Dux Lotharingiæ prætatus Eccleſiæ Traiectenſi homagiū fidelitatis non præſtitit, nec requiſiuit, ac propter guerras, quæ inde quondā tenuerunt, ſicut ſuperius ponitur in libro 18. Guido quidē, Traiectenſis antiſtes, expenſis maximis prægrauatus, feceſſit ad Franciam, vt ibidē ad aliquos annos in parcimoniali functu ſtaret, quoadusque pecuniam obligatam cōpetenter exoluere poſſet. Formidine tamen abſentis Epiſcopi nullus prædo fuit auſus Epiſcopatum introire, aut indigenis violentiam aliquatenus irrogare.

De tertio Ioanne duce Brabantiæ.

CAP. VII.

Eodem anno moritur Ioannes 2. dux Brabantia.

ANNO Domini 1312. obiit in Vueren Ioannes Dux Brabantiæ, & ſepelitur Bruxellæ. Huius ſoror Margareta, Imperatoris Henrici 7. vxor. Succeſſit autem in ducatum Brabantiæ, Lotharingiæ & Limburgiæ Ioannes filius eius, huius nominis tertius. Qui duxit in vxorem Mariam filiam Ludovvici Regis Franciæ, ex qua genuit Ioannem, Henricum, Godefridum, qui obierunt ſine liberis. Genuit etiam Ioannam Comitiſſam Hannoniæ & Hollandiæ ſibi ſuccedentem in Ducatu Brabantiæ, Margaretam vxorem Ludovvici de Malen, Comitis Flandriæ, & Mariam vxorem Reynaldi ſecundi ducis Gelriæ. Anno XV. in Dominica ante feſtum Natiuitatis beatæ Mariæ

virginis

virginis celebrata est prima dedicatio Ecclesiæ S. Pancratii in opido Leydensi, in loco, qui dicitur *op dat hooghe land*.

De intoxicatione Cæsaris Henrici septimi.

CAP. VIII.

ANNO Domini millesimo trecentesimo decimo tertio Imperator Henricus septimus intoxicatur, cuius intoxicatio sic euenisse legitur: Quodam namq; tempore Cæsar à somno surgens, & ad suos veniens, tristi vultu ostenditur. Super quo Comes Flandriæ præ cæteris multum confunditur, qui Cæsarem aggrediens, causamque tristitiæ requirens, respondit sibi Cæsar, dicens: Comes fidelissime, mens mea quodam † somnon imis affligitur, cuius exhibitio quid innuere poterit, ignoro. Visum est, inquit, enim iuuenem quendam pro lotione manuum mearum aquam præbere meas manus lauare, nec non ipsas iterum ac iterum loras magis immundiores remanere. Istud autem quid significare poterit, ignoro. Comes vero respondens, Cæsarem, secundum doctrinam prudentis, somnia non debere curare, mente tamen mæror semper existens, quid dictum somnium † prætendere voluerit. Interea dum quodam tempore Cæsar, à lecto surgens, manus lauaret, & Comes prædictus aspiceret iuuenem aquam præbere: idem iuuenis, licet inuitus, à dicto Comite ad bibendum eandem aquam compellitur, & bibens custodiæ committitur, & Cæsar lotus per alium, missarum solemnia audiuit, Comes vero, post missam rediens, iuuenem mortuum innenit. Alio itaque tempore Cæsar somno se parans discalceatus lectum intrauit, potumque postulat, qui sibi à suo famulo præsentatur, quo sumpto Cæsar mox se infectum percipit. Is iraq; subito surgens capellam solus ingreditur, cuius ostium, ne quis secum veniat, obfirmauit. Gratiam itaque pro cumbens ante altare postulat, vt, si non sit raundo vtilis, potus sibi iste manear vltimus.

Anno 1313. Intoxicatur Henricus imperator.

† *somnio.*

Somnium Henrici Imp.

† *prætendere.*

Si vero Deus velit sibi vtilitatis causa parcere, eiusque vitam protendere, dignetur ipsum à potione pessima liberare. Quo dicto, venenum via, qua venerat, recedebat. Cæsar, Deo grates agens, & ad lectum rediens, dicta nulli aperuit; sed quidam, ipso nesciente, retro altare latitans, ista omnia audiuit & publicauit. Nocte sequenti Cæsar, prout nunc, pótum desiderat, qui per eundem sibi præsentatur. Sed modo sibi præcauens, famulo, vt bibat, præcipit. Qui statim, suscepto poculo, ante pedes Cæsaris mortuorum ordine comparuit. Fuit etiam alienus quidam apud Florentiam ad proditionem Cæsaris informatus, qui ad ipsum veniens, & amicitiam ostendens, scyphum quendam ostendens pulcherrimum, auro & gemmis ornatum Cæsari præsentauit. Qua die Cæsar, in mensa sedens, dictum scyphum sibi præsentari misit, vt ex eo poraret. Quod quidam Comes, vir nobilis & Cæsari multum fidelis, prohibuit, dicens, Dominum orbis non debere ex vase incognito eibum vel pocula sumere, nec calicem prius ab alio incognitum ori suo sociare.

Precibus à veneno hausto liberatur.

Cæsar vero pertinaciter instat volens ex dicto scypho bibere. Vnde vino infuso, facto signo Crucis, dum Cæsar proponit scyphum tollere, scyphus in modum crucis in quatuor partibus diuiditur, & vinum cum veneno confunditur (*alias*, circumfunditur.) De quo miraculo Christus à suis benedicitur. Quodam alio tempore Cæsar deuotissimus, ad Eucharistiæ Sacramentum procedens, a fratre quodam Iacobita veneno calici mixto inficitur. Qui statim corde confunditur, & membris omnibus aggrauatur. Vndeambulando deficiens, & Domino Henrico de Flandria regimen curiæ committens, cameram intrauit & lecto se iunxit, ac omnes nobiles nimium dolentes exire postulat. Quibus exeuntibus, solus frater Bernardus Cæsari assistit, quem mitissimus intuens ore piissimo, sic affatur: Manus tuæ infecerunt me, & destruxerunt me totum in circuitu, vnde breuiter moriens, & omne facinus vobis indulgens, humiliter postulo, vt inde discutere dignemini, quid in me vestræ displicuit paternitati, & qua de causa tam grande malum in me, vobis semper pijssimum, mens ingratitudinis operatur. Traditor dimisso capite præ confusione malæ conscientiæ stabar anxius corde. Qui tandem ab alto ducens suspiria, in hæc prorupit verba: Pie Domine, quo ad personam meam, sola obedientia datur causa, sed fratres nostri ordinis pro vestra destructione quadraginta millia florenorum à quatuor maledictis Principibus, Rege Franciæ scilicet, Nauerræ, & Tarentorum Principe, fuscperunt. Sunt autem in nostro exercitu plusquam viginti fratres nostri ordinis, qui omnes mecum eodem stadio cucurrerunt.

Intoxicatur à Religioso quodam ad hoc pretio moto.

Sed heu me miserum, cuius manus pessimæ ad brauium peruenerunt! Cæsar respondit

spondit: O bone frater, quæ est hæc obedientia? Christus dicit: *Non occides*, modo per prælatum contrarium habes. Quis ergo horum est sequendus? Certe, si non erraueris, Christus magis. Namque DEO, vt ait Petrus, oportet, quam hominibus obedire. Non debet ergo à vobis allegari obedientia, sed error & dementia, cupiditas quoq; & auaritia. Traditor ait, Pie Domine, cor meum supra modum de hac potione nefandissima doloribus aggrauatur. Cæsar inquit, O bone frater, dolor ille omnibus meis seronimium offertur. Traditor ait, Reuerende Domine, Si vestra nobilitas annueret, possem vos curare. Cæsar ait, frater Bernarde, si hoc posset, ordinem postulo recitari. Traditor ait, quod si demisso capite & suspenso pede venenum via qua venerat, reuerteretur. Cæsar ait, Absit, bone frater, Si alio modo non potest fieri curatio. Nolo enim aliquo modo animæ meæ cibum suum subtrahere, sed illam, destructo per vos corpore, creatori humiliter præsentari.

O frater Bernarde, licet per vos, sicut scriptum est, non malum pro bono tribuatur. Nolo tamen vos hac occasione corripi aut à mihi familiaribus infestari. Vnde quoniam mora vobis periculum esse posset, eligatis pro vobis securum locum, & illi loco sine offensione vos faciam præsentari. Quia pro certo, si populus meus actum vestrum perciperet, corpus vestrum nullo modo mortem euaderet. Cæsar itaque traditori suo Florentiam eligenti omnia indulgens, eius quoque honore, qui pro ipso Cruci affigitur, illata sibi humiliter sustinens, solemnes vocat nuncios, non nuncios, sed Principes, quorum ductu † tradito versus Florentiam peruenit sal- †*Traditor.* uus. Quibus ad Cæsarem reuertentibus, Imperator tunc ipsis nihil cælauit, sed omnia manifeste reuelauit, scilicet qualiter à fratre Bernardo vltima missa per ipsum celebrata veneno infectus sit, & mortis periculo deditus. Quo audito, fit clamor maximus, fit planctus continuus, nec cessant Duces traditoris sibi ipsis maledicere, dum ipsum sic recolunt euasisse.

Igitur post hæc Imperator Christianissimus, sui valedicens, & manus deuotissime erigens, in Domino feliciter obdormiuit. Factum est autem post aliquos annos, vt ibi traditor dum esset captiuaretur. Mox pelle à rasoris exuirur & morte turpissima condemnatur & punitur. Porro hic Henricus Imperator prius fuit Dux Luxenburgensis, & genuit ex Margareta Imperatrice, filia primi Ioannis Ducis Brabantiæ, Ioannem sibi succedentem in prædicto Ducatu. Itaque hic Ioannes habuit in vxorem, vnicam filiam Regis Bohemiæ. Is ergo Ioannes Rex Bohemiæ, & Dux Luxenburgensis genuit ex vxore sua Regina Bohemiæ quatuor filios & vnam filiam. Primus filius fuit Kalus Rex Bohemiæ, postmodum Imperator Romanorum, secundus filius Wenzelaus Dux Luxenburgensis, Comes de Thuy, & Princeps Alsatiæ, qui postmodum per dispensationem sedis Apostolicæ duxit in vxorem Ioannam Ducissam Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, viduam videlicet Hannoniæ, Hollandiæ & Zeelandiæ, de qua tamen non genuit. Tertius filius Zudocus Marcgrauius de Brandenburch, Princeps Moraviæ. Quartus filius fuit Patriarcha † Filiam Bononiam nomine duxit in vxorem Ioannes Rex Franciæ.

De electione Ludovvici Ducis Bauarienſis in Imperatorem, & de prolibus eiuſdem.

CAP. IX.

Anno 1313. ANNO Domini milleſimo trecenteſimo decimo octauo electores Imperii, conuenientes in vnum pro electione noui Imperatoris diuiſi fuerunt in duas partes. Alii Ludovvicum Bonarienſem, alii Fredericum Ducem Auſtriæ, filium Alberti quondam Regis Romanorum in Regem Alamaniæ. Factaque eſt inter eos grauis & longa concertatio, vſque ad bella & ſtrages hominum. Et tandem Fredericus, Dux Auſtriæ, captus fuit per Ludovvicum Ducem Bauarienſem, & ſic ipſe Ludovvicus triumphauit, & factus eſt Rex Romanorum. Huius Ludovvici pater fuit Ludovvicus vnicus Comes Palatinus & Dux Bauariæ, & eius mater fuit filia Rodolphi quondam Imperatoris. Huius etiam Ludovvici electi ſenior frater fuit Rodolphus Dux Bauariæ & Comes Palatinus, qui etiam poſſedit ſedecim opida cum caſtris citra Danubium fluuium. Is quippe Ludovvicus Rex Romanorum habuit ſucceſſiue res ſorores. Prima fuit filia vnius ſimplicis Comitis, de qua non genuit. Ea mortua, duxit filiam Ducis Mediolanenſis cum maximis pecuniis, ex qua genuit Ortonem Marchionem Brandenburgenſem, Stephanum Dominum de Ingelſtad, Ludovvicum Dominum de Monachia, ac Elizabeth Reginam Vngariæ. Sed Otto & Ludovvicus obierunt ſine prole. Qua defun-

defuncta, idem Ludovvicus duxit in vxorem Margaretam filiam Wilhelmi Boni Comitis Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Domini Frisiæ, de qua genuit tres filios, scilicet Wilhelmum Ducem freneticum, Albertum Ducem & Dominum de Mudigen, ambo Comites Hollandiæ, & Ludovvicum Romanum, qui ideo dicitur Romanus, quia natus fuit Romæ tempore coronationis patris eius. Et hic Ludovvicus Romanus postmodum factus est iure matrimonii Rex Crakouiæ.

De duobus Regibus Francie, id est, Ludovvico & Philippo Longo.

CAP. X.

Anno 1315. moritur Philippus pulcher Rex Francie.

ANNO Domini millesimo trecentesimo decimo quinto obiit Philippus Pulcher, Rex Franciæ, cui successit Ludovvicus filius eius. Huius prima vxor fuit Margareta, de qua non genuit. Secunda vxor fuit Climendis filia Regis Vngariæ de qua genuit Mariam Ducissam Brabantiæ, Ioannem, qui in iuuentute obiit, Ioannam vxorem Philippi Regis Nauarræ. Eodem anno idem Ludovvicus, Rex Franciæ, cum exercitu copioso Flandriam ingressus, prope Tornacum super fluuium Leyln sua præcepit extendi tabernacula. Cui Vilhelmus Hannoniæ Comes cum copiosa turba nauali exercitus in auxilium veniens, prope tale super fluuium Schelt sua iussit exaltari tentoria. Sed ecce præfatus Rex per assiduam intemperiem pluuialis auræ compulsus est ad Franciam retrocedere, & Flandrensem populum ab infesta molestatione dimittere. Vilhelmus ergo Comes, auditis de recessu Regis rumoribus, omnes villas citra ripam prædicti fluminis hostiliter incendit, saluisque suis bellatoribus, ad Hollandiam remigrauit. Rexit autem idem Ludovvicus Franciam nouem mensibus, & obiit. Eiq; successit Rex Franciæ, Philippus Longus, frater eius. Hic non habuit proles & rexit quindecim annis.

De fame & peste pessima.

CAP. XI.

Anno 1314. apparuit Comete, quique fames & pestilentia.

ANNO Domini millesimo trecentesimo decimo sexto Cometes apparuit, mortifera pestis inhorruit, & valida fames inualuit, adeo, vt plerique pauperes, si fas est dicere, cadauera pecudum, sicuti carnes crudas, corroderent, & gramina pratorum, sicuti boues, incocta comederent. Fuit etenim hæc fames & pestilentia tam aspera, quod mendicantes absque numero morerentur in campis, syluis siue nemoribus, & eorũ corpora sine catholicis exequiis sepulturæ traderentur in locis agrestibus. Insuper & sæpe inueniebantur mortuarum matrum viuentes infantes sugere vbera, ac præ nimia dentibus amputasse inedia. Quapropter hæc miranda calamitas à Threnis Ieremiæ Prophetæ saltem in hoc discrepare videtur, quod hæc manus mulierum proprios filios non coxerunt, & eorum carnes vigente fame non manducauerunt. In oppido Leydensi erat istis temporibus mulier patiens famem, miserabiliter petens panem à propria sorore, quæ negauit se habere panem vsque ad vnum. Respondit alia, & dixit: Soror mea dilectissima, scio, quod panis fuit in domo tua. At illa dixit, claudens viscera pietatis, Si sunt panes in domo mea, peto vt lapides fiant: quod & ita nutu Dei factum est. Quia & panes eius conuersi sunt in duros lapides vsque in præsentem diem perseuerantes. Vnus enim illorum ostenditur hodierna die cunctis hominibus in Leydis, in Ecclesia S. Petri. Diebus etiam istis vir quidam erat in Gorichem, Gheroneus nomine, habitans super breuem aggerē, diues valde, sed parcus, q; quotidie triticum, siliginem & cetera frumenta hominibus pretio vendere consueuit. Hic, imminente famis tempore, omnia solaria domus suæ, referta cunctis bladis & frumentis, clausit, sperans crescente penuria infinitas gazas extorquere à suis coopidanis. Nec etiam pro Deo mendicantibus aliquid dabat.

Panes mutati in lapides.

Econtra vero in eodem oppido fuit quædam vidua deuota, super afflictos pauperes pia gestans viscera, habitans apud pontem piscium. Hæc tribuebat pauperibus & indigentibus libera mente, & hilari vultu triticum de suo solario, parum solicita de crastino. Quodam igitur tempore, ea sedente cum sua familia ad mensam, venit quædam paupercula cum multis puerulis gementibus ante ianuam eius, & allegauit mendicando lachrymabili voce, quod ipsa cum puerulis ab hora duodecima præteritæ diei vsque nunc panem non manducasset. Commota vidua eius precibus, præcepit ancillæ, quatenus celeriter introduceret eam ad refocillandum cum puerulis: insuper quod afferret de solario eidem mulieri vas tritici, ne iuuenes fame deficerent.

Cui

Cui ancilla murmurando dicit: O Domina, non habemus tantum, nisi tria vasa tritici, in tota domo: & illis consumptis, vnde viuemus nosse Cui vidua, vade in nomine Dei, & fac, sicut præcepi, Dominus enim prouidebit. Ascendens ergo ancilla cum indignatione solarium, &, aperto ostio, ecce apparuit solarium optimo tritico plenũ, ita vt triticum per ianuam flueret, ancillamq; comprimeret ad retrocedendum, miroque gaudio ancilla clamore suo prouocabat omnes solarium ascendere ad videndum. Dei magnalia. Quod videns electa matrona, gratias Deo egit, & præconis voce clamauit per omnes plateas opidi, vt omnes pauperes indigentes ad eam venirent, & omnibus de bonis Domini pro modulo suo distribueret. Quo audito, facta est lætitia magna in oppido. Post hæc diuina misericordia, comparciens humanæ miseriæ, largitatem munificentiæ suæ clementer ostendit, & incrementa frugum vbiq; terrarum adduxit, vt modius siliginis pro quinq; grossis Turonensibus emeretur, qui paulo pridem pro quinq; solidis Turonensib. emebatur. Geroncus quippe, de quo supra diximus, solatia aperiens, vt venderet, didicit per quendam foetorem pestem in bladis suis vigere ita, vt non possint vendi nec comedi ab hominib. seu bestiis. Necessitate ergo ductus proiecit nocturno omnia blada sua cum magna confusione in fluidum riuum eiusdem opidi: & auarus miser nec præmium cæleste, nec præmium terrestre inde habuit. Duravit autem ista fames per biennium.

Frumenti in granario Dei misericordia multiplicatum.

De expugnatione castri Goya, & obitu Gvvidonis Episcopi.

CAP. XII.

ANNO Domini millesimo trecentesimo decimo septimo Gvvido Pontifex reuersus à Francia totum Episcopatum cœpit in tranquilla pace disponere, cunctosq; grassatores vltione sæuera corrigere. Fuit etiam illis diebus Ghysbertus de Goy, iunioris ætatis adolescentulus, sub tutela Ioannis sexti Domini de Culenburch, & Nicolai de Catzee constitutus, à quibus idem Episcopus ex parte iam dicti pueri de receptis sanam exegit computationem ac tutelæ resignationem. Ioannes autem & Nicolaus prouidentes mandatum reuerendi Pontificis, recusarunt de receptis rationem reddere, nec tutelæ prænominati iuuenis aliquo modo cedere. Quamobrem idem Episcopus, tam de Hollandia, quam de potestate propria, duxit exercitum, & castrum Goyæ vallauit obsidione per circuitum, & cum magnis turribus quassauit grauiter, in tantum, vt castrenses ad satisfaciendum coarctaret. Castrenses autem, magnanimitatem Episcopi intuentes, obsidionem tam populosæ multitudinis formidantes, ipsum castrum salua vita cum bonis resignarent. Quinimo glorioso Pontifici debitam satisfactionem de præterita contumelia promiserunt. Gvvido quidem Episcopus adeptum iam castrum commisit Arnoldo de Iselsteyn, ac Wilhelmo bastardo Florentii, quondam Comitis Hollandiæ, quatenus ipsi præsiderent in eo sub munimento fidelis custodiæ.

Anno 1317. Beka.

Episcopus castrum Goya obsidet.

Ibid.

Sed ecce Gvvido præclarus Antistes eadem nocte, quarto Calendas mensis Iulii, ægritudine subitanea debilitari cœpit, &, astantibus quibusdam de suis familiaribus, vitæ spiritum exhalauit. Multi tamen asseruerunt eum intoxicatum fuisse. Nec mora, quin castrenses dudum eiecti circa noctis vmbram per notas semitas scalas muris applicuerint, & omnes armigeros Episcopalis curiæ, soporantes adhuc in stratu, cum verbis minatoriis eiecerunt. Corpus autem reuerendi Pontificis confestim intra ciuitatem Traiectensem deuectum est, quod ibidem apud maiorem ecclesiam lachrimosis exequiis honorifice tumulatum est.

Moritur Guido Episcopus.

Dilectus iste pater, sedecim annis condigne regens Episcopatum, S. Martino tria castra, id est, Ghoræ, Dullenburch & Stoutenburch ad perennem suæ laudis honorem obtulit. Pro debitis antecessoris sui Romanæ curiæ mille & quadringentas libras exoluit, totum Episcopatum sine debitis successori dimisit, quem eo viuente, contra circum manentes & potenter & pacifice gubernauit. Fuit enim idem Episcopus aspectu decorus, statura venustus, sermone facundus, ingenio clarus, consilio cautus, ac in multis virtutibus gratiosus. Anno vero sequenti in festo Translationis sancti Martini datus est singulis pauperibus numus argenteus pro memoria eiusdem Gvvidonis Pontificis Traiectensis, vnde versus:

Castra à Guidone S. Martino oblata Vltrahabili.

Claudum de vido saltare facit bone Gvvido.

De De-

De Dominis & opidis Amstelredam & VVoerden.

CAP. XIII.

PORRO Wilhelmus Bonus, Comes Hannoniæ & Hollandiæ, defuncto Gvvidone Episcopo, patruo suo, Dominia de Aemsteel & de V Voerden cum suis opidulis ditioni suæ subiiciens, Hollandiæ Comitatui incorporauit. In quibus ex parte sua Balliuos seu Villicos deputauit, Asserens, quod eadem Dominia sæpe dicto Pontifici pro patrimonio suo fuerunt assignata, postquam fuerant ad Hollandiæ Comitatum deuoluta pro eo, quod prælcis temporibus Gysbertus de Aemstel & Hermannus de Woerden arbitrium Florentii quondam Comitis Hollandiæ non seruauerunt. Aemstelredam ergo, post hæc proficiens, creuit in eximium opidum, ità, quod quidam Poeta nostris temporibus de eo quoque edidit Epigramma.

Elogium Amstelredami.

Amsterdam salue tellus speciosa hilarisque;
Finitimæ salue lux decus atque plagæ.
Oppida mercando superare propinqua videris;
Vnde tibi gazæ copia multa fluit.
Est maris ingenui portus tibi, namq; feruntur
In te diuersis quo bona multa locis.
Grandibus es multis etiam munita carinis,
Quæ solitæ merces sunt tibi ferre graues.
Mœnibus & muris tibi non opus est spaciosis:
Nam cingens fortem te satis vnda facit.
Damna quod enormem tibi nata fuere per ignem
Credere vel posset, dicere nemo satis.
Pulchrior es multo nunc, quam consueueris esse:
Sed non tam locuples es modo, quam fueras.
Prædita es egregiis templis, clausterisque decoris;
Sanctos ac humiles quæ retinent homines.
Ecclesia insignis vna est mirique decoris,
Sancta parens Domini structa in honore tui.
Callet alumnorum mire pars magna suorum:
Concinna blandos fundere voce modos.
Tales ac nota non inuenientur in hora,
Claritones quales conspicor esse tibi.
Quas dedimus laudes reliquis præ vrbib. omnes;
Has merito tibi censeo posse tibi.
Magna & amœna satis vicis stratisq; plateis;
Et domibus, cæsis es redimita bonis.
Sunt vtriusq; tibi sexus homines speciosi;
Comes, humani fraude, dolo vacui.
Nec dominas forma tibi cerno dee esse venusta;
Aeuo maturas ac iuuenes pueras.
Aspera quos rigidi genuissent & iuga ponti,
Et Schythia & Colchus, fedus aucrnus eos.
Te melius pugnas molitur nemo marinas,
Doctior est tumidis currere te velaquis.
Ex rebus multis laudari digna videris,
Ordine prolixum quas memorare foret.
In felice statu diuturna tempore fernet
Te, rogo, sydereos qui regit, ille, polos.
Corporis atq; animæ discrimine semper ab omni
Conserua Aemsterdam, virgo Maria, tuam.

De Frederico Episcopo quadragesimo tertio.

CAP. XIV.

SEPVLTO Gvvidone Pontifice, FREDERICVS, huius nominis Tertius, natus de Zirck, primus sancti Petri Traiectensis Præpositus, electus est quadragesimus tertius

tertius Traiectensis Episcopus. Hic Fredericus, in Romana Curia consecratus, ex propriis debitis plurimum aggrauatus fuit: quamquam Episcopatū satis diuitem (vt prædicitur) inuenit. Ideoq; sub breui tempore inops effectus est, & tam à suis, quam ab alienis modicæ reputationis habitus est. Circa hæc tempora Magister Thomas de Aquino, de ordine fratrum Prædicatorum, per Ioannem Papam 22. Canoni inseritur, cuius ingentium, mirabile quoq; studium scriptis mirabilibus ostentatur. His etiam temporibus Brigida siue Brigitta de Regno Swediæ, Romæ vitam celibem duxit, & quæ claruit multis prophetiis, de quibus est liber reuelationum eius.

S. Thomas Aquinas canonizatur.

S. Brigitta.

De subactione castrensium in Lienden.

CAP. XV.

Anno 1318.

Beka.

ANNO Domini millesimo trecentesimo decimo octauo Castrenses de Lienden, homines Episcopatus Traiectensis, frequenter exactionantes pro magna parte castrum Dullenburch incenderunt, qui & aliquotiens Rheni gurgitem transfretantes, carradas deferentes, Episcopo necessaria captiuarunt, super quib. molestiis idem Episcopus oportunum implorat auxilium Reynaldi Comitis Gelriæ, quatenus iure debitæ fidelitatis sibi subueniret in vindictam talis iniuriæ. Sed ecce Reynaldus illustris Comes paulo post à Reynaldo Nigro, filio suo, captiuatus est, & in castro Montisfoert locatus, & sic Episcopus à desiderato iuuamine destitutus est. Quamobrem & ipse Pontifex Hollandiam adiit, fidem & consanguinitatem Comitis admonuit, & ab eo debitæ subuentionis iuuamen expetiit. Nec mora, quin & idem Comes expeditum aggregari fecit exercitum, de quo Ioannem, Dominum de Arckel, virum egregium, præfecit Capitaneum. Et eccè etiam dictus Ioannes Dominus de Arckel, Hollandenses educens, Lienden castrum & opidum Bommelen cum villis adiacentib. omnino succendit, & omnes aduersantes hostes ita strenue subiugauit, vt ipsi præfato Pontifici non solum de cunctis offendiculis satisfactionem exhiberent, verum etiam confractum castrum Dullenburch expensis propriis repararent.

Reynaldus Comes Gelriæ à proprio filio captus.

Dullenburgenses subsidiantur.

De inceptione turris Sancti Martini, & castri Montis Sanctæ Gertrudis, ac obitu Philippi Longi Regis Franciæ, & obitu Henrici Domini de Bredereoden.

CAP. XVI.

Anno 1320.

ANNO Domini millesimo trecentesimo vicesimo incepta est turris sancti Martini in Traiecto ædificari in festo sanctorum Martyrum Ioannis & Pauli. Consummata vero est in anno Domini M. CCC. LXXXII. in quadragesima sub Florentio Episcopo quinquagesimo. Anno, vt supra, vicesimo primo primus lapis castri Montis sanctæ Gertrudis ponitur, vt inimicorum hoc inuidentium, illuc idem esse ædificatum castrum, furor excitetur, cum omnis vesania fertur inuidens, quia inuidere non poteſt quis nisi ei, quem se in aliquo meliorem esse putat, quanto ergo alieno operi? Anno etiam Domini, vt supra, vicesimo primo Philippus Longus, Rex Franciæ, cum quinque annis rexisset, obiit sine filiis, cui successit Carolus Pulcher, frater eius. Eodem etiam anno obiit Henricus, duodecimus Dominus de Brederoeden, sine liberis. Cui successit Theodoricus frater eius, qui habuit in vxorem Beatricem filiam VValrami, illustris Domini de Walkenburch & Monchecur, qui descenderat à iuniore filio Ducis Limburgiæ. Genuit autem ex ea Reynaldum Comitem de Ghenyp sibi succedentem Dominum de Brederueden Theutonicem, Wilhelmum, milites, VValramum Domicellum & Catharinam Dominam Pelanen.

De mundatione Rheni fluminis, & obitu Frederici Episcopi.

CAP. XVII.

Anno 1321.

Beka.

ANNO Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, nono Calendas Iulii, disrupti sunt aggeres ex fluuio Reni super solitum inundantis, ita quod in terra Traiectensi & in bellinno Reynlandensi per diluuium fluuialis aquæ sata putrefierēt, & prata vilescerent. Quapropter Wilhelmus Hollandiæ Comes Bonus Ecclesiam, clauſtrales ciuitatenses & nobiles astrinxit, quatenus sub stipulatione signati chirographi cisrhenanos aggeres ita firmarent, quod Hollandiæ populi de tali profluuio damnum aliquo modo non haberent. Eodem anno 13. Calendas Augusti, Fredericus Episcopus † arretico morbo multum debilitatus, apud Horst migrauit à seculo, postquam

Fredericus Episcopus moritur.

† *arthritico.*

quam quinque saltem annis Traiectensi præfuisset Episcopio. Cuius corpus infra ciuitatem Traiectensem delatum est, & in Ecclesia Cathedrali cum exequiis competentibus inhumatum est.

De Iacobo de Oosthorn Episcopo quadragesimo quarto.

CAP. XVIII.

DEFVNCTO Frederico Pontifice, Wilhelmus, Hollandiæ Comes, iterato Traiectum venit, vbi pro Domino Iacobo Zudensi Episcopo & commendatione S. Catharinæ domus supplicari fecit. Sed ecce Capitulum in bipartita electione diuulsum est. Maior pars capitularium elegit Iacobum de Oesthorn: minor autem pars postulauit ante dictum Iacobum Zudensem Episcopum. De qua controuersia tumultus ingens infra ciuitatem exortus est, & Wilhelmus Comes per strepitum popularis vulgi subitanee concurrentis anxiatus est. De qua tumultuatione ipse Comes in magnam fremens iracundiam, iussit præclatum habitaculum Florētii maiorum Præpositi in Thorne comburi & ibidem omnia sua annullari. Episcopus autem Zudensis attendēs, quoniam ipse cunctis quasi Prælatis odiosus esset, & quod aduersus Iacobum electum aliquo iure præualere non posset, electioni, siue postulationi, cedens, desiderio suo fraudatus est. Et Iacobus de Oesthorn per confirmationem Henrici de Veruenburch, Archiepiscopi Colonien sis, quadragesimus quartus effectus est Episcopus. His itaq; peractis, Zudensis Episcopus, ad Traiectense Pontificium indefinenter aspirans, & confirmatum Iacobum morbo incurabili debilitari cernens, procurauit exemplo (vt quidā tradunt) primam Traiectensis sedis vacationem Domino Papæ reseruari, sperans adhuc ex promotione quorundam Principum promoueri. Iacobus autem electus & confirmatus, vir honestæ conditionis, & amator Ecclesiasticæ religionis, eodem anno, duodecimo Calendas Octobris obdormiuit in Christo, tumulatus apud maiorem Ecclesiam in Traiecto.

Tumultus in electione noui Episcopi.

Iacobus de Oosthorn eligitur Episcopus 44. Vltrajectensis.

Moritur Iacobus Episcopus.

De Ioanne à Dyest, Episcopo quadragesimo quinto.

CAP. XIX.

POST obitum Domini Iacobi Concapitulares, electionem de nouo celebrantes, elegerunt vnanimi voce Ioannem de Bronchorst, Præpositum S. Saluatoris Traiectensis. Qui continuo totum Episcopatum gubernare disposuit. Vasallinamque principales Ecclesiæ Traiectensis, vtpote Ioannes Dux Brabantiæ, Wilhelmus Comes Hollandiæ, Reynaldus Niger, Rector Gelriæ, destinauerunt Ambasiatores ad Romanam Curiam, deuotissime supplicantes pro Ioanne de Dyest, Præposito Cameracensi, quatenus sibi prouideretur de vacante Pontificio Traiectensi. Dominus autem Apostolicus, Ioannes Vicesimus secundus, ad preces antedictorum Principum prouidit ex tunc eidem Præposito Ioanni de Dyest de vacante Pontificio. Itaq; Ioannes militiam contrahens, ciuitatemque Traiectensem ingrediens more solito quadragesimus quintus Cathedratus est Episcopus, & Ioannes de Bronchorst, vir amandus, ab aliquamdiu possesso Pontificio destitutus est.

Sic Ioan. de Beka.

Ioannes de Dyest 45. Vltraiectensis Episcopus.

De obitu Roberti de Bethunen, Comitis Flandriæ, & de muliere duplici.

CAP. XX.

ANNO Domini M. CCC. XXII. obiit Robertus de Bethunen, Comes Flandriæ. Huius Roberti primo genitus, Ludovvicus nomine, iam etiam obierat: sed nihilominus idem Ludovvicus genuerat vlterius filium, Ludovvicum nomine. Ludovvicus ergo filius Ludovvici successit auo suo Roberto, & factus est Comes Flandriæ de Nyers & Rethiers, habens in vxorem Margaretam filiam Philippi Longi, Regis Franciæ, ex qua genuit Ludovvicum de Malen, sibi succedentem Comitem Flandriæ. Eodem anno in confinio Normanniæ & Britanniæ natæ fuerunt duæ mulieres in vno corpore: ita tamen, quod omnia superiora vsq; ad vmbilicum erant duplicia, inferiora erant simplicia. Et quod essent vere duæ mulieres, apparuit per hoc, quod aliquando vna tristabatur, & alia gaudebat, & aliquando vna dormitante alia vigilabat, & vna fuit mortua plusquam per annum ante aliam, & tandem secunda mulier ex pondere & fœtore cadaueris alterius mortua est.

Anno 1322.

Monstrum.

De muliere Zeelandina ad nuptias Regis Franciæ perducta.

CAP. XXI.

ANNO Domini M. CCC. XXIII. Carolus Pulcher, Rex Franciæ, filius Philippi Pulchri, patruus Comitissæ Hollandiæ, accepit in vxorem filiam Henrici septimi quondam Imp. Romanorum, qui Rex pro suæ coniugis coronatione, tam suorum, quam vicinorum, maiores studet allicere Principes, & Parisiis demandare. Cuius so-

Anno 1323.

lemnitati Wilhelmus Comes Bonus Hannoniæ & Hollandiæ cum Ioanna vxore suâ in die Pentecostes ac alii multi, tam Hollandiæ, quam Hannoniæ, nobiles adfuerunt: & præsens solemnitas miris studiis, variis quoq; tripudiis, pro vt decebat, extenditur, quorum singula nihil vel modicum vnius præsentatione feminæ reputantur. Omnis namq; iocus despicitur, vt sola mulier, quam Zeelandia transmiserat, videatur, erat n. tanti corporis, nec non tam miræ magnitudinis, seu quantitatis, quod viri staturæ sufficientis, eius æstimatione seu præsentia, pueri computabantur. Cuius similiter fortitudo perpenditur, dum manus quælibet Hamburgensi dolio non grauatur. Veridice quoq; referebãt, quod trabem quandam, cuius transtatio octo viris defecerat, hæc sola mulier ad placitum transferebat. Sed hoc admirandum fuerat, quod parentes eius, pater scilicet & mater, tam parui erant homines & ipsa tam magna, & tam fortis.

Mulier mira magnitudinis.

De Reynaldo Nigro, Comite Gelriæ.

CAP. XXII.

Anno 1326. moritur Reinaldus Comes Gelriæ.

ANNO Domini M.CCC.XXVI. obiit Reynaldus Comes Gelriæ in castro Montfortensi, die S. Dionysii, postquam per octo annos sub custodia, & in captiuitate fuisset. Asserunt aliquidam, quod hic venerandus Comes in bello Weringhenii, de quo superius dictum libro XXIIII. adeo fuit vulnerib. fauciatus, quod, quamdiu vixit, nunquam fuit pristinæ sanitati restitutus. Vnde successu temporis in senectute senuit, alienatus amentiam incurrit. Quamobrem filius eius, Reynaldus Niger, patrem suũ in custodia placabili cum debita reuerentia detinuit ac tutor patrię pro eo electus totum Gelriæ comitatum gubernandum suscepit. Nunquam tñ, viuente adhuc patre suo, comitem se in literis scribebat, nisi nomine patris sui. Hic ergo Reynaldus Niger comes primo habuit in vxorem Sophiam filiam illustris viri, Florentii de Machilinia, de qua genuit quatuor filias. Prima erat Margareta, quæ successiue habuit tres maritos, id est, Godefridum comitem Lossensem, Ioannem comitem Cluensem, & Ioannẽ comitem Blesensem. Secunda fuit Isabella Abbatissa monasterii Vallisomitis. Tertia fuit Macheldis virgo. Et quarta fuit Maria nupta wilhelmo primo Duci Iuliacensi. Defuncta a. prima vxore eius, duxit Alienoram filiam tertii Eduvvardi Regis Angliæ, ex qua genuit Reynaldum & Eduvvardum, Duces Gelriæ. Hic Reynaldus Niger post nonnullam curia Principum ab Imperatore Ludovvico Bauarienſi ordinatus est primus Dux Gelriæ in anno M.CCC.XXXVII.

Reinaldus primus Dux Gelriæ.

De Iudæo, qui imaginem virginis Mariæ vulneraui. CAP. XXIII.

Brka.

EODEM etiam anno quidam Iudæus apud Hannoniam Catechumenum se fieri postulabat, quem wilhelmus, comes Bonus, tanquam filium adoptionis, de sacro fonte suscepit. Hic igitur conuersus, deuotionem simulans, cuidam monasterii solus sub intrauit Ecclesiam, vbi gloriosæ Reginæ cæli, virginis Mariæ, depictam imaginem aspexit, quam idem maleficus in roseis genis acumen lanceæ suæ defixit, & latenter abinde abcedens ad consueta negotia properauit. Et ecce riuus sanguinis confestim emanare cœpit a cicatrice recentis vulneris, per quem plerq; debiles sani facti sunt de diuersis morbus aggrauantis ægritudinis. His itaque clam a falso Christiano peractis, Maria super omnes mulieres benedicta cuidam fabro per nocturnam visionem apparuit, & vt de prædicta contumelia perfidum Christianum ad duellum pronocaret, instanter admonuit. Quod & ita factum est. Idem namq; faber, interueniente matre misericordiæ, duelli campum adeptus, & miserellus Hebræus, reatum suum aperte promens, à Præfecto suspensus est.

Imago D. Virginis sanguinem emittit.

Suspenditur simulator Christianitatis.

De profectione Comitis ad Italiam, pro solemnizatione coronationis Regis Ludovvici genetri sui.

CAP. XXIIII.

Anno 1327. Consequuntur Beka.

ANNO Domini millesimo 327. Ludovvicus Rex Romanorum, Alpes transcendens, & ad Imperialem coronam aspirans auxilium wilhelmi præpotentis comitis Hannoniæ & Hollandiæ expetuit, ac eidem tenorem subsequentis epistolæ destinauit.

Ludouici Cæsaris epistola ad Guilelmũ Comitem.

Ludovvicus, Dei gratia, Romanorum Rex semper Augustus, spectabili viro wilhelmo comiti Hannonię & Hollandiæ, socero suo dilecto, gratiam suam & omne bonum. Cum ex diuinæ largitatis munificentia longe plures ciuitates & castra nobis, quæ diuæ memoriæ quondam Henrico prædecessori nostro fidelitatis homagia præstiterunt, ita quod in Imperiali coronatione nullus nobis possit difficultates aliquo modo procurare: societatem seu fidelitatem tuam, qua nobis & Imperio teneris, cuius memorum principale te cognouimus, his præsentibus obtestamur, quatenus indilate

in Lon-

in Longobardiam aduenias cum potentia militari, recepturus nobiscum palmas Imperialis triumphi, quas sine te capere quomodolibet hæreret. Datis regi igitur hac epistola gratiose susceptа Wilhelmus Hollandiæ Comes, associatis sibi Reynaldo Geldriæ & Theodorico Cliuiæ, Wilhelmo Iuliacensi ac Odulpho Montensi Comitibus, cum octingentis militib. accelerauit Alpium aspera iuga transcendere & Ludouvico Regi contra Guelforum insultum armipotenter assistere. Cum autem hæc ita disponerentur, quorundam abusiue fretus consilio, decreuit primo pro reconciliatione Regis & Papæ Romanam visitare curiam antequam in apparatu pulchræ militiæ properaret ad Italiam. Dominus autem Apostolicus, festino conferente nuncio, famam hanc audiens imperauit exemplo pontem refringi trans Rhodanum fluuium. Quatenus idem Comes eo difficilius illuc haberet aditum: & mandans per sententiam æternæ maledictionis, vt rediret ad terram propriam, & quod in auxilium Regis Ludouvici nequaquam iret in Italiam. Itaq; wilhelmus Comes ab inchoata via retrocedens apud villam Parisiensem aliquantis diebus in consilio Regis Franciæ detentus est. Cui contra vulgum Flandriæ de nouo rebellantem fidelissime coastrictus est.

Guilielmus Comes paritur ad imperatorem à Pontifice impeditur.

De tertio Eduuvardo Rege Anglia, & Philippo de Valois, Rege Francia.

CAP. XXV.

ANNO Domini millesimo 328. secundus Eduvvardus Rex Angliæ obiit, postquam regnasset annis viginti, & sepultus est in Glouernia. Cui successit tertius Eduvvardus filius eius, & mater eius fuit Isabella, filia Philippi Pulchri, Regis Franciæ, & soror Caroli Pulchri, Regis Franciæ. Habuit autem hic Eduvvardus Rex Angliæ in vxorem Philippam filiam Wilhelmi Boni Comitis Hannoniæ, Hollandiæ & Zeelandiæ, ex qua genuit septem filios & vnam filiam. Primus filius dictus est Eduvvardus Princeps Walliæ, qui fuit pater Richardi Regis successoris Eduvvardi tertii. Secundus filius dictus est wilhelmus de Hertstauel, qui iuuenis obiit. Tertio genitus fuit Leonellus Duxc larensis. Quartus filius nominatus est Ioannes de Gandauo, qui primo duxit in vxorem Blancham vnicam filiam Henrici Ducis Lancastriæ, fratris Thomæ Ducis Lancastriæ decollati. Obtinuit ergo idem Ioannes cum prædicta Blancha Ducatum Lancastriæ, & genuit ex ea Henricum Regem Angliæ, successorem prænominati Richardi Regis, Philippam Reginam Portugalliæ, & aliam filiam Comitissam de Peynbroeck. Qua defuncta, idem Ioannes duxit Constantiam filiam Petri Regis Castiliensis, & genuit ex ea Catharinam Reginā Castiliensem. Quintus filius dictus est Ethmundus Dux Estoracensis, id est, Horck, qui vltetius genuit Ethmundum Ducem Eboracensem, qui sine liberis obiit, & Rychardum comitem Cantabriæ, qui genuit Richardum Eboracensem, patrem quarti Eduvvardi Regis Angliæ. Sextus filius dictus est wilhelmus de wyndeschoer, qui sine liberis obiit. Septimus filius dictus est Thomas Dux Clandecestriæ. Filia vero nominata est Alyanora, & fuit vltima vxor Reynaldi primi Ducis Gelriæ. Et erat mater Reynaldi & Eduvvardi Ducum Gelriæ. Anno etiam prædicto obiit Carolus Pulcher, Rex Franciæ, sine liberis, cuius soror, Isabela nomine, fuit mater tertii Eduvvardi Regis Angliæ. Quamobrem & iam dictus Eduvvardus Rex Angliæ allegauit, quod Regnum Franciæ hæreditario iure ad eum deuolutum esset pro eo, quod omnes fratres Isabelæ matris suæ sine filiis obiissent. Sed Philippus comes de Valoys, filius Caroli comitis de Valoys, patrui prædictorum fratrum, fratris scilicet Philippi Pulchri Regis, surrexit, & econtra allegauit, quod Regnum Francorum non posset deuolui super generationem femineam. Cui adhæserunt quasi omnes Francorum Principes, & coronauerunt eum. De ista vero discordia plurima bella postmodum inter præfatos Reges euenerunt, quæ in sequentib. libris locis suis ponentur. Huius ergo Philippi de Valoys, Regis Franciæ, frater fuit Iacobus comes de Alenson, qui genuit Petrum comitem de Alenson, qui Ioannem Ducem de Alenson, qui Lodovvicum Ducem de Alenson. Soror vero prædicti Regis fuit Ioanna comitissa & vxor wilhelmi Boni comitis Hannoniæ, & Hollandiæ. Pater namque Philippi Regis iam dicti fuit Carolus comes de Valoys, filius Philippi Regis Franciæ, filii sancti Ludovvici Regis Franciæ. Iste itaque Philippus de Valoys, Rex Franciæ, habuit duas successiue vxores, quarum prior dicta est Blancha filia Regis Nauarrorum, & secunda dicta fuit Ioanna filia Ducis Burgondiæ. Et genuit tres filios, scilicet Ioannem sibi succedentem Regem, Ludovvicum iuuenem, & Philippum Ducem Aurelianensem.

Anno 1328. moritur Eduardus 3. rex Anglia.

De bello Regis Francia, & Comitis Hollandiæ, contra Flandrenses.

CAP. XXVI.

Anno 1328. Beka.

ANNO Domini milleſimo 328. Philippus Rex Franciæ in manu forti deſcendit ad Flandriæ Comitatum, in cuius adiutorium decenter aduenit wilhelmus Bonus, Comes Hollandiæ, cum wilhelmo Comite de Oeſterbant, filio ſuo & ceteris Baronibus ac militibus multis, qui circa montem Caſſilinum ſua caſtra figi præcepit. Et exinde idem Comes ſecundum conſuetum morem inter veramque partem verbum pacis ordinare decreuit. Flandrenſes autem feſtinauerunt exemplo de prædicto monte deſcendere, & Regem adhuc improuiſum infra tentorium ſuum interimere. Quo cõperto, wilhelmus Comes Hollandiæ præcepit tubis perſtrepere, vexilla tollere, tumultuanti vulgo certatim occurrere. Nec mora, quin vtraq; pars in vnum conglobata pro triumphali laude multum laboris expleuit, donec Flandriæ populus demum laſſatus in bello ſuccubuit. Sed eece in eodem bello dum horrendę pugnę impetus inualeſceret, prædictus wilhelmus Comes de equo ſuo humi proſtratus hoſtium incurſu ſe euadere ſine interitu poſſe pertimuit. Qui tamen fortiter defenſus fuit, & in equo ſuo releuatus per aſſiſtentiam wilhelmi Comitis de Oeſtervvant, filii ſui, per Theodorum Dominum de Brederoden, Ioannem Dominum de Arkel, Philippum Burchgrauium Leydenſem, & Dominum de waſſenaer, Ioannem Dominum Egmondenſem, filium walteri de Egmonda, Arnoldum Dominum de Cruninghen, Ioannem Dominum de Polanen & Lecka, Ioannem Dominum de Haemſte ex Zelandia, & & wilhelmum de Duuenvordt militem. Sed deinde belli certamine dum inualeſceret, Flandrenſis populus, robore ac viribus defendendi deſtitutus, inaudita ſtrage mirabiliter corruit. Contigit autem ſtrages iſta, viceſima quarta menſis Auguſti, in qua Flandrenſes ad quadraginta milia cruentiſſime ſunt occiſi.

Flandrisuccumbunt.

De profectione VVilhelmi Comitis de Oeſtervant in Pruſiam aduerſus paganos.

CAP. XXVII.

PORRO in prædicto bello wilhelmus Comes de Oeſtervant, filius wilhelmi Comitis Hollandiæ, miles effectus, ad Prutiam contra infideles paganos patris ſui diſpoſitione armipotenter mittitur, vbi cum Dominis Theutonicis aduerſus paganos certantibus aliquamdiu laudabiliter magnifice conuerſatus eſt. Eo enim celerius dicti pagani hunc nouellum militem Hollandicæ nationis experti ſunt, quo eorum temerarios auſus refrenans machinationibuſq; peſſimis reſiſtere nullius intuitu ceſſauit. Eiſdem quoq; damnum atq; vim tam vehementi ſæpius impetu intulit vt nequaquam damnum ac iniuſtum wilhelmi militis immemores vnquam oſtentare ſeſe de hoc audebunt.

De recuperatione Dominii orientalis Friſiæ.

CAP. XXVIII.

Beka.

ANNO etiam eodem VVilhelmus Bonus, Comes Hollandiæ, pro recuperatione Dominii ſui Friſiam Orientalem debellare diſponens, deputauit in mari piratas

Guilielmus Comes per piratas infeſtat Friſiam.

crudeles, qui rapinam ab agris villarum Nuvvemarden & Oudemarden in Geeſterlant prope Stauriam frequenter abduxerunt. Et incaute nauigantes Friſones in ponto ſæpe ſubmerſerunt. Demum per quoſdam venerabiles Abbates & opidanos Stauriẽſes tumultus belli remiſſus eſt, & dies ad interloquendum de conuentione pacis in Harlem aſſignatus eſt, vbi tandem terminato placito ſub hac forma compoſitionis inter vtramq; partem fœdus amicitiæ reformatum fuit, quatenus cuncti Friſones contra riuulum Lauvvers manentes debeant infra biennium, more vaſallorum, bona ſua fœudalia de manu prædicti Comitis ſuſcipere, iuſtitiarios ſuos abſque contradictione admittere in villis ſuis, iuſta tributa reddere. Itaq; pace reformata, Friſones per oſtẽtationem cuiuſdam antiqui regiſtri docuerunt extunc VVilhelmum Comitem, qua cum ſolemnitate Comes Hollandiæ teneatur orientalem Friſiam introire, & de arduis cauſis ibidem iudicium & iuſtitiam exercere.

Pax inter Friſios & Comitem componitur.

De coronatione Ludovvici Imperatoris in vrbe Romana.

CAP. XXIX.

Anno 1329. Beka.

ANNO Domini milleſimo 329. Ludovvicus Bauarienſis, Romanorum Rex, in vrbe Romana Cæſareo diademate coronatus, ciuitatem abſq; quouis obſtaculo potenter introiuit. Quapropter Margareta Imperatrix hanc Epiſtolam matri ſuæ ad Hollandiam deſtinauit: Margareta, Dei gratia, Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta Nobili matronæ, perelectæ genitrici ſuę, gratiam & omne bonum. Cum ad ipſius laudẽ bonorum omnium conditor Deus diuidens ſingulis, prout vult, his diebus ſtatum no-

Margareta Imperatrix ad matrem ſuam epiſtola.

tum noſtrum grandæuum ad culmen gratiæ ſingularis priuilegii dignatus fuerit ſublimare: veſtris maternis affectibus deuotiſſime declaramus, quod in vrbe die decima menſis Ianuarii multis dignitatibus, tripudiis & quam pluribus ornatibus ad hoc debitis & conſuetis in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ſuimus diademate Imperiali coronati, Datum Romæ, &c.

De rebellione Caſtellani in Hageſteyn.

CAP. XXX.

ANNO Domini milleſimo 332. Henricus Caſtellanus in Hageſteyn aliquanto Lekam tranſiuit, non deſiſtens Epiſcopalem crudeliter exactionare populum. Ioannes autem Epiſcopus ſuper his iniurioſis moleſtiis plurimum conturbatus implorauit auxilium VVilhelmi Boni, Comitis Hollandiæ, quatenus ſibi iure fidelitatis aſtaret in vindictam talis iniuriæ. Et ecce iam dictus Comes per VVilhelmum Kuſter, Baliuum Reynlandiæ, ex incolis tam VVaterlandiæ, quam Amſterlandiæ perpulchrũ deſtinauit exercitum, cum quibus idem Epiſcopus, adiunctis ſibi militibus, domicellis, burgenſibus & villanis, tranſiuit Lekam. Qui, cunctorum aduerſantium habitacula comburens, ſufficientem vltionem accepit. Et exinde, ſaluis ſuis armigeris & commilitonibus, ad terram propriam honorifice remeauit. *Anno 1332. Beka.* *Ioannes Epiſcopus ſe de inimicis ſuis vlciſcitur.*

De bello VVilhelmi de Duuenvoerd.

CAP. XXXI.

ANNO Domini milleſimo 333. Gyſbertus quidam iudex ex parte VVilhelmi de Duuenvoerd in Nyevaert occiſus eſt, de quo tumultus ingens in exercitu exortus eſt. Nam & idem VVilhelmus de Duuenvoerd miles, illatam contumeliam vindicare volens, villam Gheyn incendit. Et ecce contra communitas Traiectenſis vicum Nyevaert exuſſit. Deinde idem VVilhelmus de Duuenvoerd multiplicatum aggregauit exercitum ex Comitatibus Hollandiæ, Ghelriæ & Cliuiæ. Peruenit vſque Rhenen in manu magnæ potentiæ, vbi demum ordinatis aciebus montem Haymonis trãſcendit & villam Horſt pro parte ſuccendit. Wilhelmus vero de Buexſtell, Caſtellanus in Horſt, aduerſus hoſtes per telorum iactationem à vallo caſtri potenter abſtertuit, & vlteriorem progreſſum inimicis prohibuit. Denique wilhelmus de Duuenvoert, ad aſſultum caſtri non habens ingenia, reuerſus in Thullis per feſtina remigia, vbi nam Zeelandiæ & Friſiæ copioſus aggregatus eſt exercitus. Inſuper Brabantiæ & Flandriæ conuenit ecce populus. Contra vero Epiſcopus Iohannes de Dieſt cum Traiectenſibus plæriſq; nobilibus ciuitatem armipotenter egredientes in tubis tremulis & vexillis fulgidis feſtinauit Wilhelmum de Duuenvoerd à finibus ſuis expellere vel cum eodem in cruenta ſtrage bellum committere. Cum autem hæc agerentur in terra Traiectenſi, wilhelmus Hollandiæ Comes Bonus, ab Hannonia Traiectum feſtinanter adueniens, demandauit antedicto wilhelmo de Duuenvoerd ſub obtentu gratiæ ſuæ, quod indilate totum exercitum illæſum reduceret, neq; bellum aduerſus Epiſcopum aliquatenus attentare præſumeret. Nec mora, quin ad edictum Comitis præconiſatum eſt exemplo papiliones euellere, claſſem reſumere, & ad propria tendere. Quod & ita factum eſt, quoniam & omnes auxiliatores & complices wilhelmi de Duuenvoerd confeſtim ad ſua reuerſi ſunt, & Traiectenſes cum Epiſcopo Ioanne ſine conflictu certaminis infra ciuitatem propriam reuerſi ſunt. *Anno 1333. Beka.* *Ad edictum VVilhelmi Comitis ab armis diſcedit.*

De venditione oppidi & Dominii de Hueſden.

CAP. XXXII.

ANNO Domini M. CCC. XXXIIII. obiit Ioannes decimus nonus Dominus de Hueſden ſine liberis. Hic inſtinctu Domini de Cranendonck, & Ioannis Domini de Alshant, vendidit caſtrum, opidum & Dominium de Hueſden Ioanni Duci Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ. Sed Iohannes Dominus de Dronghelen, patruus ipſius, Dominum de Hueſden reſtitit, quantum potuit, ſed nequiuit prævalere aduerſus tam magnipotentem Ducem. Defuncto tandem prænominato Domino de Hueſden, venit Bruxellam Comes de Saſſenborch habens Sophiam vnicam ſororem prædicti Ioannis Domini de Hueſden in vxorem, petens ſuæ vxoris recipere in fœudum à duce Ioanne opidum, caſtrum & Dominium de Hueſden. Sed cum non expediretur, iratus valde, recolens etiam, quod prædicta eſſent fœudalia Hollandiæ, equitauit ad Bonum, Comitem Hollandiæ, wilhelmum, & vendidit ei caſtrum, oppidum & Dominium de Hueſden cum omnib, ſuis pertinentiis pro certa quota pecuniæ. Vnde poſtea magna guerra inter Brabantiam & Hollandiam ſubſecuta eſt. *Anno 1334.*

De venditione opidi Machlinienſis.

CAP. XXXIII.

Anno 1335. ANNO Domini M.CCC.XXXV. magna guerra excreuit inter Ioannem Ducem Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, & Lodovvicum Comitem Flandriæ, Niuers & Rethers pro eo quod idem Comes Flandriæ emerat ab Adulpho de Mercha, Episcopo Leodienſi, ciuitatem Machlinienſem. Nam Ioannes Dux Brabantiæ illam emptionem admittere noluit, allegans quod Episcopus Leodienſis non posset bona S. Lamberti ex toto alienare ab Ecclesia Leodienſi vel vendere tanquam patrimonium ſuum. Diffidauerunt ergo intuitu illius, nec non & propter plures cauſas præfatum Ducem Brabantiæ vnico tempore Ioannes Rex Bohemiæ, & Dux Luxenburgenſis, Archiepiſcopus Colonienſis, Archiepiſcopus Treuerenſis, Adulphus Epiſcopus Leodienſis, V Vilhelmus Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, & Dominus Friſiæ, Lodvvicus Comes Flandriæ, Nyuers, Rethers & Domihus Machelíniæ, Reynardus Comes Ghelriæ & Zutphaniæ, V Vilhelmus Comes Iuliacenſis, Ioannes de Beadmont, Comes Bleſenſis, Comes Namutcenſis, Comes Nouionenſis, Comes Loſſenſis, Comes Seynenſis, Comes de Carzenellenboghe, Dominus de Valekenburch & Montyavven, Dominus de Heynſburch, & Dominus de Borne. Flandrenſes autem & Hollandenſes intulerunt magna damna Ducatui Brabantiæ, ſimiliter & Hannonienſes & Zeelandenſes. Eodem etiam modo ceteri Principes fecere. Tandem Philippus Rex Franciæ, conuocatis Principibus antedictis, pacem fecit inter eoſdem. Et inter ceteras conditiones pacis declaratum fuit, quod Ioanna, eiuſdem Ducis Brabantiæ filia, traderetur Wilhelmo Comiti de Oeſtervant, filio Wilhelmi Comitis Hollandiæ, in vxorem. Et altera eiuſdem Ducis filia, Margareta nomine, traderetur Lodvvico de Male, filio Comitis Flandriæ, in conthoralem. Celebrantur ergo nuptiæ & ſit ingens gaudium in prouinciis.

Magna diſcordia inter Ioannem Ducem Brabantiæ & Ludouicum Comitem Flandriæ.

Conciliantur inter ſe prad. Principes.

De iuſtitia Boni Comitis aduerſus Baliuum Zuythollandiæ.

CAP. XXXIIII.

Anno 1336. ANNO Domini M.CCC.XXXVI. fuit quidam Villanus in Zuythollandia, habēs vaccam pulchram nimis, de qua ipſe ac vxor & liberi eius victum habuerunt quotidianum, quam Baliuus Zuythollandiæ quouis modo adipiſci non valens, violenter de paſcuis ſurripiens, aliam vaccam in loco ſubſtituit. De qua pauper minime contentus, amicorum conſilio ad Wilhelmum Comitem tunc in vltima ægritudine laborantem in Valencenis conquerendo adiit. Audita igitur pauperis quærimonia, Comes miſericordia motus ſcripſit Schulteto Dordracenſi, quod, omnib. poſtpoſitis, cum Baliuo Zuythollandiæ, nepote ſuo, ad eum venire non tardaret. Receptis itaq; literis, Schultetus à Baliuo nepote ſuo interrogauit, an aliquid mali perpetraſſet contra honeſtatem comitis. Cui reſpondit: nihil mali, niſi quod cuidam villano quandam vaccam pulchram violenter ſurripuiſſet, & aliam ſibi reſtituiſſet. Igitur venientibus pariter ad comitem, Schultetus primo ad ſatisfaciendum comiti præceſſit. Cū eum gratāter ſuſcipiens, vbi Baliuus eſſet, quæſiuit. Schultetus reſpondit, Inferius eſt. Comes inquit: voca eum, vt veniat, Cui venienti, an Baliuus eſſet, quæſiuit comes. Cui reſpōdit, Sum etenim de veſtra gratia, Domine mi. Comes ait, Quomodo ſtat in Hollandia? Baliuus reſpondit, Bene, & omnia in pace ſunt. Rurſus ait comes, Siomnia in pace ſunt, cur violentiam cuidam villano de vacca feciſti, cum tu ipſe iudex es. Adducto igitur paupere villano, an ipſum noſceret, comes quæſiuit, & quid de vacca diceret. Qui reſpondens ait, Aliam vaccam ſibi pro illa reſtitui. Dixit comes, Si illa tam bona fuiſſet, putas tunc pauperi ſatisfactum fore? Non ſic, inquit, comes, non ſic, ſed arbitrio meo ſtabit vterq;. Quod vtriq; parti placuit. Comes itaq; Bonus tale edidit arbitrium, qđ Schultetus Dordracenſis, quam cito domum veniret, de bonis Baliui melioribus & promptioribus coronas centum aureas bonæ monetæ pauperi daret villano, & in nullo moleſtaret eundem. Quo facto, ambæ partes à comite contentatæ erant. Deinde comes ad Baliuum ait, Iam cum villano pacificatus es, mecum vero nō. Surge igitur, ait comes Schulteto, & ad patriam vade, & maneat mecum Baliuus; vt mihi ſatisfaciat, & immediate confeſſore vocato, vt Baliuus confiteretur ſpiculatorem vocari fecit. Cui comes prænominatus manu propria gladium extractum porrexit, dicens, vt iuſtitiam caput amputando faceret. Quo adimpleto, comes dixit Schulteto: Accipe Baliuum nepotem tuum, ducens eum tecum ſepeliendum, & caueas, ne ſimilia tibi de cetero contingant. Quod Schultetus promptiſſime adimplens, villano pauperi prædicto centum coronas aureas plenarie dedit.

De obitu

De obitu VVilhelmi Boni Comitis, & admonitione filii sui.

CAP. XXXV.

ANNO Domini M. CCC. XXXVII. perlucidus quidam Cometes apparuit, & eodem anno Wilhelmus Hollandiæ Comes Bonus, arthritico morbo debilitatus, accersiuit ad se VVilhelmum Comitem de Oestervant, filium suum. Quem docuit iugiter in timore Dei persistere, & plurima laudabilia documenta sectari, & terrã in trãquillitate pacis feliciter gubernare, nec eam monetis nouis aggrauare, imo nec clerũ molestare. Demum ingraueſcente morbo, VVilhelmus, Comes sæpe dictus, 7. Idus Iunii feliciter (vt speramus) obdormiuit in Dño. Hic Comes inclitus annis 33. honorifice regens Hannoniam & Hollandiam, Princeps fuit valde glorioſus in prælijs, approbatus in tyrocinijs, illustris in hastiludijs, & valde ſocialis in conturberniis, qui apud oppidum Valencenorum requieuit in Dño, ſepultus ibidem honore congruo. Ioanna verò ſua conthoralis, ipſum regnum mundi, & omnem ornatum ſæculi contemnẽs, in mõnaſterium Fontanalaſcennorum, (Fontanellis) Ciſtertienſis ordinis, cũ ancillis Chriſti ſanctimonialis effecta eſt. Quę dehinc an. Dñi 1342. moriẽs honorifice tumulata eſt.

An. 1337. Cometa mortem Comitis portendit. Beka.

Moritur VVilhelmus Bonus Comes Hollandiæ.

Ioanna Comitissa monaſterium ingreditur.

De nobilibus eiuſdem temporis.

CAP. XXXVI.

POrro circa hæc tempora floruerunt inter nobiles Hollandiæ VVilhelmus Comes de Oeſtervant, filius Boni Comitis Hollandiæ, Ioannes de Beadmont Comes Bleſenſis, frater eiuſdem Boni Comitis Hollandiæ, Henricus Dominus de Brederueden, & poſt eum Theodricus de Teylinghen, Ioannes Dominus de Hueſden, Ioannes Dñs de Dronghelẽ, eius patruus, Ioãnes Dñs de Arckel, Theodricus Dominus de Valkenburch, Montyavven, frater Domini de Brederueden, qui habuit in vxorem Dominã de Vorne, Niculaus Dominus de Putta & Strenen, Philippus Burgrauius Leydenſis, & Dominus de VVaſſenaer, Ioannes Dominus de Lecka & Polanen, Ioannes Dominus de Hukelom, Otto Dñs de Aſpren, Ioannes Dominus de Egmonda, filius VValteri de Egmonda, Ghyſbertus Dominus de Iſelſteyn, Henricus Dominus de Vianen, Ioannes Perſyn, Dñs de VVaterlant, Gvvido Dominus de Haemſtue in Zeelandia, Arnoldus Dominus de Grunegen, VVilhelmus Dominus de Naeldvvyck, Florentius de Spyck, Iacobus de VVou, & Florentius de Mervvede, Theodricus & Hermannus de Zvvieten, Gherardus Heemskerck, Gherardus de Raphorſt, Gherardus de Poelyhvvſt, Florentius de Tholl, Oedgerus de Spaengen, VVilhelmus de Donghen, VVilhelmus de Duuenuoerd, VVilhelmus Cuſter Baliuus Reynlandiæ, Theodricus de Saſſenhem, Daniel de Matheneſſ, Theodricus de Mathenes frater eius, Matthæus van den Burch, & Iacobus van den Burch, VVilhelmus de Gutshorne, Adã de Schotlant, Nicolaus Oem, Florentius de Adrichem milites, Theodricus de Aſſendelft, Frederieus de Seuenter, Gerardus de Scoeten, Iacobus de Bakeneſſe, Florentius de Bocchorſt, omnes ſcutarii.

LIBER XXIIX.

COMPREHENDIT HISTORIAS OCTO ANNORVM, quibus VVilhelmus Comes Hollandiæ XIX. præfuit, & pro parte geſta Ioannis à Dieſt, Nicolai de Caputiis, & Ioannis de Arkel, Epiſcoporum Traiectenſium, cum quibuſdam euentibus illius temporis; & habet XVI. capitula.

De VVilhelmo Comite Hollandiæ.

CAP. I.

POST QVAM autem VVilhelmus Comes Bonus defunctus & ſepultus eſſet, wilhelmus Comes de Oeſtervant filius eius ſibi ſuccedens efficitur Comes Hannoniæ, & XIX. Comes Hollandiæ, Zeelandiæ, & Dominus Friſiæ. Suſcepit autem cum mira ſolennitate homagium de cunctis ſuis prouinciis, oppidis & vaſallis. Is inclytus Comes duxerat in vxorem, adhuc viuente Bono Comite patre ſuo, Ioannam ſeniorem filiam tertii Ioannis Ducis Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, de qua tamen nullam prolem ſuſcepit. Hic VVilhelmus bellicoſus Princeps ad arma ſemper promptus fuit, & primo dominationis ſuæ tempore titulum nominis ſui dilatauit.

Beka.

De bello Vilhelmi Comitis Hollandiæ in regno Granatensi contra paganos.

Cap. II.

An.1338. ANno Domini 1338. Wilhelmus comes Hollandiæ prædictus, audiens Regem Hispaniæ contra assultum gentilium plurima bella exercere, classem aptauit, & cum plerisque egregiis bellatoribus, sicut Princeps imperterritus, versus Hispaniam pergere decreuit. Veniens ad Hispaniæ regnum, statim sibi coadiunctus est exercitus Hispanorum Regis, profectusque ad Granatense regnum ciuitatem Azirienſem in obſidione cinxit per circuitum, eam sæpius molestando per assultus creberrimos. Contra vero pagani cum ciuibus & nobilibus egregie se ad tempus modicum defensarunt, & forenses Christianos à munitionibus & mœniis iaculis absterruerunt, sed hoc eis parum profuit, quia idem comes Hollandiæ, perseueranter in obsidione pugnans, ciuitatem Azirienſem bellicosa manu cepit, eamque ingrediens cum suis turmis succendit flammis, ac omnem masculum & fœminam, nolentem se subdere fidei Christianæ, occidit in ore gladii, deinde spolians vrbem ante incendium, & deuastans circumquaque regionem, deprædatus est etiam locupletationem illius patriæ. Post hæc regratiatus & enceniatus à Rege Hispanorum, Ierosolymam peregre profectus est. Et deinde rediit glorioſe ad suas prouincias.

Capitur ciuitas Azirienſis.

De prælijs inter Reges Francie & Anglie.

Cap. III.

An. 1339. ANno Domini 1339. tertius Eduvvardus, Rex Angliæ, de consilio & exhortatione Domini Roberti comitis Artheſienſis, tunc ex Francia depulsi, mare cum multis Anglicis armipotenter transfretauit ad obtinendum Franciæ regnum, quod iure hæreditario suum asseruit propter causas positas in præcedenti libro, cap. XXV. Namq; idem Angliæ Rex cum suis castra metatus est apud Antvverpiam, & coadiutores multos ac potentes Principes sibi per larga stipendia infinitarum pecuniarum ibidem coadunauit, videlicet Ludvvicum Imperatorem Romanorum, quia ambo habebant sorores comitis Hollandiæ, Ioannem Ducem Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ cũ omnibus suis, Wilhelmum comitem Hannoniæ, Hollandiæ & Zeelandiæ, Reynaldũ Gelriæ, comitemq; Zutphaniæ, Wilhelmum Iuliacenſem, Ioannem de Beadmont, comitem Bleſenſem & Zueſſionenſem, Theodoricum comitem Cliuenſem cum comitibus de Monte & de Marcha, & Baronibus ac militibus multis regni Almaniæ. Præfatus ẽt Ludvvicus Imperator monens omnes ciuitatenſes in eius aduitorium destinauit, diuersas literas per imperium & huiusmodi misit in Haerlem. Ludovvicus, Dei Gratia, Romanorum Imperator semper Augustus prudentibus viris, magistris ciuium, Scabinis & Consulibus Haerlemenſis oppidi, gratiam suam & omne bonum. Nostræ maiestatis literis speciabilem Wilhelmum Hollandiæ comitem requisiuimus ex affectu, vt ad recuperandum imperii iura nobiscum contra Philippum, qui se pro Rege Franciæ gerit, cum armatorum decenti potentia iam finaliter se disponat. Vnde vestram fidelitatem nobis & imperio debitam sinceris affectibus nunc requirimus, & hortamur, quatenus cum ornatis ita curetis esse muniti, quod vos cũ dicto Wilhelmo sub exercitus sui sodalitio videre valeamus, scientes firmiter, quod vestram in premissis promotionem præ oculis habere volumus pro termino nostræ vitæ. Datæ Francfordiæ, &c. Porro cum omnibus prædictis Principibus Rex Angliæ Eduvvardus Franciam inuasit, & villas armipotenter combussit atq; spoliauit. Vvilhelmus itaq; comes Hollandiæ cum suis Tornacenſem ciuitatẽ fere per 11. hebdomadas in opprobriũ Regis Franciæ auunculi sui viriliter obsedit, Cameracum acriter infestauit, Ambianum pro magna parte combussit, Abbatoniam destruxit, castrum similiter impugnando vicit, & vltimo 20. milliaria omnia circumquaque per Franciam concremauit. Econtra Philippus de Valoys, Rex Franciæ, exercitum infinitæ multitudinis congregauit, in quo erant 4. Reges, i. ipſe Rex Franciæ, Rex Nauarrorum, Rex Scotiæ, & Ioannes rex Bohemiæ, Duxq; Luxenburgenſis, filius Henrici VII. quondam Imperatoris Romanorum, Archiepiscopus Remenſis, Epiſcopus Leodienſis, Epiſcopus Methenſis, & Epiſcopus Vilnacenſis, Abbas Corbiæ, Abbas Insulæ. Sex Duces, id est, Britanniæ, Burgundiæ, Borboniæ, Normanniæ, Loregniæ, & Philippus Dux Aurelianenſis, eiusdem Regis Franciæ filius, item triginta Comites, quorum nomina singulorum longum esset narrare, in quorum præcipue militia fuerunt duodecim millia militum, & octo. Rex igitur Franciæ cum suis castra metatus est in loco tutiſſimo in circuitu paludibus vallato, ab exercitu Regis Angliæ quasi per duo milliaria distante: manſitque ibidem exercitus

Epiſtola Ludouici Imperatoris ad Haerlemenſes.

Eduardus rex Angliæ Franciam inuadit.

exercitus Regis Franciæ fere per menſem, nihil attentans. Tandem Ioannes Rex Bohemiæ, cuius filiam filius Regis Franciæ habuit in vxorem, mandans ad quendam locum ſeotſum Ioannem Ducem Brabantiæ: & treugæ inter vtroſque Reges firmatæ ſunt vſq; ad feſtum Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ anni ſubſequentis. Et ita vnuſquiſque ad propria eſt reuerſus.

De vita Gheertrudis virginis de Oeſten.
CAP. IIII.

ANNO Domini milleſimo 340. contigit in opido Delffenſi condignũ relatione miraculum, nam virgo Gheertrudis de Oeſten, habitãs in antiquo beghinagio eiuſdem oppidi, adeo feruenter æſtuabat ad Dominicã paſſionẽ, vt ſtigmatales cicatrices in latere, manib, & pedib. ſuis viſibiliter apparerent: & vniuerſi fideles in hoc prodigio crucifixũ Dñm non immerito collaudarunt. Hæc igitur virgo, Deo deuota Gheertrudis de Oeſten, nata fuerat de villa Voerburch, quæ poſtq̃ peruenisſet ad ſuos annos, Regnum mundi & omnẽ ornatũ ſeculi amore Ieſu Chriſti contemnens, Beghinagium Delffenſis oppidi intrauit & ibidem ſe totã Chriſto fideliter obtulit, humilẽ ſe præbẽs in verbis, in actu & habitu, patiens in quauis ſuperueniente aduerſitate. Hæc a. in principio conuerſionis ſuæ 14. diebus & noctib. à lachrymis non ceſſabat: quo tempore remiſſionẽ omniũ peccatorũ ſuorum ꝓmeruit, ſicut per reuelationẽ illi De⁹ manifeſtauit. Interimq; cunctis illis dieb. quib. lachrymæ ſuæ fuerant panes die ac nocte, ſi quid cibi corporalis ſumpſit, hoc ipſum valde modicum fuit, nec ſine fletu & planctu. Septuageſimum a. in maxima pœnitentia ſine competenti naturæ ſuæ ſomno, quo tempore frequenter vexabatur à diabolo, qui diuerſas virgini tentationes iniuittens apprehendit eius brachia, fremens tanq̃ ſunicam ſeu pellicẽum Gheertrudis exuere cupiẽs. Cum v. ſic vexaretur à dæmone: ſæpius eũ nominat nomine ſuo, dicens improperãdo ei ſuum caſum, fuge miſer Diabole. Quod cũ Diabolus dolenter audiret, ſuſtulit eam ſæpe de loco ad locum, & aliquando de terra in aera ſubleuatã depoſuit, nec tñ illi nocere valuit, nã Dñs Ieſus ſponſus eius lædi eandem non permiſit. Exercebat a. ſe hæc deuota Chriſti famula quotidie meditans in vita Ieſu Chriſti Dñi noſtri & eius paſſione. Verumtñ ſecundũ curſum temporis in ſuis exercitiis ſe formabat officiis ſacrorũ & Eccleſiæ. Nã in Aduentu Dñi meditabatur antiquorũ patrum deſideria ſublimia. Deinde in feſtiuitate natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti meditabatur cum ſumma cordis dulcedine, quã dulciter illa virgo puriſſima mater Maria dulciſſimũ filium ſuũ peperit, & quam pie virgineis vberib. dulciſſimo lacte alere ſtuduit. Cum ergo in iſtis meditationib. nimiũ cum gratiarum actione occuparetur, contigit ſignum maximum virgineæ gratitudinis per dies 40. quod Deus oſtendere voluit præter eã gratiam, quę interius latebat. Nam quadam vice dum talib. meditationib. cum maxima cordis dulcedine operam daret, cœperunt ipſius virginis Gheertrudis vbera tumeſcere, lacteque manare: ſicque per ſingulos dies à feſto Dominicæ Natiuitatis vſq; ad feſtum purificationis non ceſſauit lac fluere ex vberibus prænominatæ virginis: nec ſatiebatur illis diebus dulcedine mirabili conſiderare altitudinem conſilij Domini ſuper ſalute generis humani. Mirandaigitur adhuc ſuccedunt. In tempore quippe prædicto, dum (vt præmittitur) in iuſtificationibus Domini ſic occuparetur, deuota quædam beghina Picer, habitans in eodem beghinagio, repleta ſpiritu ſancto, dixit mirabiliter gratiam virgini Gheertrudi ſuperuenturam. Prædixit enim hæc virgini pluſquam per annum, antequam fieret, quod, anno tranſacto, manibus & pedibus ac in latere ſuo dulciſſima ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti ſuſciperet. Quo dicto, turbata humilis ancilla Chriſti Gheertrudis, indignam ſe iudicans tanta gratia, reſpondit verbis humilibus, vnde hoc mihi, vt fieret in me tanta gratia Dei? Cognoſco me peccatricem magnam, nec in me virtutes poſſideo, niſi Deus dederit ex abundantia diuinæ miſerationis ſuæ. Deinde, anno tranſacto, de nocte ſanctæ paraſceues hæc virgo Gheertrudis deuotione magna proſtrauit ſe coram crucifixo, prolixius orans in camera ſua, mente diligenter attractans amaritudinem Paſſionis & mortem acerbiſſimam Domini noſtri Ieſu Chriſti.

An. 1340.

S Gertrudis ſignata ſtigmatibus Chriſti Domini. Natalis eius.

Vexatur à Diabolo.

Exercitia ſpiritualia.

Quanta vis dulcedinis in Domine!

Cum ergo mirifica deuotione ſic transformata foret in amorem dilecti ſui ſponſi, Domini noſtri: *mirabilis Deus in Sanctis ſuis* tanta fecit mirabilia virgini mirabili gratia, vt quinq; ſtigmata Domini noſtri ſuſciperet in quinq; membris ſui virginalis corporis. Sulceptis igitur ſtigmatib. imo quinq; vulneribꝰ. ex contemplatione diuina, veniens ad humana, clamauit ad cohabitantem ſibi beghinã voce magna, Dieveerdis, veni, & vide quantam gratiam Deus mihi pauperi conceſſit ancillæ ſuæ, non meis meritis, ſed ex ſua ſuperabundanti pietate. Quæ cum veniret, videns tantam

gratiam

gratiam dono Dei virgini Gheertrudi concessam, obstupuit, & Deum protantis mirabilibus largiter ostensis, laudans benedixit. Nam non solum nocte illa parasceues, verum etiam clara die, sed & deinceps diebus multis ex sacrosanctis vulneribus profluxit sanguis pulchertimus, rubicundi coloris, septies in die, per singulas septem horas Canonicas, qui quidem cruor de stigmatibus perfluens receptus est in panniculis lineis. Nouitas ista cito cunctis innotuit, nec latere potuit. Vnde non solum de oppido Delffensi, sed & circumquaque populus multus, audiens in virgine mirabilia Dei, properabat videre, quæ facta fuerant. Sed huiusmodi concursus Gheertrudi non placuit: nam propter populi frequentiam cordis molestiam experiebatur, & impediebatur à spiritualibus exercitiis, & quia considerabat, quod timor est omni homini necessarius, rogabat Dominum, dicens voce cordis humillima, dulcissime Domine Iesu Christe, si fuerit voluntas tua, desidero, quod hæc quinque vulnera, pietatis tuæ gratia mihi cõcessa, rursum tollas, ne forte contingat mihi à te separari per propriam complacentiam. Exaudiuit autem Dominus orationem virginis, & abstulit illi gratiam quinque vulnerum, sic, quod ex eis sanguis non emanabat, sed stigmata tamen deinceps vsque ad mortem conseruabat. Hæc deuota Gheertrudis habuit gratiam præuidendi futura. Quodam enim tempore venit quædam persona sæcularis ad eam, visitationis gratia, curiosis indura vestibus, & in moribus cæteris mundo conformis, Elizabeth nomine. Quæ dum inter cætera verba quæreret, qualiter ad regnum cœlorum peruenire posset, responsum tale recepit à virgine, ecce tempus adhuc veniet, quod tu mundo crux eris, & mundus similiter tibi. Quod accidit tempore subsequenti. Nam paralysis in tantum vexauit eam, quod ibat claudicando, baculisq; sustentando. Eius etiã Confessor erat Dominus Nicolaus de Hodenpyl, Capellanus antiquæ Ecclesiæ in Delft, qui fuit sacerdos mirabilis deuotionis, & dignus virginis consiliarius, & ductor eius mirificus. Igitur dum quidam magister Theodoricus de Renen reconciliatus fuisset cum suis inimicis, & de eodem loqueretur Dñs Nicolaus ad Ghertrudem: addidit ipsa virgo in fine collocutionis, Ecce magister Theodoricus ab inimicis suis occidetur. Cumq; Dñs Nicolaus requireret, quomodo hoc fieret, cum reconciliatus hostib. ẽẽt, virgo dixit: veraciter tamen prædico, quia fiet, & subito. Factum est aũt post modicũ temporis quod idem magister Theodoricus extra portas oppidi Delffensis inter insidias veniret hostium, qui tam crudeliter occisus est ab eis, vt membra trucidati recollegerentur in sporta, & sic ad domum referrentur. Plura etiã alia prædixit & miranda gessit, quæ oĩa breuitatis gratia pertranseo. Nam plenius in eius legenda inueniuntur conscripta. Dum ergo sic multis annis ipsa virgo Ghertrudis inter Beghinas cum magna pœnitentia & deuotionis dulcedine vixisset, venit tempus, quo de hoc mundo temporaliter moriendo transiret, & cœlesti sponso suo æternaliter adhæreret, de quo solebat suauiter loqui ac meditari. Munita ergo vltimis Ecclesiæ Sacramentis, dixit: Sorores, ego ad domum volo. Quod cum præsentes ex infirmitate putarent eam dixisse, respondissent, q eam domi esse: dixit illa sana mente, nequaquam ego domi sum, sed esse volo, vbi plateæ sternuntur auro mundo. Post hoc breuiter in manus Domini spiritum suum commisit, & in pace quieuit. Apparebant q in manibus defunctæ virginis digiti sicut eburnei. Obiit aũt an. Domini 1378. in festo Epiphaniæ, & sepultura humiliter traditur extra ianuam turris antiquæ Ecclesiæ Delffensis à parte Meridionali, quia carebant Beghinæ tunc propria Ecclesia & cemiterio.

Deum rogat humiliter vt stigmata à se auferat.

Prophetia spiritu claret.

Responsum eius ad quandam.

Moritur S. Gheertrudis Oestensis an. Domini 1358.

De obitu Ioannis de Diest Episcopi Traiectensis, & de Canonicis in Amerstordia.

CAP. V.

An. 1340. moritur Ioannes de Diest Episcopus Vltraiectensis.

ANno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo Calendis Iunii Ioannes de Diest, Episcopus Traiectensis, viam vniuersæ carnis ingressus est. Qui apud Ecclesiam Traiectensem competentibus exequiis inhumatus est. Hic Ioannes de Diest, decem & octo annis debiliter regens Episcopatum, castrum Vredelant cum adiacentibus villis Hollandiæ Comiti dudum in vadimonium dedit, castellum Vollenhof cum tota terra Transiselina Ghelriæ Duci pridem impignorauit, ac etiam ordinauit sex tutores in Episcopatu, qui terram Traiectensem debiliter regebant. Pauca relatione digna gessit, nisi quod Canonicales præbendas in Amerstordia fecit, & Comitatum cum castro de Diepenhem per auxilium Ecclesiæ comparauit.

De Nicolao de Caputiis, Episcopo Traiectensi XLVI.

CAP. VI.

Beka.

SEpulto Ioanne de Diest Põtifice, quidam Canonicorum postulauerunt Ioannẽ de Arkel,

Arkel, Canonicum Traiectẽsem, ad instantiam V Vilhelmi comitis Hollandiæ. Cæteri vero Capitulares elegerunt Ioannem de Bronchorst, Præpositum S. Saluatoris, ad nutum Reynaldi Nigri, Ducis Ghelriæ. Dominus autem Papa Benedictus XII. amotis his duobus, donauit ipsum Pontificium cuidam auditori eausarum nobili, Romano Nicolao de Caputiis. Sed idem Nicolaus, XLVI. Episcopus ordinatus, nolens personaliter in terra Traiectẽsi residere, eodem anno renunciauit Episcopatui patenter in publico consistorio. Hic Nicolaus de Caputiis, statim Cardinalis effectus, fundauit collegium studentium in vniuersitate Perusiana, tali conditione, vt Episcopus Traiectẽsis, seu Capitulum Traiectẽse possent ibidem mittere duos scholares in Grammatica eruditos, vita & moribus commendabiles, ad studendum in eodem collegio sub expensis eiusdem collegii.

Autoritate Pontificia creatus Episcopus.

De Ioanne de Arkel, Episcopo Traiectẽsi quadragesimo septimo.

CAP. VII.

DOminus vero Clemens VI. exhinc de nouo Papa creatus, contulit abinde nobili viro, Ioanni de Arkel, prædictum Episcopatum Traiectẽsem vacantem, qui ibidem consecratus fuit per Dñm Gancelinum Cardinalem & Episcopum Albanensem. Igitur Ioannes filius Ioannis, XII. Dñi de Arkel, Episcopus Traiectẽsis, ad partes accelerans, 8. die mensis Maii Traiectẽsem vrbem decenter ingressus est, vbi sin ritum antiquæ consuetudinis XLVII. Episcopus gloriosè cathedratus est. Huius fratres fuerunt Otto de Arkel, Arnoldus Dñs de Zuelen, Auezaet & Wordleff, Robertus de Arkel, postmodum Dñs de Asperen, Herbernus Dominus de Slinghelant. Hic itaque Ioannes de Arkel, Episcopus Traiectẽsis, iuuenilis ætatis flore vernans, totum Episcopatum diuersis penuriis inuolutum, totamque terram Transisselinam inpignoratã inuenit, Campensi oppido solummodo excepto, nec non & castra, ac turres Cisisselinas multis fœneratoribus deditas reperit. Sed primo sui Episcopatus anno castrum Stoutẽburch, quod tũc ditioni Arnoldi Domini de Iselsteyn suberat pro summa 400. talentorum redemit: nedum hoc, sed etiam eodem anno castrum Horst, quod ditioni Domini Huberti Scheynck suberat pro summa 900. talentorum suæ dignitati subiugauit.

Beka.

De Reynaldo secundo Duce Ghelriæ.

CAP. VIII.

ANno Dñi 1342. die 2. mensis Ianuar. terræ motus factus in Hollandia, qui ad paucos annos subsequentes prægnosticauit horrenda flagitia, sicut inferius suis locis describetur. Anno sequenti, i. 43. obiit Reynaldus Niger, primus Dux Ghelriæ, qui fundauit monasterium Carthusianorum in Monichuysen prope Arnhem. Cui successit Reynaldus filius eius, secundus Dux Ghelriæ, & Comes Zutphaniæ. Hic duxit in vxorem Mariam filiam iuniorem tertii Ioannis Ducis Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ. Cuius sorores Wilhelmus Hollandiæ comes, i. Ioannam, & Ludovvicus de Maleus, Flandriæ comes, aliam videl. Margaretam habuerunt in vxores. Porro idẽ Dux Ghelriæ non genuit ex vxore præfata, nimis etenim pinguis & carnosus fuit.

An. 1342. Septẽbris motus in Hollandia. Beka. Reinaldus primus dux Gbelriæ moritur an. 1343.

De solemni Curia V Vilhelmi Comitis Hollandiæ, & eius secunda profectione versus Prussiam.

CAP. IX.

ANno Dñi 1343. Wilhelmus comes Hollandiæ in Hagha Comitis celebrauit per 8. dies magnifice curiam magnorum Principum, patefaciens cunctis excellentiam suam. Et ista solemnitate finita, alia curia præconizatur apud Normanniam in ciuitate Beluacensi, i. Beuay. Il ad ludendum in torneamentis & hastiludiis, ad quam idem egregius comes Hollandensis equester venit cum magna honorificentia sub præmissis & sequentibus sin statum suum. Et illic relatu diuersorum Principum atte stratum est, non solum amicis, verum ẽt inimicis, q̃ non esset comes eo melior in tota C hristianitate. Dehinc secunda vice prænominatus Wilhelmus comes Hannoniæ & Hollandiæ perrexit equester ad Prussiam, grandi armatorum multitudine stipatus, ad diuinũ opprobrium efficaciter illic vlciscẽdum, & eiusdem fidele præconium maiori laude ampliandum, cum ingenti timore equitantium hastisq; fulgidis, & cum clypeis rubeis atroeiter nimis paganos debellare decreuit. Nouitas tamen ad istius comitis ac Principũ suorũ aduentantiũ in terra Traiectẽsi percepta est ex relatu, sed tandẽ experientia magis eũ adesse sciebãt. Nõ. n. de turbido ac peregrino illo Wilhelmi aductu eis aliqd cautũ fuit, maxime illo tẽpore, qui cunctis illuc venientibus crudele spectaculũ præbuit, tã de rebus temporalibus, q̃ corporalibus multiformiter eos premendo atque infinitas

An. 1343. † tamen.

pœnas

pœnas eis inferendo: quia nulli in acie ausi sunt stare, sed, fugientibus cunctis, in deditionem acti sunt sub Domino suo, & ipse eorum dominatus est, comburens terram, ciuitates, oppida & villagia ao omnia, quæ habere poterant, deprædatus est, & sic protestatiue deuicit eos.

De inuentione Sacramentiin oppido Aemstelredam.

Cap. X.

An. 1345. ANno Domini M. CCC. XLV. feria tertia ante diem Palmarum erat in oppido Aemstelredam quidam infirmus, lecto decumbens, volens saluti ante suæ prouidere, petiit sibi Sacramentum corporis Christi per presbyterum ministrari. Sumpto vero Sacramento, & à presbytero parum cibi post horam vesperarium dato, eoque retento diu post occasum Solis, tandem infirmus ille cœpit vomitum emittere. Matronæ autem, quæ aderant, & curam infirmo præbebant, attendentes de Sacramento recepto, vomitum in vase mundo receperunt, & in ignem copiosum miserunt, & per totam illam noctem in eodem loco propter debilitatem infirmi ignis ardebat. Altera vero die, circa horam primam, vna matronarum surgens è lecto, & paruulo puero, quē habebat, vestito cum deberet sternere lectum suum, tantam per omnia membra sua sensit frigiditatem, quod se continere non poterat, & omnia membra sua præ nimio frigore riguerunt. Festinauit ergo ad ignem, vt calefaceret se. Ipsa vero aperiens ignē vidit manifeste in medio flammarum hostiam albam, & integram, talem in forma & claritate, qualem inter manus sacerdotis vnquam viderat in altari. Matrona illa attonita, mittens manum suam in ardore ignis intrepida, hostiam de medio ignis extraxit, nihil omnino de ardore ignis sentiens lætionis. Hostiam autem eductam, quam sensit frigidam, ex vna manu in alteram posuit, & statim vidit, quod totus ille color albus & splendidus in colorem alterum quasi ex adustione mirabiliter mutabatur. Matrona illa nimium pauescens vocauit ad alteram matronam, quæ secum in eodem morabatur hospitio, dicens sibi, Ecce, habeo in manu mea corpus sacrum Domini nostri Iesu Christi, quod manu mea ex isto igne extraxi, & dedit alteri matronæ in manu sua. Illa autem corpus sacrum posuit in panno mundo, includens in cista sua. Postvnam horam intrauit maritus illius matronæ, cui matrona omnia, quæ acta fuerant, per ordinem enarrauit, qui requisiuit ab ea, vbinam sacrum corpus Domini depositum fuerat. Quæ respōdit, in cista. Quo audito petiit sibi ostendi. Quo sibi ostenso, posuit in manu sua, tangens digito suo. Quo tacto, videbatur sibi sensibiliter, quod corpus sacrum sursum & deorsum in manu sua ad tactum suum quasi ad instar cordis lucet moueretur. Visto hoc miraculo, vir ille vehementissime territus reddidit vxori corpus sacrum, statimq; ipsi demandantes presbyterum, narrauerunt ei omnia per ordinem, quę gesta erant miracula, monstrantes illi corpus sacrum in cista. Quod vt vidit presbyter ille, grauiter ingemuit, & corpus sacrum in pyxidem posuit. Volens autem presbyter pannum illum lauare, in quo corpus sacrum positum fuerat, cum rediisset ad cistam, inuenit pyxidem cecidisse, & corpus sacrum abesse. Quærentes vero presbyter & matrona corpus sacrum in cista non inuenerunt, nec ea via inuenire potuerunt. Sequenti vero die matrona illa cistam aperiens, inuenit manifeste hostiam sacram in panno mundo super cussinum iacentem. Demandauit ergo quamcito presbyterum, qui venit, & corpus sacrum intima cum deuotione in Ecclesiam reportauit. Deinde vero post duos dies vir illius matronæ, quia inhibuerat vxori suæ, ne miracula gesta alicui diceret, sed ea occulte in se teneret, sedens iuxta ignem, & habens infantulum suum in gremio suo, corripuit vxorem suam pro eo, quod res gesta deuenisset in verba hominum, imputās illud vxori suæ. Quo facto, statim infantulus ille cecidit mirabiliter ex gremio suo, morbo caduco ea vice, & postea duabus vicibus aliis, & horribiliter torquebatur, donec vir & vxor sua, & quam plures amicorum suorum ducti pœnitentia, Sacramentum corporis Christi cum suis oblationibus, nudatis pedibus, & exutis camisiis, in Ecclesia deuotissime visitassent.

Hostia in medio flammis illæsa.

Puniuntur aliqui ob debitum honorem derogatum venerabili Sacramento.

De profectione Ioannis de Arckel, Episcopi Traiectensis ad exteras terras, vt parceret expensis, & reditu Vilhelmi Comitis Hollandiæ ex Prussia.

Cap. XI.

An. 1345. ANno Domini M. CCC. XLV. Ioannes Dominus de Arckel, Traiectensis Episcopus, expensis maximis prægrauatus, fecisset ad terras longinquas, vt ibidē ad aliquos annos in parcimoniali sumptu staret, quoadusque pecuniam ablegatam competenter exoluere posset. Quinimo totum Episcopatum Roberto de Arckel, Dño de Asperen,

Asperen, fratri suo, gubernandum fidelissime commendauit. Eodem etiam Anno Wilhelmus Hollandiæ Comes exiuit Prutiam cum quadringentis equitibus, vt ad certam propriam tenderet. Et veniens Coloniam celebrauit ibidem solemnem curiam Principum, Baronum, nobilumque. Electores autem sacri Imperij voluerunt eundem exaltare in Imperatorem, non obstante, quod Imperator Ludovvicus, maritus sororis Wilhelmi iam dicti, adhuc in vita esset. Nam prædictus Imperator excommunicatus iam erat à summo Pontifice pro eo, quod Christianitatē ab incursione paganorum pro posse suo non curauerat defendere, cum sit ad hoc deputatus & electus, vt exiret in aduersum, & poneret se murum pro domo Israel. Sed Wilhelmus Hollandiæ Comes, æstimans se tanto honore indignum, oblatum honorem abnuit, & ad terram descendere curauit.

Wilhelmus Hollandiæ Comes Imperium summis vtens fas.

De duplici bello inter Hollandenses & Traiectenses.

CAP. XII.

ANNO Domini millesimo 345. Wilhelmus Hollandiæ Comes coadunauit expeditam militiam, quatenus orientalem posset expugnare Frisiam. Idem itaq; Comes, præparatis iam omnibus eidem expeditioni congruentibus, propter quędam vana loquia primo Traiectenses diffidauit. Et tandem diffinitum est, quod vtraque pars in planicie pratorum virentium ad bellum campestre conueniret, & sub die determinata pro corona victoriæ viriliter decertarent. Igitur Traiectenses cum vexillis micantibus ad locum certaminis animose aduenerunt. Et e contra Wilhelmus Comes Hollandiæ, cum tubis frementibus à papilionibus suis exiens, in pratis virentibus armipotenter occurrit. Nec mora, & in inuicem irruerunt, crudelem stragem ex vtraq; parte committentes. Tandem Traiectenses victi sunt, qui tamen dolentes hoc graui infortunio & tentauerunt secundario inire certamen super aggerem Marendyck infra Traiectum & Montfoordt, quibus studiose dimicantibus, & in alterutrum flagrātibus, amarissimum prælium gestum est, in quo Comiti Wilhelmo, diuina permittente gratia, ex ore cunctorum de bello euadentium victoria asscripta est.

Vincuntur Traiectenses.

De obsidione ciuitatis Traiectensis.

CAP. III.

EODEM igitur anno, id est, XLV. Wilhelmus Comes, Traiectense opidum debellare proponens, robur totius suæ potestatis adunauit, milites stipendiarios conduxit, & cum centum quinquaginta milibus virorum fortium ciuitatem Traiectensem obsidione cinxit per circuitum, papiliones in gyrum erexit, & tredecim mangenas ad vrbis interitum terribiliter aptauit, habens secum in suum adiutorium Ducem vnum, tredecim Comites, quinquaginta duos Barones, duo milia militum, & octingentos milites. Nihilominus multi nobiles ac feodales in Episcopatu Traiectensi commorantes diffidauerunt extra ciuitatem Traiectensem intuitu ciusdem Comitis Hollandiæ, & venerunt in subsidium eius. De quibus hi fuerunt principales & præcipui, vtputa Zvverderus Dominus de Abkonda, & Ghysbertus filius eius, Arnoldus Dominus de Iselsteyn, Ioannes Burchgrauius de Montfoerd, Henricus Dominus de Vianen, Ioannes Dominus de Bruechlisen, Ghysbertus de Sterckenburch, Arnestus de Vlnen, Fredricus Vten Hanniæ, milites. Comes igitur wilhelmus cum omnibus præscriptis Principibus ciuitatem Traiectensem in die S. Odulphi Confessoris vallauit obsidione grauissima, & cum diuersis tormentorum generibus, ad sex hebdomadas instantissime lacessiuit. Econtra vero Traiectenses, horrenda captantes instrumenta, forenses hostes absterruerunt à portis & mœnijs, quique plures incautos armigeros confixerunt telis & missilibus. Denique Comes circa quoddam noctis vmbraculum proximotenus accessit ad vrbem, vt profunditatem fossatæ clam exquireret, antequam munitam ciuitatem assilire præsumeret. Et ecce quidam balistarius à cacumine muri telum eiecit, & confestim eiusdem Comitis talum transfixit. Comes ergo saucius ad tentorium suum extemplo reductus est, vbi post aliquantulum tempus pristinæ sanitati restitutus. Interea Ioannes de Arkel, Traiectensis Episcopus, Genapolis residens, & obsidionem ciuitatis suæ per nuncios Roberti de Arkel fratris sui perciens, festinanter ad partes venit, & per Ioannem de Beadmont Comitem Blesensem, patruum Comitis Hollandiæ præfati, concordiam in hunc modum elaborauit: Quatenus quinquaginta ciues humiliter nudis pedibus & capitibus discoopertis vr-

Sic ferebat Bekē.

Wilhelmus Comes obsidet Traiectum.

Bekē.

Laditur Comes in tale.

Pax facta cū Traiectensib. Comes reconciliatur.

bem exirent, & ante tentorium præfati Comitis veniam flexis genibus exorarent, & cum totidem armatis ad beneplacitum suum infra Mosæ fluuium totiens, quotiens ipse voluerit, sub expensis propriis subseruirent. Decretum etiam est, quod muri ciuitatis destruerentur per spacium viginti cannarum, imo quod vna platea maneret perpetua sub potestate Comitis Hollandiæ, quæ platea adhuc vsque in præsentem diem appellatur *platea Hollandensis*. Deinde firmatę fuerunt Treugæ vsque ad festum S. Martini in Nouembri, & Comes & Traiectenses compromiserunt in Ioannem Episcopum Traiectensem, ac Ioannem Comitem Blesensem; & interim præfati Principes pacis compositionem melius in publico determinarent: quod non est ita impletum pro eo, quod idem Wilhelmus Comes à Frisonib. orientalibus infra prædictum tempus occisus est, sic vt patebit in sequenti Capitulo. Wilhelmus autem Comes Hollandiæ in profesto Mariæ Magdalenæ à ciuitate Traiectensi recessit. Quamobrem adhuc hodierno tempore singulis annis in crastinum S. Mariæ Magdalenæ reliquiæ Sanctorum per ciuitatis ambitum cum processione deuote geruntur, pro eo, quod Dominus Deus ciuitatem à prædicta plaga liberauerat, vtque etiam saluet eam de post ab omni plaga & turbatione.

De occisione Wilhelmi Comitis Hollandiæ in Stauria.

CAP. XIIII.

Beka.

HIs itaque gestis, idem Comes Hollandiæ recollegit iterato recentem militiam, vt instanter expugnaret orientalem Frisiam. Sed, pro dolor, gloriosus exercitus Wilhelmi Comitis ad terram incognitam inordinate transfretatur. Quapropter vniuersus populus magnum infortunium inopinate incurrit. Ioannes quidem de Hannonia, filius Ioannis de Beadmont, Comitis Blesensis, cum multis ratem suam applicuit ad australem plagam monasterii S. Odulphi Confessoris, locando tentoria sua super ripam vicini maris. Et extemplo quidam Hollandenses, non expectatis posterioribus, aduersus hostes viriliter aggressi sunt, vt eos aut infra opidum Stauriæ, vel immunitatem Ecclesiæ profugarent, & præsidium Ecclesiæ & cœmiterii cum armatis bellatoribus assilirent. Et quod Hollandensibus nullum obstabat infortunium, quoadusque eiusdem confessoris monasterium non impugnare cœperunt, qui potius virtute diuina quam humana de prædicto cœmiterio paulatim repulsi sunt, quos extunc Frisones passim occidentes insecuti sunt. Comes itaque Princeps imperterritus, huius infortunii totaliter inscius, classem suam versus borealem partem prædicti monasterii direxit, & cum quingentis bellatoribus in terram ascendit, vicinioremque domum exussit. Infinitis hostibus audacter occurrit, quendam capitaneum nobilem Frisonem personaliter interfecit & vsque ad mortem militum honorifice se defendit. Et contra Frisones, cum infinitis armigeris pusillum gregem Hollandensium ambientes, ipsum comitem cum multis aliis, ipsis Frisonibus ignorantibus, occiderunt. Quem etiam mortuum in vindictam nobilis Frisonis ab ipso occisi singulariter decollarunt. Contigit autem hæc cruenta strages sexto Kalendas Octobris, anno videlicet quadragesimo 5. post quam prædictus Comes rexisset Hannoniam & Hollandiam annis octo, eodem loco, quo comites Hollandiæ pridie pro tribunali sedere consueuerunt, quũ Frisiam orientalem potestatiue gubernarunt. Et ecce *quomodo ludit in humanis diuina potentia rebus*! Reynaldus autem Gelriæ comes, pater primi Ducis Gheldriæ, hunc Wilhelmum à Frisonibus occidi prædixit, cum eundem baptisterio sacri fontis suscepit. Insuper multo plures ibidem submersi fuerunt, qui timore superuenientis exercitus inordinate ad naues cucurrerunt, qui ferocitati hostium succubuerunt. Corruerunt autẽ in hac expeditione cum ipso Comite quingenti & amplius pugnantes armigeri, de quibus hi fuerunt principales & præcipui, veputa Dominus de Hoorn, Dominus de Lingy, Domiuus de walekoerd, Domin⁹ de Marry, Dominus de Antoyngh, Dominus Haemstee ex Zeelandia, & Dominus de Mervvede ex Flandria: omnes isti prædicti barones. Item Gerardus barbatus, wilhelmus de Naeldloyck, Simon & Theodoricus de Theylinghen, Gwido de Asperen, Iohannes Renerus, & wilhelmus de Montfoerdt, Theodricus de Santhorst, & Theodricus, Gerardus, Euerardus, Olfardus, Hermannus de Svvietẽ, Florentius de Mervveda, Otgerus de Spaengh, Gerardus Euerhardi, Alferdus de Bergerhorst, Nicolaus Oem, wilhelmus de Donghen, Theodricus de walekoerd, Gerardus de Flornil: omnes egregii milites cum multis aliis fchutariis electis, ac proceribus approbatis.

1345. Wilhelmus Comes Hollandiæ à Frisiis occiditur.

Nomina procerum aliquot occisorũ à Frisiis.

Decima dehinc exorta luce wilhelmus illustris comes cum aliis nobilibus occisis

cisus per Dominum Martinum commendatorem Haerlemensem & datorem domus sancti Ioannis Baptistæ in Haerlem inter occisorum cadauera per intersignia certa repertus est, qui ad monasterium Floridi campi, alio nomine nuncupatum Oudecloster, prope Bolkoardiam cum eisdem nobilibus à Frisonibus adductus est. Iohanna vero Comitissa Hollandiæ post occisionem wilhelmi comitis mariti sui rediit ad Brabantiam apud Iohannem Ducem Brabantiæ, patrem suum, quam & idem Dux postmodum tradidit in vxorem wenzelao Duci Luxenburgensi secundogenito Iohannis regis Bohemiæ, filii Henrici septimi quondam imperatorum Romanorum.

De vltione, quam cepit Episcopus Traiectensis de Traiectensium aduersariis.

CAP. XV.

DOMINVS autem Iohannes de Arkell, Traiectensis Episcopus, elapsis treugis, circa festum sancti Martini omnes nobiles, adhærentes wilhelmo comiti Hollandiæ, dudum in obsidione ciuitatis Traiectensis ab Episcopatu suo & bonis eorum proscripsit. Quapropter venerunt omnes & singuli milites ad prænominatum Antistitem, veniam postulantes, ac eidem pro rebellione satisfacientes, exceptis Svvedero Domino Apkonda, Arnoldo Domino Yselsteyn, & Arnesto de VVluen. Quamobrem idem Episcopus eodem anno in festo Sanctæ Cæciliæ virginis cum Traiectensibus in manu valida circumsedit castrum de VVluen, quod etiam violenter obtinuit, vinctis cunctis castrensibus. Deinde accedentes armigeri euerterunt illud funditus. Quibus gestis, dictus Episcopus cum expeditione roborata intrauit Dominium Yselsteyn, & pro magna parte inflammauit. Etiam Zvvederum de Apkonda in deditionem suscepit. Et, exactionatis aliis rebellibus, sufficientem de suis aduersariis vltionem cepit.

Castrum de Vluen obsidetur ab Episcopo & capitur.

De inflammatione Emeneſſet & translatione monasterij Dominorum Theutonicorum Infra muros ciuitatis Traiectensis.

CAP. XVI.

EADEM etiam tempestate Iohannes de Arkell, Episcopus Traiectensis, cum numerosa expeditione profectus est cum explicatis vexillis aduersus villam Emmenesse, quam succendit igni, quibusdam captiuatis & occisis pro eo, quod erant homines Episcopatus Traiectensis, & rebellauerant contra ipsum: quin imo fecerant seipsos ascribi ad Hollandiæ Comitatum, & dimittentes suum vocabulum Emmenesse, nuncupauerant villam eorum Oesthollandiam. Qui tamen adhuc permanserunt Hollandenses, quoadusque Episcopus post duos annos eos superaret publice in bello, sicut in sequenti libro capite primo dicetur. Sic etiam venerabilis Dominus IOHANNES EPISCOPVS Traiectensis habuit magnam aream apud Ecclesiam beatæ Mariæ in Traiecto, vbi stabulum equorum suorum stare consueuerat. Quam aream de consensu generalis Ecclesiæ ob amorem Dei, & augmentum cultus diuini contulit commendatori & fratribus seu Dominis ordinis Theutonicorum, vt ibidem Ecclesiam & conuentum extra muros Traiectenses per Wilhelmum Comitem Hollandiæ tempore obsidionis deuastatum reædificarent, tribuens eis ad hoc magnum subsidium & iuuamen. Porro hic VVilhelmus Comes Hollandiæ prædictus reliquit post se bastardum, Dominum Danielem de Poel, natum in monte Sanctæ Ghertrudis ex Domicella Aleyde de Mervveda.

Conuentus fratrum Theutonicorum Vltraiectæ instauratus.

LIBER XXIX.

CONTINET GESTA SEX ANNORVM, QVIBVS MARgareta imperatrix præfuit Comitatui Hollandiæ, & historias Johannis de Arkell, Episcopi Traiectensis, cum quibusdam euentibus eiusdem temporis; & habet capitula viginti.

De Margareta Imperatrice Comitissa Hannoniæ.

CAP. I.

LVDOWICVS autem Romanorum Imperator, audita morte Wilhelmi Comitis Hollandiæ, sedit pro tribunali in ornamentis imperialibus, & exquesiuit æque rectam iusticiam à pleriſque Romani regni principibus, quorum dictante sententia decretum est, quatenus Hollandiæ principatus Romano vacaret imperio pro eo, quod V Vilhelmus Comes Hollandiæ, Hannoniæ & Zelandiæ absque liberis decessisset ab hoc seculo: quem principatum ex tunc idem Luduicus Cæsar donauit Imperatrici Margaretæ, suæ Coniugi, quæ fuit soror eiusdem wilhelmi Comitis prædicti. His itaque gestis, eadem Imperatrix, anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſexto, apparatu pulcherrimo mox in Hollandiam deſcendit, fidelitatem cunctis incolis fecit, homagium q; de vaſallis accepit, libertates & grarias omnibus amphauit, factaque est Comitissa Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Domina Friſiæ, etiam beneuolas treugas cum Epiſcopo & territorio Traiectenſi compoſuit durantes ad duos annos à feſto ſanctæ Margaretæ virginis ad annum quadrageſimum octauum. Hæc etiam eadem Imperatrix & Comitiſſa Hollandiæ conſiſcauit omnia bona Friſonum in Hollandia exiſtentium, tam ſpiritualium, quam ſæcularium, pro eo, quod Wilhelmus Comes frater eius in Friſia Orientali occiſus eſſet, vendens ea diuerſis creditoribus, quæ pertinebat monaſterio Mariengaertin Orientali Friſia ordinis præmonſtratenſium, quam & ipſi fratres priſcis temporibus emerant à Nicolao Perſyn, Domino Waterlandiæ.

Comitatus Hollandiæ ad Imperium denoluitur donatur Margareta Imperatrici defuncti Comitis fororis.

An. 1346. Margareta Imperatrix in Hollandiam venit.

De Comissione eiusdem Imperatricis facta V Vilhelmo filio suo.

CAP. II.

PORRO prælibata Imperatrix Margueretа, Comitiſſa Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ, & Domina Friſiæ, genuerat Luduico Imperatori marito ſuo Wilhelmū Freneticum, Albertum, ambos duces in Bauaria, & Comites Hollandiæ, & Luduicum Regem Kracouiæ. Itaque Wilhelmus & Albertus prædicti dicuntur duces in Bauaria, non, quod Bauariam poſſidebant: ſed quod de ſanguine Bauarorum nati erant: nā Luduicus Imperator pater eorum fuit ſecundo genitus Luduici Ducis Bauariæ, Comitis Palatini. Ducatus n. Auſtriæ & Bauariæ hoc inſe comprehendunt, vt omnes de ſtipite eorum prodeuntes dicantur Duces vtriuſq;. Vnde verſus:

Clara Ducis titulum virtus meruit Bauarorum.
Et ſtirps auſtralis ſimili letatur honore.

Wilhelmus quippe Dux primogenitus Imperatricis fuit Comes de Oeſtvvant, & Albertus Dux frater eius fuit Dominus in Mubrighen. Prænominata ergo Imperatrix, in Bauariam ire diſponens, Comitatum Hollandiæ gubernandum commendauit Duci wilhelmo Palatino Comiti de Oeſtvvout, primogenito ſuo, tali conditione: quod idem V Vilhelmus Dux annue ſolueret certis temporibus matri ſuæ Imperatrici ſummam decem millium antiquorum ſcudatorum Franciæ: & in caſu, quo prædictā ſummam non perſolueret ſtatutis temporibus, quod tunc ſine indictione cuiuſcunq; libere reſignaret iuri ſuo gubernationem Hollandiæ ad nutum eius. Iſtud autem confirmationis pactum in præſentia magnorum principum nedum firmatum eſt publico iuramento, ſed etiam patentibus litteris ab vtraq; parte, quod tum idem Wilhelmus Dux matri ſuæ non obſeruaret, vt poſtmodum patebit in præſenti libro.

V Vilhelmus Bauarus à matre præficitur Hollandiæ.

De bello inter Reges Franciæ & Angliæ in Cryſſi & Acquiſitione Caliſiæ ſub Angla. CAP. III.

ANNO Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſexto Eduardus tertius Rex Angliæ iterum Franciam armata manu potenter inuaſit circa locum, qui

qui dicitur Cryſſi, vbi ex parte Philippi de Valois Regis ceciderunt occiſi multi principes, vtpote Iohannes Rex Bohemiæ, qui cæcus bellum intrauerat, Rex Maley Dux de Lotharingia, Carolus Comes de Alenſſon, frater dicti Regis Franciæ, Luduicus Comes Flandriæ, Niuers, Rechters, & Malinis cum aliis octo Comitib. inclitis. Ceciderunt etiam ibidem mille quingenti & quadraginta quinque milites, quorum tornicalia cum ipſis fuerunt inuenta, exceptis aliis armigeris communibus, quorum non erat numerus, ex quo bello Rex Franciæ prædictus fugit Ambianum, valde pudefactus. Et dictus Rex Angliæ victor cum exercitu ſuo tetendit verſus villam Carſie, id eſt, Caleſium, quam multis diebus obſedit. Cuius obſidionem quia Rex Franciæ nec impedire, nec diſſipare potuit: ideo Rex Angliæ villam ſeu ciuitatem Caleſienſem finaliter obtinuit, & Dominus eius effectus eſt: incorporauit autem eam cum terra Ghieſenſi Anglorum regno vſque in præſentem diem.

De fuaſoribus Regis Bohemiæ & Comitis Flandriæ.

CAP. IIII.

OCCISO autem in præfato bello Iohanne Rege Bohemiæ, Duce Luceburghenſe, qui fuit filius Hentici ſeptimi quondam Imperatoris, Carolus eius primogenitus efficitur Rex Bohemiæ. Et hic fuit ſucceſſor Luduici in Imperio Romanorum. Secundogenitus eius Wenceslaus fit Dux Lixeenburghenſis, Comeſque Thuy, & Comes Alſatiæ, qui fuit maritus Iohannæ Ducisſæ Brabantiæ & viduæ Hollandiæ. Tertiogenitus autem Iodocus etiam efficitur Marchgrauius de Brandenborch, & Princeps Moraniæ. Etiam poſt occiſionem Luduici Comitis Flandriæ, Niuers, Rechters & Maliniæ, id eſt, Mechliniæ ſucceſſit ei filius ſuus, Luduicus de Malen, qui ideo dictus fuit de Malen, eo, quod in caſtro de Malen natus, baptizatus, & nutritus eſt. Hic proceſſu temporis creuit in Principem, & efficiebatur Comes Flandriæ, Artheſiæ, Niuers, Rechters, Burghundiæ. Palatinus Dominus de Salinis & Malinis, & Margrauius ſacri Imperii, id eſt, de Antuerpia. Habuit enim in vxorem Margueretam ſecundogenitam tertii Iohannis Ducis Brabantiæ, ſororem Iohannæ Ducisſæ Brabantiæ præfatæ, ex qua genuit vnicam filiam ſibi ſuccedentem, Margaretam nomine, quæ primo habuit in maritum Odonem Ducem Burgundiæ, & poſt eum, Philippum Audacem, id eſt, Hardii, Ducem Burghundiæ. Cætera geſta eiuſdem Comitis in ſuis locis patebunt.

De Redemtione terræ Tranſiſelanæ, ac Emtione Dominii Laghe, & munitione oppidi Rhenen.

CAP. V.

EODEM etiam anno in menſe Februario Iohannes de Arekel, Epiſcopus Traiectenſis, petiit ab oppidis & ſubditis ſuis ſubſidium ad redimendam terram Tranſiſalanam, ab anteceſſore ſuo, Iohanne de Dieſt, dudum Duci Ghelriæ impignoratam: quod & vnuſquiſque ſtudioſe promiſit & adimpleuit. Nam & idem Antiſtes pro ſumma ſexaginta millium aureorum equeſtrum monetæ Ghelrenſis terram antedictam ſub ſua poteſtate reaccepit: ſummam vero præfatam ſummam ad plenum non potuit perſoluere: ideo pro eo, quod reſtabat, impignorauit duci Ghelriæ caſtra Horſt & Stontenborch, quoadusque plenarie ei eſſet ſatisfactum. Eodem quoq; anno in quadrageſima Iohannes Epiſcopus caſtrum & dominium Laghe cum ſuis attinentiis emit ab Alberto milite & eius coniuge pro ſumma quingentorum talentorum. Et quoniam iam dictus antiſtes prædictam ſummam tempore debito & ſtatuto non perſoluit: ideo plurima incommoda inde euenerunt. Anno etiam prædicto ſæpe dictus præſul muros & turres cum portis oppidi Rhenen ædificare cæpit & proceſſu temporis egregie conſummauit, vt patet in die hodierno. Adhuc etiam anno eodem in profeſto ſanctæ Ceciliæ virginis Iohannes Epiſcopus adiutorio Roberti de Arekel, Domini de Aſperen, fratris ſui, Huberti Domini de Cubenborch, & Iacobi de Vienolt militum deuicit in Traiecto pugnando homines Gunterlingos, & trecentos ex eis à Ciuitate proſcripſit.

Tranſiſelanã terram Duci Gelriæ impignorauit. Horſtam recepit Iohannes Epiſcopus.

De Prælio Leodiensium in Hasselt, & De Incendio oppidi Haerlemensis.

CAP. VI.

Anno 1347. incendium in urbe Haerlemensi.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, in festo sancti Odulphi confessoris, ortum fuit magnum incendiū in oppido Haerlemensi: vnde & totum oppidum inflammatur, vt parum aut nihil remaneret intactum ab ignis incendio. Eodem etiam anno in festo sanctæ Praxedis virginis Engelbertus de Mercha, Episcopus Leodiensis, crudele bellum habuit apud Hasselt aduersus Leodienses, qui contra eum rebellabant. In eodem autem bello ordinatur miles Reynaldus Dux Ghelriæ à Iohanne Duce Brabantiæ, & cum eo triginta duo milites. Corruerunt autem de populo Leodiensium viginti duo millia, & Episcopus de suis inimicis triumphauit: attamen de suo exercitu ceciderunt interfecti Robertus de Arckel, Dominus de Aspæren, frater Episcopi. Iohannes de Arckel Traiectensis, & Hubertus septimus Dominus de Cuebenborch cum aliis plurimis scutariis laude dignis. Corpus vero Roberti de Arckel transfertur Traiectum & sepelitur in summo templo ad australem partem chori ante altare, quod Iohannes de Arckel Episcopus Traiectensis fundauit, dotauit & consecrauit in honorem SS. Iohannis Baptistæ, & Iohannis Euangelistæ.

Herrenda pugna prope Hasselt.

De sex tutoribus Episcopatus Traiectensis, & mutatione Ecclesiæ in Castrum.

CAP. VII.

MORTVO autem Roberto de Arckel tutore territorii Traiectensis, mansit Episcopus Traiectensis magnis debitis aggrauatus. Consilio igitur mitto prælegit sex viros egregios, quibus præ omnibus confidebat, quos etiam sincere diligebat, vt ipsi sex regerent Episcopatum, & soluerent successiue debita sua: ordinauitque ipsos capitaneos & tutores omnium castrorum territorii Traiectensis. Porro isti sex tutores fuerunt Zvvederus vvterloe canonicus Traiectensis, Iohannes Dominus de Culenborch, Henricus Dominus de Vianen, Iohannes de VVondenborch, Ghisbertus de Sterckenburch, & Iacobus de Lichtenborch, milites. Post hæc Iohannes Episcopus perrexit versus Galliam ad Ciuitatem Turonensem, & mansit ibidem ignotus, vt parce viueret vsque finem treugarum inter Hollandenses & Traiectenses. Interea dum ibidem resideret Episcopus, Zvvederus Wterloe prædictus manu armata Ecclesiam in Eenbingge in festo sacratissimi corporis Christi, constituens de ea castrum & sæcularem domum.

Ioannes Episcopus in Galliis secedit.

De Obitu Luduici Imperatoris & Carolo eius successore.

CAP. VIII.

Anno 1342. moritur Ludouicus Imp.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo Luduicus Imperator de venatione veniens, & de equo descendens spiritum exhalauit in excommunicatione. Quo defuncto, electores Imperii elegerunt Carolum Regem Bohoemiæ, filiū Iohannis Regis, filii Henrici septimi quondā Imperatoris. Hic pro libertate Ecclesiastica contra dominos temporales plura & vtilia statuta edidit: fuit enim multū astutus & prudens. Isto anno regni sui nono in solemni curia principum Metis celebrata Wilhelmum Marchionem Iuliacensem ad ducatus fastigium sublimando primum Ducem Iuliæ creauit. Is etiam Carolus Romanorum Rex anno regni sui vndecimo ab Innocentio sexto Papa coronatus est. Hic genuit Wenceslaum sibi succedentem Regem Romanorum & Bohemiæ. Fratres eius fuerunt Dux Luxenburghensis, maritus Iohannæ Ducissæ Brabantiæ, & Iodocus Marchgrauius Brandeburghensis, Soror eius fuit Bononia vxor Iohannis Regis Franciæ. Rexit autem triginta quatuor annis.

De bellis post treugarum expirationem inter Hollandenses & Traiectenses, & de nouis treugis.

CAP. IX.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo cum festum sancti Iohannis Baptistæ aduenisset, Iohannes Episcopus Traiectensis cepit cogitare, quod induciæ peractæ essent in proximo festo sanctæ Margaretæ virginis inter Episcopatum suum & Hollandiæ Comitatum, reuersus est igitur ad terram suam, & inuenit debita sua à sex tutorib. prælibatis magis augmentata, q̄ diminuta. Igitur treugis in festo S. Margaretæ expiratis, octaua die post, Iohannes Antistes perrexit cū ciuibus Traie-

Reuertitur ex Gallia Ioannes Episcopus.

Traiectenſibus,& ſplendentibus vexillis in prato virenti prope Emmeneſſe. Econtra vero Hollandenſes ad pugnam paratiaudacter occurſarunt. Sed capto ex parte Hollandenſium Amulio de Minde milite cum aliquibus armigeris, Hollandenſes victoriam amiſerunt, & Epiſcopus de captiuis exactionem ſatis magnam extorſit vi. Nec non & villani de Emmeneſſen, pleriſque captis, ceciderunt pro maiori parte interfecti in eodem bello. Neceſſitate ergo compulſi ſunt relinquere eorum nouum vocabulum Oeſthollant, vt reaſſumerent antiquum nomen, videlicet Emmeneſſe. Deinde ſe ſubmittentes Domino Pontifici permanſerunt ab hoc tempore Epiſcopo Traiectenſi fideles clientes. Eodem anno begina † Gertrudis de Oeſten ſuſcepit quinque vulnera à Chriſto in manibus, pedibus & latere. Eodem etiam anno infra feſtum aſſumptionis & natiuitatis glorioſiſſimæ virginis Mariæ Dux VVilhelmus tutor Hollandiæ, collectis hinc inde bellatoribus, congregauit immenſum exercitum, cum quo armipotenter peruenit prope Iſelſteyn ad locum Medam, & perſeuerat in eodem loco per integram hebdomadam, & coneremauit villam Infais, vt Traiectenſes prouocaret ad prælium. Iohannes autem de Arckel, Epiſcopus Traiectenſis, minime recogitans perrexit interim cum quatuor millibus ad terras Woerdenſes ad deſtruendam meſſem: & eam ſuccendit, & prædam magnam inde abſtulit, ſtatimque eodem tempore Ghiſbertus de Bronckhorſt miles diffidauit etiam Epiſcopum Iohannem prædictum, & inflammauit pro magna parte caſtrum Ghoer. His itaque geſtis, Iohannes Dux Brabantiæ, Iohannes Comes Cliuenſis, & Iohannes de Beadmont Comes Bleſenſis, ibidem aduenientes, interruperunt prudenter omnem belli tumultum, & ordinauerunt inducias inter Epiſcopatum & Comitatum, durantes uſque ad futurum feſtum ſancti Martini illius anni.

Ad prælium utrimq; conuenitur.

Villa Emmeneſſe capitur, & villani occiduntur.

Fide præcedit. in libro cap. 4.

De bellis eiuſdem Epiſcopi aduerſus Ghisbertum de Bronchorſt, & Gelrenſes: & de computatione expenſarum earundem bellorum.

Cap. X.

Anno Domini milleſimo treceteſimo quadrageſimo octauo, durantibus indu-ciis, Iohannes Epiſcopus Traiectenſis perrexit cum populoſa expeditione ad partes Tranſiſulanas aduerſus rebellionem Giſberti de Bronchorſt, vt ſe vendicaret de eo. Nam deuaſtando pro magna parte dominium eiuſdem Giſberti, ſuccendit etiam villam Bonkelo, ſpoliatis prius pleriſque domibus. Quibus geſtis, Reynaldus Dux Gelriæ, & Eduardus frater eius diffidauerunt etiam Iohannem Epiſcopum Traiectenſem intuitu Ducis VVilhelmi tutoris Hollandiæ, & Ghiſbertus Dominus de Bronchorſt prædicti. Econtra vero præſul Traiectenſis quamuis multis debitis grauatus eſſet, acquiſiuit tamen in ſuum adiutorium Svvederum de VVoeſt, & Dominum de Kuyme. Vterque vir bellicoſus ſatis audaciter ſtuduit ſe opponere inimicis ſuis prædictis, commissens Frederico de Eſe, animoſo militi, terram Zelandiæ, Tventoniæ, & Dominium de Diepenhem, defenſionis gratia contra aſſultum Ducis Ghelriæ, & infeſtationem Domini de Bronchorſt. Sed anno ſequenti per amicabiles internuntios prænominati Principes ad tempus modicum pacificati ſunt à ſtrepitu belli. Pace ergo firmata, Dominus Svvederus de VVoeſt computauit Epiſcopo expoſuiſſe in bello aduerſus caſtrum Keppel ſummam quinque millium antiquorum ſcutatorum. Verumetiam Fredericus de Eſte computauit, ſe pro ipſo expoſuiſſe in bello Gheldrienſi ſummam quadraginta duorum millium & Ducatorum antiquorum Schutatorum. Antiſtes autem perplexus de hac computatione, dimiſit illis diebus Fredericum de Eze permanere in ſuis caſtris & officiis terræ Tranſilanæ. Eodem igitur anno diffidauerunt Epiſcopum Traiectenſem Iohannes Dominus Ghernen, Iohannes Dominus de Nahuſen, Dominus de Steynvvoerden, Ghiſbertus Zolbe, milites, qui aggrauantes ingentes copias electæ militiæ deuaſtauerunt, ex parte magna Traiectense territorium.

Tandem bellum eſt pacificatum, cum perduraſſet quaſi per annum: tunc Frederi-cus de Eze miles computauit, ſe iterum Epiſcopo expoſuiſſe ſummam trecdecim millium antiquorum ſcutatorum. Et quia præſul non potuit illi ſatisfacere de prædictis ſummis: ideo idem Fredericvs aſſeruit ſe velle obtinere Dominium totius terræ Tranſiſulanæ pro prima ſumma & vltima.

De resignatione, quam fecit Dux VVilhelmus Imperatrici matri suæ de gubernatione Comitatus Hollandiæ.

CAP. XI.

An. 1349. ANNO Domini millesimo trecentesimo 49. cum Ludouicus Romanorum Imperator obiisset, Margaereta Imperatrix, vxor eius, Comitissa Hannoniæ, Zelandiæ, Hollandiæ, & Domina Frisiæ, deferens Bauariam, venit in Hannoniam. Et quia Wilhelmus Dux in Bauaria, Comes Palatinus, & de Oesterbant, tutor Hollandiæ, filius suus, adhuc eidem matri suæ nihil tribuerat pro solutione regiminis terræ Hollandiensis: descendit vlterius exemplo ad Hollandiam, & intrauit cum decenti horificentia oppidum Dordracense, mittens suos pro Duce Wilhelmo filio suo præfato: qui cum suis militibus & proceribus multis venit ad matrem suam in Dordraco, & resignauit libere Imperatrici suæ coram omnibus præfecturam siue Principatum totius Hollandiæ Comitatus gerentibus. Quibus gestis, idem Dux VVilhelmus Comes de Oesterwvant, secessit in Hannoniam, & Margereta Imperatrix cæpit exinde in propria persona satis debiliter regere Hollandiam.

Aliter Beka qui matrem cum filio pro comitatu eer taſſe refert, ſi- lumque vi- ctorem enuſſi ſſe inſidia- tellegat de bello poſtea exorto, de quo vide lib. ſeq cap. 19.

De expugnatione oppidi Oudvvater, & de bello Schoenhouensi per Episcopum Traiectensem.

CAP. XII.

ANNO Domini 1349. post festum annuntiationis B. Mariæ virginis Iohannes de Arckel, Episcopus Traiectensis, colligens nobiles & ciues suæ ciuitatis & oppidorum suorum, intrauit Hollandiam armato sodalitio, & obsidione vallauit Oudenvvater. Quod tandem vi obtinuit & combussit: cœpit etiam captiuos multos, & rapinam multimodæ facultatis inde abstraxit. Ceciderunt tamen de parte Episcopi in bello occisi, Iohannes de Risenbach, duo fratres de Lichtenborch, Iacobus de Duel, Iohannes de Duel, & Evverhardus de Duel ex insula Bonnelana, cum aliis multis heroibus & scutariis. Eodem anno Hollandenses ægre ferentes depopulationem oppidi de Oudevvater, collectis hinc inde militibus & incolis totius Hollandiæ, decreuerũt territorium Traiectense ecentra inuadere, vel bellum cum ipso committere. Quapropter iam dictus Antistes cum armatis ciuibus ciuitatis perrexit contra Hollandenses versus Schoenhouam. Hollandenses autem & Schoenhouenses in signis multis exeuntes occurrerunt audaceter episcopali cuneo ad pugnam. Vbi ergo diu pugnatum, Hollandenses victi amiserunt victoriam. Cæpit autem præsul captiuos Gisbertũ de Langhaaeck, Herpertum de Liesvolt, & Conradũ de Oesterwvyck, milites, cum nonnullis aliis armigeris, de quibus gazas magnas acquisiuit. Deinde aduenietes festo S. Bartholomæi per amicabiles interlocutiones pax est composita inter Hollandenses & Traiectenses vsque ad S. Martini, anni Domini 1350.

Hollandi victionem cogitant.

Episcopus eos vincit.

De maxima pestilentia & fratribus flagellatoribus.

CAP. XIII.

Pestis ingens anno 1349. ANNO Domini 1349. maxima pestilentia Dominus flagellauit populum, ita, quod plus quam medietas hominum ab hoc seculo decesserit, & multę ciuitates ex toto vacuæ permanserunt. Quapropter eandem pestilentiam generalem his temporibus in plerisque regionibus surrexerunt quidam sine authoritate populi vel Ecclesiæ pœnitentiam publicam recipientes, nuncupati fratres flagellatores. Hi vexillum Domini cum crucibus ante se portantes, & Ecclesias bis in die intrantes, se omnibus vestibus nudabant, solis pudendis honeste velatis: & tunc seipsos ante & retro, sed præcipue in scapulis, cum flagellis coriaceis habentibus aculeos ferreos in extremis nodis dure percutientes, sanguinem proprium excutiebant, & sic seipsos flagellando canthilenas Deo canebant in vulgari, dicentes: *Slaet u seer doer Christus eer, door godt so laet die sonden meer.* Nunquam etiam dormiendo pernoctauerunt in illo loco, vbi pridie quieuerunt. Et nullus hominum vnquam scire potuit, qui hanc sectam essent inchoantes, vel ex qua patria processissent. Cum tali ergo pœnitentia ciuitates & villas cateruatim simul peragrantes, 30. & 40. dies in pœnitentia peregerunt. Et multi hæc videntes se eisdem associauerunt, &, completis diebus suæ pœnitentiæ, alii & alii de nouo reincipiẽtes continuauerunt. Etiam aliqua bona, scilicet odiorum & inimicitiarum dimissiones, & iniustorum bonorum restitutiones ad ipsos peruenerunt. Sed Papa Clemens VI. propter peiora inde ventura talem pœnitentiam publicam damnauit, & districte sub anathemate interdixit. Et sic tandem pœnitentia & multitudo illa euanuit.

Fratres flagellatores.

Damnantur fratres flagellatores à Clemente VI. Pont. Max.

De computo

De computo & maximis debitis Iohannis Episcopi Traiectensis.

Cap. XIII.

INducis ergo ordinatis inter Hollandenses & Traiectenses, Svvederus Wrerloe vicarius Episcopi, Iohannes Dominus de Creenborch, Henricus Dominus de Vianē, Iohannes de Wondenborch, Ghisbertus de Steckerborch, & Iacobus de Lichtenborch, milites & tutores Episcopatus, accesserunt ad Dominum Episcopum Traiectensem, ita dicentes: Gratiosissime Domine, non valemus diutius debitis frustrari vestris: & ideo vnum de duobus est necesse eligi: aut redde nobis pecunias expositas, vel trade nobis sub pignore totam terram Oriselynam. Dominus autem Antistes ex his verbis perplexis iam nihil de toto suo episcopatu possidebat, nisi tantum castrum Vollenhoef cum suis attinentiis. Nam Fredericus de Eze miles totam terram Transyselinam sibi impignorauerat, vt prædictum est. Pro suo immoderato computo addiderunt etiam sex tutores prænominati dicentes: Placeat dominationi vestræ, nobis tradere sub pignore cum terra Cyslylena castrum Vollenhoeff cum suis descendentiis, & per triginta annos sigillum vestrum seu sigillum Ecclesiæ: & sic contenti erimus reddendo ex eis singulis annis summam duarum millium librarum. Episcopus autem bene fecisset, si castrū Vollenhoeff cum suo sigillo non petissent. Insuper & maior pars capituli Traiectensis noluit præfatam petitionem admittere. Porro Iohannes præsul Traiectensis cernens se non posse peruenire ad finem debitorum suorum, & quod nullibi posset mutuare quicquam, & quod sex prænominati, in quibus aliquando fiduciam posuerat, decreuissent fieri Domini totius Episcopatus, absoluit eos, quantum in ipso, ab omnibus ipsorum officiis. Commisit ergo Gherardo de Veno, Canonico Ecclesiæ Traiectensis, suum sigillum, ipsumq; ordinans suū vicarium. Deinde idem Antistes nimium erubescens, perrexit cum sex equitibus tantum de terra propria, & venit ad vrbem Romanam, dimittens totum Episcopatum successoribus fortunæ.

Romam petit Ioannes Episcopus deserto Episcopatu ob creditorū molestias.

De expugnatione oppidi Iselsteyn.

Cap. XV.

INterea Episcopus Iohannes cum Romæ resideret, terminatæ sunt inducias inter Episcopatum Traiectensem, & Arnoldum Dominum de Iselsteyn. Quapropter Marschalcus Episcopatus cum expedito exercitu, & Traiectensibus exiuit ciuitatem feria secunda post octauas Paschæ, & castrametatus est cū vexillis explicatis ante oppidum Iselsteyn, instruxirque obsidionem, & oppugnauit illud per quinque hebdomadas cum diuersis tormentorum machinis. Tandem oppidani cum Arnoldo eorum Domino expetierunt deditionem, quod Mareschalcus admisit. Tali tamen conditione, vt eidem homagium præstarent & promitterent deinceps Episcopatui Traiectensi permanere fideles, quod & promiserunt, sed non diu seruauerunt.

De factionibus seu partialitatibus ortis in Hollandia.

Cap. XVI.

ANno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo orta sunt proh dolor in Hollandia duæ factiones seu partialitates ad destructionem & damnationem totius prouinciæ. Homines vero vnius factionis assumpserunt nomen à quodam pisce marino qui dicitur asellus, i. Cabbelyan ad denotandum, quod sicut pisces ille in maries deuorator aliorum piscium: sic & isti essent domitores suorum aduersariorum: & isti dicuntur Cabellgenses. Alterius vero factionis homines nominati sunt econtrario Hoeckenses, trahentes vocabulum ab hamo, quasi dicerent, hamus piscem prendere sepe solet, tam stulta contentio sæpe solet inter eos fieri. Factionē Cabbelgensiū fouebant Iohannes Dominus de Arckel, pater Episcopi Traiectensis, Iohannes Dominus de Egmonda, & Gherardus Dominus de Heermstreck, milites, cum pleriſque aliis nobilibus & proceribus animosis. Capitanei vero alterius factionis fuerūt Theodoricus Dominus de Brederoede, Philippus Burgchrauius Leydensis, & Dominus de wassanaer, Iohannes Dominus de Lecka & Polanen. Iacobus Demnehorst milites cum multis aliis scutariis audacibus, & militibus inclytis. O damnosum virus Hollandiæ incolis à diabolo disseminatum, iam enim vbique partialitates abundant. Propter quas

An. 1350.

Factiones duæ in Hollandia

Alii nemē sibi sumunt à pisce quem appellamus Cabbeliau, dicti Cabbelenſes

Alii dicuntur Hoeckenſes ab hamo.

Hinc dictum illud antiquū Hoecks en Cabbeliaus.

Vtriusque factionis Duces qui.

quas omne bonum publicum penitus destructum & euersum est, omnisque iustitia conculcata & abiecta est. Nam ex istis factionibus prouenerunt temporis processu in Hollandia iræ, rixæ, odia, inimicitiæ, proditiones, incendia, tyrannides, discordiarum fomenta, innocentum oppressiones, oppidorum & villarum submersiones, diffamationes, rancorũ accusationes, falsæ iniustitiæ, officia indignis data, virginum & mulierum violationes, atque mactationes paruulorum, interneciones, & in malitia obstinationes, Sacramentorum Ecclesiæ contemtus, Ecclesiarum & cemiteriorum violationes & deprædationes, ac totius prouinciæ spoliationes & destructiones. Vnde Dominus noster Lucæ vndecimo: *Omne regnum in se diuisum desolabitur*: &, *Domus supra domum cadet*. Et Salustius in Iugurthino: *Concordia res parua crescunt, discordia maxime dilabuntur*. Et Tullius de amicitia: *Quæ domus tam stabilis, qua ciuitas tam firma est, quæ non odijs & dissidijs funditus possit euerti*? Patet hoc per experientiam in Romanæ Reipubl. desolatione. Cur destructa? Cur desolata? Cur ad nihilum diducta est Romanorum gloria atque potentia? Qui igitur considerat Romanæ vrbis interitum, de qua dicitur: *Roma quanta fuit docet ipsa ruina*, facile cognoscere poterit, quanta sit discordiæ vis ad nocendum, ad perdendum, ad destruendum, ad annihilandum omne regnum, sed adhuc nobis offerunt exempla tot florentissimarum ciuitatum Italiæ, in quibus adhuc cernuntur palatiorum ruinę, desolationes viarum & platearum, paucitas populorum, & pristinæ dignitatis & felicitatis antiquę omnimodo diminutio. O Bononia studiorum mater, & Ianua, regina maris, ô Parma! O Esculum! O Placentia! O Viterbium! O Assisium! O aliæ vrbes & terræ, quæ discordiis & partialitatibus locum dedistis, vbi est gloria vestra? Vbi populi multitudo? Vbi antiquæ diuitiæ? O discordia maligna? O discordia detestanda? Propter te ciuis insurrexit in ciuem, amicus in amicum, frater in fratrem, & filius in patrem & matrem, & plateæ ciuitatum humano sunt sanguine madefactæ, eo quod omne regnum in se diuisum, desolabitur, à qua diuisione & desolatione liberet Hollandiam Iesus Christus, filius Dei viui, AMEN.

Mala quæ ex hîs factionib. pullularunt.

Discordia mala & effectus.

De reditu Ducis VVilhelmi, Comitis de Oestvant ad Hollandiam, & crudelitate factionum.

CAP. XVII.

PORRO prædictæ factiones & partialitates accrescentes in Hollandia, fautores earum crudeliter se dilperserunt per prouinciam, & cœperunt totam terram destruere & annihilare. Nam per incendia & rapinas inuaserunt Hollandiæ pagos, captiuantes & occidentes inuicem horribiliter nimis valde. Vnde tam crudelia opera perpetrarunt, qualia nunquam prisci temporibus fuerunt visa in Hollandia. Factiones quippe Cabelgensium destinauerunt suas literas ad Ducem VVilhelmum, Comitem Palatinum, & de Oestvant, seniorem filium Margaretæ Imperatricis, Comitissæ Hollandiæ postulantes, vt rediret in Hollandiam cum festinatione, & acceptaret regimen Hollandiæ, præsertim cum iam ab ipsis decretum esset, quod à Margareta Imperatrice, matre sua, nollent diutius regi. Qui quamuis primo renuit, tamen repetitis vicibus pulsatus acquieuit, & venit latenter ad oppidum Gorichum. Quod cum perceplssent Delphenses, perrexerunt ad eum, & deduxerunt cum copiosa turba ad eorum oppidum, statuentes eundem suum Capitaneum. Exiit ergo idem Dux sæpius cum defensoribus ad incendia, & deprædationes paganorum, & dominorum Hoeckensium, demum oppida Hollandiæ, cum Kenemaris & VVestfrisonibus acceptarunt eundem Ducem pro vero Principe & Comite Hollandiæ, præstantes ei fidelitatis homagium, contra voluntatem Margaretæ Imperatricis matris eiusdẽ Ducis. Quod cernentes nobiles alterius factionis, munierunt sua castra satellitibus alimentisque, & perrexerunt in Hannoniam ad Margaretem Imperatricem, manifestantes eidem quæruloſis vocibus violentiam suorum aduersariorum. Quamobrem Cabelgenses nobiles cum oppidis Hollandiæ exemplo post eorum recessum obsederunt passim castra nobilium Hoeckensium, & bellicosis brachiis obtinuerunt, ea spoliantes. Ergo & comburentes ea destruxerunt in vno anno decem & septem castra.

Vilhelmũ in Hollandiam proditæ factiones reuocant, eumque aduersus materam Imperatricẽ incitãt.

Decem & septem castra vno anno euersa.

De nauali bello inter Imperatricem, & filium eius in VValachria.

CAP. XIIX.

An. 1358. ANNO Dominimillesimo trecentesimo quinquagesimo primo Margareta Imperatrix, vt talia audiuit de Duce WILHELMO filio suo, & subditis suis in Hollandia,

landia irata est valde, destinauitq; litteras ad Ducem VVilhelmum filium suum, dure redarguendo eum cur tam audax foret, quod sibi vsurpasset Principatum eius, è contra Wilhelmus Dux respondit matri suæ per literas, quod Comitatus Hollandiæ ad eum pertineret ex donatione matris suæ, quod tamen probare non potuit testibus aut literis. Cum ergo cessare non vellet à dominatione sua, collegit eadem Imperatrix expeditos bellatores ad dimicandum contra filium, & Regina Angliæ destinauit immensum exercitū, & pugnatores dictos ad prælū Margueretæ sorori suæ, quib' omnibus in simul aggregatis eadem Imperatrix cū signis micantibus, & tubis frementibus, peruenit ad VValachriam cum classe maxima prope oppidum Vere. Dux itaque Wilhelmus è contra aggregauit validam expeditionem ab Hollandia, & cum multis nauibus remigauit ad Zelandiam, vt oppugnaret matrem prædictam. Et ecce bello commisso ceciderunt ex his & illis, qui omnes in marinis fluctibus suffocati sunt. Denique in fine Imperatrix victoriam obtinuit cæsis multis de suis aduersariis, filius vero eius fugit in Hollandiam.

Vilhelmus Comitatum Hollandiæ petit-nacitur sibi arrogat.

Imperatrix victrix euadit filiumque fugat.

De bello nauali inter matrem & filium in Mosa.

Cap. XIX.

PORRO Dux wilhelmus fecedens in Hollandiam laborauit pro recenti subsidio, & determinauit matri suæ locum Imperatrici, & diem ad bellandum iterato in Mosa cum nauali exercitu in oppidum Buelense & Arenam Comitis. Collegit ergo idem Dux VVilhelmus populum ac infinitum exercitum, videlicet Hollandenses & Kenemaros Westfrisones, Iohannem Dominum de Arckel, Machtildim Dominā de Vorne viduam de Valckenborch & Montiianven, Iohannem Dominum de Culenborch, Iohannem Dominum de Egmonda, Gherardum Dominum de Heemsteeck, Gherardum Dominum de Haerlem, cum multis aliis armigeris, & scutariis audacibus, ex Ghelria, Cliuia, & superioribus regionibus. Cum omnibus igitur his prædictis Dux in signis variis, & tubis perstrepentibus classem aptans ad locum superius præexpressum, vt in virtute magna contereret aduersantes sibi cuneos. Econtra vero Margueretа Imperatrix subarrauit in suum adiutorium proceres & nobiles infinitos ex Anglia, Hannonia, VValachria minime diffidens, sicut mulier imperterrita obtinere victoriam aduersus prolem propriam. Factum est ergo bellum in Mosa infra oppidum Buelense & Arenam Comitis: & ecce cruentum bellum terribiliter inhorruit, clamor prælii in cœlum ascendit, & in inuicem perniciter irruunt, atque pro victoriæ corona laborioſe decertant. In hoc quippe nauali bello stridor balistarum, tinnitus gladiorum, fragor hastarum, clangor galearum, strepitus saxorum, & fremitus prælatorum horribiliter super omnem modum inualuisse narratur, quia dies ista extitit ipsis dies iræ & vltionis, quoniam electissimi pugiles ceciderunt occisi ex vtraque parte. Plerique etiam vulneribus & doloribus grauati semetipsos Dominica cruce signantes saltabant è nauibus, quos vorago pelagi viuos statim absorbuit. Tandem Imperatricis exercitus lassitudine fatigatus ab aliis extitit superatus, quod cernens eadem Imperatrix, declinauit à bello, & citius quo potuit transfretaret in Angliam ad Reginam sororē suam. Ceciderunt autem ibidem ex parte eius ibidem interfecti Principes militiæ suæ, qui erant Anglicus Costinus, bonus Dominus Kenes Florentius Dominus de Laemste ex Zelandia cum multis aliis armigeris laude dignis, & scutariis approbatis. Capriuus etiam ductus est ex parte Imperatricis, Theodoricus Dominus de Brederoede cum copioso numero plebis & militiæ. Itaque in antedicto prælio tam magna cædes & effusio humani facta est, vt deinde adhuc per 3. dies aquæ Mosæ fluminis cunctis cernentibus in fluxu & refluxu sanguinem colorem continerent. Contigit autem hæc crudelissima strages in festo translationis sancti Martini, quarta scilicet die mensis Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo. Sed tandem idem Dux VVilhelmus per amicabiles interlocutiones cum Imperatrice matre sua concordiam & amicitiam in hunc modum obtinuit, vt videlicet expedicta Imperatrix Margareta posſideret vsque ad vitæ suæ terminum Comitatum Hannoniæ, & VVilhelmus Dux deinceps quietus permaneret Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominus Frisiæ. Vixit autem post hæc eadem Imperatrix quinque annis, & obiit in Hannonia, sepulta in oppido Valencenarum.

Precipui Duces Vilhelmi.

VVilhelmus matrem vincit, sed ipsa fugit in Angliā

Mosa aqua per tres dies sanguinei coloris.

Concordia inter eos compositur.

De Iohanne Rege Francia, & eius filiis, & de inceptione Ecclesiæ beatæ Mariæ in oppido Delfensi.

Cap. XX.

Philippus de Valoys moritur an. 1351.

ANno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo primo obiit Philippus de Valoys, rex Franciæ, poſtquam regnaſſet annis 23. cui ſucceſſit Iohannes filius eius, qui habuit in vxorem Bononiam filiam Iohannis Regis Bohemiæ, Ducis Luxenburghenſis, filii Henrici ſeptimi Imperatoris intoxicati. Huius Bononiæ fratres fuerunt Carolus Imperator Romanorum & Rex Bohemiæ, Wenceſlaus Dux Luxenburghēſis, maritus Iohannæ Duciſſæ Lotharinghiæ, Brabantiæ, & Lunburghiæ. Genuit autem Iohannes rex Franciæ ex eadem Bononia vxore ſua Ducem Lituicenſem, amatorem pretioſorum lapidum, Philippum audacem Ducem Burgundiæ, Cæciliam Reginam Nauarræ, vxorem Caroli Regis Nauarrorum, Mariam vxorem Eduardi Ducis Baienſis, & Cæciliam Dominam de Mille. Porro de Carolo ſapiente dicetur in loco ſuo. Sed Ludouicus Dux Angonvven genuit Regem Ludouicum Siciliæ & Ieroſolimorum, & alium filium Ducem Principem Auraniæ. Et Ludouicus rex genuit vterius Ludouicum Ducem de Angonvven Reynerum, regem Siciliæ & Ieroſolimorum, & Carolum, & Mariam Duciſſam Turonenſem, & Polentam iuuenculam. Itaque Iohannes Dux Bituricenſis fuit amator pretioſorum lapidum. Genuit tantum duas filias, ſcilicet Annam & Polentam. Anna fuit Duciſſa Sabaudiæ, & poſtmodum Comitiſſa de Armeyach. Sed Polenta habuit primo in maritum Iohannem Comitem de Vde, & genuit ei filium ſuccedentem, quo defuncto duxit in maritum Iohannem Ducem Borboniæ: quippe Philippus audax Dux Burgundiæ genuit ex Margareta vnica filia Ludouici de Malen Comitis Flandriæ Iohannem Ducem Burgundiæ, & Comitem Flandriæ, Antonium Ducem Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, Philippum Comitem de Niuers, Duciſſam Auſtriæ, Margaretam Comitiſſam Hannoniæ & Hollandiæ, vxorem videlicet Wilhelmi Ducis Comitis Hannoniæ & Hollandiæ, & aliam Duciſſam Sabaudiæ: de quibus plenius dicetur in ſuis locis. Eodem anno frater Suicon Col, & alius Iohannes filius Andreæ, famulus cuiuſdam pellificis in oppido Delfenſi, ambulantes pariter in fori campo eiuſdem oppidi cernebant quandam pulchram Eccleſiam in ſublimitate aeris ſuper locum illum, in quo nūc ſtat noua Eccleſia in Delfft. Iſta viſio per triginta annos circa feſtum purificationis beatæ Mariæ ſemper in aere apparuit. Tandem fabricata eſt ibidem lignea Eccleſiam honorem beatæ Mariæ virginis, & imago eiuſdem beatæ Mariæ virginis per miraculum inuenta ponitur in eadem Eccleſia.

Apparitio nouæ Eccleſiæ Delfenſis in aere viſa à quibuſdam.

LIBER XXX.

COMPREHENDIT HISTORIAS SEPTEM ANNORUM, quibus VVilhelmus, Dux phreneticus Hollandiæ, Comitatui præfuit, & geſta Iohannis de Arckel, Epiſcopi Traiectenſis, cum quibuſdam incidentibus eiuſdem temporis: & habet decem & octo capitula.

De VVilhelmo Duce phrenetico, & incendio oppidi Haerlemenſis.

Cap. I.

POst actum ergo bellum in Moſa, ſicut ſupra dictum eſt in penultimo capitulo precedentis libri, Wilhelmus Comes Palatinus circa Rhenum, Dux in Bauaria, filius Ludouvici Imperatoris Romanorum, & Margaretæ Imperatricis, factus eſt viceſimus Comes Hollandiæ, Zeelandiæ & Friſiæ. Hic habuit in vxorem Machtildem filiam Henrici Ducis Lancaſtriæ ex Anglia fratris Thomæ Ducis Lancaſtriæ, decollati à ſecundo Eduvvardo Rege Angliæ. Huius etiam Machteldis frater dictus eſt Henricus Dux Lancaſtriæ, cuius vnicam filiam, Blancham nomine, habuit in vxorem Ioannes de Gandauo, quartogenitus tertii Eduvvardi Regis Angliæ, cum qua & idem Ioānes obtinuit Ducatum Lancaſtriæ. wilhelmus autem Dux & Comes Hollandiæ non genuit

genuit ex Machtilde vxore sua prædicta. Porro fratres vterini eiusdem Ducis Wilhelmi ex Imperatore prædicto fuerunt Albertus Comes Palatinus circa Rhenum, Dux in Bauaria, Dominus de Ninbinghen, qui postmodum fuit Comes Hannoniæ & Hollandiæ, Ludovvicus Rex Crakouiensis, sed fratres tantum ex parte patris, scilicet Imperatoris Ludovvici, fuerunt Otto Marchio de Brandenburch Stephanus Dominus de Ingheslat, Ludovvicus Dominus Monacho, ac Elizabeth Regina Vngariæ. Quare autem iste Wilhelmus & suus frater Albertus dicantur Duces, scriptum est in primo Capitulo præcedentis Diuisionis: & eadem ratione nuncupantur etiam Comites Palatini circa Rhenum. Eodem etiam anno in professo Diuisionis Apostolorum iterum ortum fuit incendium in oppido Harlemensi, de cuius flamma consumitur media pars, & vltra, eiusdem oppidi.

Incendium in oppido Harlemensi.

De reditu & concordia Ioannis Episcopi cum sex suis tutoribus.

CAP. II.

PORRO Svvederus Wterloo Canonicus Traiectensis, Ioannes Dominus de Culenburch, Henricus Dominus de Vyanē, Ioannes, de Woudenburch, Ghysbert⁹ de Sterckenburch, & Iacobus de Lichtenburch, milites, sex quondam tutores Episcopatus, considerantes, quod Dominus Iohannes Episcopus non reuerteretur ad terram Traiectensem, inierunt validam conspirationem cum Ecclesia Traiectensi, vt sic per eandem Ecclesiam reuocarent eum Roma ad sedem propriam. Quod vt desiderauerunt, ita contigit.

Nam idem Antistes, literis Ecclesiæ suæ visis, deseruit Romam, & rediit Traiectum ipso die S. Aegidii Abbatis, scilicet prima die mensis Septembris, in anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo. Qui cum reuersus fuisset, adhuc extitit multis debitis grauatus, nec valuit se abinde dissoluere, quia destitutum sere perit ab omnibus amicis suis, præsertim, cum nec auxilium acquirere poterat à Ioanne Domino de Arkel, patre suo, aut ab Ottone fratre suo, ea propter necessitate compulsus fixit suam spē in Domino & in beato Martino, cogitans se archipotenter opponere his sex Dominis præscriptis. Primo ergo sibi acquisiuit castrum woerstteyne, & præparauit cum eodem se ad dimicandum aduersus sex Dominos prænominatos. Deinde anno sequenti in Quadragesima Otto de Iselsteyn miles concessit Episcopo Ioanni in suum auxilium castellum Beuervvart, quod iacet intra Traiectum & wyckdoresstadum. Tunc idem Antistes cum in eodem resideret, cœpit regere suum Episcopatum, & se de caulis totius Episcopatus personaliter intromittere. Insuper & debellauit prænominatos sex vbique satis egregie. Demum eodem anno Ecclesia Traiectensis & ciuitas Traiectensis, nolentes diutius sufferre istas discordias, ordinauerunt pacem inter Ioannem eorum Dominum & sex prælibatos, in hunc modum; videlicet, quod quandam summam pecuniarum acciperent pro suis antiquis expensis, & redderent Episcopo terram suam cum castris libere possidendam, quod & fecerunt, excepto, quod Svvederus wterloo noluit resignare castellum Eenbrugghe.

Ioannes Episcopus Romā Vltraiectum reuertitur.

Pax inter tutores & Episcopum.

De destructione castrorum VVoudenburch & Ruuel, ac rebellione Dominorum Ioannis de Culenburch, & Gysberti de Vyanen.

CAP. III.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo 2. Ghysbertus Dominus de Abcouda & wyck Doresstado emit castrum woudenburch à Ioanne de VVoudenburch milite. Sed hic Ioannes miles habuit quondam filium Animosum, qui de consilio & auxilio Ioannis Domini de Culenburch nepotis sui clam in noctis vmbra cum electis bellatoribus assiliuit castrum VVoudenbutch contra voluntarem patris sui, & obtinuit nolens admittere venditionem præfatam. Quare Ghysbertus Dominus de Abcauda & Ioannes Dominus de VVoudenburch miles perrexerunt ad Dominum Episcopum, manifestantes eidem violentiam præscripti iuuenis. Quapropter Ioannes Episcopus cum expeditis bellatoribus præsidium castri VVoudenburch vallauit per decem & septem hebdomadas, quod per creberrimos ictus machinarum, & terribilibus machinis adeo frequenter impegit, vt illud bellicoso brachio caperet in primo sabato Quadragesimæ anni sequentis. Cœpitque omnes captiuos

Anno 1351.

Castrum Voudenburch ab Episcopo obsidetur & tandem capitur, destruiturque.

castrenses, quos carcerali afflictione valde humiliauit, & tandem, datis gazis maximis, liberati sunt. Castrum vero Woudenburch idem Antistes solotenus destruxit. Interea cum Episcopus Ioannes esset in obsidione woudenburch, marscalcus Episcopi cum aliquibus Armigeris studuit debellare castrum Ruvviel, pro eo, quod castrenses ex illo deprædabant homines Episcopatus. Quod tandem aliquibus diebus obsessum idem Marscalcus violenter, atque sub potestate Episcopi vendicauit. Post tres autem annos Walterus de Nunden emit idem castrum à Ioanne Pontifice. Adhuc etiam Episcopo in eadem obsidione Woudenburch existente, Ioannes Dominus de Culenburch, & Ghysbertus Dominus de Vyanen milites diffidauerunt Dominum Episcopum Traiectensem, ac inuaserunt terram Traiectensem, rapinis & incendiis debellantes eundem Præsulem ex Culenburch, Vyanen, Ghorell & ex Marckenburch.

De expugnatione præsidiorum Montfort, Markenburch, Holensteyn & Ghorell.

CAP. IIII.

An. 1353. ANNO Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, in profesto S. Seruatii Ioannes Episcopus, pro iuribus Ecclesiæ indefessum gerens animum, collectis immensis bellatoribus, profectus aduersus opidum & castrum Montfort, gerens secum superexcellentem machinam ad bellandum Svvederum Marckgrauium de Montfort, pro eo, quod pridem cum Dominis de Culenburch & de Vyanen contra Episcopum rebellauerat. Inchoauit ergo sæpedictus Præsul obsidionem ante Montfort, & modis omnibus nitebatur cum iam dicta machina auertere violenter castrum & opidum prædictum. Cernens autem idem Burchgrauius Episcopi magnanimitatem & constantiam in obsidione, supplex rediit & compositionem pacis cum eodem Episcopo iniit.

Castrum Montfort obsidetur ab Episcopo.

Episcopus autem, acceptis magnis, recepit eundem ad gratiam, tali tamen conditione, vt exinde maneret Episcopo & Episcopio fidelis. Ratificatum est hoc non solum patentibus literis, sed etiam publico iuramento. Hanc ergo victoriam adeptus Episcopus glorioso rediit ad ciuitatem propriam. Eodem etiam anno in festo corporis Christi cum calor æstualis esset nimius, Ioannes de Arkel, Præsul Traiectensis, cum Traiectensibus Amerfordensibus & armatorum turba magna processit equester contra præsidium Marckenburch. Quod post quam per nouem hebdomadas impugnasset cum machinis & diuersis tormentorum generibus, potenter obtinuit, captiuans in eodem omnes castrenses, &, quibusdam decollatis, castrum Markenburch redegit ad nihilum.

Castrum Marckenburch capit Episcopus, destruitque.

Deinde anno prænotato, in Autumno, idem sæpedictus Præsul misit Matscalcum suum cum armatis ciuibus suæ ciuitatis ad debellandum castrum Holensteyn. Castrenses autem, salua vita eorum, cum eorum bonis transierunt in deditionem Episcopi.

Destruitur item castrum Holensteyn.

Antistes autem Ioannes fecit illud castrum vsq; ad terram destrui, pro eo, quod fuerat fortalitium prædonum, & castrenses multas insolentias per territorium Traiectense operati ex eo fuerant.

Anno vero sequenti prænominatus Antistes cum Burgensibus ex expeditione valida circumuallauit castrum Ghorello, & cum illud in manu forti cepisset, destruxit funditus vsque ad terram. Postmodum tamen in obsidione ante castrum Nyeuelt pace composita, arbitrali iure conclusum & admissum est, quatenus Ghysbertus Dominus de Vyanen illud in eodem loco munimine ciuitatis Traiectensis reædificaret, quod & idem Ghysbertus Dominus de Vyanen adimpleuit.

De reacquisitione castrorum Eembrugge, Vredelant & terra Transiselana.

CAP. V.

Anno 1354. ANNO Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, Ioannes Episcopus Traiectensis diffidauit Dominum Svvederum Wterloo propter præsidium Eembrugghe. Sed ciuitas Traiectensis cum opido Amerfordensi ordinauit in vtramque partem compositionem pacis, tali videlicet conditione, quod idem Svvederus castrum Eembrugghe ab Episcopo in fœudũ teneret, sed non posset aliquẽ Castellanũ ponere, nisi tantũ Traiectensem, ne incolis terrę Traiectensis ex eo, pueniret aliquãdo molestatio seu iniuria. Porro idẽ Pontifex castrũ Vredelãt, & tũc ditioni Imperatricis

Marga-

Margaretæ Comitissæ Hannoniæ adhuc suberat, pro summa septem milium librarum redemit, quod Episcopus Ioannes de Diest pridem impignorauerat Wilhelmo Bono, Comiti Hollandiæ, cuius filia erat Margareta prædicta. Quam summam recepit Florentius de Bochorst, miles redituarius eiusdem Imperatricis Margaretæ Comitissæ prædictæ. Anno adhuc eodem Zvvederus Dominus de Vorst & Fredericus de Eze milites conuenerunt ad pacis vnionem cum Ioanne Episcopo eorum immoderato computu, pro quo terram Transiselinam impignoratam retinuerant, sicut in præcedenti libro dictum est: & incœperunt inde moderatum salarium ab eodem Pontifice. Et sic idem Præsul iam secũda vice terram præfatam redemit, quam pridem reacceperat à Duce Ghelriæ pro sexaginta equestrium aureorum probatæ monetæ Ghelrensis. *Redimitur terra Transiselana.*

De captiuitate Ioannis Regis Franciæ.

CAP. VI.

ANNO domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, Ioannes Rex Franciæ cum roborato exercitu obsedit in quodam pago Pictauiensi Ioannem de Gandauo, ducem Lancastriæ, quartogenitum tertii Eduvvardi Regis Angliæ. Cui obsesso Eduvvardus Princeps Walliæ, id est, Waels, primogenitus eiusdem Regis Angliæ, frater eius venit ex Anglia in adiutorium, & obsidionem vi armorum dissipauit. Vbi Ioannem iam dictum Regem Franciæ in bello vna cum Philippo Audace filio suo cepit captiuum, multis Francorum nobilibus ibidem occisis. Duxitque ipsum Regem Franciæ cum filio suo ad Angliam captiuum, & patri suo Eduvvardo Regi in Anglia residenti præsentauit. Vbi per annum & dimidium in priesione permansit. Tandem pax fuit inter eos composita, hoc modo, videlicet, quod dictus Rex Franciæ promisit restituere Regi Angliæ Comitatum Pictauiensem & alias terras sibi ab antiquo competentes, sicut & fecit. Etiam sibi triginta centum milia florenorum soluere permisit. Et propter hoc tradidit prædicto Regi Angliæ plures Barones & nobiles ex Regno Franciæ obsides, de quibus aliqui fugiendo, aliqui per matrimonium, & aliqui per terrarum venditionem liberi redierunt. Quibus prædictus Rex Franciæ post aliquot annos morte præuentus nec damna restituit, nec dictam summam florenorum Regi Angliæ ad plenum soluit. Ecce, quale præmium mundus finaliter reddit! *Ducitur Ioannes rex Francia cum filio suo capti uus in Angliam.*

De VVenceslao Duce Brabantiæ, & Ottone Domino de Arkell.

CAP. VII.

ANNO domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, obiit tertius Ioannes dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Lymburgiæ, postquam Brabantiam gubernasset quadraginta tribus annis: & sepultus est in Vyleten. Hic quippe Dux filiam suam primogenitam, Ioannam nomine, viduam Hannoniæ & Hollandiæ, iam tradiderat in vxorem wenceslao Duci Luxenburgensi, Comitique Alsatiæ & de Thuy, filio Ioannis Regis Bohemiæ, filii Henrici septimi, Imperatoris. Homagiatur ergo idem wenceslaus Dux Luxenburgi ex parte Ioannæ vxoris suæ dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Lymburgiæ: non tamen genuit ex Ioanna prædicta vxore sua. Huius VVenceslai ducis Luxenburgiæ, Lotharingiæ & Brabantiæ & Lymburgiæ fratres fuerunt, Carolus Romanorum Imperator, Rex Bohemiæ, Iudocus Marckgrauius de Brandenburch Princeps Moraviæ. Et soror fuit Bononia vxor Ioannis Regis Franciæ. Anno & eodẽ obiit Ioañes, XII. dominus de Arkell, cuius vxor fuit Ermgardis, vnica filia Ottonis illustris Comitis Cliuensis, ex qua genuerat 7. filios. Primogenitus fuit Ioannes, qui obiit, vulneratus pordraci in hastiludio. Secundogenit⁹ fuit Otto XIII. Domin⁹ de Arkell. Tertiogenitus fuit Arnold⁹ Domin⁹ de Zuelẽ, Auezaet, Nordlesſ, & Aduocatus de Albaes, & Abesdardan. Quartogenitus fuit Ioannes Episcopus Traiectensis, & postmodum Pontifex Leodiensis. Quintogenitus fuit Robertus de Arkel, postmodum dominus de Asperen. Huic igitur ex ordinatione paterna cessit dominium de Heerarnsberch, quod dominium deuolutum erat ad dominum de Arkell. Sextogenitus fuit Herbernus Dominus de Slinghelant. Et septimogenitus fuit VVilhelmus, *Anno 1355. moritur Ioannes Dux Brabantiæ.*

qui in iuuentute obiit. Otto ergo secundogenitus factus est tertiusdecimus Dominus de Arckell, qui duxit in vxorem Elizabet illustrissimam virginem filiam Tybaldi Ducis Barensis, cuius mater fuit filia Gerardi Comitis Namurcensis, de qua genuit Ioannem succedentem Dominum de Arkel, & Ioannam Dominam de Streynuorden. Sed hic iam oritur dubium, cur iste Otto Dominus de Arkel non sit electus Comes Cliuensis, cum tamen Ermgardis mater eius fuerat vnica filia Ottonis Comitis Cliuensis, pro qua sciendum, quod idem Otto Comes Cliuensis habuit duos fratres, scilicet Theodricum & Ioannem Canonicum Colonien sem. Mortuo ergo Ottone, Theodricus frater eius ei successit, qui Theodricus Ermgardem vnicam filiam fratris sui tradidit Ioanni Domino de Arkel, tali conditione, quod ipse Theodricus fratri suo Ottoni succederet in Comitatu Cliuensi quod viueret, & si filium ex Domino de Arkel & Ermgarde contingeret, ille ei in Comitatu succederet, quod tamen ita non accidit, vt patebit in sequentibus. Nam Theodricus prædictus, fratri suo Ottoni succedens, duxit in vxorem Mariam filiam Reynaldi Comitis Ghelriæ à proprio filio captiuati, ex qua genuit Agnetam vxorem Godefridi vltimi Comitis de Arntsberch, qui non genuit. Secunda filia Comitis Cliuensis Theodrici, fuit vxor Domini de Pervvys. Et tertia fuit vxor Odulfi noni Comitis de Marcha, qui genuit Enghelbertum Comitem de Marcha, & Adulfum Electum Colonien sem, postea Comitem Cliuensem, & de Marcha, qui fuit pater Adulfi, primi Ducis Cliuensis. Theodrico autem Comite defuncto, Ioannes frater suus Canonicus Colonien sis cum violentia se in Comitatum Cliuensem introduxit, & Ottonem de Arkel nepotem suum de facto extrusit, & insuper, ne idem Dominus de Arkel sibi noceret, duxit in vxorem Margaretam sororem seniorem Reynaldi & Eduvvardi Ducum Ghelriæ, quæ vidua fuit Godefridi Comitis Lossensis, & adhuc postmodum vxor Ioannis Comitis Blesensis, qui tamen non genuit. Porro Ioanne Comite Cliuensi post quindecim annos defuncto, Otto Dominus de Arkel filii Domini de Pervvys, Enghelbertus & Adulfus fratres de Marcha vndique surrexerunt & pro Comitatu Cliuensi fortiter contendere cœperunt. Itaque Otto Dominus de Arkel volens cum roborata manu intrare Cliuiam prohibetur ab Eduvvardo Duce Ghelriæ. Et in castro Cliuensi Domini de Pervvys existentes captiuati coguntur per prædictos filios de Marcha & opidum Cliuense inire concordiam. Et acceperunt pro concordia & portione eorum Dominium de Cranenburch. Et sic Adulfus, resignans electionem Colonien sem, obtinuit Comitatum Cliuensem.

Quippe Otto Dominus de Arkel sæpius adhuc postmodum pro Comitatu suo Cliuensi obtinendo laborauit, sed non valuit obtinere propter fortem resistentiam occupantis prædictum Comitatum. Hic ergo Adulfus de Marcha Comes Cliuensis, duxit in vxorem Margaretam filiam Gheerardi Comitis Montensis, & genuit ex ea tres filios, videlicet Adulfum primum Ducem Cliuen sem, Theodricum Dominum de Duisslaken, postmodum sagitali ictu interfectum, & Gheerardum Comitem de Marcha. Sed hic Gheerardus tandem sine liberis obiit, & tunc Comitatus de Marcha, sic vt & Dominium de Duisslaken, deuoluebatur ad Duces Cliuenses.

De guerra inter Ioannem Episcopum Traiectlen sem, & Hermannum de Meeruelt, & de prosperitate eiusdem Pontificis.

Cap. VIII.

Anno, quo supra, Dominus Hermannus de Meeruelt, Monasterien sis Diocesis, diffidauit Episcopum Traiectlen sem, & hostiliter cum multis armigeris inuasit terram Transiselinam, plurima ibidem deuastans, & reuersus est cum diuersis spoliis.

Econtra vero Dominus Ioannes Pontifex Traiectensis, hanc violentiam cupiens vlcisci, collegit hinc inde expeditos vernaculos & præliatores animosos, & equitauit cum duobus milibus ad Monasterien sem Diocesim. Et cum indignatione maxima aquæductus, molendinos & pontes diruens, pagum eius potenter incendit, magnamque prædam in vltimo de facultate secum asportauit. Tandem per amicabile interloquium omne malum litis ad bonum pacis reconciliatum. Circa eadem tempora Episcopus, omni probitate conspicuus, magnam armigerorum copiam aggregans, equitauit ad subiugandum rebelles in Iselham, eo quod sibi inobedien-

obedientes sociauerant se firmo fœdere Frisonibus & eos triumphali gladio ditioni suæ subiecit. Qui sic coacti Episcopo firmam obedientiam, & suis successoribus scriptis & iuramentis præstiterunt. Is ergo Ioannes de Arkel, gloriosus Episcopus Traiectensis, in pluribus bellis victoriosus & prosperatus cuncta Ecclesiæ suæ debita persoluit, omnia inuadiata ab antecessoribus suis redemit, abstracta ad ius & proprietatem Ecclesiæ perutiliter reuocauit. Incursiones seu insolentias prædonum edomuit, & multa eorum castra vicit & deiecit. Nonnullos etiam tandem emendam promittentes ad gratiam recepit, diruras Ecclesias restauruit, restauratas optimis libris, ornamentis preciosis & calicibus ornauit. Insuper & in summa Ecclesia præciosissimam insulam cum baculo pastorali argenteo deaurato, quibus Dominus Traiectensis semper in sua noua introductione vestiretur & coronaretur, propriis magnificis expensis fabricari fecit, & breuiter erat vniuersorum morum honestate præclarus.

Laudes Ioannis Episcopi Vltraiectensis.

De bellis Wilhelmi Ducis Palatini Comitis Hollandiæ aduersus Traiectensem Diocesim.

Cap. IX.

ANno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto, circiter feſtum ſancti Martini Epiſcopi & Confeſſoris in Nouembri, Wilhelmus Dux in Bauaria, Comes Palatinus circa Rhenum, Comeſque Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominus Friſiæ, iniqua ſuſurratione informatus diffidauit Epiſcopum Traiectenſem: nec non & quam plures Proceres prope ipſum & in Epiſcopio commorantes Eccleſiam diffidauerunt eundem Epiſcopum intuitu eiuſdem Ducis wilhelmi, videlicet Arnoldus Dominus de Iſelſteyn, Ioannes Dominus de Culenburch, filius Ioannis de woudenburch, Ghyſbertus Dominus de Vyanen, Ioannes de Haetler, Ioannes de Langheraeck, Ghyſbertus de Nieurocd, Ioannes de Blommenſteyn, Zondinus de Ryn, Huberrus de Schonauvven, Zvvederus de Neſſe, Gheerardus de Vlier. Quinimo Dominus de Sleyd, & Dominus de Dicle, in remotis partibus habitantes, etiam ob tauorem wilhelmi Ducis Palatini diffidauerunt eundem Ioannem Epiſcopum Traiectenſem. Qui venientes in Epiſcopatu Traiectenſi cum quadraginta equitibus & toridem armigeris, direxerunt iter verſus opidum Oudevvarer. Sed non cognoſcentes viam peruenerunt per deuia ad opidum Montfort en manibus inimicorum ſuorum. Quia Montfordenſes illo tempore adhuc erant Epiſcopi fideles adiutores, vtque in ſequentibus.

Noua molimina aduerſus Epiſcopum.

Nam cum opidani de Montfort prædictos Satrapas adeſſe percepiſſent, licet Svvederus eorum Burgrauius tunc in Traiecto eſſet, tamen exierunt in manu forti eis obuiam ad pugnam. Debellanteſque eundem cuneum, captiuos duxerunt dominos Sleyd & de Dicle cum omnibus eorum equitibus & ſatellitibus. Igitur wilhelmus dux congregato exercitu vniuerſo cum omnibus præſcripris Principibus in multitudine graui cum vexillis coruſcantibus & tubis ſtridentibus armata manu intrauit territorium Traiectenſe, & illud bellicoſa manu depopulatur, venienſque apud villam Coten apud Wyck Doreſtadum, maximam partem de ſuperiori Epiſcopio inflammauit & magnam prædam ab inde abundanter acquiſiuit.

Manſit autem iam dictus dux in eodem loco, perſeuerans per plenam hebdomadam, vt Epiſcopum prouocarent ad pugnam. Ioannes autem Epiſcopus, hoc attendens & ægre ſciens, cogitauit eo nouerſo mouere bellum contra Wilhelmum ducem & eius auxiliatores.

Quapropter, aggregatis quibuſdam armigeris & ſatellitibus, venit Traiectum, & inſtitit, vt ciues cum eo in magna virtute exirent ad debellandum prædictum exercitum prope Kothen. Sed Arnoldus dominus de Iſelſteyn, Ioannes dominus de Culenburch, & Ghyſbertus dominus de Vyanen tam validam conſpirationem cum ſuis amicis in Traiecto firmauerunt, quod dominus Epiſcopus nullo modo ciues ſuos à ciuitate extrahere poterat cauſa belli.

Et non dubium, ſi voluntas eiuſdem Pontificis proſperum ſucceſſum habuiſſet, inchoatum iam prælium melius aut peius ſucceſſiſſet. Tunc igitur villani de Emmeneſſ iam ſecunda vice rebellauerunt contra Epiſcopum Traiectenſem, adhærentenſque

que Wilhelmo Duci fecerunt seipsos conscribi Hollandenses. Porro infra hos octo dies, Wilhelmo Duce manente cum suo exercitu prope locum Kothen prædictum, Ioannes Dominus Egmondensis cum Hollandensibus venit in die S. Catharinæ aduersus opidum Vnnschoten, opidani autem hoc considerantes induerunt mox sua arma, & occurrerunt in manu forti Hollandensibus ad prælium, direque pugnatum, & Vuischotenses in primo congressu amiserunt septuaginta fortissimos viros & meliores opidanos. Quare ceteri in fugam versi studuerunt redire ad opidum cum festinatione, ne & præsidium amitterent. Quibus peractis, Wilhelmus Dux reuersus est ad propria.

De expugnatione opidorum VVesop & Muden per Episcopum Traiectensem.

CAP. X.

An. 1356. ANNO Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, post festum Conuersionis S. Pauli, Ioannes de Arkel, Præsul Traiectensis, dolenter ferens iniuriam sibi ab Hollandensibus illatam, & ad vlciscendum se disponens, robur totius suæ potestatis contraxit, milites stipendiarios adunauit, cum quibus obsidione strictissima magnipotenter obsedit opida Wesop & Muden, qui cum opidanos multis incursionibus cum balistis & fundibulis infestassent & magnam murorum partem conquassassent, tandem quarta obsidionis die in manu forti illa cepit, & ambo opida fauillatenus combussit. Hollandenses autem, per fossata natantes, celerem fugam inierunt. Quibus deuictis, tota præda cessit militibus stipendiariis. His peractis Episcopus rediit ad propria.

De liberatione Dominorum de Sleyde & Dicle à captiuitate.

CAP. XI.

ANNO eodem in Quadragesima Arnoldus Dominus de Iselsteyn fœdus pacis firmauit & ordinauit inter Wilhelmum Ducem Palatinum, Comitem Hollandiæ, & Zvvederum Burchgrauium Montfordensem, nepotem suum, pro tunc Marscalcum Episcopi Traiectensis. Postquam ergo idem Burchgrauius sic fœderatus esset cum Wilhelmo Duce, statim rebellauit intuitu eiusdem Ducis aduersus suum Dominum, scilicet Ioannem Episcopum Traiectensem. Insuper præfatus Burchgrauius absolut exactione aliqua à captiuitate sua Dominos de Sleyd & Dicle cum suis quadraginta satellitibus, & misit eos libere ad Ducem Wilhelmum præfatum. Quod factum Episcopus valde ægre tulit, allegando, quod captiui sui iuris essent: imo ex eo, quod idem Zvvederus Burchgrauius suus Marscalcus esset, & adhuc de nullis negociis sibi computum fecisset.

De bello prope Soest in Hollandenses Amerfordenses.

CAP. XII.

EODEM etiam anno, quartadecima die mensis Martij, Ghysbertus de Nienroed, miles bellicosus cum multis armatis Hollandensibus militibus & scutariis animosis, iussu Ducis Wilhelmi ex Hollandiæ Comitatu contractis, opidum Naerden intrauit, vbi cum exercitum ordinasset, altera die cum solare iubar orbem illustrasset, exiuit cum prædicto exercitu, & in vindictam destructionis opidorum wesop & Muden hostili incendio conflagrauit villam Soest. Econtra vero Otto de Laer tunc temporis Marscalcus Episcopi, venit in Emelandia cum Amerfordensibus, vt in bello dimicarent aduersus eundem Ghysbertum de Nieuroed militem & Hollandenses præscriptos. Et ecce commisso prælio Ghysbertus de Nieuroed miles, quasi vsque ad mortem vulneratus, amotus est à prælio. Demum declinantibus quibusdam armigeris ex parte Amerfordensium à prælio, Otto Marscalcus prædictus occisus est cum triginta sex opidanis de Amerfordia, victorialisque laus Hollandensibus est ascripta. Igitur Hollandenses victores portantes semitiuum Ghysbertum militem super hastas, diffugium maturauerunt celeriter. Qui cum per deuia & paludosa vada remearent, ecce, superuenit Ioannes Episcopus cum recenti equitatu & bellico apparatu, in subsidium suorum. Sed audito tristi nuncio, dum eos hostiliter insequi putaret, deuiauit cum suis à recta via, ita, quod non potuit inimicos debellare. Rediit ergo cum tristitia, & Hollandenses cum gaudio intrauerunt Naerden opidum.

De ex-

De expugnatione & crematione castri Nivel.

CAP. XIII.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, mensis Maii die vigesima secunda, VVilhelmus Dux Palatinus, Comes Hollandiæ, ex hac victoria plurimum animatus, profectus est cum exercitu copioso, cum tentoriis & papilionibus in territorio Traiectensi, & extendendo tentoria, locauit castra sua in loco dicto Hogevort, cunctaque in circuitu deuastans, deinde misit Ioannem Dominum Egmondensem cum robusta manu armigerorum ad inchoandum obsidionem ante castrum Stephani de Nyuelt militis. Qui cum ante castrum Nyuelt obsidionem construxisset, erexit ante illud quatuor machinas, cum quibus acriter illud multotiens impegit, & muros conquassauit. Stephanus autem miles ecentra abunde præmunitus fortiter studuit se ipsum defendere. Sed hoc parum ei profuit. Nam Dominus Egmondensis per septem hebdomadas in obsidione incessanter persecuerans, duxit ante castrum adhuc in altum quandam proceræ celsitudinis machinam, cum qua castrum valde destruxit, quoadusque idem Stephanus de Nyeuelt miles cum armigeris suis transiret in deditionem Ducis VVilhelmi. Hollandenses autem expugnatum iam castrum contra voluntatem eiusdem Ducis solotenus destruentes dederunt ignibus cremandum.

Castrum Nyuelt obsidetur.

Incendio idt castrum vastatur.

De pace plenaria inter Hollandenses & Traiectenses.

CAP. XIV.

QVibus ita perpetratis, demum per amicabiles tractatus plenarie pacificatum est, inter Hollandiæ Comitatum, & Traiectensem Episcopatum, in hunc modum videlicet, vt vnusquisque ab vtraque parte rediret in terris & propriis possessionibus suis. Vnde & villani de Emmenesse tunc redierunt plenarie ad obedientiam Episcopi Traiectensis, vlterius arbitrali voce licentiatum est Ghysberto, Domino de Vyanen, reædificare castrum suum in Ghorell, quod & fecit expensis Traiectensium. De destructione castri Ghorell dictum est in præsenti libro, cap. 4. Insuper decretum est, quod captiui & obsides ex vtraque parte libere permitterentur abire, & specialiter septem Gunterlingi, quondam à ciuitate Traiectensi proscripti, liberum introitum ad ciuitatem rehaberent. Qui fuerunt Dominus Henricus de Rheno, Præpositus sancti Ioannis, Dominus Pelegrinus frater eius, Ioannes de VVoerden, Ghysbertus Gunter van der Hoogherleer cum cæteris. Sic ergo Episcopus Traiectensis deinceps per duos annos manit in pace sine strepitu belli. Siluitque terra duobus annis. Eodem anno omnes alii proscripti Gunterlingi liberi in gratiam Episcopi, & ad ciuitatem Traiectensem peruenerunt, videlicet Gherardus Bole, & Theodricus Bole frater eius, Ioannes VVitte filius Rodolfi, & Petrus Kannemacker, qui in subsidium castri Gorell GHYSBERTO Domino de Vyanen dederunt summam * quatuor millium librarum.

De obitu Margaretæ Imperatricis, & Ioannis de Beadmont, Comitis Blesensis.

CAP. XV.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto obiit Margareta Imperatrix Romanorum, Comitissa Hannoniæ, mater VVilhelmi Ducis Palatini, Comitis Hollandiæ, & sepulta est apud vrbem Valesce narum in Hannonia decentibus exequiis. Post cuius obitum Hannonia iterum addita est ad Hollandiæ Comitatum. Eodem etiam anno obiit Ioannes de Beadmont, Comes Blesensis & Suessionensis, frater VVilhelmi Comitis Hollandiæ & Hannoniæ, cui successit Ioannes filius eius. Hic post septem annos perrexit Prusiam contra infideles cum Teutonicis Dominis pugnaturus, vbi & miles efficitur. Genuit autem ex vxore sua Ioannem & Guidonem sibi succedentes Comites Blesenses.

Hannonia iterum deuoluta ad Comitatum Hollandiæ

De guerra inter Ducem Brabantiæ, & Comitem Flandriæ, vnde Hueſden perpetuo deuenit sub Hollandiam.

CAP. XVI.

ANNO Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo orta est grauis discor-

An. 1357.

discordia inter Wenselaum Ducem Luxenburgensem, Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, & Ludouicum de Malen, Comitem Flandriæ Artheſi, Niuers, Rethers, Burgundiæ, Palatinus Dominus de Salinis & Malinis, pro eo, quod Margareta vxor eiusdem Comitis fuit filia Ioannis quondam Ducis Brabantiæ, & soror Ioannæ Ducissæ Brabantiæ, nam nihil eum eadem vxore suain dotem acceperat. Et ideo nunc magnam partem in Brabantia possidere volebat. Contracto ergo roboratissimo exercitu, idem Comes venit Mechliniam, & cum ibidem ordinasset turmas suas, intrauit hostiliter ex Mechlinia Brabantiam, deprædando omnia, & conflagrando circumquaque.

Tandem direxit aciem versus Bruxellam cum signis variis, & stridentibus buccinis. Cui statim occurrerunt in magno numero Brabantini ad pugnandum. Ex quibus, plurimis occisis vel captis, reliqui fugerunt versus Bruxellam. Quos Ludovvicus comes insequens indesinenter, cum intrantibus Bruxellam occupauit portam ciuitatis. Bruxellam ergo sic obtinens, extendit idem Comes de Prætorio & portis eiusdem urbis sua rutilantia vexilla. Post hæc Ludovvicus Comes homagiatur in Bruxella, Louanio, Niningella, Thenis, & in multis aliis oppidis Brabantiæ. Quibus gestis, postea Dominus Comes rediit ad Flandriam. Tunc Wenzelaus Dux per cautelam suorum fidelium reobtinuit Bruxellam, expulsis cunctis inde Flamingis. Sed cum Comes Flandrensis omnino disponeret se ad vindictam, Wenzelaus Dux timens quæ sunt amicitiam wilhelmi Ducis Palatini, Comitis Hannoniæ & Hollandiæ, vt sibi auxiliatri offerret in casu, quo non posset idem wilhelmus componere inter eosdem. Dux igitur VVilhelmus noluit onus prædictum acceptare, nisi prius sibi redderetur ab eodem Duce Brabantiæ dominium Hoesden, quod VVilhelmus Comes Bonus emerat, & hactenus sub Ducibus Brabantiæ extiterat. De illa autem emptione dictum est in libro XXVII.

Bruxella capitur à comite Flandria.

Porro cum Dux Brabantiæ id se facturum spopondisset, idem Dux VVilhelmus aduenit, & rediuiuam pacem inter præfatos Principes discordantes reformauit in hunc modum: Primo enim arbitratu modo expressit, quod omnes captiui ex vtraque parte essent liberi absque vlla exactione. Secundo, quod Bruxellenses, Louanienses, Nimegellenses, Tenenses, cum pluribus Baronibus & militibus, qui præstauerant pridem Ludovvico Comiti Flandriæ homagium, seruirent eidem Comiti apparatu bellico omni anno per sex hebdomadas ad vitam suam tantum expensis Ducatus Brabantiæ ad suum requestum, præterquam aduersus Ducem Brabantiæ, & tunc in suo apparatu habebunt comparere cum vexillis prædictorum oppidorum: & sub quolibet vexillo ordinatum est esse viginti quinque armigeros, & in toto exercitu debebunt esse duo Barones, & duo milites. Vlterius eidem VVilhelmus Dux arbitratus est, quia pater istius Ludovvici Comitis emerat ab ipso & Ecclesia Leodiensi, vt dictum libro vigesimo septimo, ciuitatem Mæchliniensem cum suo districtu, ad quos eadem vrbs olim ex donatione pro media parte, & emptione pro alia deuoluta fuerat, cum tamen esset feudum Brabantiæ, quod ipse Comes Flandriæ & sui sequaces manerent perpetuis temporibus Domini Mechlinienses. Insuper quia Margareta Comitissa Flandriæ nihil adhuc pro dote à Ducatu Brabantiæ acceperat, arbitratus est vlterius, quod Comes Flandriæ maritus eius pro summa quindecim millium florenorum haberet Antvverpiam cum suo districtu ad vitam eiusdem Comitissæ tantum, sed Mechleniam perpetuis temporibus, & sic vsque hodie Mechlinia pertinet Comitibus Flandriæ. Etiam sæpedictus Dux VVenzelaus determinauit, quod Comes Flandriæ si vellet, posset se quamdiu viueret, in titulis suis scribere Ducem Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, pro eo, quod homagiatus fuerat in pluribus oppidis Brabantiæ. Etiam expressit, quod VVenzelaus Dux, seu Ioanna vxor eius, non deberent quicquam vendere, aut alienare, aut pensionibus grauare de bonis Ducatus BRABANTIÆ.

Conditiones pacis facta inter Comitem Flandriæ, & Ducem Brabantiæ.

Quomodo Mechlinia pertinuerit ad Comitatū Flandriæ.

Demum prænominatus Dux VVilhelmus arbitrali vigore sibi arbitratus est pertinere dominium de Hueſden, tum ratione emptionis antiquæ, tum ratione laboris & expensarum in præsenti opere. Et exinde prouerbium venit in vulgari: Hueſden myn, Mechelen dyn. Ab isto ergo tempore Hueſdom mansit sub Hollandia vsque in præsentem diem.

Vnde prouerbium, Hueſden myn, Mechelē dyn.

De alienatione sensuum VVilhelmi Ducis Palatini, & munitione oppidi Herdenberch.

CAP. XVII.

An. 1358. ANNO Domini M. CCC. LVIII. in festo S. Gorgii martyris tertius Eduvvardus, Rex

Rex Angliæ celebrauit solemnissimam curiam, & fecit grande conuiuium cunctis Principibus & Baronibus suis. Ad quã etiam curiam Wilhelmus Dux Palatinus, Comes Hannoniæ & Hollandiæ perrexit, qui cum magno honore susciputur à Philippa Regina matertera sua. Qua solemnitate peracta rediens idem Dux ad Hollandiam, alienatus est à sensibus suis, & phreneticus effectus fuit, homo semper multum austeris, & Gherardum de VVatheringhen militem in phrenesi sine causa propria manu interfecit. Hollandiam autem rexit septem annis. Et positus est in firma custodia per decem & nouem annos, vsque ad diem obitus sui. Post quatuor autem annos obiit Mechtildis vxor eius, & sepulta est apud sanctimoniales in Reynsburch. Eodem autem anno Ioannes Episcopus Traiectensis fossatis magnis & excelsis propugnaculis oppidum Herdenberch communiuit diminuendo montem contiguum oppido. Et vt fertur, pridem ibi etiam quoddam regale castrum constructum à paganis, omnino postmodum dirutum, & funditus eradicatum.

De nobilibus eiusdem temporis.

CAP. XIIX.

FLoruerunt autem his diebus inter Hollandiæ nobiles, Ioannes Comes Blesensis; Theodricus Dominus de Brederoeden, & Reynaldus, Theodricus, Wilhelmus, milites. Walrantus Domicellus, quatuor filii eiusdem Domini de Brederoeden, Otto Dominus de Arkel, Arnoldus Dominus de Auezaethuelen & Noordleff, Robbatus Dominus de Asperen, Herbernus Dominus de Slingelant, fratres prædicti Domini de Arkel, Mechtildis Domina de Voerne, Ghysbertus Dominus de Abcouda, wyck, Doreslado, Ghaesbeeck, de Putta, & Streuen, cuius filii fuerunt Wilhelmus Dominus de Abcouda & wyck, Doreslado, Svvederus Dominus de Gaesbeeck, Putta & Streuen, Ioannes Dominus van den Leck & Polanen, postmodum Dominus de Asperen nepos eius, Theodricus Burchgrauius Leydensis, & Dominus de wasslanaer, Ioannes Persyn Dominus de Waterlant, Ioannes Dominus Egmondensis, Arnoldus Dominus de Egmonda & Iselsteyn, Ioannes Domicellus, Gherardus maritus wilhelmi Domini de Wateringhen, wilhelmus dominus de Suetermier, quatuor filii prænominati domini Egmondensis, Arnoldus dominus de Iselsteyn, Ghysbertus dominus Vyanen, dominus de Sueuberghn, dominus de Vere, Florentius dominus de Haemsteen in Zeelandia, Constinus Bon⁹ dominus de Reneff, Ioannes de Cruninghen, Wilhelmus dominus de Naeldvvyck, Marscalcus Hollandiæ, Gherardus de Heemskerck, Gherardus de Poelgeest, frater Ioannis scutiferi, Ioannes dominus de Drongelen cum fratribus suis, Iacobus de Burchoerst, Iacobus de wou, Gherardus de VVateringhen & Poseca, VVilhelmus de VVateringh, Gherardus de Heemstede prope Haerlem, Gherardus de Vliet, Ioannes de Bloemesteyn, Baliuus Kenemariæ, Theodricus de Sassenhem, VVilhelmus de Ousthorne, Theodricus de Rayhorst, Florentius de Borchoerst, Isbrandus de Alcmade, Ghysbertus de Langeraet, Ioannes de Langeraet, Amelius de Metide, Conradus de Oestvvyck, Herperus de Liessvvielt, Hubertus de Sconouvven, Daniel de Matheneest, Matthæus van den Borch, Ioannes Merensteyn, Gherardus VVyff, Florentius de Adrichem omnes milites, Herbernus de Foreest, VValterus de Mynden, Ioannes de Syl, Conrardus Kuser, Fredericus de Scuenter, Florentius Tholl, Theodricus de Allendelfft, Goesvvinus de Rode, Iacobus de Vakeneff, Isbrandus Naghael, Gherardus de Schotan, omnes scutiferi, exceptis aliis militibus, & nobilibus multis.

LIBER

LIBER XXXI.

COMPREHENDIT HISTORIAS XLVI. ANNORVM, quibus Dux Albertus Hollandiam rexit ſicut tutor primo, & deinde ſicut Comes verus, ab ſcilicet anno Domini M. CCC. XLVIII. vſque ad annum Domini M. CCCC. IV. Nec non & geſta Ioannis de Arkel, Ioannis de Vernenburch, Arnoldi de Hoorn, Florentij de VVeluchouen, & Frederici de Blanckenhem, Epiſcoporum Traiectenſium, cum quibuſdam euentibus illius temporibus, & habet Capitula LXIV.

De Duce Alberto.

CAP. I.

PORRO Wilhelmo Duce phrenetico in vinculis poſito, orta eſt denuo intet factiones noua in Hollandia contentio. Nam Cabbelgenſium factiones exoptabant conſtituere tutricem Hollandiæ, Mechtildim Duciſſam vxorem Wilhelmi Ducis phrenetici. Sed quia eadem Duciſſa non ſuſceperat proles à marito ſuo Duce phrenetico, Ideo nobiles alterius factionis meliori conſilio vſi elegerunt in tutorem prouinciarum Albertum Ducem in Bauaria, Comitem Palatinum, circa Rhenum, Dominum de Mubinghen, ex vtroque parente fratrem eiuſdem Wilhelmi Ducis phrenetici. Huic etiam electioni Hannonienſes ſe conformauerunt. Miſerunt ergo ſolemnes legatos Bauariam ad Illuſtriſſimum Ducem Albertum præfatum, petentes vt fieret ex parte fratris tutor Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, & Friſiæ. Qui auditis nunciis, & viſis literis, doluit de fratris infirmitate. Deſcendit ergo Albertus, Dux Palatinus, cum ſolemni comitiua Baronum, militum & nobilium, Hollandiam. Ad quem ſtatim venerunt proceres vtriuſque factionis, & ſuſceperunt eundem Ducem pro tutore Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, & Friſiæ. Vlterius determinatum, quod idem Dux tribueret ſingulis annis Mechtildi Duciſſæ vxori Ducis phrenetici, ad vitam ſuam tantum ſummam duodecim millium ſcudatorum Franciæ. Et ſic factiones pauco tempore pacificatæ ſunt ad inuicem cum gaudio.

Albertus Dux Bauariæ tutor Hollandiæ.

De prima vxore Alberti Ducis & eius prolibus.

CAP. II.

SIc itaque Albertus Dux in Bauaria, Comes Palatinus circa Rhenum, Dominus de Cunbinghen, tutor Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Friſiæ, filius Ludouici, quondam Imperatoris Romanorum, & Margaretæ Imperatricis, Comitiſſæ Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Friſiæ, ſuſcepit ſuum militarem ordinem in regno Granatæ, contra paganos bellaturus, in quo bello egregie pro honore Chriſti Ieſu bellico apparatu certauit, paganos occidendo, captiuando & fugando. Huius igitur illuſtriſſimi Ducis Alberti prima vxor fuit Margareta, filia illuſtriſſimi Ducis de Brygha, habitantis inter Polonos. De qua genuit tres filios, & quatuor filias. Primus filius fuit Dux VVilhelmus, Comes de weſtervvant, ſibi ſuccedens in principatibus ſuis prædictis. Et hic natus eſt in anno Domini M. CCC. LXV. ſabbato ante Dominicam Palmarum. Secundus filius fuit Dux Albertus, Dominus de Cunbinghen, qui in adoleſcentia obiit. Tertius erat Dux Ioannes electus Epiſcopus Leodienſis. Hic natus eſt in anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto, & baptizatus eſt in Haga Comitis, cuius patrini fuerunt Ioannes de Arckel Epiſcopus Leodienſis, Dominus Lantgrauius, Ioannes Hillegom Regalis Abbas monaſterii Egmondenſis, Domina de Lecka, & Domina de Putta & Streuen. Prima filia fuit Catharina, quæ primo habuit in maritum Eduvvardum Ducem Gelriæ, Comitem Zuetphaniæ, & eo mortuo ſtatim duxit in maritum, cum adhuc virgo & vidua eſſet, wilhelmum Ducem Iuliæ, Gelriæ, Comitemque Zutphaniæ. Sed non genuit. Secunda filia dicta eſt Ioanna, quam in vxorem duxit anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo, Wenzelaus, filius Caroli Imperatoris Romanorum, & Regis Bohemiæ, qui VVenzelaus ſucceſſor patris fuit tam in imperio, quam in regno, ſed non accepit liberos de Ioanna vxore

vxore sua. Tertia filia nuncupata fuit Margareta vxor Ioannis, Ducis Burgundiæ, Comitisque Flandriæ, filii Philippi Audacis, Ducis Burgundiæ. Hæc autem Ioanni Duci marito suo peperit Philippum Ducem Bourgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Comitemque Flandriæ, Arteſiæ, Burgundiæ, Hannoniæ, Hollandiæ & Zeelandiæ. Etiam Margaretam Delphinam Franciæ. Poſtmodum Comitiſſam de Rutzemont, Catharinam iuuenculam virginem, Mariam vxorem Adulphi primi Ducis Cliuenſis, Iolentam Comitiſſam de Bervoert, & Agnem vxorem Caroli Ducis Borboniæ. Quarta vero filia Ducis Alberti Ioanna nomine, habuit in maritum Albertum Ducem Auſtriæ, cui peperit filium Albertum nomine. Hic Albertus filius Alberti fuit in imperio Romanorum ſucceſſor Sigiſmundi Imperatoris, & habuit in vxorem filiam eiuſdem Sigiſmundi, cum qua & obtinuit regna Vngariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Styriæ, Lodomeuæ, Bulgariæ, Walachiæ, Raeſtæ & Comanæ. Huius patrui filius, Henricus nomine, fuit pater Frederici III. Imperatoris Romanorum, qui Fredericus fuit pater Maximiliani Ducis Auſtriæ, Comitisque Hollandiæ, &c. Itaque de ſecunda vxore illuſtriſſimi Ducis Alberti prædicti in ſuo loco dicetur.

De inſidiis poſitis aduerſus filium Dominum de Bredereoden.

CAP. III.

ANNO Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo octauo, in menſe Octobri, Albertus Dux Palatinus, tutor Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Friſiæ, Iohannem de Blomenſteyn Baliuum Kenemariæ abſoluit ab officio iam dicto, & conſtituit Baliuum Kenemariæ Reynaldum primogenitum Theodrici Domini de Bredereoden. Quod Cabelgentium factiones ſuſtinentes retenderunt inſidias eidem Reynaldo ad villam Caſtrichem venturo, locantes ſuos armatos occulte in arenoſis montibus eiuſdem villæ. Cum ergo idem Reynaldus adoleſcens harum traditionum omnino inſcius cum ſuis equitibus appropinquaret prædictæ villæ, ecce ſubito apparuerunt armati ad ipſum occidendum parati. Quapropter & equum calcaribus pungens fugit cum ſuis ad Eccleſiam villæ prædictæ. Aduerſarii autem ipſius feſtine inſequentes interfecerunt tres vltimos viros de ſua comitiua. Sed cum villani de Caſtrichen acceptis armis eidem nouello Baliuo ſuccurriſſent in ſubſidium, fugerunt prædicti aduerſarii de Caſtrichem dimittentes Reynaldum in pace. Quibus ſic geſtis quidam illorum ſatellitum recepti in caſtro VValteri de Heemskerck militis, & reliqui ſuſcepti ſunt in oppido Delfenſi propter fautoriam conſpirationem, & colligationem ad inuicem. *Anno 1358.*

De expugnatione caſtri Heemskerck.

CAP. IIII.

QVOD cum Albertus intellexiſſet, iratus eſt valde, congregans expeditos bellatores, profectus eſt cum eis in profeſto S. Martini Confeſſoris eiuſdem anni ad Kenemariam, & obſidione cinxit per circuitum caſtrum VValteri de Heemskerck militis, pro eo quod iam dictos ſceleratos in domum ſuam recepiſſet. Deinde idem Dux Albertus in præfata obſidione exercitui ſuo præfecit Capitaneum Theodricum de Polanen militem egregium, qui poſtmodum effectus eſt Dominus de Aſpeten. Ipſe vero Dux ſeceſſit ad Zeelandiam pro quibuſdam negociis expediendis. Porro VValterus de Heemskerck miles cunctis belli neceſſariis abunde præmunitus eidē Theodrico de Polanen reſiſtere, caſtrumque ſuum defendere omni modo præſumpſit. Sed Theodricus de Polanen cum exercitu ſuo prædicto obſidione per 11. hebdomadas extendens infeſtauit VValterum de Hemskerck cum diuerſis machinis in tantum, vt tandem idem VValterus non ſolum caſtrum Heemskerck traderet in manus Ducis Alberti, verum etiam ipſemet tranſiret cū omnibus ſuis obſes ad Zelandiam ſententiam eiuſdem Ducis de prædictis forefactis adhuc exſpectaturus. Tandem aliquibus annis elapſis præfatus VValterus Duci Alberto reconciliatus eſt, & caſtrum ſuum Heemskerck reobtinuit. Qui tamen poſt ſe non reliquit proles & Dominium Heemskerck deuenit ad Comitatum Hollandiæ. Nihilominus tamen manſerunt ſemper aliqui de ſua cognatione, qui retinuerunt caſtrum eius, & cuniculorum proprietatem in arenoſis illis montibus.

De deſtructione caſtrorum de Polanen, & Binchorſt per Delffenſes, & de violentia Delffenſium in Haga.

CAP. V.

ANNO Domini 1359. Delffenſes fautores obſeſſorum in caſtro Heemskerck cernē- *Ad. 1359.*

tes

tes quo obsidio ante Heemskerck nimis acriter molestaret suos fautores, disponebant se ad rebellandum contra Albertum Ducem, tutorem Hollandiæ. Quare & miserunt pro Ghiselberto de Nyenroed, Ioanne Domino de Keruena, bastardo de Arckel, militibus, & Henrico de Woerd, ac Gherardo Wyssl, scutariis, vt cum militibus Delfft venirēt, & rebellionis onus cum ipsis sustentarēt. Venerunt ergo ad oppidum Delffenſe prædicti nobiles, & iuramentum oppidanis desuper præstiterunt. Tunc Delffenses congregantes armatorum turmam, profecti sunt cum antedictis nobilibus aduersus castra Polanen & Binchorst. Destruentesque ea tradiderunt flammis consumenda, & magna insuper cum potentia intrauerunt palatium in Haga Comitis, Alberto Duce pro tunc in Zeelandia existente, & violenter adducentes suos fautores captiuos, confractis cippis, ergastulis, & prisionibus redierunt cum gaudio ad oppidum Delffenſe.

De obsidione oppidi Delffensis.

CAP. VI.

Albertus cum dictam partē aduersariū suū Hagam tenuit, ac deinde oppidū Delff obsidet.

EOdem anno Albertus Dux de hac præsumptione plurimum indignatus, rediit festino remigio de Zelandia ad Hagam Comitis, modisque omnibus hanc iniuriam vindicare disponens. Conuocauit celeriter omnes nobiles primates, barones, milites, & omnia oppida Hollandiæ, Zeelandiæ & Frisiæ, cum omnibus ministralibus suis, & vallauit cum eisdem oppidum Delffenſe graui obsidione. In secunda autem feria post Dominica Lætare instruxit idem Dux obsidionem præfatam, quæ extensa est vsque ad decem hebdomadas, & duos dies. Aduenerunt etiam Duci prædicto in adiutorium quam plures scutarii & bellatores diuersarum nationum pro stipendiis militari, & facta est turba non modica. Albertus ergo Dux oppidum Delffenſe duris impegit sæpe assultibus, vt quam plures intus percuteret sagittis & fundibulis. Econtra vero Ghysbertus de Nyenvoerd, Ioannes Dominus Keruena milites, & Henricus de Voert. Gherardus V Vyssl cum oppidanis & subcomplicibus circumvallatum oppidum longo tempore egregie defendentes, forenses hostes à munitione oppidi balistis & sagittis multis vicibus abegerunt, pluresque incautos. Nam Dux in obsidione perseuerans, erexit ante oppidum quatuor machinas, cum quibus oppidanos horribiliter infestauit. Vnde infra tempus Paschæ & Pentecostes oppidani de perseuerantia attediati voluerunt adstatim componere pacem Duce, quam post diutinam obsidionem illam cū verecundia expetere. Cumque Ghysbertus de Nyenroed, & Ioannes Dominus Keruena, eorum Capitanei, ista audissent, conuocauerunt ad consilium maiores communitatis in antiqua Ecclesia, & illis congregatis dixerunt: Viri prudentes audite nos quæsumus, & nolite festinare ad deditionem, si enim vobis consultum videtur, exibimus prius ad hostes in campestre prælium, & tentabimus cum pugna dissoluere obsidionem. Si autem victores fuerimus, bene quidem, sin autem, compositionem inibimus cum Duce. Qui responderunt, dicentes, de victoria belli non habemus certitudinem, & ideo potius sine bello pacem componere volumus, quam cum amissione dexteras petere. Milites præfati dixerunt eis, det vobis Dominus sanum consilium. Sed nihilominus, videte has literas vestras pridem nobis datas, quę canunt patenter, quod cum vultis nobis inuitis pacem componere, quod per octo ante compositionem possumus libere exire oppidum pro captanda fuga. Itaque communitate non contradicente, sed potius pacem petente, prædicti duo milites, Ghysbertus & Ioannes occulte cum suis exierunt Delffenſe oppidum. Demum V Valranio Domino de Borne mediante Delffenses transierunt in deditionem saluis eorum bonis temporalibus & vita. Tali videlicet conditione, quatenus omnes oppidani veniam humillime petentes, Duci de crimine læsæ maiestatis summā quadraginta milium scudatorum antiquorum darēt cum amissione murorum eiusdem oppidi. In ista nempe compositione non comprehendebantur Capitanei & hospites extranei, quia mansernnt seclusi ab ista pace. Dux ergo Albertus cum triumphali laude oppidum Delffenſe ingrediens facit solotenus destrui muros, portas & turres eiusdem oppidi. Porro Henricus de V Voerd callide ab aduersariis super turrim Ecclesiæ præuentus potenter ab inde cum tormentis extractus est, & decollatus, cæteri vero, vt dictum est, prius fugam maturauerunt. Ghysbertus autem Nyenroede, & Ioannes de Keruena milites, cum suis complicibus, receperunt se super inuincibile de Huesden. In quo iussu Alberti Ducis fuerunt per annum obsessi. Sed tandem mediante Ottone Domino de Arckel recepti sunt ad gratiam, tali tamen conditione, vt veniam à Duce petentes eidem castrum suum resignarent, & infra biennium peregre pergerent Ierosolymis ad sepulchrum Domini. Quod fic adimplen-

Communitas Delffensis pacem intendit.

adimplentes omnis tumultus belli interceptus est. Perrexerunt ergo hi milites hedum ad sanctam terram, sed etiam ad Sinay ad sepulchrum S. Catharinæ virginis & martyris.

De captiuitate Reynaldi Ducis Gelriæ à fratre suo Eduvvardo.

CAP. VII.

ANNO Domini 1360. erant duæ factiones in terra Gelrensi, quarum vna vocabatur Hekers, adhærens Reynaldo Duci Gelriæ. Et altera dicebatur Broncchoerst, coniuncta Eduvvardo fratri eiusdem Reynaldi Ducis. Hæ autem factiones iam diu- *Anno 1360.*
uerant per decennium, & totum Ducatum in duas partes diuiserant, committentes aduersus inuicem depræda tiones & incendia varia. Eduvvardus autem prædictus cum suis fautoribus receptus est in oppido Tielensi, vbi & homagiatur pro Domino & Duce Gelriæ. Quare & antedictus Dux Reynaldus in anno præfato cum suis fautoribus obsedit exercituali potentia oppidum Tielense. Econtra Eduvvardus ista audiens recollectis quasi omnibus suis fautoribus cum robustis bellatoribus intrauit Tielense præsidium cunctis forensibus inuitis. Deinde portis apertis, & exiens cum vexillis fulgidis, & cornibus horrisonis occurrit Reynaldo fratri suo audacter ad bellum. Sed cum Reynaldus Dux prælium armipotenter inchoasset inter aggerem & fluuium Wale, prope Tyelense oppidum, contritus est eius exercitus ab exercitu fratris. Vnde & ibidem interfecti corruerunt Fredericus Hulsst, Adulphus Suythem, Borro de Hemmen milites, cum pluribus aliis scutariis & armigeris laude dignis. Capti vero fuerunt Reynaldus Dux Gelriæ, Arnoldus de Arkel, Dominus de Auezaert & Suelen, frater Ottonis Domini de Arkel, Gherardus de Ryn, Fredericus de Ezic milites, & nominis de Ese cum pluribus alus scutariis & armigeris animosis. Contigit autem bellum præscriptum in festo S. Vrbani, in Maio, anno & loco, quibus supra. Eduvvardus quoque Tyelense oppidum cum triumphali gloria regressus est, qui Reynaldum fratrem suum per decem annos in captiuitate detinens factus est pro eo Dux Ghelriæ. Post prædictos autem annos idem Eduvvardus tam strenue terram Gelrichemrexit, vt formidine ipsius nullus prædo fuit ausus Ducatum Gelriæ introire, aut indigenis violentiam aliquatenus irrogare, &c.

De bellis Ioannis Episcopi Traiectensis aduersus confines Frisiæ, & de ventorum tempestate.

CAP. VIII.

ANNO Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, post festum Epiphaniæ Ioannes Traiectensis Episcopus collectis immensis satellitibus, profectus est aduersus Sterlingvverf Steenvvyckervvout & Ommelant, pro eo, quod per plures annos contra eum rebellauerant. Econtra prædicti rebellis Episcopo occurrentes ad pugnam pro corona victoriæ laboriose certabant. Sed nihilominus in fugã versi sunt, pluribus ex eis occisis, & post autem fugitiuos insequens multos cœpit, villas ipsorum exussit, & prædam opulentam exinde contraxit. Quibus tandem in deditionem susceptis, villani de Steenvvyckervvout & Ommelant permiserunt Episcopo exsoluere semel summam decem millium antiquorum scudatorum. Sed post recessum Pontificis paucis diebus euolutis villani de Stellingvverff iterum rebellare cœperunt. Quare Ioannes cum expeditione potentissima iterum ad eos rediit circa festum purificationis Mariæ, vbi cum inrumperet, omnia prædæ dedit, & multas pecunias inde multosque captiuos arripuit, ac innumerosum pecus abduxit, & alia plura, quæ ad diuitias opulentiam que pertinere noscuntur. Post quorum obedientialem humiliationem terrore sui nominis omnes patriæ rebelles deinceps pacem ipsius præsulis quærierunt. Anno etiam eodem in festo sancti Marcelli Papæ tanta est orta tempestas ventorum & maris elatio, quod nulla ætas meminerit maiorem. Itaque quod ventorum violentia multæ Ecclesiæ, multarumque Ecclesiarum turres cum domibus & molendinis corruerunt. Insuper multi aggeres circa littora maris ex vehementi inundatione aquarum interrupti magnam submersionem multorum hominum vtriusque sexus, & pecudum sustinuerunt. *An. 1361.* *Tempestas mirabilis circa hac tempora.*

De guerra inter Albertum & Eduvvardum.

CAP. IX.

ANNO Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, Eduvvardus Dux *An. 1362.*

Gelriæ castra suorum aduersariorum potenter in terra Gelriensi euertens eliminauit eos à sua prouincia. Qui habentes sua confugiaad Hollandiam sustentati sunt à Duce Alberto. Quapropter iratus Dux Eduvvardus Alberto Duci bellum indixit. Tunc idem Albertus Dux congregans ingentes copias electæ militiæ, profectus est cum vexillis coruscantibus super montem Haymonis expectans ibidem Ducem Gelriæ, Eduvvardum promittentem se venturum ad prœlium. Quo tandem non veniente, Hollandenses in Ducatu Gelriæ incendia committentes plures villas inflammauerunt, & abinde rapinam multimodæ facultatis abduxerunt. Sicque habentes captiuos & spolia ad Hollandiam cum Duce Alberto glorioſe reuersi sunt. Tandem pace inter eos compoſita, concluſum est, quod Eduvvardus Dux tempore oportuno duceret in uxorem Catharinam filiam eiusdem Alberti Ducis adhuc iuuenculam, de quorum nuptiis suo loco dicetur.

Hollandi in Ducatu Gelrensi prædantur.

De deſtructione caſtri Voerſt.

CAP. X.

ANNO Domini milleſimo ſexageſimo ſecundo inchoauit obſidio ante caſtrũ Voerſt pro eo quod Zvvederus Dominus de Voerſt Ioannem Epiſcopum diffidauerat, & ex caſtro Keppel grauiſſimas oppreſſiones & violentias in Tranſiſelinos exercuerat. Quare Ioannes Traiectenſis Antiſtes adiutorio Ottonis de Arkel fratris ſui cæterorumque amicorum ſuorum peditum equitumque congregans immenſam multitudinem, profectus eſt ante caſtrum Voerſt poſt feſtum ſancti Iacobi Apoſtoli eiuſdem anni, & obſedit illud acriter nimis.

Nam & erexit ſtatim ante caſtrum tres excellentes machinas, cum quibus Caſtrenſes multis incurſionibus laceſſiuit, verum etiam cum baliſtis, bombardis & fundibulis in pugna quotidiana eos nimis coartauit. Habuit enim idem Antiſtes in ſpecialem fautorem ſuæ guerræ Eduvvardum Ducem Gelriæ. Voerſt enim erat regale caſtrum, atque fortiſſimum omnium caſtrorum totius territorii Traiectenſis. Habebat enim duo foſſata, cuius murorum altitudo erat octoginta pedum, latitudo vero duodecim pedum. Inſuper & habuit quadratum lapideum antemurale ſui prædium. Quod antemurale cum Epiſcopus bellatrici manu animoſe cœpiſſet, erexit ſtatim alias machinas ad caſtri interitum: ſicque terribilibus inſtrumentis maximam turrim confregit. Cuius etiam caſus contriuit aulam & cætera ædificia. Contra vero Caſtrenſes armis & cæteris neceſſariis abunde permuniti, per quindecim hebdomadas ipſum caſtrum honorifice defenſauerunt, parumpendenteſque ruinam prædictam, adſtatim confabricauerunt alia ingenia fortia, quibus manibus Epiſcopi machinam violenter in caſtro traxerunt, & forenſes phalangas cum eleuatis lanceis multoties expugnauerunt.

Voerſt caſtrum quam fortiſſ.

Demum Caſtrenſes conſiderantes, quod Epiſcopus conſtanter in obſidione perſeueraret, nec non & vires eiuſdem quotidie creſcerent, laſſitudine fatigati reddiderunt caſtrum poſt obſidionem quindecim hebdomadarum Epiſcopo ſalua ipſorum vita. Pontifex autem expugnatum caſtrum iam deſtruens ſolo adæquauit. Sicque cum triumpho ſuis valedicens ad propria regreſſus eſt. Anno vero ſequenti immediate poſt feſtum ſanctæ Agnetis obiit Zvvederus Dominus de Voerſt, hæreditans primogenito ſuo prædictas guerras aduerſus Epiſcopum. Sed filii ſui hanc conſulti venerunt in oppidum Renen ad Ioannem Epiſcopum, Dominica ante feſtum præſentis anni, & gratioſe pacificati ſunt cum eodem: anno, quo ſupra tempore obſidionis caſtri Voerſt natus eſt vltimus IOANNES Dominus de Arkel, vnigenitus Ottonis Dominus de Arkel.

Traditur ſpa dictum caſtrũ Epiſcopo, à quo etiam deſtruitur.

De guerris Domini de Arckel aduerſus Dordracenſes, & conſtructione caſtrorum Ewerſteyn, Gaſperne, & Hageſteyn.

CAP. XI.

An. 1363.

ANNO Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio Albertus Dux fuit in Gorrichem, valde regaliter in guerris receptus ab Ottone Domino de Arkel, vnde & idem Dominus de poſt valde carus & dilectus fuit ab eodem Duce. Cuius ingenio factiones in Hollandia valde extinctæ fuerunt per plures. Is enim Otto Dominus de Arkel fuit homo multum pacificus, prudens & diſertus defenſor ſuorum ſubdito-

ruin

rum, priuilegiorum præcipuus. Nam eiusdem Ottonis temporibus erat quidam theolenarius in Merkensthoeck prope Dordracum, qui subditos vltra condignum grauabat exactionibus quotidianis.

Quare Dominus Otto commotus monuit eundem secundo & tertio per literas, vt desisteret ab huiusmodi grauationibus. Qui paruipendens monita tam potentis viri magis ac magis contra priuilegia grauabat quotidie eiusdem Domini subditos. Quapropter sæpe dictus Otto missis suis satellitibus, interfecit eundem. Ipse multis militibus & satellitibus stipatus venit ad Hagam Comitis, & veniam ab Alberto Duce impetrauit de tali homicidio. Dux ergo gloriosè eundem leuans de terra, remisit eum ad proprias maioribus priuilegiis honoratum. Igitur dum quadam vice alia Dordracenses suos subditos contra eorum libertatem vellent cogere ad Traiectandū Delft; vulgariter, vertstapelen, eorum bono Dordraco præcepit eis, vt nullo modo hoc sustinerent in præiudicium suorum priuilegiorum. Quam ob rem dum post hoc quidam nauita Boninek dictus ex Zeelandia cum magna naui veniens versus Gorchem tenderet: Ecce Dordracenses subito superuenerunt capientes eandem nauem, fixerunt super locum iustitiæ. Quod cum hac vice fecissent, Dominus valde iratus dissimulauit ad tempus quoadusque Dordracenses per Rhenum descenderent, habentes secum naues vino repletas.

Qui cum essent prope Gorichem, & vellent vlterius nauigare donec venerunt ad Dordracum: Idem Dominus Arculensis vi cœpit naues illas, & vinum communitati cæterisque vicinis nobilibus distribuit in vindictam præsumptæ violentiæ. Hac necessitate Dordracenses coacti permiserunt de cætero Arculenses in pace. Hic quippe Dominus de Arkel construxit ex fundo egregium castrum in confinio dominii sui super Leccam Euersteyn dictum. Insuper & oppidum Ghasperne cum castro Hagheteyn, muris altis, & fossatis magnis per gyrum cinxit, & turribus fortibus communiuit.

De Ioanne de Vernenburch Episcopo Traiectensi quadragesimo octauo, & successore Ioannis Regis Francie.

Cap. XII.

Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, Engelberto de Marcha Episcopo Leodiensi translato ad sedem Colonien sem Ioannes de Arkel, Episcopus Traiectensis, auctoritate domini Papæ Vrbani quinti transpositus est ad sedem Leodiensem, postquam Traiectense Pontificium bellicose rexisset viginti duobus annis, & Ioannes filius Comitis de Vernenburch à sede Monasteriensi translatus est ad Cathedram Traiectensem. Anno ergo prædicto dominus Ioannes de Vernebutch, octaua die mensis Septembris, in ciuitate Traiectensi, quadragesimus octauus, cum debita honorificentia cathedratus est Episcopus. Hic reuerendus Antistes Episcopalia castra plene referta cunctis necessariis adinuenit, quæ prouidentia prædecessoris sui contra circumnanentes hostes sagacissime communiuit. Anno etiam eodem obiit Ioannes Rex Franciæ, cui successit Carolus Sapiens, Delphinus & dux Normanniæ filius eius.

An. 1364.

Ioannes de Arkel Episcopus Vltraiectensis transit ad Episcopatum Leodiensem. Et Ioannes de Vernenburch ex monasteriensi fit Vltraiectensis Episcopus.

Huius Caroli Sapientis Regis fratres fuerunt Lodovvicus dux de Angouvven, Ioannes dux Biturien sis amator prætiosorum lapidum, Philippus Audax dux Bourgundiæ, de quibus plenius dictum est vltimo capitulo libri vigesimi noni. Quippe huius Caroli Regis vxor fuit Ioanna filia Petri ducis Borboniæ. Cuius Petri auus Robertus nomine fuit quartogenitus sancti Leovvici Regis Franciæ. Genuit autem Carolus Sapiens Rex Franciæ ex vxore sua Carolum de Gennes Regem Franciæ, & Ludovvicum ducem Aurelianen sem occisum à Ioanne duce Burgondiæ.

De erectione Ecclesiæ beatæ Mariæ virginis in Leyden, & de quodam lubrico decollato per Dominum de Arkel.

Cap. XIII.

Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, celebrata est prima dedicatio Ecclesiæ beatæ Mariæ virginis in oppido Leydensi, in Dominica prima post festum assumptionis beatæ Mariæ virginis. Circa hæc tempora fuit quidam ditissimus oppidanus, lubricus & lasciuus in Gorichem, Henricus dictus, qui hinc inde

An. 1365.

accessit ad virgines formosas, & ad viduas pulchras, contrahens clandestinum matrimonium in omnibus tali conditione, vt infra annum non publicarent matrimonium contractum, Sicque sub colore & spe Sacramenti matrimonialis condormiunt multis. Cum ergo successu temporis multæ essent ab eo impregnatæ, detectum est scelus suum. Sed postquam coram Consistorio spirituali omnes in derisum haberet, Otto Dominus de Arkel iussit eum capi per suos satellites, iurans per militiam ipsum decapitare. Qui vt hæc comperit, fugit ad Ecclesiam. Igitur Dominus Otto, quia idem truphator contra decreta Ecclesiastica impudenter egisset, coegit eundem per famulos exire Ecclesiam. Quem capiens decollauit aliis in exemplum.

De aduentu Alberti Ducis ad Regem Francie, & obsidione oppidi Amersfordiensis.

CAP. XIV.

An. 1366. ANNO Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, Albertus Dux Palatinus tutor Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Frisiæ, electorum Baronum, militumque congregare studuit cuneum. Quo congregato perrexit pulcherrimo apparatu in hyeme equester Parisios ad Carolum Sapientem Regem Franciæ. Rex autem hunc illustrissimum Ducem recipiens cum magna solemnitate, detinuit eum apud se aliquibus diebus in iocundo contubernio. Demum negocio suo expleto rediit cum mira solemnitate ad Hannoniam. Anno quoque eodem Amersfordienses non tantum recusabant Ioanni de Vernenburch Episcopo Traiectensi persoluere theolonium, vectigalia & alios census & redditus Episcopales, sed & manifeste etiam aduersus eundem Antistitem rebellabant. Ideo iam dictus Pontifex valentes aggregauit milites & armigeros approbatos, vt cum eisdem Amersfordienses reduceret ad viam obedientiæ. Et ecce in die S. Margaretæ virginis eiusdē anni Episcopus cum prædicto sodalitio erectis papilionibus & tentoriis obsedit oppidum Amersfordiense, & oppidanorum multos causa belli exeuntes captiuauit, & carcerali custodiæ mancipauit. Demum post obsidionem octo dierum mediante amicabili interloquio pacificatæ sunt partes discordantes tali conditione, quatenus Amersfordienses de cætero suo Episcopo fideles & obedientes permanerent. Insuper quod sibi & suis successoribus darent quæ de iure tenebantur reddere. Dissoluta est quoque obsidio, & Pontifex portus victoria, victor rediit ad Traiectum.

De fundatione collegii S. Pancratii in oppido Leydensi.

CAP. XV.

ANNO etiam eodem, vt supra fundatum collegium ad Ecclesiam S. Pancratii in oppido Leydensi, cooperante & adiuuante venerabili & literato viro magistro Philippo Leydensi, in quo ad honorem Dei omnipotentis & beati Pancratii præbendati 24. sacerdotes Canonici. Quorum beneficiorum fundatores fuerunt, Dominus Ghysbertus de VValenborch, pastor in Leyderdorp, & Præpositus huius collegii, Philippus de Leyden Doctor prædictus, dominus Volperdus de VVou, ac dominus Nicolaus de Bleyswyck, dominus Hugo van der Hant, dominus Philippus Gerardi, dominus Rutgerus de Poel, dominus Gerardus Iacobi, dominus VVilhelmus Herman, dominus Petrus Huesch, dominus Hugo Curatus Scorcell, dominus Ioannes VVilhelmi, dominus Franco Zitfridi, dominus Ioannes Goet, dominus Theodricus Roberti, dominus Franco Gerardi sacerdotes, VVilhelmus de Naeldwyck Marscalcus Hollandiæ, Ioannes Arnoldi, VVilhelmus VVilhelmi, Michael Gerardi, Theodricus Tierloet, & Catharina filia Gerardi.

Canonicatus in S. Pancratio Leyde fundatores.

De decollatione Domini Angiensis in Hannonia, & fundatione collegii in Haga Comitis.

CAP. XVI.

An. 1367. ANNO Domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, fuit magna guerra & obsidio Angiensis oppidi in Hannonia. Nam anno præterito Albertus Dux susurratione prauorum iussit apprehendi Dominum de Angia, id est, Adinghene, quem etiam in Keynont decollari mandauit, pro eo, quod sibi imputatum fuerat, quod cerra ingenia cum schalis & instrumentis bellicis in castro suo congregasset, quibus oppida, castra terræ Hannonien sis debellare & occupare voluisset. Post cuius necem tumultus ingens in Hannonia exortus est. Idem enim dñs Angiensis dereliquit post se 6. animosos fratres milites, q. sua potētia ferro & igne multos pagos in Hānonia deuastarunt.

Fratres Domini Angiē. sui fratru sui mortem vlci. scuntur.

runt. Quapropter Albertus Dux generalem expeditionem omnibus suis nobilibus indixit, & cum roborata manu in præscripto anno ad Angiam venit, & obsidionem inchoauit. In illa ergo obsidione quam plures milites ordinant, de quibus Theodricus van der Leck, & Bartholomæus de Raphorst. Tandem mediante Loduvvico de Malen, Comite Flandriæ, pax est composita, & Albertus Dux suscepit hos sex fratres in gratiam, cui & iidem fratres necem remiserunt. Tunc anno sequenti, id est, 68. Dux Albertus ad perennem suæ laudis memoriam fundauit collegium Canonicorum in capella curiæ Hagenitis, vbi largiflue præbendari sunt tredecim Canonici, vt ibidem iugiter deuote seruirent Deo, & pro anima Domini Angiensis decollati sanctis precibus Deum exorarent, quia & hoc expressum erat in pacis compositione. *Collegium Canonicorum in stitutum Hagæ ann. 1368.*

De captiuitate Ioannis Episcopi, & mortifera peste.

CAP. XVII.

ANNO Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octauo in vigilia Apostolorum, Simonis & Iudæ, cum esset Ioannes de Vernenburch Episcopus Traiectensis cum familia sua in oppido Ghoer, nec excubias vigiliarum custodes diligenter observarent, superuenerunt eadem nocte armiporenter inimici publici eiusdem Præsulis, videlicet Ioannes de Zvvolnis, Simon de Zvvolnis, Egbertus de Sall, Otto de Kemenade, Henricus de Humburch, Hermannus de Tvvickel cum plerisque aliis, qui scandentes occulte muros eiusdem oppidi cum scalis oppositis, cœperunt ipsum improuise captiuum, cum tredecim suis famulis, occiso Henrico de Enthenicht cum tribus aliis. Sed non multis diebus transactis, idem Antistes per fideles suos emprus, & liberatus est à captiuitate pro summa sedecim millium antiquorum scutatorum, pro qua summa fidem tribuerunt Dominus Iacobus Zondenbalch, Abbas in Oestbroeck, Guysbertus Dominus Vianen, Svvederus de Vyanen, Stephanus de Nyuelt, milites. Pro qua summa Ioannes Episcopus inuadauit & resignauit istis quatuor prædictis omnia castra munistralia, & bona territorii Traiectensis inferioris. Insuper & castrum Vollenhoeck cum suis pertinentiis, quoadusque prædicta summa plenaria esset persolata. Eodem etiam anno mortifera pestis in tantum horruit, quod in ciuitate Traiectensi morerentur vndecim millia hominum. *An. 1368.* *Capitur Ioannes Episcopus* *Horrenda pestis circa hæc tempora.*

De matrimonio Philippi Audacis Ducis Burgundiæ.

CAP. XIIX.

ANNO Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono obiit sine prolibus Odo Dux Burgundiæ, cuius vxor fuit Margareta, vnica filia Ludovvici de Malen, Comitis Flandriæ. Et quia idem Dux obiit sine prole, ideo post suum obitum Ducatus Borgundiæ deuoluebatur ad coronam Franciæ. Vnde Carolus Sapiens, Rex Franciæ, statim post obitum iam dicti Ducis Borgundiæ desponsauit eandem Margaretam Philippo Audaci, fratri suo, dans sibi Ducatum Burgundiæ, & sic ipsa habuit duos Duces Bourgundiæ in maritos. Genuit autem idem Philippus Dux Audax ex prænominata Margareta vxore sua, vt dictum supra capitulo vltimo, libro 29. tres filios & tres filias. Primogenitus Ioannes, Comes Cadralesii, natus fuit anno sequenti, scilicet millesimo trecentesimo septuagesimo, in ciuitate Digionensi, quare & dictus est Ioānes de Digion. Hic parentibus suis succedens factus fuit Dux Burgundiæ, & Comes Flandriæ, Arthesiæ, &c. Cuius vxor fuit Margareta filia Alberti, Ducis Palatini, Comitis Hannoniæ, Hollandiæ & Zeelandiæ, de qua genuit Philippum Ducem Bourgundiæ, Satrapam sedecim prouinciarum & vltra. Secundogenitus Philippi Audacis Ducis Burgundiæ fuit Antonius, qui post mortem Ioannæ Ducissæ Brabantiæ, materteræ matris suæ effectus est Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, accipiens in vxorem Ioannam filiam Walraui Comitis S. Pauli sibi inuicem succedentes Duces Brabantiæ. Tertiogenitus Philippi Audacis erat Philippus Comes de Niuers, qui duxit in vxorem Landam filiam Comitis de Den, & mater Landæ prædictæ fuit filia Ioānis Bituricensis amatoris prætiosorum lapidum fratris Philippi Audacis, ex qua genuit Carolum Comitem Stampoysii. Primam autem filiam Philippi Audacis duxit in vxorem Lupoldus dux Austriæ. Secundam nomine Margaretam duxit in vxorem dux VVilhelmus Comes Hannoniæ & Hollandiæ. Et genuit ex ea ducissam Iacobam. Tertiam vero duxit in vxorem Amedeus dux Sabaudiæ. Hic Amedeus postea perrexit ad Serenum, dimissis Principatibus filiis suis, & postmodum in Concilio Basiliensi creatus fuit Papa Romanus, dictus

Felix VII. *An. 1369.*

De acquisatione castri Vredelant per Ducem Albertum.

Cap. XIX.

An. 1370. ANno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo Albertus Dux reperit in reperit in registris suis primordiales, seu principales literas, quibus quondam Wilhelmus Bonus Comes Hannoniæ, Hollandiæ, &c. auus eiusdem Ducis Alberti castrũ Vredelant cum suo contractu inuadauerat pro summa trium millium, & ducentarum librarum à Ioanne de Dieſt quondam Episcopo Traiectensi. Quare & idem Dux Albertus requisiuit castrum Vredelant cum suo districtu, vel summam librarum prescriptam. Super quibus consulatus Traiectensis respondit, quod Ioannes de Arkel dudũ Episcopus Traiectensis redemerat prædictum castrum erga Margaretam Romanorum Imperatricem matrem suam, pro summa septem millium librarum. Sed Dux Albertus è contra allegauit, quia principales literas inuadationis adhuc haberet penes se. Ideo voluit cum eis obtinere castrum, vel summam prædictam. De qua controuersia quotidianus tumultus in Traiectenses & Hollandinenses postmodum exortus est. Sed Eduvvardus Dux Geliræ, qui habiturus erat filiam Alberti Ducis in vxorem, in vtramque partem hoc arbitrium promulgauit, quatenus Episcopus Traiectensis, seu tres status eiusdem patriæ Alberto Duci determinato die solueret summam præfatam, vel castrum Vredelant cum suo districtu perpetuis temporis maneret sub Conitibus Hollandiæ. De cuius summæ persolutione inferius dicetur capite vigesimo quarto.

De Arnoldo de Hoovern Episcopo Traiectensi quadragesimo nono.

Cap. XX.

An. 1371. *mo-ritur Ioannes Episcopus.* ANno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, in festo Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ obiit Ioannes de Vernenburch Episcopus Traiectensis, postquam Pontificium Traiectense gubernassiet septem annis, qui apud maiorem Ecclesiam in Traiecto tumulatus est hoc nomine congruo. Obiit autem subito, vnde & multi opinabantur eum inroxicatum fuisse. Eo ergo sepulto vna pars capitularium elegit Svvederum Vterloe, Ecclesiæ Traiectensis Archidiaconum, virum pene sæcularem & illiteratum. Quamobrem reliqua pars capitularium fortior & maiori illum eligere recusauit. Attamen capitulum Dauentriense ipsum elegit, sicque dissentione facta Ecclesia Traiectensis aliquamdiu sine pastore permansit. Dominus vero Vrbanus Papa quintus, ad cuius aures fama diuulgata peruenit, Ecclesiam fuisse pastore orbatam, Dominum Arnoldum filium Domini de Hooru, virum illustrẽ & clericum egregium quadragesimum nonum Traiectensem Episcopum ordinauit, qui tunc temporis Romæ residebat, qui ad partes descendens cathedratur in ciuitate Traiectensi, more consueto in festo sancti Michaelis Archangeli. Is igitur Arnoldus Antistes flore iuuentutis vernans reperit totum Episcopatum diuersis debitis inuolutum propter summam sedecim millium antiquorum scudatorum promissam, pro redemptione captiuitatis Ioannis Præsulis defuncti. Quos communi decreto distributum fuit, quod idem Arnoldus Pontifex Episcopatum incipiendo liberum, ordinaret certos fideiussores ad soluendam summam prædictam cum cæteris debitis. Quod ita factum est.

Iussu Vrbani Papæ Arnoldus constituitur quartus Vltraiectis Episcopus.

Nam idem Episcopus accipiens in fideiussorem Svvederum Dominum de Gaesbeck, filium quondam Ghisberti, Domini de Apcondt, & Ioannis materteræ suæ, constituit eundem Svvederum nepotem suum de consensu statuum terræ Traiectensis, rectorem castri Vredelant, & villarum sub eodem castro constitutarum, tali tamen conditione, quod Vredelant nullo modo alienaret ab Episcopatu Traiectensi, nec damnum aliquod Traiectensibus ex eodem inferret, seu inferri permitteret. Pacificatum est hoc patentibus, & instrumentis ab vtraque parte, quod tamen idem Svvederus non diu seruauit.

De bello in Buchgbilre inter Duces Brabantiæ & Iuliæ.

Cap. XXI.

An. 1371. ANno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, in octaua Assumptionis beatissimæ Dei genitricis Mariæ virginis commissum est prælium

lium maximum in finibus Ducatus Iuliacensis iuxta villam, quæ Boſtvvyke ab incolis nuncupatur inter Wenzelaum Ducem Luxenburgiæ & Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ ſtatrem Caroli Imperatoris Romanorum & Regem Bohemorum ex vna parte, & wilhelmum primum Ducem Iuliacenſem ex altera. Huius wilhelmi vxor fuit Maria ſoror Reynoldi & Eduvvaldi Ducum Gelriæ. Commiſſo ergo prælio victoria ceſſit Duci Brabantiæ, Duce Iuliacenſi captiuato cum multis aliis.

Sed varius eſt euentus prælij teſte Dauid Rege Iſrael, quia nunc hunc, nuncillum gladius conſumit. Eduvvardus namque Dux Gelriæ illis diebus ad Hollandiam perrexerat cum Katharina Alberti Ducis & Comitis Hollandiæ filia, & ſolemnes celebrauerunt nuptias. Qui de tanta Brabantinorum expeditione terras Ducis Iuliacenſis ſororiſui, inuadendi habita notitia omnibus ſubito poſtpoſitis cum valida armatorum manu in ipſius Ducis Iuliacenſis accelerauit auxilium. Et cum loco certaminis appropinquaſſet vexillis ſuis explicatis magno clamore tubarum excitui Iuliacenſi in deſolationibus conſtituto inopinate ſe coniunxit. Quo exaduentu ipſius Eduvvardi Ducis viribus reſumptis & libertati priſtinæ reſtitutis cum eodem Duce Eduvvardo ac Wilhelmo eorum Duce contra dictum Ducem wenzelaum & ſuos bellum cruentiſſimum priori inhortibilius ad inuicem innouarunt. Vbi poſt longum conflictum Eduvvardus & Wilhelmus Duces victores effecti ipſius belli triumphum magnifice reportarunt.

Dux vero VVenzelaus cum toto ſuo exercitu quaſi captiuatur, vtpote cum duobus milibus vitorum militum & nobilium vbique ceciderunt ſeptingenti viri nominati interfecti, & in toto octo milia referuntur corruiſſe occiſo Gvvydone ſancti Pauli Comite & eiuſdem Comitis filio VValratio captiuato per Ghyſbertum Dominum de Vyanen. Quem idem Gyſbertus ad libitum exactionauit & fabrificauit turrim de eadem exactione in caſtro Vyanenſi dictam Santpol ſeu Simpol vſque in præſentem diem.

Sed, prò dolor, dum idem Eduvvardus Dux Gelriæ ſe refrigerando à facie galeam aperiret, quidam inimicus homo de familia ſua propria, videlicet Hermannus Bier de villa Hecze oriundus, cuius vxorem idem Dux vt dicitur in ſuos nefatios vſus attraxerat in eiuſdem vxoris vltionem ipſum Eduvvardum latenter ictu ſagittali in frontem lætaliter percuſſit. De cuius vulnere idem Dux Eduvvardus in triceſimo ſexto ſuæ ætatis anno in feſto Bartholomæi Apoſtoli viam vniuerſæ carnis eſt ingreſſus, & in monaſterio Vallis Comitis apud prædeceſſores ſuos tumulatur poſtquam Gelriam gubernaſſet decem annis.

Eduardus dux Gelriæ inopinate à villico quodam interficitur.

Porro Catharina filia Ducis Alberti, vxor eiuſdem Eduvvardi Ducis manſit virgo & vidua. Quapropter ad ſuas manicas poſt mortem mariti ſcripturam intextam deferre conſueuit, *Virgo ſum & vidua*, quod ſit conqueſtum altiſſimo. Ipſa etiam virgo nemini terrarum Principi præterquam alicui Duci in coniugio ſociare voluit. Vnde poſtmodum wilhelmi Ducis Gelriæ dicti Ducis Eduvvardi ex ſorore nepoti auctoritate Papali ſuffragante eadem virgo Catharina & vidua matrimonialiter extitit coniuncta. Prælibatus igitur wilhelmus Dux Iuliacenſis cum à captiuis nobilibus & diuitibus infinitas pecunias obtinuiſſet & inſuper Ducem Brabantiæ wenzelaum per ſpacium vndecim menſium in cuſtodia tenuiſſet, ad preces Catoli Imperatoris fratris eiuſdem Ducis Brabantiæ ipſum Ducem wenſelaum abſoluit à ſua captiuitate ſine exactione aliqua. Nam prædictus wilhelmus Dux Iuliacenſis fuerat ante pauca tempora ab eodem Impetatore creatus primus Dux Iuliacenſis. Interea Eduvvardo Duce Gelriæ de medio ſublato frater eius Reynoldus Dux pinguis à captiuitate Eduvvardi fratris ſui liberatur & ad totius Gelriæ Principatum iuxta eius vaticinium in pace inſtituitur. Dixerat namque adhuc ſub fratris ſui cuſtodia conſtitutus, non viſurum ſe mortem, niſi prius ad Ducatus Gelriæ gubernationem ſe pacifice cerneret reſtitutum.

Sed quia teſte Philoſopho corpora pinguia diu viuere non poſſunt, ipſe Reynoldus eodem anno in feſto S. Barbaræ triceſimo nono ætatis anno abſque liberis debitum naturæ exſoluens obdormiuit in Domino & in monaſterio Valicomitis apud patres ſuos lugubre inhumatur. Iſti duo Duces fratres ambo mortui ſunt ſine prole quibus cum magna difficultate ſucceſſit, vt patebit in ſequenti capitulo, wilhelmus filius Mariæ ſororis prædictorũ Ducũ. wilhelmus quippe Dux Iuliacenſis prædictus habuit eandem ſororem Mariam iuniorem præfatorũ Ducũ Gelriæ in vxorem, de qua

genuit wilhelmum & Reynoldum Duces Iuliæ & Gelriæ fratres sibi inuicem succe-
dentes & MARIAM vxorem Ioannis Domini de Arkell filii Ottonis de Ar-
kell.

De successore Ducatus Gelriæ post mortem istorum fratrum Ducum Gelriæ.

CAP. XXII.

An. 1371. ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, post mortem Eduvvardi & Reynoldi Ducum Gelriæ magna disceptatio orta est in terra Gelrensi pro Ducatu ipsius acquirendo. Nam factiones seu partialitates Hekerstensium fuisse perunt in Duxissam Margaretam sororem seniorem prænominatorum Ducum Gelriæ defunctorum, viduam scilicet Cliuensem. Habuerat enim hæc eadem Margarita post Godefridum Comitem Lossensem in maritum Ioannem Comitem Cliuensem: nunc vidua nullas genuerat proles. Quare factiones Bronchorstensium nolentes regi ab ea introduxerunt Wilhelmum filium Wilhelmi Ducis Iuliacensis præscripti ex Maria sorore iuniore antedictorum fratrum Ducum Gelriæ, quem exaltauerunt in Ducem præstantes eidem fidelitatis homagium. Durauit enim ista periculosa disceptatio in terra Gelrensi per septennium. Arnoldus itaque Episcopus Traiectensis sumens partem Margaretæ Duciss æ diffidauit Wilhelmum Ducem Iuliacensem. Quo facto idem Antistes cum Reynoldo Comite de Genyp filio Domini de Brederode ordinauit solemne matrimonium inter eandem Margaritam, & Ioannem Comitem Blesensem de domo Hollandensi genitum: matrimonio completo Episcopus, & Ioannes Comes aggregantes turbam equitum, peditumque latis magnam venerunt in Groensvvoerde, vbi & idem Ioannes recipitur pro Duce & Domino. Deinde pergentes versus Aenhem, Comes Blesensis prædictus etiam homagiabatur ibidem cum magna gloria. Post hæc Episcopus & Comes profecti sunt ante opidum Gelriæ, quod & obsiderunt strictissima obsidione per spacium sedecim hebdomadarum. Tandem dimittentes illud inexpugnatum propter fortem resistentiam intranco rum castra metatiante oppidum wagheninghen, in quo statim recepti sunt. Demum bellico apparatu etiam vicerunt Hellealler & Trannenborch, quibus gestis obsederunt Nyenbeeck, quod tamen non obtinuerunt. Quare dissoluentes obsidionem illam, inchoauerunt aliam ante castrum Lobeeck, quod post diutinam obsidionem obtinuerunt. Interea cum sic, vt præmittitur, in obsidione castri Lobeeck occuparentur, ecce quidam nocte superuenerunt Bronchorstenses, cum turba non modica ante opidum Arnhem, qui scalis admotis occulte explicatis ascenderunt, & obtinuerunt opidum. Vnde Ioannes Comes Blesensis, perpendens non posse leuiter huic guerræ finem dari, commisit totum negocium Margaretæ coniugi sui Arnoldo Traiectensi Episcopo, & comiti de Genyp prædicto. Ipse vero rediit Schoonhouiam suam pacem quærens. Eodem igitur anno venit in Arnhem Wilhelmus dux Iuliacensis, cum wilhelmo filio suo. Quod percipiens Antistes perrexit cum exercitu suo ante opidum Arnhem, ducem Iuliacensem prædictum ad bellum prouocans. Qui cum eundem per integram noctem & diem expectasset, combustis domibus ante portas cum præda magna rediit ad Renen. Deinde dux Iuliacensis, veniens Noulmagium audiuit a narrantibus, si veniret ante opidum Tielense, quod statim sine belli strepitu intromittendus esset. Quare & disposuit se, vt id faceret. Sed cum hoc Arnoldus Episcopus, apud Renen existens, percepisset, subito cum suis peruenit, & intrauit Tielense opidum, in quo reperit Margaretam ducissam, à qua cum magno gaudio recipitur, & quia non seruauerunt diligenter excubias & noctis vigilias, Bronchorstenses eadem nocte clam muros ascenderunt, & opidum obtinuerunt, intraneis in læto conuiuio congaudentibus & chorisantibus, ortoque intestino bello, capti fuerunt, de exercitu Episcopi Lueff, dominus Hoorne frater Episcopi Traiectensis Arnoldi, Gysbertus de Hardenburch, Fredricus de Suelen milites, Iacobus Lochorst, Arnestus de Gruenenvvoude, & Wilhelmus ouer die Vechtscutiferi, cum ceteris nobilibus militibus. Arnoldus autem Episcopus laborioseante in bello certans, tandem lassus fugit in theoloneum apud Margaretam ducissam. Bronchorstenses autem victores existentes miserunt statim pro Wilhelmo duce Iuliacensi, qui venit ante opidum Tyelense cum centum & quinquaginta armigeris proponens post paucos dies Episcopum debellare in theoloneo. Traiectenses autem per festinum nuncium intelligentes necessitatem Episcopi Arnoldi statim congregauerunt agmina sua, & cum festinatione transfretarunt Leckam prope Wyck, comburentesque villam Rauesc-

euesnard & vnum molendinum venerunt ante opidum Tyclense per duas horas ante diluculum. Itaque wilhelmus Dux cernens ante opidum Traiectenses adesse cum vexillorum diuersitate ait ad suos, dixistis mihi quod Traiectenses essent sutores & pellifices, sed mihi videtur quod sunt omnes milites & scutiferi. Porro Arnoldus Præsul videns suos subditos gauisus est valde, venientesque in campum ad eos, ordinauit acies ad bellum. Quod cum Wilhelmus Iuliacensis didicisset, sciens se non posse resistere huic multitudini simulauit cum eis prælium velle inire, vt sic se Traiectenses colligerent, tantum ad vnam partem opidi. Quod cum factum fuisset, & sic vnam portã liberam haberet ad exeundum, fugit idem Dux cum captiuis relinquens Tyelense opidum suis aduersarijs. Post cuius recessum opidani aperientes portas suas introduxerunt Episcopum & Traiectenses cum magna lætitia. Altera vero die sole clarescente Traiectenses redierunt cum honore ad propria. Eodem etiam anno idem Præsul cum militari potentia obtinuit opida Herdervvyck & Venlo. Sed hæc omnia nihil profecerunt. Nam Wilhelmus Dux Iuliacensis per septenium guerram extendens finaliter Ducatum Gelriæ Comitatumque Sutphaniæ pro VVilhelmo filio suo obtinuit. Hic ergo VVilhelmus Dux Gelriæ Comesque Sutphaniæ duxit in vxorem auctoritate Papali suffragante, Catharinam viduam & virginem filiam Alberti Ducis, relictam Eduvvardi Ducis auunculi sui de qua tamen non genuit. Hic mortuo patre suo est factus Dux Iuliacensis. Eodem etiam anno in nocte S. Odulfi Confessoris fuit magnum incendium in Traiecto apud Prædicatores, in quo perierunt quadraginta domus & vltra. Eodem etiam anno Dominus Ioannes de Arkell Episcopus Leodiensis fundauit cum Ottone domino de Arkell fratre suo in opido Gorichem collegium quatuordecim Canonicorum in honore S. Vincentij victoriosissimi Martyris.

De ædificatione castri Gildenburch & crematione insulæ Schillingen in Frisia.

CAP. XXIII.

ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, ciuitas Traiectensis extruxit & effodit magnum fossatum de Nyevvaert vsque Grotervvach ordinantes in fine prope Lakam duas fluscas ligneas in villa Nyevvaert præmunientes illas in VVterdyck super ripam Lake cum quadam magna lapidea turri cetersique firmissimis propugnaculis ad modum castri ne destrueretur prædictæ fluscæ à suis aduersariis. Nuncupauerunt illud castrum Gildenborch, pro eo quod sub expensis Ghildarum ciuitatis Traiectensis scilicet constructebatur. Sed Ghysbertus Dominus de Vyanen tristis de constructione illius castri, cogitare cœpit, quod si aliquo tempore post Traiectenses sibi aduersarentur, possent occulte per easdem fluscas cum armatis exire & destruere suum Dominium. Quapropter eaute consultus perrexit ad Ducem Albertum Hollandiæ Comitem & sibi intimauit quod in præiudicium Comitatus Hollandiæ castrum Ghildenburch esset constructum, eo quod illud cum fluscis in Dominio Vreesvvyck Traiectenses erexerant, asserens fundum illius loci non pertinere ad Episcopum seu territorium Traiectense, sed ad Comitatum Hollandiæ. Insuper & Dordracenses q. in eis pfatæ fluscæ erant in quæstus præiudiciũ adhæserunt etiam Domino de Vyanen proponentes cum eodem dissipare prænominatum castrum cum fluscis. Quid autem inde factum sit in sequentibus capitulis dicetur. Anno etiam eodem, VVilhelmus Dominus Naeldvvyck Marschalcus Hollandiæ ex commissione Alberti Ducis classem aptauit & cum armatorum turba in die S. Laurentii Martyris remigauit cum eisdem versus orientalem Frisiam, & insulam Schellinghen combussit, quibus gestis cum captiuis & spoliis rediit ad Hollandiam. *An. 1373.*

De guerra Traiectensi aduersus Hollandenses.

CAP. XXIIII.

ANNO Domini 1374. circa festum Epiphaniæ fuit magnum diluuium ex descensu fluuiorum, quod in diuersis prouinciis villas & ciuitates stratuit, destructa quoque est Hollandiæ insula Rudervvaert nuncupata: & Laka ruptis aggeribus in tantum inundauit per territorium Traiectense, vt aquæ fluuiales per totam Hollandiam fluerent. Eodem tempore Consules ciuitatis Traiectensis nauigio per plenam terram ex Traiecto ad Hagam Comitis perrexernnt, vt persoluerent summam pecuniarum Alberto Duci pro redemptione castri Vredelantalias arbitratam, in cuius solutione Dux valde discordare cœpit cum Traiectensibus propter monetam, quam expetebat. Quare prædicti Consules redierunt irati Traiectum, narrantes nihilominus suis ciuibus visa & audita. Itaque conuocatis tribus statibus terræ Traiectensis concluserunt concorditer quatenus tantam pecuniam ab Hollandensib. iterum vi extorquerent, quam secundum æstimationem eorum plus soluere coacti fuerant. *An. 1374. Ingens diluuium.*

Vnde

Vnde Traiectenſes ad arma feſtinantes exierunt ciuitatem in quadrageſima e-
iuſdem anni, & caſtra metati ſunt ante opidum VVoerden proponentes illud ad de-
ditionem coarctare. Sed non valentes combuſſerunt propugnacula cum ſuburbio e-
iuſdem opidi. Deinde mouerunt exercitum ante caſtrum Cronenburch; & quia ca-
ſtrenſes non erant prouiſi de rebus bellicis, idcirco illud ſtatim obtinuerunt, & in foſ-
ſatis euerterunt. Poſt hæc ſtatim bellico apparatu irritauerunt ſuper Mueden, VVe-
ſep, VVtermar & Loeſdrech, à quibus obſides obtinentes extorſerunt ab eis magnas
gazas. Cum ergo Traiectenſes ſic itinerarent prope caſtrum Vredelant: Ecce Zyve-
derus Dominus de Gaesbeeck intromiſſis Hollandenſibus in eodem caſtro diffida-
uit ciuitatem Traiectenſem, emittens ſagittas & lapides Bombardorum aduerſus 10
Traiectenſes pertranſeuntes: minime attendens ſuas literas, quas paulo pridem tra-
diderat de iam dicto caſtro Epiſcopo & ciuitati Traiectenſi, ſicut dicitur in capitulo
XX. præſentis libri. Porro Traiectenſes conſilium faciebant in Bodegranen, Amey-
da, Lexmonda & Iaerſvvelt.

De obſidione caſtri Gildenborch per Albertum Ducem.

CAP. XXV.

ANno eodem, id eſt, ſeptuageſimo quarto, altera die Apoſtolorum Philippi & Ia- 20
cobi, Albertus Dux ex præſumptione Traiectenſium plurimum indignatus, La-
kam nauigio cum immenſis bellatoribus aſcendit. Congregauerat enim exercitum
fortem, in quo erant Ioannes Comes Bleſenſis & Adulphus Comes Cliuenſis cum o-
mnibus fere baronibus, militibus & ſcutiferis Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Gel-
riæ & Cliuiæ, veniensque idem Dux cum prædicta expeditione populoſa ante caſtrũ
Ghyldenburch, obſedit illud cum manu forti, ordinaroque deinde exercitu in obſi-
dione, Albertus Dux erexit vnam præceſſæ magnitudinis machinam ante Gilden-
burch in orientali plaga, & vnam minorem in occidentali. Caſtrenſes autem, cun-
ctis neceſſariis abunde præmuniti, ſtatim miro modo cum vno bombardo mi- 30
norem machinam conquaſſarunt in ſua erectione, quod eis parum de poſt nocere
potuit. Diebus itaque octo peractis, Ghysbertus Dominus de Vyanen, Henricus Do-
minus de Ameyda, Ghysbertus Domin⁹ de Nyenrode, milites, cum pleriſq; aliis mili-
tibus & ſcutariis proximo tenus ante Ghyldenburch animoſe cum fundibulis acceſ-
ſerunt, hoſtili clamore caſtrenſes præfato bello expetentes. Econtra Petrus Dool &
Arnoldus Proys, caſtri Capitanei, aperientes portas, effuderunt cuneum armigero-
rum copioſum, caſtrenſeſque debellantes, prædictos milites ceperunt captiuos mili-
tes Ghysbertum de Nyenrode, wilhelmum Dominum de Naeldvvyck, willelmum
de Geeruliet, & quendam nobilem militem ex Hannonia cum XXVIII. fundit u-
lis. Dominus Albertus dux erexit adhuc duas machinas. quarum vnam locauit in li-
tore Leckeapud Vyanen, & aliam infra aggerem eiuſdem opidi, cum quibus valde 40
quaſſauit caſtrum Gildenburch prædictum. Demum deſtructo anteriore propugna-
culo, Gyſbertus de Menroede, ſam conualeſcens de plagis & vulneribus acceptis,
pacem inter vtramque partem ordinauit, quatenus caſtrenſes, ſalua vita, traderent
Gildenburch Alberto Duci. Quod ita eſt factum prima die menſis Iunij. Caſtrenſes
vero nouem funera mortuorum, cum quibus Traiectum perrexerunt, ſepulturæ
tradiderunt.

Altera vero die cum ſolare iubar diaphanum illuſtraret Hemiſphærium, Al-
bertus inclytus Dux iam adeptum caſtrum commiſit Ghyſberto Domino de Vya-
nen, quatenus ipſe præſideret in eo ſub munimento fidelis cuſtodiæ. Et ſic ipſe Dux
cum victoria reuerſus eſt ad propria. 50

Deinde eodem anno, in nocte ſanctorum Timothei & Symphoriani Marty-
rum, Traiectenſes amare ferentes ſe Ghildenburch amiſiſſe, doloſe ſub noctis vm-
bra cum armatorum magna copia ad caſtrum Ghildenburch ſilenter peruenerunt:
illudque impugnando ſine ceſſatione ſagittis & fundibulis per integrum diem & no-
ctem, tandem ex vna parte intromiſerunt ignem, quem caſtrenſes extinguere non
valentes compulſi ſunt reddere caſtrum, & tranſierunt in gratiam Epiſcopi & ciui-
tatis Traiectenſis. Erant enim ſuper caſtrum tantum viginti tres armigeri
laude digni, demptis duobus, qui expugnatione caſtri miſerabiliter ſaucia-
ti occubuerunt. Deinde quarta decima orta luce ALBERTVS Dux, mili-
tari potentia ſtipatus, iterum cum nauibus latenter Lakam aſcendens, appli-
cuit

cuit classem suam in Vyanen, proponens castrum Ghildenburch assultuose destruere. Econtra vero Traiectenses ista percipientes remigarunt cum expeditione magna ad Ghildenburch, atque castrensibus magnam ciborum opulentiam opportarunt.

Quinimo & impleuerunt castrum valentibus armigeris. Capitanei fuerunt Otto de Schonauvven, Wilhelmus de Certs, & Goswinus de Vanderick: quibus sagaciter dispositis, Traiectenses redierunt ad ciuitatem propriam. Dux itaque Albertus post eorum recessum Lakam transfretauit cum suo exercitu, & cernens, nihil prosperum ante Ghildenburch propter præcedentem munitionem se esse acturum, mouit exercitum ante castrum wluenhorst, quod cum in brachio extento expugnasset, profectus est inde Holensteyn. Castrenses autem, formidantes animositatem Ducis, reddiderunt castrum, salua vita. Vlteriusque proficiscens contra castrum Heermalen, combussit illud. Tandem verbum pacis inter Ducem Albertum & ciuitatem Traiectensem in hunc modum ordinatum est, quatenus Traiectenses pro damno illato persoluerent Duci Alberto summam quatuor milium antiquorum scudatorum. Insuper de Dominio Vreesvyck definitum est, in casu contra Arnoldus Episcopus cum septem honestis personis vellet in iuramento solemni affirmare, illud pertinere S. Martino & Ecclesiæ Traiectensi, quod tunc de cetero Albertus Dux & sui sequentes se non intromitterent de iam dicto Dominio. Cum ergo Episcopus præsto staret cum prædictis septem personis, Dux inclytus absque iuramento præstito resignauit sibi Vreesvyck cum patentibus literis: & sic terminatum est inter eosdem omne hostile litigium.

De peste & chorizantibus, ac de inuentione corporis Seth filij Adæ.

CAP. XXVI.

ANNO etiam eodem miranda & inaudita calamitas Aquisgrani & Coloniæ ac in aliis ciuitatibus circa Rhenum orta est. Surrexerunt enim chorizantes quidam, homines promiscui sexus, viri scilicet & mulieres, sic à saltationibus suis nominati, qui more chorizantium saltabant, & tandem, quasi amentes, cadebant in terram.

Hi enim primo venerunt Aquisgrani ad dedicationem Ecclesiæ Dominæ nostræ, vbi saltabant ante altare, aliqui etiam vsque ad altaris altitudinem. Deinde super sedes residentes, & hos saltus & casus sic per longum tempus continuauerunt, ita, quod quidam crepentes defecerunt, quidam etiam circa ventrem mappis destricte, ne crepterent, cingebantur, venerunteque ad Traiectum superius & Leodium ac alias ciuitates, & capitibus suis denudatis ferta quædam ferebant & saltabant, sæpius seipsos animando, dicentes: *Frysch, Frysch.* Et nihil aliud addendo, ibant autem ad Ecclesias ante altaria & ante imagines beatæ Mariæ virginis, sic ibidem chorizantes, & multi ac multæ eosdem aspicientes associabantur eis, & eadem passione statim aggrauabantur.

Tandem à sapientibus compertum est, quod hi à dæmonibus erant obsessi aut arrepti, & multi ex eis per exorcistas cum iurationibus & orationibus ac Euangelio S. Ioannis circiter tria milia in diuersis locis, aliqui leuius, & aliqui difficilius fuerunt sanati, & sic postea illa plaga defecit. Quando autem dæmon ascendebat in ipsorum cruribus, tunc non poterant se à saltu continere. Dum vero in ventrem veniebat, dire torquebantur, & horribilem tunc aspectum habebant. Aliquando vnus aut vna illorum super scapulas alterius ascendit, & se in aere mirabilia videre dixit. *NB.*

Multi tales, vno mane ante festum omnium Sanctorum simul congregati, in consilio suo decreuerunt, quod in die omnium Sanctorum omnes pariter ad Ecclesiam sancti Lamberti in Leodio conuenirent, & tunc omnes presbyteros ibidem occiderent.

Sed Deus, omnia suauiter disponens, hoc impediuit. Vnus etiam dæmon illorũ adiuratus, vt diceret, cur talium pauperum & non diuitum aut presbyterorum corpora intrassent, respondit: Clerici & presbyteri dicunt quotidie tot sancta & pul-

& pulchra verba in quotidianis horis, nobis contraria & tædiosa, quod raro intramus eorum corpora. Sed forte post vnum mensem intrassemus corpora admittum, & per eos perdidissemus totum Clerum.

Eodem etiam anno, cum Iatromi Sarraceni & Christiani iussu Sibyllæ Reginæ Vngariæ de licentia Soldani Babyloniæ foderent in valle Iosaphat in monasterio ibidem constructo, vt adhuc aliam domũ fundarent, & ad stadium vnius hominis in terram fodissent, audierunt (vt ipsis apparuit) grunnitum porcorum. Tunc Sarraceni dixerunt: Nunc credimus quod diaboli murmurant de hoc, quod construere volumus ædificium Christianorum. Et Iatromi Christiani dixerunt: Non, non, sed terra sonoro modulo laudes Deo decantat in aduentu Saluatoris. Cum ergo perfodissent profundius, inuenerunt tumulum de lateribus compositum, & aperientes inuenerunt cadauer miræ magnitudinis integrum cum barba prolixa & capillis maximis in pellibus ouinis & integris sepultum: Deinde sub capite eius, pellis ouina, quæ erat integra, in longitudine triginta pedum, cum qua (vt creditur) Adam indutus fuit, & super caput eius inuenerunt tabulam, in qua literis concauatis ad modum sigilli Hebraice inscriptum fuit sic: *Ego Seth, tertiogenitus filius Aæ, credo in Iesum Christum filium Dei, & in Mariam virginem, matrem eius, de lumbis meis venturos.* Hic Dominus Ioannes de domo Villarij, Doctor sacræ Theologiæ, videns fieri oculis suis, transscripsit de terra sancta, anno prædicto Ioanni de Solentia, SACRÆ THEOLOGIÆ Doctori consocio suo.

De destructione castelli Puttensteyn per Arnoldum Episcopum.

CAP. XXVII.

An. 1375. ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, in festo sacrosanctorum Martyrum, Viti & Modesti, Arnoldus Traiectensis Episcopus cum omnibus opidis Transisselinis & armata manu obsedit castrum Puttensteyn, propeo, quod Herbernus de Putrensteyn, Campenses & ceteros homines de Transisselinis partibus spoliando, magnas iniurias irrogasset.

Erexit autem Episcopus vnam maximam machinam, cum qua valde conquassauit turres & mœnia eiusdem castri. Interea amici & affines dicti Herberni militis, in vnum conglobati, decreuerunt omni modo Episcopum ab obsidione castri propellere vel formidolosum cum eodem prælium inire. Quod cum Traiectenses per literas & nuncios eiusdem Antistitis cognouissent, miserunt statim in auxilium ducentos balistarios, & ducentos armatos alios. Quo comperto, & nemine ex parte Herbetni comparente, idem Herbernus, pluribus minatus, obtulit se cum castro gratiæ Pontificis in festo sancti Petri Apostoli ad vincula. Episcopus autem obtentum iam castrum funditus eradicauit, misso Herberno captiuo ad Campense oppidum. Pronunciauerat enim pro se & pro suis amicis firmiter seruare decretum Antistitis. Anno etiam eodem opidum Schoonhouiense cum claustro fratrum ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmeli combustum est, vt patet in hoc metro:

Schoonhouen oppidum cum eo Carmelitarum monasterium comburitur.

Schoonhouen insignis cum claustro deuoras ignis.

De expeditione Comitis de Ghenyp ante VVagheninghen, & de eius filiis.

CAP. XXVIII.

An. 1376. ANNO Domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, circa festum Maij, Reynaldus Comes de Ghenyp, filius Theodrici Domini de Brederoeden, congregans expeditionem, perrexit cum ea in Velua circa Wagheninghe, vbi captiuauit Henricum de Hoomoet militem, & Domicellum de Borelo cum nonnullis aliis nobilibus & scutariis audacibus. Porro anno sequenti, mortuo Theodrico prædicto Domino de Brederoeden, idem Comes primogenitus suus effectus est etiam Dominus de Brederoeden. Hic ergo Reynaldus, Comes de Ghenyp & Dominus de Brederoeden, genuit ex vxore sua, filia vnica Comitis de Ghenyp, Theodricum, Ioannem, VValrauium, & VVilhelmum Domicellum.

Theodricus filius Comitis de Ghenyp Carthusianus prope Dist.

Theodricus, contemnens mundum, factus monachus Carthusiensis in Dist, vbi &

vbi & deuotissime vixit vsque ad vitæ suæ terminum. Ioannes autem patri succedens, habuit in vxorem Ioannam filiam illustris VVilhelmi Domini de Abconda & VVyck Doreſtado fratris ſenioris Zvvederi Domini de Gaesbeeck, de qua non genuit. Is etiam intrauit monasterium Catthusiense prope Traiectum in anno Domini millesimo quadringẽtesimo secundo: sed in eodem non perseuerauit, vt in suo loco dicetur. Huic succeſſit frater suus, VValrauius, qui genuit ex Ioanna, vnica filia Henrici Domini de Vyanen, Reynaldum Dominum de Breedenroeden, Vyanen & Ameyda, Burchgrauium Traiectensem, Ghysbertum Archiuum & electum Traiectensem, ac VValrauiam Dominam de VVaerdenburch Ameroyen & Bruechusen. Porro quarto genitus VVilhelmus Domicellus non genuit de vxore sua.

De obitu VVilhelmi Ducis phrenetici, & Homagio Alberti Ducis fratris eiusdem.

CAP. XXIX.

ANno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo obiit VVilhelmus Dux in vinculis, qui dicebatur Dux ſiue Comes freneticus, in Hañonia apud Kaynout abſque liberis. Cuius exanime corpus apud vrbẽ Valecenorum deuectum eſt & ſumptuoſis exequiis inhumatum. Quo mortuo & ſepulto, Barones ſiue proceres Hanoniæ, Hollandiæ & Zeelandiæ ſuſceperunt Albertum Ducem in Bauaria, Comitemque Palatinum circa Rhenum ſæpedictum ſuperius, germanum præfati VVilhelmi freneticiDucis, in verum Principem terrę. Qui iam de nouo creatus viceſimus primus Comes Hollandiæ, Zeelandiæ & Dominus Friſiæ, nec non & Hannoniæ, fidelitatem cunctis ſuis incolis iurauit, & homagium de vaſallis ſuis accepit. De eius autem prima vxore & prolibus dictum eſt in Capitulo primo præſentis libri. Hic igitur Albertus, glorioſus Dux, diuini nominis cultum ampliare diſponens, donauit fratribus ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmeli in Haerlem vitrum grande & ſpecioſum magnificis expenſis in capite chori eccleſiæ eiuſdem monaſterii, de quibus etiam fratribus idem illuſtriſſimus Dux Albertus ſibi elegit vnum venerabilem patrem, ſcilicet fratrem VVilhelmum de Arema Comitis, ſacræ Theologiæ lectorem, in pœnitentiarium & confeſſorem, ad cuius etiam inſtantiam Dux metuendus pro remuneratione beatitudinis æternæ, monaſterium fratrum prædictorum largis dotando muneribus, obtulit beatæ Mariæ virgini Dei genitrici caſulam de auro puriſſimo & rubeo flueto ex integro contextam. Nihilominus & oſtium ferreum ante ſacriſtiam iam dicti monaſterii. Quinimo & vnum integrum graduale per totum annum tam de tempore, quam de Sanctis, eiſdem fratribus etiam tribuit. *Anno 1377.*

De expugnatione caſtri Loeuerſloet, & portento nato in ciuitate Traiectenſi.

CAP. XXX.

ANno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octauo, Arnoldus Epiſcopus Traiectenſis cum VVilhelmo Domino de Abconda, Zvvedero Domino de Gaesbeeck, eius fratre, & Ghysberto Domino de Vyanen, pleriſq; aliis militibus & armigeris, obſedit caſtrum Loeuerſloet, pro eo, quod Splinterus de Loeuerſloet miles ex ſuo caſtro prædicto Traiectenſibus multa incommoda intulerat. Ad cuius caſtri interitũ Arnoldus Epiſcopus diuerſ ingenia adaptauit. Tandẽ Splinterus reconciliat⁹ eſt Epiſcopo, tali cõditione, quatenus caſtrũ reſignaret prænominato preſuli, & ſtaret content⁹..... expreſſioni eccleſiæ Traiec. militiæ territorii Traiec. Eodem etiã anno accidit quoddam monſtrũ in ciuitate Traiectenſi, quia circa feſtum Translationis S. Martini natus eſt puer maſculus in ciuitate prædicta, qui perfectẽ loquebatur, nondũ ætatis quadraginta dierum, dicens vna vice: *Aperite ianuam, pater meus adeſt*, & alia plura. Nihil enim dixit relatione dignũ, & vicinis notum forte, quia parentes nolebant verba pueri publicare: ex his parentes mirabantur. Rogauerunt ergo quendam ſacerdotem deuotum, vt ſecrete veniret & puerum curaret. Qui miſſam celebrauit. Finita miſſa in ſaeris ornamentis permanſit deſuper toga coopertus, ne ſacra veſtimenta viderentur. Ad puerum ingreſſus, ipſum multis coniurationibus & orationibus adiuauit, qui nihil ei reſpondit. Tandem proprio motu puer verrebat caput ſuum, & inſpexit ſacerdotem viſu horribili, quo ipſum valde terruit. Sacerdos autem videns, ſe *Anno 1378.* *Puer 40. dier. rũ loquitur.*

nihil posse proficere coniurationibus nec orationibus, recessit ad propria. Hæc retulit multis ille idem presbyter. Vixit autem puer ille vsque ad tertium annum suæ ætatis, si superuixerit plures annos nescio. Illud monstrum fortassis fuit signum alicuius excidii subsequentis.

De translatione Arnoldi Pontificis ad sedem Leodiensem, & de Florentio Episcopo Traiectensi quinquagesimo.

Cap. XXXI.

ANno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octauo Ioannes de Arckel Præpositus postquam magnificus quatuordecim annis strenuissime rexisset Leodiensem Ecclesiam, quieuit in Domino prima die mensis Iunii qui in suam quondam Traiectensem dioecesim deuectus est, & in Ecclesia Cathedrali decenti honore tumulatus. Quo sepulto, Leodienses elegerunt Dominum Arnoldum Traiectensem Episcopum. Pro quo à Domino Papa Vrbano multis precibus impetrauerunt confirmationem, postquam Traiectensem Ecclesiam idem Arnoldus septem annis gubernasset. Quo amoto, idem Dominus Papa Florentium natum de Wenelichornen Episcopum Monasteriensem ordinauit Traiectensis Ecclesiæ Præsulem. Sed præfatus Arnoldus Episcopus, qui libenter etiam Episcopium in comendis tenuisset Traiectense, noluit resignare Traiectensem Episcopatum, nisi saltem redditus vnius anni ad vsus suos obtineret. Et sic, auxiliantibus sibi Wilhelmo Domino de Abconda, Ghysberto Domino de Vyanen, & aliquibus aliis militibus, Dominum Florentium, venerabilem Præsulem, qui pie & simpliciter suum reliquit Episcopium circiter ad annum violenter extra suam Dioecesim tenuit expulsum. Tandem anno sequenti, ipso die Willibrordi, Dominus Florentius, auxilium sibi ferentibus Dominis de Arkel & Iesselteyn, à fideli grege bonus Pastor in suam ciuitatem Traiectensem magno cum honore introducitur, & in Cathedrali sede cum magna solemnitate secundum antiquũ morem quinquagesimus Episcopus Traiectensis intronisatus est. Qui postea multis temporibus Ecclesiam Traiectensem sagaciter & strenue gubernauit.

Egregium Florentii Episcopi ad quosdam responsum plane dignum Episcopo.

Hic igitur Florentius, venerabilis Antistes, quando intrauit Traiectum, annorum multiplicitate extitit senex honestus, sanctarum scripturarum lectionibus bene imbutus, & in consiliis prudens. Fertur quoque de eodem venerabili Antistite, quod multum sancte & religiose vixit, & quotidie pro omnibus fidelibus sibi commissis & defunctis vigilias nouem lectionum legit. Et cum à suis interrogaretur, cur semetipsũ tantum legendo vexaret, respondit, Nunquid potest bonus pastor, qui multas accepit oues regendas, de suis ouibus non curare? Si autem mille de suis ouibus gerit solicitudinem, numquid iniustum vobis videtur, si ouibus meis auxilium impendam?

De morte tertii Eduvvardi Regis Angliæ, & de Richardo Rege, eius successore.

Cap. XXXII.

Anno 1379.

ANno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, obiit tertius Eduvvardus Rex Angliæ, postquam quinquaginta vno annis regnasset. Cuius vxor fuerat Philippa filia Wilhelmi Boni Comitis Hannoniæ & Hollandiæ. Huius primogenitus fuit Eduvvardus Princeps V Vallix qui in Galliæ partib. ante duos annos iam abierat, relinquens post se filium, Richardum nomine.

Prædictus ergo Eduvvardus Rex volens eundem Richardum post se declarare futurum Regem, conuocauit ad se omnes reliquos filios suos, id est, Ioannem de Gandauo Ducem Lancastriæ, Ethmundum Ducem Eboracensem, & Thomam Ducem Clandecestriæ fratres cum reliquis Ducibus, Comitibus & Regni Principibus, petens instantius ab eisdem, vt reciperent post suum obitum prædictum Richardum in Regem. Quod & omnes vna voce promiserunt. Richardus ergo succedens tertio Eduvvardo auo suo coronatur à præfatis Principibus. Accepit autem processu temporis in vxorem Isabellam, filiam Caroli de Gonhessi, Regis Franciæ, de qua genuit. Cuius autem distinctio ponitur inferius in loco suo, 1. Cap. Eodem etiam anno anno Iatrocinatus fuit in Kudelstaert frater Conradus ordinis prædicatorum ex opido Harlemensi,

De destru-

De destructione castrorum Eerden, Azolen & Laghe, & fundatione monasterii in Eemsteyn.

CAP. XXXIII.

ANNO Domini millesimo trecentesimo octuagesimo, Euerhardus de Esse construxit castrum munitissimum ex lapidibus & lignis in terra Transiselina, quod *Eerden* appellabatur, ex quo valde oppressit Transiselinos, & præcipue multos ex Sallandia. Insuper violenter sibi subegit partem nemoris, & villicationem aliquarum villarum territorii Traiectensis, paruipendens potentiam non solum Episcopi, sed & omnium aduentantium, propter fortitudinem & immobilitatem Eerden castri sui. Propter quod Episcopus collecto militum robore, perrexit versus Eerden cum Ioanne Domicello de Arkel, adolescente decem & octo annorum, Arnoldo Domino de Egmonda & Iselsteyn, ac ceteris approbatis armigeris terræ Transiselinæ, & obsedit potenter illud castrum, habens secum bombardos ingentissimos. Cum ergo Antistes prænominatum castrum per quinque hebdomadas cum machinis & prædictis bombardis impugnasset, adeo frequenter illud impegit terribilibus machinis, vt castrenses deditionem expectarent, ac ipsum castrum cum suis attinentiis Episcopo libere traderet. Episcopus autem, expugnatum castrum ignibus cremandum tradens, solotenus destruxit. Lignea autem machina arsit per vnum integrum mensem, antequam poterat consumi. Euerardus autem de Esse, qui non erat in castro suo, cum expugnabatur ab Episcopo Florentio, postea per amicabiles interlocutiones cum eodem Præsule pacificatus est. Eodem anno Florentius Episcopus bellica manu obsedit castrum, dictum Asolen, quod Castrenses sine oppugnatione reddiderunt Episcopo. Quo facto, confestim obsedit castrum Laghe, quod similiter Castrenses, potentia Præsulis victi, tradiderunt. Antistes autem prædicta castra terræ adæquauit per destructionem & combustionem. Eliminauit autem idem Episcopus terrore nominis sui omnes maleficos de terra Traiectensi. Anno etiam eodem fundatum est claustrum regularium Canonicorum in Eemsteyn. Eodem etiam anno, in die Translationis S. Benedicti, expulsi fuerunt de Traiecto Gunterlinghi numero nonaginta, exceptis paruulis & mulieribus. *Anno 1380.*

De Guerra Flandrensium contra eorum verum Comitem & Dominum.

CAP. XXXIV.

ANNO Domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo fuit magna discordia & Guerra inter Ludouicum de Malen, Comitem Flandriæ, & suos subditos. Nam Gandauenses rebellantes oppositerunt se eorum vero Comiti prædicto. Quare idem Ludouicus Comes iratus obsedit potenter Gandauum. Tandem in festo Inuentionis Crucis prædicti anni Gandenses triumpharunt committentes campestre prælium contra Ludouicum Comitem prædictum, occisis infinitis Gallicis & Flamingis ex parte Ludouici Comitis. Comes autem prædictus, equo cursatili fugiens ad opidum Rusularum, id est, Ryscl, vix salua vita euasit. Gandenses vero tunc potenter persequentes fugientem exercitum, obtinuerunt eodem tempore opida Burgense, Iprense, Sluisense & omnem Flandriam, demptis Delremonde, Bieruliet & Greueninghe. Durauit autem ista guerra per plures annos, in qua diuersi homines ex vtraque parte interempti sunt. Eodem anno, die vigesima prima mensis Maii, erat terræmotus magnus in partibus inferioris Almaniæ satis mirabilis, quia in multis ciuitatibus & villis domus quædam sibi inuicem contiguæ accidit, vt vna moueretur per terræ motum, altera non mota. *Anno 1381.* *Terræmotus magnus circa hæc tempora.*

De obitu Ludouici de Malen, Comitis Flandriæ, & obitu Vvenselai Ducis Brabantiæ.

CAP. XXXV.

ANNO Domini millesimo trecentesimo octuagesimo tertio obiit Ludouicus de Malen Comes Flandriæ per insidias Ludouici Ducis Aurelianensis iunioris filij Caroli Sapientis, Regis Franciæ. Quod taliter accidisse narratur: Nam tempore suo LVDOWICVS Dux prædictus duxit in vxorem vnicam filiam Comitis Bononiensis. *Anno 1383.*

Occasio mortis Ludouici de Oualo Comitis Flandriæ.

Quare Comes Flandrensis voluit, quod idem Dux sibi præstaret homagium, antequam reciperet aliquos redditus de prædicto Comitatu, eo, quod esset annexus Comitatui Flandriæ. Iratus Ludovvicus, Dux Arelianensis, præcepit Ludovvicum Comitem Flandriæ comprimi infra lectum & parietem tam stricte, quod obiit infra triduum anno prædicto, & sepultus est in opido Insularum, in Ecclesia sancti Petri, postquam triginta septem annis rexisset Flandriam. Hæc ergo mors inuidiæ & odii fomitem ministrauit Ioanni Duci Burgondiæ in futuro tempore. Quia & hic Comes Flandrensis prædictus fuit auus maternus eiusdem Ioannis Ducis, vt patebit in sequentib. Tunc Philippus Audax, Dux Burgondiæ, frater Caroli Sapientis, Regis Franciæ, maritus Margaretæ, vnicæ filiæ Ludovvici Comitis Flandrensis prædicti, & Comes Flandriæ, Artheſiæ, Burgondiæ, de Nyuors & Rethers, Dominus de Salinis, Palatinus, Dominus de Malinis, Marckgrauiusque sacri Imperii, id est, de Antvverpia. Iste fuit vir magnæ prudentiæ & sapientiæ, consilique, quia tota Francia sua sapientia & industria nobiliter regebatur. Generationem quoque eius narraui supra Cap. XVIII. in præsenti libro.

Anno etiam eodem, in festo Conceptionis Mariæ virginis, obiit in Luxenburgo Wenzelaus Dux Luxenburgensis, maritus Ioannæ Ducissæ Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, & sepultus est extra ciuitatem Luxenburgensem, in monasterio dicto Oeriuauels, ordinis sancti Benedicti. Iste VVenzelaus Dux non fuit natus, sed cæsus ex vtero matris suæ, licet sanabatur, & genuerit postea mater eius, Ioanna autem, Ducissa Brabantiæ, vxor prædicta, adhuc per plures annos superuixit, non habens de eo liberos.

Hæc autem Ioanna Ducissa fuit matertera Margarethæ vxoris Philippi Audacis, Ducis Burgondiæ prænominati. Quare & post obitum eius suæ prouinciæ deuoluebantur hæreditario iure ad filios eiusdem Philippi Audacis, Ducis præfati.

De militia Ducis VVilhelmi Comitis de Oesteruant, filii Ducis Alberti.

CAP. XXXVI.

Anno 1385. Dominus Philippus Flandriæ obtinet.

ANNO Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo quinto cum Flandrenſes ad plenum adhuc non obedierant Philippo Duci Audaci Burgondiæ eorum vero Comiti, idem Dux Regem Franciæ, fratrem suum, in eius adiutorium acquisiuit. Qui postquam Gandenſes in bello superasset, obsedit cum magna potentia opidum Dam, in cuius etiam adiutorium ante dictum opidum iam aduenerat cum militari robore Dux VVilhelmus, Comes de Oesteruant, adoleſcens viginti annorum, filius Alberti Ducis Palarini, Comitis Hannoniæ & Hollandiæ. Rex autem Franciæ cum Principibus prædictis tandem bellica manu opidum illud obtinuit in anno præsertipto.

In isto ergo bello Philippus Audax, Dux Burgondiæ, Comesque Flandriæ, ordinauit iussu Regis Franciæ in militem, præfatum Ducem Wilhelmum, Comitem de Oesteruant. Vnde & paucis diebus transactis idem Wilhelmus Dux congregauit ex prouinciis patris sui, Alberti Ducis, milites & nobiles insignes, promptos ad certamina, & direxit aciem contra infideles paganos, venienſque Prutiam, mansit ibidem magnificis expensis per totam instantem hyemem. Aduenientе vero æstate, Christianorum expeditio contra infideles non est adunata. Cumque sic illa reysa Diaboli instinctu esset annihilata, Dux Wilhelmus, Comes de Oesteruant, regressus est ad propria.

De secunda vxore Alberti Ducis.

CAP. XXXVII.

Anno 1386.

ANNO Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto quartadecima die ante Carniſpriuium, obiit Illustrissima Margareta, filia Ducis de Bryga, vxor beatissima Alberti Ducis Palatini, Comitis Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, & Domini Frisiæ. Sepeliuit autem eam Albertus Dux, eius maritus, competentibus honoribus in capella curiæ Hagenſis, & in tumba valde sumptuosa ante borealem partem summi altaris. Qua defuncta, habuit idem Dux per quinque annos quandam concubinam, domicellam Aleydim de Poelgeest, nuncupatam, occisam, sicut postea dicetur.

Post

Post eius occisionem Dux præfatus accepit in vxorem Margaretam iuuenculam filiam Adulphi Comitis Cliuensis, de qua non genuit. Hæc autem processu temporis fundauit monasterium Prædicatorum in Hagha Comitis, vbi & sepulta est in boreali parte summi altaris, in tumba mirifice elaborata.

De obsidione opidi & castri Montfoerdt.

CAP. XXXVIII.

ANno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo, altera die post festum S. Georgii Martyris cum garritus volatilium annunciasset diluculum, Florentius Traiectensis Episcopus, cum copiosa turba plebis ac militiæ, obsidione cinxit per circuitum opidum & castrum Montfoerdt, pro eo, quod Henricus Burchgrauius de Montfoerdt sibi vsurpasset suprema imperia, ac Dominia in Montfoerdt, in præiudicium Pontificis, quia talia pertinebant ad Episcopum Traiectensem. Insuper pro eo, quod decimas ecclesiarum & prædia burgensium violenter sibi ipsi iniuste confiscasset. Episcopus autem cum vna maxima magena & bombardis plurimis illud opidum hostiliter infestauit ad quassandum turres & mœnia. Econtra vero opidani, omnibus necessariis abundantibus præmuniti, cum eorum Burchgrauio ex opido decertantes sagittis, saxis & fundibulis, ad sedecim septimanas seipsos satis egregie defensarunt. Sed ecce Arnoldus Episcopus Leodiensis, quondam Antistes Traiectensis, auunculus vxoris Henrici Burchgrauii, ibidem inopinate superueniens, per amicabiles interlocutiones rediuiuam pacem inter Episcopum & Burchgrauium reformauit in hunc modum, vt idem Burchgrauius sibi de cetero non præsumeret vsurpare Episcopalia iura. Quod & idem Burchgrauius literis & iuramento promisit, & sic ad amicitiam Episcopi iterum receptus est.

Anno 1387.

Occasio obsidionis opidi Montfoerdt.

De Guerra Arkelensium & Vyanensium.

CAP. XXXIX.

ANno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octauo incœpit guerra & bellum inter Ioannem Domicellũ de Arkel, filii Ottonis Domini de Arkel, Pirlepont, & reliquarum Machliniæ, ex vna parte, & Henricum dominum de Vyanen, & hęredem dominii de Ameyda, ex altera. Nam armati cum rapinis & incendiis molestabant inuicem, captiuantes & occidentes suos aduersarios ex vtraque parte. Otto vero præfatus, dominus de Arkel, conduxit tandem stipendiarios robustos, & castrum Ameyda terribiliter obsedit, ac villam fauillatenus combussit. Castrenses autem se viriliter defendentes protraxerunt obsidionem per plures dies. Tunc venit Dux Wilhelmus, Comes de Oesteruant, filii Alberti ducis, ad locum præfatum, & ordinauit treugas tali conditione, quatenus dominus de Ameyda resignaret illud castrum domino de Arkel cum omnibus suis iuribus & pertinentiis: saluo tamen, quod dominus de Arkel mutuaret domino de Ameyda summam sedecim milium florenorum Renensium, & post biennium cum sibi redderet eandem summam, tunc libere dominus de Ameyda reciperet castrum suum cum omni dominio suo. Quod & ita factum est. Sed cum treugæ expirassent, opidani de Gorichem intrauerunt cum multis armigeris terram Vyanensem, vastando hostiliter cuncta, quæ supererant. Quibus occurrit Henricus dominus de Vyanen cum fere tota sua potentia in Lakeruelt cum buccinis frementibus. Et ecce opidani de Gorichem pro magna parte sunt occisi & cum dedecore profugati. In quo bello tot de Gorichem capti permanserunt, quod dominus de Vyanen, hæres Domini de Ameyda, libere redemit inuadiatum castrum de Ameyda de exactionibus captiuatorum. Deinde per amicabiles interlocutiones pacificatum est bellum præfatum.

Anno 1388.

Castrum Ameyda obsidetur.

De obitu Karoli Sapientis, Regis Franciæ, & eius successore.

CAP. XL.

ANno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octauo, orta guerra inter Carolum Sapientem, Regem Franciæ, & VVilhelmum Ducem Iuliacensem, & Gheltrensem, idem Rex intrauit terram Iuliacensem cum magno comitatu nobilium & armatorum. Sed ecce, Deo disponente, statim affuerunt pacificatores, quapropter vnicordia composita, Rex rediit Franciam, quo post annum, id est, Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, obiit, cui successit Carolus de Goness, filius eius.

Anno 1389. moritur Carolus Sapiens rex Francia.

Huius Caroli de Goneſſ frater fuit Ludovvicus Dux Aurelianenſis, occiſus poſtmodum à Ioanne Duce Burgondiæ: & eorum patrui erant Ludovvicus Dux de Angouvven, Ioannes Dux Byturicenſis, amator pretioſorum lapidum, & Philippus Audax, Dux Burgondiæ, Comeſque Flandriæ, &c. Habuit ante Carolus de Goneſſ, Rex Franciæ, in vxorem Iſabellam filiam Ducis Bauariæ, ex qua genuit Carolum Delphinum, Carolum Comitem de Poictiers, Delphinum Ioannem Ducem Turonenſem, Delphinum maritum ducisſæ Iacobe, Ludovvicum ducem Aquitaniæ, Delphinum, Carolum Pium, Delphinum occiſorem Ioannis ducis Burgondiæ ſibi ſuccedentem in Regno, Iſabellam vxorem Richardi Regis Angliæ, Ioannam duciſſam Britanniæ, Michalem duciſſam Burgondiæ, Mariam religioſam virginem, & Cathatinam vxorem Regis Angliæ Henrici. Anno etiam eodem in nocte exaltationis S. Crucis per incendium proprium conflagratum fuit totum opidum Gorichem, & anno ſequenti Ioannes Domicellus de Arkel conſtituitur auctoritate Alberti ducis Rector ſiue vice Comes Hollandiæ, Zeelandiæ & Friſiæ.

Circa hæc tempora caſuali incendio conſumitur oppidum Gorichem ſiue Gorcemium.

De Duce Ioanne electo Leodienſi.

Cap. XLI.

ANno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo nono. Die octaua menſis Martii circa mediam noctem obiit Dominus de Horen, Epiſcopus Leodienſis, in palatio ſuo Leodii, & translatum fuit corpus eius in Horen, ac in ſepulchro parentum ſuorum tumulatum. Eo autem mortuo, Eccleſia Leodienſis elegit Theodoricum de Marcha. Et cum ille nolle acceptare hanc electionem, anno ſequenti de voluntate Vrbani Papæ dux Ioannes de Bauaria, de Eccleſia Cameracenſi, ſuſceptus ab Eccleſia Leodienſi in Epiſcopium, tunc iuuenis ſedecim annorum in perſonam ſui procuratoris. Huius Ioannis ducis pater fuit Albertus de Bauaria, Palatinus Comes Hannoniæ, Zeelandiæ, & Dominus Friſiæ. Eodem ergo anno ſcilicet milleſimo trecenteſimo nonageſimo, decima die menſis Iulii, intrauit idem dux Ioannes Electus ciuitatem Leodienſem cum Alberto patre ſuo prædicto & duce Wilhelmo, Comite de Oeſteruant, fratre ſuo, & pleriſque aliis Principibus & nobilibus cum mille equitibus: & receptus fuit per Capitulum & populum, vt moris eſt, ſatis reuerenter.

Anno 1390.

De interfectione Domicellæ Aleydis de Poelgheeſt.

Cap. XLII.

ANno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo in nocte S. Mauritii Martyris interfecta eſt in Hagha Comitis Aleydis de Poelgheeſt, concubina Alberti Ducis, quæ fuit filia Ioannis de Poelgheeſt, ſcutiferi. Cumque V Vilhelmus Friſiæ magiſter curiæ eiuſdem ducis vellet eam defendere, occiditur & ipſe etiam ab eiuſdem graſſatoribus. Actores vero & complices huius peſſimi operis cito terga dantes fugam inierunt. De iſtis (pro dolor) homicidiis quotidianus tumultus denuo in Hollandia exortus eſt, ſic vt patebit infra in ſuis locis. Eodem anno in die S. Petronellæ locatus eſt primus lapis fundamentalis de domo Carthuſienſi in boreali parte ciuitatis Traiectenſis per Vvedervm Dominum de Gaesbeeck, Putta & Strenen. Quod clauſtrum competentib. redditibus priuilegiauit, dotauit & ſuperædificauit conſilio Domini Thelmanni Grauvvert, primi Prioris eiuſdem monaſterii.

Anno 1390.

Domus Carthuſianorum inchoatur & Anno Vltrajecti.

De degradatione fratris Iacobi de Iuliaco, falſi Epiſcopi.

Cap. XLIII.

ANno etiam eodem erat in ciuitate Traiectenſi quidam ſacerdos de ordine fratrum minorum, qui dicebatur eſſe Epiſcopus Lauarenſis per quaſdam literas cõfictas Apoſtolicas, quas falſauit, cuius nomen erat frater Iacobus de Iuliaco oriundus. Hic poſtquam per decem annos in Treuerenſi, Maguntinenſi & Argentinenſi Dioceſibus ordines minores & maiores, ceteraque Epiſcopalia officia celebrare & exercere præſumpſiſſet, venit Traiectum, & à Domino Florentio Epiſcopo Traiectenſi acceptatur pro ſuffraganeo Traiectenſi. Qui cum etiam aliquantis annis officia Epiſcopalia compleſſet, in eadem Dioceſi cõſecrando eccleſias, altaria, calices, veſtes ſacras, etiam conferens ordines minores, & maiores: tandem compertum eſt, Deo diſponente, ipſum eſſe falſum Epiſcopum.

Quapro-

Quapropter quidam sacerdotum & electorum ab eodem ordinatorum, dimittentes statum spiritualem, acceperunt vxores, & permanserunt in statu sæculari. Ceteri vero, quibus status clericalis non displicuerat, ab aliis veris Episcopis reordinati sunt. Florentius autem Traiectensis Episcopus posuit nequam prædictum in vinculis, & congregauit ad se sex Pontifices, quorum nomina infra ponuntur. Quibus congregatis in festo Sancti Iheronis anni prædicti antenominatus Iacobus in ciuitate Traiectensi super quoddam solarium, in medio plateæ Node de lignis erectum, verbaliter & actualiter per modum infrascriptum degradatus est. Igitur Domino Florentio Episcopo Traiectensi cum aliis sex Episcopis subscriptis, & singulis eorum indutis Pontificalibus, accedentibus in solario prædicto, Iacobus falsus Episcopus prædictus educitur de carcere, & statuitur coram Pontificibus prænominatis in præsentia totius Cleri & populi. Tunc Magister Arnoldus Pott, vice & mandato eorum, in sæpe dictum fratrem Iacobum talem sententiam promulgauit: In nomine DOMINI, Amen.

Ritus degradationis Episcopi.

Florentius de Wenelichouen, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopus Traiectensis, nec non & eadem gratia frater Anoldus Episcopus Capytoliadensis, VVenemarus Episcopus Symbaliensis, Hubertus Episcopus Ippusensis, Bartholdus Episcopus Lindinensis, Andreas Episcopus Imiscomensis, & Iacobus Episcopus Sareptensis, coniudices in negocio infrascripto. Præsidente rationis imperio in animo iudicantis sedet in examine veritatis pro tribunali iustitia & quasi Rex in solio consilii iudicii rectitudo de cuius ore procedit gladius bisacutus, cuius etiam aspectu terribili propriæ voluntatis dissipatur arbitrium, reproborumque noxius appetitus absque personarum delectu sub iuris regula limitatur. Hæc enim fuit æterni iudicis prouidentia, de cuius vultu recta iudicia prodeunt, vt iudices constituerentur in orbe, qui iustitiam diligant, filios hominum iudicent, & promodo culpæ feriant delinquentes.

Sane cunctis inauditam sæculis sceleris immanitatem tui, qui caput es scandali, & petra offensionis, non sine grandi cordis mœstitia attendentes & tuam nefandissimam temeritatis audaciam, quæ nimirum cœlum perturbat, & terram tremere facit, crebrius suspiriosis angustiis recensentes, cogimur, vt contra te ad debitæ, quo meruisti, animam diuersionis vindictam exigente iustitia, procedamus. Christi igitur nomine inuocato, pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, conuocato à nobis virorum prudentium & iuris peritorum consilio plurimorum, quia nobis per tuam confessionem & aliorum euidenter & intime constat, quod tu literas Apostolicas falsasti, ac titulum Pontificalis apicis temerarie & fallaciter vsurpare, & tibi ascribere, & quam plurimis hominibus ordines minores & maiores conferre, Chrisma conficere, Ecclesias, capellas ac altaria consecrare & reconciliare, in frontibus confirmare, ceteraque Pontificalis dignitatis ministerio incumbentia exercere sub falso & à te confecto Episcopali titulo in Treuerensi, Maguntinensi, Argentinensi, & Traiectensi Diocesibus, aliisque locis per decem annorum curricula, & vltra, quamquam Episcopus non esses nec sis, de facto in tuæ & multorum graue periculum animarum totius Catholicæ & vniuersalis Ecclesiæ iniuriam & contemptum frontose & damnabiliter præsumpsisti, licet per diutina satis tempora nos Florentius Episcopus Traiectensis ante dictus spacium pœnitendi in carceris nostri custodia reseruato concesserimus, dum piæ clementiæ motu duximus indulgendum, quatenus iram altissimi, quem tam grauiter tuis nefandis reatibus offendisti, placare studeres, ipsius misericordiam crebrius deuotis, lachrymosisque precibus assequi posses. Tu tamen nescius ad cor reuerti & pœnitente dignos fructus agere, quamuis diutius expectatos, indurato corde & obstinato animo tempora pœnitudinis tibi per nos misericorditer, vt ante fatur, indulta, quod dolenter inferimus vsque in tempus præsens, in tuæ salutis dispendium paruipendere nullatenus horruisti. Idicirco nos Florentius, aliique coepiscopi superius nominati, propterea & ad actum huiusmodi conuocati, secundum ea, quæ vidimus, cognouimus & cognoscimus atque scimus te Iacobum de Iuliaco ad præsentem actum legitime citatum prius ab omnibus actibus, ordinibusque Ecclesiasticis & officio sacerdotali tamquam literarum Apostolicarum falsarium, sacramentorum Ecclesiasticorum abusorem & hostem, animarum fidelium vastatorem, & sacrorum canonum transgressorem perpetuo degradamus, deponimus ac priuamus.

Teque actualiter degradandum, & demum degradatum curiæ seculari relinquendum & legitime citra mortis periculum puniendum fore, in his scriptis sententialiter

taliter condemnamus. Post prædictam sententiam in eum præsentem latam seorsum ducebatur, & induebatur Vestimentis sacerdotalib. & ferendo calicem cum vino, & patenam cum hostia in manibus suis, ac si debuisset missam celebrare, degradandus coram Florentio Episcopo Traiectensi, ducebatur. Qui, detrahendo sibi insignia sacerdotalia, videlicet Calicem cum patena, ac casulam & stolam, his verbis vtebatur. In remotione patenæ auferimus tibi vestimentum & insignia sacerdotalia: Teque honore sacerdotali priuamus. Quo facto, Episcopus incontinenti in signum delectionis vnctionis sacerdotalis cum vitro emunxit leuiter citra sanguinis effusionem circa manuum, quæ fuerunt inuncta, ducens tractionem cum illo vitro à pollice dextro vsq; ad indicem dextrum, deinde à pollice sinistro per indicem sinistrum, vt moris est, cum Episcopus aliquem sacerdotem inungit. De hac ratione seu tonsione manuum. *Non spe. in 3. parte. tit. de actio. §. 1. loco vbi degradandum.* Talis tamen ratio *in Decretali de pœnis lib 6.* non præcipitur, nec etiam prohibetur, *vt no. vbi Io. in. super verbo radatur notula.* Quo completo, iterato secessit seorsum & induebatur habitu diaconali, scilicet dalmatica, & subtus stola pendente super humerum eius sinistrum, vt moris est vestiri diaconum. Et sic ferendo codicem Euangeliorum in manibus suis repræsentabatur Episcopo Traiectensi, qui, hæc sibi detrahendo, dixit, vt prius in remotione patenæ: Auferimus tibi vestimentum & insignia diaconalia, teque honore diaconali priuamus. Post hæc abiit iterato seorsum & induebatur tunica subdiaconali & manipulo in sinistro brachio eius opposito, & ferendo in manibus suis codicem Epistolarum, ducebatur coram Episcopo, & etiam addebatur calix vacuus cum patena in manu, quia illum in collatione ordinis subdiaconalis de manu ordinatoris accepit. Et Episcopus sibi hæc detrahendo prompsit hæc verba in remotione patinæ: Auferimus tibi vestimentum & insignia subdiaconalia, teque honore subdiaconali priuamus. Priuatus supradictis insignibus secessit seorsum singulum deponendo & albam exuendo. Et indutus superpelliceo clericali, ferendo in manib. suis candelabrum cum cereo extincto & ampullam, coram Episcopo fuit præsentatus. Et Episcopus abstulit ei candelabrum cum cereo, & ampullam, & exuit immediate eum superpelliceum, quo induit eum ordinator in collatione primæ tonsuræ, & pronunciauit hæc verba: Auctoritate dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ac nostra tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus & exulmus te omni ordine & priuilegio clericali.

Deinde Episcopus cum forcipe incœpit tondere parum per capillos capitis sui & postea Barbitonsor illud cum nouacula perfecit: ita, quod in eo nullum remansit vestigium tonsuræ vel clericatus. Postremo his peractis induebatur habitu laicali discolorato, & relinquebatur Iudici sæculari, vt in suum forum eum reciperet, cum protestatione, quod pœnam sanguinis ei non infligeret, quia hoc Episcopo petere non licet, *vti extra. necle. vel. mo. c. sententiam. Vt de. ce. me. fol. ce ad audientiam.* Ideo supplicarunt Dominus Florentius; Episcopus Traiectensis, & alii sex Episcopi prædicti cum aliis prælatis ibidem præsentibus Schulteto, quatenus circa mortis periculum dignaretur circa sententiam moderare; iuxta decretum *Nouimus, de verborum sig.*

Qui iudicans, ipsum esse reum mortis, condemnauit mediante sententia Seabinorum & Consulum, bulliendum fore in feruenti aqua. Cum ergo miserabiliter in cacabo feruentis aquæ sederet, deplorando calamitatem suam, petebat aliquam gratiam sibi impendi. Vnde misericordia super eum moti, extractum de cacabo decollauerunt eum ipso die gloriosi leronis Anno millesimo trecentesimo nonagesimo primo. Florentius autem Episcopus dedit licentiam sepeliendi ipsum in cemiterio. Et sic sepultus est in cemiterio Ecclesiæ S. Iacobi Apostoli in Traiecto.

De nobilibus eiusdem temporis.

CAP: XLIV.

CIRCA hæc tempora viguerunt inter nobiles Hollandiæ, exceptis filiis Alberti ducis, Gvvido Comes Blesensis, Dominus de Gouda & Schoenhouia, Rynaldus Comes de Ghenyp, Dominus de Brederoeden, Ioannes Walranus & Wilhelmus, filii eiusdem Reynaldi, Otto Dominus de Arkel, & Ioannes, rector seu Vicecomes Hollandiæ, filius eius, Zvvederus Dominus de Gaesbeecke, Putta & Streuen, frater wilhelmi domini de Apkonda & Wyck Doreſtado, Theodricus de Polanen Dominus de Asperen, IOANNES Dominus de Lecka & Polanen, PHILIPPVS de Polanen,

Polanen, Gerardus de Polanen, Theodricus Burchgrauius Leydensis & Dominus de Wassenaer & Philippus filius eius pro nunc Burchgrauius Leydensis & Dominus de wassenaer, Arnoldus Dominus de Egmõda & Iselsteyn. wolfardus Dominus de Vere, Henricus Dominus de Vyanen, Dominus de Seuenberghe, Nicolaus de Borsalia, Florentius Dominus de Borsalia Zulen & de Aggere S. Martini, qui fuit pater Franconis Comitis de Oesteruant, Cosmus de Haemstede & Raso de Haemstede in Zeelandia, Ioannes Dominus de Cruninghen & de Renes, Henricus Dominus de Ameyda, Daniel de Merwveda, V Vilhelmus Dominus de Naeldvvick Marschalcus Hollandiæ & filius eius Henricus post eum, Theodricus vander Leck, Ioannes de Hodenpyl, Arnoldus de Leyenburch. Gerardus Boel de Heemskercke, Albertus de V Vateringhen, Iacobus de V Vou & filius eius Theodricus de Poelgeest pater Gerardi militis & Iacobi Abbatis Egmondensis, Gerardus de Poelgeest frater Domicellæ Aleydis de Poelgeest concubinæ ducis Alberti, Ioannes Dominus de Heemste prope Haerlem, Gerardus de Vliet & Ioannes filius eius, Philippus de Dorp, Bartholomeus de Raphorst, Ioannes de Langerack qui habuit in vxorem vnicam filiam domini de Voerst & Aspren, Ghysbertus de Langheraeck, Florentius de Alcmade, Ioannes de Cronenburch, Gherardus de Liesuelt, Gerardus vanden Woert, V Vilhelmus de Ghereuliet, Daniel de Mateness, Fredericus de Senuiter, Theodoricus de Bees. Omnes isti milites excepto V Vilhelmo domicello de Brederoeden. Ioannes de Egmonda Dominus de Suetermees, Nicolaus de V Vaterlant, Symon vander Burch, Ioannes de Zyb, Conradus Kuser & V Vilhelmus Kuser filius eius quondam Magister curiæ Alberti ducis. Albertus de Merensteyn, Florentius de Adrichem, Theodricus de Zvvieten, Florentius Tholl, Symon de Zanen: omnes Schutiferi, exceptis aliis quam plurimis.

De obitu Domini Florentii Episcopi Traiectensis.

Cap. XLV.

Anno Domini 1393. quarta die mensis Aprilis, quæ tunc fuit venerabilis dies Parasceues, requieuit in domino Florentius Episcopus Traiectensis circa horam nonam de mane dum officium diuinum celebraretur. Obiit autem in opido Hardenberch in partibus Transiselinis post quam Traiectensem Episcopatum rexisset tredecim annis & quinque mensibus, quem in introitu suo pauperrimum reperit, sed supera bundantem in multis diuitiis posteris suis reliquit. Qui dum adhuc in lecto extremæ ægritudinis decumberet, accedentes ad eum amici & sanguinei sui petentes ab eo ditari & prouideri in temporalibus bonis, quibus pius pater respondit dicens, Filioli & amici mei charissimi, hoc, quod in seruitio promeruistis vltra condignũ gratanter persolui. Vnde quod salua conscientia mea vobis tribuere cogitaui, id largitus sum. Igitur conuocatis quibusdam ministerialibus ostendit eis gazas cum quibus debita sua persoluere deberent, addiditque quod ea bona, quæ supersunt sibi à beato Martino deoluta essent, & propterea beato Martino & suo successori illa relinquere decreuit. Quibus dictis abire fecit amicos, consanguineos & ministros præcipiens Castellano ne eos redire permitteret ad eum ne vim rogando sibi facerent nolens Episcopatum gratuare propter suos propinquos. Post hæc misit ad Henricum Zueren Castellanum in Vollenhoeff & Euerhardum de Esse Castellanum in Horst & ad alios Castellanos & ministeriales suos vt diligenter custodirent castra Dioceseos ad vtilitatem & vsum futuri Pontificis.

Anno 1393. moritur Florentius Episcopus Vltraiectensis.

Porro is venerandus Antistes multa bona gessit in territorio Traiectensi, nam in Hardenberch ædificauit castrum lapideum cum vna magna turri atque cum regali dormitorio. Insuper & stabulum ducentorum equorum in eodem. Renouauit etiam omnia castra Transiselena & Cisiselena videlicet Vollenhoeff, Horst, Stoutenburch, Vredelant & Dembrugghe, quæ ruinam minabantur ex eo quod in multis præteritis annis non fuerat cura eis adhibita. Defuncto ergo venerabili Pontifice prædicto corpus eius translatum fuit ab opido Herdenberch ad ciuitatem Traiectensem ibique sepultus requiescit ante summum altare in Ecclesia Cathedrali cum magno eiulatu & fletu suorum amicorum. Eodem anno incœperunt monasteria Carthusiensium prope Aemstelredam & regularium prope opidum Horem in V Vestfrisia.

Carthusiani circa Amstelredamum incipiunt Anno 1393.

De Frederico de Blanckenhem Episcopo Traiectensi quinquagesimo primo.

Cap. XLVI.

SEPVLTO Domino Florentio Antistite præfato conuenerunt post hoc decima octaua die ad Traiectum magnifici & illustrissimi Duces Albertus Dux Palatinus Comes Hollandiæ, Hannoniæ, Zeelandiæ & Dominus Frisiæ, V Vilhelmus Dux Iuliæ, Ghelriæ Comesque Zutphaniæ, cuius vxor fuit Catharina filia eiusdem Ducis Alberti. Electoribus ergo vt moris est in simul congregatis Albertus Dux supplicauit pro Rogero de Bronchorst Thesaurario Colonienſi: & V Vilhelmus Dux petuit vt eligerent neporem suum Fredericum de Blanckenhem Episcopum Argentinenſem. Capitulates vero auditis postulationibus præfatorum Principum supplicauerunt antedictis Principibus quatenus in vnum concordarent eligendum & ipsi gratanter annuerent precibus eorum, Magnates vero prædicti hoc facere recusabant, quia vnusquisque petijt habere postulatum, vnde magna discordia in electione confugit: nam maior pars Capitularium numero quinquaginta quinque elegit instanter ad instantiam V Vilhelmi Ducis Fredericum de Blanckenhem prædictum. Minor vero pars numero viginti septem elegit ad petitionem Ducis Alberti Rogerum de Bronchorst prænominatum. Statimque vt retque electus misit suos solemnes nuncios ad curiam Romanam pro confirmatione sua. Demum Fredericus de Blanckenhem per maiores voces electus à Bonifacio Papa nono confirmationem obtinuit. Hic ergo Fredericus ingeniosus & literatus Præsul venit cum pulchra comitatiua Batonum & militum in Traiecto, vbi more solito Cathedratus est quinquagesimus primus Episcopus. Is Episcopalia cassa plena cunctis necessariis adinuenit reperta, quæ pronidentia prædecessoris sui cõtra circummanentes hostes sagacissime præmuniuit, qui statim totam terram pacifice sine belli tumultu multis temporibus glorioſe rexit. Omnes namque burgenſes cœperunt ab eo iura ciuilia & à simili ministeriales bona sua feodalia. Hic denique Præsul magnificus fuit prudens & audax, in causis iudicialibus multum discretus pecuniamque ignorans & in cunctis Reipublicæ negociis valde cautus & strenuus.

Diuersa suffragia pronoEpiscopo, hinc discordia.

Confirmatur tandem à Bonifacio Papa Frederic⁹ de Blanckenh. 51. Vltraiectis Episcopus.

De discordia inter Ducem Albertum & V Vilhelmum Comitem de Oesternant filium suum.

Cap. XLVII.

INTEREA cum prædicta agerentur apud Traiectum, ecce magna discordia in terra Hollandenſi est orta. Nam Conradus Kuser cum amicis suis petijt instanter iustitiã & iudicium a Duce Alberto aduersus interfectores V Vilhelmi Kuser filij sui, asserens eum dolose interfectum nocturno tempore in ministerio & curia eiusdem Ducis cum Aleyde Domicella de Poelgheest. In quorum nece & homicidio accusauit tanquam factores & consiliatores Philippum Burchgrauium Leydenſem, Theodricũ Dominũ de Asperen cum filio suo, duos iuniores fratres vanden Lecke, Henricum Burchgrauium de Montfoerdt, Ioannem Dominum de Heemsteden V Vlsanen de Vlier, Philippum de Polanen & Dominum de Duuenuoerd ac alios potentes ac nobiles numerõ quinquaginta quatuor. Quaproptet magnificus Dux Albertus in palatio pro tribunali sedens dictante sententia procerum assistentum iudicauit prædictos esse reos, pro eo quod non comparuerunt citati & ex consequenti promulgauit eos demeruisse vitam cum bonis temporalibus. Quare & proscripsit à terra Hollandenſi, V Vilhelmus autem Dux Comesque Palatinus de Oesteruant senior filius eiusdem Ducis Alberti diligens prædictos nobiles instituit apud patrem suum Ducem vt eos excusaret, sed nequiuit pro eo quod suus genitor non voluit relationem eius super hac re quouis modo audire. Quare idem V Vilhelmus magnam arripiens iracundiam recessit à patris sui facie itato modo. Qui cum etiam insidias patris aduersus eum percepisset, fugit ex Hagha & recepit se cum prædictis nobilibus in castro Heutena in Zuythollandenſi terra. Illud autem castrum idem magnificus Dux Albertus pridem acceperat à Domino de Hooren propter certas causas & contulerat V Vilhelmo filio suo præfato.

Porro qui apud Albertum ducem permanserunt, seminauerunt inuidiæ Zelum inter patrem & filium, de quibus principalis fuit Ioannes domicellus de Arkel Comiti Hollandiæ filius Ottonis Domini de Arkel.

De obsidione Hontena & euersionibus quorundam castrorum.

Cap. XLVIII.

TVNC Albertus Dux volens filium suum Ducem VVilhelmum cum ceteris nobilibus proscriptis propellere à suis Principatibus, congregauit extemplo phalangas plebis & militiæ ab Hollandia, Zelandia & Frisia. Quibus congregatis milit Conradum Kuser cum roborata manu aduersus castra Procerum proscriptorum, vt destrueret ea. Qui tali potestate fretus destruxit castra Hodenpyl, Dunenuoerd, Santhorst, Heemstede, warmode & Podikenpoel, vbi nunc est monasterium sanctimonialium ordinis regularium prope Leyden. Albertus autem Dux cum exercitu copioso ascendit nauigio per Metvvepen ad opidum Gorichem, quod intrauit altera die Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli anni 1393. quem reuerenter satis tunc recepit Otto Dominus de Arkell. Altera vero die cum emicantibus radiis autoræ iubar accresceret, Dux Albertus secessit versus VVondrichem & ab inde processit contra castrum Holthena, quod & obsedit strictissima obsidione. VVilhelmus autem Dux & Comes de Oesteruant in patris sui aduentum commiserat prædictum castrum fidelibus amicis suis defendendum cum omnibus instrumentis bellicis & ceteris necessariis requisitis & ipse se receperat in Buscumducis. Cum ergo castrenses disposuissent se ad resistendum Domino Alberto, Idem Dux castrametatus est per gyrum castri quassando turres & antemuralia quotidianis impugnationibus cum bombardis & fundibulis. Itaque cum hæc agerentur in terra Zuythollandensi, Dux Ioannes electus Leodiensis filius eiusdem Alberti Ducis aduenit cum suo consulatu & Hannonienſium consulatu & ordinauit cum eisdem pacis compositionem inter vtramque partem, videlicet quatenus castrenses salua vita cum libero exitu resignarent castrum Holthena Duci Alberto: Quod cum factum fuisset in festo S. Matgaretæ virginis anni prædicti, iidem castrenses conducti sunt salui ad Buscum Ducis, vbi Wilhelmus Comes de Oesteruant eorum præstolabatur aduentum. Adeptum ergo castrum demptis duabus maioribus turribus, idem Dux confregit & destruxit. Dux quippe VVilhelmus Comes de Oesteruant, dans locum iræ perrexit Franciam ad curiam Caroli de Gonnes Regis Francorum. Anno autem sequenti scilic. 1394. fundatum est clausttum ordinis Cistercienſis in nouo opido Iselsteyn per Arnoldum Dominum Egmondensem.

Monasterium Cisterciense. sium in oppido Iselsteyn Anno 1394.

De profectione Episcopi Traiectensis aduersus Ioannam de Raesfelt & recuperatione Trentoniæ Comitatus cum opido & castro Koeuerdensi.

Cap. XLIX.

ANNO Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, Præsul magnificus Traiectensis de Blanckenhem auditis veridicis rumoribus de multiplici damno suis subditis illato à Ioanne de Raesuelt filio Bitteronis militis colono Monasterienſis diocesis, iratus est valde. Quapropter scutariorum & belligeratorum cuneis stipatus perrexit aduersus eundem Ioannem in Monasterienſi diocesi commorantem & Bitteronem patrem eius vltra ripam Lippæ habitantem ibique irrumpens combussit villam Oestdorx Bitteroni militi pertinentem & cetera omnia quæ ad prædictos nobiles spectabant prædæ tradidit abducendo innumerosum pecus & alia plurima quæ ad dititias pertinere dinoscuntur. Quibus sic humiliatis Episcopus rediit glorioſe ad propria. Anno autem sequenti, id est nonagesimo quinto, Episcopus Fredericus semper præmeditans qualiter Episcopatum prospetis succesibus eleuare posset, percepit tandem ex certis antiquis literis quod Comitatus Trentonienſis cum castro & opido Koeuordensi pertinere consueuit beato Martino. Quodque nunc eorundem possessorum progenitores sibi prænominata Dominia pro quadam summa pecuniæ tali conditione priscis temporibus impignorauerant: Quod Pontifex Traiectensis semper pro libitu suo posset prædicta redimere omni tempore pro eisdem pecuniarum summis. Præbuit ergo Præsul præfatus summam inuadiationis castello Koeuordensi. Sed ipse Castellanus volens retinere sibi castrum, noluit pecunias recipere. Ea propter iam dictus Præsul egregius congregans expeditam militiam perrexit cum WILHELMO DOMINO de Apeonda & Wyck Doresstado, IOANNE DOMINO de Brederoede genero eiusdem WILHELMI, HENRICO DOMINO de Vyanen & IOANNE DOMINO Renesse & RYNOVWEN militibus & quam pluribus aliis nobilibus ad TRENTONIAM & instruxit obsidionem ante opidum & castrum

Anno 1394.

Koeuor-

Koeuordêse cum explicatis vexillis. Quod cernentes Ghysbertus de Bronchorst Dominus de Bruckel & Ghysbertus de Bronchorst senior filius Domini de Batenburch & quam plures alii consanguinei & amici Castellani de Koeuorden diffidauerunt eundem Episcopum Fredericum æstimantes eum terrore diffidationis propellere ab obsidione, specialem confidentiam habentes in wilhelmo Duce Iuliacensi & Gelrensi. Sed hoc parum profuit, quia Episcopus indesinenter gerens animum pro obtinenda victoria arctius & strictius ex hoc tempore Koeuordenses obsedit & in tantum arctauit, vt dexteras ab eo peterent. Denunciata est pro eorum discordia, quia Episcopus recepit Threntoniæ Comitatum cum opido & castro Koeuordensi & Domicelli fratres de Koeuorden acceperunt suos denarios, pro quib. eorum progenitores Koeuorden in pignorauerant.

De profectione Ioannis Ducis Burgundiæ contra Turcas, & de quibusdam actibus Wilhelmi Comitis de Oesterunt in Francia, & de pace facta inter ipsum & patrem suum Ducem Albertum.

Cap. L.

Anno 1395. ANno Domini 1395. in festo Epiphanię Domini cum illustrissimus Dux wilhelmus Comes de Oesteruant sederet ad mensam Francorũ Regis cum multis aliis Principibus, ecce superuenit quidam Heraldus seindens & diuidens mensale ante iam dictum Comitem Wilhelmum asserens non decere Principem sedere aliquem ad mensam Regis, qui clypeo seu armis priuatus esset, & cum idem wilhelmus respondisset se habere clypeum & arma, rursus Heraldorum senior ait, Nequaquam Domine mi, quia wilhelmus quondam Comes Hollandiæ Auus quondam proauunculus nedum interfectus est à Frisonibus, sed & hodierna die adhuc inuindicatus iacet in terra inimicorum suorum. Ab illo ergo die idem Wilhelmus Comes cogitare cœpit qualiter confusionem illam à se remouere posset. Eodem etiam tempore Ammoratus Bassekyn Rex Turcarum & ceterorum duodecim Regnorum Regem Vngarorum Christianum valde angariauerat & cum innumerabili multitudine Turcarum terram suam pro magna parte vastauerat, Christianos captiuando & martyrizando. Quapropter cum idẽ Rex Vngarorum scripsisset pro subsidio ad Reges, Duces & Principes totius Christianitatis, Carolus de Gonnesse Rex Franciæ congregato expedito exercitu Principum & nobilium, decreuit eundem mittere Regi Vngariæ in auxilium. Huius autem exercitus Capitaneum principalem ordinauit Ioannem de Digion Comitem Cadalesy & de Nyuers primogenitum Philippi Audacis Ducis Burgundiæ Comitisque Flandriæ patrui eiusdem Caroli Regis Franciæ. Porro cum adhuc circa eadem tempora Wilhelmus Comes de Osteruant Parisiis esset, voluit se ingerere præfato Ioanni de Digion in præscripta expeditione, præsertim cum & animæ eorum ad inuicem in tantum conglutinatæ essent vt se inuicem suos amasios nuncuparent. Nec mirũ, quia vterque habebat sororem alterius in vxorem. Sed Philippus Audax Dux prænominatus dissuasit consulendo, vt ad patrem suum Albertum Ducem rediret, & vindictam prius faceret de proauunculo suo à Frisonibus interfecto. Ioannes ergo Comes Cadalesy aduersus Turcas profectus, sæpius cum eisdem conflixit in bello & triumphauit. Tandem vna dierum cum ingrauatum esset bellum contra Christianos propter nimiam multitudinem paganorum, idem Ioannes à Turcis & Sarracenis captiuatur, à cunctis auxiliatoribus suis destitutus. Sed in fine anni liberatus & relaxatus auxilio Venetorum rediit ad propria. Wilhelmus Comes de Oesteruant post admonitionem Philippi ducis Audacis soceri sui rediit à Francia, & intrauit Hannoniam. VVilhelmus autem adhuc metuens venire ad præsentiam sui patris Ducis Alberti misit occultas litteras eidem & exposuit ei seriatim omnem confusionem præscripram sibi factam. Quinimo quãtum potuit humillime supplicauit pro venia, & admonuit vt tale confusionis vitium suum opprobrium tolleret de suo genere. Quod cum audisset Albertus Dux, ait, Nequaquam de cetero filiis meis hoc improperabitur, quia personaliter pergam ad Frisones extorquendo ab eis auunculum meum cum suis armis, vindictamque eis retribuã anno futuro, vita comite. Statimque per amicabile interloquium pacis, omne malum litis inter patrem & filium, ad bonum pacis reconciliatum est. Et VVilhelmus Comes de Oesteruant cum suis nobilibus quondam proscriptis rediens Hollandiam intrauit Hagham Comitis, vbi à patre suo duce Alberto recipitur cum mira solemnitate & reuerentia.

Occasio belli in Frisiã gesti de quo in sequenti capite.

De bel-

De bellis in orientali Frisia perpetratis & de translatione corporis Vilhelmi quondam Comitis Hollandiæ auunculi Ducis Alberti.

CAP. L.

ANNO Domini 1396. Albertus gloriosus Dux in Bauaria Comes, Palatinus circa Rhenum, Comesque Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, & Dominus Frisiæ proponens in manu forti & brachio extento debellare orientalem Frisiam, congregauit numerosum exercitum Comitum, Baronum & procerum ex suis prouinciis, ex Francia & ex Anglia. Cuius exercitus maiores erant Dux Vilhelmus Comes de Oesteruant, Dux Ioannes electus Leodiensis, Dux Albertus Dominus de Nubinghen, tres filii eiusdem Ducis Alberti. Inter Gallicos erant maiores Principes Comes S. Pauli, Comes Namurcensis Carolus Amiraldus Regis Franciæ cum ceteris proceribus non paucis. Anglicanus autem Capitanens fuit Comes Schalliæ. Almannorum autem Capitaneus fuit Comes de Zalmen cum nonnullis Comitibus aliisque baronibus & nobilibus inclytis. Et Brygha etiam Burgrauius Meys: ex terris autem propriis prænominatus Dux Albertus conuocauerat ad prædictam expectationem Guidonem Comitem Blesensem, Ioannem Dominum de Arkaell cuius pater Otto iam obierat, Ioannem Dominum de Brederoeden, Philippum Burchgrauium Leydensem & Dominum de VVaschenaere, Dominum de Asperen, Dominum Scuenberghen, Dominum de Drönghelen, Dominum de Huebrelom, Dominum de Leydenburch, Dominum de Waerenburch cum innumeris aliis Satrapis & proceribus gloriosis vndique nempe insignes confluunt, vndique ad tam grande spectaculum milites stipendiarii concurrunt. Cum vero per plateas Haghenses & ceterorum oppidorum militares discurrendo bellico vsu se exercerent, alter in alterutrum ioculando hastas vibrabant. Igitur Dominica die post festum Assumptionis beatæ Mariæ præpotens Dux Albertus venit ad opidum Enchusem vt sic vlterius transfretaret ad orientalem Frisiam. In mari autem idem dux habebat quatuor milia magnarum nauium & quadraginta alias naues, quibus totus exercitus transfretaretur, sic vt & factum est. Ordinauit autem prædictus dux in expeditione illa quamplures nouos milites de quorum numero fuerunt Florentius de Alcmade & Gherardus vanden woert & Theodricus de Poelgheest. In exercitu denique isto erant centum & octoginta milia virorum belligeratorum. Albertus itaque cum omnibus suis nauibus ingrediens classem applicuit ad terram Knyre. *Anno 1396.*

Quod Frisones de Stellinvverfægre ferentes adunauerunt maximam Frisonum multitudinem ex vicinis pagis, cum quibus obuiauerunt animose satis in die Decollationis Sancti Ioannis Baptistæ Alberto Duci ad prælium. Econtra vero Albertus Dux sumptis vexillis & buccinis frementibus processit aduersus eos: & eius milites tensis arcubus sagittas suas in eos miserunt. Sed arcus & sagittæ tendere inutilem locum ibi habebant. Nam lanceis & gladiis in corporibus res agitur. Dum ergo tam acriter certatur, Frisones terga dederunt, quorū quidem præcipiti cursu prouentes in fossatis suffocati sunt, alii quoque vagantes per deuia diuersis commoditatibus affligi. ti, lassam animam exhalarunt. Cæteri quidem fugitiui, aut passim sunt occisi, vel carteuatim apprehensi. *Frisones fugiunt.*

Corruerunt autem illo die mille & quadringenti Frisones. Eodem autem tempore, Petrus frater Theodrici de Beats militis iussu Alberti Ducis nauigauit cum Amsterdammensibus Westfrisonibus, Kenemaris & waterlandis versus fluuiū Loevverts, vt ibidem nouum bellum contra Frisones instauraret. Frisones vero econtra in tam grandi numero super aggeres congregati sunt, eorum aduentum præstolantes, vt nec quaquam naualis exercitus auderet aggeres ascendere. Quapropter manserunt in nauibus suis præcludentes Frisonibus exitum & introitum ad mare. Interea Dux Albertus missis nauibus versus Stauriam, ipse vlterius processit cum toto exercitu versus monasterium Sancti Odulfi per Gheesterlant iuxta Stauriam, vt ibidem se deliberaret ac arcanum consilium tractaret pro expugnanda Frisia. Frisones autem prædicto graui infortunio dolentes, collegerant denuo recentes armigeros, vt crudele bellum iterato committerent aduersus Hollandensem populum.

Albertus vero Dux, iterum instare bellum cernens, aggressus est eos cum cornibus hotrisonis, vexillis micantibus & ictibus validissimis, de quibus iam secunda vice triumphans, victorialem laudem adeptus est. Itaque post hunc triumphum Albertus Dux laudes referens omnipotenti Deo, mansit in exercitu suo in eodem campo pro- *Secundo vincuntur Frisones.*

pe monasterium Sancti Odulfi fixis tabernaculis & papilionibus per decem dies prædictum campum obseruans, ne priuarentur laude triumphali, & audacter manet si qui pugnare redirent. Sed non est, qui redeat, fugiunt metuuntque cuncti præpotentem Ducem Albertum atque Ducem Wilhelmum, Comitem de Oesteruant, filium eius, bellicosum virum. Infra hos igitur decem dies Anglici voluerunt, curiositate ducti, Frisonum perlustrare regionem, vnde in vnum pariter cõglobati, duce tamen dissuadente, ab exercitu ad duo miliaria recesserunt. Qui cum plures villas inflammassent, & teuerti cum magna præda decreuissent: Ecce Frisones, subito de latibulis erumpentes, Anglorum gregem ambientes, in manu forti debellare cœperunt cum clauatis lanceis & aliis instrumentis plurimis. 1o

Anglici autem sagaciter satis cum sagittis & fundibulis Frisonibus restiterunt. Sed crescente Frisonum turba Anglici coacti sunt fugere in quoddam præsidium, ex quo egregie defensarunt se à Frisonibus, ac Frisones à præsidio cum iaculis & missilibus propulerunt. Attamen obsessi Anglici permanserunt. Famam igitur hanc Albertus Dux cum percepisset, admonuit quosdam opidanos Hollandenses ad auxilium ferendum Anglicis in tali periculo constitutis. Qui responderunt, dicentes: Quocumque Dominus noster perrexerit præcedens nos, ibimus cum eo. Quibus auditis, Dux rogauit Delfenses, vt hoc onus arriperent. Et Delfenses ad eum, Illustrissime Dux, nos olim vastati sumus per vos, nihilo tamen minus pro honore vestro liberabimus eos, vel omnes occidemur: ideoque oramus, vt clementia Domini nostri Ducis fidelitatem hanc non negligat futuris temporibus. Pergentes ergo Delfenses cum explicato vexillo peruenerunt forti armatorum manu ad prædictum locum. Anglici autem cernentes auxilium instare cœperunt in hostes animose irruere ex vna parte, ex altera vero parte Delfenses cum clangore tubarum bellum crudele etiam cum ipsis Frisonibus instaurarunt. Percutiuntur ergo Frisones ex vtraque parte, & campus sternitur corporibus occisorum. Trucidatis ergo plurimis Frisonibus, ceteri profugati sunt. Terror enim super eos irruit, quia putabant totum exercitum super eos venturum. Tunc Anglici & Delfenses vicinas villas incursu hostili inuaserunt rapinis & incendiis. Ceterum cum Dux Albertus prosperitatem Anglorum & Delfensiũ cognouisset, gauisus est valde, fumus enim ex flamma de pagis ascendens declarabat, quod patratum fuerat. Ædificauit ergo sæpe dictus Dux quoddam grande fortalitium in Stauria, & repleuit illud alimentis & electissimis bellatoribus, missis etiam exercitibus suis ad diuersa loca totius Frisiæ, qui coarctauit cum eisdem Frisones in tantum, quod dexteras ab eo peterent, promittentes eundem ducem suscipere in suum verum Dominum. Cumque Frisones omnia ista scriptis & iuramentis firmassent, idem gloriosus Albertus Dux destinauit vnum militem cum plærisque nobilibus ad monasterium Flotidi campi quod dicitur Oudecloester, qui Wilhelmum quondam Comitem Hollandiæ auunculum eiusdem Alberti Ducis, ab hinc cum vexillo & armis suis deuexit ad eundem ducem. Quibus ita gestis, illustrissimus Dux Albertus cũ ossibus auunculi sui prædicti & triumphali laude glorioseuersus est ad Hollandiam, 4o corpusque auunculi Wilhelmi Comitis sepeliuit in Hannonia honore congruo in vrbe Valesienarum.

Albertus dux à Frisonibus in verum Dominum assumitur.

De obitu Ottonis Domini de Arkell, & de Ioanne Filio eius.

CAP. LII.

ANNO etiam eodem obiit Otto Dominus de Arkell, de Pierlepont, & terrarum Machliniæ, sepultus in opido Gorichem in sepulchro parentum suorum, cui successit Ioannes vnigenitus suus, cuius vxor erat illustris Maria filia Wilhelmi, I. Ducis Iuliacensis, cuius fratres fuerunt Wilhelmus & Reynaldus, Duces Iuliæ & Ghelriæ. Genuit autem Ioannes Dominus de Arkel ex prædicta Maria vxore sua Wilhelmum Domicellum de Arkell occisum in Gorichem sine liberis, & Mariam, quam sibi callide desponsauit Ioannes Dominus de Egmonda, genuit ex ea Arnoldum ducem Ghelriæ, & Wilhelmum Dominum de Egmonda. Ioannes autem Dominus de Arkell, nihil paternum perpetrans, homo superbus & immisericors, Elizabeth, filiam Thebaudi ducis Barensis, propriam matrem eiecusit à castro & Dominio de Arkel. Quæ tandem, post multas molestias à proprio filio suo perpessas, necessitate compulsa perrexit ad paternas terras. Quæ cum nec ibidem in castro Pirlepont ex dispositione filii sui intrare potuisset. Tandem mutato habitu, positisque prope castrum insidiis, sub forma mulieris leprosæ præsidium intrauit, & reiectis vestibus, pontem virilianimo occupauit, & sic castrum Pirlepont cum omni suo Dominio obtinuit, vbi & obiit.

De destructione castri Reynensteyn.

CAP. LIII.

ANNO etiam eodem Ioannes de Rennensteyn Bastardus Ioannis de Arkel, quondam Episcopi Traiectensis & Leodiensis, miles congregans in castro suo Reynensteyn quamplures satellites, Brabantinos, Ghelrenses & Leodienses, diffidauit Henricum Dominum de Vianen & Ameyde, atque cum prædictis bellatorib. Dominii Vianense hostiliter inuasit, & prædam magnam secum ad castrum Reynensteyn asportauit. Econtra vero Henricus de Vianen, interea celerem nuncium ad ciuitatem Traiectensem mittens, acquisiuit sine mora quasi omnes Traiectenses in suum auxilium, qui potenti manu pugnans in bellum aduersus hostes suos, cōpulit Ioannem de Reynensteyn cum suis retrocedere ad suum castrum. Ipsos ergo impetuose persequens, conclusit eos in castro atque obsedit. Audiens igitur Fredericus de Blanckenheim, Episcopus Traiectensis, qui tunc fuit in partib. Transisselinis, suos inimicos esse conclusos in castro prædicto, gauisus est gaudio magno. Cumq; accinctus esset gladio suo, perrexit celeriter cum diuersis bellatorib. hinc inde collectis in obsidione castri Reynensteyn, vt finem videret de suis aduersariis, explicatoq; suo vexillo ante castrū Reynensteyn, misit statim ad Wilhelmum Dominum de Opkouda, Henricum Burchgrauiū de Monford, Ioan. Dominum de Renesse & Rynouoben, Zvvederum de Vianen, Stephanum de Zulen & Nyeuelt, & quam plures alios nobiles amicos suos, vt sibi auxiliū ferrent, quod & omnes fecerunt. Cernentes igitur castrenses animositatem Episcopi, & extra neorum fortitudinem, petierunt ab eis dexteras. Cum ergo tractatus inter eos ageretur de pace; decretum est, quod omnes castrenses in captiuitatem & gratiam Episcopi transirent, salua eorum vita, & castrum similiter ad arbitriū Episcopi statet. Quod & ita factum est. Nam trecenti captiui perducti sunt ad ciuitatem Traiectensem, inter quos erant Ghysbertus de Bronchorst, filius Dñi de Baenburch, Guidardus de Elderen, & Ioannes de Reynensteyn miles cum nonnullis aliis nobilibus & scutariis approbatis. Castrum autem Reynensteyn Episcopus solotenus destruens terræ adæquauit: captiuos idem Antistes non permisit abire, nisi pro maximis gazis, accipiens ab eis iuramentum & literas, ne vlterius Episcopatum & ciuitatem Traiectensem læderent.

De expugnatione castri Louesteyn, & de captiuis Principibus, quos inopinate Comes Cliuensis obtinuit.

CAP. LIV.

ANNO Domini 1397. Albertus Dux expetiit computationem de singulis receptis & expensis à Brustone de Heervvynden, milite reddituario seu thesaurario Hollandensi: ad quod idem thesaurarius timens ignauum se reddidit. Quod cernens idē Dux, iussit eundem in opido Amstelredam manere obsidem, donec sibi computatum redderet. Brusto autem miles in Amstelredam non diu mansit obses, qui tēpore opportuno aduentante recessit occulte ab opido Amstelredam, & perrexit ad castrum Louesteyn prope Gorichem, illud autem castrum sub ditione sua ex commissione ducis Alberti aliquantis annis possederat. Muniuit autem castrum iam dictum quasi nonaginta bellatoribus, tradens eis alimenta multa nimis; ordinatisque quatuor capitaneis in castro ipse Brusо miles recessit versus Ghelriam. Audiens autem hoc Albertus Dux, misit ducem Wilhelmum Comitem de Oesteruant, filium suum, cum roborato exercitu aduersus Louesteyn castrum prædictum. Is ergo iuclytus Wilhelmus, ante Louesteyn veniens inchoauit obsidionem ante illud in feria quinta post Dominicam Lætare in Quadragesima. Igitur præparatis instrumentis bellicis in tantū quotidiana impugnatione propugnaculum castri conquassauit cum bombardis, vt maior turris propugnaculi corruens situm ad terram traheret magnam partem antemuralis, ita quod forenses ad libitum suum possent cōsiderare ea quæ agebantur in propugnaculo. Tandem Dordracenses miserunt suum bombardum, cuius saxum statim cecidit in propugnaculum super quoddam fœni receptaculum, in quo apud ignem sedebat Otto frater Bolckonis de Driell cum ceteris quatuor sauciatis armigeris. Cecidit autē illud super sedentes apud ignem, à quo incenditur & crematur cum hominibus præfatis. Impetū ergo tempore incendii Hollandenses facientes obtinuerunt iam dictum propugnaculum. Quod cernentes hi, qui in propugnaculo erant, fugæ præsidium sumunt in superiori castro, quo descendere satagebant. Sed Hollandenses in multitudine sagittarum & iaculorum in tantum eos arctabant, quod non poterant vel modicam fenestram aperire, vnde post vnum diem & noctem expetierunt deditionem, & in no-

Anno 1397.

& sanctæ Paraseues tradiderunt castrum & seipsos in captiuitatem & gratiam ducis Alberti. Wilhelmus autem Comes de Oesteruant, committens adeptum castrum suis fidelibus, venit vigilia Paschæ cum victoriali laude ad Hagam Comitis, tradens patri suo duci Alberto captiuos omnes, inter quos etiam erant tres filii Bruystonis militis.† Denuo etiam eodem, in festo Petronillæ virginis Adulfus Comes Cliuensis captiuauit in subitaneo bello Wilhelmum Ducem Montensem, & Reinaldum fratrem VVilhelmi Ducis Iuliæ & Gelriæ, cum pleriſque aliis nobilibus. Quibus exactionatis gazas inæstimabiles sibi acquisiuit. Etiam à Reinaldo futuro Duce Gelriæ obtinuit opidum Embricense, & à Duce Montensi opidum Keyserswart cum suis attinentiis.

† sf. Anno.

De rebellione Frisonum orientalium, & subiectione eorundem. 10

Cap. LV.

Anno 1398. ANno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octauo, Frisones orientales fide infracta Duci Alberto alias præstita ad rebellionem se disponebant, profugatis cunctis Hollandensibus ex Stauria. Quapropter Albertus inclytus Dux iterum generalem expeditionem per omnes suas prouincias indixit, & cum innumerabili vulgo perrexit ad opida & Enchuysen, vbi & disposuit exercitum transferaturum ad orientalem Frisiam. Ipse vero, ibi remanere decernens, transmisit prædictum exercitum ad Frisones Orientales cum duce VVilhelmo Comite de Oesteruant filio suo, 20 constituens sub eo Capitaneos, Ioannem Dominum de Arkell, Ioannem Dominum de Brederoeden, Arnoldum Dominum de Egmonda & de Iselsteyn, cum plerisque aliis Baronibus & nobilibus suarum prouinciarum. VVilhelmus ergo illustris Comes prædictus intrans Frisiam apud Lemmers perrexit per Gesterlant prope Heyndelopen, vbi ei obuiauit maxima multitudo Frisonum ad bellum. Ipse vero iussit tutilantia signa tolli & tubis horrisonis cuneo prædicto certatim obuiari. Hollandensis ergo populus pro committendo prælio proximotenus accedens interemit trecentos Frisones, ceteris terga dantibus. plerisque ergo castellis euersis, plurimisque pagis exustis, fixit papiliones & tentoria ante opidum Stauriæ, quod armigerorum multitudine vallando per gyrum obsedit strictissima obsidione terra marique. Post diram ita- 30 que impugnationem opidani, datis obsidibus, transtulerunt in deditionem & gratiam eiusdem VVilhelmi Comitis. Quibus sic gestis, conuersus Frisiæ populus terrore sui nominis, & timore prostratus, aduenit Stauriam, pacem exquirens, ac Emendam promittens, vbi tandem diffinito consilio sub hac forma inter vtramque partem fœdus pacis ordinabatur, quatenus cuncti Frisones acciperent ducem Albertum pro eorum vero domino in persona ducis Wilhelmi filii sui, Comitis de Oesteruant prædicti: & quod vnaquæque domus singulis annis perpetuo solueret eidem duci sex stuferos pro annuali tributo. Ista sunt sic omnia ratificata, præstantes eidem Comiti homagium in Stauria. Quod cum factum fuisset, & rectores Frisonum ordinasset, rediit idem Comes de Oesterwant cum triumpho ad Hollandiam. Anno etiam eodem obiit sine liberis Guido vltimus Comes Blesensis, dominus de Gouda & Schonhouia, vltimus de linea Comitum Blesensium à Ioanne de Beadmont descendentium. Post cuius mortē dominium Goudense & Schoenhousense cum suis attinentiis rediit ad Hollandiam Comitatum. Reliquit autem quendam bastardum militem, Ioannem de Boloys nomine, qui fuit dominus de Treslongen in Hannonia. Hic autem genuit Arnoldum de Treslongen militem, Ioannem de Bōloys Canonicum Sancti Saluatoris in Traiecto, Guidonem de Boloys, Ludoicum de Treslongen militem, Gerardum de Treslongen, & Ioannem de Treslongen.

Stauria fuit obsidetur capitur.

De secunda rebellione & resubiectione Frisonum orientalium. 50

Cap. LVI.

Anno 1399. ANno Domini 1399. Frisones orientales, iam secunda vice non seruantes fidem, sed rumpentes pactum, rebellauerunt contra ducem Albertum & filium suum VVilhelmum. Quinimo & opidum Stauriæ reobtinere conantes munierunt Mollenhusen, modo nuncupatum Molcvvere, cum quodam fortilitio, replentes illud armigeris multis aduersus Stauriensses, qui duci Alberto fideles stauerunt permanere. Insuper & alia pars Frisonum obsidione vallauit opidum Dockom, vt Hollandenses ex eo profugarent. Cuius rebellionis rumor cum peruenisset ad aures Ducis Alberti, collegit extemplo præfatus Dux copiosum exercitū ex Hannonia, Hollandia, Zelandia & ex Anglia, quem destinauit ad orientalem Frisiam cum Duce VVilhelmo

mo Comite de Oesteruant, & Duce Ioanne electo Leodiensi, filiis suis, Ioanne Domino de Arkell, Arnoldo Domino de Egmonda & de Iselsteyn, Philippo Burchgrauio Leydensi, Domino de Wassevvaer, walrauio Domicello de Brederoeden, Florentio Alcmade, & Gerardo Boel de Hermstarck, militibus & scutariis laude dignis. Prænominati ergo illustrissimi Proceres prope festum May iam dicti Anni remigarũt ab Amsterdam vsque Stauriam, intranteſque illud opidum cum clangore tubarum & clarorum, perseuerauerunt in eodem ad spaciũ sex hebdomadarum. Quod cum Frisones percepissent, timor & tremor irruit super eos vndiquaque, plures pœnitentes accesserunt in tempore prædicto ad præfatos nobiles, gratiã & veniã postulantes, & denuo homagium sæpe dicto Comiti de Oesteruant præstantes. Post hæc præfati Principes, per aquam dictam Optvvat remigantes, perrexerunt, à Stauria vsq; Sesburam. Et eodem sero adhuc profecti sunt vsque Hollvverden, vbi & tunc exulando pernoctauerunt. In eadem ergo nocte ortum est iurgium inter Florentium de Alcmade, & Gerardum Boel de Heemskerck milites, in tantum quod Florentius vulneraret cum cultello Gerardum in fronte, in præsentia prædictorum magnatum. Nihil ominus tamen pro futuris malis cauendis prædictum iurgium gratia antedictorum Procerũ fuit in eadem nocte omnino sopitum. Nam quidam nobilis Friso, Gerardus Kamninck miles dictus, prænominatis inclytis Principib, occulte intimauerat, quod Frisones in præsenti nocte proposuissent eos ibidem cõclaudere & debellare. Quod & cita factum fuit, quia per horam ante diluculum Frisones cum prœliatorum fremitu adfuerunt. Econtra vero de disposicionibus Hollandienses egregie se ad bellum aptabant. Sed ecce, vix orto solis radio Frisonibus quam pluribus necatis, reliqui per campos & deuia in fugam prolapsi sunt. Tunc Wilhelmus Comes, exinde mouens ex ercitum, peruenit eodem die vsque Dockingam, & asportauit opidanis victualia, & armigeros ad robur opidi cõtra tumultuãtes in circuitu Frisones. Deniq; duob, dieb. elapsis totus exercitus castrametatus est apud Luyne. Et perseuerauit ibidẽ per quin que hebdomadas, expectans omnes venturos rebellantes Frisones. Interea cum hæc sic agerentur, quam plures Frisones, paulatim veniam postulantes, cum eodem duce Wilhelmo per noua homagia pacificati sunt. Quamplura etiam villagia, nolentia se subdere Wilhelmo duci, combusta sunt atque deprædata. Porro opidani de Gruningia etiam peruenerunt ibidem, se & sua dantes sub obedientia Ducis Alberti. Quinimo & ipse Dux Albertus homagiatur ab eis in persona VVilhelmi Comitis de Oesteruant, filii sui, quod tamen non diu seruauerunt, quia, eodem Comite adhuc in Frisia existente, cum nonnullis Frisonibus contra eundem bellauerunt, & eidem insidias tetenderunt, vt ipsum cum exercitu crudeliter perimerent. Nam vna dierum, in vnum congregati, profecti sunt ad quendam lacum, qui medius erat inter ipsos & Hollandenses. Cum ergo transitum per eum facere vellent cum iniecta terra; ecce Hollandenses statim cum Anglicis adfuerunt, ipsis transitum interdicere volentes, Quare prælio ibidem exorto, quidam Anglorum fortissimus, nomine Panterus, horribiliter nimis in hostes irruit, & cum Anglicis & Hollandensibus fortiter contra Frisones dimicans omnes profugauit, demptis decem Frisonibus, qui ibidem occisi corruerunt. Deinde VVilhelmus Comes postquã ordinasset Florentiũ de Alcmade, militem Capitaneum Frisiæ, & Gerardum de Egmonda, dominum de VValteringis militem fratrem domini Egmondensis, Castellanum in Stauria, reuersus est cum triumpho ad propria. Anno etiam eodem Ioannes dominus de Brederoeden perrexit Hyberniam ad Purgatorium Sancti Patritii, in quo fuit Quadragesimali tempore, & rediit domum ipso die Sancti Odulfi Confessoris. Hic fundauit capellam in Santport ad honorem omnipotentis Dei, & Sancti Patritii. Huius vxor Ioanna filia VVilhelmi Domini de Apkonda & VVyck Doreſtado, ex informatione eiusdem maritꝰ sui post tres annos intrauit monasterium sanctimonialium in VVyck Doreſtado. Eodem etiam tempore Ioannes Dominus Brederodensis, non habens proles, factus est monachus, conuersus ad Carthusienses prope Traiectum, & ei succesſit in Dominio VValrauius Domicellus frater eius.

Ioannes Dominus Brederodensis Carthusianus efficitur prope Vltraiectum.

De tertia rebellione Frisonum.

CAP. LVII.

ANno Domini milleſimo quadringenteſimo, quidam Frisones, cernentes Ducem VVilhelmum de suo exercitu receſſisse, & ipsum ad Hannoniam ex missione patris perrexisse, decreuerunt iam tertia vice rebellare. Et quia Stauria adhuc firmiter *Anno 1400.*

protegebatur à Florentio de Alcmade & Gerardo de Egmonda militibus & aliis ar-
migeris animosis: ideo ipsi congregantes exercitum obsederunt in manu forti opidũ
Stauriæ. Porro Albertus Dux nimium stupens & admirans de Frisonum innata re-
bellione adunauit expeditos bellatores plurimos, quos destinauit ad Frisiam cum Ar
noldo Domino de Egmonda & Iselsteyn, & Walrauio Domicello de Brederoeden, vt
auxilium ferrent obsessis in Stauria. Qui cum transfretassent, statim expeditio Friso-
nũ ante Stauriam est, sicut fumus, dispersa. Quib. gestis, rediit prædictus exercitus cũ
victoria ad Hollandiã, excepto Walrauio Domicello de Brederoeden, qui cũ suis ad-
huc ibidẽ permanere decreuerat. Post hæc ergo in æstate eiusdem anni pugiles Hol-
landenses, qui in Stauria residebant, semel vna nocte excuntes oppugnabant fortili- 10
cium Frisonum prope Stauriam in Molkenhuys, quod villagium hodie nuncupatur
Molkvvere, sed non obtinuerunt. Igitur ibi Walttauius, Domicellus de Brederoedẽ,
dire sauciatus compræhenditur à Frisonib. Modico tamen de hinc elapso tempore
idem Walrauius propter incuriam Frisonum, eum tepide custodientium, à captiui-
tate illa cito euasit. Eodem etiam anno in festo beati Martini Episcopi obiit Catha-
rina nuc. Iuliæ & Gelriæ, filia Alberti Ducis sæpedicti, sine prole, & sepulta est in No
mechuysen, quæ fuit mulier valde virtuosa, de cuius morte Wilhelmus Dux Iuliæ &
Gelriæ, maritus eius, multum doluit, &c.

De Richardi Regis Angliæ destructione, & Henrico quarto Rege.

CAP. LVIII. 20

ANNO domini 400. facta est destructio Richardi Regis Angliæ, quæ taliter acci-
dit. Nam postquam idem Richardus Rex tradidisset Britanniæ castrum & opidũ
Brest, & Regi Nauarrorum Chyrtibour, sicut solutionis ratione tenebatur; egre hoc
tulit Thomas Dux Clandicestriæ, patruus eiusdem Richardi Regis. Quapropter idẽ
Dux conuocat ad castrum Comitis de Arendeel Thomam Archiepiscopum Cantua-
riensem, Henricum Comitem de Derby, filiũ Ioan. de Gandano, Ducis Lancastriæ,
Marscalcum siue Capitaneum villæ Calysiæ, & Thomam Comitem de Wervvyck.
Itaq; altera de cum oẽs Magnates antedicti missam audissent, & de manu Archiepi-
scopi cõmunicassent, conspirauerunt oẽs simul, atq; coniurauerunt in captiuitatem
perpetuam Richardi Regis, Ioan. de Gandano, Ducis Lancastriæ, & Eatmundi Ducis 30
Eburacensis, patruorum eiusdem Regis, ac fratrum iam dicti Ducis Clandicestriæ,
& in tractionem, suspendium & interfectionem omnium aliorum amicorum Regis
Richardi. Cumq; Capitaneus Calicix prædictus omnẽ istam conspirationem Richar-
do Regi palam fecisset, Comes de Arendeel iudicialiter condemnatur ad mortem
atq; decollatur. Et Thomas Dux Clandicestriæ callide á Rege circa castrum propriũ
captiuatur & ad Calyciam mittitur, vbi & necatur. Archiepiscopus Cantuariensis ex
ilio perpetuo relegatur. Sed Thomas Comes de wervvyck humilib. precib. obtinuit
veniam. Altera vero die cum radii solares mundum illustrassent, Richardus Rex mi-
ra cum solemnitate creauit quatuor Duces & quatuor Comites. Paucis exinde lapsis
dieb. Henricus Comes Arnordensis & Derby, filius Ioan. de Gandauo, Ducis Lanca- 40
striæ, impositit traditionem Duci Noorvvolt, & petiit in præsentia Regis eundem
Ducem ad duellum. Quib. apud Vindesore conuenientibus intrauerunt campum in
præsentia Regis & Principum Angliæ. Et postquam pugnassent circa duas horas, & ce-
orum nullus victus fuisset, proclamatur iussu Regis silentium ab Heraldo. Silentio au
tem facto, Henricus Comes præconis voce exulatur ab Anglia decem annis sub pœna
suspendii, & decollationis, sed Dux de Nortvvolt perpetue exulatur, quib. ab Anglia
recedentib. Richardus cœpit disponere agmina sua aduersus Hyberniam. Præmisit
autem ducem Sudriensem Principem militiæ suæ cum viginti milib. armatorum for-
tium. Rex autem, constituto Eathmundo Eburacensi, patruo suo, in eius absentia Gu
bernatore Regni, secutus est Ducem Sudriensem in manu valida. Quo in Hybernia 50
præliante, Henricus nuper exulatus, nũc hæreditario iure existens Dux Lancastriæ &
Arnoirde propter mortem sui patris, rediit Angliam in mense Augusto cum octo na-
uib. ante tempus sibi in sua exulatione limitatũ. Intrauit autem castrum Pontfroy, du
cens secum Thomam Archiepiscopum Cantuariensem, & iuuenem Comitem de A-
rendeel, fratrem eiusdem Archiepiscopi, veneruntq; ad eundẽ Ducem ibidẽ Comes
Nortumbriorum, Comesque westumbriorum, & Dominus Henricus Pressii cum vi-
ginti milibus, id est, *Hartsiers* Architenentium, sibi applaudentes, & se excusantes de
exulatione præfati Henrici Ducis. Post hæc Eathmundus Dux Eburacensis, Guber-
nator Angliæ, confœderatur Henrico Duci Lancastriæ, & etiam frater HENRICI
Ducis cum plærisque aliis Principibus acceptatur ad veniam: deinde obsederunt

Brittan

Brittan bellico apparatu, & obtinuerunt opidum illud cum suo castro valde breuiter. Quibus obtentis, statim decollantur tres Principes, quotum capita Henricus Dux Lancastriæ misit Londonium, imprecans ciuibus omnibus prosperitatem, & scire ab eis desiderans, an amici eius vellent esse, vel inimici. Cui ciues per nuncios responderunt, dicens: Nos & omnia nostra ad vestram voluntatem.

Rediens autem Richardus Rex ex Hybernia statim captiuatur ab Henrico Duce Lancastriæ cum duobus Archiepiscopis eum præcedentibus, & cum duobus suis fratribus, & quatuor filiis, ac tribus Ducibus, exceptis aliis Comitibus, Baronib. & militibus multis. Etiam capitur ibi Dux Exceſtiæ, frater Richardi Regis, Dux Sudriensis, Dux Arinale. Richardus, a. Rex non est ad Parlamentum perductus. Quib. omnibus congregatis Dominus Thomas de Persly miles accessit ad Henricum Ducem, & ait omnib. qui aderant: Cernite hic Dominum Henricum de Lancastria, Regem Angliæ, clamauerunt omnes dicentes: Volumus hunc regnare super nos, & nullum aliū. Tunc Dux Henricus necdum coronatus accessit, & posuit se in sede, vbi Reges coronati sedere erant soliti. Et omnes loquentes pro Richardo Rege captiuantur vel interficiuntur. Tandem Richardus Rex condemnatur ad perpetuam captiuitatem propter interfectionem Thomæ Ducis Clandeceſtriæ, patrui sui, & Henricus cum maxima solēnitate coronatur Rex Angliæ in de S. Eduvvardi, & Rex Richardus mittitur captiuus ad Scrauenſende. Quib. mirabiliter pactis, dux Exceſtriæ, frater Regis Richardi, Dux Sudurienſis, Dux de Arinale, Comes de Rottelant, filius ducis Eburacenſis, & duo alii Comites, duoq; Episcopi, vn⁹ Abbas, & duo presbyteri cōiurauerūt pariter, q. Richardum Regem iterum exaltarent in gradum pristinum, & captiuarent Regem Henricū cum filiis suis apud Londinum tempore hastiludii in festo Epiphaniæ. sed Comes de Rottelant cum ista manifestasset Henrico Regi, & principem prædictum roborata expeditione adiuuasset; cōgregauit etiam & ipse Rex Henr. exercitum fortem nimis cū Thoma Comite de Wervvick, vt in manu forti occurrerent amicis Regis Richardi ad bellum. Porro cum amici Regis Richardi intellexissent, se non posse resistere Henrico Regi, propeo, quod totum eorum consilium sibi per Comitem de Rottelant manifestatū fuisset, declinauerunt versus Exceſtriam, & exercitus Henrici Regis statim persecutus est eos. Sed cum venissent Succestriam, & exercitum ina gto locassent, ipsiq; Principes ciuitatem intrassent; statim ad mandatum Conastabili ciuitatis congregantur ciues, & sagittis petimitur Dux Cedunensis cum multis, sed Dux Aceſtriæ, & Dux Clandeceſtriæ fugam callide inuenerunt. Ceteri vero milites 32. captiuantur, & præsentantur Henrico Regi apud Opinuoert in monasterio fratrum beatissimæ Dei Genitricis Mariæ virginis de monte Carmeli. Tunc ad mandatum Regis Dominus Thomas Blont, & Dominus Benondus trahuntur per spacium vnius milliaris. Et deinde in patibulo suspensi fuerunt. Sed antequam potuissent suffocari, ex industria deponuntur & locantur coram igne succenso. Tunc accessit spiculator coram Domino Thoma, petēs veniā de nece sibi inferenda, quem cum Thomas osculat⁹ fuisset ait: Indulgeat charissime, tibi Deus, & dimittat tibi omnia peccata tua & hanc mortem meā. Quib. dictis, spiculator aperuit cum cultello acutissimo ventrem ipsius Dñi Thomæ, & extraxit inde ola intestina eius, stomachum inferius ligans, nē anhelitum amitteret & exspiraret; & proiecit intestina eius in ignem Thoma videante, tunc insultauit & ait *Penhen* id est, vade, & quære nunc magistrum te sanantem. Sed Thomas Blont plicans manus suas & extendens ad cælum dixit, *Te Deum laudamus*, & benedicta hora in qua natus sum, & dies hodierna in qua morior pro illustrissimo Domino Richardo meo Rege. Et post plura lachrymabilia verba osculatus est secunda vice spiculatorem petens sibi pœnam finiri. Tunc spiculator capur eius amputauit & corpus in 4. partes diuisit. Simili etiam morte periit Dñs Benondus cum aliis militib. Sed alii milites simpliciter decollabantur in castro Opinuoert. Igitur corpora occisorum cum capitib. & 12. militib. captiuatis mittuntur Londonium & caput Ducis Suefiensis præ aliis portatur in baculo extenso, vbi & cum gaudio suscipitur Deum laudantes de victoria Hentici Regis. Deinde Henr. Rex misit Comitem de Rottelant, & Dominum Thomam de Aerpenhem ad captiuandum Ducem Claudeceſtriæ, quem præhenderunt atque decollauerunt. Dux vero Exceſtriæ frater Regis Richardi Angliam cum suis nobilib deserere volens, casu venit in opidum, vbi Comitissa de Nervvorde soror Comitis de Arendeel decollati habitabat. Cumq; omnes hospitia sua intrassent, Comitissa præfata in vindictam fratris sui decollati captiuauit omnes cum multis militibus & nobilibus, quia fugere non poterant. Quod cum Henr. Rex audisset, misit iuuenem Comitem de Arendeel, filium Comitis de Arendeel decollati, vt captiuos ad se adduceret. Itaq; cum idem Comes veniens ad opidum materteræ suæ Comitissæ præfatæ, duxit Ducem Exceſtriæ

Capitur Richardus rex Angliæ ab Henrico duce Lancastria.

Henricus Dux Lancastriæ coronatur rex Angliæ.

Ciues deliberant occidi tutores Richardi & incarcerati.

ſtriæ foras ligatum coram populo. Quem ſpiculator decies in collo percuſſit & tamen loquelam non amiſit. Tandem ſpiculator degutturauit eum & ſic mortuus eſt frater Regis Richardi. Deinde idem Comes de Arendeel venit Londinium, habens ante ſe ſuos ioculatores cum capite Ducis Exceſtriæ in baculo eleuato, & poſt eum venerunt multi captiuati nobiles, quos ſecum duxerat à Comitiſſa materterra ſua. Eodem etiam die intrauit Londonium Comes de Rottelant habens ante ſe in ſtipite exaltato caput Ducis Clandeceſtriæ. Et de iſtis omnibus fit ingens gaudium in vrbe. Porro cum Rex Henricus deinde ſe diſponeret cum Comite de Wervvyck ad reſiſtendum amicis Richardi Regis, & iam iter arripuiſſet, tunc de mandato eiuſdem Regis Petrus de Hocſton miles perrexit, ad caſtrum, vbi Rex Richardus tenebatur captiuus & indixit ministro eiuſdem Regis ne ſcinderet de cetero panem coram Richardo Rege. Cum ergo Rex ad menſam ſederet, & miniſter ei ſicut heri & nudius tertius non ſeruiret, ait miniſtro, Cur non imples officium tuum? Genua ergo flectens miniſter, ait, O Domine mi Rex, Petrus de Hocſton miles fecit mihi mandarum de non miniſtrando. Tunc Rex iratus accipiens cultellum de menſa & vulneraui miniſtrum in capite, dicens, Maledictus ſis tu & Henricus de Lancaſtria. Quibus dictis intrauit Petrus de Hocſton miles cum octo viris ai matis habentes malleos in manibus. Quem cernens Richardus Rex eiecit à ſe menſam & quamuis inermis eſſet, tamen vnum mallcum vi ei ipuit è manibus eorum cum quo & pugnando interfecit quatuor viros armaros. Sed in fine cum Rex ſe retro vellet modicum diuertere, Petrus percuſſit Regem in capite cum malleo atque proſtrauit. Cumq; ſecundo eum in capite percuſſit, tunc Rex clamauit ad Deum pro venia ſuorum peccaminum, & exſpirauit ſine confeſſione in camera ſuæ captiuitatis. Corpus vero eius inde translatum eſt ad Londinenſem vrbem vbi & ſepelitur honore Regio. Regina vero Iſabella vxor eius ante mortem eius remiſſa fuit ad Franciam. Henricus ergo Dux Lancaſtriæ regnauit poſt eum. Hic Henricus in genealogia Regum Angliæ vocatur Henricus IV. & fuit filius Ioannis de Gandano quartogeniti Eduvvardi III. Regis Angliæ. Mater vero eius fuit Blantea vnica filia Henrici Ducis Lancaſtriæ, ratione cuius ſucceſſionis vendicauit ſibi Regnum Angliæ. Nam prædictus Henricus Dux Lancaſtriæ fuit filius Henrici Ducis Lancaſtriæ filius Eathmundi Ducis Lancaſtriæ primogeniti Henrici III. Regis Angliæ. Huius ergo Henrici IV. Regis ſorores fuerunt Philippa Regina Portugalliæ, quæ fuit mater Iſabellæ vxoris Philippi Ducis Burgondiæ & Comitis Hollandiæ. Alia ſoror fuit Comitiſſa de Peynbrock. Tertia ſoror fuit Catharina Regina Caſtilienſis. Henricus. 2. Rex Angliæ iam genuerat quatuor filios, ſcil. Henricum ſibi ſuccedentem, Thomam Ducem Clarenſem, Ioannē Ducem Betfordiæ, Huntfridū Ducē Clandeceſtriæ maritū Ducissæ Iacobæ Comitiſſæ Hollandiæ, Philippā Reginam Daciæ & Blantcā Ducisſam Bauarię.

Richardi regis triumphi incarceratio. Richardus Rex inimoſitate in aduerſarios ſuos occiditur. Occiditur idem rex in carcere.

De ſubiectione Gruningentium ab Epiſcopo Traiectenſi Frederico de Blanckenhan.

CAP. LIX.

POrro Fredericus de Blanckenhem Epiſc. Traiec. percipiens ex literis Epiſcopatus Traiec. opidum Grueningiæ ad ſuam Dioceſim pertinere de iure nec inueniens eius obedientiam, decreuit prædictū opidū ad ſuam tēpore oportuno reducere obedientiā. Quamobrem miſſis ſuis nunciis Grueningiam requiſiuit opidanorū obedientiā, promittens ſe pium Dñum ipſis futurum. Seruara eſt ergo deſuper vna dieta, ſed nihil ad vtilitatē ſuñi Pontificis inde pullulauit. Quod cernens Epiſc. iuſſit quendam locū occuparc à ſuis armigeris ad diſtantiam vnius miliaris à Grueningia, quem foſſatis circumdedit & fortalitiis atq; ppugnaculis fortiter roboraut, vt exinde Grueningenſib. interdiceret exitum & introitū ad Hollandiam & Gelriam. Sed cum parum hoc proficeret, idem Antiſtes expeditionē plebis & militiæ & graue multitudine congregare ſtudurt & Grueningiā cum roborata manu ex Trentonia acriter obſedit in anno Dñi M. CCCC. I. circa feſtū S. Iacobi Apoſtoli. Moleſtauit ergo nimis opidanos prenominatus Præſul cum bombardiis forralicijs & aliis machinis quā plurimis. Econtra vero burgenſes virili animo ſe defendentes hoſtes abſterruerunt à portis & mœnib. quiq; plures incautos armigeros confixerunt telis & fundibulis. Friſones etiā anxietatem eiuſd. opidi percipientes copioſius illud omni die magis fortificare ſtuduerunt cum victualib. & armigeris ſuis. Tandem poſt tres hebdomadas cernens Epiſc. inexpugnabile opidum non poſſe militari robore debellare propter quotidianum auxilium Friſonum, diſſoluit obſidionem. Nihilominus tamen vbiq; opidanis de Grueninga ſemper tam diu tetendit inſidias donec eos reduceret ad obedientiam ſuā. Accepit ergo tandem ab eis & ab opido Grueninga homagium & factus eſt eius opidi Dñs. Eod. etiam an. ſc. M. CCCC. facti ſunt Hamburgenſes inimici Hollandiæ & non niſi pro maximis gazis valuerunt peruenire ad compoſitionem pacis.

Anno 1401. obſidetur ab Epiſcopo Vltraiectenſi Gruninga.

De Guer-

De Guerra orta inter Albertum Ducem & Ioannem Dominum de Arkel.

CAP. LX.

ANNO Domini milleſimo quadringenteſimo primo, Albertus Dux cum exegiſ- *Anno 1401.*
ſet computum à Ioanne Domino de Arkel, Pierlepont & terrarum Mechliniæ, ex eo quod iam per decem annos receptor Hollandiæ fuiſſet. Ille vero vt homo multum ſuperbus recuſauit computationem reddere. Quapropter idem Dux commiſit totum proceſſum illuſtri VVilhelmo Comiti de Oeſteruant filio ſuo, qui mox omnia bona & Dominia Domini de Arkell & Hollandiæ videlicet Haeſtrecht Vliſt Stole-
10 vvyck cum multis aliis villis arreſtando confiſcauit atque proſcripſit eundem Dominum de Arkel ex Hollandia. Vnde Ioannes Dominus de Arkell multum iratus diffidauit Ducem Albertum. Huiuſmodi autem diffidacionis literas recepit idem Dux in caſtro Nuborch prope Alcmariam, Quo facto iam dictus Dominus Arkelenſis decreuit inopinate irruere ſuper opidum Oudevvater cum ſuis armatis miniſterialibus. Nihil tamen profecit quia perceptum fuit ab opidanis. De cuius machinatione iratus Dominus de Arkell caſtellum Griſenborch ſubito occupauit & vicit, opidulum Carendã ſuccendit & in inſula Alblaſſerdam quorundam pauperum habitacula etiam cremando exarſit. Eodem etiam tempore Ioan. de Arkell prænominatus deſtinate etiam ſuas
20 diffidationis literas ad Ducem vvilhelmum Comitem filium Ducis Alberti præſcripſit. Tradidit autem nuncius huiuſmodi diffidationis literas prætato Comiti in præſentia Philippi Audacis Ducis Burgondiæ in curia ſeu caſtro Caynout prouinciæ Hannoniæ, VVilhelmus autem Comes nuncium ante dictum gratanter accipiens & eid. in prandio bonum vultum faciens remiſit munerib. ditatum, dicens ei, Vade & dic Domino tuo, Ecce in poteſtate tua fuit nos diffidare, & nunc in poteſtate noſtra erit. Si te voluerimus in gratiam recipere vel non. Quib. ſic geſtis VVilhelmus Comes de Oeſtervant prædictus rediit Hollandiam apud Ducem Albertum Dominum ſuum.

De Guerra Hollandenſium & Arkellenſium.

CAP. LXI.

30 ANNO Domini milleſimo quadringenteſimo ſecundo, Ioan. Dominus de Arkell *Anno 1402.*
contracta forti armatorum manu Lakam tranſtretauit & inſulam dictam Crimphonaert inuaſit atq; cuncta deuaſtando potenter obſedit magnamq; prædam prædicta multitudo de facultatib. ſecũ ad Geertghenaſportare decreuit. E contra vero villani cum Dordracenſib. & Schonhouienſib. apud opidulum Nyeport in vnum congregati captam prædam potenter excutere de eius manib. volentes atq; cruentum bellum inſtaurare proponentes occurrerunt Arkelenſib. cum tubis ſtridulis & vexillis fulgidis. Bello ergo inchoato ceciderunt de villanis 23. viri. Captiq; fuerunt in eod. prælio Gerardus de Beyſuelt miles VValterus Simonis de Dordraco Adrianus filius Ottonis de Dordraco Gerardus Mobbout Hugo Beldẽaker de Dordraco Burgardus de Schonhouia Ioan. Roberti de Schonhouia & 7. de Leckerkerck, 5. de Streuelant, 7. vero die
40 poſt hoc Rotterdamenſes & Schiedamenſes cum plurib. armigeris ex Zuythollandia Dominium Arkelenſe intrantes & more locuſtarum pergentes demoliti ſunt quicqd alias ab Hollandenſib. in vſum remanſerat teuerſiq; ſunt cum victoriali laude ad propria habentes infinita ſpolia. Eodem etiam anno VVilhelmus Comes de Oeſteruant congregans Haerlemenſes cum Kenemaris Leydenſes cum Reynlandenſib. Amſtorrodamenſes cum waterlandenſib. & Goylandenſibus, miſit eos cum Henrico de Vaſſenar præpotenti viro contra Dominium Arkelenſe, vt inflatã ſuperbiam Ioannis Dñi de Arkell cum roboratã manu edomarent, & omnia ſibi ſubiecta hoſtiliter deuaſtarẽt, tam in hominib. quam in iumentis & pecorib. Cuncta ergo deuaſtantes quæ erant extra munitiones opidorum ſeu caſtrorum caſtra merari ſunt ante opidum Haghesteyn
50 cum vexillis irradiantib. & buccinis clangentib. infeſtauerunt. 2. opidanos acriter nimis cum baliſtis, fundibulis & multis incurſionib. Tandem ſuburbio totaliter inflammato cũ quodam molendino cum diuerſis ſpoliis per terram Dñi de Vianen reuerſi ſunt ad Hollandiam, Deniq; Ioan. Dñs de Arkell cernens totum ſuum Dominium denaſtatum fore & omnino iniuriam ſibi illatam vindicare volens venit cum armatis ſatellitib. ſubito ante opidum Nyeport, & expugnando cepit, & igne funditus vaſtauit. Anno etiam eod. obiit ſine liberis VVilhel. Dux Iuliæ Gelriæ & Comes Suytfaniæ frater vxoris Dñi de Arkell. Hic præter Ducatum Gelriæ ſibi ſubiugauit Dominium de Randenron de Cuyck de Boty de Schoenvvorſt & caſtrum Oyen: ſepultus eſt autẽ in Monichuyſen apud Arngem in ſepulchro Catharinæ filiæ Ducis Alberti vxoris ſuæ. Cui ſucceſſit Reynaldus frater eius Dux Iuliæ, Gelriæ & Comes Suffaniæ.

De obſi-

De obsidione opidi Gorichem per Albertum Ducem.

CAP. LXII.

Anno 1403. ANNO Domini millesimo quadringentesimo tertio, cum persæpe wilhelmus Comes de Oesteruant filius Alberti Ducis copiosas exercituum acies in Dominio Arkelensi misisset, deuastatum totaliter spoliasset, tantundem Albertus Dux pater eius prædictus decreuit opidum Gorichem in manu valida obsidere, vt inde profugaret Ioannem Dominum de Arkel ad exteras partes. Quapropter idem Dux robur totius suæ potestatis contrahens ex Hannonia, Hollandia, Zeelandia & Frisia, valentes armigeros ex eis congregauit, milites etiam stipendiarios ex Anglia & aliis diuersis nationib. conduxit in magna copia. Intuitu etiam eiusd. ducis Odulfus Comes Cluensis & de Matcha prædictum Dominum de Arkel diffidauit. Consimili etiam modo Fredericus de Blanckenhem Episcopus cum ciuitate Traiectensi ob fauorem Alberti ducis diffidauit eund. Dominum Arkelensem. Dominus. a. de Arkel cernens vtrinq; bellum aduersus eum cõsurgere acquisiuit in suum auxilium Comitem de Vernenburch, Ioannem Comitem de Valen Dominum de Steynuoerden domicellã de Reyda, Domicellum de Homot, Henricum fratrem de Catzenellenbogen, Fredericum de Berga & de Ilela militem, Dominũ de Krisckenbeeck, Lucam de Boetselaer militem, Dominum de Raemst cum fratrib. suis, wilhelmum de Isendoren militem, Arnoldum de Zeelen militem cum fratrib. suis Arnoldum de Schoonnouvven militem, Theodoricum de Lienden militem, Henricum de Vayrick militem, Henricum de Nyensteyn militem bastardum de Arkel, Dominum de Zuylen & Auefaer, Adam Millinck & Ottonem de Vueren cum magna militia Ducatuũ Iuliæ & Gelriæ. Albertus. a. prænominatus Dux non desistens ab inchoato suo proposito cum omnib. nobilib. & armigeris supradictus, profectus est aduersus Gorichem in clangore tubarũ & rutilantium vexillorũ, veniens. a. ante Gorichem in præducto an. obsedit illud opidũ strictissima obsidione in festo beatissimorũ Apostolorũ Petri & Pauli Ioanne dño de Arkel cum omnib. nobilib. p dictis in eod. opido existente. Obsedit. a. opidũ & castrum simul vnica obsidione pergytũ hoc modo: Nã Alber. Dux cum V Vilhelmo Comite de Oesterv vane filio suo castra metatus fuit cũ grandi armatorũ manu per aggerẽ inf. villam Arkel & opidum Gorichẽ ad borealem plagam eiusd. opidi. Adulphus vero Comes Cluer sis & V Valrauius domicellus de Brederoeden cũ plerisq; opidis Hollandiæ & multis Anglicis ad orientalẽ plagã castri & opidi sua tentoria exaltarunt, Traiec. a. cũ suis armatis ciuib, se locauerunt ad borealem partem castri in loco dicto de Tuyschilt. Hannonienses. a. cum Zuythollandensib. ad meridionalem plagã, tam castri, q̃ opidi, sua fixere tentoria, & Zelandenses cum Frisonib. & aliis multis robustis armigeris ad occidentalem partem in locis diuersis se locauerunt. Tunc disponũtur bombardi, machinæq; plurimæ aptantur aduersus castrũ q. in tantum quotidie p missionem saxorum conquassatur, vt tandem maior turris omnino destrueretur. Opidani etiam ex telis & missilib. ab hostib. iectis in magno numero per plateas transiguntur, nec non q̃ plures domus per bombardorum saxa quotidie conteruntur. E contra vero opidani cum nobilib. ante dictis virib. quib. poterant studuerunt hostes perpellere à munitionibus suis sagittis & fundibulis. Tandem vna die Domicellus de Reyda, Domicellus de Honoet cum plurib. nobilib portas occulte exierunt, & hostili acie Zelandensium munitionem audacter sunt aggressi, vbi pro corona victoriæ laboriose aduersus inuicẽ certauerunt, sed Zelandenses illam amiserunt. Ibi Domicellus de Reyda miles ordinatus fuit. Captiuati. a. fuerunt ex parte Zelandensium Florentius Dñs de Borsalia, Florentius de Abel, Nicolaus Kermyck de Reynersuael Dñs de Lodyck milites, Balduinus & Florentius de Borsalia fratres, V Vilhelmus de Reyns, Philippus de Eueringen, Ioan. bastardus de Borsalia cum nonaginta ceteris armigeris. Sed V Vilhelmus de Reynersuael miles ex vulnerib. inflictis corruens obiit & sepultus est in Gorichem. Alio quoq; tempore cum quidam nobilium ex Gorichem animose præsidium Comitis Cluensis crudeli bello inuasissent captiuauerunt post multorum occisionem V Valrauium, illustrem Domicellum de Brederoeden, Aegidium de Steng militem Stephanum de Berenbroeck Iacobum Scicker Pertum Potter Hugonem Pus cum non nullis aliis armigeris. Quib. gestis V Vilhelmus de Isendoren Arnoldus de Schoenauvven milites cum multis opidanis cum Ioanne Hoper Thoma V Vesterdale Ioanne Roptonghe Dauide Carmeidyn & Thoma Hersoert in festo Decollationis S. Ioannis Baptistæ Portas apetientes inuaserunt ante auroram præsidium Hannonensium, vbi post longum conflictum dire sauciati sunt, & cum rubore profugati.

Gorcomium obsidetur ab Alberto Bauare Comite Hollandiæ.

Hostes

Hostes vero insequebantur eos vsque ad munitionem opidi. Durante itaque obsidione præfata Wilhelmus Comes de Oesterwant filius Ducis Alberti misit expeditos bellatores in Dominium Staureewerd vt illud in contumeliam Domini de Arkell omnino deuastarent. Quod & ita factum est domibus exustis & villanis captiuatis. Tandem cum obsidio protelata fuisset vsque ad spacium duodecim hebdomadarum aduenit eodem Dominus Ioannes electus Leodiensis filius Alberti Ducis qui associatis sibi Arnoldo de Leydenburch & Vbalramo de Guthoesden militibus bellum hoc pacificauit tali conditione videlicet vt intromissis Principibus & exercitib. præfatus Dominus de Arkell coram Alberto Duce & Vilhelmo suo genua flectens cum humilitate veniam rogaret, Insuper quod etiam vexillum iam dicti Ducis in signum victoriæ extenderetur de castro Arkell per vnum integrum diem. Quod cum factum fuisset, Hollandenses intrauerunt Gorichem, & sic dissoluta est obsidio illa.

Pax inter Dominum de Arkel & Albertum Comitem.

De muliere quam prendiderunt puellæ Edammenses & Purmerenda.

CAP. LXIII.

PORRO circa eadem tempora validissima ventorum intemperies inhorruit, vnde & multi homines cum domibus in diuersis terris perierunt. In eadem quippe tempestate per maris impulsionem quædam indomita mulier ex longinquis partib. perpulsa est ad latitudinem maris australis infra opidum Campen & Edam quæ natando per Purmeryc peruenit ad Purmermeer. Illa ergo in aqua natando dormiendo vigilandoque insuper & victum ex eius profundo acquisiuit: erat enim nuda vestimentis, nihilominus tamen corpus tegebatur ex materia aquatica sibi adhærente, perseuerauit nempe natando ibidem per dies multos quia vnde rediret nesciuit, pro eo quod agger ille nouus breuiter post illam tempestatem constructus fuerat in Purmer vbi ipsa intrauerat. Deinde accidit, vt puellæ Edammensis opidi cum nauiculis remigantes per eandem aquam ad vicina prata pro lacte vaccarum cernerent prædictam puellam siue mulierem in Purmermeer natantem, vnde & admirantes stupefactæ sunt. Tandem ex consueta visione minus formidantes habuerunt prædictæ puellæ colloquia quia cum inuicem, & consilium inuenientes extraxerunt eam vi de aquis & sic nauigio perducta est ad plateas opidi Edammensis, Locutionem autem eius non intelligebat sed nec ipsa nostrum intellexit idioma. Mundata ergo à maris sordibus & vestimenta muliebria induit nostro quoque cibo vtebatur, sed tamen ad aquam semper redire desiderans, non valuit propter solicitam custodiam. Magnus igitur concursus fit in Edam de remotis partibus propter præfatam mulierem considerandam, vnde & fama eius peruenit vsque ad Haerlem. Tunc Harlemenses accedentes propter rei nouitatem petierunt ab Edammensibus mulierem sibi dari, Quod & factum est. Abhinc ergo perducta est vsque Harlem, vbi & nere didicit, & ad tempus plurimum annorum peruixit. Tandem mortua sepelitur in cœmiterio pro eo quod crucifixo reuerentiam exhibere consueuit. Igitur nostris temporib. fuerunt in Harlem probi viri & fide digni qui dixerunt se eam multotiens vidisse. Quare in præsenti Chronographia dignum duxi annotare.

De obitu Alberti Ducis.

CAP. LXIV.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo quarto obiit gloriosus Albertus Comes Palatinus Dux Bauariensis Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Dominus Frisiæ: obiit autem decimo octauo Calendas Ianuarii postquam Hollandiam quadraginta sex annis egregie gubernasset. Decem vero & nouem annis rexit tamquam tutor & viginti septem annis sicut verus Comes & Dominus. Cuius exanime corpus aromatib. conditum sepelitur cum Margarita vxore sua in capella Curiæ Hagensis sumptuosis exequiis sicut decuit sub tumba boreali parte summi altaris eiusd. capellæ. Reliquit autem idem post se præter suas legitimas proles duos filios bastardos, sc. Adrianum postmodum occisum in Papendrecht & Wilhelmum militem primum Dominum de Schagen. Eod. anno occisus est in Amstelredam Dominus Wilhelmus Brunonis presbyter. Et eo quo supra Theodoricus Simonis in Haerlem vnde grauis exorta est contentio pluribus probis viris interfectis. Nam in Haerlem post interfectionem Simonis de Saenden opidani ad intestinum bellum conciuerunt, in quo occiduntur quinq; viri & trecenti de opido Harlemensi expelluntur. Eadem etiam tempestate iterum destruitur castrum de Heemstede prope Haerlem.

Anno 1404. moritur Albertus hanaiæ Dux Comes Hollandiæ.

LIBER

LIBER XXXII.

COMPRÆHENDIT GESTA XIII. ANNORVM, QVIBVS VVilhelmus Dux rexit Hannoniam, Hollandiam, Zelandiam & Frisiam anno Domini M. CCCC. IV. vsque ad annum Domini M. CCCC. XVII. nec non & historias pro magna parte Frederici de Blanckenhem Episcopi Traiectensis cum quibusdam accidentibus eiusdem temporis, & habet capitula XXXI.

De Duce VVilhelmo Comite Hollandiæ vigesimo.

CAP. I.

DEFVNCTO igitur & sepulto Alberto Duce VVilhelmus Comes Palatinus & DVX Bauariæ filius eius Comes de Oesterwant ei succedens efficitur Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & DOminus Frisiæ. fuit autem vigesimus secundus Comes Hollandiæ, & Zelandiæ, omnes igitur opidani repetunt ab eo iura ciuilia & simili modo proceres ministeriales sua bona feodalia. Hic primo duxerat tempore iuuentutis in vxorem Mariam filiam Caroli de Gonnesse Regis Franciæ, quem in obsidione ante opidum Dam in Flandria militem ordinauit. Sed eadem Maria præuenta morte cum adhuc iuuencula esset, duxit secundo in vxorem Margaritam filiam Philippi Audacis DVCIS Burgundiæ Comitisque Flandriæ Artheſyæ, &c. De qua genuit DVCISSAM Iacobam quæ nata fuit in anno Domini millesimo quadringentesimo primo, circa festum S. Iacobi Apostoli. Huius autem DVCISSÆ Iacobæ primus maritus fuit Ioannes Dux Turonensis tertio genitus Caroli de Gonnesse Regis Franciæ, qui DVX defunctis duobus suis senioribus fratrib. factus est Delphinus Franciæ. Porro VVilhelmus DVX præfatus ad arma promptus fuit, qui & multum gloriosus diebus suis extitit.

De obitu Philippi Ducis Audacis.

CAP. II.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo quarto, Philippus DVX Burgundiæ desponsatis trib. suis filiis eo viuente assignauit Ioanni de DIgion Comiti Cadralesei primogenito suo Ducatum Burgundiæ, Comitatum Flandriæ, Artheſyæ, Burgundiæ & Dominia de Salinis & Malinis: Antonio secundo genito assignauit Ducatus Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ & Marcgrauiatū sacri Imperii, videlicet Antwerpiam cum suo districtu: Philippo suo tertio genito assignauit Comitatus de Nyuers, Kethers & Retheloes cum pluribus aliis Dominiis. De ista autem ordinatione vniusquisque prædictorum promisit contentare, illo saluo. Quod Ioannes primogenitus admisit si cõtingeret aliquem fratrum suorum mori sine prole vel proles fratrum suorum sine hærede, quod tunc prædicti Principatus deuoluerentur hæreditario iure ad ipsũ vel ad filios suos seu ad filios filiorum suorum. Quod ceteri fratres admiserunt. Hic Philippus Audax Dux cum esset in Brabantia cum Antonio filio suo, vt ipsum faceret tutorem Brabantiæ ad instantiam Ioannæ Ducissæ Brabantiæ materteræ vxoris suæ Margaretæ, obiit apud Halle in Brabantia anno supradicto die vigesima sexta Aprilis. Qui balsamo conditus sepelitur in Ducatu Burgundiæ extra ciuitatem Dygionensem in monasterio Carthusiensium, quod ipse construxerat. Et anno sequenti die vicesima prima Martii obiit vxor eius Margareta filia Loduici Malani quondam Comitis Flandriæ, Artheſyæ, &c. Sepultaque est in opido Insularum, id est Ryssellæ penes patrem suum. Ioannes ergo Dux Burgundiæ & Comes Flandriæ prædictus habuit in vxorem Margaretam filiam Ducis Alberti Comitis Hannoniæ & Hollandiæ, ex qua genuit Philippum Comitem Cadralesy sibi succedentem Ducem, Margaretam Delphinam Franciæ postmodum Comitissam de Rissnoten, Catharinã iuuenculam, Mariam vxorem Odulphi primi Ducis Chuensis, Iollentam Comitissam de Poictiers,

Annam

Annam Ducissam de Betuoert & Agnem vxorem Ducis Borbonię. De filiis vero Antonii Ducis Brabantiæ dicetur in suo loco infra Cap. V. Philippus autem omes de Nyuers duxit in vxorem Laudam filiam Comitis de Den, cuius mater fuit filia Pannis Ducis Byturicensis amatoris pretiosorum lapidum ex qua genuit Carolum Comitem de Nyeuers & Ioannem Comitem de Stanpoyss.

De rebellione Leodiensium contra Ducem Ioannem eorum electum Pontificem.

CAP. III.

PORRO circa hæc tempora inceperunt quidam Leodiensium ciues rebellare aduersus Ducem Ioannem electum Dominum Leodiensium nitentes contra iustitiam destruere iurisdictionem Ecclesiasticam in multis, Dominumq; electum & confirmatum priuare & alium imponere in Ecclesia Leodiensi, hoc solum pro causa prætendentes, quod totannos absq; sacerdotali dignitate præsedisset. Confregerunt ergo turrim officialis & captiuos Clericos ex ea per vim trahentes liberauerunt Canonicos maioris Ecclesiæ & aliarum banniendo, tam ex Leodiensi ciuitate, quam ex aliis opidis proscripserunt redditus, etiam vsurpando rapuerunt.

Quare Ioannes electus prædicta non valens dissimulare consistorium suum spirituale de Leodio ad Traiectum superius, quo ad Theutonicos & ad opidum Huyense quo ad Gallicos transtulit. Vnde ciues Leodienses commoti concordauerunt de constituendo tutore, qui eos defenderet contra prædictum Dominum Leodiensem & sibi adhærentes. Elegerunt ergo in tutorem Episcopatus Leodiensis Henricum Dominum de Pervvyss. Quam electionem quia capitulum Leodiense approbare & sigillare noluit Ideo Domini Capitulares in domo capitulari detinebantur clausi cum violentia per vnum diem & noctem in maximis iniuriis. Qui tamen sequenti die libertati restituti perrexerunt cum multa comitiua Procerum de Leodio ad Dominum electum in Traiecto superiori residentem, vt attentarent pacem componere inter dictum Dominum electum & suos subditos. Electi ergo fuerunt octo viri nobiles ex parte Domini electi Leodiensis, & octo ex parte ciuitatis prędictæ, qui in opido Tungrensi residentes pluribus diebus moderationes fecerunt diuersarum quæstionum inter ipsum Dominum Leodiensem & ciuitatem suam. Pax ergo reformatur & Dominus Leodiensis electus rediit in suo consistorio Leodium: anno igitur sequenti, scilic. millesimo quadringentesimo quarto in vigilia omnium sanctorum Ioannes de Bauaria Dominus Leodiensis cum esset in monasterio S. Trudonis eiusdem opidi quidam opidani hinc inde per opidum se animantes processerunt ad prædictum monasterium causa conueniendi ipsum Dominum Leodiensem. Quod idem Dominus percipiens statim cum suis armatis monasterium exiens perrexit eis obuiam ortoque conflictu opidani fugam ceperunt aliis eos persequentibus & plures ex eis captiuantibus.

De destructione Gasperne, Hagesteyn & Euersteyn.

CAP. IV.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo quinto, Wilhelmus Isendoren miles congregauit nonnullos armigeros ex parte Domini de Arkell, cum quibus intrauit quorundam mercatorum naues venitq; sub mercatorum titulo ante opidum Wondrighem in Carnispriuio, & simulans se petere licentiam à theolenario occupauit cum prefatis armigeris portã opidi Henrico Hart Theolenario interfecto captoq; cum tali dedecore opido, idem Wilhel. miles ex toto illud spoliauit ac demum flammis combussit, rediit ergo ad Gorichem cum tota præda ducens captiuos Gherardum Ioannis vander Heyde de Ioan. vander Heyden Nicolaum Burchgrauium, Ioannem VVten Camp cum aliis 29. viris. Audiens a. Dux VVilhel. Comes Hannoniæ, &c. quod Dñs de Arkell pacem quæ alias composita fuerat per Dominum Leodiensem inter ipsum & eund. Dominum de Arkel sic crudeliter violasset, iratus est valde. Quapropter Dominus de Arkell bellare proponens colligationem iniit cum Episcopo in Traiectensi ciuitate. Anno ergo eodem immediate post festum Paschæ idem bellicosus Dux congregauit ex Hollandia, Zeelandia, & ex territorio Traiectensi inclytos milites bellatores acerrimos. Quibus congregatis profectus est ante opidum Gasperne & castra Hagesteyn & Euersteyn. Distabant enim dicta castra ab inuicem per spacium quartæ partis vnius miliaris, sed Euersteyn pro nunc absorptum est à fluuio Lake. Econtra vero Ioan. Dominus de Arkell misit in opidum Gasperne & castrum Hagesteyn Ioannem vanden Houe Allardum Pusilit Lucam de Batzelaer VVilhelmum de Lyenden & Domicellum Ioannem de Arkell, qui fuit Dominus de Suelen & Ioannem

Anno 1405.

Opidum VVondrechem deloso capitur.

Wolfaria filium baſtardum eiuſdem Domini de Arkell cum pleriſque aliis militibus & ſcutariis approbatis: & ad caſtrum Euerſteyn deſtinauit Dominum de Brucchuyſen Dominum de Hogeſtraten V Vilhelmum de Ranſt & Henricum de Nyenſteyn militem qui fuit frater Baſtardus eiuſdem Domini Arkelenſis cum nonnullis armigeris Porro V Vilhelmus Dux erexit ante prædicta caſtra tria fortalitia. Nam vnum fundauit in ſuperiori parte Euerſteyn ſuper fluuium Laké & ibi concluſit ligneis poſtib. præfatum fluuium, ne de ſuperiorib. partibus caſtrenſes victualia acquirerent. Alia quoq; duo fortalitia conſtruxit in pratis verſus opidum Gaſperne & caſtrum Hagheſteyn, fodientes foſſata de fortalitio ad fortalitium, ne eſſet facilis exitus de opido & de caſtris. Cum ergo prænominata fortalitia conſummarétur, repleuit ea Dux V Vilhelmus electiſſimis bellatoribus cum victualium magna abundantia, quibus geſtis rediit Hollandiam. Deinde circa feſtum Iacobi Apoſtoli eiuſdem anni Wilhelmus Dux & Fredericus Epiſcopus Traiectenſis congregantes agmina ſua, decreuerunt pariter obſidere & ſimiliter debellare opidum Gaſperne & caſtra Hagheſteyn & Euerſteyn. Profectus eſt ergo Wilhelmus Dux cum turmis & obſedit ſtrictiſſime opidum Gaſperne cum ſuo caſtro Hagheſteyn. Opidum namque prædictum erat coniunctum caſtro Hageſteyn. Erexit autem idem Dux ad prædictorum interitum tres excellentes & firmas machinas cum quibus opidanos & caſtrenſes quamplurimum coartauit. Eodem etiam tempore Fredericus Epiſcopus Traiectenſis, venit cum ſuis præliatoribus ante caſtrum Euerſteyn & obſedit illud in manu robuſta quod ſui dire impegerunt quotidianis actibus fortiter nimis. Porro bellicoſus Dux V Vilhelmus circumdedit opidum Gheſperne & caſtra Hageſteyn & Euerſteyn ſepeni, imo & ſtrictiſſime vallando circumſepiuit ea aggeribus, diuerſiſque aliis ingeniis in tantum, quod eattus vel canis ex eis non poſſet euadere per diem aut per noctem. Durauit autem iſta obſidio vſque ad feſtum Luciæ virginis. Et quia tunc hyems erat ſatis aſpera, & foſſata fortiter eſſent congelata, ideo idem Dux applicatis ſcalis voluit ſuos aduerſarios ſciens victualia eorum conſumpta. Sed quia Capitaneus opidi ſcilicet Domicellus Ioannes Dominus de Arkel, qui fuit Dominus de Zielen nepos Domini Arkelenſis ex ſagittæ percuſſione occubuerat, ideo opidani & caſtrenſes tradiderunt ſe gratiæ Ducis V Vilhelmi in vigilia S. Thomæ Apoſtoli. Prænominatus ergo Dux opidum Gaſperne & caſtrum Hageſteyn fauillatenus conerematum ſolo tenus eradicauit. Durauit enim ibidem tam diu cum exercitu ſuo quouſque omnia ædificia fuerunt planata & diruta. Quod cum caſtrenſes in Euerſteyn cognouiſſent quod adeo grauiter obſeſſi erant, vt conſumptis victualibus equinas & glirinas demum manducare congerentur impetrata deditione in captiuitatem tranſierunt Epiſcopi Traiectenſis in feſto S. Thomæ Apoſtoli. Epiſcopus autem Traiectenſis iam dictum caſtrum ſolo adæquauit. Deinde V Vilhelmus Dux feria tertia poſt feſtum ſanctorum Innocentium cum captiuis & ſpoliis Hollandiam rediens peruenit vſque ad Haghan Comitis cum triumphali gloria. Deinde per amicabiles interlocutiones ordinatæ fuerunt treugæ inter Ducem V Vilhelmum Fredericum Epiſcopum & ciuitatem Traiectenſem ex vna parte, & inter V Vilhelmum Domicellum de Arkel ſecluſo patre ſuo Ioanne Domino de Arkel vſque ad feſtum Pentecoſtes ſequentis anni.

De obitu Ioannæ Ducissæ Brabantiæ & Antonio Duce eius successore.

Cap. V.

Anno 1406. ANno Domini M. CCCC. VI. cum tam Antonius ſecundo genitus Philippi Audacis ducis Burgondiæ per duos annos de beneplacito Ioannæ Duciſſæ Brabantiæ tutor & rector fuiſſet totius Brabantiæ, obiit ipſa Ioanna Duciſſa poſtquam 50. annis & vno poſt mortē Ioannis Ducis patris ſui Brabantiam rexiſſet. Nam eū V Venzelao Duce marito ſuo rexit annis 28. & vidua rexit añis 20. trib. Huius Ioannæ Duciſſæ primus maritus fuit V Vilhelmus Comes Hannoniæ & Hollandiæ. Sepulta eſt autem Bruxellæ in monaſterio fratrum ordinis B. Mariæ virginis de monte Carmeli ante ſummum altare in tumba ſolemni. Tunc ſucceſſit ei ſupradictus Antonius ſecundo genitus Philippi Ducis Audacis, frater Ducis Ioannis Burgundiæ & Comitis Flandriæ. Horum fratrum mater fuit Margareta filia Margaretæ ſororis Ioannæ Duciſſæ præfatæ.

Antuerpia marchionatus Imperii. Factus eſt ergo idem Antonius Dux Lotharingiæ, Brabantiæ, Lymburgiæ & Marchio ſacri Imperii. Marchionatus autem ille eſt ſuper opidum Antwerpienſe. Hic Antonius Dux Brabantiæ duxit in vxorem Ioannam filiam V Valrauii Comitis S. Pauli formoſiſſimam puellam ex qua genuit Ioannem Ducem Brabantiæ ſibi ſuccedentem matrimonium Duciſſæ Iacobæ & Philippum Comitem S. Pauli & Lynei in bonis matris ſuccedentem

dentem quia Ioanna mater eorum fuit vnica filia Comitis sancti Pauli prædicti. Ista autem vxore defuncta Antonius præhabatus Dux accepit in vxorem Elizabetham filiam Ioannis Ducis de Gorkecet, eius Ioannis Ducis fratres fuerunt Wenzelaus Rex Romanorum & Bohemiæ, Sigismundus Rex Vngariæ. Omnes isti tres fuerunt filii Caroli Regis Romanorum & Bohemiæ fratres VVenzelai quondam Ducis Luxenburgiæ & Brabantiæ & Zidocii Marchgrauii Brandenburgiæ. Hæc ergo Elizabeth fuit filia Ioannis Ducis de Gorkecet filii Caroli Regis Romanorum & Bohemiæ filii Ioannis Regis Bohemiæ & Ducis Luxenburgiæ filii Henrici Luxenburgensis septimi Imperatoris Romanorum intoxicati in Eucharistia. Et quia Ioan. Dux de Gorkecet pater eiusd. Elizabeth iam aberat, ideo VVenzelaus Rex Romanorum & Bohemiæ Sigismundus Rex Vngariæ fratres eiusd. Ducis de Gorlicet & Iudocus Marchgrauius Brandenburgensis patruus præfatorum fratrum tradiderunt prænominatam Elizabeth neptem suam prædicto Antonio Duci Brabantiæ in vxorem donantes eid. pro dote Ducatum Luxemburgiæ & Comitatum de Ezin & Alsatiæ, tali tamen conditione vt prædicta maneant eis perpetua si proles simul procrearent & in casu quo non, quod tunc prædicti Comitatus & Ducatus redierent ad Regnum Bohemiæ. Ista ergo Elizabeth concepit ex Antonio Duce Brabantiæ, & genuit filium VVilhelmum nomine, quem ex fonte leuauerunt Bruxellæ in Ecclesia S. Gudilæ Dux VVilhelmus de Bauaria Comes Hannoniæ & Hollandiæ & frater eius Dux Ioannes electus Leodiensis. Sed idem VVilhelmus iuuenis obiit sepultus sub tumba Ioannæ Ducissę Brabantiæ apud Bruxellam in monasterio fratrum ordinis B. Mariæ virginis de monte Carmeli. Anton. Dux Lotharingiæ, Brabantiæ, & Lymburgiæ & Comes de Ezin & Alsatiæ prædictus fuit ex parte Elizabeth vxoris etiam Dux Luxenburgiæ & Comes de Ezin & Elzatiæ. Hanc Elizabet postmodum duxit in vxorem Dux Ioann. de Bauaria, tutor Hollandiæ. Post eiusd. etiam Elizabeth obitum Philippus Dux Burgundiæ & Comes hollandiæ subiugat sibi Luxenburgiam, vt inferius dicetur.

De secunda rebellione Leodiensium contra Ducem Ioannem eorum Episcopum.

Cap. VI.

ANno Domini M.CCCC.VI. circa festum Paschæ, Dux Ioannes de Bauaria Episcopus Leodiensis volens declinare tumultum Leodiensium recessit à ciuitate Leodiensi cum indignatione, & transtulit curiam seu assistorium suum vna cum sigillo officialitatis ad Traiectum superius. Deinde 27. die mensis Septembris ciuitas Leodiensis cum consensu cunctorum opidorum totius patriæ assumpsit in Episcopum Leodiensem Theodricum filium Henrici Domini Pervvyss Dominis de Capitulo reclamantibus super eius Theodorici electione. Statim confectæ fuerunt literæ sigillandæ. Et eod. die appositum est maius sigillum ciuitatis Leodiensis. Consules quoq; opidorum patriæ Leodiensis permiserunt sigilla apponenda fieri. Post hęc 5. die mensis Octobris eiusdem anni requisiti Domini de Capitulo quatenus ante dictam electionem sigillarent renuerunt dicentes quod hoc nullatenus possent facere. Eodem ergo die publicatum fuit per præconis voce, quod quicumq; Dominorum prædictorum electionem præfatam sigillare nollent ciuitatę Leodiensem exirent ante solis occasum, quia deinceps pro inimicis essent imputandi. Qua de re omnes Canonici à ciuitate prædicta se absentauerunt, & recesserunt vno solo dempto scilicet Domino VVilhelmo filio Baldevvini dicti de Rupe, & non multo post instituti sunt alii Canonici per Theodoricum de Pervvyss nouum electum qui statim literas illius nouæ electionis sigillauerunt. Vlterius circa festum omnium Sanctorum Leodienses Huyenses Tungrenses & Hasselenses obsederunt opidum S. Trudonis ad expellendum Ducis Ioan. de Bauaria antiqui electi fautores, quia dd illud opidum diuerterant, quib. propterea de opido egressis dissoluta est obsidio. Eod. an. circa festum B. Andreę Apostoli Henr. dñs de Pervvys mamburnus Leodiensis obsedit cum Dionantensib. castrum Bullion, eo quod castrenses essent fautores Ioan. de Bauaria Domini Leodiensis igitur post diutinam obsidionē timorati expetierunt deditionem, & per concordiam domicelli de Mercha recesserunt de castro tradentes castrum Bullion S. Lamberto & patriæ Leodiensi. Quib. gestis Henr. dominus de Pervvyss mamburnus Leodiensis & Theodor. postulatus filius eius miserunt animo nam pro confirmatione acquirenda à Domino Papa ibid. residente, factumq; est hoc suadente Magistro Lamberto Gregorii. Ad hoc itaq; opus expediendum missus est Iacobus Badus secrete, vnde absq; scitu ciuitatis & patriæ Leodiensis veniens cum bullis in confinib. Franciç detentus est, sed in tantum laborauit apud Ludovvicum Aurelianensem fratrem Caroli Gonnessi Regis Franciæ quod promissus est regredi saluus. Cometa cit ca hæc tempora apparuit pluribus noctibus cum longa cauda

Trudonopolis obsidetur.

Castrū Bullion obsidetur.

Cometa ingens circa hæc tempora.

cauda flammea præmonstrans imminentia mala. ANNO vero sequenti die vicesima quarta mensis Martii quæ tunc fuit feria quarta in bona hebdomada ante Pascha conuocati fuerunt ad palatium Leodiense Prælati & Canonici secundarum Ecclesiarum numero triginta presbyteri Ecclesiarum parochialium vt exigeret eorum consensus ad recipiendum christma in Ecclesia Leodiensi sub titulo Domini Theodorici Pervyssi nouielecti. Quibus se excusantib. & dicentibus quod hoc bono animo non possent facere, detenti sunt in palatio antedicto vsque ad horam nonam in sero compulsique fuerunt metu corporis ad præstandum iuramentum fidelitatis dicto Domino Theodorico de Pervvyss, qua violentia maior pars eorum recessit à Leodio. Igitur eod. an. post festum Ioannis Baptistæ fuerunt decollati ante gradus Ecclesiæ maioris in Leodio super forum Ioamus de Horion & VVilhelmus filius eius milites Ioannes de S. Martino clericus prædictorum militum Nicolaus Tector & Ioannes de Coeyvaremme iunior de consensu Mamburni & filius eius ad spectaculum videndum in fenestris constituti erant pro eo quod erant fautores Ducis Ioannis electi Leodiensis. Quare multi ciuitatem Leodiensem exierunt ne similia paterentur. Anno etiam quo supra in mense Iulio ex parte Mamburni & eius filii magistrorumque ciuium & consulum ciuitatis Leodiensis banniti sunt præconis voce omnes qui scà patria absentauerunt sicut falsi, periuri, & venditores patriæ. Et quicumque aliquem eorum posset capere viuum seu mortuum, reciperet viginti coronatos Franciæ in bona moneta. Eodem insuper anno circa festum Catharinæ Henricus Dominus de Pervvyssmamburnus Leodiensis & Theodoricus nouus electus filius eius cum tota ciuitate Leodiensi obsederunt Traiectum superius. Deinde venerunt ad prædictam obsidionem Huyenses, Tungrenses, & Hasselenses. Et durauit hæc obsidio vsq; ad diem septimum mensis Ianuarii, tunc enim abiit exercitus ad propria propter asperitatem hyemis.

De captiuitate Domini Ioannis de Brederoden.

CAP. VII.

Anno 1407. ANNO Domini millesimo quadringentesimo septimo, altera die sancti Vrbani obiit Wilhelmus Dominus de Apconda & Wyck Doresstado non relinquens post se proles nisi Ioannam quondam vxorem Ioannis Domini de Brederoeden nunc professam in monasterio sanctimonialium in prædicto oppido Wyck Doresstado in quo & idem VVilhelmus sepultus est. Quare Iacobus Domicellus de Gaesbreck filius Zwederi Domini de Gaesbreck fratris prænominati VVilhelmi acceptauit Dominia de Apkonda & VVyck Doresstado. Quod cernens Ioannes quondam Dominus de Brederoden nunc monachus conuersus ad Carthusienses prope Traiectum exuit religionem persuasione iniquorum, & vt fertur obtinuit à sede Apostolica licentiam relaxandi suam vxorem ex monasterio prædicto vt cum ea obtineret Dominia de Abcauda & VVyck Doresstado.

Cumque sibi repetitis vicibus magna resistentia in dicta causa facta fuisset, tandem anno Domini millesimo quadringentesimo decimo, nona die mensis Aprilis oppidum VVyck Doresstadum idem Ioannes armata manu intrauit plerisque opidanis occisis vxorem suam de monasterio acquisiuit & perduxit ad suum hospitium. Quod cum percepissent Fredericus de Blanckenhem Episcopus Traiectensis qui tunc temporis apud Horst extitit statim armauit perpulchrum exercitum & subito inruit super opidum VVyck prædictum atque manibus armatis intrauit accipiensque vxorem Ioannis reclusit in monasterio & ipsum Ioannem tradidit captiuum Iacobo Domicello de Gaesbeeck. Qui locauit eundem captiuum in castro VVyck Doresstado. Et sic Iacobus Domicellus Gaesbeeck obtinuit Dominia de Abcauda & VVyck Doresstado. Deinde Anno Domini millesimo quadringentesimo vndecimo, decima die mensis Ianuarii obiit in monasterio sæpedicta Ioanna vxor Domini Ioannis de Brederoeden prædicti. Post cuius mortem iam dictus Ioannes laxatur à captiuitate, qui (pro dolor) non rediit ad suum monasterium.

De Guerris Hollandensium contra Arkelenses & Ghelrenses.

CAP. VIII.

ANNO etiam eodem cum inter ducem VVilhelmum & Ioannem Dominum de Arkel necdum bellum pacificatum esset; diuites in Dominio de Arkell quotidie magis ac magis depauperari ceperunt eoque agri eorum inculti & deserti permanserunt: quare contra Dominum Arkelensem quotidie quamplurimum murmurabant præsertim cum iam publica fama esset apud eos quod VVilhelmus Dux per militiam iurasset se in æternum non recepturum ad pacem eorum Dominum de Arkell.

VVilhel-

Wilhelmus vero Domicellus de Arkel filius eius domini Arkell cernens etiam & percipiens dicta vehementem in modum indoluit. Quinimo & patrem suum exhortando multoties admoniut vt pacem iniret cum Principib. sibi aduersantib. qui fuerunt wilhel. dux cum Hollandensib. Freder. Episc. & Henr. Dominus de Vianen cum Traiectensib. Sed cum idem iuuenis parum proficeret apud patrem suum, rat⁹ recessit ab eo. Deinde prænominatus Domicellus trahere satagebat ad suâ amicitiam & fidelitatem maiores & ditiores opidanos in Gorighem scil. Dominum Ioan. Gherardi præpositū in Gorichem Conrardum, Ioan Arnoldum & Ghetardum 4. fratres de Harlaer Ambrosium sc. Walterii Ambrosium Tinctoris & Ioan. de Donck ex bastardo de Arkell natum. Quibus sic inuicem alligatis concluserunt dñum de Arkel tecludere à Dominio suo, & pacem componere cum Duce wilhelmo. Vnde cum Dominus de Arkel equitasset ad Reynaldum ducem Iuliæ & Ghelriæ fratrem vxoris suæ, Domicellus V Vilhel. consilio prædictorum eiecit tribunitiæ dignitatis viros, à præfectura castri Arkellensi ordinans in eod. alium Drossatū. Eod. etiam modo disposuit in opido Lerdam, & super castrum eiusd. opidi. Igitur Io. dñs de Arkel ista ignorans dū ex Ducatu Ghelriæ opidū suum Gorichē reintrare tentasset, filius suus Domicel. de Arkel clausis portis ei ingressum negabat. Similiter dñm castrum Arkelense ingredi putatet, clausis seris castrenses eum intrare non sinebant. Qua de re multū turbatus equitauit consestim versus opidū suum Lerdam, vbi & simili modo repulsus est. Quod ceteris prædictus Dñs Arkelensis parum per ingemiscens, equitauit ieiuno stomacho versus Geltriam. Paucis igitur diebus euoluris prænominatus Dominus de Arkel misit ad Domicellum filium suum secretos consiliarios qui eum in tantum informauerunt, vt idem filius patrem accederet apud Buscum Ducis pro acquisitione veniæ. Pacificantur ergo pater & filius seclusis prædictis consiliariis Domicelli. Cumq; prædicti 8. percepissent indignati sunt vehementer, eo quod pacem cum patre fecerat ipsis inconsultis vnde ad idem V Vilhel. Domicel. de Arkel Gorichem redire decreuisset, & iam ante portam opidi peruenisset, statim prædicti octo cum suis fautoribus sibi introitum negabant obiicientes ei quod pactum cum patre suo inierat ipsis absentib. Tunc Domicel. Arkelensis perrexit cum suis ad suum aununculum Reynoldum Ducem Iuliæ & Geltriæ. Post recessum ergo Domicelli prædicti 8. miserunt solemnes nuncios ad metuendum ducem V Vilhel. Comitem Hannoniæ & Hollandiæ postulantes pacem habere cum eo & ipsum suscipere in Dñum clementem conditione vt eos vbiq; defenderet contra Dominum Arkelensem & Domicel. eius. Gauisus igitur Dux, quod sine strepitu belli iam sic posset deprimere inimicum suum, venit ad opidulum V Vondrichem circa festum Pentecostes prædicti anni, & deinde homagiatur in castro Arkelensi cum solemni processione præstito ibid. iuramento confirmatisq; antiquis & nouis priuilegiis. Demum homagiatur in opido Gorichem & in castro eiusdem opidi. Similiter & altera die idē Dux perrexit versus opidum Lerdam vbi & suscipitur, eam in opido, quam in castro. Porro V Vilhel. Dux in ista susceptione seu homagiatione ordinauit milites viros prædictos sc. Gherardum, Conrardū, Ioan. & Arnoldum 4. fratres de Haerlace Ambrosiū sc. V Valterii Ambrosium Tinctoris & Ioan. de Donck, Itaq; Dominus de Asperem occurrens prædicto Duci obuiam eum reuerentia prope Lerdam videnſque præfatos 7. insignitos torque militiæ admirans ait, Serenissime Princeps, Caue ab istis, quia hoc quod suo vero Domino fecerunt, poterunt & eras facere vobis. Quib. dictis inclytus Dux V Vilhel. subridens accepit eund. Dominum de Asperen sub brachiis tendens cū festinatione ad suum hospitium. Post hoc Dux rediit Hollandiam. Demum Ioan. Dominus de Arkel & filius eius V Vilhel. Domicellus post hæc conati recuperare paternam hæreditatem. Quod percipiens Dux V Vilhelmus misit Gorichem Philippum de Dorx militem cum quingentis armigeris, quibus gestis V Vilhel. Domicellus de Arkel congregatis amicis suis ex Ghelria venit silenter nocturno tempore in profesto exultationis sanctæ Crucis eiusd. anni prope muros opidi Gorichem, & cum scalis scandens muros apud turrim dictam *Roberts thoren* intrauit cum suis opidum prædictum. Custodes vero audientes Domicellum cum suis supra murum surgere præsidiū sumpserunt Et Domicellus aperta orientali porta fecit reliquos cum suo vexillo introire. Congregati sunt ergo apud eum omnes opidani sibi fauentes neminem lædens dempto Henrico de Straten, qui in primo impetu occisus est. Altera vero die decollatur Theodoricus Kock proximus sanguineus Ambrosiii V Valterii, & cum omnes aduersarii Domicelli per muros euasissent, idem Domicellus statim vlterius obsedit castrum Arkelense. Castrenses vero egregie resistebant cum bombardis, balistis & fundibulis. Verum Dux V Vilhelmus Comes Hollandiæ ista percipiens collegit exemplo per-

Gorichem sine Georgomio opidum capitur à Domicello de Arkell.

pulchrum exercitum & castrametatus est prope Gorichem pro obsidione instruenda: quare & Domicellum ab obsidione castri Arkelensis propellens Gorichem intrare compulit. Deinde Wilhelmus Dux proponens inchoate strictam obsidionem ante opidum Gorichem misit pro nobilibus & ignobilibus totius Hollandiæ nuncium pro Traiectensibus vt sibi celeriter occurrerent in tali obsidione. Interea Reynaldus Dux Iuliæ & Ghelriæ auunculus eiusd. Domicelli de Arkel ista percipiens gauisus est valde, mittensq; literas diffidationis Duci wilhelmo congregauit Ghelrenses in magna copia & non longe à Gorichem in occursum suum vt victualia illa ab eodem Duce obtinerent. Quod & ita factum est. Porro Wilhelmus Dux audiens aduentum Ducis Reynaldi mouit exercitum suum ab obsidione, refixit tabernaculum circa capellam in Dalem super aggerem prope castra Ducis Reynaldi prouocans eundem Ducem ad campestre bellum. Bellum autem postpositum fuit propter instantem noctis caliginem, imo in ipsa nocte Dux Reynaldus recedens, declinauit versus Ghelrlam. Quod cernens Dux VVilhelmus rediit ad obsidionem ante Gorichem, munienſque castrum Arkelense & alia loca suis armigeris & victualib. rediit Hollandiam. Post hæc Ioannes Dominus de Arkel cum Wilhelmo Domicello filio suo resignauit libere opidum Gorichem Reynaldo Duci Iuliæ & Ghelriæ tali conditione, quatenus idem Dux nunquã opidum Gorichem alienaret à Ducatu Ghelriæ. Erat enim prædictus Domicellus de Arkel indubitatus & verus hæres terratum Iuliæ & Ghelriæ atq; Zutphaniæ, quia fæpe dictus Dux non habens proles fuit frater Mariæ matris eiusdem Domicelli de Arkel. Reynaldus ergo Dux in opido Gorichem homagiatur pro vero Domino, & tunc magna guerra surrexit inter Ghelrenses & Hollandenses vnde & plurima damna sibi inuicem bellico apparatu multotiens intulerunt. Nam Hollandenses sæpius cum rapinis & incendiis diffusi sunt in Ghelrensi terra prope Brakel Beelde & aliis in locis in Tielrevvaert & Bommelervvaert. Econtra veto Ghelrenses vna dierum applicuerunt exercitu suo in Heechuysen vbi & incendium construxerunt. Quod cum percepissent Ioannes de Cranenburch miles Castellanus in Huesden, conuocauit ad se celeriter Hollandenses cum opidanis & perrexit magno cum stridore buccinarum & vociferatione aduersus Ghelrenses. Ghelrensis a. exercitus in decuplo maior erat, quam Hollandensis exercitus, sed quia aer erat nebulosus, & vnus exercitus alterius fortitudinem cognoscere non poterat. Ideo Ghelrenses ex nimio clamore Hollandensium profugati sunt. Putabant enim infinitum affuisse Hollandensium exercitum. Io. Castellanus persequens fugientem exercitum apprehendit in maiori numero, captiuosque secum adduxit bellatores. Mirabilis fuit fuga ista Ghelrensium. Nam incaute Mosam transfretare volentes plurimi eorum submergebantur. Mirum quod sequitur. Septem denique Ghelrenses in fuga sua errantes nescientes quorsum se diuerterent à superuentura ira absconderunt se tandem in quodam tuguriolo porcorum eiusd. villę Heechuysen. Cum a. sero factum esset, & tenebræ appropinquare cepissent, venit sus percutiens ore ianuam vt intraret tuguriolum suum. Illi vero, qui latebant æstimantes aduersariorum quosdam adesse, clamabant præ timore, dicentes, nolite nos subito pe timere, sed nos accipite in captiuitatem. Quem clamorem cum Villani, qui prope erant audissent accesserunt & captiuauerunt eos. Deinde anno sequenti in Quadragesima VVilhelmus Dux fabricari fecit quoddam grande fortalicium. Et cum illud iam præparatum esset, misit exercitum suum erigerent in Dalem in oppositu Louesteyn ab alia parte fluminis VVale. Quod & ita factum est in festa quinta Cænæ Domini. Igitur summo diluculo, antequam adhuc fortalitium illud debite munitum & roboratum foret, ecce aduenit Reynaldus Dux Ghelriæ cum exercitu suo æstimans se in eod. loco suum velle erigere fortalitium, sed cernens à longe fortalitium Ducis VVilhelmi ibid. erectum esse, misit saxa grandia ex bombardis & serpentinulis contra machinam erectam cupiens illam euertere, & Hollandenses ab eod. profugare. Sed hoc parũ ei profuit quia Hollandenses egregie se descendentes munierant ad plenum suum fortalitiũ. Tunc descendit Hollandiam Dux Ioan. Dominus electus Leodiensis frater VVilhelmi Ducis supradicti, & ordinauit trib. annis firmas treugas inter VVilhelmum Ducem fratrem suum & Reynaldum Ducem Iuliæ & Ghelriæ, durantes vsque ad annum Domini M. CCCC. X.

Gorichē adiungitur ducatui Iuliæ & Gelriæ quomodo.

Fuga Gelrensium damnosa.

Lepidum de timidis aliquot in periculi latentibus.

De occisione Ludovvici Ducis Aurelianensis.

CAP. IX.

Anno 1407. ANNO Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptimo, in profeſto S. Clementis Martyris Ludovvicus Dux Aurelianenſis frater Caroli de Goneſſ Regis Franciæ

tiæ occiditur ad instantiam Ioannis ducis Burgundiæ Comitis Flandriæ, &c. qui ambo erant filii duorum fratrum. Nam Carolus Sapiens Rex Franciæ pater Ludovvici Ducis fuit frater Philippi Audacis patris Ioannis Ducis prædicti. Hic etiam Princeps habebat in vxorem Margaretam sororem Wilhelmi Ducis de Bauaria Comitis Hollandiæ, &c. & idem Wilhelmus Dux habebat sororem eiusdem Ioannis ducis in vxorem. Causa vero & modus huius occisionis talis fuit. Nam hic Ludovvicus Dux Aurelianensis ante plures annos occiderat per compressionem infra lectum & parietē Ludovvicum de Malen quondam Comitem Flandriæ auum maternum istius Ioan. Ducis Burgundiæ. Postmodum magnum odium creuit inter hunc Ducem Aurelianensem & filios Margaretæ Comitissæ Flandriæ filiæ prædicti Ludovvici de Malen. Sed alia causa magis prægnans fuit ista. Nam Ioannes Dux Burgundiæ & Comes Flandriæ voluit Regem & Regnum Franciæ gubernare sicut Philippus Audax Dux Burgondiæ pater eius regere consueuerat, sed hoc non voluit sustinere Ludovvicus Dux Aurelianensis frater Regis, quia hoc sibi magis competere æstimabat, vnde & inuidia excreuit inter eos maxima. Videns igitur Dux Aurelianensis quod per parentes inimicitias non posset supprimere Ioan. Ducem Burgondiæ, quia ab omnibus propter sua larga munera diligebatur, & regimen Regni & Regis exercebat cū magna potestate, cogitauit traditorie ipsum interficere. Quare idem Aurelianensis equitauit vna die rum ad castrum cuiusdam militis suę ditionis cum cuius vxore sæpius adulterabatur. Et ec ce post cænam Dux taxillauit cum prædicto milite causa recreationis, miles vero perdidit non solum omnia sua mobilia bona, verum etiam castrum & omnia dominia sua, & in duplo plus quam possidebat in tercentis diuitiis. Finito ludo miles anxius procidens petiit veniam & gratiam, quia non habebat vnde soluere posset. Tunc Dux ridens leuauit eum benigne, & dixit ei, Ecce totum remitto si vultis occidere Ioannem Ducem Burgondiæ aduersarium meum. Et spopondit se facturum. Itaque Ioannes Dux Burgondiæ cum esset in itinere à Flandria versus Parisiensem vrbem, prædictus miles occultauit se cum multis armigeris præfati Ducis Aurelianensis ad occidendum eundem Ducem Burgundiæ. Porro Ioannes Dux appropinquauit cum tanta turba militum & scutariorum, quod non poterat occidi à milite in insidiis posito. Lætus ergo ille idem miles efficitur, quia sic cum suo honore habuit causam post ponendi occisionem Ducis & differendi vique in tempus aliud. Igitur prænominatus miles diligens Ioannem Ducem Burgondiæ, & odio habens Ludovvicum Ducem Aurelianensem mutauit interim propositum suum. Et quia habuit duos fratres milites equitantes in obsequio Ducis Ioannis, accessit ad eundem Ducem & manifestauit ei totum negotiū prædictum. Cui Dux ait, Charissime miles muta propositum & occide ipsum Ducem Aurelianensem, & dabo tibi duplo plus pro mercede, quam acceperus eras ab eo, pro occisione. Miles gauisus promisit se facturum. Nihilominus tamen Ioannes Dux habuit postmodum militem ante factum à tali opere supportatum, conducens alios qui illam occisionem adimplerent. Cum ergo Parisius Dux Ludovvicus Aurelianensis in profesto S. Clementis Martyris anni prædicti ante mediam noctem de palatio Caroli de Gonnesl Regis Franciæ fratris sui diuerteret ad domum suam cum pauca familia præsentibus cereis, ecce conducti carnifices ex latibulis erumpentes extinctis primò cereis ne cognoscerentur Ludovvicum Ducem Aurelianensem de caballo ad terram prosternunt & miserabiliter trucidando perimunt. Et cum altera die idem Dux Burgondiæ vt proximus consanguineus ad exequias occisi ducis conueniret cum ceteris Principibus, accessit Ioannes Dux Byturicensis amator præciosorum lapidum patruus occisi ducis ac eiusdem Ducis Ioannis, & ait dicto Duci Burgondiæ, Recede, recede, quia captiuaberis cum venerint alii Principes ad ferectum, quia occidisti istum nobilem Ducem. Audiens hæc Ioannes Dux Burgondiæ stimulante conscientia demissa vultu pallidus efficitur, vnde celerime ascendens fortes præparatos caballos equitauit ad Flandriam, vbi cum esset rescripsit Duci Byturicensi patruo suo totum negotium traditionis Ducis occisi, palans ei ex integro quomodo nisus fuerat ipsum occidere per supra dictum militem sicut superius dictum est. De ista autem interfectione processu temporis grauissima bella orta fuerunt inter Regem Franciæ & Ducem Burgondiæ, sicut postea in suis locis patebit. Porro iste Ludovvicus Dux occisus reliquit post se tres filios. Primus filius fuit Carolus Dux Aurelianensis, secundus dictus est Philippus Comes de Wertus, & tertius dictus fuit Ioannes Comes Gheleſt.

Insidiæ locatæ Ioanni Duci Burgundiæ per Ducem Aurelianens. sem.

Perimitur crudeliter Ludouicus Dux Aurel. lianensis.

De bello Leodiensi.

CAP. X.

Anno 1408. ANno Domini 1408. penultima mensis Maii Henricus Dominus de Pervvyssmãburnus Leodiensis & Theodricus nouus intrusus electus Leodientis filius eius cum tota patria Leodiensi obsederunt per gyrum Traiectum superius in manu robustissima, vt ducem Ioannem de Bauaria antiquum electum dominum Leodiensem ex eodem opido profugarent, aut captiuum ducerent. Itaque Leodienses sua castra locauerunt vltra Mosam, & ceteri per alia loca in circuitu. Interea Dux Bauariensis, Wilhelmus Comes Hannoniæ & Hollandiæ frater dicti Ioannis domini Leodiensis omnem rem gestam intelligens repente profectus est ad Ioannem ducem Burgondiæ & Comitem Flandriæ socerum suum, & cum in suum adiutorium cum suis Principibus aduersus Leodienses acquisiuit. Cæpit ergo idem dux Burgundiæ congregare extemplo ingentes copias præelectæ militiæ, & appropinquare in adiutorium Wilhelmi Ducis prædicti socceri sui. Præterea gloriosus Dux wilhelmus antedictus ad debellandum Leodienses modis omnib. se præparauit: non enim tantum omnes nobiles & vasallos suarum prouinciarum in vnum congregare studuit, verum etiam Barones, milites & primates & scutarios infinitos aliarum prouinciarum & terrarum pro stipendiis largis sibi in adiutorium subarrauit. Quibus sic congregatis plures diffidationis literæ missæ fuerunt in obsidione præfata Henrico domino de Pervvyssmamburno Leodiensi ex parte ducis wilhelmi Comitis Hannoniæ & toti patriæ Leodiensi & Hollandiæ. Etiam aliorum Dominorum de partibus Hannoniæ & Hollandiæ. Deinde paulo post præsentatæ sunt supradicto de Pervvyssaliæ diffidationis literæ ex parte Ioannis Ducis Burgundiæ Comitisque Flandriæ & Artheſii. Et consequentibus duobus ducibus prædictis cum eorum exercitibus. Dehinc etiam aliæ ex parte Theodrici Comitis Namurchensis & plurium aliorum præpotentum satraparum de partibus Franciæ, Burgundiæ, Flandriæ & Artheſii. Et ecce conuenientib. duobus ducibus prædictis cũ eorum exercitibus in partibus Hannoniæ in vnum statim in multitudine vexillorum & diuersitate armorum congregatus est ibidem exercitus infinitæ multitudinis: vnde cum iam viam carpere cepissent refulsit sol in clypeos aureos & resplenduerunt mones ab eis. Et non multo post dux wilhelmus præfatus & ceteri principes, barones & milites prædictarum prouinciarum cum valida manu colhsione armoium & buccinis frementibus ac vexillis in aere coruscantibus intrauerunt bellico apparatu patriam Leodiensem prope Trauvvinum opidum, vbi & hostiliter plures villas spoliantes combusserunt. Deinde castra mouerunt versus Traiectum superius, vt obsidionem ab eo propellerent ad liberandum ducem Ioannem dominum electum Leodiensem. His omnibus Mamburno & filio eius ac eorum fautoribus celeriter nunciatis difficulter credere voluerunt. Tandem cum verus rumor peruenisset ad aures vulgarium, qualiter exercitus armatorum principum ad eos accessum haberet, facti sunt Leodienses aliquantulum timorati, & super agendis dubii. Quare inito consilio Leodienses cum tota patria reliquerunt obsidionem tendentes ad propria die mensis Septembris vicesima secunda postquam obsidionem ante Traiectum superius protelassent sedecim septimanis. Porro Huyenses perrexerunt cum Leodiensibus ad propriam ciuitatem omnino se disponentes ad campestre bellũ: vnde eodem die in Leodio statim præconisatur ad Pyronam quatenus omnes & singuli tam milites, quam armigeri, tam clerici, quam laici, ciues liberi & serui sub pœna decollationis & amissionis omnium bonorum in armis essent parati die sequenti ad occurrendum hostibus in campestri bello. Quod & ita ab omnibus diligenter factum est. Venit ergo dies crastina, scilicet vicesima tertia mensis Septembris, quæ tunc fuit dies Dominica & festum S. Teclæ virginis. Tunc summo diluculo Henricus Dominus de Pervvys, Theodricus intrusus electus filius eius & tota communitas Leodiensis cum Huyensibus exeuntes ciuitatem in virtute magna perrexerunt in clangore tubarum versus villam Gallice Othey dictam, Teutonice vero Elch in Hasbania. Et cum appropinquasset tumbe in rure non longe à præfata villa Elch distante, ecce apparuerunt eis coruscantia vexilla exercitus magnorum principum præfatorum, qui se nocte tranfacta in villis illis campestribus pernoctauerunt circa lecoram fluuium proponentes tendere versus Traiectum superius. Ignorabant enim obsidionem esse amotam. Principes ergo prædicti aduersariorum exercitum statim conuocato toto exercitu instituerunt tres acies. Prima fuit Wilhelmi Ducis, secunda fuit Ioannis Ducis Burgondiæ & tertia fuit Theodrici Comitis Namurcensis, qui sequestrabatur à latere ab aliis. Leodienses autem tantum vnam

Traiectum superius obsidetur.

Ex Flandria ingens exercitus intendit in patriam Leodiensem.

Traiectum liberant ab obsidione.

vnam aciem ordinabant, quæ erat fortis nimis. Cumque exercitus ambarum partium ad inuicem proximo tenus accedere cœpissent, & Dominus de Pervvyss Wilhelmum ducem in propria persona exercitum suum præcedentem vidisset, consternatus animo dixit sociis suis, ecce aurei montes appropinquant, & si poterimus illos ad retrocedendum compellere, pauperrimus ex nobis auro comparetur.

Sed cælum & terra prius mutabitur antequam exercitus ille fugit. Cui Leodienses irato animo respondentes, dicentes, Cur modo times qui, semper bonam spem habuisti & nos ad bellum animare consueuisti? Quibus Dominus de Pervvyss ait, Nequaquam filii charissimi, sed audacter procedamus ad eos, oportet enim nunc victoriam obtinere aut mori.

Egomet in acie belli præcedam vos, & qui diligunt me sequantur vestigia mea. Et ecce cum sibi inuicem appropinquare cœpissent tensis suis arcubus sagittas in alterutrum sicut grandines miserunt. Sed arcus & sagittæ tandem inutilem ibi locum habebant.

Conflictus terribilis, in quo vincuntur Leodienses.

Nam lanceis & gladiis in corporibus tandem res agitur, Leodienses autem inconstantes initio multum animose & fortiter pugnabant. Quod cernens Theodricus Comes Namurcensis, qui cum sua acie à latere rem contemplatur, citius quo potuit & ipse cum suis aduolauit & tam crudele spectaculum, & Leodienses à tergo gyrando validissimis ictibus inuasit.

Vnde & Leodienses nimium anxitati perdiderunt animosam pugnandi audaciam. O quot ibi tunc corpora concurrerunt membris mutilata. O quantus fragor armorum, quantus strepitus pugnantium, quantus clamor morientium cum Leodienses passim tunc occidebantur. Torpescit stupefacta manus Leodiensium, conualescit iam fatigata manus principum, nec tantum fatigata manus dilaniare poterat, quantumque laniaret reperiebat. Inter viuos mortui stabant, quia suffulti densitate virorum cadere non poterant.

Et tanta calamitas Leodienses oppressit, quia alter alterum ad mortem opprimebat. Ibi enim multum cruoris effusum est & multorum abscissa membra. Cecidit autem ibidem Henricus Dominus Pervvyss cum Theodrico filio suo intruso electo & triginta quinque milia Leodiensium. Captiq; fuerunt quam plures ibidem qui prius extra ciuitatem Leodiensem à Ioanne Domino Leodiensi proscripti fuerunt, & ante dictarum guerrarum incensores & persuasores fuerunt.

Quorum dicebatur vnus Iacobus Badus, qui postmodum Trajecti in vindictam diuinus est in quatuor partes. Succubuerunt ergo Leodienses vsque interneciones, paucissimis ex eis captis vel euadentibus. Cecidit autem in isto ex parte Ducis Wilhelmi Dominus Daniel Poel.

Contigit autem hæc cruentissima strages in festo Sanctæ Theclæ virginis anni prædicti. Cuius belli anni notantur in his verbis, *Thecle cecidit Leodium.* Hæc autem victoria nunciata fuit sero eiusdem diei post vesperas Duci Ioanni de Bauaria electo Leodiensi existenti in Traiecto superiori & de his penitus ignaro. Vnde statim die sequenti procedens versus principes prænominatos tegratiabatur eis. Porro Tungrenses ipso die conflictus perceperant ex falso rumore, quod Leodienses obtinuissent victoriam, quare & ipsi armati exierunt in campum vsque villam Eth.

Sed dum appropinquassent ad locum vbi cedes facta fuerat, videntes adhuc in aere fulgurantia vexilla inclytorum principum hæsitare cœperunt vtrum vlterius procederent, aut fugæ diuortia quærerent. Sed tandem rei veritatem cognoscentes tremor maximus irruit in eos & versis vultibus terga vertunt & fugam, quo vnicuique locus dabat, arripuit.

Insequentesque eos aduersarii per agros & deuia plures eorum interempti sunt; maxime pedites. Igitur Dominus de Agmont, Dominus de Saraing & Domicellus de Ritseruoert cum multis aliis captis acceperunt ibidem capitalem sententiam & decollabantur in præsentia Ducum & Comitum præfatorum in campo contiguo villæ Graess.

Eodem nam tempore, quo prædicti Domini decollabantur missus fuerat Leodium cum armigerorum turba ab antedictis illustrissimis principibus Ioannes Dominus de Iemont miles; qui omnes & singulos Canonicos, & presbyteros intrusos cum quibusdam fœminis deduci fecit ad pontem arcuatum & in aquis submergi. Dominica vero die sequenti cōclusum fuit p prædictos nobiles principes q; mitterentur obsides, p securi-

securitate de obseruando & adimplendo sententiam eorumdem principum super emenda præstanda. Et missi fuerunt obsides de ciuitate Leodiensi vsque ad numerum quingentorum virorum, qui omnes accesserunt ad loca sibi assignata, & perseuerauerunt ibidem per spacium trium annorum cum dimidio. Similiter de opidis aliis missi sunt etiam obsides in certo numero in locis diuersis eisdem assignatis. Deinde octaua die mensis Nouembris de iussu Ducis Wilhelmi Hannoniæ & Hollandiæ omnes literæ, chartæ, priuilegia, instrumenta, regestra & munimenta super Francisiis & libertatib. dictæ ciuitatis ac opidorum quib. ministeriales vti consueuerant, simul collecta fuerunt & prænominatis magnatib. in earum vera forma transmissa ad faciendum or dinandum disponendumq; de eis ad eorum libitum. Igitur in decembri cõbusta fuerunt omnia vexilla monasteriorũ Leodiensium cum renunciatione omnium libertatum eorundem. Die vero vigesima mensis Decembris quam plures qui remanserant in patria Leodiensi contra ducem Ioan. dominum Leodiensem, fuerunt beneficiis suis auctoritate Apostolica sententialiter per eundem Dominum Leodiensem priuati. Deinde idem dominus Leodiensis prouidit aliis de eisdem beneficiis ad beneplacitum suum, qui & in ipsis beneficiis pacifice quasi omnes permanserunt propter cõfirmationem Apostolicam desuper subsecutam. Igitur in ciuitate Leodiensi plures viri & fœminæ successiue proiecti sunt in Mosam per pontem arcium, sed & in aliis opidis occisi sunt plures, maxime in opido S. Trudonis. Et tandem vlterius patria Leodiẽsis & Lossensis condemnata est ad summã ducentarum viginti milium coronarum Franciæ. Porro in opido Herck patriæ Lossensis fuerunt de aduersarijs Domini Leodiensis septuaginta duo viri in via publica decollati & passim ad vtrumque latus rotati. Leodij vero viginti octo adducti & ibidem capitis abscisione interfecti. Vnus tamen eorum ad est Ioannes de Spaus in foro Leodiensi fuit viuus in quatuor partes diuisus. Et sic cessauit Leodiensium guerra.

Plurimi rebelles vbique in terra Leodiensi puniuntur.

De quodam abominando latrocinio in Gheeruliet.

CAP. XI.

ANNO etiam eodem fuit in opido Gheeruliet sacerdos quidam dictus Dominus Ioannes Moer Canonicus eiusdem opidi vir honestus timens Deum & hilaris eleemosynarius & consolator pauperum. Fuit insuper diues valde & abundans in pecuniis & vtensilibus in clenodijs diuersis aureis & argẽteis. Cui in domo sua seruiuit quædam vidua nomine Gheertrudis & proba relicta quondam honesti viri Petri de Malsem nepotis præfati Domini Ioan. Moer. Quæ vidua habuit secum in eadem domo morantem suum legitimum filium ex præfato Petro de Malsem genitum annorum circiter 11. Hic autem Dominus Ioan. Moer pro quotidiana recreatione in consuetudine, sæpe æstiuo tempore completis diuinis horis in Ecclesia, ibat spaciatũ apud theoloneũ in Gheeruliet ad contemplandum diuersas naues per fluxũ & refluxum præterreuntes. Accidit autẽ pro dolor eodem anno præfato dum celebrarentur vigiliæ nobilis Nicolai baronis Domini de Putta & de Streeuen fundatoris illius collegij, quod Ioan. de Malsem filius viduæ præfatæ cum intonaret in laudib. illam antiphonã, Omnis spiritus, maxime flere & gemere cœpit. Scisciterãte dominoIoan. Moer præfato, quare fleret, respondit, Nescio. Cumq; diu gemeret præcepit sibi dominus Ioan. Moer, vt accepta licentia à Rectore suo, properaret ad domum, suspicans, quod vermib. corroderetur. Et fecit sic. Erant autẽ in eodẽ opido tres adolescentes filii potentũ rectorũ opidi & patriæ de Putt fere quotidiani commensales sæpe dicti Domini Ioan. Moer. Fuit insuper & quidam presbyter nomine Petrus vicarius eiusdem Ecclesiæ de potiorib. præfati opidi Schabiniis natus, totus quotidianus commensalis & capellanus prædicti dominiIoan. Moer, habens clauem domus eiusdem Domini Ioan. pro libero ingressu & egressu. Porro isti quatuor diabolo instigante properam cogitantes, pactum damnosum ad inuicem pepigerunt & concluserunt, quatenus callide trucidarent ancillam Domini Ioan. Moer, deinde scolarem præfatum, & nouissime dominũ Ioan. ad confiscandũ omnia temporalia eius, arbitrantes quod nullus propter potentiã parentum & consanguineorũ ipsorũ imponeret ipsis tam scandalosum nefas. Igitur finitis vigiliis vesperis & completoriis, videntes illi quatuor Dominum Ioan. ire spaciatũ ad aquas, sicut heri & nudiustertius, statim nacto oportuno tẽpore, præcedente presbytero & aperiente portam & postiũ domus, intrauerunt, salutantes hilari vultu præfatam ancillam dominiIoannis, filio eius vertente pullum cænandum circa focum. Ipsa vero putans eos festos, suspicans eos pilasse, dixit, Bene veniftis, & bene facitis, quod iam venitis cum domino meo cænatum, quia nullam habet societatem.

Sedete

Sedete,ibo ducillatum vobis semel potum.Responderunt lætevultu,Propterea venimus,vt gratioſe ſecum cænemus.Cumq; illa acceptaamphora deſcenderet in penu vt ducillaret eis potum,& perfere quatuor gradus deſcendiſſet,vnus illorum habens ſub togam paruum malleum,percuſſit eam a tergo in occipite capitis,vndeipſa in terra corruit,accurrentes autem alii fere trucidauerunt eam. Scholaris vertens vero ad verū pullum cænandum,audiens matrē ſuam occiſam,timens etiam ab eis occidi,ſurgens velociter cucurrit in amplexum preſbyteri,tanq; fidelis amici ſui,petens anxie,vt miſericordiā ſibi impenderet,ipſum defendendo.Cumq; preſbyter aliqualiter trepidaret,cōmotus lachrymis pueri,accurrens wilhelmus Levvyſſ,barbitonſor Dñi Ioan.
10 Moer,figens nouaculam in aſſellum pueri degutturauit eum,accipiensq; corpus eius,p iecit in penu apud matrem. Nondū enim mater exſpirauerat,quæ in agone poſita,videns puerum ſuū occiſum,extendit brachium ſuum dextrum,& amplexata eſt puerū ſicuti potuit,vnde illi latrones videntes ſtatim deguttruauerūt eā,ne euaderet.Quib. occiſis acceperunt claues ancillæ & ceperunt argentea vaſcula aliaq; clenodia,quæ ipſa cuſtodire ſolebat. Habitauit præterea in eodem opido iuuenis faber dictus Ioan. Pauvve natus ex Dominio Culeburch vir totus honeſtus,qui etiam fere erat domeſticus & cōmenſalis eiuſdem Dñi Ioan.eo quod patriota ſuus erat.Igitur præfatus Dñus Ioan.Moer appropinquante cæna hora ſeptima homicidorum prædictorum penitus
20 ignarus volens ire cænatum dum præteriret domum præfati Ioan.Pauvve vocauit eū, petens vt excuſatione poſtpoſita iret ſecum cænatum.Qui propter inſtās feſtum Natiuitatis S.Ioan.Baptiſ.multa habens cōſuere regratiabatur ſibi malens manere domi. Tandem ex nimia inſtantia Dñi Ioan.promiſit ſe venturum,dans ei paruulū cultellum in fidem certitudinis.Cum ergo Dñus Ioan. poſtquam aperuiſſet,oſtium domus ſuæ intraret,ſteterunt illi quatuor,tam ſacerdos,quam alii laici,parati cum malleis & cultellis ad ipſum occidendum.Habuit autem Dñus ante oſtium præfatum ab intra portariolū.Clauſa igitur poſt tergū ſuum ianua, cum per portariolū demū intraret,vnus
30 illorum percutiens eum a tergo in capite eum plumbeo malleo,tā fortiter percuſſit,q; oculi capitis ſui è ſedib.ſuis caderēt ſuper maxillas ſuas,& ipſe caderet in terra.Accurrentes autem oēs quia fortis virib.fuit,degutturantes ipſum miſere trucidauerunt,& proiecerunt cadauer ipſius in eodem penu prope alia corpora.Tacta 7. hora venit præfatus ſartor Ioan.Pauvve ad ſecum cænandum veluti ſpoponderat pulſans bis & ter, cum nullus ſibi apetiret pōrtam rediit ad domum conſeruatus à Deo. Erat domus habitationis Dñi Ioan.foſſato circundata,neminiq; patebat ingreſſus,niſi per portam&
40 in vicina extra foſſatum habitauit alius quidā Canonicus,dictus Dñus Petrus *Benghers*, qui illis dieb.cum ancilla fuit Traiecti, cōmiſeratq; vni illorum clauem domus ſuæ,vt nocturno tempore illic dormiret,& domū cuſtodiret.Illi ergo latrones ſpoliantes domum Dñi Ioan.Moer,portauerunt omnia per aſſeré trans foſſatum in domo Dñi Petri prædicti.Et inde portauerunt ſtramina multa in magno camino aulæ,& deſuper poſuerunt corpus Dñi Ioan.ſuprà quod corpus iterum ſtramina ſpargentes poſuerunt corpora matris & filii eius ſuper ea,vt incenſa domo conſumptis ſtraminib.coporaipſorū incinerarentur.Igitur tacta 10.hora noctis,incenderunt ſtramina;deinde totam domum in quatuor angulis,vt tota domus cum corporib.cōbureretur. Cumq; fumus & flamma declaraſſent incendium,vigiles opidi pulſatione campanæ&clamore magno excitauerunt opidanos ad extinguendum ignem.Qui appropinquantes & vi ianuas aperientes intrauerunt cum periculo.Et licet omnia ſtramina conſumpta igne eſſent, corpora tamen illorum integra & inuſta apparuerunt.De quib.ſtupefacti oēs admiraſti ſunt. Accurrentes autē alios præfatus preſbyter latro capellanus ſuus gemens &eiulans cōploſis manib.crudelem mortē dilecti dñi ſui coram omnibus lamentans videnſq; dominum ſuum in foco cum aliis iacentem,arripuit eum manibus ſuis,vt eum extraheret,quaſi condolendo ſibi aſtante auunculo ſuo pro tunc Scabino opidi Gheer ulietenſis.Cumq; diu tenuiſſet manus dñi Ioan. nullatenus potuit manum ſuam ſeparare à manu dñi Ioannis occiſi.Et inſuper corpora occiſorum ſtillabant largiter per naſum ſanguinem.Cumq; diu preſbyter luctatus fuiſſet cum manu defuncti Dñi ſui, nec amouere potuiſſet,coopertus rubedine,ſub toga ſua illā cultello diſiunxit.Auunculus vero preſbyteri hoc videns,dixit ſecrete ad eum,nepos,quale ſignū hoc eſt?Cui preſbyter,Auuncule,ignoro. Receſſit preſbyter moeſtus & dolens ſtimulante conſcientia ſua.Intranſq; domū matris ſuæ lauās manus ſuas extergenſq; eas dimiſit in mappa ſigna cruoris ad inſtar manuum & digitorum. Cui ait mater,dilecte fili,læſiſti te in manus tuas?Cui preſbyter,Cur hoc quæris mater? At illa,Miror,quia me videntē abluiſti manus tuas,& adhuc in manutergio apparēt ſigna cruoris.Vere,timeo,leſiſti te,

Illo

Ille vero dissimulans totum, recessit. Igitur cum latrocinia doloros a cunctis constarent, & nullus de illis homicidis quicquam mali suspicaretur, eo quod ipsi plus ceteris laborauerunt ad extinguendum ignem, opidani inuicem mussitando in eadem nocte, dixerunt, quod illi pessimi latrones adhuc essent in territorio Domini de Putt, & quod bonum esset, quod denunciaretur in omnib. finib. Dñi, quod nullus exiret nauigio illud Dominiū. Est enim rorū Dñium de Putt circumseptū aquis fluuialib. Illi ergo latrones adiurorio amicorum ascensis equis vnus equitauit in Spikeneesse, alter in villam Putt, tertius in villam dictam Heerlymonshauen, prohibentes ne quis veheret aliquē extraneum extra præfarum Dominiū proprer homicidia perpetrata. Altera vero die corpora occisorum supra cemiterium in cista sunt posita & publice præconisatum est 1 o vt omnes opidani accederent & tangerent corpora interfectorum, vt forte si rei aduenissent, corpora emitterent sanguinem, ad accusandum talem, vel tales. Illi vero tres latrones equirando perlustrauerunt villas, vt dictum est, & sic nullatenus tetigerunt corpora occisa. Insuper Dominus Petrus latro interim præparauit se ad celebrandum summam missam defunctorum. Igitur cum omnes corpora intrepide tetigissent, & non cruentarent, portabant ea moeste in Ecclesia, vt exequias celebrarent. Cum igitur prædictus latro missam inchoasset, ne de eo suspicio fieret, & cum chorus cantaret *Kyrie eleison* omnes cereæ candelæ supra summum altare & circa funera repente Diuinitus extinguebātur cunctis pauentib. & admirantib. atque dicentib. quod verus latro esset vel in Ecclesia vel in opido. Dumq; reaccensæ vbiq; forent loco offertorii, 2 o iterum extinguebantur. Admirantib. itaque omnib. plusquam antea, iterum difficulter reaccendebantur. Stupebat autem multum presbyter & latro celebrans, ignorans quid ageret. Ne ergo notaretur latro vlterius inconfessus processit ad diuina. itaq; tempore eleuationis cum idē latro hostiam sursum eleuaret, statim candelæ omnib. cernē ribus vbiq; terrio diuinitus extinguebantur, difficillime q; reaccendi potuerunt. Ipse autē presbyter & latro vrgente conscientia sua, noscens se corā Deo excōmunicatum, non audebat hostiā consecrare, nec consecrauit, artamen missam cōpleuit. Quib. peractis sepeliebantur corpora occisorū luctuosis exequiis. Prandio autē facto, cum auunculus prædicti presbyteri & mater eius conuenissent, narrauerunt inuicē, quę in nocte viderant à presbytero latrone, & dolendo rectis oculis de cetero presbyterū non aspi- 3 o ciebant.

Nocte sequēte illi latrones cōuenientes in vnū pacifice diuiserūt pecunias & clenodia. Cumq; rumor latrocinii sopitus esset, & ipsi quasi securi essent, ordinauerunt vnū ex eis, qui emerer pelles multas agnorū & caprarum, sub quib. absconderunt vtensilia & vestes Domini Ioannis Moer ad nauigandum ad exteras partes, ad vendendū ea, venerunt que circa festum Purificationis virginis Mariæ cum eisdem Nouimagum. Itaque summa missa festi complera, cum Schultetus Gheruliet ēsis ad domum properaret Deo permittente, occurrit ei in publica platea quædam mulier fere amens & delira clamans & dicens, Odilecte Schultete, noli me deprehendere, procul dubio non interfeci Dominum Ioannē Moer cum ancilla sua & filio eius, sed qui fecerunt, perrexe- 4 o runt nauigio cum suis vtensilib. versus Nouimagum. Si iam esses ibi, vel cras inuenies eos ibidem cum præfatis vtensilibus. Schultetus vero vir fagax increpans eam ne talia diceret & proferret, dissimulauit coram secum gradientibus & talia audientibus, sed secrete inuitatis tribus Scabinis opidi cum vno precone, venerunt Nouimagum flante prospero vento in festo Sancti Blasii tecti peregrino nautarum habitu ne cognoscerētur (segregauerunr se ab inuicem in duas partes, ita vt duo manerent prope fluuium VVale. Alii tres irent per plateas ad explorandum si eos inuenire possent. Nec diu quin ipsi tres exirent nauem volentes intrare ciuitatem. Quos cum optime cognouissent ipsis opidum intrantibus, nauem ingressi sunt, vt nautæ aliarum nauium perlustrantes cuncta, viderunt que quædā specialia vtensilia Domini Ioannis Moer, quæ o- 5 o ptime cognouerunt. Scisciranti nautæ quid quærerent respondit Schultetus, Audiui quod omnia ista vendentur, & quia frigidum tempus est, quærimus vnum longum tabardum ad emendum. Ostendit ergo eis nautatres bonos foderatos tabbardos quos cum vidissent, cognouerunr eos fuisse Domini Ioannis Moer. Addidirque Schultetus, vnde venisti cum istis bonis? Cui nauta, de Gheerulier, habebant namque isti tres viri quibus pertinent ista bona vnum diuitem presbyterum defunctum, cuius vere hæredes sunt. Et quia non decet illos istas vestes portare, ideo volunt eas vendere. Cumq; igitur dolenter incessissent cognouissent que apud vnum remulcauit Schultetus cum Scabino ceteris trib. qui viderant & audierant arcana inter eos statim habito consilio decreuerunt q; circa crepusculū irent decenter habituati ac à villico opidi impetrarēr

vt ipsi

vt ipsi capti per villicum traderentur ipsis quatenus in loco plecterentur publice, in quo abominandum scelus commiserant. Quod difficulter impetrauerunt. Perrexerunt ergo cum satellitibus opidi Nouimagensis cum essent capti, versus Gheervleiet. Qui statim in naui cuncta per ordinem declarauerunt, qualiter latrocinati fuerunt præfatum Dominum Ioannem cum ancilla & filio eius, accusantes presbyterum, qui eos ad perpetrandum informauit: appropinquantes autem Domino de Putt statim Schulretus exiens nauem repentino equitaru præcessit eos in Geervleiet, petens iustitiam fieri de illo presbytero latrone, Qui statim per Decanum ceteros quæ Canonicos captus præsentatur Schulteto, vt ipsum incarceraret ad profectum venerabilis patris Domini Frederici de Blanckenhem Episcopi Traiectensis. Cumque illi tres laici latrones addicti fuissent ad eundem carcerem videntes presbyterum confocium ipsorum incarceratum, maledicentes ei suspicabantur quod ipse publicasset latrocinium, videns autem vnus ipsorum latronum laicorum, quod altera die nimis confusibiliter rotandi essent, licet Schultetus fuit patruus suus, instigatione diabolica capiens paruum cultellum, degutturauit seipsum. Quod audiens Schultetus patruus suus, iudicio Scabinali iussit ipsum seminudum trahi per plateas à duobus equis, & sic sub patibulo vt viuum latronem rotatum & decollatum in stipite exaltari. Similiter & alios duos. Presbyterum vero Episcopo præsentauerunt, qui publice tribus festiuis diebus ante Ecclesiam Traiectensem super ligneam machinam exaltatus confusibiliter latrocinium confitens, & coram omnibus tandem degradatus cum lictore & tortorib. missus in Oestbroeck ibidem inter cetera tormenta, vt latro, decollatus & sub patibulo sepultus fuit. Doluit tamen presbyter valde implorans misericordiam Dei deuotissime, vt sibi ignosceret illud latrocinium. Precabatur insuper pro remedio animarum Domini Ioannis Moer & suæ ancillæ, quorum animæ omnium requiescant in pace.

De pace composita ratione occisionis Ducis Aurelianensis.

CAP. XII.

ANNO Domini 1409. post Leodiensium cædem Dux Bauarien sis Wilhelmus Comes Hannoniæ & Hollandiæ perrexit cum debita honorificentia ad Carolum de Gonnes Regem Franciæ & auxilio Ioannis Ducis Byturicensis amatoris pretiosorum lapidum patrui eiusdem Regis & Ducis Ioannis Burgondiæ prudenter intercepit omnem belli tumultum inter Regem Francorum & Ducem Burgondiæ prædictum, Atq; vlteriusua industria pacem ordinauit & formauit inter eosdem de occisione Ducis Aurelianensis Ludovici fratris Regis prædicti occisi à prænominato Duce Burgondiæ, de qua pace totus populus Francorum willhelmo Duci laudes & gratiarum actiones quotidie proclamabat. Prò dolor, pax ista satis indurabilis fuit, quia non diu seruata, iterum bella inter præfatos Principes exorta fuerunt, pro eo quod semper infringebantur, nunc ab isto, nunc ab illo. Quare & maxima guerra cum infinitis prælijs excreuit in Francia, Burgondia & Flandria per plures annos. *An. 1409.*

De secundo Ioanne Domino Egmondensi.

CAP. XIII.

ANNO etiam Domini 1409. secunda die mensis Aprilis, obiit Arnoldus Dominus de Egmonda & Iselsteyn, & sepelitur in opido suo Iselsteyn, quo defuncto succedit ei in Dominio Egmondensi, Ioannes primogenitus suus, huius nominis secundus, & VVilhelmus eius secundo genitus factus est Dominus de Iselsteyn. Hic ergo Ioannes Dominus Egmondensis obtinuit in vxorem Mariam filiam Ioannis Domini de Arkell, sororem videlicet VVilhelmi Domicelli Arkelensis, ex qua genuit Arnoldum Ducem Ghelriæ, qui natus fuit anno Domini 1410. & Wilhelmum Dominum de Egmonda & Iselsteyn sibi succedentem. Et hic wilhelmus nascebatur in anno Domini 1412. Porro quia Dux willhelmus Comes Hollandiæ inimicus implacabilis fuit Ioannis Domini Arkelensis, ideo etiam nunc satis grauis discordia erat inter eundem Ducem & Ioannem Dominum Egmondensem & Wilhelmum Dominum de Iselsteyn fratrem eius. Porro anno Domini 1411. Ioannes de Wauda miles & Dominus de Warmonda fundauit monasterium fratrum ordinis Cistertientium apud Warmondam ad honorem omnipotentis Dei. *Monasterium Cistertiense in Vuermonda anno 1411.*

De arbitrio VVilhelmi Ducis inter monasterium Egmonde, & Dominum Egmondensem.

CAP. XIIII.

ANNO Domini 1411. cum diu discordia fuisset inter monasterium Egmondense & Ioannem Dominum de Egmonda, Wilhelmus Dux & Comes Hollandiæ in Schoë- *An. 1411.*

Forma Arbitrii.

houia promulgauit inter eosdem arbitrium suum. Redegit idē Dux arbitriū suū in scripti, sub hac forma: wilhelmus miseratione diuina Comes Palatinus circa Rhenū Dux in Bauaria Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Frisię Dominus. Notū facimus vniuersis, q. longo tempore discordię fuerunt inter monasterium S. Alberti in Egmonda ex vna parte, & Dñm Egmondē sem & suos progenitores ex altera, ratione altæ & bassæ iurisdictionis nec non diuersarū possessionū & seruitutū, tā realium, q̄ personaliū villæ Egmondensis, infra terminos vulgariter dictos Arnemerswet & Wynemerswet, de quib. discordiis in nostrā personā, tanq̄ in arbitratorē ambæ partes cōpromiserunt. Ideo matura deliberatione præhabita in Christi nomine taliter pronunciamus arbitramur, q. de cetero dictæ partes mutuo se iuuabunt & pacificatæ erunt in articulis infrascriptis. Primo licet in literis progenitorū nostrorū piæ recordationis, qui fuerunt principales patroni dicti monasterii, clare contineatur, q. oēs & singulæ possessiones cultæ & inculte plenoiure ad dictum monasteriū pertineant infra dictos terminos, videlicet Arnemerswet & wynemerswet, attā pro bono pacis iudicam⁹ & arbitramur, quod dictus Dñs Egmondensis tenebit à dicto monasterio hæreditario iure quantum illū in quo castrum suum constructum in habean, ita quod ratione successionis dictus mansus, qui finitur versus orientē vsq; ad primā aquā, nunq̄ ad monasterii deuoluet⁹. Itē tenebit dictus Dñs Egmondensis à nobis & nostris successorib. altā & bassam iurisdictionē infra dictos terminos à Arnemerswet in feudū hæreditariū, nullo vnq̄ tēpore ratione nominis successionis ad nos aut nostros successores reuersurū. Itē Abbas Egmōdensis, qui pro tēpore fuerit, ponet infra dictos terminos Arnemerswet & wynemerswet villicū suū, vulgariter dictū Meyer regentē nomine dicti monasterii villicationē in illos, qui de iure vel cōsuetudine ad antiqua denegant seruitia monasterio exhibere, siue in piscib. marinis captiuandis, siue in currib. infra Wyck Alcmaria & Haghā vehendo oīa & singula quæ Abbati, cōuentui seu monachis expediunt. Faciet etiā iustitiā monasterio de suis debitorib. Iudicabit ēt inter agros & agros, inter domos & domos, quandocunq; cōtigerit vicinos inter se de talib. disceptare, seu litigare. Habebit ēt curā pascuorum, vulgariter Schutten. Et coget ēt vicinos ad oīa alia seruitia, quę ab antiquo consueuerunt monasterio exhiberi. Schultetus a. cum villico, vt moris est, examinabit vias publicas & aquæductus, & eos in bono statu faciet conseruari. Itē oēs seruitores monasterii, qui in eius sunt quotidianis expensis, erunt in omnib. exempti & liberi à Domino Egmondensi. Sed si forefacerēt in villa, illud emendaret per Dñm Egmondensem absq; captione personarum, dumodo poterunt ponere fideiussores de satisfaciendo. Item infra muros monasterii & infra portas hospitalis Dñs Egmondensis nullā potestatē habebit in illos, qui ibi forefecerunt vel morantur, nisi Abbas vel qui pro eo fuerit tempore, inuocauerit auxilium Domini Egmondensis, & Dominus Egmondensis non coget proprios ministeriales S. Athalberti ad seruitia sua, nec exactionabit eos, nisi forefecerint, &, iustitia exigente, de hoc fuerint conuicti, vel nisi Dñs Egmondensis aliquem filiorum vel filiarum suarum coniugio copularet, vel q. nouus Dominus Egmondensis de nouo in Dominio reciperetur, tunc dicti proprii ministeriales S. Athalberti æqualiter soluent cum aliis, qui sunt liberi. Itē Dñs Egmondensis nunquam succedet in hęreditate bastardis, qui fuerunt proprii ministeriales S. Athalberti, sed monasteriū succedit eis, quia sunt proprii homines dicti monasterii. Itē Dñs Egmondensis habebit vsus terrarum incultarū, vulgariter dictarū Duynlant à manso suo vsque ad princip. jum de Bachem, p nutriendis cuniculis, sed nō locabit terras alias alicui, nec ponet custodē, hoc est vulgariter Schutter, in eisdē terris, nec intromittat se de aliqua proprietate dictarum terrarū, sed habebit simpliciter vsus pro cuniculis nutriendis, vt dictum est supra, sed Abbas prædictus habebit proprietatem terrarum illarum, & potestatem locandi, quib. & quando voluerit. Et in recōpensam dicti vsus Dñs Egmondensis tradet annuatim ad vsus Abbatis & cōuentus Egmondensis infra festum omnium Sanctorum & Carnisprium tot cuniculos, non excoriatos, sed cum pellib. quot & quotiens nuncius monasterii petet, vsq; ad summam ducentorū parium cuniculorū, ppterea temporib. duraturā. Itē Abbas, q. p tempore fuerit, & nullo⁹ alius, ponet Rectorem scholarium. Nā scholares deseruiunt Ecclesię, & collatio Ecclesiæ pertinet ad Abbatem. Item Dñs Egmondensis habebit titulos locationis emphyteoticę à dicto monasterio terrarum vulgariter dictarum, *Vrenaelstrudenlant*, annuatim, p trib.⁹ libris & quindecī denariis bonæ monetæ, hoc est, *Herenghelts*. Et quia solumodo dictæ pensionis seu dicta pensio restat soluenda à 50. annis citra, cuius summa ascendit ad centum sexaginta octo libras, octo solidos & nouem denarios dictæ monetæ: arbitramur, quod dictus Dñs Egmondensis soluet monasterio prædicto ipsam summam in secundo

festo

festo omnium Sanctorum proxime futuro. Annuam etiam summam trium librarum, & quindecim denariorum soluet annuatim in festo omniũ Sanctorum, vel infra quindenam. Item Abbas prædictus potest ponere molendinum ad ventum, vbi antiquitus consueuit stare, vel prope in suo proprio solo. Et in illo omnes molent Egmondenses ad vsque initium vicinæ illorum de Rynnegom & non alibi, & hoc fiet absque contradictione seu displicentia Domini Egmondensis, vel suorum successorum. Et consimili modo alii extranei vicini molent, vbi quibus placuerit, absque offensa alicuius. Et Dominus Egmondensis poterit habere consimile molendinum in manso suo, vbi placuerit, vbi molent vicini de Rynnegom vsque ad initium villæ Egmondensis absque contradictione seu offensa Abbatis Egmondensis. Consimili modo molent extranei, vbicunque voluerint, absque offensa cuiusquam. Item adiudicamus monasterio prædicto omnes & singulas possessiones iacentes in Berghemeer, & circunuallatas ab aquis ipsius Meere, & vocantur vulgariter *Slylant*, nam monasterium prædictum de illis possessionibus nostri prædecessoris VVilhelmi piæ memoriæ Comitis duodecimi habet literas aperte & clare sigillatas. Item adiudicamus dicto monasterio illa decem & nouem gramina in Rynnegom situata, vulgariter dicta *de Zuytmade*, quæ quondam Wilhelmus de Egmonda à dicto monasterio tenuit titulo perpetuæ conditionis, & sub suo patenti sigillo iterum dicto monasterio renunciauit, nisi dictus Dominus Egmondensis cum melioribus literis seu documentis probare potuerit, dicta gramina ad ipsum pertinere. Item dictus Dominus Egmondensis tenebit à monasterio prædicto in feudum omnes decimas illas, quas antecessores sui à dicto monasterio tenuerunt, dummodo probare legitimos potuerit antecessores suos aliquas decimas in feudum à dicto monasterio tenuisse, & secundum tenorem dictarum literarum eas de cetero tenebit. Item dicti Abbas & Dominus Egmondensis theoloneum in festo omnium Sanctorum, & omne forefactum seu maleficium ibi tunc perpetrandum æqualiter diuident. Item dictus Dominus Egmondensis aut successores nunquam inferent nocumentum consilio vel facto dicto monasterio, nec in suis iuribus vel rebus nocere volentibus assistet, sed potius resistet & se mutuo iuuabunt, sicut Dominus & vasallus se inuicem iuuare tenentur. Et Dominus Egmondensis aut successores sui nõ facient noua statuta aut nouas adinuentiones in præiudicium Abbatis seu monasterii Egmondensis. Et si aliquis partium prædictarum violaret hanc pronunciationem totam, vel in aliqua sui parte: ille violans caderet in pœnam mille aureorum scludatorum monetæ Regis Franciæ, totiens, quotiens contraueniret, nobis seu successoribus nostris applicandorum. Et nihilominus firma maneret hæc præsens pronunciatio nostra. Et si istæ dictæ partes in aliquo dubitarent de intellectu huius pronunciationis, hoc reseruamus nostræ declarationi. In cuius rei veritatem sigillum nostrum impressimus huic literæ. Datum Schoenhouiæ, in anno Dñi 1411. tertia die mensis Octobris.

De expiratione treugarum inter Duces VVilhelmum & Reynaldum, & bello inter eosdem.

CAP. XV.

ANNO Domini 1411. expletis treugis inter Ducem Wilhelmum, Hollandiæ Comitem, & Reynaldum Ducem Iuliæ & Ghelriæ, idem Wilhelmus Dux ordinauit piratas in mari australi contra Ghelrenses, ne ab opidis Herdervvyck & Elborch prædictum mare intrarent, verumetiam iam dictus Dux wilhelmus opidum Amersfordense in sui amicitiam eidem datis priuilegiis pro toto in Hollandiam copulans cum militari robore ex eodem opido Veluam multotiens intrauit, ac exustis multis pagis prædam egregiam & cum infinitis opib. secum gloriosius asportauit. Econtra vero Wilhelmus Domicellus de Arkell, magister militiæ ordinatus per Iuliam & Ghelriam, cũ plerisq; bellatorib. iussu Ducis Ghelriæ occupauit castrum Hoeflacken. Cõstruentes etiam ibidem Ghelrenses quoddam fortalitium aduersus incursiones Amersfordiensium impleuerunt illud valentib. armigeris pro defensione castri Hoeflacken. Tandẽ vna dierum Hubertus Dominus de Culenburch, Ioannes de Vyanen, & Arnoldus de Leyenburch, milites & capitanei Hollandensis exercitus in Amersfordia existentis, coadunauerunt cuneum multorum armatorum, & aciem duxerunt ex Amersfordia versus castrum Hoeflaken, vt ibidem suos æmulos disturbarent. Quod percipientes castrenses, cum illis, qui in fortalitio erant, fugam inierunt. Inuenientes autem prædicti nobiles præsidium vacuum, vastauerunt illud. Quibus gestis, Hollandenses perrexerunt versus Nyckerck, quam villam cum diuersis domib. incenderunt, captaque magna præda Amersfordiam redierunt.

De resignatione opidi Gorichem cum Dominio Arkelensi. CAP. XVI.

ANNO Domini 1412. per discreta consilia facta est concordia inter præfatos Duces, *Anno 1412.*

tali videlicet conditione, quatenus Reynoldus Dux Ghelriæ resignaret Duci Wilhelmo opidum Gorichem cum suis attinentiis. Insuper & etiam prænotatus Dux Reynoldus induceret Domicellum Wilhelmum de Arkell, nepotem suum ad prædicta resignandum cum Dominio de Arkell eidem Duci Wilhelmo. Vlteriusque determinatum fuit, quatenus idem Dux Ghelriæ à wilhelmo Duce pro damno & expensis factis in Ghorichem summam centum milium coronatorum Franciæ reciperet. Verum Wilhelmo Domicello de Arkell ex tunc donauit Reynoldus Dux dominium de Borm, & castrum Oyen cum septem villis circumiacentib. & annuatim summam quinq; milium florenorum Remensium theoloneo de Loeeck. Quibus sic conclusis, Wilhelmus Domicellus de Arkel, quatenus consentaneus pacti prædicti, resignauit Duci Wilhelmo opidum Gorichem cum Dominio Arkelensi prosc & suis posteris in castro opidi wyck Doresta di. Pacificati sunt ergo prænominati magnates ad inuicē, seclusō Ioanne Domino de Arkell. Ab illo ergo tempore opidum Gorichem cum suis attinentiis incorporatum est Comitatui Hollandiæ. Contigit autem prædicta resignatio circa festum S. Iacobi Apostoli in anno prænominato. Eodem anno obiit illustris Margareta de Cliuis, secunda vxor quondam Ducis Alberti, sepulta in Haga, in conuentu Prædicatorum, quem ipsa prius fundauerat.

Opidum Gorichē literum incorporatur Comitatui Hollandiæ.

De admirabili societate V Vilhelmi & Reynaldi Ducum.

Cap. XVII.

Anno 1413. ANno Domini 1413. pace ordinata inter antedictos magnates, venit vna dierum ad Hollandiam Reynaldus Dux Ghelriæ cum plærisque nobilibus suis. Quem wilhelmus Dux aliquamdiu secum retinuit in iucundo contubernio. In illis ergo diebus accessit ad wilhelmum Ducem quidam suus occultus amicus ex familia Ducis Ghelriæ, qui in bona fide ei manifestauit, quod necessarium sibi esset habere bonum respectum & diligentem ad suos occultos inimicos in terris suis habitantes. Quodque quidam essent constituti sub dominio suo, qui ei libenter damnum inferrent, nedum in bonis temporalibus, sed etiam in propria persona. Quibus auditis, V Vilhelmus Dux perturbatur nimium in cogitationib. suis, quia non poterat cogitando inuenire, quis tam grande malum sibi inferre proponeret. Cum ergo Reynaldus Dux rediisset Ghelriam, tunc etiam quodam alio tempore V Vilhelmus Dux proposuit eodem modo visitare Ducem Ghelriæ cum suis nobilibus. Quod intelligens idem Dux Ghelriæ occurrit in Veluam obuiam, & recepit eum satis gratiose. Fuerunt autem hi principes apud inuicem in iucunda societate per septem dies. Tandem cum simul ambo essent læti ex vino effecti, ait Dux Reynaldus ad Ducem V Vilhelmum: Chare nepos, est tibi multum vtile, quod nos reconciliati sumus à bellis nostris præteritis. Cui V Vilhelmus, Quare, nepos chare? At ille, Si non fuissemus pacificati, tunc tu fuisses captiuatus meus. Respondit V Vilhelmus Dux, Non est hoc multum credibile. At ipse relpondit iucens, Noli mirari super hoc, quia absque dubio factum fuisset, pro eo, quod aliqui mafores ex prouinciis tuis te dedissent. Quibus dictis, V Vilhelmus Dux auertit aurem, & compleuerunt residuum temporis in quiete magna. Prædictis autem diebus completis, cum V Vilhelmus Dux Hollandiam reuersus fuisset, quotidie in seipso magis ac magis admirabatur quis sub eo constitutus esset, qui tam nefarium opus proponeret agere contra suum verum Dominum & principem terræ. Sed quia cogitauit, qualiter Dominus Egmondensis sibi non ministrauerat in bellis præteritis, neque in persona propria, neq; cum suis bonis feudalibus, imo, quod non voluit fieri inimicus Ducis Ghelriæ, verum etiam, quia per quinque annos non venit ad præsentiam Ducis V Vilhelmi, nisi sub treugarum impetratione, quam consuetudinem alii nobiles Hollandiæ non habebant: ideo idem Dux vehementer cœpit habere suspicionem de prædicto Domino Egmondensi, seu de V Vilhelmo fratre eius, Domino de Isselsteyn, verumtamen sæpe dictus Dux corde rem occultans, voluit ista adhuc experiri per alia signa, & non cito procedere contra Dominos prædictos, ne videretur illis iniuriam aliquo modo velle inferre.

De discordia Traiectensium.

Cap. XVIII.

ANno Domini prædicto orta est magna discordia in ciuitate Traiectensi. Nam fau-

fautores Ioannis Domini de Arkell, qui in eadem ciuitate habitabant, & diu ægre tulerant, quod Traiectenses colligati fuerant cum Duce Wilhelmo in præscriptis prælijs aduersus Dominum Arkelensem; conciuerunt plebem in nocte Translationis sancti Benedicti, vt die sequenti, quum Consules ciuitatis, tam antiqui, quam noui, congregati essent in domo consulatus, fautores iam dicti Ducis de consulatu cum tumultu eicerent, proscriberent & captiuarent. Quod nonnulli ex fautoribus Ducis Wilhelmi percipientes recesserunt clam de ciuitate per duas vel tres horas ante congregationem consulatus, malentes esse securi, quam opprimi à vulgo tumultuanti. Cum ergo Consules congregati essent, ecce subitò fit ingens concursus ciuium, nam versi in seditionem clamabant ante dominum consulatus, & dicebant, Nos volumus ad voluntatem nostram disponere de rectoribus ciuitatis, aut resistere, qui ausi sunt contradicere. Disseminatum etiam erat in auribus vulgi, quod fautores Ducis wilhelmi ciuitatem Traiectensem vendidissent eidem Duci, & quod inde recepturi essent magnas pecuniarum summas, quod tamen falsum fuit. Compulsi sunt ergo consules admittere voluntatem tumultuantis vulgi, cuius Capitaneus fuit Dominus Hermannus de Lochorst, Decanus in summo. Exulati sunt propterea à ciuitate Traiectensi Dominus Iacobus de Lichtenburch, Præpositus sancti Petri, Ioannes de Lichtenburch de Lantsteron, Ioannes de Claerenburch Burgungnen, walterus Graenvvaert, Oudermannus Bernardus Proeyst, Schultetus ciuitatis Traiectensis.

Ingens tumultus vulgi Vltraiectensis.

Disponuntur omnia ad voluntatem vulgi.

Nonnulli erant etiam eodem die in captiuitate locati. Post hæc amici prædictorum exulum passim à regimine ciuitatis deponebantur, ne ipsi exules retinerent potentes adiutores in ciuitate. Porro proscripti isti declinauerunt Amersfordiam, vbi & recipiuntur. Tandem direxerunt literas suas Traiectum ad consulatum antiquum & nouum, petentes iustitiam de iniuria ipsis irrogata. Offerebant enim se paratos & promptos ad standum iudicio Domini Frederici Pontificis Traiectensis, vbicunque vellent, Propter quod in Traiecto, & secundum dictamen eiusdem Antistitis, & suorum nobiliuum seipsos purgare de omnibus excessibus ipsis imponendi. Cumque tribus vicibus Traiectensibus tales literas misissent & responsum non reciperent, pro eo, quod literæ eorum non publicabantur, scripserunt totum ordinem rei Domino Frederico Episcopo Traiectensi, petentes ab eo iustitiam contra suos aduersarios. vnde cum quadam die idem Pontifex ad capitulum in Traiecto venisset, ostendit has literas omnibus de clero & nobilibus totius patriæ ibidem congregatis. Lectæ autem sunt patenter in auribus omnium. Quas cum audisset Hermannus de Lochorst, Decanus in summo cum Ioanne vanden Spieghel & ceteris suis fautoribus, respondit idem Decanus Præsuli, dicens: Domine mi, iam non est tempus tractare de illa materia, Quo dicto, rediit vniusquisque ad domum suam. Videntes autem prædicti exules quia nihil proficerent, & Episcopus eorum Dominus non poterat eos adiuuare, habuerunt suum recursum ad illustrissimum Ducem Wilhelmum, Comitem Hollandiæ, postulantes ab eodem, vt recipere dignaretur eos cum suis bonis sub protectione sua, allegantes, quod Traiectenses ipsis obiecerant venditionem ciuitatis, de qua ipsis nihil constabat.

Et quia wilhelmus, metuendus Dux, ista sciuit esse falsa, ideo recepit eos sub protectione sua, fouens causam eorum. Ab illo ergo tempore antedicti exules manserunt sub alis eiusdem Ducis, & in tantum arctauerunt Traiectenses, quod non poterant libere intrare Hollandiam, nisi sub timore arrestationis. Præterea cum Dominus Decanus Hermannus de Lochorst & Ioannes vanden Spieghel Episcopo Frederico in Capitulo respondissent, sicut superius dictum est, & cernerent, quod exulū causa maneret totaliter sopita, gauisi sunt valde, existimantes, quod se vlteriùs secuturos ceperunt omni die magis aggrauare amicos exulum in magna tribulatione. Igitur cum sic iam processissent per duos annos, cœpit omnibus ciuibus displicere eorum violentia, maxime quia ciues non habebant liberum accessum ad Hollandiam. Et plurimi eorum satis damnificabantur in suis mercantiis. Accidit ergo in feria sexta ante festum Pentecostes, cum antiqui Consules & noui iuxta inuicem congregati fuissent in domo Consulatus, & consilium iam terminatum esset, vt Ioannes vanden Spieghel cum famulo suo iret de domo prædicta ad plateam dictam *Opdie plaets*, ad prandendum ibidem. Cumque quidam famulus ciuitatis iret prope famulum Ioannis vanden Spieghel, idem famulus Ioannis cum indignatione nimia repulit à se famulum ciuitatis prædictum.

Magnus inimicus exulum nimia accessione.

Quod iam dictus famulus ciuitatis ægre ferens, narrauit cuncta amicis suis, po-

Et stulans

stulans auxilium ab eisdem. Tuncilli statim cum indignatione accesserunt ad Ioannem vanden Spieghel, antequam adhuc ad mensam accessisset, & dixerunt cum furore, Ecce, tuus famulus talem iniuriam fecit famulo ciuitatis. Nimium est, quod tu cum tuis quotidie ciuibus irrogas. Non enim diutius sustinebimus violentias tuas. Et ecce subito fit ingens concursus turbarum aduersus Ioannem prædictum. Qui cernens periculum sibi imminere, intrauit domum, in qua pransurus erat, & statim clausæ sunt ianuæ. Cumque turba ianuas infringere vellet, Ioannes retro per fenestram emissus fugit. Quod percipiens Decanus Hermannus de Lochorst, exiuit domum suam ad conuocandum amicos suos. Turba autem ista percipientes duxerunt aciem aduersus eos & obuiauerunt Decano circa monasterium regularium, in quo idem Decanus statim fugit. Itaque eodem die à ciuitate Traiectensi expulsi fuerunt Dominus Hermannus de Lochorst, Decanus in summo cum Iacobo fratre suo, Ioannes vanden Spieghel cum Fredrico fratre eius, Ibrandus vander Aa, Ioannes vander Masseche cum pluribus aliis. Tunc ciues ciuitatis Traiectensis miserunt suos legatos Hagham Comitis ad illustrissimum Ducem Wilhelmum in Hollandia, & fecerunt pacem cum eo. Pace igitur facta, statim redierunt Traiectum, qui prius per Hermannum de Lochorst Decanum à ciuitate expulsi fuerant, scilicet Dominus Iacobus de Lichtenburch Præpositus S. Petri, Ioannes de Lichtenburch de Lantiskroen, Ioannes de Clarenburch, Walterus Graenvvaert, Bernardus Proeyst cum ceteris suis amicis. Modico tempore de hinc elapso, prædictus Dux Wilhelmus venit Traiectum cum pulchra militia nobilium, & fuit ibidem cum suis amicis per aliquos dies in magno gaudio.

Stauria capitur à Frisonibus.

De rebellione Frisonum, & combustione quorundam hæreticorum Pragensium.

CAP. XIX.

An. 1414. ANno Domini millesimo quadringentesimo decimo quarto, Frisones orientales contra Ducem Wilhelmum rebellare disponentes congregauerunt turmas suas, & venerunt in manu forti aduersus opidum Stauriæ. Sed in noctis umbra inuenientes tepidam custodientium vigiliam, intrauerunt iam dictum opidum, captiuantes Hollandenses & exactionantes ad libitum. Fuerat autē Stauria sub potestate Hollandensium quasi per tredecim annos. Porro wilhelmus Dux, Comes Hollandiæ, ista percipiens, iratus est nimis: decreuerat enim in corde suo tempore oportuno omnes Frisones de terra delere propter eorum innatam rebellionem. Sed quia aliis arduis negociis occupatus erat, proposuit illam vltionem differre vsque ad aliud tempus. Anno autem sequenti, scilicet M. CCCC. XV. surrexit hæretica prauitas Hussitarum, Hieronymitarum & Wiclefitarum, de quibus multa pericula pullulabant in vniuerso orbe. Eodem hoc anno in Concilio Constantiensi Ioannes & Hieronymus, qui erant discipuli wicleeff Pragensis, combusti sunt, vnus vno, & alius alio anno secundo, quasi vno die.

Anno 1415. oritur hæresis Hussitarum & aliorum. Comburuntur aliquot authores Hæresos.

Anno 1415. moritur Henricus 4 Rex Angliæ.

De bellis inter Reges Francia & Anglia. CAP. XX.

ANno Domini 1415. obiit quartus Henricus Rex Angliæ, qui fuerat filius Ioannis de Gandauo, Ducis Lancastriæ, cum regnasset tredecim annis, & sepelitur apud Cantuariam. Quo sepulto, successit ei filius suus Henricus. Hic dictus fuit Henricus, huius nominis quintus Rex: fratres autem fuerunt Thomas Dux Clarenciæ, Ioannes Dux Betfordiæ, Huntfridus Dux Clandicestriæ, maritus Ducissæ Iacobæ Comitissæ Hannoniæ & Hollandiæ. Porro hic Henricus nouellus Rex Angliæ non habens vxorem misit ambasiatores suos ad Carolum de Gonnes regem Franciæ, vt sibi desponsaret Catharinam filiam suam minorem in Reginam Angliæ. Itaq; Carolus Rex ambasiatores indignanter remittens misit Henrico Regi Angliæ tria vasa plena pilis dicens, Postquam pilas illas depilauerat, deliberaret se tunc, quid acturus esset. Rex vero Angliæ Henricus, pilas videns, & risum audiens, fauit præ nimia ira in Regem & Principes Franciæ. Quare robur totius Regni sui contraxit & congregato exercitu immenso, applicuit cum classe magna in fine mensis Augusti in Normanniam apud Erflue, quod opidum expugnando vicit. Demum postquam obtinuisset opida Hariuxflie & Honinflie, mouit exercitum egregium contra ciuitatem Rothomagensem. Quam et expugnando obtinuit, vicit etiam opida Monstremleer, Diepen & Secant, obtenta etiā Abbatonia ciuitatis, id est, Abbatis villa, castra metatus est in Pontieu, & vastauit igne & ferro quasi totam Normanniam. Post hæc maxima pestis cœpit aggrauare exercitum Regis Angliæ. Nam multi Principes Angliæ cum infinita multitudine armigerorum breuissimo tempore de pestilentia mortui sunt, vnde Rex Angliæ nimium perturbatus locauit armigeros in ciuitatibus & opidis obtentis causa defensionis, & proposuit redire Angliam.

Occasio belli inter reges Francie & Anglie.

Exercitus regis Anglie.

Arripuit

Arripuit ergo iter versus Calisiam, vt inde transfretaret Angliam. Quod percipientes Francię Principes; immensis bellatoribus occurrerunt ei cū centū millibus equitum, demptis pedestribus apud Blangy in die SS. Crispini & Crispiniani cum magna pompa ad pugnam. Tunc Rex Angliæ Henricus, videns se inferiorem, timuit, quia Francigenæ habebant decem contra vnum: petit ergo pacem, promittens reddere omnia loca obtenta. Promittit etiam recessurum se, & nunquam rediturum ad Franciam, sed cum Francigenæ nollent pacem admittere, confidentes in fortitudine & multitudine exercitus sui, Henricus Rex commisit se & populum suum Deo omnipotenti, & præparauit se ad bellum, figensque longas & fortes fudes in terram ante primam aciem suam ordinauit sagittarios in locis suis. Commissum est ergo prœlium in festo SS. Crispini & Crispiniani, & ceciderunt ibidem ex parte Regis Franciæ interfecti gladio Principes in maxima multitudine, de quibus hi fuerunt principales & præcipui, vtpote Antonius Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, Philippus comes de Nyuers & Rethers, ambo fratres Ioannis Ducis Burgondiæ, comitisque Flandriæ, & Margaretæ vxoris Ducis wilhelmi comitis Hannoniæ & Hollandiæ, Dux Barensis, Ludovvicus Dux de Galentson Conestabulus Franciæ, Dominus Ioannes de Baer, Dominus Ioannes de Barboria Præpositus Parisiensis, Enghelbertus dominus de Angya, dominus de Cronhy, dominus Ioannes de Bredercoden, dominus Rolandus de Gruuthuysen, dominus Antonius de Crouvordia, Senescallus Hannoniæ. Dominus de Wauoryn cum filio suo, dominus de Lygkerke eum fratribus suis, dominus de Croy, dominus de Hoorn, dominus de Rasin cum multis aliis nobilibus satrapis. Captiui vero ducti sunt multi probi viri cum plærisque nobilibus & Principibus, videlicet Carolus Dux Aurelianensis & comes de Valoys, Philippus comes de wertus, Ioannes comes Gheleſiciæ, tres filii Ludovvici quondam Ducis Aurelianensis occisi à Ioanne Duce Burgondiæ. Carolus Dux Borboniæ. Dux & comes de Wandome pro tunc supremus magister curiæ Regis Franciæ, comes de Engholesme, comes de Oen. Comes de Ritsemont. Marschalcus de Barstont, dominus Ludovvicus de Ghystel, dominus de Lynghen cum filio suo, dominus de Helgikoer de Sauengii, dominus Hugo de Lannoy cum fratre suo, dominus de Brunon cum multis aliis armigeris laudē dignis & scutariis approbatis, quorum nomina longum esset enarrare per singula. Cuius bellianni notantur in isto metro:

Plurimi ex parte Francorum interfecti.

Crispini festo strauit gens Anglica Francos.

Heynricus autem Rex Angliæ, obtenta hac victoria, misit captiuos Principes ad Angliam.

De successore Antonii Ducis Brabantiæ, & bellis Ioannis Ducis Burgondiæ contra Francos.

Cap. XXI.

Occiso igitur Antonio Duce Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ in prædicto prœlio, corpus eiusdem Ducis ad Brabantiam deducitur & sepelitur in Vueren, quo sepulto Ioannes filius eius factus est Dux Lotharingiæ. Brabantiæ & Lymburgiæ. Eius autem minor frater, Philippus nomine, iam successerat in bonis maternis, & effectus fuerat comes sancti Pauli & Lynen. Porro Elyzabeth Ducissa Luxenburgiæ, secunda vxor Antonii Ducis eiusdem sine prole existens rediit Luxemburgiam, quæ postmodum in maritum assumpsit Ducem Ioannem de Bauaria, fratrem Wilhelmi Ducis, comitisque Hannoniæ & Hollandiæ. Itaque bello prædicto peracto Ioannes Dux Burgondiæ, comesque Flandriæ adhuc nitebatur Franciam deuastare. Nam ciuitate Parisiensi per Dominum de Lilleadam obtenta, totam fere Franciam cum militari robore peruolans, vbique suos æmulos profugauit seu prostrauit. Et quamuis duo fratres eius, scilicet Antonius Dux Brabantiæ, & Philippus comes de Nyuers ab Anglicis in præscripto prælio occisi fuerant, misit tamen tunc ad Henricum Regem Angliæ, & confœderat secum aduersus Regem & regnum Franciæ. Domuit deinde Rex Angliæ totam Normanniam, vastata Francia pro magna parte.

De captiuitate Ioannis Domini de Arkel.

Cap. XXII.

Anno Domini 1415. Ioannes Dominus de Arkel, Bruxellam equitans ad exequias *An. 1415.*

quias Antonii Ducis Brabantiæ, in reditu suo per insidias captiuatur in confinib⁹ Brabantiæ apud Arpenbrugghe ipso die sanctæ Catharinæ à Domino de Seuenberghen, Theodrico de Merwveda, & Philippo van der Leck. Quem secrete duxerunt coopertum alba toga Dominorum Theutonicorum, ne agnoscerentur in itinere ad Hollandiam. Dux igitur Wilhelmus, tunc temporis in iucunda mensa sedens in Traiecto, ista audiens gauisus est valde. Rediens autem Hollandiam intrauit comitis Hagham, vbi ei præsentatur idem Dominus de Arkel. Deinde ex Haga producitur ad castrum Gaudense, & ibi carcerali custodiæ mancipatur. Posteavero ductus fuit ad castrum Seuenberghen.

Fuit autem iam dictus Dominus de Arkel in captiuitate inimicorum suorum decem annis. Porro Bruxellenses audientes Dominum de Arkel eorum ciuem in finibus Brabantiæ captiuatum fore, vocauerunt cætera oppida Brabantiæ in auxilium, & fecerunt magnas instantias pro liberatione eius. Sed nihil proficiebant, quia Ioannes Dux Brabantiæ eorum Princeps noluit propter eos & Dominum de Arkel discordiam inire contra Ducem Wilhelmum, comitem Hannoniæ & Hollandiæ. Postquam autem Dominus de Arkel in ciuitate Ducis wilhelmi esset, idem Dominus de Arkel tribus vicibus coram consulatu prænarrati Ducis Wilhelmi vocatus cum iuramento narrauit & manifestauit omnem traditionem, quam alias Dux Ghelriæ Reynaldus contra eundem Ducem wilhelmum dixerat conceptam fuisse, qualiter videlicet quidam Hollandiæ nobiles ipsum Ducem tradidissent Reynaldo Duci Ghelriæ, exprimens nobiles illos suis propriis nominibus. Wilhelmus vero Dux, his agnitis, proposuit ad tempus adhuc ista occultando dissimulare propter causas eum ad hoc mouentes.

De discessu Sigismundi Imperatoris pro pace componenda inter Reges Franciæ & Angliæ.

CAP. XXII.

An. 1416. ANNO Domini millesimo quadringentesimo decimosexto, post Pascha Imperator Sigismundus, Rex q; Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. descendit ad inferiores partes, vt bellum pacificaret inter Reges Angliæ & Franciæ, misitque suas literas cum ambasiatoribus ad illustrissimum Ducem wilhelmum de Bauaria, comitem Hannoniæ, Hollandiæ & Zeelandiæ, petens eum in adiutorium pro tali causa. Wilhelmus autem Dux votis Imperatoris annuens occurrit Imperatori in Dordraco obuiam. Dispositisque omnibus, quæ in itinere erant necessaria, transfretarunt pariter ad Angliam, decima nona die mensis Maii. Fuit autem Wilhelmus Dux in Anglia quadraginta diebus cum magna solemnitate & maximis expensis. Habuit enim in suo famulatu tredecim egregios barones & milites, & in omni die induebantur nouis auteis vestibus & clenodiis pretiosissimis. Ad hoc tandem partum est, vt vnus bonus modus inueniretur pro pace componenda. Sed modus ille, diabolo impediente, non prosperabatur in suis successibus. Nam communitas totius regni, existimans se decipi per extraneos Principes, noluit admittere, vnde & grauis dissentio inter eos orta est: Principes quoque sine periculo non fuerunt. Quamobrem Wilhelmus Dux ad Regem accedens, dixit ei, Si tu de cætero ausus fueris bellum mouere contra Regem Franciæ, videbis vexillum meum stare contra te. Quibus dictis, idem Dux rediit ad naues, & persuasu quorundam Wilhelmus Dux flexis genibus inuocauit beatam Mariam in Poke prope Veris miraculis clarescentem & facto simul voto, quod non comederent carnes, donec in Poke coram beata Maria peruenirent, statim post duas horas, flante prospero vento, transfretauerunt in viginti quatuor horis de Anglia ad fines Zeelandiæ in Velis. Quibus peractis, compleuerunt vota sua cum deuotione, sicut promiserant. Porro Sigismundus Romanorum Imperator rediens ad partes superiores, ordinauit Odulfum huius nominis secundum, tricesimum comitem Cliuensem, in primum Ducem Cliuiæ. Ab illo ergo tempore terra Cliuensis facta est Ducatus.

Res infecta proceres ad sua reuertuntur.

Quo tempore Cliuia facta Ducatus.

De subactione oppidi & Dominii Iselsteyn.

CAP. XXIII.

ANNO etiam eodem cœpit fama diuulgare ad populares aures per totam HOLLANDIAM, quis ille dominus fuisset, qui Ducem WILHELMVM tradidisset præteritis temporibus Reynaldo Duci Ghelriæ, nisi à bellis suis pacificati fuissent, de qua

quà traditione superius dictum est cap. XVII. Cum autem amici prædicti domini Ioannis Egmondensis hanc diffamationem audissent, accesserunt ad eum & petierunt, vt se pro honore suo purgaret ab hac diffamia, quia satis criminalis erat. Respondit eis Ioannes dominus Egmondensis prædictus: Satis magna iniuria infertur mihi cum ista diffamatione, quia sine culpa patior ista. Verum tamen pro honore meo semper paratus ero ad purgandum meipsum, & testimonium semper propono de his omnibus reddere coram domino VVilhelmo, si potero apud eum obtinere tutum accessum & recessum in hac parte. Quapropter cum VVilhelmus dux ab Angliæ rèdiisset ad Hollandiam, accesserunt præfati amici domini Egmondensis ad eundem ducem, & petierunt, vt dominoEgmondensi concederet tutum accessum & recessum apud eum, & suum consilatum ad purgandum se à prædicta mala fama. Quod idem dux concedens citauit, sicut iuris est, dominum Egmondensem coram suo consulatu ad respondendum de singulis sibi obiiciendis. Cum ergo idem dominus Egmondensis iam secundo & tertio citatus non comparuisset, consules sententiauerunt eum demeruisse ratione contumaciæ vitam cum bonis suis temporalibus. Bona ergo eius confiscantur, & ipse exulatur à prouinciis VVilhelmi ducis. Quapropter dominus Egmondensis ista percipiens intrauit oppidum Iselsteyn cum fratre suo VVilhelmo & stipendariis multis, Deinde paucis diebus euolutis idem dux VVilhelmus misit aliquos de consulatu ad recipiendum oppidum Iselsteyn cum castro suo sub sua iurisdictione & potestate. Sed cum illis obedientia talis negata fuisset, cœpit idem dux congregare exercitum circa festiuitatem B. Mariæ Magdalenæ eiusdem anni, & misit mediam partem exercitus contra Iselsteyn, ipse vero cum reliqua parte venit Schoenhouiam, proponens vlterius pergere, & obsidere castrum & oppidum Iselsteyn. Quod percipientes Iacobus domicellus de Gaesbeeck, Abconda, VVyck Doresstado, Putt & Streeuen, Hubertus domicellus de Culenburch, & Ioannes de Vianen milites consanguinei Ioannis domini Egmondensis, cœperunt timere destructionem domini Egmondensis. Et propterea accesserunt, & fecerunt se mediatores inter partes prædictas. Hoc ergo tandem istorum arbitrio deuentum est, vt dominus Egmondensis cum fratre suo VVilhelmo rederet de Iselsteyn cum omnibus eorum bonis mobilibus, promittentes ambo, se non redituros intra limites Hollandiæ & Zeelandiæ, nisi de beneplacito ducis wilhelmi. Resignarunt oppidum, castrum & dominium Iselsteyn in manus ducis VVilhelmi sub hac conditione, vt iam dictus dominus Egmondensis omni anno reciperet in certis redditibus perpetuis à duce VVilhelmo pro se & suis successoribus summam duorum millium antiquorum schudatorum: & dominus VVilhelmus frater eius reciperet omni anno summam sexcentorum coronatorum Franciæ, & Iolenda domina Egmondensis, mater eorum, reciperet ad vitam suam tantum omni anno summam octoginta coronarum Franciæ. Ratificata igitur sunt ista patentibus literis ex vtraque parte. Et dux VVilhelmus homagiatur in oppido, castro & dominio de Iselsteyn, secundum antiquum modum cum iuramento fidelitatis.

De promissione, quam accepit Dux VVilhelmus à rectoribus terrarum suarum pro filia sua.

CAP. XXV.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, dux illustrissimus VVilhelmus comes Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ, ac dominus Frisiæ, cernens se iam existere in ætate quinquaginta annorum & duorum, & nullam aliam prolem se habere nisi ducissam Iacobam filiam suam ante duos annos nuptam Ioanni duci Turonensi, tertiogenito Caroli de Gonnes, Regis Franciæ, contocauit ad se in vna generali diæta omnes satrapas, proceres, barones, milites, nobiles & rectores oppidorum cum baliuis & optimatibus terrarum Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, ac orientalis Frisiæ. Quibus congregatis expetiit ab eis promissionem in casu, quo ipse obiret sine filis legitimis, quod tunc prædictam filiam suam ducissam Iacobam acceptando reciperent, & homagiarent pro comitissa & eorum vera domina, secluso omnibus eam impedire volentibus. Quod cum ab omnibus magnatibus & nobilibus, oppidanisque promissum foret, confectæ sunt desuper patentes literæ. An. 1417.

De obitu Delphini, mariti Ducissæ Iacobæ.

CAP. XXVI.

ANNO etiam eodem fuit in Hollandia apud ducem VVilhelmum Ioannes dux Turonen-

Turonensis, filius Caroli de Gonnesſ, regis Franciæ, maritus Duciſſæ Iacobæ filiæ eiuſdem Ducis Wilhelmi. Huius autem Ioannis frater ſenior, ſcilicet Carolus Delphinus Franciæ ante paucũ tempus iam obierat, cui in Delphinatu extunc ſucceſſerat eius 2. frater, videlicet Carolus comes de Pontyers. Is itaque Carolus de Pontyers, & Delphinus cum his diebus etiam nunc obiiſſet, ſucceſſit ei in Delphinatum prædictus Ioãnes Dux Turonenſis, tertio genitus regis Franciæ. Quapropter V Vilhelmus Dux, cõgregatis inclytis ſatrapis & proceribus ſuis, equitauit cum Ioanne Delphino marito filiæ ſuæ, qui demandatus fuerat à patre ſuo rege venire Franciam, veniretq; vſque Hannoniam, vt inde vlterius proficiſceretur ad vrbem Pariſienſem ad expectandum ibidem, quinam venirent ex parte regis & reginæ Franciæ. Interea acceſſit quidam tra- 10
Ioannes Dux Delphinus Francia into xicata loricæ perimitur.
ditor ad Ioannem Delphinum, qui ei familiaris multum erat, & obtulit eidem Delphino galeam pulcherrimam, & fulgentem loricam fortiter intoxicatam. Ioannes autem Dux, intoxicationem ignorans, ſtatim vt loticam ſibi bene placentem vidit, illam ſimplici animo induit, & ab ea confeſtim fortiſſime infectus eſt. Poſtquam autem loricam mox depoſuiſſet, cœpit grauiter infirmari, vocati igitur ſunt multi expertiſſimi medici, ſed nihil in cura proficiebant, quia fortiſſimum erat venenum illud. Vnde confeſſionem faciens, & Sacramenta Eccleſiaſtica aſſumẽs, ab hoc ſæculo migrauit in Compiengen, quarta die menſis Aprilis prænotati anni, poſtquam Duciſſam Iacobam in vxorem habuiſſet duobus annis. Erat enim 20. annorum, quando obiit, & vxor eius Duciſſa Iacoba erat iuuencula ſedecim annorum, de qua non genuit. Corpus vero 20 eius aromatibus conditum perducitur Pariſios, & ſepelitur cum mœrore nimio. Tunc ſucceſſit ei in Delphinatu frater eius, Ludovvicus Dux Aquitaniæ. Quo etiam tandem defuncto, Carolus, quintogenitus regis Franciæ, factus eſt Delphinus Franciæ, qui & fuit ſucceſſor patris ſui, regis Franciæ.

De obitu Ducis V Vilhelmi.

CAP. XXVII.

ANNO eodem, ſcilicet milleſimo quadringẽteſimo decimo ſeptimo, cum his dieb. Dux V Vilhelmus in Hannonia maneret, cœpit eius crus grauiter intumeſcere, & 30 hoc præcipue in loco, vbi eum aliquando quidam canis momorderat. Cum autem inde nimium debilitaretur, vocauit ad ſe quendam chirurgum, in quo plurimum confidebat, qui fecit inciſionem in crure, iudicans hoc poſſe fieri ſine periculo corporis. Ab illo ergo die Dux magis debilitabatur de die in diem, ita vt cognoſceret ſe moriturum. Quapropter vocato ad ſe ſacerdote poſt confeſſionem factam, accepit ſua vltima Sacramenta. Quibus ſumptis, dictus inclytus Dux V Vilhelmus viam vniuerſæ
Moritur Vilhelmus Comes Hollandiæ.
carnis ingreſſus in vltima die menſis Maii in prænotato anno, poſtquam tredecimanis bellicoſe rexiſſet Hannoniam, Hollandiam, Zeelandiam & Frifiam, relinquens poſt ſe vnicam filiam legitimam Duciſſam, Iacobam nomine, relictam Ioannis Ducis 40 Turonenſis, Delphini Franciæ, quam idem Dux pater eius moriens petit deſponſari Ioanni Duci Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ. Cuius illuſtriſſimi Ducis corpus ſumptuoſis exequiis in Hannonia apud Valentiam ſepelitur honore congruo. Hic omnibus diebus vitæ ſuæ multum ſtrenuus fuit, maxime contra ſuos inimicos. Margareta vero vxor eius, de Burgondia nata, pluribus annis adhuc ſuperuixit. Quæ tandem defuncta ſepelitur in Kaynout in monaſterio fratrum ordinis prædicatorum.

De fratribus baſtardis eiuſdem Ducis V Vilhelmi, & initio dominii de Schaghen.

CAP. XXVIII. 50

HVIC igitur Duci V Vilhelmo erant quam plures fratres baſtardi ex patre ſuo, Duce Alberto, inter quos erant Adrianus Domicellus, & V Vilhelmus primus Dominus de Schaghen. Hic itaque V Vilhelmus baſtardus Alberti Ducis deuotionis gratia viſitauit ſemel ſepulchrum ſanctæ Catharinæ virginis, & martyris in monte Sinay, in quo legem Deus dedit Iſrael per Moyſen ſanctiſſimum. Bis etiam viſitauit Hieroſolymis ſepulchrum Domini, vbi & ipſe ſuſcepit militarem ordinem. Igitur veniens Ie-
Sepulchrum Domini noſtri Ieroſolymitana quale ſit.
roſolymam, & fratribus minoribus ſepulchrum Domini cuſtodientibus aperiens intentum ſuum, intrauit ſecundum ritum antiquæ conſuetudinis ſanctum Domini monumentum. Eſt autem hoc monumentum domus rotunda de ſubiacente rupe exciſa, tantæ altitudinis, vt vix homo manu extenta culmen poſſit attingere. Huius introitus ab orien-

ab oriente, permagnus lapis erat in sepultura domini appositus pro ostio, in cuius aquilonari parte locus dominici corporis, quasi sarcophagus, de eadem petra factus erat. Color vero loculi & monumenti rubicundo & albo dicitur esse permixtus. Præparatis igitur omnibus necessariis, accinctus est gladio aureo. Quem manu propria de vagina eduens tradidit illum ordinatori suo, qui dans ictum cum eodem gladio in collo eius, ordinauit eum militem domini. Quo facto, gladium posuit in vaginam. Deinde dextrum pedem super sepulchrum domini posuit, & ordinator eius ligauit ad pedem suum calcar aureum. Eodem etiam modo factum est de sinistro pede. Tunc plura, quæ fetuare deberet, ei iniuncta fuerunt. Primo vt Ecclesiam sanctam & fidem Catholicam defenderet cum corpore & rebus temporalibus necessitatis tempore. Secundo vt terreno Principi suo in licitis & honestis semper obediret. Tertio vt viduas & pupillos in necessitate defensaret. Quarto vt in die S. Georgii Martyris diceret ad honorem eiusdem Martyris sancti, quinq; Pater noster, & quinq; Aue Maria. Prædicto vero modo omnes milites apud sepulchrum Domini tunc temporis ordinabantur. Is igitur wilhelmus miles primo fuit Castellanus ordinatus in Medenblick. Sed postea propter probitatem suam Philippus Dux Burgondiæ, Comesque Hollandiæ, eo, quod idem miles auunculus eius esset, donauit illi Dominium in occidentali Frisia trium villarum, scilicet Schaghen, Verninghorn & Harnichuysen. Qui veniens ad Dominum suum ædificauit castrum in Schaghen, in quo deinceps cum vxore sua habitauit. Et sic iste wilhelmus miles prædictus fuit primus Dominus de Schaghen. Exaggerauit etiam ex Insula Zype, prope villam Martini, magnam & speciosam terram, quam nuncupauit nouam terram. Genuit autem ex vxore sua Adelheyde filia Ioannis de Hodenpyl militis præter filias suas, filios tres, videlicet Albertum militem sibi succedentem, Ioannem Sculteum Harlemensem, & wilhelmum. Hic omni tempore vitæ suæ strenuus fuit, & multa laudabilia opera perpetrauit in diebus suis. Obiit autem in anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, vigesima quinta die mensis Nouembris, hoc est, ipso die S. Catharinæ virginis, in Schagen. Albertus autem miles filius suus successit ei, & factus secundus Dominus de Schagen. Hic accepit in vxorem Adrianam filiam Ghysberti de Nyenroedt & Vilsen, ex qua genuit vnicam filiam, nomine Iudocam. Obiit autem Albertus in anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, & successit ei filia sua Iudoca, quæ accepit in maritum Walterum de Egmonda, Dominum de Zuetermee.

De prolibus bastardis Wilhelmi Ducis & initio Dominii de Hoochtvvouda.

CAP. XXIX.

PORRO Wilhelmus Comes Palatinus, Dux in Bauaria, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, & Dns Frisiæ, reliquit etiam post se proles bastardas, videlicet Ludovvicum, Euerhardum primum Dnm de Hoghtvvouda milites, & Beatricem Dominam de Vliet. Euerhardus autem miles fuit primus Dominus de Hoghentvvouda, qui ædificauit sibi in eadem villa habitationem satis bonam in modum castri. Duxit autem in vxorem filiam Florentii de Kyesshueck, ex qua genuit Antonium Dominum de Hoochtvvouda, id est, Hoghentvvouda sibi succedentem. Ex antiquo enim villa consueuit nuncupari Houtvvouda. Antonius autem duxit in vxorem Sophiam filiam Ioannis de Poolgheest, de qua genuit quinque filios & vnam filiam, scilicet Baldevvinum, Wilhelmum, Gherardum, Cornelium, Euerhardum monachum Egmondensem, & Iuttam sanctimonialem in Podykenpuel prope Leyden. Præterea Beatrix, filia bastarda Ducis Wilhelmi, habuit primo in maritum Philippum de Dorp militem, de quo non concepit. Quo defuncto, accepit in maritum Ioannem de Woerden, Dominum de Vliet militem, cui genuit Gherardum de Voerden seu de Vliet scutiferum.

De initio Dominii Purmerenda.

CAP. XXX.

VERVM huius Ducis WILHELMI temporibus claruit in Hollandia quidam vir famosus ex Waterlandia ortus, Wilhelmus Eggert vocabulo dictus. Hic quia WILHELMO DVCI multas pecunias concesserat tempore, quo profugus

gus fuerat à facie patris sui ducis Alberti, ideo magnus semper post hoc in conspectu Ducis habebatur. Fuit enim sub eodem thesaurarius totius Hollandiæ. Hic VVilhelmus Eggert, scutifer tunc existens, & non miles, vt memoriam sui nominis apud posteros relinqueret, coadunauit omnes villanos in fine villæ Perarmerlãt circa aquã, vulgariter vocatam de Weer, in vnam aggregationem, ædificauitque ibidem forte castrum, & extunc illud oppidulum à villanis prædictis constructum appellauit cum suo castro Purmereynde, cuius dominium prose & sua posteritate à duce VVilhelmo obtinuit cum villis Purmerlant, Neck & Hilpedam. Sicque iste fuit primus dominus de Purmereynd, absque tamen militari ordine. Is igitur VVilhelmus Eggert cum audisset mortem ducis wilhelmi, charissimi sui amici, doluit vehementer nimis, vnde & infra biduum & ipse obiit in castro præfato, quod sibi ædificauerat. Reliquit autem post se Ioannem Eggert filium suum, Adelheydim vxorem Gherardi de Zil militis, & Ioannam vxorem Reynaldi de Brakel. Itaque Ioannes Eggert, considerans pacem in paruo vigore duraturam post obitum ducis Wilhelmi, vendidit patrimonium patris sui diuersis personis. Dominium vero Purmereynd cum Neck & Ierpedam, ac Purmerlant vendidit Gherardo de Zyl militi socero suo. Assumpsitque pecuniam, & declinauit ad Flandriam, & venit Gandauum, vbi constituit habitationem suam cum tota sua posteritate. Fundauit autem monasterium regularium apud Oudenaerden, in præfata Flandrensi terra monasterium puellarum sanctimonialium eiusdem ordinis in Gandauo. Cum autem Gherardus de Zyl miles dominium Purmereynd post aliquorum annorum curricula possedisset, tandem illud vendidit Ioanni Burchgrauio de Monfoerdt, sub cuius posteritate adhuc perseuerat vsque in præsentem diem.

De nobilibus istius temporis.

Cap. XXXI.

PORRO circa hæc tempora viguerunt in Hollãdia hi Principes & nobiles, videlicet Wilhelmus domicellus de Arkel, Walrauius domicellus de Brederueden, qui & fuerat comes de Genyx, cum fratre suo domicello Wilhelmo de Brederueden, Iacobus domicellus de Gaesbeck, Apconda, wyck Doreslado, Putta & de Streuen, Philippus Burchgrauius Leydensis, dominus de wassanaer cum Ioanne & Heinrico filiis suis militibus, Ioannes dominus Egmondæ cum wilhelmo de Egmonda fratre suo milite, Philippus van der Leck, wolferdus dominus de Vere, Henricus dominus de Vyanen & Ameyda, Arnoldus dominus de Seuenberghen, Florentius dominus de Borsalia, Zulen & Aggere S. Martini, qui fuit pater Franconis comitis de Oesterwant, Iacobus de Borsalia dominus de Brigidam & de Duuelanda, Costinus de Haemstee & Raso de Haemstre in Zeelandia, Ioannes dominus de Cruninghen, Ioannes de Renesse, Hubertus dominus de Culenburch, Theodricus dominus de Merwveda, Ioannes de Langheraeck scutifer, Theodricus dominus de Huekelom, Ioannes Burchgrauius Montfordiæ, Arnoldus dñs de Leyenburch, Heinricus dominus de Naeldwyck cum filiis suis, Wilhelmo & Alberto scutiferis, Theodricus van der Lecke, Ioannes de Hodenpyl, Wilhelmus primus dominus de Schagen, bastardus Alberti ducis cũ fratre suo bastardo Adriano domicello, Euerhardus primus dominus de Houtvvouda bastardus Wilhelmi ducis cum fratre suo bastardo Lodewico milite, Ioannes dominus de Treslongen bastardus Gvvydonis comitis Blesensis, Ioannes de Vyanen, Ghysbertus de Vyanen, qui fuit dominus de Noordeloos, & postea duxit in vxorem Meynam de Heemskerck filiam Gerardi Boel de Heemskerck militis, Ioannes de Wou & wermonda, dominus Daniel de Poel, dominus Ghysbertus de Poel, dominus Theodricus de Poel, dominus Iacobus de Poel milites. Clauverdus de Poel Castellanus montis sanctæ Ghertrudis, Baliuius Suysthollandiæ, Theodricus de Poelgheestum Gherardo de Poelgheest milite nepote suo, Bartholomeus de Rapphorst, Ioannes dominus de Haemsteden prope Haerlem & de Bonthusen, Ioannes dominus de Vliet, Philippus de Dorp, Ioannes de Cronenburch cum Henrico Ghysberto de Cronenburch militibus fratribus suis, Florentius de Alcmade, Gherardus van den Woert, Gherardus de Zyl, Ægidius de Cralinghen, Gherardus de Liesvelt, Florentius de Abela, Gerardus, Conradus, Ioannes & Arnoldus, quatuor fratres milites de Haerlaer, Fredericus de Seuenter, Bartoldus Asschendelft, Theodricus van der Beets, omnes isti erant, paucissimis exceptis, ex militari ordine, Ioannes de Egmonda dominus de Suetermeer, Ioannes de Egmonda dominus de wateringhen, Albertus de Meren-

Merensteyn, Hugo de Alemade, Herperus de Foreest, Theodricus de Ascendelff, frater domini de Ascendelff, militis, Simon van den Burch, Florentius de Adrichem, Gerardus wten Haech, Gerardus Potter, Baldevvinus de Zvvieten, Florentius von Tol, Herperus de Busch, VVilhelmus Aggert, primus dominus de Purmereynd, Florentius Kyfhueck, Ioannes van den Mye, Arnoldus Spitinck, Nicolaus de waterlant, Wilhelmus Nagel. Omnes isti scutiferi tantum erant.

FINIS.

CHRONICON ANONYMI MONACHI EGMONDANI,

AB ANNO CHRISTI 647. AD ANNVM vsque 1205.

EX BIBLIOTHECA
AND. SCHOTTI ANTVERP.

ANno Domini DC. XLVII. obiit Pipinus filius Carolomanni filii Lotharii Regis, relinquens filium, nomine Grimoaldum, & duas filias, Gertrudem virginem sanctam, & Beggam, quam Anchisus Dux egregius, filius S. Arnulphi Medensis Episcopi, duxit in vxorem, ex qua genuit Pipinum seniorem, & Ducem. *An. Domini.*

DC. I. Itta, relicta Pipini Ninellæ monasterium ædificat.

DC. LXIV. obiit S. Gertrudis.

DC. LXXXV. Anchisus Dux perimitur, Pipinus filius eius succedit.

DC. XC. Sanctus VVillebrordus tunc presbyter fuit, miræque sanctitatis vir. Adelbertus Confessor, cum aliis decem de Britannia gente Anglorum in Gallias transeuntes, ad Pipinum Francorum Ducem peruenerunt.

DC. XCIV. Pipinus Dux Francorum Ratbodum regem Frisonum bellando vicit, & eum sibi subiugauit, & S. VVillebrordum, à beato Sergio Papa Archiepiscopum consecratum, illuc ad prædicandum verbum Dei Frisonibus direxit, qui sedem episcopalem in Traiecto inferiori, Christianitate erescente, primus obtinuit.

Sanctus Adelbertus in loco, qui dicitur Egmonda, vsque ad obitum suum apud quemdam Eggonem, vsque ad tempus Caroli bellicosi Ducis mansit, & totam regionem ad Christianam fidem ex magna parte perduxit, in eademque villa sepultus est. Super cuius sepulcrum fideles Ecclesiam construxerunt, quam à Danis sæpius constat esse destructam. Dei prærordinante cum prouidenti gratia inibi semper aliquis remansit, qui corpus honesti viri honeste seruauit, nec mirum, si humanis honorabatur exsequiis, qui innumeris miraculorum signis cotuscabat.

DC. XCVI. Beda presbyter & monachus claret in Anglia.

DCC. XIV. Apud Francorum gentem Pipinus Dux obiit, cui Carolus filius eius Dux bellicosus succesit.

DCC. XVI. S. Bonifacius ex Anglia ortus à B. Gregorio Papa Archiepiscopus consecratur.

DCC. XXVIII. Ratbodus Dux Frisonum prædicanti sancto VVulframmo Senonum Archiepiscopo ad hoc peruenit, vt baptizandus vnum pedem in sacrum fontem intingeret, sed percunctatus sanctum Antistitem, vbi maior esset numerus Regum seu nobilium gentis Frisonum, in cœlesti regno, aut in Tartarea damnatione: audiuit ab eo, quod antecessores sui, qui sine baptismo obierunt, damnationis suscepissent sententiam. Qui statim pedem à fonte retraxit, dicens se non posse carere consortio prædecessorum suorum, & cum paruo numero pauperum sedere in cœlesti regno.

DCC. XXXVI. obiit S. VVillebrordus.

DCC. XLI. obiit Carolus Dux bellicosus, & duo filii eius Pipinus & Carolomannus succedunt.

Ann. Domini

DC. CI. Pipinus authoritate & præcepto Zachariæ Papæ in regem Francorum electus est, cum vsque ad illud tempus tam ipse, quam nobilissimi progenitores sui, administrationem regni sine regio nomine habuissent: inunctusque est in regem à S. Bonifacio Moguntinensi Archiepiscopo, Hilderico rege deposito, qui vltimus de stirpe Maronigorum, de quo Franci reges creari solebant, regnauit. Qui reges vsque ad illud tempus nihil in se clarum, præter inane regis vocabulum, referebant, cum opes & potentia regni penes palatii præfectos nobilissimos, & potentissimos, qui maiores domus dicebantur, imperii † pertinebat, tenerentur: quod officium Pipinus & sui prædecessores vsque ad hoc tempus administrauerunt.

† desit cura.

DC. CLII. S. Bonifacius substituto sibi in sede Moguntina viro venerabili, Tullo nomine, in Episcopatu Traiectensi beato V Villebrordo succedens, ad instandum prædicationibus, à Frisonibus cum multis gladio peremtus, coronam martyrii adeptus est.

DC. CLXVIII. Pipinus Rex Parisiis obiit, Carolus filius eius, qui cognominatus est Pius, successit.

DC. CCXL. obiit Ludouicus Imperator.

DC. CCXLII. Lotharius, Ludouicus, & Carolus, qui dictus est Caluus, post dissensiones & bella, pace composita, regnum patris sui æquâ sorte inter se diuiserunt. Lotharius, qui maior natu erat, regnum Romanorum, & totam Italiam, & partem Frisiæ Orientalis, totamque Prouinciam obtinuit. Ludouicus Alemanniam, Thuringiam, Saxoniam, & Maurorum, id est, Amnorum regnum, atque Noritam possedit. Carolus vero medietatem Franciæ ab Occidente & totam Neustriam.

DC CCLV. Lotharius Imp. filius Ludouici Pii, in Prumia monachus efficitur, Ludouicus filius eius imperio successit.

DC. CCLXIII. Carolus Rex Francorum, qui dictus est Caluus, filius Ludouici Pii, contulit Theodorico primo comiti Egmondam cum pratis, siluis, & aliis omnibus, quæ inter Suichardes Hagen, & Fortisþat, & Kemnues nunc posteri eius possident.

DC CCLXVII. Ludouicus Rex Alemanniæ, filius Lotharii Pii, largitus est præfato comiti Theoderico forestum V Valda cum aliis rebus interueniente Herimanna regina.

DC CCLXVI. obiit Ludouicus Pius Imperator, filius Lotharii Imperatoris, cui successit Carolus Caluus eius filius, Rex Francorum: qui Friderico comiti primo Hollandiæ Egmondam cum pratis, siluis, & aliis omnibus quæ inter Svbichardeshage & Fortisþat & Kumen nunc posteri eius possident.

DC CCLXXVII. obiit Ludouicus Rex Alemannorum, filius Lotharii Pii.

DC CCLXXVIII. obiit Imperator: cuius temporibus monasterium Egmondense fundatum est à Theodorico prædicto comite sub præsule Traiectensis sedis Odilbaldo, sanctimonialibus ibidem ad seruiendum Deo institutis. Iste Theodericus frater V Valgeri vir erat valde gloriosus, Deoque per omnia carus, qui dignitatem præfecturæ susceþit à Carolo Caluo Francorum rege, & reliquias corporis beati Adelberti, ipso cuidam sanctimoniali se reuelante, in locum, vbi nunc à fidelibus venerantur, transtulit, in quo idem comes cum vxore sua Gena nomine ligneam construxit Ecclesiam, instituens ibi sanctimonialium vitam, offerensque Deo primitiua dona ad eundem locum, in Foroula mansus 8. in Alcmaer mansus 2. in Caligem medietatem totius possessionis persoluendum singulis annis 14. libras. Hic genuit filium, Theodericum nomine, & felici fine defunctus, sepultus cum coniuge sua in eodem monasterio.

DC CCLXXXII. Carolus filius Ludouici in Imperatorem benedicitur.

DC. CCLXXXIV. Carolus Imperator III. huius nominis & dignitatis obiit. Toeroltus comes Frisonum ab Arnulpho rege Francorum quasdam res regiæ potestatis & iuris in proprietatem susceþit.

DC CCLXXXV. Theodoricus secundus comes filius Theodorici primi comitis, interuentu Egberti Archiepiscopi Treuerensis, & Theophanæ Imperatricis, matris Othonis Regis, susceþit in propriam hæreditatem ab eodem Othone, quodcunque antecessores sui habuerunt in beneficio. Idem Theodoricus sanctimoniales, quas pater eius in Egmonda instituerat, remouens, monachorum vitam, quæ vsque hodie ibidem obseruatur, instituit.

* imma Oda, vt infra non

DC CCXCIV. *Bruno ex comite Abbas Cluniacum cœnobium constituxit.

DC CCXCV. Guido, qui Italiam regebat, & Imperatoris nomine tenebat, mori-

Lamber-

Lambertus filius eius regnum obtinuit, & Romam veniens diadema impetii à Præsule sedis Apostolicæ sibi imponi fecit. *An. Domini*

DC.CCXCVII. Arnulphus, Rex Francorum Romam veniens, vrbem armis cœpit, & à Formoso Papa Imp. creatur.

DC.CCC. obiit S. Odilbaldus Episcopus Traiectensis, cui successit Ratbodus.

DC.CCCI. obiit Arnulphus Imperator, Ludouicus filius eius in regnum succedit.

DC.CCCXIV. VValgerus comes, nepos Imp. his diebus magnus habebatur.

DC.CCCXVI. Obiit Ratbodus Episcopus.

DC.CCCXVII. Obiit Conradus Rex, Henricus Dux Saxonum & Thuringorum succedit.

DC. CCCXXXV. Henricus Rex migrauit ad Dominum, filius eius Otthosuccessit.

DC.CCCXXXVII. Obiit Odo primus Abbas Cluniacensium.

DC.CCCLXVI. Corpus S. Pontiani perlatum est Traiectum.

DC.CCCLXVIII. Otho minor à Papa patre cuocatus Romam, benedictionē Imperialem suscepit.

DC.CCCLXXII. Otho Imp. Othoni filio suo Theophanam filiam Theophanii Regis Græciæ in matrimonio sociauit.

DC.CCCLXXIV. Otho senior Imperator imperat annis 16.

DC.CCCLXXVII. Obiit Baldricus Episcopus, Anfridus succedit.

His temporibus fuit Theodericus comes Hollandiæ secundus, filius prænominati Theoderici primi comitis, qui paternæ deuotionis erga Deum, & sanctum Adelbertum feruentissimus exstitit æmulator. Nam pater eius ligneam, hic lapideam in honore eiusdem sancti magnasumtu ædificauit Basilicam, sanctas reliquias venustissimè fabricato sarcophago recondidit, remouens ab eodem loco sanctimoniales, quæ ob asperitatem & molestiam dirægentis Frisonum monasticam non potuerunt religionem ducere, instituensq; monachorum vitam, quæ adhuc ibi, Deo protegente, seruatur: ad quorum victum obtulit in Stagnum 6. mansus, in Harengam 11. mansus, & quartam partem mansus, in Reningen 8. mansus, iuxta clausttum 11. mansus, intra villam Elibentem Emerke, quæ nominatur & Sutherhem mansus 4. & dimidium, in VVimia mansum & dimidium, ab eodem mansu vsque in Arnem oēm terram cultam & incultam, in agris & in pascuis, Ecclesiam in Helgolo, in Saxonem Ecclesiam cum *determinatione, in wallehem 3. mansus, in Oloem mansus 2. & dimidium, in Limben mansus 7. & dimidium, in Sinchan mansus duos, in Bachen mansus 3. in Ordebolla mansus 2. in Aenem mansus 13. & dimidium, in eodem loco mansus 9. in Chose mansum, in Obingen mansum, iuxta flumen Kemestra mansum, intra riuulum Schalingbeke & Hureitede mansus 1. vna cum piscatione, in Belsen mansus 6. & altare eiusdem Ecclesiæ à noua vsq; ad nouam in festiuitatem S. Agathæ, in Borhbere Ecclesiam cum decimatione, & Rotgam cum decimatione, in Alcmaer omne telonium. *fort. decimationi, vt mox

Huius Theodorici legitima coniux, Hildegarda nomine, omni bonitate præfulgēs obtulit S. Adelberto inter cætera dona, thuribulum auro gemmisq; pretiosissimis mirifice decoratum, textum ēt Euangeliorum auro lapidibusq; pretiosis exornatum. Hic Theodericus piæ memoriæ comes ex eadem Hildegarda genuit duos filios, parentes suos dignitate præcellentes, Arnulphum & Egbertum, & vnam filiam Egghindā nomine, quæ diu visum vnius oculi amisit, sed tandem meritis Adelberti recepit. Egbertum aūt in clericatus ordinem consecutum quodam tempore in sequenti die palmarum ardor febrium inuadens, vsque ad festiuitatem S. confessoris, quæ 7. Kal. Iulii celebratur, grauiter vexauit, sed eodem die meritis eiusdem ita conualuit, quasi nunquā fuisset hac infirmitate pulsatus, lætusque de tantæ pestis euasione, ad Missarum sollennia legit epistolam: quem postea gratia diuina Treuerensi Ecclesiæ Archiepiscopum fecit. Hic per omnia imitatus religiosos patres suos, honorauit eundem locum Egmondensem, offerens Deo & S. Adelberto crucem auream, casulam pretiosam, stolam pulcherrimam, cingulum auro contextum, Dalmaticam, subtile, missale, capitulare, passionale, tripartitum, *Psalterium, maiorem Donatum, Glossarium, Historiam*, vetus & nouum testamentum continentem. Scrinium argenteum plenum reliquiis sanctorum. *Videtur aliquid deesse.*

DC.CCCLXXX. Arnulphus filius eius Theodorici II. comitis Hollandiæ Lutgardam sororem Theophanæ Imperatricis, matris Otthonis Imp. nostri, coram Otthone rege *eamdem Theophanam Theophani Regis Græciæ filiam, vxorem habebat, legaliter desponsauit, testamentumq; dotale conscribi fecit. *fort. quæ eadem.*

An. Domini DC.CCCLXXXIII. Otho II. Imperator Romæ obiit, Otho III. filius eius succeſſit, & 18. annis imperauit.

DC.CCCLXXXV. Theodericus II. comes pater Arnulphi comitis, interuentu Egberti, Archiepiſcopi Treuerenſis Eccleſiæ, filii ſui, atque Theophanæ Imperatricis matris Othonis regis ſuſcepit in propriam hæreditatem ab eodem rege Othone, quęcumque habuerunt anteceſſores ſui in beneficio. Iſte Theodericus reliquias S. Gereonis martyris, ipſo reuelante de Nortga, vbi ipſe monuit, collocauit.

DC.CCCLXXXVI. Lotharius rex Francorum obiit, Ludouicus ſucceſſit.

DC.CCCLXXXVI. Ludouicus rex obiit, ſucceſſit Hugo.

DC.CCCLXXXVIII. obiit Theodoricus comes II. ſepultus eſt cum vxore ſua in Egmondenſi monaſterio. Arnulphus filius eius ſucceſſit, qui, vt prædiximus, ſecundum ſuam voluntatem habuit vxorem ſibi condignam, Lutgardam, ſororem Theophanæ Imperatricis, matris Othonis Imperatoris, offerens & ipſe ad prædictum locum Egmondenſem in Thoſam manſus 2. in Kaſterhem 2. manſus & quartam partem manſus, intra Vlſen 3. manſus & vnum agrum, in Saxonem dimidium manſum, in Vorholoen 3. manſus, in Nortga manſus 5. in Lopſon manſus 9. iuxta flumen Mervbe manſum & quartam partem manſus. In villa Leiden manſum & ſextam partem manſus, in villa Berghem ab Occidente Rheni tres manſus, Eccleſiam Flandiga cum decimatione terræ intra fluuium Machlinghe & riuulum Thurlede qui vocatur Haga. Is Arnulphus & Lutgardis genuerunt duos filios, Theodericum & Zifridum, qui Sicco cognominatus eſt.

In eodem anno factum eſt bellum lamentabile inter Arnulphum comitem egregium, & beſtiales Friſones, in quo ipſe cum multis ſuorum occubuit, ſepultuſque eſt cum dilecta coniuge in Eccleſia Egmondenſi, cui ſucceſſit Theodericus III. huius nominis comes IV. vna cum Sifrido fratre ſuo. Iſte eſt Theodoricus ieroſolymita, qui accepit vxorem, Ochelhildim nomine, genuit ex ea duos filios, Theodericum & Florentium: offerens & ipſe S. Adelberto in Kadenberghe 4. manſus, 10. libras ſingulis annis ſoluentes, in Kadenberghe Grolle terram 16. vncias ſoluentem, in Waldmentiæ terram 16. vncias ſoluentem, in Suetan terram 13. vncias ſoluentem, in comitis Frugeſa terram 16. vncias ſoluentem. Præterea obtulit duo pallia pretioſa, quæ adhuc pendent in Eccleſia in ſuromis feſtiuitatibus. Sifridus frater eius, qui Sicco cognominatus eſt, obtulit ad eundem locum terram ſupra Gheſt, nominatã Noorthoepe, Suthen, Aldgeringelant, Hildebrandeslant, Sirbiedingelant 5. fiertelen lantloſemade in Akerſlote 12. libras: in Banezze 11. libras: ſepultus eſt & ipſe in eodem monaſterio.

DC.CCCXCIII. Obiit Egbertus Treuerenſis Archiepiſcopus frater Arnulphi comitis.

DC.CCCXCVI. Hugo rex Francorum obiit, ſucceſſit Robertus, & regnauit annis 35.

MIII. Otho Imperator obiit, Henricus filius eius ſucceſſit.

MVIII. Anfridus Traiectenſis Epiſcopus obiit, cuius conuerſatio qualis fuit, miraculum ad eius ſepulcrum oſtenſum declarauit. Adalboldus vir ſapientiſſimus ſucceſſit.

MX. Normanni multis interfectis Traiectum incenderunt.

MXVIII. Theodorico comite, filio Arnulphi debellante Friſones, in vindictam patris ſui ab eis occiſi, Godefridus Dux ab Imperatore ad eum debellandum mittitur, & repente vox, vnde emiſſa, neſcitur, *fugite, fugite*, & à paucis Friſonibus multi peremti ſunt, Dux vero captus eſt.

Supra vocatur Adalboldus.

MXXIII. Orona Eccleſia S. Martini ab Adelberto Epiſcopo conſtructa, dedicata eſt à 12. Epiſcopis, 6. Kal. Iulii.

MXXVII. Adelbertus Epiſcopus obiit, Bernoldus ſucceſſit.

MXXXIX. obiit Conradus Imperator, filius eius ſucceſſit.

Eodem anno obiit Theodericus III. filius Arnulphi, comes Hollandiæ IV. ſepultus eſt in Egmonda, cui ſucceſſit Theodericus 4. filius eius, comes V.

MXLIV. obiit Otielhildis comitiſſa, quæ ſepulta eſt in Saxonia.

MXLVIII. Theodericus comes filius Theoderici & Othelhildis, minus caute ſe cuſtodiens, ab inimicis ſuis apud Dordrecht occiſus eſt, huc quia legitimos filios non habebat, Florentius frater eius, primus huius nominis ſucceſſit; hic accepit in vxorem dignæ memoriæ Gertrudem nomine, ex qua genuit duos filios, Theodericum & Florentium puerum, ſepultum in choro præfati cœnobii, & duas filias, quarum vna Dei præordinante gratia, facta eſt Francorum regina: obtulerunt; ipſi B. Adelberto terram in Elemondelf 5. libras & vnciam ſoluentem, in Buſchuſa manſum 32. vncias ſoluentem iuxta Delff, 16. manſus, ex altera parte Delff 9. manſus. MLIV.

M.LIV. obijt Bernulphus Traiectensis Episcopus, & in Ecclesia S. Petri Apostoli, quam ipse construxit & ditauit, honorifice sepultus est. An. Domini

M.LVI. obijt Henricus Imperator, filius eius Henricus IV. successit.

M.LVII. Balduinus Comes Flandrensis ab Imperatore Valentianas & Walachriã in beneficio suscepit.

M. LVIII. captis ab Imper. Henrico aliquibus castellis Frisones rebellione frenantur.

M.LX. obijt Henricus Rex Francorum, Philippus filius eius successit.

M.LXI. Florentius Comes VI. filius Theoderici, & Othelhildis, vir bellicosus & valde religiosus, postquam pedibus suis subegit hostes sibi resistentes, nimium confidens in fortitudine sua & suorum, post victoriam minus caute se custodiens, militibus suis dispersis, dum quadam die de bello reuerteretur ad propria, contigit, vt fessus ex itinere sub vmbra cuiusdam arboris, in loco, qui dicitur Kamerche, dormiret iam secure. Et ecce, ex improuiso inimici superuenerunt, & priusquam cum suis equos ascendere potuit & effugere, in eum irruentes cum multis suorum eum occiderunt, dilatusque in Egmondam, ibidem cum fratre suo Theoderico sepultus est. Gertrudis autem Comitissa pro anima sua & viri sui, obtulit S. Adalberto duas casulas optimas, & vnum capetum.

M. LXIV. Robertus iunior filius Balduini III. Gertrudem Comitissam relictam Florentii Comitis Hollandiæ VI. in matrimonio sociauit, & sic Comitatum etiam Frisiæ acquisiuit.

M.LXX. Godefridus Dux Mosellanorum obiit, & Godefridus Gibbosus successit.

M. LXXI. Godefridus Dux Gibbosus cum V Vilhelmo Episcopo Traiectensi & regali exercitu Robertum de Hollant expulit, & sibi potenter subiugauit. Quo facto, Robertus Comes cum paucis Gandauum venit, & conuocatis Principibus Flandriæ, alios beneficiis, atque alios pecuniis & promissionib, ad se attraxit, deinde congregato non modico exercitu obuiam Arnoldo Comiti filio fratris sui Balduini apud Casselee ciuitatem processit, confectoq; prælio Arnoldus ipse perimitur, mater eius Riselda capitur, Rex Francorum Philippus fugatur, post etiam Robertus capitur: tunc laxatis ex ambabus partib vtrisq; captiuatis, idem Robertus Comes in regnum paternum honorifice susc ipitur, & XXIII. annis dominatur.

M. LXXII. Godefridus Dux Gibbosus secessum petens Latriñarum, vt ventrem purget, grauiter & turpiter à quodam Gilleberto, Theoderici filii Florentii Comitis VI. famulo proprio, vulneratus est, & naui impositus iussu suo Traiectum vsq; translatus, post paululum, V. Kal. Maij, obiit, cui successit Conradus.

M.LXXVI. filius Theodericus filius Florentii & Gertrudis, adhuc iuuenilis ætatis flore pollens, non diutius passus paterno regno & hæreditate priuari, congregatis qui busc umq; potuit, cum vitrici sui Roberti Comitis præsidio Selmunde castrum firmissimum, vbi Conradum Episcopum esse sciebat, adiit, illudq; fauillatenus cõcremauit. In quo prælio occisi sunt Lambertus Dauentrien sis Præpositus, V Valmarus presbyter S. Bonifacii, & Gherlochus Comes, multiq; alii, eodemq; Episcopo capto & iterum dimisso cum triumpho in prouincia sua recipitur, & postmodum V. annis cum pace vitam duxit. Hic accepit vxorem nomine Othelhildim, ex qua genuit filium, quem nomine patris sui Florentium nominauit.

M.LXXXIII. Theodericus Comes VII. rogante Stephano Abbate Egmondensis monasterii, omnes donationes & largitiones antecessorum suorum eidem Ecclesiæ concesso priuilegio confirmauit, vt omnia libere postmodum tenerẽt & possiderent, & à terra Vimmersnech vsq; ad aream, quæ tota est eiusdem Ecclesiæ, nullus mortalium auderet placitum habere, sine Abbatis permissione, vel iniuste aliqua inde diripere, homines etiam ipsius Ecclesiæ in toto Comitatu sine telonio esse, nullusque eos opprimeret, sed sub Abbatis potestate essent, & cum causidico suo placitum cum eis haberet, & si aliquis illorum, qui ex præsentibus suis iuste ad eundem pertineret locum, negare & contradicere vellet, liceret eidem Abbati siue successoribus illũ cum aduocato suo tenere, & ad iustitiam trahere, in cuiuscunq; ministerio esset. Similiter faceret de reditibus suis, & quicumque sederet super terram prædictæ Ecclesiæ, & qd ei iuste deberet, nollet soluere, Aduocatus Abbatis, intrans domum illius, tantum de rebus tolleret, quantum ipse deberet, sine alicuius iudicis contradictione. Præterea concessit eidem Abbati Stephano, suisque successoribus iudiciariã potestatem in Alcmaes, quod Ambacht Teutonice dicitur, interueniente Comitissa Othelhilde.

An. Domini

M.XCI. obiit Theodericus piæ memoriæ Hollandiæ Comes VII. Florentius filius eius successit. Ille Florentius florens virtutibus, & præcellens omnes partes suos diuitiis & honoribus, accepit nobilissimam coniugem, nomine Petronillam, filiam Theoderici Ducis, sororem Lotharij Ducis, postea regis, ex qua genuit tres filios, Theodericum, Florentium, Simonem, & vnam filiam. Hic pius Florentius cum eadem vxore sua auxit præbendam & vestimenta fratrum Egmondensium in omnibus, obtulitque Deo cappas IV. Dalmaticam pretiosissimam, calicem argenteum deauratum ad....., S. Adelberti auri, & vnum monile. Petronilla vero obtulit ad eundem locum, vnum ex seruis suis cum domo, terra & tota familia in Scotan.

M.XCIII. Robertus Comes Flandriæ obiit, Robertus filius eius successit. 10

M.XCIX. Conradus Episcopus Traiectensis in propria domo post celebrationem Missæ in quarta feria Paschalis hebdomadæ cultello perimitur, & in Ecclesia S. Mariæ, quam ipse magno sumtu exstruxerat, humatur.

MC. VI. obijt Stephanus Abbas Egmondensis, Alardus successit.

MC. VII. obiit Henricus IV. Imp. apud Leodium, Henricus filius eius successit.

MC. IX. obijt Robertus Comes Flandriæ, Balduinus filius eius successit.

Philippus Rex Francorum obiit, Ludouicus filius eius successit.

MC. XII. Obijt Burchardus Episcopus Traiectensis, Godeboldus successit.

MC. XIII. In Egmonda dedicatæ sunt Basilicæ duæ, sanctæ Dei Genitricis, quam Adelbertus Abbas construxerat, & S. Adelberti, vbi sepultus est, à quodam Episcopo, Geroldo nomine. 20

MC. XX. Balduinus Comes Flandriæ, filius Roberti Iunioris, & Clementiæ filius, monachus effectus moritur, cui successit Carolus consobrinus eius filius, qui scilicet amitæ Achelæ, quem susceperat de Kanuto Rege Daciæ. Eodem anno obiit Alardus Abbas Egmondensis.

MC. XXII. Florentius Crassus Comes octauus, adhuc in flore iuuentutis positus migrauit ab hac vita: sepultusque est in Egmonda. Petronilla eius vxor obtulit pro salute animæ eius ad eundem locum dorsale vnum & casulam, terram etiam duas libras singulis annis persoluentem, insuper ad ædificium templi XIII. libras. Hic quia tres pusillos filios adhuc, quos prædiximus, habebat, loco eorum Comitatum Hol- 10
landiæ strenue regebat: sed quia muliebris sexus facilis est ad circumueniendum, circumuenta à quibusdam potentibus & familiaribus suis est, vt Capellanum suum, Ascellinum nomine, à fratribus Egmondensibus monachum recipi impetraret, vt illo statim Abbate constituto, ipsa de substantia Ecclesiæ suo commodo & voluntati liberius cõsuleret. Effectum igitur habuit suggestio peruersorũ, & homo simplicis naturæ, & ignarus penitus monastici ordinis, nomine tantum est Abbas constitutus. Ceterum res Ecclesiæ in potestatem deuenerunt manus alienæ, & erat videre inferrimam, filiis penuriam patientibus, extraneis de nostra possessione gloriantibus. Præterea respectu magis auaritiæ, quam timoris Domini, suggesserunt Comitissæ, vt destrueretur vetus templum, quasi indecens & nimis angustum. Factum est: & tres constituti 40
sunt laici prælati Ecclesiæ, Lupi magis quam pastores: Folpertus albus, Cilgerus, & Stephanus, qui occasionem nacti clandestinæ proditionis, sub specie consulendi, prædas de nostro peculio exercebant, domumq; Domini paulatim exhaurientes, hominesque Ecclesiæ suæ ditioni subiicientes domos suas per cunis implcuerunt, filii & eorum filiæ, agnati & affines per dotem nostræ possessionis nubebant, & nubebantur, & sic plus paulo res magnæ ad magnam exiguitatem deuenerunt. Et quia non conuenisebant, fecerunt conuenientia malitiæ eorum, propterea sunt punita à Domino pro sua Ecclesia dimicante. Qui ait: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei:* Omnes siquidem inopinata morte in dimidio dierum suorum in vno anno, non in domibus vel in villis suis mortui sunt, & posteris terrorum exemplum reliquerunt: quia *qui destruit templum* 50
Dei, dissipabitur, ait Deus. Non enim erat sensen electum Domini, quod manus Domini ab initio præparauit ad destruendum, ædificandum, & plantandum in nomine domini, vt per hoc non solum templi & claustri, & omnium officinarum eius rumor innouaretur, sed magis morum, ordinis, religionis & fratrum, & ministrorum magnus defectus, fauente domino, & S. Petro Adelberto, consurgeret & melioraretur.

Hinc colligitur fuisse autor monachum Egmondensis.

† *destruit.*

MC. XXV. Henricus Imperator in Traiecto †, & Lotharius dux Egregius, frater Petronillæ Comitissæ Hollandiensis in regem eligitur, eleuatur, & coronatur.

MC. XXVI. Carolus VII. Iustus, Comes Flandriæ, filius Canuti Regis Daciæ, Martyris & Achelæ sororis Roberti Comitis Martyr & sanctus & pater eius à suis domesticis, propter iustitias, quas exercuit & iudex iustus, in oratione ante altare procumbens

bens trucidatur, cum duobus filiis suis, cui Ludouicus Rex Francorum succeſſorem posuit, V Vilhelmum filium Roberti Comitis Nortmannorum. *An. Domini*

MC.XXVII. Godeboldus Epiſcopus Traiectenſis morbo corripitur, & monachus deuote factus apud S. Laurentium in Ooſtbroeck moritur, & ibidem ſepelitur. Cui ſucceſſit Theodericus, filius Theoderici de Elſaren, quem genuit ex Gerrrude filia Roberti Comitis Friſonis, relicta Comitiſſa Henrici Bruſolenſis.

MC.XXV. cum placuiſſet gratiæ diuinæ, viſitare locum Egmondenſem, inſpirat Epiſcopo Andreæ & Comiriſſæ Hollandiæ Petronillæ mittere legatos cum litteris ad Abbatem Gandenſem Arnoldum, pro monacho, qui idoneus eſſet animas regere, & exteriora diſponere, & lapſa promouere, qui conſilio cum ſuis habito præpoſitum curtis eorum, quæ dicitur Lens, V Valterum, quem frequenter probum & vtilem probauerat, miſit. Quem Epiſcopus Andreas in vigilia natiuitatis S. Mariæ, Abbatem ordinauit: qui veniens Egmondam & defectum in omnibus reperiens, quid ageret, aut quo ſe verteret, niſi ad Deum & S. Adelberti patrocinium, ignorauit: ſed proceſſu temporis, Dei gratia, in qua multum ſperabat, proſperum in omnibus ſucceſſum habuit, & omnia bene & ordinate, & ram exteriora quam interiora componi cœperunt, cuius ſtudium quale fuerit, præter cetera teſtis eſt templum, & omnes eius officinæ.

MC.XXXII. Cum eſſet hiems valida, Theodericus Comes IX. filius Florentii, iniuriarum, quas illi Friſones occidentales frequenter fecerant, congregata multa manu militum, ſe vlciſci oportunum iudicabat: eum in Alcmariam veniſſet, Friſones impetum eius exercirus non ſuſtinentes, fuerunt in interiore Friſia conglobati, & pro poſſe reſtiterunt, & quia tota Friſia glaciali rigore peruia erat, milites Comitis plures villas incenderunt, armenta, equos, veſtes, & cetera mobilia deprædati ſunt, & multos Friſonum ſecum captiuos apportantes ad Comirem quaſi victores reuerſi ſunt. Sed hæc victoria multis & pæne toti Hollandiæ in perniciem aut in occiſionem reuerſa eſt. Habebat enim Comes fratrem, qui Florentius Comes dicebatur, qui erat vir naturaliter acris ingeni, ſæcularis gloriæ cupidus, dulcis eloquio, facetus ad omnes, iuuenes, ſenes, clericos, monachos & vehementer aduerſans omnibus inimicis ſuis, quæ omnia intuidiam illi non paruam conflauerant, & prauis agentibus conſiliarus, matris gratiam, quæ toti adhuc imperabat Comitatui, & fratris Theoderici amiſerat. Sed quo magis diſplicebat ſuis, tanto amplius placere ſtuduit & placuit alienis: nam & nonnulli nobilium iungebantur illi, & vulgus, nouæ poteſtatis naturaliter cupidum, etiam cum periculo ſalutis & rerum ſuarum ſequebatur eum. Friſones vero diſcordiam fratrum audientes gauiſi ſunt, & legatos Florentio mittentes, illi, ſi ad partes ſuas tranſire vellet, dominatum totius occidentalis Friſiæ promiſerunt. Nec dubius adoleſcens ad eos receſſit, & paratos ad omne, quod imperaret & aggredi vellet, negotium inuenit, per annum ſcilicet ab Auguſto in Auguſtum manẽs in Friſia, quas poterat & patriæ eius inſidias & damna cum Friſonib. machinatus eſt. Qui memores iniuriarum ſuarum Eccleſiam in Alcmaria & totum forum incenderũt, & præda non modica ditati ſunt. Interea plurimi & maxime de Comitatu ruſtici, qui ſe nimis opprimi dolebant, ſpe libertatis inaniter accenſi, conſilium inierunt, vt Theodericum Comitem deſererent, & Florentio adhærerent, & cum Friſonib. ſub vno duce vnus populus fierent. Miſſis ergo legatis fidelitatem promiſerunt, & venientem cũ ſuis deuote ſuſcipientes armata manu & valida perſecuti ſunt conſpiratione: nulloque reſiſtere valente, nec ipſo Theoderico Comite, licet cum multis occurreret, vſq; ad Haerlẽ perduxerunt & vna cum Friſonibus antiquorum Comitum domos & cuncta circũcirca ædificia, videnre Comite, combuſſerunt. His pertinaciter geſtis, quia Friſonũ mos eſt, nunq; vel rariſſime extra ſuos terminos pernoctare, feſtinanter cum Duce ſuo redierunt & ſocios cõſpirationis in magno periculo reliquerunt, nã domib. & eorũ & omnib. quæ habebãr, igni traditis vel ablatis, de iis Comes, vt voluit, triũpha uit. Dũ hæc geruntur, fama diſcordiæ fraternæ ad aures Lotharii regis auunculi eorũ defertur, qui vnũ principũ ſuorũ ad eos direxit, præcipiendo præcipiens, vt in pacem conuenirent, ſi eius amicitiã & gratiã habere vellent. Facta eſt igitur inter Comitẽ & fratrẽ eius, licet magna cum difficultate, pax integra, omnibus ex vtraq; parte, qui diſcordiæ principes fuerant, in eadẽ pacis pactione incluſis. Sed modico tempore Florentius hac pace fruitus eſt: qui non multo poſt gladio occiſus eſt. Cuius necis hæc cauſſa: Godefridus Delnyck, & Hermannus de Aerneſbergh, nobiles viri, & famoſi, neptem ex ſorore Aleidi habuerunt, aliam Arnoldi de Rorem, nomine Heilobinam, quam poſt occiſionem patris & obitum matris eius Hermannus auunculus eius in ſua tutela ſuſceperat, hoc proponens, vt vrbes & eius poſſeſſiones latiſſi-

An Domini

latissimas gubernaret, donec eam viro competenti traderet. Ministeriales iuuenculę Florentii probitatem audientes, hoc consilium inierunt, vt eum Dominum eligerent & puellam eius coniugio copularent. Aduocatum igitur ad se benigne susceperunt homines ipsius factionis, vrbes puellæ, & prædia & omnia, quæ poterant, illi assignauerunt. Præterea instanter cum puella ab aunculo Hermanno, vt coniugio eius sociaretur, requisierunt, quod ipse penitus abnuit, nec ad hoc in vlla prece vel munere flecti potuit. Florentius autem cum suis omnia illius incendiis & gladio deuastauit, multisque eum adiuuantibus, quod erat cognatus regis, insidiabatur omnibus modis & rebus, & vitæ ipsius. Ille non ferens Godefridi, & maxime Traiectensis Episcopi potentiam fruitus auxilio, militum non paruam multitudinem collegerat. Sed eadem quæ sibi parabat Florentio machinari non minus sollicitus erat. Traiectenses autem pro respectu Theoderici Comitis, tum præ timore Regis Lotharii, Florentii partibus fauebant, & auxilium pro posse conferentes ingressum ciuitatis & egressum, domusque ad manendum, quotiescunque vellet offerebant, qui vrbem Episcopi Leckesmonde incendio deuastauit, & ipsum, ne ingredi posset ciuitatem, quia sibi contrarius erat, potenter coluibit. Cum vero die quodam Florentius ciuitatem cum X. tantum militibus nihil insidiarum vel aduersitatis suspicatus exisset, subito visus & circumseptus a duobus prædictis fratribus est, qui cum multa manu militum eo necsciente ad vrbem venerant; & dum effugere & redire in vrbem conaretur, & posset, pes equi in loco qui dicitur Abbeschade lapsus est, & ipse corruit, & abillis occisus est. Cuius corpus in Reynsburgh perlatum est, & confestim legatus, qui hoc regi Lothario denuntiaret, missus est: qui nimis ægre mortem eius accipiens Hermannum & Godefridum, adiuuante Comite Hollandiæ, domo & patria expulit, fugatosque exules fecit, morteque potis competeret vltus fuisset, si non mors eum ad magnam hereditatem istorum rapuisset. Statim enim ad sua reuersi & homines Comitis Theoderici in amicitiam & pacem eius reuersi sunt.

10

20

MC.XXXIV. Sanctimoniales de Saxonia de clausto Stichterlingeburgh, fauente Comitissa Petronilla Rynsburgh adductæ sunt, in quib. religionis grauitas & claustralis officij non parua cognitio fuit, quarum industria hodieque in iis, quæ per earum magisterium informatæ sunt, apparet.

30

Eodem anno, XVII. Kal. Octobris dedicata est eadem Ecclesia in Rynsburch, quã prædicta Comitissa construxerat in honore S. Mariæ virginis, ab Andrea Episcopo Traiectensi.

MC. XXXVII. Lotharius Rex Roma. secundo reuersus obiit & Conradus filius sororis Henrici Imperatoris successit.

MC. XXXVIII. Andreas Episcopus Traiectensis obiit, Heribertus successit eidem.

Eodem anno Comes Theodericus Ierosolyma perrexit, & in eodem itinere Romam veniens ram vice sua. quam matris suæ Petronillæ Monasterium Reynsburgense atque Egmondense B. Petro Apostolorum Principi * prophetario iure obtulit atque tradidit, priuilegiumque exceptionis super hoc confectum Abbati Waltero contulit.

*forte propria tarie.

40

MC. XXXIX. perfectum est templum in Egmonda à Domino VValtero Abbate.

MC. XLIV. Nonis Octobris dedicatum est templum in Egmonda à Domino Heriberto Episcopo, præsente Theodorico Comite, & vxore sua Sophia, & congregato populo infinitæ multitudinis tanta præparatio necessariorum à Domino VValtero Abbate prouisa, vt viri qui præsentes fuerunt, nunquam tali dedicationi affuisse se hodieque testentur, ecce derepente superueniès iocunda serenitas festiuitati arrisit, cũ per sex hebdomadas, vt dicunt, qui præsentes fuerunt, pluuialis aura fuerit. Huius euentus, imo miraculi Heribertus Episcopus in sermone quem locutus est ad populum, mentionem fecit, & dicebat se mirari quod tantæ & rot reliquiæ maximorum sanctorum Apostolorum, martyrum, Confessorum & virginum continentur in extremo margine mundi. Cum autem reliquiæ Sanctorum reconderentur à Domino Episcopo in Altaribus, Fredericus pius religiosus monachus, in quærendis, videndis, tractandis, diuidendis, & exportandis reliquiis studiosissimus fuit. Quem Dominus euestigio completa dedicatione castigans, castigauit tam in corpore quam in mente, ceto vtrumque sanaturus flagellauit. Ascendente enim ad cerebrum infirmitate humana à semetipso in mente alienatus est, vtnec vita eius, nec gestus conuenirent consuetudini & personæ ipsius. Post aliquot dies cum frater ipse immensitate infirmitatis

50

Sermo Heriberti Epis.

Reliquiæ SS non tamare tractanda.

mitatis,& congregatio tota orando& vigilādo super eo laboraret:signatus est cruce, quam Elibertus Treuerensis Archiepiscopus Egmondensi contulit Ecclesiæ: cuius virtutis effectum monachi plures sunt experti, & narrare solent fratres eiusdem Ecclesiæ & laici quoque plures ad eam pertinentes. Huicigitur cruce signato confestim Dominus reddidit lætitiam saluationis suæ,& spiritu integro deuotus in columis eam salutauit,nec multo post ab ægritudine mentis & corporis conualuit. Creditum est à multis hanc eum plagam ex hoc incurrisse, quod tam audacter & minus caute Sanctorum reliquias tractauit,vt discat homo, putredo & vermis talibus non se præcipitanter ingerere,sed cum timore & reuerentia tractare diuina. Prædicta in die dedi- 10 cationis quod idem Episcopus concessit fratribus eiusdem Ecclesiæ, & tam in ciuitate Traiectensi, quam in omnibus locis ditioni subiectis, in omnibus qui vel emerent vel veherent ædificiis monasterii,vel suis vsibus necessaria,essent à telonaria exactione omnino liberi & immunes. Idem Dominus Heribertus, vt veritati testimonium demus,ventilabat hostes Ecclesiæ S.Martini fronte durissima,auctoritate liberrima, verbisque & oculis minacibus & manuum extensione ferebatur in homines,& vt malum compesceret,furorem ostendebat. Conniuebant enim Duces & Comites, quos & gladio materiali per suos,& spirituali per semetipsum coercebat: cuius vtriusque rei exempla breuiter perstringemus. Comites Hollandenses Traiectensis ciuitatis Ecclesiæ ab antiquo quasi fides in oculis, lanceæ in lateribus fuerunt, quorum non 20 infimus fuit Theodericus filius Florentii Crassi Comitis, quem post multas hostiles incursiones & vtriusque partis damna & pericula ad hoc pontificali authoritate per bannum perduxit, vt discalceatus ad genua eius procederet, & indulgentiam petens emendationem promitteret. Palatinus item Comes Otho de Kinkerke filius Othonis & Gertrudis Comitissæ, frater Comitissæ Sophiæ Hollandensis, fines Ecclesiæ Traiectensis inuadere & deuastare solitus erat, nec ei quisquam resistere poterat. Pro quodam tempore pro more insidiis intra siluarum latibula positis Episcopi homines armati suis militibus, nec ipsis bene armatis occurrerunt, contra quos Hugo Buterus fortissimus Teutonicorum militum dimicabat: & impetu facto in hostes, alios occiderunt, hos ad fugam & latibula in siluis compulerunt: quibus etiam ventus & 30 nix,quæ eo die maxima defluxit,in oculis veniens plurimum nocuit: occisis ibi plurimis nobilibus partium Palatini. Otho Comes de Beke cum aliis gladio corruit, Palatinus etiam captus & à suis derelictus. Quidam cum vellent eum occidere,ab ipso detensis & incolumis seruatus, ductusque Traiectum in captiuitate leniissima per tempus detentus liber exiuit, cum promisisset Ecclesiæ sancti Martini se vlterius non nociturum.

An Domini

Comites Hollandiæ.

MC.XLIIII.Petronilla Comitissa vxor Florentii Crassi Comitis defuncta est,& in monasterio Reynsburgensi,quod ipsa construxit, honorifice sepulta est.

MC. XLVII. Arnoldus Colonensis Archiepiscopus fratribus Egmondensis monasterii omne teloneum suum de rebus suis transferendis in Andrynacha Nicria, & 40 Colonia,concesso priuilegio liberaliter condonauit.

MC.XLVIII. Incendio maximo ciuitas Traiectensis flagrauit,& templū venustissimum S.Martini ab Adelboldo Episcopo constructum,combustum est,cum aliis tribus congregationibus,scilicet S.Pauli,S.Ioannis Baptistæ, & S. Petri. Templum autem S.Saluatoris, quod & templum S. Bonifacii, sicut veraciter dicitur, miraculi euentu,gratia Saluatoris conseruatum est. Est autem Capella contigua templo eidem in honorem S. Crucis consecrata,quam incendium cum omnibus,quæ intus continebantur, consumsit, excepta imagine S. Saluatoris, in qua hoc miraculum contigit, quod patibulum aonsumtum est,& claui & imago tota sine læsiong permansit: quam clerici cum populo magna susicipientes deuotionis reuerentia ad templum de capel- 50 la detulerunt,& ex hoc eam in summa veneratione habuerunt.

MC.LV. Heribertus Episcopus Traiectensis obiit, post cuius obitum de eligendo Episcopum grandis discordia tam inter clericos,quam inter laicos facta est, aliis Fredericum filium Adolphi Comitis de Honele, aliis Hermannum Propositum S. Gereonis de Colonia eligentibus. Comites siquidem Ecclesiæ omnes, Gelrensis Henricus,Hollandensis Theodericus Hermannum inuestire instantissime laborauerunt. Omnes autem ministeriales & ciues Traiectensis ciuitatis & Dauentriæ,& omnes agricultores cuiusque officii homines Frederico deuotissime fauebant, adeo vt & rerum suarum dispendium imo vitæ periculum pro eo subire non dubitauerunt. Sed pars nobilium vt solet alteram depressit,& Comes Hollandiæ bellica manu Hermannum in Episcopatum introduxit. Demum vterque Episcopus cum suis fautoribus

Leo-

An. Domini Leodium ad Cardinalis iudicium peruenit: cuius iudicio Fredericus reprobatus, & Hermannus inuestitus est, Conrado etiam rege partiipsius consentiente: sub cuius temporibus, quia lenis & nimium simplicis animi erat, cædes mutuæ, homicidia etiam in præsentia eius fiebant, nec curauit iudicium facere, nec Traiectenses, qui duris numquam constringi poterant vel possunt Prælatis, coercere potuit.

M C. LI. obiit Theodericus duodenus filius Theoderici Comitis & Sophiæ.

MC. LII. Conradus Rex obiit, Fredericus successit.

M C. LIV. Fredericus Rex cum pauca militum manu sed strenua & nobili Romam profectus, ab Adriano Papa, sicut condecens erat, benigne susceptus est, & Missa celebrata nescientibus Romanis in Imperatorem consecratus. Quo cognito Romani obsederunt eum, & vicissent eum, ni Germani bellicosi naturaliter gladio sibi viam per medios hostes fecissent, quorum alii gladijs prostrati, alii calcibus equorum contriti, alii in Tyberim submersi sunt. Imperator autem sine grandi vulnere, & damno suo viriliter inuasit.

MC. LV. Frisones de Drecherne fines Comitatus Hollandensis inuadentes, villas quasdam exusserunt, inde procedentes ad villam quæ Schaden dicitur peruenerunt. Quibus occurrentes milites de Haerlem & villa Okerthorpe in fugam eos compulerunt, & festinantes ad sua, infinitam multitudinem, scilicet circiter nongentos homines sine defensore peremerunt.

MC. LVI. dum diuina mysteria Traiecti, in Ecclesia ciuium, quæ in honorem B. Mariæ virginis consecrata est, celebrarentur, & pauperes in offerendo prelbyterum nimis inquietarent, custosque pauperes virga depelleret, eadem virga Pyxidem, quæ super Altare cum corpore Dominico pendebat, percussit, & inter populum disperlit. Sequitur è vestigio mors subitanea Episcopi Traiectensis Hermanni, & impletum illud Apostoli: *Inter vos multi sunt infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* Cui succesit Godefridus, qui sine discordia aliqua inuestitus est, quia in Imperatoris Frederici Traiecti consistentis præsentia guerram fieri non permisit.

MC. LVII. Theodericus Comes Hollandiæ IX. filius Florentii Crassi Comitis & Petronillæ obiit, cui succesit Florentius filius eius.

M C. LX. Ministeriales Traiectenses fortissima coniuratione inuicem ad seruandum ius suum conuenerunt, & multi ex optimis eorum homines Henrici Comitis Gelrensis, vt eis auxilio fierent, facti sunt. Cuius auxilio freti Episcopum Godefridum in turri Episcopali obsederunt, & cepissent, nisi adiutorio & consilio Theoderici de Cliuo euasisset. Egressus autem aduersus omnes ciues Traiectenses & Ecclesiæ ministeriales in iram exarsit, & turrim suis militibus muniuit, ex qua plurimi ciuium balistis, sagittis, & etiam lapidibus vulnerati & occisi sunt. Econtra Comes Gelrensis cum ministerialibus, ciuibus, & militibus suis instantissime consurrexit, & multis incursionibus eos, qui turrim tuebantur, & parti Episcopali fauebant inquietauit, adeo vt vtramque domum Episcopi, scilicet hiemalem & æstiualem combureret, & mangenas ad turris destructionem præpararet. Episcopus vero implorauit auxilium Comitis Hollandiæ Florentii, monens eum, vt fidelium & hominum sincerorum adiutor in oportunitatibus exsisteret, & gloriam eius vitamque seruaret. Comes vero videns eum angustiis circumdatum, & omnibus auxiliis destitutum, collecta militum & manuum multitudine copiosa, & adiuncto maritimo * aggressi & in * Dominico populo plusquam oportuit, auxiliator Episcopo fuit. Castrum enim woerden firmauit, & impositis militibus suis & sagittariis & Flandrensibus totam circumcirca regionem incendio vel rapinis depopulatus est. Cum autem tum à Comite tum ab Episcopo ciuitas Traiectensis plurimum arctaretur, à Comite Ghelrensi defensa est: Theodericus de Batembrochibi cum suis electis & audacissimis militibus affuit, & cum eo multi milites & armigeri solidorum pactione conuocati, qui multoties vrbem egressi assultus frequentes & incursus aduersus milites Episcopi & Comitis Florentii habuerant. Interea Traiectenses auxilio Comitis Ghelrensis mangenas constituentes, turri applicuerunt, eamque quotidie lapidibus impetentes destruxerunt, instantissime annuentibus ad hoc * mangenibus & cuiusque officii hominibus. Perduravit autem hæc discordia à festiuitate sancti Mauritii, vsque ad festum sancti Ioannis Baptistæ, & tunc demum mediante Episcopo Colonensi Reynaldo ex iussu Imp. Frederici sedata est.

* Fort. aggere.

* Fort Magistratibus.

MC. LXI. Dominus Walterus Abbas, bonorum memoria dignus, post renouationem ordinis, & status Egmondensis Cœnobii, post constructionem & ornatum templi, post

pli, post clausfri & omnium officinarum ædificationem, post fratrum de paruo numero in magnam congregationem. Obiit X. Kalend. Decembr. cum præsedisset Ecclesiæ annis XXX, & vno, mensibus duobus, diebus XXI, cui successit Wiboldus Abbas. *An. Domini*

Eodem anno Frisones de Drethem cum Comite Hollandiæ pactum pacis inierunt post XXX. annorum & amplius discordiam: Homines Frisones sub vna pace fuerunt.

MCLXII. Florentius Comes Hollandiæ X. sororem regis Scotorum nomine Adam cum magno nauium apparatu deductam duxit in vxorem.

Eodem anno idem Comes inspiratione diuina compunctus recognouit patrem suum in hoc errasse, quod Capellano suo Schidboldo Flordirghen Ecclesiam violenter abstulerat, quam ei post iuste tradiderat, & obtulit eam cum fratre suo Roberto Ecclesiæ Egmondensi, quam quondam Arnulphus Comes cum filiabus suis eidem Ecclesiæ Egmondensi contulerat.

MCLXV. Imperator Fredericus Traiectum veniens Episcopum Traiectensem Godefridum & Florentiū Comitē Hollandiæ, post grandes inimicitias reconciliauit.

MCLXVI. Frisones occidentales qui habitant trans vadum, transeuntes in multitudine graui, armati vt solent galeis clauatis, clypeis, mucronibus, & venabulis in agros opiduli, quod Alcmaer dicitur, conscenderunt, quorum enormi multitudine visa omnes, qui Alcmarienses ibus ad auxilium venerant, se subtraxerunt, & solos ciues vici illius ab hostibus conclusos in extremo vitæ periculo reliquerunt. Frisones autem omnes domos eorum omni supellectili iam dudum euacuatas combusserunt, nihil ædificii relinquentes excepta Ecclesia, cui ex omni consilio pepercerunt. Ipsi autem Alcmarienses videntes se alieno destitutos auxilio, accensi sunt viriliter & constanter pugnare pro patria, & fere octingenti viri electissimi, omnes aduersa fronte occisi, felici vt speramus compendio pro morte vitam mercati sunt. Si enim pugnare pro patria virtutis est, pro patria mori felicitatis. Hoc autem * extraui siuum cædis vel ineen dij Frisones fecerunt in vindictam iniuriæ, quam consortes & conciues eorum Frisones de Schaghen eodem anno post natalem Christi passi sunt à milit ibus de Haerlem, & socius eorum, qui domos illorum combusserunt, iumenta abduxerunt, & ipsos homines quasi pecora inermes & improuisos lanceis & gladiis perfoderunt, vel captos minus quam decebat, misericorditer tractauerunt. * *Fort. vicinū sionem.*

MCLXVII. Mulier quæ cæca de Aquisgrano veniens ad S. Adalberti cœnobium in itinere meritis ipsius sanata est.

Eodem anno in villa Egmonda natus est agnus vnum caput habens & duas partes posteriores, sex pedes & duas caudas, qui visus à multis cunctis intuentibus spectaculo fuit, & cum portentum aliquod soleat portendere vel significare, creditum est quibusdam, per duas agni partes significari Comitatum Hollandiæ scilicet & Frisonicum, quia cum vterque ad vnum pertineat Comitem, diuiditur tamen plerumque inter se per hostilem discordiam vtriusque populi confinium & quasi diuisio est villa Egmondensis, vbi apparuit monstrum discordiæ & diuisionis, quæ ipso tempore tanta fuit vt alter populus alteri vicissim & vitam & omnia sua, si posset, auferre non dubitaret.

MCLXVIII. Florentius X. Hollandiæ Comes brumali tempore cum maxima manu militū & peditum veniens in villam quæ Schoerla dicitur, Frisonib. contiguam deliberauit & consilium iniit, qualiter eos dē Frisones excuntes bello aggrederetur. In ea mora deliberationis quidam electissimi milites, vel priuati homines constantes & audacissimi impetum animi sui non ferentes inermes in aquis Comite dissuadente prosilierunt, & villam Frisonum, quæ Schagen dicitur incenderunt, Frisones a. in insidiis positi, domorum suarum iacturam facilem habuerunt, dumodo inimicos suos cōclu derent & reditū illorū interciperent. Cumq; hostes insidiis prīdē intenti, ea quæ retro fuerant obliuiscentes, in anteriora conscenderent, & quasi fugientes persequerentur, de latibulis egressi Frisones, vias quib. erant redituri, occupauerunt, & redire parantibus maxima multitudine constipati in faciem restiterunt. Sed quid? milites denso agmine facto, animam suā ponentes in manib. suis, in confertissimos hostes irruperunt & redierūt illæsi ad Comitem. Alii omnes exceptis paucissimis captiuatis occisi sunt: & facta est maxima strages electissimorum virorum, ex his nobiles & probi milites corruerunt, Simon de Antverpia iuuenis incomparabilis fortitudinis, Florentius & Alardus de Egmonda, Bruno de Castrichem, Gerardus iuuenis de Monster, Euerardus de Noorthighem. Corpora v. occisorum diuersis confossa vulnerib. ad diui-

An. Domini

namlaudem relata, Monachis & laicis & maxime Comiti lamentabile præbuerunt spectaculum, nec elapsus est integer annus ab anni spectaculo ad spectaculum defunctorum. Contigit autem hæc cædes in die Vincentij Martyris.

MC. LXIX. Frisones occidentales in maxima multitudine vadum transeuntes, Alemariam iterato in die S. Hippolyti, qui sollennis apud ipsos habetur, cõbusserunt, sed non talem qualem prius suæ voluntatis successum habuerunt: obuiatum est enim iis fortiter à vulgo circumcirca commorante, & à paucissimis militibus viriliter illos conterentibus: duæ præterea naues ex latere ad eos de villa quæ dicitur Bocle cum grandi impetu properantes timorem eis & suspicionem magnarum insidiarum incusserunt, & occisis fere XXX. fortissimis ex eis omnes à minimo vsq; ad maximum in fugam inclinatis & electis militib. conuersi sunt. Sed si equitum qui illos insequi potuissent, maior copia fuisset, & vel sagittarii Flandrenses qui ipso die aduenerant, aliquãtum maturius adfuissent, dies ista Frisonum facta fuisset in exterminium, vt posteritas de hoc potuisset narrare filiis filiorum suorum. 10

Eodem anno obiit prima die mensis .... piæ memoriæ Abbatissa in Reynsburgh, litterarum scientia, & facundiæ gratia, mirabili religione grauis, carnis nobilitate insignis, soror Frederici Comitis de VVeke, amita carissimi Episcopi Moguntini, cui successit Bonifacia.

MC. LXXII. Dux Saxoniæ Henricus, multis comitatus militibus & viris, apparatu multarum diuitiarum, Hierusalem profectus, sepulchrum Domini & loca Sanctorum sua munificentia honorauit, & magnifice susceptus a Rege & Patriarcha redut ad sua, 20

Eodem anno Henricus Comes de Arnesbergh generum suum, Othonem, fratrem Florentii Hollandiæ Comitis captum in vinculis in carcere detinuit, nec vlla ratione relaxare voluit, donec vel fide sua promitteret, vel fideiussorem daret, se non inuasurum res suas, nec quidquam ablaturum, exceptis iis, quæ in dotem filiæ suæ accepisset.

Eodem anno obiit Theodericus de Cliuis, statura & facie venustissimus, diuitiis & necessariorum abundantia superaffluens, dulcis alloquio omnium ad se venientium, (quod rarum est in diuitibus,) defensor iugis oppressorum, 30

Eodem anno Hipponensis Episcopus Raimundus Ecclesias multas in orientali Frisia dedicauit, veniensque Egmondam villam, S. Michaelis & S. Nicolai Ecclesiam .... consecrauit.

MC. LXXVII. Sophia Comitissa Hollandiæ cum filio suo Othone, & Isebrando de Haerlem Ierusalem petiit, & eodem anno redit. Item eodem anno Dominicum corpus in variis Ecclesiis Traiectensis ciuitatis furto ablatum est, scilicet in Ecclesia vulgi, quæ dicitur S. Matiæ, & in Ecclesia S. Iacobi, nec vlla ratione multa & diligenti inquisitione facta, & precibus ad Deum effusis, qui hoc egerint, potuit reperiri. Repente Idus Maij quinta feria secuta est plaga maxima diluuii cum tanto impetu decurrentis, qualem nunquam aliquis Traiectensium vidit, & omnibus quæ in agris reperiri poterant, depopulatis, plurimum ciuibus horrorem incussit. Omnibus econtra nitentibus & fruſtra aggeres opponentibus, euentumque noui exitii cum stupore & tremore exspectantibus. Sed si tam diutinum quam impetuosum periculum fuisset, & ciuitas Traiectensis proculdubio non subsistisset: post triduum enim misericordia Domini manum suspendente, aquæ diminutæ sunt, & paulatim deficientes in alueũ suum redierunt. Porro in die ascensionis Domini, quæ secuta est proxime, Abbas Ecclesiæ S. Pauli, Hildebrandus nomine, verbum Domini prædicans populo, hortatus est & instanter admonuit populum, vt gnauiter tota ciuitas ieiuniis, vigiliis, processionibus, eleemosynarum largitatibus, & omni humilitate, misericordiam Dei super negligentia Dominici corporis placaret: prædixitque plagam nouam, nisi id citissime fieret, affuturam: nec vero prophetia eius fraudata est. Eodem enim die circa vesperum incendium exsurgens prædictam Ecclesiam S. Mariæ & totam plateam eius acerrime inuasit, domosque electissimas penitus consumpsit, sicque minato malo latere deuastationis causa non potuit, pluribus clamantibus, impletum fuisse, quod Abbas de S. Paulo in verbo prædicationis ipso die prædixit. Episcopus etiam Godefridus in synodo generali, ieiunium generale toti ciuitati, & omnibus parochiis sue diœceseos indixit, vt omnes humili satisfactione, laici cum clericis, senes cum iunioribus diuinam placarent indignationem. Ipse etiã Episcopus feria quarta post pentecosten nudis incedens pedibus à templo B. Martini vsque ad Ecclesiam B. Iacobi processit & ad Sanctorum diuersa loca clerici litanias, laici diuinas laudes elata voce cum gemitu succi-

nentibus

nentibus visitauerunt, bonum relinquendo exemplum pœnitentiæ & satisfactionis, si quid tale negligentia cuiusquam contigerit. *An. Domini*

Eodem anno dedicatum est templum S. Martini in Traiecto XI. Kal. Augusti à quatuor Episcopis, Philippo Colonienſi, Godefrido Traiectenſi, Raimundo Hipponenſi, & à quodam Episcopo nomine Martino. Ab iisdem Episcopis dedicata est Ecclesia sanctæ Mariæ, sanctique Stephani in Aldevbyck VIII. Kalend. Auguſt.

MCLXXVI. obiit Sophia Comitissa Hollandiæ. Hæc relicta omni frequentia signatæ nobilitatis pro Christo exulans, postquam Hierosolymam profecta ibidem moritur, & ad Hospitale quod est Teutonicorum sepelitur.

Huius nobilissimæ matronæ qualis apud Deũ & apud hominesconuersatio fuerit, præter illam in Dei laudibus mirabilem vigiliarum instantiam & indeficientem eleemosynarum manum (vere pauperum altera Dorcas) & vestes, testis est templum Reynsburgense, quod à fundamentis erexit & feliciter consummauit, nec etiam claustrum Egmondense beneficiorum eius immune fuit, quod deuote dilexit & honorauit, ne prædecessotibus suis inferior in obsequiis haberetur S. Adalberti. Cuius meritum quale fuerit apud Deum, vel in hoc miraculo perpendi potest, quod cum in redituetiet viæ S. Iacobi incidit in latrones, qui viæ eius Comites seorsim ductos extractis longis cultellis, sicut huiusmodi hominibus consuetudo est lateri suo appendere, cum occidere tentassent, minime potuerunt, licet cultellos in toto in ipsos impegissent. Vnde latrones in admirationem conuersi tanti reatus veniam pedibus eius prostrati rogauerunt. Et ipsa rei euentum admirata, quod petebatur, clementer indulsit. Et hoc rumore longius effuso omnibus admirabilis habebatur. Hoc ex eius relatione dictum & certificatum fuit, qui eius peregrinationi interfuit; & idem mortis periculum timuit. Postea moritur.

Eodem anno obiit Wibaldus Abbas Egmondensis.

MCLXXVIII. obiit Godefridus Episcopus Traiectenſis, Balduinus Propositus, frater Florentij Comitis Hollandenſis succeſſit.

Eodem anno Philippus Archiepiscopus Colonienſis terram Henrici Ducis Saxoniæ magno exercitu aggressus, rapinis, incendijs, plurima loca circa Wiseram diripuit.

Cumque Fredericus Imperator valido exercitu subsecutus Bruynsvvyck biennio arcta obsidione circumdedit, & captis pæne omnium vrbium & castellorum fortissimis, eundem Ducem ad deditionem coegit, & ducatu penitus exuit, & Bernardo filio Alberti iunioris tradidit.

MCLXXXI. Lambertus Gandenſis monachus in Egmonda Abbas efficitur.

Eodem anno Comes Hollandiæ Florentius Frisiam cum infinito exercitu ingressus Nochorp & Winckel incendit.

MCLXXXI. Rex Franciæ instinctu regis Angliæ Philippum Comitem Flandriæ bello aggreditur, sed eodem Comite fortiter repugnante minime præualuit.

MCLXXXII. obiit Lambertus Abbas Egmondenſis, Franco succeſſit. Thedericus Comes de Cliuis filiam Comitis Florentij & Adæ Comitissæ Margaretam nomine vxorem duxit. His nuptiis magnifice celebratis Frisones in villa Akerfloot occiduntur.

MCLXXXIII. Dedicatum est templum Reynsburgense sexto Non. Maij, à Domino Balduino Traiectenſi Episcopo, quod decimo tertio die consecrationis suæ materiali incendio consumitur, & maxima pars sanctimonialium ad exteras regiones deducta verum testimonium miseriæ suæ fuit.

MCLXXXIV. Florentius Comes Hollandiæ Decimus Ierusalem tendit, Frisonibus de Wiringia & Texalia prius subiugatis, datis ab iisdem Frisonibus quatuor millibus marcarum argenti conditione pacis. Rediuiua bellorum atrocitas inter regem Franciæ & Philippum Comitem Flandriæ oritur.

MCLXXXV. Puella quædam in villa, quę vocatur Reynsburch à teneris cæca, meritis Dei Genitricis illuminatur.

MCLXXXVI. Thedericus filius Comitis & Adæ Comitissæ sororem Thederici Minoris Comitis de Cliuo nomine Aleidem vxorem duxit. Nuptiæ vero factæ sunt in villa Lofden. Sophia Abbatissa Comitis Florentij soror Abbatiam in Reynsburgh deposuit, Agnes succeſſit.

MCLXXXVII. Saladinus Rex consilio & traditione Comitis Hugonis de Tem-

An. Domini

pla Christianos expugnat, Hierusalem capit eiectis Christianis, possidet, crucem Dominicam asportat, & in exteras regiones collocat, Accaron quæ à Ptolomaidis Agarenis capitur & possidetur, Ascalon similiter, & multæ ciuitates & castella ad Hierusalem pertinentes: cæsis Christianorum plusquam LX. millibus, & multis captiuatis violenter.

MCLXXXVIII. decreto Romani Pontificis & præcepto Frederici Imperatoris, Duces, Comites, Episcopi, Abbates, potentes, nobiles & maxima multitudo fidelium Moguntiam conueniunt, vbi in vindictam sanctæ ciuitatis, & iniuriam sanctæ crucis vlciscendam Imperator Fredericus cum filio suo Duce Sueuorum, & Comite Hollandiæ Florentio, & Comite Ghelrensi Othone, & alijs summæ nobilitatis Principibus, à Cardinali & Episcopo Henrico, Apostolicæ sedis legato, cuius vexillum in signum professionis in Hierusalem susc ipit, multi potentes & nobiles viri laude militari digni viam insistunt Hierusalem.

MCLXXXIX. Fredericus Imperator cum filio suo Frederico Sueuorum Duce regnum Hungariæ ingressus, fines Græciæ legatos transitum maris brachij S. Georgij cum innumerabili & valida suorum sequentium manu Græcis non audentibus repugnare, gentibus castella & ciuitates occupat, & potenter muniebat.

Eodem anno innumerabilis multitudo fidelium magno apparatu nauium arma & escas subuehentium viam insistit Ierusalem & prospero itinere huc vsque aduehitur. Otho Comes Ghelrensis nauali itinere Ierusalem vadit.

MCLXC. Similiter Rex Constantinopolis suorum longa oppressione coactus Frederico Imperatori, & cuncto exercitu suo transitum maris concedit, naues præterea obsides ..... & tota legio fidelium sic transuehitur.

Eodem anno Fredericus Imperator obiit, cui à quodam incluso prædictum fuit, quod aquis suffocatus interiret.

Itaque cum ad quemdam decursum aquarum cum exercitu peregrino deuenisset, delectatus limpiditate eiusdem aquæ, vt sudorem ex labore contractum ablueret, experientia nandi confisus aquis se commisit, qui valido impetu repente abstractus, & lapidi intra aquas latenti allisus, Romani Imperij Augustus, tam præsentis exercitus luctu & confusione, quam totius Christianitatis dolore summo tam misero mortis genere obiit. Et quod fama volat velociter, ad gentiles obsessos Accaron mors eius velocius prouolauit, vt fere hanc, priusquam Christiani, scirent. Quorum quotidiana fuit insultatio tanti Imperatoris plausibilis, Catholicis confusæ improperantibus. Corpus eiusdem Imperatoris exenteratum ob longitudinem itinerum, sale diligenter infricatum, & gestatorio impositum, luctuoso agmine Antiochiam delatum est, & in basilica S. Petri, in introitu chori dignissimo honore tumulatum est. In eadem Antiochia Florentius Comes Hollandiæ Decimus, non multo post languore correptus obiit, vir in quo totius honestatis & probitatis forma se aptauerat. Cuius filium Willelmum Dux Sueuiæ in obsequium suum assumpsit: tum propter ipsius ad inuicem habitam dilectionem, tum propter eius iuuenis acceptabilem fere strenuitatem. Similiter Episcopus Wirtembergensis miræ facundiæ & scientiæ, in quo totius exercitus consilium in administrandis negotijs dependebat, ibidem mortuus, Catholicis exsequiis sepultus est. Alijque multi potentes & nobiles Antiochiæ sepulti.

M.CXCI. Dux Sueuiæ Fredericus filius Frederici Imperatoris, qui cum patre Hierosolymam profectus erat, & Philippus potens Marchio Flandriæ apud Accaron moritur, & infinita multitudo fidelium. Accaron à Christianis recuperatur, cæsis in ea multis millibus Turcorum. Philippus Rex Franciæ hoc anno, quo cum rege Angliæ Richardo profectus erat, repatriauit.

MCXCIII. Albertus frater Ducis de Leenrech eodem anno defensor ciuitatis suæ, qui multa pro Christianis strenue egerat, dolose cultello perfossus moritur, & in eadem ciuitate & in Ecclesia sanctæ Crucis honorifice sepelitur. Huius tam famosi Principis lamentabilis & dolosa mors regem Angliæ apud omnes peregrinos grauiter adnotauit. Erat enim idem rex erga Teutonicos arrogans, & in multis iniuriosus. Richardus Rex post captionem Accaron, Brundisium, quæ nunc Baerlich dicitur, reuertitur, & habitu regali dimisso, quia de Conradi Marchionis morte iam vbique fama erat, priuatim quemdam se simulans, à quodam Teutonico milite, quem in obsidione Acaron iniuriauerat, proditus, à Duce Austriæ captus, & Henrico Imperatori Augusto traditus est, & in captiuitate aliquamdiu detentus,

tentus, tandem pro redemtione sui datis centum & millibus librarum Anglicanæ monetæ absoluitur & à prouincia in prouinciam transiens Coloniam venit, & à Comitatu Hollandensi apparatu huiusmodi sibi occurrentium per mare in sua recipitur. *Ao Domini*

MC.XCVI. Baldewinus Traiectensis Episcopus obiit; & duo aduersis partibus sunt electi, Theodericus videlicet tunc frater eiusdem Episcopi, tunc Propositus maioris Ecclesiæ sancti Martini, & Arnoldus Propositus Dauentriæ. Episcopatus vero Theodorico Comiti Hollandiæ ab Henrico Imperatore committitur. Et eodem Comite Traiectum & circumiacentia occupante vel regente Otho Comes Geltriæ omnia interiora,.... quod dicitur, ipse suæ potestati vendicauit: factum est tandem post longam controuersiam inter eosdem gentes bellum apud montem qui dicitur Fleymenbergh, vbi multis à parte Comitis Othonis captis, & ceteris omnibus fugatis insperata victoria Theoderico cessit.

MC.XCVII. Theodericus & Arnoldus qui Romam profecti fuerunt, longam disceptationem coram Apostolico de sua constitutione habuerunt, cum tamen Theodericus annulo & virga imperiali Episcopalia suscepisset, sed tamen moræ diuturnæ disceptationis protrahuntur, Arnoldus mense Iunio moritur, Theodericus consecratur. Qui repatrians apud Papiam moritur.

Eodem anno obiit Henricus Imperator; & facto conuentu principum de regni prouisione Philippo Duci Sueuiæ vnanimiter assenserunt, ita vt filius Henrici Imperatoris Fredericus puer quinquennis patri succederet, & ipse omnia imperialia ageret & disponeret.

Et vt hæc firmius haberentur, factus est secundus conuentus, vbi quia aduocatus Adolphus Colonensis Episcopus defuit, seminarium hoc discordiæ Rom. Imperio emersit.

Siquidem ad partes suas pellexit Comitem Flandriæ Balduinum, & Theodericum Hollandiæ Comitem, & principes quos poterat, & contra fidem eius Comitem Paro-clausis Othonem Aquisgrani inthronizat, cum primis temporibus Ducis Sueuiæ fauisset: Duci vero Sueuiæ multi principes & nobiles Romani Imperii adhæserunt. Rex vero Angliæ Richardus partes Othonis, cuius auunculus erat, in omnibus fouebat.

Eodem anno wilhelmum fratrem Theoderici Comitis Hollandiæ, ministeriales Ecclesiæ S. Martini in Traiecto, in castello quod dicitur Sorst, incarcerant præsente fratre & consentiente. Qui post aliquantulum fuga elapsus ad Comitem Geltriæ Othonem venit, cuius filiam nomine Aleydim desponsauerat. Sed vt ea, quæ viuente Balduino adhuc Episcopo gesta sunt, breuiter replicemus. Idem wilhelmus post obitum patris à Hierusalem reuersus, à fratre benigne receptus est, & fraternæ habitus & tentus. Sed cum paulatim seuerius circa se agi attenderet, & à fratre penitus despici, fratris præsentiam declinauit, & collocutus cum quibusdam militibus, quos sibi coniurat ad Frisones ad Drechtegam & promissionem eorum refugit. Quorum auxilio fines comitatus Frisiæ adiacentes frequenti incursu impugnabat. Ad cuius impetum reprimendum Aleydis Comitissa cum exercitu Egmondam venit; magno clausiri detrimento, & totius ordinis incommodo: quia & res Ecclesiæ tam in victualibus quam in multis aliis militibus & ceteris expendebantur & quotidianus erat discursus per clausirum pedissequarum Comitissæ, & ceteratum mulierum superuenientium, quod clausirali disciplinæ omnimodo erat contrarium. Hæc incommoditas & indisciplinatio durauit à festo S. Laurentii vsq; ad octauam Martini, & non tunc solum, sed toto domnatus sui tempore clausirum Egmondense continuo oppressit. Et vt à cœpto paululum digrediamur, interminata est, quod Sanctum Adalbertum visitaret, & elato corde posuit in cælum os suum, * minas operum persecuta est.

Cum enim nihil agendum ei foret, venit ad ipsum locum scilicet Egmondam copiosa satis multitudine militum, dominarum & seruorum & per vndecim dies nimio sumptu demolita est. Et vt nihil propositi & minarum illi deesset, ipsum Comitem secum attraxit. Hoc iudicio Dei commissum, si quodammodo initiuriam sancti sui prospicere sibi placeret. Nunc nostrum propositum prosequamur.

Igitur Comite Hollandiæ Theoderico in Zelandia demorante propter bellum quod aduersus Comitem Flandriæ habebat, Baldewinum promouebat, Aleydis Comitissa in Egmonda contra Frisones bellinegotia disponebat, miro ingenio singula administrabat, in omnibus indefessa, Frisonum & etiam Denochorum, seniorum,

An. Domini

& Principum quos inuitauerat, amicitias sibi cõciliauit, cuius colloquium Baldevvin⁹ Episc. experiens Egmondã venit, tentans si quos auditus inueniret reconciliationis inter discordes fratres, q. quia voto suo non successit, ad propria se recepit. Hoc circa festũ S. Michaelis gestum est. Cum ergo tumultus quotidiani vtrarumq; partiũ essent pridem, & insidiarum, tandem Wilhelmus aperta congressione decertare proponẽs, cum infinita multitudine Frisonum Alcmariam venit, cum milites Comitissæ Kenemari occurrentes ad resistendum in acie sua constiterunt. Frisones vero timentes se â tergo circumueniri, & quod ductores & seniores Frisonum de Winkel & Northorp, quorum fuga * *pretio comperam* fuit in vlteriore ripa fluminis congrediebantur fugæ intenti interdum quasi ad pugnam se præparantes, subsistebant. Hoc à Kenemarensibus deprehenso militibus iam non exspectatis fortiter eos assilientes in vlteriorem ripam fluminis impulerunt, & fere circumuentus foret, nisi maturius fuga sibi consuluisset, & hoc sui detrimentum Frisones non ipsi wilhelmo, sed suæ iniuriæ asscribentes, de cetero familiarius se habuerunt. Nuntius vero huius victoriæ Comiti directus est, qui duplici gaudio iucundatus est, tum victoriæ contra Comitem, tum contra Frisones, Deo in omnibus ei prosperante. Igitur cum de Flandris victor rediisset, iterato Baldevvinus Episcopus Egmondam venit, Dominica præcedente quadragesimam, similiter & Ada Comitissa, Propositus Theodericus, Otho de Benthem de commoditate pacis tractaturi, & de rebus Ecclesiæ. Sumtus erant graues, qui tantis principibus impendebantur. Agebantur ergo diuersa consilia, & ad omnes Adæ Comitissæ nociua fuit supplicatio. Cœptis insistere materno affectu filio consulens, Episcopus nullum voluntatis suæ desiderium consecutus Haerlem redijt, vbi Comes tunc morabatur, Propositus vero per noctem remoratus ad singulare colloquium à Wilhelmo inuitatus est, vbi in vno consilio actum est, vt pax daretur, & * pacis terminus. Hoc per Episcopum & ipsum Propositum tandem elaborato wilhelmus Haerlem venit, Episcopo adhuc ibi constituto, & dici eiusdem diluculo ad locum fratris, dubiũ an inuitatus an sponte per se venerit, accessit, vbi mutua & amica collocutione inter vtrosque pax confirmata est. Hoc modo vt de telonio Geervliet pro patrimonio suo Wilhelmo trecentæ libræ annuatim soluerentur, pro Comitatu orientalis Frisiæ, & Comes de reliquo contentus esset, & Wilhelmus ad sibi concessa migraret, qui præ- dictam Frisiam ingressus post longam disceptationem inter se & Henricum Grus habitam, munitionem eiusdem Henrici in vindictam Frisonum ab eodem occisorum ex pugnatam terræ complanauit, Frisones ditioni eius subiectos & redditus omnes in ius suum voluntate eorumdem Frisonum transposuit: qui post hoc ad matrem veniens ab eadem & ceteris fidelibus suis inhibitus est ne ad fratrem accederet: qui tunc in castro quod Horst dicitur morabatur, proculdubio capiendus esset. Sed retardari non potuit. Venit ergo & à fratre ingratis oculis conspectus, cum die quodam lotis iam manibus ad mensam accessurus esset, ab Henrico Grus homine sibi inimicissimo & ceteris ministerialibus, fratre vidente & consentiente captus incarceratur, sed Deo miserante elapsus, sicut præmisimus. Ad Comitem Gelrensem Othonem venit, vbi aliquantulum remoratus quod tibiæ eius asperitate glaciei grauiter exasperatæ erant, & præ algore intumuerant, deinde in Frisiam Orientalem à fratre sibi concessam ingressus, officiosissime receptus est. De fuga vel salute eius omnibus mire congaudentibus, filiam Comitis Othonis honorifice ad se deductam, nuptiis Stauriæ celebratis.

Fort pernicioſa.

Fort. belli.

Eodem anno Comes Ghelrensis Otho, & Theodericus Hollandensis reconciliantur, quæ reconciliationis siue pacis concordia vsque adeo inter eos coaluit, vt Theodericus Comes filiam suam Aleydim nomine filio Comitis Othonis cuius nomen Henricus, desponderet. Sed idem puer non multo post languore correptus moritur, & Reynsburgh tumulatur.

MCXCVIII. Theodericus Præpositus de Maeldrecht, electione cleri, fauore Theoderici & Othonis Comitum de consensu ciuium in Episcopatum successit.

Eodem anno Theodericus Comes Frisiam ingressus hiemali tempore multos Frisones de Drenochis occidit.

MCXCIX. Richardus Rex Angliæ in obsidione cuiusdam castri iaculo percussus moritur & Ioconigum sepelitur, cui successit frater eius Ioannes cognomento Sonderlant.

MCCII. Theodericus Hollandiæ Comes Theodericum Episcopum Traiectensem bello aggreditur, & post rapinas & incendia, inter quæ Ecclesia Nortlen cõcremata est, pax reformatur, datis Comiti obsidibus ab eodem Episcopo. Idem Comes

mes munitionem Ducis de Louen, quæ dicitur Buſch expugnatam cepit, & infinitam prædam diripit, capto fratre Ducis wilhelmo, & Henrico de Cnyck, & multis aliis; tam militibus, quam peditibus, Dux vero in vltionem iniuriæ ſuæ valida manu tam ſuorum, quam aliorum Principũ, potentium, nobilium, quos de diuerſo contraxerat, Epiſcopi videlicet Colonienſis, Epiſcopi Leodienſis, Ducis de Limburch, Comitis Flandriæ & aliorum quotumdam Comitum, eumdem Theodericum in loco villaque & caſtro quod de Hueſden dicitur, bello aggreditur & capit. Nec mirum eſt: iſtis enim qui in præſenti certamine fuerunt, mirabile fuiſſe videtur, quod tam valido exercitui tot principibus occurrere potuerit vel præſumſit, præſertim cum exercitus eius in vnum adhuc non conueniſſet, ſed hoc diſcrimen prouenit ei tũ ex pertinacia animi minus circumſpecta prudentia, tum ex animoſa priorum victoriarum fiducia, & in ſe profecto didicit, quod idem eſt Deus qui exaltat & qui humiliat. Acta ſunt hæc ante natiuitatem Dei genitricis. *An. Domini*

Præterea Epiſcopus Traiectenſis Theodericus ſpectans Comitatum ſine defenſore deſertum, quædam loca Comitatus incendio conſumit, prædas contrahit. Sed vſquequaque res ei in proſperum non ceſſit, captis de eius parte plurimis militibus, & equitibus, peditibus & multis viris robuſtis. Dux & Comes Theodericus reconciliantur, datis à Comite duobus millibus marcarum, Comes Zutphaniæ Otho à Duce doloſe capitur, cum ad eum in pace deſcendiſſet.

MCCIII. obiit Theodericus Comes Hollandiæ XI. cuius mortem qui tumultus, quantæ diſſenſiones, quanta rerum diſcrimina totam Hollandiam occupauerint, non facile poteſt exprimi, ſed ne penitus tanquam enormi à poſteriorum notitia ſubtrahatur, ratum duximus aliquanto ſtilo committere quę memoria digna ſunt explanare, ſuperflua reſecantes, faſtidium lectorum remouere, multa paucis includentes: Cum ergo prædictus Comes valida ægritudine grauaretur, in villa quæ Dordracum dicitur, vt dubium non foret ei de hac ſtatione migrandum, fratris præſentiam debito germanitatis requiſiuit, vt vel eius curæ filiam ſuam nomine Adam commendaret; aut de prouiſione Comitatus cum reliquis principibus ageret. Quod ne fieret, Aleydis Comitiſſæ ſollertia diligenter intercepit, magis, vt poſt patuit, ſuæ diſpoſitioni ſubigi, quæ iam animo conceperat, filiam Comiti de Loon deſponderet, & ſic Hollandenſem Comitatum ſub eius Dominatu tranſponere, & vt eius intentioni nihil ſubduceretur, ſuæ voluntatis fautores ſibi conquiſiuit, omnes fere principes terę præcipue Othonem auunculum eiuſdem Comitis, Rutgerum de Meren, Hugonem de Vorete, & ceteros quorum nomina ſcribere ſuperſedemus; excepto Philippo de waſſenaer, & quibuſdam miniſterialibus, & iam infelici ſeminario diſcordiæ totum corpus Hollandiæ aſpergebatur, & hæc omnia agebantur, vt & Aleydis Comitiſſa voci ſuæ proſperum ſucceſſum haberet, & Wilhelmus hæreditarii fundi alienus ſolo nociuo pelleretur. Itaque cum iam prædictus Comes circa mortis confinia laboraret, quaſi iam ſpiritum exhalaturus, confecta legatione Ludouicus Comes de Loon iniatiatur comitatum Hollandiæ ſuſcepturus ſuper ſponſalibus filiæ Comitis, moritur tertius ipſi reſeratus, & à priotib. terræ diſpoſitis & confirmatis, qui tam inſperate legatorũ votis acquieſcens, venit vicinã mortẽ Comitis Holtena præſtans: cuius obitu nuntiato, feſtinato Dordracum occurrit, & corpore Comitis locello ligneo iam incluſo & in exſequiis poſito nobilis puellæ ſponſalibus iocundatus eſt, & erat miſerum videre nobiliſſimi Comitis iuuenculam tam ſubito diſparuiſſe, vt præ fletu & planctu, qui tanti principis exſequiis debebatur, lætitia ſponſalium ſonuerat, & nihil huic ſimile vel intra viles perſonas factum vel compertum fuiſſe meminerit nemo. Igitur corpus naui impoſitum & Egmondam delatum eſt iuxta prædeceſſores ſuos tumulandũ, cui ſepulturæ funebria, q. ſine admiratione dici non põt, non de propria rerũ ſubſtantia, quarum erat ditiſſimus, ſed de reb. alienis Eccleſiæ tam in miſſarum oblatione, q. in eleemoſynarum diſtributione celebrata ſunt. Wilhelmus qui in Orientali Friſia à fratre ſibi conceſſa, obitu cognito feſtinanter ad locum currit, qui dicitur Sipe, & licẽtiam non impetrauit, vt vel ad tumulũ fratris accederet, & rediret in vlteriorem ripã Friſiæ, triſtis & dolens ſe recepit. Sed in hac anguſtia, qui nimis eum inuenerat, aliquãtulum releuatus eſt, quorundã principũ ſolacio, qui ad eius cõpaſſionẽ totum animũ inflexerant, vita & reb. ſuis ſe illi annectere inter ſuos, cũ præſentũ copioſa familia, cũ reb. abũdãti affluentia viri potẽtes & nobiles. Quorũ vel primi Philipp⁹ de waſſenaer, Ioañes de Ryſvvyck fuerant annitentib. in idipsũ Simone de Haerlẽ licet poſtmodum ad Ludouicũ ſe cõtulerat, wilhelmo de Keylingh, waltero Egmondẽſi, Alberto Bernardi, Iacobo Caſtellano de Leyden, quos noui principis iã pæniteret, noua iura, no-

An. Domini uas institutiones, omnia sibi proponere, ab omni negotio seu consilio facile se remoueri, alterius gentis quoscumque sibi præponi: præsertim cum Aleidis Comitissæ nutu, & volûtate disponêre omnia agenda forent, animum fœmineum mobilem iam nihil omittere quod ipsa vellet, non negligendum quin sibi mature consulerent. Igitur secreta legatione willhelmus accitus intempestæ noctis silentio ad Philippum venit, à quo vociue susceptus est. Sed adeo latenter, vt etiam domesticos eius latuerit, & quod idem wilhelmus tutum non sibi crediditi si publicis aspectibus se præsentaret, adhuc enim noui Principis potestas, & Aleydis timor vniuersos occupauerat, cum duobus tantum vel tribus consciis nauiculam ingressus Haerdnick venit vili satis indumento, omnium se cognitioni subtraxit, pileus quoque eius vultum obtexerat, sed à Zelandensibus, qui eo aduecti aduentum eius præstolabantur grauiter cognitus, & officiosissime receptus est. Confestim ad naues alacri festinatione cum ipso egressi, celeri impulsu remorũ remouerunt à litore puppi, & aliquãtulum remoti in gaudiũ & exultationem, altis clamoribus perstrepentes, lætabantur se Dominum & Principem recepisse, qui filius esset Florentii Comitis vnus ac dignos heros, principatum Ludouici penitus abrogantes. Cum igitur ad proprium portum Quericisee venissent, & ciuium aspectu Wilhelmum insperate præsentassent, omnium tunc præsentium & postea occurrentium pari studio & eadem vnanimitate in principem & Dñm confirmatur, mira vtriusq; sexus exultatione, salutemq; illi ex inimicis, pacem in longitudine imprecantium. Cum hæc apud maritimam gentem agerentur, Walterus & Adalbertus fuimo studio Kenemaros ad partes wilhelmi contraxerunt, quia VValterus de Rimen, qui forte Egmondam venerat, ignoto oculo deprehendens, totus enim Ludouico fauebat, VValteri conductu accepto Haerlem festine se propiuit, vbi Ludouicus & Aleydis triduo quoq; dies tercenarij defuncti Comitis occurrêt, venantur quod persensit, sententiam retulit, & vt fugę præsidio saluti suæ consulant constanter admouit, tam graui nuntio consternati festino nauigio cum Ghiselbato de Aemstel recesserunt, quorum fuga si beneficium noctis non interessisset, à pagis circumiacentibus Ollesdorp & Alcmaria proculdubio intercepta fuisset. Sed elapsi Traiectum venerunt, fugæ suæ testimonium certissimum circumferentes. Filia vero Aleydis Comitissæ materno destituta solatio ad vrbis præsidium, quod est Leydis vna cum Rutgero de Merhem, Rost de Buren & aliis quibusdam militibus & armigeris & balistariis Comitis Ludouici anxia confugit.

Sed velocitet tota Kenemaria ad eandem munitionem adfuit, ductu VValteri & Alberti, nec minus segnius Philippus, Ioannem mors præripuerat. Omnes enim pagi circumiacentes Rheno pari conspiratione venerunt. Quid ergo numerus paucorum contra tantos ageret? Nam & victualium in breui defectus audaciam resistendi imminuerat. Trãsierunt ergo in potestatẽ obsidẽtium obsessi vita cũ salute membrorum impetrata, omnes cum armis & spoliis ceteris exuti, Rogerus est in vincula conjectus. Quis hoc nisi qui vidisset crederet? sic vario fatu humanos fortuna cæsus regit. Alii incarcerati vsque aduentum VVilhelmi, filia vero Comitissæ, VVilhelmo cognato suo tradita liberaliter ab eo est habita, in omni quo poterat & debuit honore, vel obsequio.

Et hæc omnia facta sunt VVilhelmo Comite in maritimis adhuc constituto, qui rebus suis circumspecte dispositis in Hollandiam redit summo gaudio omnium. Dein de Egmondam veniens, vbi à Kenemaris quoque solemni lætitia receptus fuit cum vxore sua Aleyde, & ipsa nemo diffinire crederet, nisi qui interfuit. Nunc ad congressiones inter ipsum & Ludouicum articulum transponamus, summam breuiter colligamus.

MCCIV. Ludouicus suæ non immemor iniuriæ totus ad vindictam toto animo surrexit, cognatos amicos, quorum non erat numerus, appellare multam solidorum summam conuentionem, ea quæ ad manus habebat large expẽdere non differt: dum.... valido & magno exercitu in breui adauctus, concurrentibus in adiutorium eius summis principib. Episcopo videlicet Leodiensi, Duce de Limburgh, Comite de Flandria, Adolfo Comite de Hake. Otho v. Gelriæ Comes nullius fuit adiutorio filiæ in omnibus se quietum habebat. Præterea Theodericum Episcopum Traiectensem in amicitiam & opes belli secum attraxit, promissis eidem Episcopo duobus millibus & eo amplius talentorum, & vt promissorum fides certius haberetur, fratrem eius Comitis obsidem accepit, plures etiam militum Hollandensium, Isebrandus scilicet de Haerlem, & frater eius Gerardus, Ioannes de Persyn, Arnoldus de Rysobyck, & frater eius Henricus, & alii militum fauore Comitissæ, cum odio wilhelmi.

Sic er-

Sic ergo diuersarum nationum populi tumultuati sunt super Wilhelmum, & fremuerunt aduersus comitatum Hollandensem. Quid ergo Wilhelmus ageret? pauci sibi erant milites, & nusquam tuta fides, nec tanta popularibus suis belli exercitatio, aut armorum copia, vt tanto exercitui & in bello exercitato resisteret. Accepto tamē consilio ad Zelandenses se contulit, Walterum & Albertum Kenemarensibus præfecit, quorum consilio & diligentia, quæ agenda forent administrarentur, fratri suo Florentio & Othoni Propositis, Wilhelmo de Keyling, Philippo de waſſenaer & cæteris fidelibus pagos Rheno circumiacentes vicinos episcopatui delegauit. Qui idonee iniuncta sibi prosequentes, loca defensionis constituerunt, vnum in loco qui dicitur Busch, alterum circa Rhenum Suadenburgk: grandi & lato fossato aditum hostib. obstruentes. walterus & Albertus non segnes executores commissæ sibi procurationis, escas & arma comportare, ad naues conuolare Kenemarensibus indixerunt. Die condicto vt communi impetu aggerem Aemstel interrumperent, vt impetus aquarum intercluſus libero meatu defluens agros occuparet, & loca circumiacentia deuastaret quod etiam factum est; licet quidam milites Traiectū cum popularibus remissi sunt. Hoc prospero successu Kenemari animati terram cespitosam, quæ dicitur Vere, ditioni Ghiselberti de Aemstel subiectam totam fere incendiis combusserunt, infinitas prædas tam pecudum quam vestium & cæterarum rerum contrahentes. Interim domum Ghiselberti honorificæ structuræ fauillatenus exusserunt, licet prius obsides dedissent, & tunc fiducia militum suorum rebellassent, & sic omnia vsque Brokele subiugantes datis obsidibus simul sibi sub pollicitatione pecuniæ ad stationem portus nauium suarum reuersi sunt. In his omnibus Simon de Haerlem remissius agebat, & nōn notabilem se fecit, quippe qui totus Ludouico faucbat, quod rei exitus aperuit. Episcopus Traiectensis tantæ calamitatis maiori occasione adductus, omnimodo hoc vlcisci statuit, & valido exercitu contracto, ad munitionem quam Florentius tuebatur, multo militum suorum labore peruenit, proculdubio & suorum omnium damno & periculo, si Kenemari dolosō consilio auersi non fuissent, & milites Hollandenses qui cum Florentio falsa fide in munitione morabantur, ad Episcopum non transfugissent. Facta ergo irruptione Florentius captus est, & in castro Hurst inuinculatus, cæteris vero fuga elapsis, Episcopus regionem potenter obtinuit, & rapinis & incēdiis oīa ponens & consumens Leydem venit, primum omnium prædecessorum suorum qui hoc attentauerit, vel præsumserit: sed poterat, quia regnum in se diuisum facile desolatur. Interea Ludouicus in multitudine graui suorum sequacium tam militaris quam pedestris exercitus Hollandiam intrauit clementior in hoc Episcopo, eo quod parcius incēdiis pepercit: qui datis obsidibus etiam in custodia receptus Dordracum venit: cui exercitum Wilhelmus declinans, quod viribus inferior esset, in Zelandiam recessit, duabus tantum nauibus Ludouicum multa præparatione ciborum captis & abductis. Ita quod Hollandia subiugaretur, quia non erat qui resisteret. Cor enim populi ad instar niuis defluxerat. Ludouicus cum omni manu suorum sequacium Episcopo se iunxit in Leyden, vbi Simon de Haerlem veniens in gratiam receptus est. Episcopus vero & comes pro lubitu suo omnia agentes & disponentes Haerlem venerunt, vbi Kenemarenses nauali exercitu applicantes irruptionem in Episcopum meditati, cum tamē nihil profecissent, vel melius quia deditionem æstimantes sub conditione quingentorum talentorum accepta pace recesserunt. Morabatur interea vxor Wilhelmi, etiam mater, itemque soror, Alcorop, & multitudo vtriusque sexus in diuersis locis Frisiæ ad quæ fugerant, Ludouicus autem alas victoriæ suæ ad Egmondam extendens possessionem Alberti in villa quæ dicitur S. Agathæ, ditioni eius subiectam in citeriorem redegit, similiter domum Walteri: benignum vero & pacificum villæ & clausstro Egmōdensi se præbuit Episcopus, cuius exercitū defectus necessariorum iam occupauerat, gaudiosus de pecuniæ promissione, sed sollicitus ne quouis modo reditus intercideretur, festinus ad propria rediit. In augmētum vero calamitatis & miseriæ comes de Nanee procurator Flandriæ à fratre Balduino Hierusalem profecto relictus, & iam Imperatore Constantinopoli facto, Walaniam suæ ditioni subegit Hugo de Noien fere tōtam Zelandiam acceptis obsidibus ad partes Ludouici reflexit, & idem illuc venerat. wilhelmus vndique fugatus & requisitus piscatoria naui retibus intentus mirabili euentu euasit. Quippe cum inquisitores eius nauiculæ ipsius applicuissent, quæ comprehendere poterant, illusi reliquerunt. Sed cum Hugo modum potestatis insolenter excederet, Zelandenses maiorem sui depressionem timentes, habito consilio, & mutuo data fide eundem Hugonem probrose expulerunt, Wilhelmum requisitum & inuentum in Principem & Dominum exaltauerunt. Quorum beneuolentia in se con-

firmata litetis V Valtero de Egmonda denuntiauit, vt quanto posset apparatu nauium Leydis cum Kenemaris occurreret, per nuntium die quo veniret designato, nullam belli commoditatem se absente promoueri & confidere se in Domino dicebat, quod hostem de patrimis sedibus depelleret. V Valterus id strenue exsequi volens, omnibus voluntariis inuentis, V Vilhelmo de Reylingh, Philippo de V Vassenaer omni studio & voluntate in hoc concordantibus. Morabatur autem Ludouicus in villa V Voerstoet tentoriis potenter extensis, mercatum ibi plenum omnium rerum sufficientia, mira exultatio in exercitu nouo Principi congaudente. Solius Isebrandi de Haerlem absentiam æque ferens, qui cum auunculo Allino captus, & Altrorp comitissæ missus in vincula coniectus erat. Fama interea ad aures exercitus delata est defecisse à Ludouico Zelandenses, venisse Kenemariam viam illis intercludam, bellum ex aduerso instare, quo non modicum Ludouicus conturbatus, quid agendum sit cum suis collocurus nihil sæuius reperit, quam hostibus obuiam ire, viam ferro aperiendam quam hostes munitione appolita negauerunt. Hoc ergo decreto consilio viri bellica peritia exercitati dispositis ordinibus Leyden venerunt, foras ruderibus & segete præcisa cõplentes. Et quia res erat eis pro anima, hostes forti impetu assiliunt, quibus Kenemari & cætera societas de munitione prosilientes inconsulte occurrerunt, & cum omnia sine cautela & disciplina belli agerentur, à viris exercitatis facile circumuenti, etiam oppressi sunt, in se materiam relinquentes, quod magis in bello disciplina quam incõsulta temeritas valeat. Plures quibus ad naues redeundi facultas non fuit, præcipiti fuga ad pontem se proripuerunt, & quia tantæ multitudini angustus & infirmus erat pons, & à persequentibus grauiter impugnabantur, ab ipso ponte confracto proruentes misero mortis genere aquarum violentia perierunt. Philippus & alii multi per diuersa loca fugientes hostibus & morti se subtraxerunt; plures capti, vulnerati, & occisi sunt. V Valterus & Albertus cum quibusdam sibi cohærentibus celeri fuga euaserunt, V Vilhelmus vero de Reylingh & quidam milites spe defensionis in vnum conglobati aliquantulum hostibus reluctati sunt, demum tamen viribus exhausti deditione impetrata capti & inuinculati sunt. Kenemarenses nauibus & omnibus spoliis exuti miseri & nudi ad sua redierunt. Hunc exitum habuit indisciplinata temeritas. Ludouicus vero cum captiuis & spoliis in lætitia cordis & gloria victoriæ Varscoten rediit, de cetero securum se reddidit. Hoc graui infortunio ad aures V Vilhelmi delato grauiter ingemuit, sed omnia dissimulans cœptam protectionem accelerauit, & multitudinem sui exercitus tam Zelandensium, quam Hollandensium, superuenien: ad locum qui dicitur Eol, copias sine prohibitione exposuit. Ad quod explorandum dux de Limburgk iussus est vir gnarus belli, qui admirans multitudinem exercitus, diuersitatem armorum, acierum dispositionem verbum pro pace fecit: quam omnimode V Vilhelmus refugit, tui expultionem, patriæ deprædationem, suorum mortem proposuit vindicare, aut mori se venisse.

Itaque Dux sine effectu pacis regressus visa retulit, timorem pro audacia, fugam pro defensione incussit, & cum suis sequacibus recessit; Comite Ludouico in periculis relicto, cuius discessu Ludouicus cognito relictis tentoriis & pretiosa rerum supellectile multa & diuersa, a facie V Vilhelmi, qui iam superuenire dicebatur, festinus abiit, ne via intercluderetur, milites & pedites vt expeditiores ad fugam essent, loricas, galeas, & diuersa genera armorum in manus persequentium reliquerunt. Quorum plurimi præcipiti cursu & cæco impetu in lacum vicinum Rheno, quem incolæ dicũt Zile, proruentes spiritum aqua suffocati sũt posuerunt. Alii versus Traiectum festinãtes passim cædebantur, & sic nunc infirmata præ timore virtus eorum, vt etiam à mulieribus fugarentur. Alii qui euaserant, nudi & confusi in ciuitate recepti miserabile spectaculum se videntibus præbuerunt, veram paginam ostendentes in scripturis legenti, *Et glorietur fortis in fortitudine sua.* V Vilhelmus vero, festino remigum impulsu Ludouicum insecutus est, sed minime fuccessit ei, illo velociter cum captis militibus elapso, quos Episcopo pro debito pecuniæ traditos, idem Episcopus vinculis & diligenti custodiæ mancipauit militum, cum eius satis copiosum numerum nauium & infinita præparatio cibariorum retenta est. Zelandenses multa & nobili præda tam militum captiuorum, quam diuersis armorum instrumentis ad propria sunt reuersi. Euolato autem nõ multo tempore post wilhelmus Comes aspere munitionem Folberti & Florentii aduersariorum suorum exercitu tam Zelandensium, quam Hollandensium expugnare decreuit. Traiectenses vero cum militibus Hollandensibus non longo interuallo Dordracum nauigio applicantes totum incendio combusserunt, vino, frumento, hordeo infinito diuecto, rebus diuersæ supellectilis tam incendio consumtis, quam rapina sine numero direptis. Processu vero temporis verbum pacis & reconci-

hationis factum est inter Episcopum & Comitem, & ad effectum vsque deductum, sub hac conditione, vt Comes quod Henrico Grus extorserat, eidem restitueret, & ministeriales ad Comitatum pertinentes, & in Episcopatu commorantes, in ius Episcopi & in Comitatu degentes, in potestatem Comitis referentes, datis praeterea ab eodem Comite obsidibus. Praeterea copiosus ille apparatus nauium & mille talentis, nec tamen captiuos obtinuit. Qui praeterea infinita pecunia seipsos redemerunt, Isebrandus etiam de Haerlem & auunculus eius Albinus, Arnoldus de Ryswyck, & frater eius Henricus de incommodo multorum absoluti, & bonis suis destituti in gratiam & reconciliationem Comitis admissi sunt. Caeterorum aut possessiones, & reditus, qui se ad Comitem de Loon cōtulerant, Comes in ius suum reductos, partim fratri suo Florentio, partim iis qui sibi fideliter adhaeserant, distribuit. Praeterea idem Florentius Propositus autumnali tempore Zelandiam ingressus, collectis fidelibus Comitibus munitionem Hugonis Scarpenis expugnatam incendio consumsit: tanto facilius, quanto commodius obsidere potuit, hyemis aspertimae rigore aditum vndique praestante.

Anno sequente qui erat annus Domini M. CCV. Comes Flandriae Philippus collecta exercitus sui multitudine, & infinito apparatu nauium terram maritimā Schaldim expugnare statuit, & dominium Comitis de Louen subiugare, Wilhelmum omni honore & Comitatu exuere. Qui cum eorundem Schaldensium hortatu & confidentia animatus resistere decreuit: competentius arbitratus in bello mori, quam paternis sedibus exsulem & profugum se haberi, & cum essēt iam in progressu, vt manus conserrent, intercurrentibus nuntiis instans negotium ad bonum reconciliationis processit, Comitissa Flandriae Philippi Comitis relicta, cui nomen reginae indultum est, & Praeposito Brugensi summo studio hoc elaborantibus. Pacis vero conditio decem millium marcarum fuit: tanta Comitis potentia Ludouicus & Aleydis Comitissa confisi, contracto exercitu iam cunctam Hollandiam habituri Traiectum peruenerunt. Sed litteris & nuntio de pace & reconciliatione accepto, auxilio penitus negato, spe sua frustrati & delusi ad propria redierunt. Ecce longam gestorum seriem qualicumque stylo exaramus. Alia praeter haec si forte superuenerint, quae ad praesens negotium spectent, alterius executioni committimus.

FINIS.

EXEMPLAR

EXEMPLAR LARGITIONIS, QVAM CAROLVS Calutus filius Ludouici Pii, Rex Francorum, postea Imperator Romanorum, contulit Theoderico primo Comiti Hollandiæ.

ANno Domini DC. CCLXIII. In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Carolus diuina propitiante clementia, rex Francorum. Regalem celsitudinem decet, nostros fideles quos donis multiplicibus honorare, idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus S. Dei Ecclesiæ, præsentibus scilicet atque futuris: Quod adiens præsentiam nostram Hagano venerabilis comes expetiit à manſuetudine noſtra, dari cui- 10
*Ferrapa. dam fideli noſtro quaſque res & eleemoſynam, videlicet Egmondam cum omnibus ad eam iure pertinentibus, à loco qui dicitur Sibitardeshaghe vſque *Fortupa & Kinnen. Cuius petitionem benigne, vti decebat, ſuſcipientes concedimus præfato fideli noſtro hæc omnia ex integro cum mancipiis, quæſitis & inquirendis pratis, ſiluis, paſcuis, aquis, ſiue aquarum decurſibus, præcipientesque iubemus vt ſicut reliquis poſſeſſionibus, quibus iure hæreditario videtur vti, ita vt his noſtri animi largitione rebus impenſis valeat ſecure omni tempore vitæ ſuæ frui ipſe & omnis eius poſteritas, & v- 20
num & hoc præceptum noſtræ clementiæ ſuper his conſcribi iuſſimus, per quod præcipimus atque mandamus, vt libere hæc omnia teneat atque poſſideat, habeatq; teſtatem de iis iuxta libitum ſuum ordinandi ſeu faciendi, Deo in omnibus propitiante, & nemine inquietante, & vt munus noſtræ largitatis per ſuccedentia tempora firmius habeatur, & attentius obſeruetur, manu propria ſubtus firmauim⁹, & annuli noſtri impreſſione iuſſimus ſigillari. Signum Caroli glorioſiſſimi regis, Hagano notarius ad vicem Rogeri Archiepiſcopi, ſummique Cancellarii recognouit. Datum, Domini 873. 17. Kal. Iulii, indictione vndecima.

Anno triceſimo, regnante Domino Carolo rege XXV. largitione vero hæreditate indempta, actum Pladella villa feliciter, Amen. 30

In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis Ludouicus Dei gratia rex. Notum facimus omnibus fidelibus noſtris & tam præſentibus, quam futuris, quod dilecta coniux noſtra Hæmina regina, adiens noſtræ celſitudinis præſentiam, humiliter deprecata eſt, vt cuidam noſtro fideli, ſcilicet Theodorico comiti Foreſtam waſdam in eodem comitatu, cum pratis & aquis, terriſque aratoriis, exitibus & ingreſſibus, cumque omnibus rebus pertinentibus ad prædictum foreſtum pro integro noſtro daremus præcepto. Cuius petitionibus dignis, prout decet, fauentes, prædicto comiti prædictum damus atque largimur, foreſtum vt habeat, teneat, poſſideat, cum ſuis ad ſe pertinentibus tam ipſe quam ſui hæredes, vel cui ipſe ſuique hæredes vendere vel mancipare voluerint, ſine omni contradictione. Et vt firmius maneat, inconuulſumque ſeruetur, 40
hoc præceptum fieri iuſſimus, & manu propria ſubter firmantes, annulo noſtro iuſſimus ſigillari. Signum Domini Ludouici glorioſiſſimi regis Romanorum, Cancellarius ad vicem Domini Othilrici Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognouit, & ſubſcripſit. Datum anno Domini 860. Id. April. regnante Domino Ludouico, anno 15. indictione 12.

In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Arnulphus diuina fauente gratia notum eſſe volumus omnibus S. Dei Eccleſiæ fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter quidã fidelis & venerabilis comes noſter, nomine Gerolphus, manſuetudinẽ noſtrã deprecatus eſt, vt ei quaſdam res iuris noſtri in propriũ concederemus, cuius petitioni libenter annuentes, ita fieri decreuimus. Dedimus namque ei inter Rhenum & 50
Stitardeshaghe in comitatu ipſius, in Northa & Eſprechcashen nominatim ſiluam vnam, & terram arabilem vnam, & in loco qui dicitur Bodocenlo, Houam vnam & in Alburgh quoque alias duas, & in Neicum hobam vnam, & Horehim vocato manſum vnum, & in loco Theole manſum vnum, & quæcunque ad eaſdem hobas & manſos iure hæreditario legitime pertinere videntur, cum curtilibus & ædificiis, mancipiis, campis, agris, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis, & inuiis, acceſſibus & regreſſibus, quæſitis & inquiſitis, cultis & incultis, & cum vniuerſis appendentiis & adiacentibus finibus ad præfatas hobas iuſte ſpectantibus. Et iuſſimus in hoc noſtræ auctoritatis fieri præceptum, per quod volumus, finitequ iubemus, vt antetitulatus fidelis noſter de his omnibus ab hodierna die, & deinceps

ceps omni tempore liberam securamque habeat potestatem, tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quidquid exinde voluerit, faciendi absque vllius impedimento. Et vt hæc concessionis nostræ autoritas firmiter habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris firmius credatur, diligentiusque obseruetur, manu nostra subtus eam firmauimus, annuloque nostro sigillari iussimus, signum Domini Arnulphi, inuictissimi regis, Aspertus Cancellarius ad vicem Othmari Archicapellani recognoui & scripsi. Datum pridie Nonas Augusti, an. incarnationis Dñi DCCCLXXXVIII. Indictione vn. Anno secundo regni Arnulphi piissimi regis. Actum Francofurt, in Dei nomine feliciter. Amen.

In nomine S. & individuæ Trinitatis Otho diuina fauente clementia Rex, cunctis fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris manifestum esse volumus, quomodo nos ad votum & amorem dilectæ nostræ genitricis Theophanis, videlicet Imperatricis, Augustæ, nec non interuentu fidelium nostrorum Egberti Treuerensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, ac nepotis nostri Henrici Bauarorum Ducis, fidelis nostri, Theodorico Comiti quæque nostro concessu hactenus in beneficium tenuit inter duo flumina, quæ vocantur Hema & Zhla, in proprium dedimus cum omnibus vtensilibus in eodem beneficio regia concessione per fructuarium vsum cum hoc possedit & tenuit.

Videtur suppositiuum, nam eo tempore nullus Florentius Bauaria Dux.

RENERI SNOI,
ARCHIATRI,
DE
REBVS BATAVICIS
LIBRI XIII.

NVNQVAM ANTEHAC
LVCE DONATI,

EMENDATI NVNC DEMVM
& recogniti opera ac studio

IACOBI BRASSICÆ
ROTERODAMI.

FRANCOFVRTI,
In officina Danielis ac Dauidis Aubriorum
& Clementis Schleichij.

An. M. DC. XX.

Ogdoastichon
M. CORNELII BILLIEI
SCONOVIANI.

DIS tandem auspicibus, ne longius exulet orbe,
Reneri *Medici nobile profer opus.*
Scilicet æternum decus est monumenta nitori
Iam prope victa situ restituisse suo.
Nam quod pagina non exceperit, aut piper, aut thus,
Hoc tibi debetur Brassica, *crede mihi.*
Illius æternum vigeat per secula nomen:
Tu quoque pars animi viue, valeq; mei.

ANDREÆ SCHOTTI S.I.

IACOBO BRASSICÆ

ERVDITISS. VIRO

χαίρειν.

Accepi tandem filii tui, Iureconsulti manu, eruditissime Brassica, tui affinis RENERI SNOI Annales Batauicos, *quos hic typis euulgari merito exoptas, ne tenebris perpetuo tecti delitescant, ne dicam, pereant. Equidem allaborabo, vt vis, ex Fide bona, ne vigilia illa intercidant damno publico, cuius in* Psalmos Paraphrasi *per breui quidem illa, at pia, adiutum me sæpenumero esse equidem non inficior. Est enim ingenui agnoscere per quē profeceris. Per me certe non stabit quo minus* Batauica *illa* Historia *lucem tempori aspiciat typis elegantioribus. Immo in corpore Historiæ Belgicæ vniuersa faxo appareat, nisi si amici verba dabunt, fallentq; expectationem: Quando ne ad Troiam quidem lento ac decennali bello maiora, quam hoc Belgio nostro, gesta existimem. Cædes enim, strages, cladesq; innumerabiles ac stratagemata: domi deniq; militiaq; res fortiter gestæ passim leguntur, audiunturq; vel ab inuitis: & quidem nostra Patrumq; memoria facta sub Regulis, Principibus ac Ducibus, armis maxime claris, vt Albano Duce, Requesendio, Ioanne Austrio, Alexandro Farnesio, Fontano Comite, & hac maxime tempestate sub Sereniss. Principe Alberto Austrio eiusque Isabella Eugenia coniuge pientissima: Quos vtinam diu nobis seruet, ac sospitet Deus Opt. Max. ac de nostris annis eis addat,* qui numerus sumus, & fruges consumere nati.

Verum, quam vetera illa à Renero *tuo vere scripta legere magis iuuet, præ Tragicis quæ nostra memoria acciderunt, quod vulneri belli ciuilis vix dum obducta cicatrix appareat. Vale in Domino, noster adama.*

VITA RENERI SNOI GOVDANI, MEDICORVM PRINCIPIS ET ARCHIATRI,

PER

IACOBVM BRASSICAM
Roterod. eiusdem cognatum.

RENERVS Snoys, quemadmodum à parentibus accepi, honesta Goudæ familia natus. Puer non præcocis, quod odit Quintilianus, sed rari ingenii & absconditi fuit. Primum, ita prorsum hebes & alienus à literis, vt nulla quantumuis etiam diligentis præceptoris institutio, torpentis parvuli acumen potuerit excitare. Septennis primas literarum notulas vix perceperat; vt mæstus pater, arte cogeretur vti, qua mentem filii, ceu Georgus agrum nec dum aratum subigeret. Qui à schola abreptum, factum iam grandiusculum interrogare, præ literis, sequi an rerum operas mallet: quod cum dicere, pulchre eum protinus fabro ferrario patrem locasse, qui male eundem haberet; & candentes laminas scintillantesque tundendi grauiore malleo, caute proprius obtruderet; spe his territum, quandoque ab officina ad Scholam rediturum, Tum breui adeo in literis promouisse, vt suæ ætatis omnes vniusmodi studii facile anteiret. Et mox in Italiam profectum studiorum gratia, Bononiæ Medica Laurea donatū, &, haud contemnendo honorario ab Academia fuisse decoratum, disputatorem subtilem ac Philosophum, Oratoremque, barbara tametsi illa ætate, ad dicendi vsque elegantiam. Ac inde in patriam reuersum, charum ita fuisse factum Adulpho à Burgundia, Verorum in Zelandia Toparchæ, cuius ille valetudinem medelis tueri, vt post priora, quæ donatione ab hoc acceperat, inundatione maris, tempestatisque violentia amissa, altera quinquaginta terræ Duuelandicæ iugera in illum conferret. Legatione functum se ad Scotiæ regem Iacobum eius nominis quartum, ipse in historia testatur: quod dubio procul affirmant donatiua, inde domum portata; pænu Scotici stanni locupleS, patinarumque omne genus stellatarum, quarum ipse olim magnam partem vidi. Aliam quoque legationem confecisse ad Christiernum Secundum Daniæ regem, solo pulsum Tyrannide, in aperto est satis: post quæ in Angliam introiens, aliquandiu ibidem ille medicinam vtiliter exercere. Matrimonio habuisse, aiebant, Aleydim formæ peruenustæ. Septem viratum quoque in vrbe gessisse, qui populo soleat ius dicere, & de ciuium causis cognoscere, sed quo spreto, sponte se eo abdicasse, & ad sacra se studia contulisse; Cornelio Aurelio, præceptori D. Erasmi Roterodami, qui de situ & laudibus Batauiæ ad eum scripsit, vt videre est, imprimis acceptum. *Eius sunt*:

ANTILVTHERVS, in quo Morologum ac Orthodoxum Platonicorum more introducit loquentes, de fide & operibus, animo medendi vim

vesanæ

vesanæ plebis, liberum ex homine arbitrium tollentis, & fidenter asseuerantis, solam fidem sufficere ad salutem.

PARAPHRASIS perspicua in Dauidis prophetæ psalmos, passim adamata tum varia celebrata editione, quam in varias linguas translatam, Goudæ venalem aspexi, pari modo quo ille latinam conscripsit, & à me in vernaculam nostram est conversa.

LIBER de essentia animæ valde eruditus, inscriptus Adulpho à Burgundia, Toparchæ Verienſi, Mæcenati: cuius Autographum exactissime descriptum mihi domi est. Alterum de potentiis animæ, Tertium item de passionibus, vt constituerat non absoluit; de quibus his verbis ille ad Adolphum, sub finem prioris: *Dimidiatum opus accipe, postulatis faceſſo. Secundus liber de potentiis animæ. Tertius de paſsionibus animæ, in ſpongia, quod aiunt, incubuere, hoſce aliquando editurus, ſi operam & oleum non perdidiſſe me, hac lucubratiuncula perſpexerim.*

LIBER de Ile,

LIBER de fato,

LIBER de Idæis, (habeo.

LIBER de summo bono, quos libro de essentia adiunxit, & proprios

SOPHOLOGIA, nondum quod sciam, reperta, cuius meminit lib. historiarum suarum septimo; partim versans, quantum datur colligere, circa exactam atque absolutam Philosophiæ naturalis rationem, per applicationem rerum, pro ingenita vi agentium.

LIBER de arte Poetica,

LIBER de arte Alcumistica,

ACOLASTVS oratione soluta,

VOLVMINA duo suæ Praxis Petro Pharmacopolæ dudum propria, morienti surrepta.

LIBRI de rebus Batauis tredecim ante annos centum & pluſculos peculiariter collecti, triuiali stylo multiplicium causarum originem enarrantes, non ex imperitia pro diei illius barbarie, sed vt penitiorem earundem medullam lectori aperiret; Simplicitas maxime penetrabilis, sermonis affectatio fere fraudulenta, dum aut tædium adfert, aut præterit partim aliquando rem, antequam, quod Cicero ad Herennium, nihil est. Ad amænitatem alioqui esse potuisset hic facundus atque elegans non minus, quam in dedicatorijs passim ad Adulphum mæcenatem, & in præfaciuncula sua historica ad lectorem est, quæ limari ab aliquo non possit politius.

SCRVTINIVM historicæ veritatis ad hos accommodatum, per sex ætates mundi, quatuorque Monarchias.

LAVS Deiparæ virginis carmine Saphico.

PARÆNETICON ad inuictissimum atque illustrissimum Carolum Quintum, Cæsarem semper Augustum, carmine Elegiaco.

POEMATA sacra quæ alicubi recenſet Alard. Amstelred.

PRÆPARATIO ad sumendam digne Eucharistiam, in gratiam Aleydæ & Mariæ filiarum, Goudæ ad S. Margaritæ introcuntium.

CONCIO sacra de Publicano & Pharisæo, in templo orantibus, cum lectulo æger decumberet.

PLVRA si quæ scripsit, aut alii cælant, aut sunt negligentia hæredum deperdita. Vrinę suę secretiora peruestigantem, quę mortem dicerent, ferebant aliquando in vita filię, audiente me, exin, quicquid eduliorum place-

ret, sibi voluisse indifferenter porrigi, atque exclamasse, *Serum est amici*, mortem etiam tum prędixisse, coętaneum Guielmo Goudano, à quo nonnulla mutuauit, quę non puduit, teste se, historię inserere. Excessit è vita Cal. August. Anni ĉIↃ. IↃ. XXXVII. Annum agens plus minus sexagesimum. Conditus Goudę duro sub lapide, ęre desuper tecto bracteato, picturatoque in hoc quo viuens ibat vultu, sed iampridem cœlesti ira conflagrante D. Iohannis Baptistę Tutelaris, absumpto, nunc etiam specu per hęredes abalienato. Adeo in rebus humanis pręter virtutem & doctrinam, nihil durabile. Addere placuit sequens Epitaphium Alardi Amstelredami, quale in Typis reperi.

Ecquid in omnigenis natura dotibus vsquam est,
Ingenii prasci, quidue Minerua parit?
Quod non ingenio Snoius, studioq; frequenti
Prendit, & absoluit non sine iudicio?
Quicquid habent nitidi diuina poemata cultus,
Exprimit hoc doctis vndiq; carminibus.
Instar apis, variis ex libris plurima carpsit,
Melleus hinc blando manat ab ore liquor.
Sciuit inurbanum lepide seponere dicto,
Plusquam ciuili praditus ingenio.
Reddere personæ sit conuenientia cuiq;,
Et quod iustitia est, sius dare cuiq; suum.
Omnia Rhetorici tenuit præcepta nitoris,
Astrorum motus, commeminitque situs.
Nouit Atlantiaci metiri pondus Olympi,
Quaque sub ambobus tenditur ora polis.
Quicquid ab expertis medicis aliquando repertum est,
In numerato habuit, si quis habere potest.
Nemo vir hoc medico fuit experientior vno,
Et plures medica nemo leuauit ope.
Quicquid in historiis sacris iuxtaq; prophanis,
Scriptum est, excussit, callet, edidicit.
Abdita scripturæ penetrans mysteria sacræ,
Obscurum verbis explicat omne tribus.
Ornandis studiis natus, natusque iuuandis
Pauperibus; summo quos fouet, obsequio.
Latus vti semper vixit, sic lætus obiit,
Quod bene confidit de bonitate Dei.
Vt cinis vt puluis, terraq; est reddita terra,
In cælos rediit spiritus, vnde venit.

VITA

VITA EIVSDEM EX LIB. AVBERTI MYRÆI, DE EVLOGIIS DOCTORVM VIRORVM.

RENERVS Snoius Goudæ apud Batauos honeſte natus, felicis indolis adoleſcens, humanioribus literis probe perceptis, ad Philoſophiæ ac Medicinæ ſe ſtudia contulit. Medica laurea donatus Adolpho Beuerorũ Toparchæ, tuendæ valetudinis gratia carus fuit. Cumque lautam ſatis paterna hereditate rem poſſideret, & conſularis apud ſuos illi dignitas acceſſiſſet, contempto quæſtu, ſacra ſtudia amplexus, ſanandis potius animis quam medendis corporibus, D. D. Coſmæ & Damiani exemplo, curam impendit. Qua de cauſa librum de Chriſtiana libertate edidit, quo eorum compeſceret veſaniam, qui dum hominis liberum arbitriũ inficiantur, humanam tollunt naturam, hominemque brutis animantibus exequant. Cuius quidem hominis libertatem, vt Ethnici Philoſophi aſſererent, pari impietate, quanquam ſtudio diſſimili, res humanas diuinæ prouidentiæ ſubtraxerunt. Exſtat & perſpicua eius in Dauidis Pſalmos Paraphraſis vocibus inſerta, quam è præſtantiſſimorum Theologorũ, & præſertim Iohannis à Turre-cremata, ſcriptis eleganter concinnauit. Latetque apud hæredes, hiſtoria Batauica, nondum typis euulgata. Ad maturam vſque ætatem peruenit, & lætus vti ſemper vixit, ſic lætus obiuit, anno partę per virginem ſalutis CIↃ.IↃ XXXVIII.

Cornelius Aurelius lib. 2. de ſitu & laudibus Hollandiæ, ad Reynerium Snoyum Geduanum, virum doctiſſ. & Medicinæ profeſſorem; Pag. 50. verſ. 11.

Cum igitur intelligam te magis ex aliorum ingenio, quam proprio (vt qui in tuis elaboratiſſimis Batauorum Comitum, & Pontificum Hiſtoriis, ne in minimo quidem à me diſſentias) hæc ipſa dubitando proponere, &c.

Pag. 51. verſ. 27.

Amo in te, vt verum fatear, hanc incredibilem, atque adeo accuratam hiſtoricæ veritatis indaginem, & cumulatiſſimis vſquequaq; eam extollere contendo præconiis.

Pag. 52. vers. 13.

Sed quo id facilius possis, imo vt voluptuosius, & sine labore atque dispendio velis; nulla re alia opus erit, quam vt immortale Historiarum tuarum opus in lucem edas, & nostræ paruitatis opuscula, quæ tenui confecta sunt Minerua, sed tuo amori ingenue dicata, sine fastidio lectites, & in mutuæ charitatis argumentum, sine fine lecturias.

Pag. 68. vers. 20.

Habes vel tandem, mi Reyneri, omnium quos antehac vidimus candidissime, & præter summam Medicæ artis notionem, haud vulgariter, & non sine plurimorum stupore, in humanitatis studiis erudite, &c.

Petrus Opmerus in Chronographico orbis vniuersi, fol 457.

Florebat & Goudæ Renerus Snoius medicus, qui Batauiæ illustrandæ operam suam contulit; maiore sane laude dignus, quam ii, qui eius scriptis à me ipsis traditis, profecerunt, illi detulere.

Vulcanius Bonauentura, de Cor. Aurel. eiusq; scriptis.

Coætaneos habuit Guielmum Hedanum, & Renerium Snoi, non ignobiles Hollandicarum rerum scriptores.

AVTHOR

AVTHOR AD LIBRVM SVVM HISTORIARVM.

VAde liber, vulgi facilis quo te aura vocabit;
Si saperes, poteras tutior esse domi.
Blattam formidans modicam tu emittier optas,
Sed caueas piperis tortile sisue Croci.
Fertilis haud rerum, neque verbi examine tersus,
Censura tetrica, dilacerandus abis.
Vindice nec vllo, tu nasum Rhinocerotis
Experiere, tenes Inuide, quod laceras.
Nescis, heu, nescis secli fastidia nostri,
Plus nimio semper inuida turba sapit
Liuidulus forsan causam nomenque rogarit,
Dic lege, & inuenies Batana gesta virum.

Eiusdem Distichon.

Desine liuor edax, vltrix Rhamnusia Sannæ:
Cogit amor patriæ, desine liuor edax.

Aliud eiusdem.

Non asis facio Momos, rabulas, scioloque,
Nasutos ronchos, liuidulos Criticos.

IACOBVS BRASSICA ROTERODAMVS LECTORI.

ON ignoras benigne & candide Lector, si vnquam alias, nunc maxime Prudentes, Nobiles & Potētes Ordines fouisse, qui omnia memorabilia, qua in domesticis & bellicis rebus maiores effecerunt, monumentis complecterentur, sed à fato impeditos, vt orbi nunc ab iis, qui in his studiis & viuebāt & vigebāt, eorum ferme nihil habeamus. Atque etiam post hos, ne tam sacrum studium, vtile adeo ac necessarium Reipub. penitus debisceret, alios ad scribendum magna mercede prouocasse: At vereor vt illi, qui tantam exspectationem sui concitarunt, sustinere vel tueri eam possint. Non quod omnino vituperabiles, sed grauior est res, quàm æstimant. Nam, quum nec ducem nec prouisum sat habent, vnde iis nascetur Historia? præterquam, quod et iam die opus: neque enim vt plaustris in vrbem, in qua egestas & fames, corporis alimenta facile est, Historiæ materiam comportare: vt si interea occidant, quod incertum vbi, aut quando volent id superi, secundarii quoque huius auxilii spes, desperatissima videri possit: ac si alia esset causa, quod toto tempore, quo belligeramus, non vnius solertis plenum commentariolū accepimus. Sed & (quod palam est) ante illos, aliquot haud pœnitenda doctrina viri, Patriæ amore accensi, difficilimam hanc prouinciam sponte capiebant: Sed quod, aut præpandentem sibi viam, inuenire non licueret, aut mors illis, antequam peragerent, à Deo fuerit definita, vt dixi, tardata, exstincta atque sepulta omnis quoq; eorum meditatio est. Piget, atq; vrit vehementer animum, hactenus nullam mentē hic magis accelerasse, quum omniū consensione & opinione summopere res esset laudata, si decursam Latino sermone, semel haberemus nostratē Historiā: & (quæ prisca Batauorū indoles in posteris admirabilis & formidabilis exteris esset, & ciuium animi maiores fierēt ad rem gerendam. Illa ergo etiam atque etiam aliquando introspiciens, ardebam in lucem proferre, nō leuiter collectos libros tredecim nostratium rerum plurimū vberes ac fecundos Reneri Snol, pronunciatoris antiqui, selecti, sinceri, sed inuidiā timebā, in tanta huius seculi Tempestate. Quanquam authorem, talem ego semper fide optima putaui, vt eius Commentarios, tanquā contubernales & indigenas recipiendos arbitrarer, quorum si enarrem artificium, incipiā sperare, tibi placere posse. Estne alius hactenus, qui vt ille, tantarum rerum memoriam suggerat? inuoluta lōge lateque euoluat? & si flexerit aduersus aliquot

iudicium

iudicium sine opinione, magis ratione corroborat, aut sua dirigit melius, quod rebus lucem adfert? aut qui circa Germaniæ descriptionem & Batauiæ, eiusque flumina felicius oberret? aut denique penitius pertractata habeat; quacunque magna contentione nostrates, terra marique gesserunt? Di superi, quam obscuras scituque vtiles & pulchras intelligentias explicat Haream in earum enumeratione. Cætera, vt Danorum Normannorumque Tyrannidem, principia ortusque Comitũ, educationem atque indolem, vitam & mores, connubia ac sobolẽ, mortes, humationes, hæreditates imprimis & ad amußim prosequitur. Nec præterit bella, cum causis, quæ cum iis & intulit, & pertulit prouincia, nec Trophæa & Triumphos, quæ contigere victrici; nec cades & clades, quæ acciderunt deuictæ: rursus qui è bello in pacem venit, & sub imperium ditionemque Burgundi quando se subiunxit. Qui Pontifices inconstanter & turbide se gesserint aduersus Patriam: vt nec consilia tacet indifficilimis Reip. temporibus; & quæ dein acta, qui euentus, quæ pacta conuenta, quoties inducia, secessiones, inimicitiæ, simultates, tempestates aeriæ ac ponti, prodigia, incendia, fames atque pestilentia, sine mensura homines pecudesque strangulantes, cum reliquis, quæ interuenere, Patriæ, à Theodorico primo, ad vsque Caroli Quinti Imperatoris tẽpora, classe hinc soluentis secundo vento in Hispaniã Asturiam. Norimus eloquentia laudẽ minus fuisse illi seculo: id metiri velis? Quin satis est, omni doctrina optimarum artiũ fuisse instructum, & res, quas deleuerat obliuio, indagasse, patefecisse, protulisse. Qui quidem in omni vita honestißimus, florem scripturientibus nostratis Historiæ ingesßit: vt ab hoc magistro & consiliario antiquo, sua mutuare possint, imo debeant. Primus enim, quod aiunt, à Carcere ad Calcem, proprie ac coniuncte Latina lingua, Batauiæ Historiam conscripsit: vt crudeliter ingrati, atque immoderate sint impii, scripta Snoi volutantes. Alii aliter nauent, aliamq́ hic studeant apud populum iniri gratiam, caput hoc disperire patiar, absq́ illo, si ad vnũ properantes, dispari non reuertentur semita. Quanquam etiam inde Patria, magnam voluptatem cum vtilitate habebit, quod videbit dissociatis vestigiis, omnes ad vnum idemq́ eniti, suumque inuicem pollicери præsidium. Nam id pulcherrimum erit in Rep. vt in Vniuersitate omnia continente, in qua communis ille ac diuinus parens, vniusmodi res, forma alia atque alia, ceu naturali nota secreuit, ad admirationẽ & delectationem humani generis: nedũ aliquis hunc debeat in somniculosorum numerũ transferre, abiudicare, vel reticere, qui, vt ille curricula Historiæ, est nondum emensus: præsertim cum à natura est vetus, vnum non simpliciter & perfecte in simili esse, & de re vna aliter alios supenumero solitos dicere & scribere. Ridebit quis ad nomẽ Snoij (quod Versipellem Belgice sonat) ab æmulis suæ artis, maleuolentia coloribus picti & poliri. Cur autem quos putem vidisse, legisse, atque meminisse, quam in seipsos fuerint iniqui, quando illum calumniarentur. Itaque

vindicatum, emendatũ magno labore meo, & transfusum, quantum licuit, in meliorem paulo phrasim, accipitote, quod feci lubentius, ne, vt de re, ipsum quoq; de sermone velint reprehendere, non tam rerum scientia, quam verbis se ostentantes. Hic autem dicendi simplicitatem voluit sequi, maxime penetrabilem: Sermonis affectatio fere fraudulenta, &, aut tædium affert; aut præterit partim rem, ante quam (quod scribit Auctor ad Herennium) nihil est. *Alioqui potuisset & hic esse non minus facundus & elegans, quàm passim est in Dedicatoriis ad Adulphum Mœcenatem, præsertim sequenti Præfatione sua Historica, quæ, nescio qua lima mihi placeat. Transfudi autem Historiam, non in aliam rem siue materiam, neq; in alia verba authoris, sed non nulla tantum, quæ necessaria mutaui: à solido & Germano sensu, hoc est, ab eodem nato, nusquam recedens; idque Scriptore postulante in præfatione dicta, ne quis voluntatem scribentis me adulterasse criminaretur. Ob quod, si me nunc contemnent maleuoli, assis fecero, qui aliorum velim id esse iudicium. Eant ipsi & his meliora exhibeant. Sed & fortassis tandem dicturi, merito quæ nunc exulant,* Snoium *plurima scripsisse. At quando, videamus: & quid hoc ad me? An non cum illa tota Prouincia cum illud amplecteretur, ante centum præteruectos nondum annos? Quod si, vt modo, ciui erat gloriosum cum Rep. sentire an irreligiosus videar, qui posteritati doctissimas lucubrationes solide nitor enarrare publico bono? tametsi haud Batauia mea soli, verumetiam acerrimis iudicio nationibus hanc meam opellam impendo, quæ singulis inseruiã. Cedo, calumniando exaggerabunt hoc factum, quasi insolens? dum ipsi idem quotidie patrant, ex antiquorum scriptis repetentes trieterica Bacchi Orgia, ac reliqua nefanda & impura sacra Deorum Dearumque gentilium? Ne obsit hoc mihi, testor, vacuum feciſſe me quum ad hunc laborem darem, ab omni affectu. Musitent potius apisq; instar, Acroaton legant; Ericium fugiant quod suadet D. Basilius, de vtilitate capienda ex gentilium scriptis: & B. Augustinus alibi. Cæterum, benigne lector, quod soles, mihi etiam nunc præsta, & faue in re tam ardua, Vale.*

RENERI

RENERI SNOI GOVDANI, ARTIVM ET MEDICINÆ DOCTORIS, in Historiam suam

PRÆFATIO.

EACTVRVSNE sim operæpretium, si res Batavas Comitumque stratagemata præclara, eorumque fortia facta, de quibus audiui & legi, conscribam, nec satis scio, nec si sciam, dicere ausim: Quippe sim proletarius, inter classicos militiæ literariæ principes, atque antesignanos, laudabili & vberiore illa dicendi copia, excellentique ingenio præditos. An hæc mea Musa, aut effutire aliquid, aut literis mandare audebit? Vtinam mihi ita succedat hæc res, vt ego animo suscepi. Vtcumque tamen, quæ scribam, æstimata erunt, in paruo ponam discrimine, modo nostratia, in tenebris prope sepulta in lucem atque hominum memoriam redeant, ne ingentia atque eximia illa *Comitum Batauorum* facinora, aut sua fraudentur gloria, aut ævum vllum obliteret. Quod autem mente animoque istam cogitationem susceperi, & me ad hanc prouinciam dederim, nullius æmulatio, aut famæ leuis est aucupium, quo nihil magè abiectum, sed otium, cuius tandem reddendam rationem esse Cato dicebat; Tum singularis ega patriam pietas, quam ego semper plurimi feci, & quæ me quasi æstus quidam absorbet, admonebatque vt à situ & squalore eam conseruarem. Proinde facile veniam promerebor, si neque elegantiam *C. Salustii*, neque *T. Liuii* orationem lacteam, historia nostra, sed inamœnitatem & salebras scaturiat. Expetam me sane historiam hanc posse oratione leui ac tereti rotundoque vocum filo decurrere, verum, quoniam, quod cupiam admodum, fieri nequit, id velle debeo, quod possim, quippe imperitia temerarios, præmeditatio autem & ratio faciant trepidos. Ambitiosus quispiam mecum si expostulabit, nostratium rerum memoriam deperire me noluisse, sed literarum monumentis demandare voluisse affirmauerim: Non per ampullas & sesquipedalia verba, sed nudam orationem, ab omnibus phaleris atque fuco alienam. Quod si facerem, tædium non sensum legentibus adferrem, &, vt est apud Senecam; rerum virtutes euitarem. Multorum suffragio periclitari mihi videor; Candidulis animi oblectamentum, quantulumcumque id vel fuerit, curiosis ingenii palæstram, Aristarchis interpolandi curam daturus: præsertim quum ex principum virorum censura in rerum ædendarum quotidiana vigilantia, indiligentis est quicquam

præterire, omnia consectari imprimis arduum, suffragantium omnia puncta promereri ferme impossibile. Quis ab eruditis testimonium laudatum, curiosis candorem, maledicis benevolentiam, fastidiosis se initurum speret aut putet gratiam? Nihilominus hæc Batava lingua exaraui, quæ ipsi, si quando volent, quod non impedio, Romana poterunt expolire, præsertim si aspera quædam fuerint à me profecta: Non enim limam recuso, neque adeo mihi bellus videor, vt censerem, negligam vel excludam, qui in Catonis reprehensionem incidi, vt citius culpam deprecari velim, quam ea vacare possim. Sed quis ad amussim omnia? aut Momo satisfecit vnquam, vel Sandalium Veneris calumnianti? Si qui vegetiore existent ingenio, vel maiore eloquentia, quod dubio procul fore auguror, & venustiora adinuenerint, haudquaquam ipsis cedere libera fronte verebor. Parturiant, si quid melius aut præclarum magè conceperint, maximam illis inde sum gratiam relaturus. Neque vero tantillum offendar, si quis nostra locupletabit diligentior, diriget exactior, illustrabit eloquentior, expoliet otiosior, vindicabit felicior, ne quid Momo reliqui sit, quod queat carpere. Cæterum quis hosce ferat vitilitigatores in nos maledictis grassantes, qui, quum ne ipsi ædere quicquam valent cuncta aliorum dente rodere consueuerunt! Quòd si Virgilium ac Ciceronem in re literaria principes viros non veriti sunt calumniari, quid mihi Tyrunculo non imputabunt haud sat initiato rei literariæ mysteriis. Susque deque feram liuidulos blaterones, à quibus vituperari quam laudari malo; boni modo consulant, hanc meam lucubratiunculam, quam bona æmulatione, ac Patriæ studio, vltro sum aggressus, quorum patrocinio fretus, perinde ac sub Pallados Ægide delitescens, Meduseos vultus impunè intuebor.

ARGV-

ARGVMENTVM
Libri Primi.

Geographica totius Germaniæ descriptio, situs eiusque magnitudinis: Immutata quarum Prouinciarum nomina: Germania triplex; Inferior, Superior, Media: Dilucidatio Prouinciarum ac vrbium: Germania regio latissima & vberrima: Aduenas nunquam admisit: Franci, Longobardi, Burgundi, Germanis oriundi: Tota ferme Gallia Belgica moribus & lingua Germanorum vtitur: A Romanis lacessiti magis, quam subiugati: Imperatores sibi peculiariter Germanici cognomen adsciuere: Testimonium I. Cæsaris de Germanis, quorum militari virtute in campo Pharsalico Pompeiani victi & fugati: quæ illustria stemmata è Germanis propagata: Eorundem institutavivendi, ritus: Batauiæ descriptio, ambitus, & ciuitatum nomina: esse nobilissimam prouinciam ex sententia Plinii aliarum gentium Germanicarum, teste Tacito, virtute præcipuam: Nunquam Romanis Tributariã, sed honore sociam: quæ & qualis sit regio: quod palustris & aquosa: magis armenti quam frugibus accommoda: institutaatq; indoles gentis: Zelandia & Frisiæ descriptio: tria ostia Rheni: Helinus, Flevus, & qui contra Corum it Rhenus: nomina priscagentium elucidãtur: Batauiqui Hollandi: Portio eius Episcopatui cessit: Canenefates, Kinhemari, Frisabones, Waterlandi; atq; Frisii seruant appellationem priscam: Plinius, in Caucos, Sturios & Morsatios diuidit: Tacitus, in maiores & minores: nos in Orientales & Occidentales.

RENERI SNOI
Goudani Archiatri

RERVM BATAVARVM
LIBRI TREDECIM, NVNQVAM ANTE-
hac in lucem emissi, emendati & recogniti, labore atque opera,

IACOBI BRASSICÆ
Roterodami.

LIBER PRIMVS.

HISTORIAM Hollandiæ scripturi, non alienum erit, ab ipsis rerum primordiis orditi, & reconditarum hactenus antiquitatum monumenta ex latebris eruere, & quanta valemus diligentia, authorum volumina attenta indagatione perlustrare, vetustiora recensere obliterata longo æuo. Non quod plura possimus quam quiuis alius, sed quod multo maiora volumus. Quo enim consilio alij hoc neglexerint, quibus & rerum copia, & dicendi ars, verborumque erat ornatus amplior, difficile est iudicare: præsertim sint talia, quæ eximia ingenia multorũ debuissent adscribendum impellere. Certe vitio dandum non erit, si rem, quod aiunt, ordiamur Troianam, ab ipso ouo, ac plurima cognitu pulchra, & auditu haud inamæna in hoc vsque tempus magno tempestatis & ignorantiæ obice clausa, in medium sic proferamus, vt ea cernere oculis videamini, præsertim quum à genio bono ductus, pro virili semper studui bene de natali solo mereri. Quippe haud ferens nostratia diutius in tenebris & squalore delitescere, ita comparante natura, vt sint qui & res præclaras agere, & gestas scribendo immortalitati consecrare norint, quando nobis cum omni antiquitate de generis nobilitate, rerum gestarum gloria, magnitudineq; animi licet certare, atq; Batauia, quæ nunc Hollandia, nunquam fuerit tributaria Romanis rerũ dominis, volui omnium harum rerum incorruptam seriem narrare, nihil falsi dicere, nil veri omittere, aut gratiæ aut simultati aliquo pacto inseruire, sed ordinem temporum, rerum rationem, vitas, bella, clades, victorias, cum consilia, tum dicta & facta Heroum nuda oratione & aperta explicare, & incomperta relinquere, eum quod absque certo authore, aut ratione certa nititur quis dicere, eadem facilitate fere contemnamus, quâ ille profert. Nam quis nescit primam esse historiæ legẽ, vt in Oratore tradit Cicero, ne quid falsi dicere audeat,

ne quid veritacere, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. Veruntamen in ipſo operis veſtibulo quamplurima occurrebant, quæ ab incepto me deterrebant. Primum quod immenſi ſit laboris tantam rerum ſeriem à tot anteactis ſeculis repetere. Dein non minus arduum rerum adeo vetuſta monumenta partim temporis iniuria, partim humani ſocordia generis deperdita invenire, confirmare ac docere æquali narrationis contextu, nec non apta verborum perſpicuitate atque elegantia, ad aures legentium. Sed animus in duris rodere neſcius, ſocordiæ minus obnoxius hortari, vti laborem, cui me fore nunquam parem arbitrabar, intrepide ſubirem, ſæpiſſime mẽti inſtillans, nihil tam arduum eſſe, aut tam difficile quod non acquiratur induſtria. Durandum ergo quando ceperam par animo potius, quam viribus cenſui. Sane alimẽtum nullum animi magis iucundum, quam memoria rerum geſtarum, quâ qui rare imitari maiorum præclara facinora non poteſt, ſed veluti catulus in novum quendam eiectus orbẽ cęcus ac rudis rerum in eo verſatur, nec maximam certiſſimamq; naturæ ſuæ partem dignitatemque cognoſcit. Quippe nulla eſt hominibus ad vitæ inſtitutionem via facilior, teſte Polybio, quam, rerum geſtarũ cognitio, quas qui ignorat, Cicero ſemper infantem eſſe iudicat. Si quidem præſentia caduca, & oculi momento deſinunt, futura, mortalium nulli cognita: ſola autem præterita, explorata ac certa, & in immenſum repetuntur, vt vt tam diu aliquem in vita fuiſſe ſit putandum quam longe præterita repetere poteſt. Cæterum antequam rerum ordinem proſequar, paucula de Germania eiuſq; parte Batauia, quæ nobis Hollandia, præmonere profuerit, videlicet, ſitum eius & magnitudinem, prouinciarum quoq; multarum immutata eſſe nomina quæ ſcire eſt vtiliſſimum.

Deſcriptio Germaniæ.

Plinius. Ptolomæus. Agrippa.

Germania maxima prouincia atque libera natio, quam incolunt gentes, teſte Plinio, haud explicabili menſura. Quippe longitudo eius inter Rhenum & Viſtulam fluvios eſt, aſtipulatoribus Plinio & Ptolomæo: latitudine ſe porrigens ab Alpibus in vſque Oceanum. Continet longitudo, ſecundum Plinium, ex authoritate *Agrippæ*, ducenta & octoginta ſex millia paſſuum, latitudo ducenta & quadraginta octo millia: eſtque tribus diſterminata limitibus: Ingenones Oceano proximi, Rheno viciniores Iſtenones, & Hermiones medij: triplici itidem termino diuidit Ptolomæus: In Germaniam ſuperiorem, inferiotem, & magnam, vt qui Rheni fontes accolunt Italiæ vicini vſque ad Moguntiam teneant ſuperiorem, viciniores ſeptentrionali Oceano, inferiorem. Moganus enim fluvius, Mettius Ptolomæo, ex montibus fluens *Bohemiæ*, circa Moguntiam in Rhenum influit, qui ſuperiorem Germaniam dirimit ab inferiore. Magnam Germaniam penitiores interioreſque vocat populos ad vſque Viſtulam, quod flumen nos à Sarmatis diſterminat. In Germania ſuperiori gentes, Rhetij, Vindelici, Norici, *Boij*, Eluetij, & quæ Pannoniam ſuperiorem, nunc Auſtriam, colunt, propter Alpes, Rheni fontes, citraque Danubium. Prima namque fronte Germania circa Alpes incipiens Rhetiam aperit, quæ gens Alpina. Vindelia horum ciuitas auguſta, ab Octauiano Cæſare Vindelicorũ nomen ſeruans priſcum; vbi Quinctilius Varo cum tribus legionibus cæde & occiſione occidit. Conſtantia, à Cõſtantio principe, dicta Ptolomęo Guinodorum. Ziſaria, quæ hodie Eyſenburgum. Etiam Vindelicorum pars *Burgundiones* teſte Plinio, in Francia ſedem habentes. Sequuntur Boij, quorum regionem Bauariã noſtra ętas vocat. Ciuitates apud hos Gadacum, hodie Zalsburgum, à Saleſa fluvio, qui ab Æno fluit. Item Ratiſpona Metropolis ad ripam Danubij, à Cæſare Tyberio condita, anno quo Ieſus Chriſtus pro ſalute humani generis paſſus eſt, & tunc Tyberina dicta. Etelburgum, Gymnaſium. Ænus, *Bauaros* à Vindelicis, teſte Strabone, & hos à Rhetia Licus amnis diuidit. Subſequuntur Norici gens inter Ratiſponam & Nurenbergam, circa ripas Danubii, Plinio & Solino Tauriſci. Ad hos Pannonia, ſuperior nunc Auſtria, Danubio vicina, cuius longitudo ſex dierum, iter eſt, latitudo duorum Vienna in ea oppidum magnificum murorum ambitu paſſus bis mille excedens, atq; ſubvrbijs ambitioſum, olim Flexam, quod ex Ptolomæi collatione poſſumus deprehendere. Dein, circa Rheni fontes Eluetij, quos nunc Suiſeros vocant, prodiga gens vitę ac bellicoſiſſima. Hos ad trecenta milia olim tranſire conantes in Galliam I. Cęſar Eluetiorum bello compreſſit, amotis equis, & ponte vno die ſupra Ararim ſtrato. Oppida eorum Lucerna, olim Naſiũ. Berna, nomen retinens hodie antiquũ. Incolę Bernenſes, quorum meminit Plinius, Forum Tyberij, Suntia, Turegium, olim Tugurinum, Curia & Curienſes, antiqui populi, aliique complures pagi liberi & indomiti. Proximi Eluetijs citra Rhenum ſunt Raurici, à Plinio & Ptolomęo ſic appellati, quorum ciuitas *Augusta* Rauricorum, nunc Baſilea imperatoria vrbs. Hos iuxta in eadem ripa eſt *Argentoratum*, nunc ciuitas Argentinenſis: Dein Spira, & Vangiones hodie Wormatienſes. Sequitur Germania inferior ad Moganum fluvium vbi Macontiacum nunc Moguntia, &

Germania triplex.

Gentes Germaniæ ſuperioris.

Solinus.

Gentes Germaniæ inferioris.

Con-

Confluentia, sic dictæ, quod ibidem amnes confluant. Dein Vbij, quorum Agrippina Colonia M. Agrippæ monumentum, qui hos populos deuictos ac volentes in citeriorẽ ripam traduxit. Posthos Cliuiæ Ducatus, olim Butonodurũ & vetera Romanorum castra, teste Ptolomæo. Trans Rhenum vero non longe, omnes hi fere populi: Bataui, Frisij, Sicambri, Istuali, Menapij, Teucteri, Vsipetes, Batauos, qui Hollandi, bicornis Rhenus in Insulæ modum concludit, vt infra docebimus. His prope Zelandia est, fere vltima Germaniæ tellus inter Septentrionem & Occidentem Rheni ostijs obiecta. Frisijs antiquum manet nomen, quos Tacitus diuidit inter maiores & minores. Circa illos Canenefates modo Kinhemari. Sicambri hodie Gelri putantur, quos Cæsar traiecto Rheno se fugasse scribit in Commentariis. Istuali, Westphali, Menapij Iuliacenses: Nam, vt scribit Cæsar, Vsipetes & Teucteri à proximis Sueuis exagitati, traiecto Rheno Menapiorum locain Gallia occuparunt. Magna Germania vbi peritiores sunt populi vsque ad Vistulam fluvium. In ea est Sueuia magna prouincia, cum ipsi maiorem Germaniæ partem obtinent (teste C. Tacito) proprijs nominibus discreti, licet vno & communi nomine Sueui appellantur. Hic Vlma, quæ Alcimenes Ptolomæo vltra Vindelicos. C. Tacitus in hac regione ponit gentem Longobardorum. Sequitur Franconia nobilis prouincia quorum meminit Cicero in epistolis ad Atticum antiquum nomen seruans. Abluitur Mogano in Rhenum defluente, & inferiorem à superiore Germania disterminante. Plures eorum ciuitates pulchræ ac claræ, inter quas Herbipolis, nunc Wirtsburgum, cui præest antistes, qui & Dux Franconiæ, quæ ratio est, quod dum sacra peragit ensem strictum in ara expandat. Francofurtum item famosum illud emporium, in quod ex vtraque Germania infiniti quotannis negotiandi causa confluunt. Hic etiam mos est Imperatorem deligere. Nurenburgum autem alij Franconiæ, alij Bauariæ partem esse contendunt. Nos Noricos eos opinamur. Inter Vallo iacet Hassia, inter Westphalos & Francones media, montana regio, quæ à Rheno in Septentrionem porrecta Thuringiæ iungitur, eosque Thuringos putauerim esse, quos Plinius Cimbros Mediterraneos vocat. Vbi Erfordia studiis liberalium artium notissima. Lipsia nobile Thuringiorum emporium. Exin Saxonia gens maxima ac valida: inter hos sunt Marchia vetus & noua. Prior inter Oderam & Albim fluvios, vbi ad Albis ripam, Stendalum, Gadeolum, Soltnedleum, & Ostroburgum noua oppida; præterea Misna amplissima ciuitas ac regia, & Marseburgum olim Martinopolis. Alterum intersecat Odera haud multo inferior Albi, cuius Metropolis Brandenburgum. Inter Saxones quoque sunt Madeburgenses, Bremenses, Alberstadenses, Ildelmenses, Werdenses, Brunwicenses, Amburgenses, Luneburgenses, Lubicenses. Inter hos Albis fluvius est, à montibus Sleſiam à Bohemia diuidens, & Madeburgum aliasque Marchiæ Saxonizque ciuitates abluens, inque Oceanum haud ita procul ab Hamburgo exonerans. Vltima Germaniæ regio ad Oceanum & Vistulam est Cimbrica Chersonesus gens notissima Romanorum cladibus. Quæ, vt scribit Florus, ab extremis profuga cum terram eorum Oceanus inundasset, in Italiam traiiciens ad Senatum misit, vt sedes eis darentur; qui exclusi, ptimo Syllanum, dein Manlium, tertio Cepionem expulere; postremo & ipsi à C. Mario victi sunt. Omnes fugati, exuti castris, actum erat, nisi Marius illi seculo contigisset. Cimbricam Chersonesum hodie Darium vocant, cui rex præest, Suetiam & Norwegiam peninsulas obtinens: hæc est summaria totius Germaniæ descriptio, quæ fortasse nonnullis bilem mouebit, fastidiosis præsertim omnia supina quadam negligentia percurrentibus: quanquam vere studiosi, non inficias ibunt, hæc ipsa ad historiarum cognitionem magnum eis adiumentum attulisse, cum rari hanc partem attigerunt. Itaque pergam prisca atque præclara Germanorum facinora, memoriæ, hoc est immortalitati consecrare. *Cæsar.*

Gentes Germaniæ magnæ.

Regio Germanorum latissima, ac natio eorum liberrima aduenas numquam admisit, nec aliarum gentium hospitio vnquam mixta; semper indigena, à Tuiscone Noe filio oriundi. Ipse eorum opinionibus accedo, (inquit Tacitus) qui Germaniæ populos, nullis aliis aliarũ gentium connubiis infectos, propriam & sinceram tantum sui similem gentem exstitisse arbitrantur. Vnde habitus quoque corporum in tanto hominum numero idem omnibus, truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetũ valida, laboris atq; operum non eadem patientia, minimeq; sitim, æstumq; tolerare, frigora atq; inediam cœlo soloue assueuerunt. Quinimo ipsi potius vincendo alienas occupauerunt prouincias. Nam Franci, Longobardi, Burgundiones, magna in terris peregrinis regna excitauere, qui Germani omnes. Siquidẽ occidente paulatim imperio circa Honorii tempora, Franci à vicinis exagitati, gratia inueniendi melioris soli, in Gal-

Laus Germanorum.

Franci Germani orundi.

liam Belgicam, cum rege Clodio traiecere, atque Metensium, Tullensium, & Tornacensium loca occupauerunt: vbi primum Ætio duce Imperatoris; dein Gotthis & Aquitanis, postremo Normannis & Longobardis, magna virtute, rerumque successione superatis, tota tandem Gallia sunt potiti, qua etiamnũ potiuntur, vt si Galliæ annales maxima quæq; sibi arrogantis, à Francone Hectoris filio originem repetat, falso, vt pleraque, quum illud sane legimus apud nullum veterem authorem. Posteriorum quidem primus, Francorum mentionem faciens, Agathias Græcus est, qui circa Iustiniani tempora scripsit; his verbis: Francorum natio est Italiæ proxima, & terminis iuncta: veteres tamen hos Germanos dixere. Nam circa Rhenum habitant, Galliarumque magnam partem occupant, qui quamquam vt reliqui Germani sunt barbari, Romana tamen politia & alijs institutis vtuntur; Sunt etiam Christiani & rectissimæ opinionis. Hæc Agathias. Etiam D. Hieronymus describens vitam Hilarionis, asserit, Francos gentem non tam amplam quam robustam, inter fines Saxonum quondam habitasse & Alemannorum, memorans abs se Francæ nationis illustrem iuvenem verbo Dei dæmonio fuisse curatum. Insuper Burgundiones gens vetus Germanorum. Nam C. Tacitus eos inter Sueuos numerat: hi inter Sequanos, intra Ararim & Iuram montem siti, originem è Germania duxerunt, quod Orosius refert vltimo libro, his verbis: Valentiniano Burgundionum novum nomen oppressit, qui plusquam LXX. millia, vt ferunt, armatorum, ripæ Rheni insederant: hos quondam subacta Germania à Druso & Tyberio per castra dispositos in magnam coaluisse gentem, atque etiam nomen ex opere præsumpsisse, quia crebra per limitem habitacula constituta, Burgos vocant, hodieque prævalida manus in Gallia, quamuis prouidentia Dei Christiani omnes facti, mansuete viuit, non quasi cum subiectis Gallis, sed fratribus Christianis: hæc ille. Ea gens priscum adhuc robur & animum spirat, cuius duces è Gallorum regibus prognati, postea sæpe aduersi de imperio paribus ferme auspicijs ad nostra vsque tempora contenderunt. Longobardi etiam, quos Ptolomæus haud longe à Rheno, Tacitus inter Germaniæ populos ponit. Hi finibus suis egressi, Pannonias primum occuparunt; Mox Italiam inuadentes, Venetijs subactis in Papia regiam constituere. His sat expeditum, quæ nationes è Germania in alias commigrarint prouincias, nonne retinentes priscum. Atque ne hæc solum narrasse sufficiat, etiam tota ferme Gallia Belgica, eo præsertim tractu qui Oceano ac Rheno proximus est, moribus & lingua vtitur Germanorum. Postquam enim Rhenum transgressi, in Gallorum finibus hærere, inita cum Germanis affinitate, idem cum eis nomen sortiri, qui antiquitus Tuiscones & Teutones à Tuiscone Noe filio dicerentur. Est in Gallia Belgica filua Arduenna à Rheno per fines Treuirorum, Eburonum & Menapiorum perque Belgicam cccccc passuum millibus ad vsque Oceanum latissime se porrigens, in qua sunt vrbes Germanorum; Treueris nomen seruans antiquum, Galliæ Belgicæ caput, quam temporibus Abrahæ mille nongentis & quandraginta septem annis, ante aduentum Christi ferunt Trebetam Niniregis Assyriorum Germanum à Semiradmide pulsum fugatumque condidisse. Metis, veterius Mediomatricum, à situ vrbium circumpositarum quasi media mater ciuitatum trium. Eburones qui Leodienses, Arduennæ siluæ vicini, inter Mosam & Rhenum. Hi Cottam & Triturcium Legatos cum toto exercitu circumventos per colloquium absente Cæsare trucidarunt. Menapij, qui Iuliacenses; & Bellocassi nisi fallor Ptolomæo Flandri. His olim Francorum reges præfectum mittebant quem Forestarium appellabant. Qua administratione cum Balduuinus quidam fungeretur, Iuditham Caroli Calui filiam illuc transeuntem & Adulpho Anglię regi pactam violenter rapuit, vt post longam & acerbam discordiam pater cogeretur hunc ei admittere, & ille mox iniusto matrimonio sibi eam copularet recepta in dotem Flandria, Forestarij nomine in Comitis mutato. Adhæc Tungri qui Brabanti. Hi omnes etsi regione Galli, Germani tamen cum lingua tum moribus. Verum vt finiam nunquam sat laudanda Germanorum facinora, Tacitus audiendus, qui licet fuerit Romanus, gloriæ tamen nostræ haud erat inuidus. Sic enim inquit: Quamdiu Germania vincitur, longo æui spatio, multa inuicem damna data: Non Samnis, non Pœni, non Hispaniæ Galliæve, ne Parthi quidem ita Romanos attriuere. Quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis quam eædem Crassi Orient obiecerit. At Germani, Carbone, Cassio, & Scauro Aurelio, & Seruilio, Cepione, M. quoque Manilio, fusis vel captis quinque simul consularibus exercitibus populum Romanum attriuerunt. Quinctilium Varum, tresq; cum eo Legiones, Augusto Cæsari abstulerunt. Nec impune C. Marius in Italia: D. Iulius in Gallia: Drusus ac Nero & Germanicus in suis eos sedibus peremerunt. Mox ingentes C. Cæsaris minæ in lu-

Agathias.

D. Hieron.

Burgundiones item ex Germania oriundi. Orosius.

Tria Longobardorum origo. 520.

Abbas Vbspergensis in sua Chronico. Ante Romam Treueris factis, annis mille, trecentis.

Tacitus.


image
not
available

vltro appetere, vtpote quibus omnis à re bellica esset quies ingrata. Inertiæ & ignauiæ dabatur, sudore aliquid quærere, quod posset cruore parari. Nec arare terram, aut exspectare annum tam facile persuaseris, quam vocare hostes, & vulnera mereri. Bellorum cura destituti, somno & cibo fortissimi quique indulgebant, domo & agrorum cura fœminis senibusque & infirmissimo cuique ex familia delegata; vt mirum videri possit, duo tam diuersa genti adfuisse, & inertiæ amorem, & odium quietis. Cæterum ea quæ Rempublicam concernunt Reges nobilitate legebantur, nec his libera infinitaque potestas fuit. Exercitus is ductabat, qui præcipua virtute præstaret, quique exemplo magis quam imperio polleret. Vincire, verberare, animaduertere in quemquam, nullius est quam Sacerdotum, vt non imperio sed diuinitus flagitia vindicari crederentur. De minoribus rebus principes ciuitatis consultabant; de maioribus vniuersa ciuitas. In inchoandis rebus nouam lunam aut plenam obseruabant; Sortes & auguria in vsu erant. Mercurio certis diebus humanas hostias immolabant. Herculi & Marti ex cæteris animalibus. Noctium non dierum numerus supputabatur in ea gente: in concilium armati ventitabant: sententiam approbaturi frameas concutiebant, id honoratissimum assentiendi genus. Contra aspernati fremitu significabant, tranfugas & proditores ex arboribus pendentes. Ignaui aque imbelles & infami corpore cæno obruti, aut in palude aliqua crate superiecta necabantur, tanquam scelera in aperto ponenda essent, flagitia contegenda. Nihil publice aut priuatim magistratus agere, nisi armis instructi. In commeatu & assertatione incredibilis æmulatio: quo maiore globo iuuenum stipatus in publicum processisset, præcipua celebritate apud suos, & finitimos esse: turpe & infame suo duci superstitem esse in prœlio, nisi victoris ex acie decessisset. Demum ad rem familiarem spectantia huiuscemodi erant. Germani ipsi omnium fere qui ad Septentrionem & ortum habitant vnica vxore contenti ab initio fuere. Non vxor viro, sed vir vxori dotem comparabat, nec ad delitias quærebatur cultus, sed iuncti boues dabantur, frenatus equus, & scutum cum framea & gladio. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos coniugales deos arbitrabantur; admoneturque mulier venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in prœlio passuram ausuramque. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciabant. Mira in fœminis pudicitia, nulla spectandi fuit illecebra, nulla conuiuiorum ratio. Rara in tam numerosa gente adulteria, cuius conuicta mulier, resectis capillis, nudata coram propinquis maritus domo exactam toto vico verberibus agebat. Profligatæ pudicitiæ nulla venia, non ætas, non forma, non opes connubium corruptis conciliare poterat. Sic vnum mulieres maritum accipere, vt vnum corpus & vnum vitam, nec vlla cogitatio vltra, nec longior cupiditas, tamquam matrimonium amarent non maritum. Sua quemque mater vberibus alebat, nec ancillis nec nutricibus delegabantur. Secus in iuuenibus vsus veneris, atque eo minus exhausta pubertas. Nec connubia virginum properabantur, vt validior esset procreatio; sic robora parentum liberi referebant. Et quod ad conuictum & cætera attinet, plus apud illos boni mores, quam alibi bonæ leges valebant. Nemo vitia ridere, id enim corrumpere seculum & corrumpi arbitrabantur. Conuictibus & hospitali mensæ supra modum studebant, nefas erat quemquam domo aut epulis arcuisse. Gaudebant muneribus, nec data imputari, aut obligari acceptis. Diem noctemque potando continuare; temulentia nulli probro data est. Crebræ post crapulam rixæ, raro conuitiis, cædeque priusquam transigebatur. De pace & bello in conuiuiis consultare, quasi nullo alio tempore simplicius paterent hominum curæ, aut ad res magnas magis incalescerent. Gens minime astuta, simpliciter omnia arcana detegere licentia ioci. Postridie acta retractabant, vt de summa rerum deliberarent, dum fingere nesciunt; decretum vero ferrent dum errare non possent. Alex adeo studiosi, vt quod mirere, sobrii inter seria exercerent, tanta luerandi perdendique temeritate, vt cum omnia deficerent, extremo ac nouissimo iactu de libertate ac de corpore contendant. Victus voluntariam seruitutem adit: quamuis iunior, quamuis robustior alligari se ac venire patitur: ea est in re praua pertinacia; ipsi fidem vocant. Potus ex hordeo in similitudinem vini corruptus: cibi simplices, agrestia poma, recens farina, & lac concretum: sine apparatu, sine condimentis sedabant famem: sed potus immoderatior. Genus spectaculorum vnum ac in omni cætu idem. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas iaciunt: exercitatio artem parat, ars decorem, non in quæstum tamen aut mercedem, quamuis audacis lusciniæ pretiũ est voluptas spectantium. Annũ in hyemem, ver, & æstatẽ diuisum habuere, Autumnum

Notanda hic locus.

Connubia.

Conuictus.

tumnum vini & cæterarum frugum inopia nescientes. In funere lamenta & lachrimas cito abstergebant, in dolore & tristitia permanebant diutius. Fœminis lugere honestum, viris meminisse solum. Aurum & argentum, apud eos, nullus vsus. Argentea vasa legatis eorum data, aut principibus muneri missa, non minore contemptu quam fictilia tractabant. Commertiorum vsu aurum & argentum ab his primo receptum. Argentum quoq; magis quam aurum, sequebantur, nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorū facilior vsui est, promiscua ac vilia mercantibus. Tegumen omnibus fuit sagum, fibula aut spina consertum. Locupletissimi veste distinguebantur, non fluitante, sicut Sarmatæ ac Parthi, sed stricta & singulos artus exprimente. Gerebant & ferarum pelles: Nec alius fœminis quàm viris habitus, nisi quod fœminæ sæpius lineis amictibus velabantur, eosque purpura variarent; nudæ brachia ac lacertos; atque pars proxima pectoris patebat: quamquam seuera illic matrimonia, nec vllam morum partem magis laudaueris. Vicatim plurimum discretisque domiciliis, habitabant, vt fons, vt campus, vt nemus placuerat. Iulius etiam Cæsar, in Commentariis, Germanos castitate commendat; ac mares ante annos viginti fœminæ vsum ignorare, & casei lactisque auiditissimos dicit. Gens ipsa præcipua fidelitate inter alias semper conspicua fuit. Nam Verritus & Maleorix Friſiorum legati Romam profecti, quod narrat Tacitus, dum aliis curis intentum Neronem operiuntur, intrauere Pompei Theatrum, quo magnitudinem populi viserent. Illic per otium dum confessum cauæ, discrimina ordinum, quis eques, vbi Senatus percontantur, Aduerterunt quosdam cultu externo in sedibus Senatorum, & quinam forent rogitantes, postquam audiuerant, earum gentium legatis honoris causa datum, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent, subitati, nullos mortalium armis aut fidelitate ante Germanos esse exclamant: quare & ipsi inter patres consederunt, quod comiter à visentibus exceptum, perinde atque bona æmulatione suggestum. Hi ritus viuendi, hæc instituta domestica veterum Germanorum, quæ posthuma ætas sedulo æmulatur, vt non nisi Germani sanguinis ad sublimē Romani imperij fastigium liceat modo deligere: quid hoc præclarius, quid mage augustum, quid votis hominum conuenientius aut dici aut excogitari queat. Nobilitatis prisc, exercitatę rei militaris disciplina, masculum corpus, & constans illud animi robur Germaniam adeo illustrauit, vt celebritas eius toti orbi sit admiranda. Quæ natio mage præstat alia, sincera nobilitate, virorum multitudine, fœminarum pudicitia, militum fortitudine, fide, integritate, liberalitate, & quod maximi est, sacrosanctæ Christi religionē! Adhæc, quanta ibi inueniendarum rerum solertia. Magnam illam ac pæne diuinam artem Typographices inuenit Iohannes Buttenbergius Argentinensis Germanus; Aliuſque non minus sagax tormentum bellicum, à sonitu ac tonitru hostibus terribile. 1440. 1380.

Legati Friſii.

His decursis se fert ad nostram Battauiam animus: sed prius necesse est, differentiam facere locorum vt inuicem confinium ita similitudine nominis consonantium, quod literis mandatum à nemine hactenus repperi, videlicet, Bethasiæ, Betuæ & Batauiæ. Bethasia, Mosanorum & Eburorum regio, cis Rhenum ad vtramque Mosę fluminis ripam, cuius meminit frequenter Tacitus. Hic olim Romanorum stationes ac hyberna, quod regio illa, quasi medius Germaniæ Galliæque sinus videretur, qua facile Austrasiorum & Lingonum regna, quæ nunc Lotharingos & Burgundiones complectuntur, in fide & officio retinebant.

Bethaſia.

Betua peninsula est, Rheno Vahalique circumfusa ab arce Lobecheua vsque in Lingam procurrens, fertili agro, pecore bono, fœtu arboreo, & saltibus, pascuis, & lacubus cultissima. Iam pars Gelriæ: olim Teysterbandiæ Comitatui subiacebat. Longe differens à nostra Batauia, licet huic contigua situ, nominisque eius aliquam gerat consonantiam. Quippe neque secundum Vahalim dum à Mosa excipitur, incipit, & si indidem Mosa supra Bomeliam in Vahalim influit, quod alueo sit elaborato, eruderatisque aliquot locis, quo commodior & breuior à Bethasia in Betuam atque Nouiomagum nauigantibus esset profectio, at haud perpetuo cursu, secundum quem prouincias Geographi distinguant. Neque Canenefates habeat sibi finitimos, neq; Caligulæ turrim apud Catthos, neq; Oceanum à fronte, etsi nō semel illam eluuione pelagus inuasit. Nisi forte quis dicat Hollandiam olim terram non fuisse, sed nuper nouam cum cæteris prodigiosæ eruptionis insulis, emersisse, è pelagi visceribus, quod quam ridiculū quiuis facile deprehendit. Certe Betuæ nomē recentioris est ętatis, cuius ne Romani scriptores meminerint vnquā, quum primū Theodosio imperante Iuniore hoc nomen acceperit. Nempe Agrippinensiū Vbiorūq; ecclesia, pastore orbata, quū circū Arrij hæresis increbresceret, Galliæ Germanięq; Synodo, B. Martino Turonensi præside, Seuer. in Aquitania hęreticorū acerrim⁹ impugnator, ad eā miss⁹. Qui ilico relicta Burdeg. Col. egregie naua-

Betua.

Ad diſtinctionem.

Notauit I. Braſſica in Hollandia ſuo exemplo.

Seuerinus.

bat operam, quamplurimos in fide Orthodoxa ſtabiliens; cum proceres aliquot illum comitatu proſequentes, à Brabone Caroli ſeptimi filio, Pipini primi Brabantiæ Ducis auo inſulam Rheni habitandi locum impetrarent: quam quod campeſtris eſſet plana & meatu facilis, Betuam nuncupauere. Betere enim vernacula pro commodiore accipimus, vt ſicubi inter montes terra ſe offert plana, nobis ea ſit Campania. Cæterum proceres quos Scuerini fuiſſe cognatos cõſtat, bipartito licet eum poſſidentes, vno omnem nomine comprehendebant. Poſt quos Walgerus & ipſe princeps Aquitanico genere hanc perinde ac hæreditario iure, atque Comitatum Teyſterbandiæ, propter Tyelam degens, accepit: antequam germanus eius iunior Theodoricus à Carolo Caluo Imperatore, poſt Danorum expulſionem, Batauia, quæ nunc Hollandia, donaretur. 10

Batauia. Iul. Cæſar. Eſt igitur Batauia inſularis prouincia bicorni Rheno concluſa, vtroque in Oceanum ſe immergente. Quippe Moſa ex Vogeſo monte in Lingones fluens, teſte Cæſare in Commentariis, receptus quadam parte Rheni, quæ Vahalis inſulam efficit Batauorum ab Auſtro. Neque Moſa longius ab Oceano milibus paſſuum octoginta in Rhenum influit. Hos paſſus à Iulio poſitos, ſi quis dubitans in noſtratia miliaria redigat, procul dubio vndecim circiter conſtituere inueniet, quæ in prædictos à Goricomio ad vſque Oceanum iuſto reſultant calculo. Ab hoc itaque loco vbi Vahalis deſinit propter arcem, ætas hæc Lodeſtequm vocat, paulum vltra Goricomium Batauia ripatenus Dordracum progreditur, Rhenuſque cornu vno ſpatioſo curſu ad Brielas propter os Moſæ ſe affundit Oceano. Altero & id quidem à tergo, Rhenus, quem Plinius dicit ire contra Corum, ripatenus per Doreſtadium defluens ac inde Leydim ad Cattmicum liber nec vllo mixtus fluuio in Oceanum curſu ruit: quanquam noſtra ætate Rhenus fonte ſuo præciſus & ſcopulis collibuſq; arenariis ibidem obſtructus in Oceanum non amplius feratur. 20

Quanta Batauia. His brachiis, tum Moſæ à fronte vbi Vahalim excipit & id quidem ab Auſtro, tum Rheni à tergo propter Doreſtadium, & id quidem à Borea, quicquid terrarum eſt interiectũ ad vſq; Oceanum, Batauia eſt, à Romanis ſic nuncupata, quod baſſa, profunda atque paluſtris. Primam à fronte ſpectandã ſe præbet vrbs Goricomium, principũ Batauorum olim habitaculũ, vbi Danorũ Monarchæ præſidiũ erat validiſſimum, ad Vahalim & Lingam fluuios, quod Theodericus primus potenti manu ſuperauit & fugauit.

Goricomiũ. *Miſerabilis marus æſtus.* Inde Vahalis Moſæ ſe miſcens Dordracum præterlabitur, cuius agros latiſſimos atq; vberrimos, proh dolor, Oceanus atq; Moſa vento gurgiteq; intumeſcentes, præter duos & ſeptuaginta pagos totidemq; turres miſeranter hauſerunt: vt quã vomere Georgi terrã ſcindebant, per eam nunc puppes ac vela nauigent. Dordracũ nobile emporiũ Hollandiæq; metropolis. Sequitur, propter os Moſæ exttemũ, Vlaerdinga peruetuſta, vbi Moſa ingens in pelagus ruit. Quidã veterem à Moſa hauſtum hanc eſſe nouã volunt, coniecturam ab adeſu amplitudineq; fluminis capientes: cuius tamẽ ſub Veſpaſiano Imperatore tanta latitudo erat, vt noſtris atq; Romanis ad nauale prælium ſufficeret, Cereali Romano & Ciuili Batauo ducibus. Hic Sclauenburgum olim erat. Non negauerim antiquiorem aliquando fluminis tritu vel tempeſtatis vi auulſam ad teli iactum potuiſſe retrocedere, ſed irrideo priſcam fluminis amplitudinẽ ignorantes, & nos obtundentes ſuis commentis, omnia fluuios adedere, & ob id Hollandiam quoque cauſantes mox interituram. 30

Dordracum. *Vide commenta hominum.* Alii item ſunt, ſtultitia quadam ſupina: Traiectum contendentes attigiſſe Oceanum. Hoc non inficias eo, non natura aut perpetuo, ſed eluuione aliquando accidiſſe. In ea autem parte, qua Rhenus it contra Corum Doreſtadium eſt, nos *Wyckter duerſtede* dicimus, ſed quam melius Batauoduro rum vel Batauorum appellem vrbem. Tacitus Batauoduros, inter Batauos ponit, vt habitaſſe vrbem Batauoduros coniectem. Nemo facile mihi ob vetuſtatem vrbis originem pandat, prægrandis, inque quinq; miliaria porrectæ, & duobus olim ac quadraginta templorum faſtigiis ſuperbæ. Hanc Sarmatas & Dacos à fundamentis excidiſſe creditũ, & quæ viſuntur modo vrbis antiquę relicta eſſe veſtigia. 40

Doreſtadiũ. *Arx Antonia qua & Vvilteburgum & Traiectum.* *Vvordenum Leydæ.* *Arx C. Caligulæ.* Succedit priſcis arx Antonia à conditore ſic appellata, à victoribus Wiltenburgum, à Dageberto rege Clotarii filio Traiectum, quod ibi Traiectus Rheni & publicanus eſſet, qua Rhenus Wordenum ac Leydim perfluit, cæterarum ciuitatum pulcherrimam, plus miliario ab Oceano ſitam inque altum ad Cattunieum exonerat; vbi oſtium Rheni, & C. Caligulæ ſpecula, nocte cæcis & nauigantibus blandimenti cauſa, facula monſtrans viam. Ego verius arcem Britonum putem quod Britanniam ſpectet, cuius etiamnum viſuntur imo in littore veſtigia, ſi quando Euro pelagus in ſe redit. Ipſæ euulſi lapides è fundamentis, quorum vnus ædium mearum frontiſpicio opera cæmentarii inhæret. At prius quã Rhenus Leydim adit, geminoſe gurgite diffundit: vno per Leydim ad Cattnicum, Oceanumque perit. Altero, relicta vrbe propter arcem Rhenanam, vbi illa Veſtalium dynaſteia, per Zylam ſe diſpergens, Canenefates interluit & paulo

supra Reinichemum, quod est Rhenidomum, ad D. Adelberti grandi sinu in mare vsque decurrit. Olim hic in vtraque Rheni ripa, plurimæ arces, villæ, pagi, horti, ac nemora, quæ à volucrum circumstrepentium garritu, vulgus, Voghelensang, nuncupabat. Insuper delitiarum monticuli, omne genus ferarum, saltus innoxij, agri fertiles, ac paluſtres, aucupiorum omnium conscij, Lacus piscosi, torrentes imbre crescentes ac refrigerantes. Tanta vero ab illo seculo facta est mutatio locorum, fluminum, morum atque hominum, vt vix liceat cuiquam historia complecti. Cæterum quando conuenit Batauiæ me notare præcipuas vrbes, non prætereundi Delsi, nec magnitudine vrbis, nec diuitiis postremi. Ab illa haud ita procul Haga Comitis est, hoc est, dumus aut sepes Comitis, vicus quo Germaniæ Galliæque formosiorem non habent, idemque Aula prouinciæ, magis amæna quam munita, nemore ad delitias & venationem comparato. Senatores in ea viri graues, nobilitate atque doctrina præstantes, quorum est officium de ciuium causis cognoscere, ad quos licet prouocare. De rebus grauioribus publicis consulturi, confluunt ibidem ex omnibus Hollandiæ ciuitatibus delecti. Murorum vicus ambitu caret, ne ad eam venientibus, aut libere loquentibus vllus sit metus. Nec Carnificem propius sex leucis habitare fas est. Medio ferme Batauiæ cursu fluuios aluei excipiunt, Isela, & Lecca; non natura nec semper, sed humana ope effossi, & è Rheno, qui it, contra Corum, corriuati, in Mosam irrumpentes, ad vtramque ripam aggeribus suggestis, pelagi inundationem prohibentibus, de quibus infra latius dicemus. Ad ripam Iselæ inter alias est Gouda ciuitas Hollandiæ nouissima fide in principes, religione erga Deum nulli cessura. Proinde vt rem semel dictam ad confirmationem nostræ historiæ repetam, omnia loca, ciuitates omnes, & pagi, tum quicquid terrarum, Vahali & Mosæ à fronte ad vsque Oceanum, & Rheno à Dorestadio à tergo ad vsque Cattinicum est interiectum, omnium historicorum sententia Batauia est. Non tamen dixerim omnem Hollandiam Batauiam, aut omnem Batauiam Hollandiam esse. Quandoquidem si quid Traiectinæ Diocæsis, nec minus forsam Gelriæ, ad eam pertinet, quod à Mosa propter Goricomium protrahitur vsque Dorestadium, vbi Rhenus primum à tergo Batauiam alluit, in singulis Hollandia non est. Sed hæc est nostra Batauia inter vada sita, circumquaque vt, inquit, Tacitus, quam Oceanus à fronte, Rhenus amnis, tergum eius ac latera circumluit. Hæc est, inquam, illa nostra Batauia, quam Plinius Romanæ classis præfectus, nostraque fere flumina enauigans nobilissimam: Cornelius Tacitus omnium aliarum gentium Germanicarum præcipuam memorat, Romano imperio nunquam tributariam, sed honore & antiquitate sociam oneribusque exemptam viros tantum & arma in vsum prœliorum subministrasse. Eam tantillam nationem, nam quota pars generis humani Bataui, libertatem vindicantem, cui non tributa, sed viri & arma indicta, quæ plenius lib. 3. prosequemur, vbi Batauorum bella, quæ aduersus Romanos gesserunt narrabimus. Batauiæ situm ex omniú virorum doctissimorũ assensu satis descripsimus, quem nisi doctus agnouit nemo. Facessant rudes, aut nostræ adstipulentur sententiæ, Batauiæ descriptionem haud secus inuenient. Cæterum ex his quæ sequuntur videre est, in rebus humanis, fere vt nihil est stabile, & perpetuum; vicissitudinem quæ aliud ex alio efficit, virtutem Batauorum antiquam mutasse, maxime, Romanorum declinante imperio. Nam tum pro innata populis dominandi libidine, fortissimus quique bella capessere, perque phas perque nephas grassari, atque inferiores se subiugare. Quis non videat Francigenas potiuntes rerum, toties bello Batauiam petisse, in quæ diuersas abisse partes, atque indigenas auita & gentilitia superstitione pulsa, in qua post redemptoris crucem septingentis ferme annis misere consenuerant, veram & salutarem Iheſu Christi doctrinam esse amplexos, gentemque liberam atque indomitam pia mente pristinum ac ferocem animum exuisse, tum se & diuinæ & humanæ subiecisse potestati, nec non nobilissimorum quorumque Batauorum animos demulcendo Francigenas principibus conciliasse, qui variis locis in feudum acceptis, nequicquam eorum authoritati derogabant. Hinc Comitatus Teysterbandiæ in quo Tiela & Bomelia, olim in feudum cessit, Cluniæ & Gelriæ ducibus, profatorũ vicissitudine, & aliis alia pleraque loca Batauiæ. At nostra non refert, quæ sibi quique loca acquisiuit, dum mentis nostræ est describere, quali situ, ab orbe condito, qua magnitudine, quorum fluuiorum ambitu, insula fuerit, videlicet, vt Rhenus à leua amnem Mosæ Oceano affundat, à dextra liber ripatenus in Oceanum profluat. Elegans erit, si quæ Aloysius Mediolanensis medicus Archiducis nostri Caroli de peculiari genio Batauorum non minus accurate quam docte edidit, his subiiciam.

Quid crederem intercinentibus volucribus.

Delfum.

Hagacomitis.

Ordines.

Isela. Lecca.

Condita. 1272.

Egregie asseuerater.

Discimus nostram Hollandiã

Batauorum libertas.

Nobile setum.

Admirandapotis.

Sic ferniere decet.

Aloysius Marliamus.

Ego, inquit, Batauię insulã, hoc est, Hollandiã satis admirari non possum, siue rerũ nouitate, siue pulchritudine, siue omnium felicitate. Quid itaque nouum magis quam videre Oceanum cum terris luctantem, terrasque solo palæ intextæ & nodatæ scuto

„ contra Oceanum tutas & victrices. Quid ventos loquar, rotas flatu agentes, cum aquis
„ quotidie pugnantes, & quo vellent aquas deriuatas. Quid denique admirabilius vide-
Talaria inuligiz. „ ri poteſt, quam vno gelu totam concretam hyeme inſulam cernere, vtroque ci-
„ troque huc atque illuc vitorum, fæminarum, puerorumque examina, fer-
„ reis, neſcio, quibuſdam pedibus, tam rapide ferri, vt multos Icaros volantes pu-
„ tes & Dædalos. Redeunte autem anno & appetente vere, quid eſt ea inſula formoſius,
„ quid viridius, quid herboſius, quid deniq; floridius? Spirant vndique opobalſama venti,
„ prata habent, paſcua, nemora, campos, tenent armenta prata, paſcua pecora, feræ ſiluas,
„ lætæ & luxuriantes ſegetes campos. Complet autem cælum omnigenũ auium concen-
„ tus. Scatet enim omnium auium genere, quas aut tellus pariat, aut aqua nutriat. Hæc ſe- 10
„ lix inſula Batauia. Cum ad ciuitates peruentum eſt, libet ciuitates non oppida appellare,
„ offert ſe oculis tanta elegantia, vt ſit non minus difficile, quo male diuertat quęrere, quã
„ facile fortuitum optimumque hoſpitium inuenire. Immundi quicquam importari vetat
„ ianitor, aſperſo ſabulo veſtibulo; intus omnia ſunt ſummæ elegantiæ. Muri tabulati ex li-
„ gno, quod ſponte fluctuantis maris vndas æmulatur, conueſtiuntur. Supellex ingens:
„ Argenti, æris, metalli, tapetiſque picti eſt plurimum: Lineæ telæ candore vincentes
„ niues: pluſquam dici poſſit. Vis dicam vno verbo elegantiam omnium? expuendi locus
„ non datur. Eſt præterea nihil vmquam quo humana vita carere non debeat, præſtantius,
„ quam ibi. Mirum eſt, quicquid beata hæc inſula parit, tam pulchrũ eſt, vt matre Vene-
„ re, editum putetur. Di boni, quales homines, quales fœminas, quos equos, quæ cæ- 20
„ tera armenta, quæ pecora parit! Vltra vero mirari hanc ſoli felicitatem accedit, quod
„ cumulatiorem fortunam faciat copia roſtratarum nauium tanta vt pæne Germanici,
Hollandia Oceani domina. „ Britannici, & Gallici Oceani domina dicatur, quibus ad aſſidua, quæ cum omnibus gẽ-
„ tibus exercet commercia, vtitur. Inſuper tanta eſt lanificii cura, vt ambigere quiſquam
„ poſſit, dicatamne putet Mineruæ hanc inſulam, an Veneri. Lineæ autem pretioſæ telæ,
„ Ochemeniis telis prælatæ, ſummum eſt pretium. Et ne rerrarum benignitati & ſummæ
„ arti mare cedere videretur, tam piſcoſum & beatum eſt, vt piſcando Batavi plus argen-
„ ti & auri venentur, quam extremis laboribus alii effodiant. Hæc inſignis Batauorum in-
„ ſula, quę ſi ea forma priſcis temporibus fuiſſet, poſt habita Cypro, Guido, Papho, Cythe-
„ rea Venus incoluiſſet. Hæc Marlianus omnia ingenioſe, candide, præſtanter. Adiiciam 30
Chryſoſtomus Neapolitanus. „ Chryſoſthomum Neapolitanum, qui Hollandiam peragrans huiuſcemodi de ea ad Co-
„ mitem Mugarolum ſcripſit.

Hollandia omnis, ſicut ego ab incolis intellexi, paſſuum ambitu fere ſeptua-
„ ginta milium continetur: eam à Septentrione ac Oriente magna pro parte Oceanus:
„ ab Occidente bicornis Rhenus abluit: A meridie, quæ nunc dicitur Gelria, olim vt mul-
„ ti volunt Sicambria terminat. Terræ natura eiuſmodi eſt, vt ab Oceano ad interiorem
„ partem ſit paulo deuexior, ſed Rhenus acceptoMoſa multiſque aliis fluminibus, licet bi-
„ partitus, & mutato nomine, in mare influat; tanto tamen aquarum fertur impetu ac ma-
„ gnitudine, vt Oceanum ipſum longe propellat, & tam influens quam refluens, ſupra
Admodum ſenem Roterodami audiui dicẽtem parentũ ſuorum vtperib. Oceanum, vix ſiluam deciſſe Iacobus Braſſica. „ triginta milia paſſuum inundet, ac alterius pæne maris ſpeciem reddat. Quinetiam vel- 40
„ uti à vaſtioribus aquis indignetur abſorberi, cum Oceano tamdiu luctatus, ab omni pẽ-
„ lago illius amarore excludit. Quapropter iratus ille, vt opinor, ab hinc tres & nonagin-
„ ta annos, licentius egreſſus fines, magnam Hollandiæ partem & in ea duos ſeptuaginta
„ pagos immerſit, è quibus omnibus vnum tantum infantem elapſum natu grandiores
„ affirmant, & cum eo felem, vt in iiſdem forte eunis, vterque inuentus innatarit. Heu rem
„ dictu, nedum viſu miſerabilem! Enauigaui ego, nec paruo quidem nauigio, loca illa quæ
„ adhuc exſtant, quæ meminerint aratris proſciſſa, & ferratis peruia plauſtris. Viſuntur ad-
„ huc multis in locis tutrium cacumina, quæ tanquam aliqua ſepulchrorum monumen-
„ ra, cadauera ibi oppidorum, ab aquarum gurgitibus tumulari prætereuntes commonẽt.
„ Hæc Maria ſic Hollandiam ambiunt, ſic paſſim interfluunt, ac per crebras foſſas, & ca- 50
„ nales intermeant, vt faſciatim, modo aquæ, modo terræ, veluti Zonis quibuſdam diſtin-
„ cta cernatur. Neq; vrbs vlla pagufue eſt, quo non currũ & mari pariter poſſis duci. Ne-
„ que vſquã in tota regione. quantumuis penitiſſima eſſe poſſis, vndetrium horarum ſpa-
„ tio non poſſes ad mare excurrere. Loca fere omnia paluſtria ſunt, non tamen inuia, vt
„ non inaquoſæ viæ, qua currus commeant, ſuggeſtis vt plurimum aggeribus; non ſilice
„ aut coctili latere, ſed quadrato ceſpite in ordinem poſito, paſſim ſtratæ, hinc atque
„ hinc aquarum foſſæ lintribus ac nauigiis innatantur. Tum crebri iliices, in quos excre-
„ ſcentes aquæ deriuantur, paludoſa, & vix aliud, præterquam pecori pabulum ſubmini-
„ ſtrãtia, diſtinguũt arua. Mortales ipſi æque prope modũ in aquis ac in terris viuunt, ita vt
„ amphibia, quã terreſtria animalia verius dixeris. Vrbes foſſa & muro cinctæ duodecim

perhi-

perhibentur. Pagi & villæ, quæ neque magnitudine, neq; cultu, quibuſuis oppidis ce-
dunt, ſupra ſex & triginta. Tum viri, compita & magalia ſic paſſim interuecta, vt vix o-
culos vertas, vbi non aliquod ædificii occurrat genus. Vrbes ipſæ, plenis aqua foſſis &
lateritiis mœnibus cinctæ ſunt. Nam ſaxi, & tophi expers omnino regio eſt, tum am-
pliſſimos, ac ad amuſſim vicos habent, & eos quidem glarea nauigiis aliunde inuecta
ſtratos, nulli luto, nulli cœno obnoxios. Curiæ, prætoria, templa, xenodochia, & cæ-
tera id genus publica ædificia, pleriſque in locis auguſtiſſima: priuatarum ædium vna
ferè omnium facies; vna ſtructura eſt; lateritii parietes in altum haud multum aſſur-
gunt, ſed in acuminatam formam, pinniſque quibuſdam ad decorem diſtinctam, deſi-
nunt. Intus è regione oſtii, nam inferiora ædium omnes ferè incolunt, abacus & paries
ipſe aduerſus, grandioribus ex nitenti ære peluibus & peltris, vt aiunt, omnis generis
lancibus & poculis inſtructi, prætereuntium oculos ad ſpectandum inuitant, ac radian-
di quodam fulgore luminum arcem pæne perſtringunt. Bone Deus, quis vaſo-
rum nitor, quis lectulorum, quæ menſarum lautitia, quis mantilium, quis mapparum
candor, qui ſedium ornatus, quæ deniq; parietum; quæ ſoli, quæ rerum omnium cæ-
terarum munditia! Cœnaculorum, dietarum, cubiculorumve pauimenta leui aſper-
guntur arenula, vt ſi aliquid immundum in ea caſu aliquo decidat, ſi cœnoſa fortaſſe cu-
iuſpiam veſtigia in ædes inferantur, fœdari pauimenta non queant, ſed verri ſcopis e-
ueſtigio ſordes facilius poſſint, antequam ſolo inhæreant. Hominum genus, vt pla-
nè inſpexiſſe videor, maximè induſtrium & negotioſum, ſed verſutum & callidum.
Mulieres vt pulchræ, vt lactææ, vt ſimplici munditia omnes, ita partim mercaturæ per-
tractandæ, partim lanificio aut linificio potius, dies & noctes intentæ. Buculatum
& equarum ingens numerus, illarum lacte non magis aluntur, quàm ingentes calcos
quoſdam conficiunt. Equarum ſeruitio ad currus trahendos, quorum in Hollandia fre-
quens numerus eſt, magis vtuntur. Hactenus Chryſoſtomus Neapolitanus. Rectè equa-
rum meminit, quas patibus ferè notis binas in plauſtris iungunt. Sed & nobiliũ equo-
rum palma gloriantur, quod ille ſubticet, quippe Romanis olim ſuppeditauere equos
prælio aptos, ſelectos, robore valido ac corpore ſolido, pectoribus latis, tum muſculoſa
nodoſitate præſtantes. Neque abeſſe poteſt, vbi res aliqua abundè ſuppetit, quin vſus ibi
eiuſdem ſit, vt Plutarchus in vita Othonis inter omnes qui equo merebant, Batauos eſ-
ſe optimos teſtetur, quorum virtute nomen Romanum victoriam & laudem poſſide-
bat, vt eorum factis gloriarentur ciues, lætarentur ſocii, gemerent hoſtes. Regio eſt pla-
na, paluſtris & aquoſa, fluminibus, lacubus atque ſtagnis irrigua, vbere gleba & viri-
dante ſemper gramine, armentis magis quam frugibus accommoda. Ignem luto pa-
ſcunt, (nam haud nemoroſa vt olim) quod, ferreo circulo longæ haſtæ adfixo, ex eo de-
pendente reticulo præter fidem imo profundi foſſarum auellunt, dein quadratum in ce-
ſpitem (prius calcatum) ligone effingunt, congeruntq;, mox ita factum vento ſoleque
ſiccandum, domumq; auchunt lintre. Inutilior tamen eſt ignis ac graueolentior fumo
aſſiduo. Opulentior regio, quàm credi poſſit: commune omnibus emporium, quouis
tempore quaquauerſum mare nauigantibus. Gratiora ſunt per mare allata, quàm do-
mi naſcentia emolumenta. Gens ſtatura elegantior, ingenuis viribus, effigie liberali,
quid multis, venuſta admodum ac mirè munditiei dedita. Seuera vt apud Germanos, *Batauorum ingenium.*
ita eam, matrimonia, rara adulteria, vnquam matrimonia multiplici pænè ſobole fœ-
cunda ac beata. Gens fidelitate conſpicua, ſimplex ac columbina, pietati ac religioni
addicta, lento ingenio niſi plurimum laceſſita, vindictæ haud apperens, grauius etſi ir-
ritata inſtat, & ſeuerius animaduertit. Non eſt alia gens æquè ad humanitatem pro-
penſa, cui minus feritatis adeſt & truculentiæ, abſque inſidiis & fuco, prouerbiorum di-
cteriorumq; diues, vt tota non eſſe aliud quàm falſa videatur: at nulli vitio magis, quàm
voluptati obnoxia, quippe conuiuiis atque epulis addictior, hanc rem iuuante, mira re-
gionis omnium rerum exuberantia, quam voluptates ſequi ſolent, atq; Oceano; quod
ex vndique patet, vt quæ paſſim nauigabilibus ac piſcoſis fluuiis ſit vberrimis. Ad hæc
auium infinitam copiam paludes ſaltuſq; ſuppeditant. Domeſtici nitoris elegantiam v-
ni concedunt Hollandiæ negociatores, quibus pleraq; pars orbis eſt peragrata. Neque
alia eſt inueniri regio, quæ ſimili ſpatio, tantum oppidorum contineat, mediocri quidẽ
magnitudine, ſed incredibili re publica & ornatu. Mediocriter etiam eruditorum nuſ-
quam gentium frequentior numerus, quod in patria glorioſum. Quibus decurſis, ad
Zelandiæ & Friſiæ deſcriptionẽ propero, quæ prætereunda haud eſt, quod vnius prin-
cipatus atq; ditionis prouincias noſſe non ſolum iucundum, verumetiam vtile eſt. Ve-
rùm, paulò altius hactenus incognita quamplurimis, vt innoteſcant, repetenda ſunt.

Rhenus Alpium Rheticarum inacceſſo ac præcipiti vertice oriundus, per fines Slue-

tiorum, Rauricorum, atque Vangionum occidentem versus in Oceanum Septentrionalem tribus irrumpit ostiis: Helino, Fleuo, & qui contra Corum it. Rheno; & hæc vniuersalia sunt Rheni ostia, licet alia particularia sint in Oceanum exeuntia. Illa qui vult ad amussim intelligere consulat Plinium, cui habenda fides, quod Romanæ classis præfectus, nostra fere flumina enauigauit, & res Germanicas attigit. In Rheno autem, „ait ipse, propè centum millia passuum in longitudine est nobilissima insula Batauorum, „& Canenefatum, & aliæ Frisiorum, Caucorum, Frisiabonum, Sturiorum, Morsatiorum: quæ quidem insulæ sternuntur, inter Helinum & Fleuum, ita appellantur ostia, in „quæ effusus Rhenus, ab Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Mosam se spar„git, medio inter hæc Coro, modicum nemini suo custodiens alueum. Endilucidam nostram prouinciarum descriptionem compendio decursam. Quippe duo esse extrema ostia Rheni, Helinum & Fleuum eo authore manifestum est, priscum nomen retinentia. Nam Helinus idiotismo nostro, D' Wiellinghen, contra Austrum: Fleuus, T' flie, contra Septentrionem est. Tertium, quod medium, & is contra Corum, Rheni nomine per Traiectum ripatenus ad Gattuuicum in Oceanum decurrit, & efficere insulam Batauorū demonstrauimus. Ad Austrum defluentem, Oceano vbi fit propior, Mosa pænitus Rhenum absorbet, latissimum aquarum campum aperiens ad Schaldim vsq; Gallicam, indidem plurimis ostiis, quod vult Cæsar in Commentariis, atque insulis effectis. Nam illic Zelandia est. atque in ea insula plures viginti; tandem ad ostium extremum quod Plinio Helinus, propter Valachriam Rheni insulam extremam, quam Mosa efficit, se affundit Oceano: vbi Mattiacum celebre emporium, Veræq; præclaro stemmate Bochaliorum famosæ. Insulanes, Zelandos indigitamus, quod gentem maritimam sonat: Mare enim perpetuò reciproco motu insulam circumuadit. Qui autumant has insulas olim fuisse inuicem annexas, testimonio Cæsaris conuincuntur, narrantis, Rhenum vbi Oceano propinquat ad Austrum plurimas efficere insulas, quarum magna pars feta ac barbara est, piscedula, ouisque auium vescens, licet hac nostra ætate insulæ sint feracissimæ glebæ, & ditissimæ & cultissimæ, pæneque victitent suauissimo & candidissimo ibidem nato. Sed arboribus quasi nudatæ, quod per maris tertæque salsuginem earum radices nec vigere nec senescere licet. Insigniores insulæ, Valachria, Scaldia, & Suytbenelandia. Valachriam quidam à Gallis denominatam volunt transmutata litera Walachriam. Eo loci repertum marmor vetustissimis characteribus Herculis nomen prodens, quem aut appulsum hîc olim, aut sacram illi fuisse hanc insulam multis persuasum est. In hac, Armuda, portu commendabili exterisque notissimo. Scaldia insula à fluuio præterlabente nomen accepit, vbi Cyriacum est oppidum. Suytbenelandia tum ab euentu, tum situ ita nuncupata, quod fluctuum quassatione tremula fixo non sat solo videretur, antequam aggeribus cingeretur, & quod Scaldiæ Austrinæ est aduersa. Fleuus Septentrionale ostium Rheni permagnam aquarum copiam trahit, eius medio post varium longumque discursum insulam Fleuum à se nominatam amplexans. Inde se cogit, & in ripas atque lacus effundit, propter Scellingam & S. Brandarii insulam; vbi sedes habent Frisii minores, sic enim eos appellat Tacitus; nos Occidentales. Tertium autem Rheni ostium vbi Batauia est nobilissima prouincia, vt abundè suprà declarauimus, in medio consistens. Sunt vltra hoc Canenefates qui Kinhemari à riuulo Kinhem Rheni, terram eorū à Rhenanis diuidente, estque inter Almeriam & Middelburgum castrum. Gens illa partem insulæ colit, inquit Tacitus, origine, lingua, virtute, par Battauis, sed numero superantur. Huius tres sunt ciuitates; Herlemum, primaria, ampla & amœna vicinitate sylvæ: Almeria & Beuerwicus: pagi quadraginta duo aut circiter. Dein, Frisiabones, qui modo Waterlandi, non absre. Inter vada enim vndique fluminibus cincta & palustris est insula in Rheno contra Septentrionem. Ciuitates habet Edamum, Monnickedamum, Purmerendam; plurimos etiam pagos. E regione Amstelredamum splendet nobile emporium Septentrionalium. Est tota hæc vicinitas armentosissima, vt etiam homini mediocri sæpenumero sint quatuor & viginti vaccæ; vt quidam exisitimarint ex tribus pagis, eius regionis, quibus Asendelfum seorsim annumerant, prouenire lactis tantum quantum vini circumquaque Rhenus suppeditat, præter Bonnam: Incolæ, agricolæ & nautæ, quàm solum tam salum colentes: per æstatem nauigantes, per hyemem se condentes, geniumque curantes, fœminis rerum cura demandata. Victitant lacte & caseo, quo grandescunt in iis, ossa & robur. Palustrem agrum docent ferre triticum quo non aliud sapidius, suaueque adeo vt nihil in eo desideres, quem limo stercorant è fossis reticulo vulso, & per ripas sparso, simo admixto. Equos non habent nec plaustra, aut si habent non tam frequentia, sed lintribus fœnum in fœnilia vehunt.

Lib. 3. nat. hist.

Helinus alterum ostiū Rheni extremum.

Wiellinghē T' flie.

Mattiacū. Vera.

Valachria, Scaldia, Suytbenelandia.

Armuda.

Cyriacum.

Fleuus.

Canenefates.

Frisiabones.

Asendelfi famosi ab abundantia lactis.

vehunt. Atque vt semel finiam, si vsquam prisca est nostratium virtus, in hoc terrarum angulo latitat. Extremi ad Fleuum Septentrionalem sunt Frisii, antiquo nomine; quos Tacitus in maiores & minores diuidit. Plinius in Caucos, Sturios, & Morsatios: Nos in Occidentales & Orientales. Occidentales sunt Frisii minores & Cauci. Orientales Frisii maiores, Sturii & Morsatii. Frisii minores siue Occidentales, cis Fleuum incolût, quorum caput olim Verona, quam Florentius deleuit, auroq; fabris vendidit. Haud longè ab Almeria distat, vbi Frisiæ initium contra Canenefates. Est sanè campum, atq; arua, cœlumque & flumina, totumq; insuper loci situm persuadere, vrbem fuisse olim gratiosam & pulchram. Iuxta sunt Horna, Enchusa, Medenblicum, multi item pagi. Hi sociis Canenefatibus ausi primùm in Romanos insilire Vitellio imperante, ante Vespasiani tempora, silentibus & dissimulantibus Batauis. Sæpe rebelles, vt & Guielmum temporibus nostris egregiæ indolis ac bonæ spei iuuenem electum in regem Romanorum interfecerunt, sed post vnam euersam Veronam, multum illis flatus resedit. Vltra Rhenum Frisii maiores & Orientales: illic Sturii nunc Staurei dicti. Staurea vrbs olim fertur fuisse potens atque opulentia minimè vulgari, vt propylea sellasque præ foribus ciues, luxu Asiatico, argento inuestiuerint. Periit tandem eorum procacitas & ambitio, non minus voluntate superum quam mortalium voto. Morsatii quos indigitamus Oseuen Wolden, extremi sunt Comitatus. Quippe Hollandiæ Comites ab Helino extremo Australi Rheni ostio vltra Fleuum Septentrionalem ad Laurentem vsque agrum à Francorum regibus insulam partim dono acceperunt, partim imperium virtute bellica, multis vtrimque illatis damnis, in Frisios propagarunt. Cauci ad interiora vergunt loca; ea gens media, inter Rhenum qui it contra Corum, & illum qui ad Fleuum deriuat. Nempe à Frisiis ineipere & partem littoris occupare author est Tacitus: Plinius etiam hic eos inter Fleuum describit. Hanc gentem Drusus Octauiani priuignus primus subiugauit, teste Liuio. Cauci maiores ad Albim vsque Ptolemæo authore Occatenus se porrigunt. Saxo Grammaticus haud contemnendus scriptor in historia Danica hunc in modum Frisiam esse aperit. Diues agri prouincia est, pecoribus opulens, cæterùm confinis Oceano patet humilis, ita vt interdũ eius æstibus eluatur, qui ne irrumpant vallo littus omne præcingitur: quod si fortè pfregerint, inundant, campos, vicos & sata demergunt; neque enim illic locus natura alius alio editior exstat. Maximos interdum frugum prouentus beneficio Oceani inundantis assequitur, vt plus vtilitatis an periculi incolis afferat ambiguum exstet. Quippe tempestatis magnitudine præruptis æstuariis, quibus apud Frisios maritimi fluctus intercipi solent, tanta aruis vndarum moles incidere consueuit, vt interdum non solum agrorum culta, verùm etiam homines cum Pænatibus obruant. Inundationem nonnunquam comitatur feracitas; gramine tellus exuberat: torrefacta in salem gleba decoquitur: hyeme continuo celatur æstu, stagni faciem præbentibus campis: vnde & in qua rerum parte locanda fuerit, pænè ambiguum natura fecit, cum alia anni parte nauigationis patiens, alia aratri capax existat. Incolæ eius, natura feroces; corporibus agiles; animi & grauem armaturam contemnunt; ancilibus vtuntur; missilibus dimicant; agros fossis circumdant; saltus contulis æduntur. Pænates in editum subiecto glebarum aceruo prouehunt. Hæc ille.

Frisii Occidentales.

Verona.

Frisii Orientales.

Morsatii.

Cauci minores.

Liuius.

Cauci maiores.

Saxo Grammaticus.

Habes, candide Lector, nostræ & contiguarum prouinciarum Geographiam, situm & magnitudinem, limites, priscas etiam appellationes, nouis commutatas. Vtinam, hanc operam nostram, non dico industriam, pleriq; boni consulant. Ego tametsi omnium primus hæc fuerim ausus, nequicquam tamen derogem prisceis, quotquot de rebus nostris scripserunt, quod ferè latitat apud eos veritas; præsertim cùm hoc mihi propositum atque in votis semper fuit, vt longo ævo obliterata in hominum memoriam reuocarem, & fores aperirem veritatis haud vulgari facilitate, quæ vt friuola explodenda, I. Cæsaris, Plinii, Taciti, Ptolemæi, cæterorumq; authoritate atque testimonio fultus tanquam magno quodam præsidio. Æquos censores admitto, si qui contra me prodierint, non vt blaterones inania verba, sed eruditi probatiores authores, validioraq; argumenta adferentes; alioqui eadem facilitate contemnam, qua me reprehendent. Quibus dum prima fronte fortasse aliter quàm res & veritas est, dixisse videbor; abesse enim non potest; illi quin hoc cogitent, præsertim plurima loca, & flumina, aliorsum partim inundatione, partim aggeribus secluſa atque deriuata hac nostra tempestate conspiciunt: sed penitius & ad vnguem, quod aiunt, hæc mea examinent æstimentq; prius, quàm aut iudicent aut vituperent. Perdifficile nouis fidem, dubiis authoritatem, firmam vetustate obsoletis opinionem vendicare. Iam ad res ipsas veniamus, & paulò altius ab earundem primordiis reconditis, vti promisimus, exordiamur.

ARGVMENTVM
Libri Secvndi.

Primordia rerum paulo altius hoc libro repetuntur. Noe prædicatio & oraculum de futuro cataclysmo. Arca quando fabricata : Gigantes diluuio exstincti : In monte Gordiæo arca hæsit, vbi Noe condidit ciuitatem Sigalbinam : Noe pro Deo veneratus : Græcis, Ogyges ; Romanis Ianus, Deorum tam maiorum quàm minorum pater : Coloniarum author : Decem ac septem filios post Cataclysmum ex Tytea vxore sustulit ; quæ veteribus Vesta & Cybeles. Tuiscon Germanorum parens, Mannum genuit : ab hoc Ingenon filius ; à quo oriundi Frisii, Batani, Cauci : Fabula ex Annalibus vulgaribus, de origine Batauorum ex feminis Assyrijs. Brutus Albium accesit : Pulsi Gigantes in Batauiam appulere. De Catthis, authore Tacito : Primordia nostræ gentis veracissimè aperiuntur : Primus Augustus Cæsar Batauiam ingressus : Romano imperio subiecit, non vectigalem, sed veluti imperij sociam : Drusus Augusti priuignus Batauis regem præfecit : Ludicra C. Caligulæ in Batauos expeditio : Arcem Britonum exstruxit : Claudius Cæsar deuicta Britannia in Batauiam delæus : Corbulo legatus inferioris Germaniæ, Gamnascum Canenefatem mare infestantem vicit : Frisios rebellionem cogitantes cohibuit : Bermissum alueum sui vt foderent imperauit : Antonius Senator à Nerone proscriptus arcem Antoniam condidit : Sub Nerone Frisii per lacus & paludes venere, vt si quid agri in Batauia vacuum cultoribus esset, occuparent : Hos Auitus Britanniam administrans remigrare coegit : Sic & Tencteros & Bructeros : Verritus & Malcorix Romæ memorandum administerunt.

LIBER SECVNDVS.

MVNDVM à Deo rerum omnium conditore in principio creatum, sacra nobis aperit Historia, sempiternum licet Chaldæi falsò sibi persuadent, ignemque principio cuncta tenuisse, atque sensim elementa in sua loca euntia mortales produxisse. Græcorum etiam vanitas est, post Chaos genus humanum ex putrefacta humo prodisse : quod repetit Diodorus libro primo. Falluntur mediusfidius qui ita loquuntur, aut Mundum non fuisse creatum, vt quidam Philosophi, quum præter sacram Historiam in confesso sit, factum à Deo è nihilo, in quem Adam primus humani generis parens è Paradiso missus, quod decreto siue edicto diuinæ Maiestatis morem malè gesserat : qui mox ex vxore Eua masculos duos suscepit, quorum pacem mutuamque concordiam acerrima fregit inuidia. Maior enim Cain, fratrem Abel, dolosè interfecit. Quod ob tantum facinus, factus absistentus cum vxore profugit in montem Libanum, in quo vrbem grandem condidit, quam à primogenito suo fecit appellari Enos. Diruræ ingentis molis fundamenta visuntur. Incolæ Cain appellabant ad deprimendum factam patris Adam reliquam sobolem, fratriscque Seth, sanctè iustitiam colentis. Habitauere eam Gigantes vniuerso orbi imperitare volentes, qui labente tempore, corporis animique viribus egregiè abuti, neminem non lacessere, libidini inseruire, scelus sceleri addere, consumere mortales in pastum, matrum abortus ad epulum instruere, ac si abortus illis essent oua, & humanæ carnes altilia. Non tantopere id admirandum, cum & hac nostra ætate ad Meridiem instar faciant barbari in insulis, quarum Hispaniarum rex Ferdinandus aliquot sibi armis subiecit, castrantes & saginantes captiuos, quorum esu tamquam pecudum pinguescant. Ptolemæus quoque in Geographia Æthiopes anthropophagos annotat. Plinius item, Scythas, humana carne vescentes. Insuper nullum veriti flagitium facinusque admittere vim omnibus inferebant : non mater, non soror, non filia, non masculi, ne bruta quidem libera erant ab incæstis corruptelis. Tum multi vaticinari & ventura loqui, orbis interitum : alii vaticinationes suas topho inscribere, alii cortilibus laterculis : quæ illi illudere omnia, monitorumque voces petulanter spernere. Erat vir Noe inter eos religione rerumque diuinarum scientia præstantior è Syria Phenicæ ; ille non sine iussu diuino, futuram accipiens calamitatem,

Diodorus.

Enos.

lib. 7. natur. histor.

mitatem, octauo & septuagesimo ante diluuium anno arcam est fabricatus, in quam se atque tres filios, Cham, Sem, & Iaphet cum vxoribus, Tytea magna, Pandora & Noela & Noegla diluuii momento reciperet. Hic mihi aduersari volo neminem. Est quidem Deum, centum & viginti annis ante diluuium Noe demandasse, vt eam faceret, sed in præparandis necessariis annos duos ac quadraginta collocasse, (vastitenim operis futura erat) & ab opere incepto, septuagesimo octauo anno ante inundationem, in illam ingressum, quod vult Berosus Chaldæus: cùm repentè ira cœlestis exatsit, plenos flagitii mortales, inaudita calamitate puniens: exundabant Oceanus ac cætera maria omnia: fontes, abyssi ac flumina ebulliebant; agmenq; aquarum ingens, totis quadraginta diebus vsùm è concretis nubibus cadere, omnemque montem quindecim cubitis superare, quæ omnia calamitatis internecinæ notæ. Diluuium fuisse nouimestre asserit Solinus in Collectaneis, Moses in Genesi, & Xenophon libro de æquiuocis. Decimo verò mense post expiatam à mortalium flagitiis terram; subsidentibus sensim aquis, Deli, montiumque cacumina in Armenia maiore apparuisse, quod idem vult Solinus; hæsisseque arcam propter Araxim fluuium iugi Gordiei montis Armeniæ: cuius ærumnæ præter Mosen, meminere quoque Berosus Chaldæus, Maseas, Phænix, Manethon ac Hieronymus Ægyptii, aliique rerum scriptores. Itaque deuectis antiquos in sinus aquis, aperienteque se terræ globo, Noe cum vxore ac filiis descendere de monte in subiacentem planiciem, & ad posteritatis memoriam sempiternam, ærumnam tantam perpessam monumento notare, secundum Philonem & Hebraicam veritatem anno à creatione mundi millesimo, sexcentesimo, & quinquagesimo sexto. 1656.

Arca Noe. *Narrat Genesis.* *Berosus.* *Solinus.* *Moyses.* *Xenophon.*

Appellant incolæ locum, egressionem siue exitum Noe: vbi ciuitatem exstruxit Sagalbinam, hoc est, pontificiam, sacraque colentem. Quippe Noe, teste Moyse, primus pontifex cum filiis & vxoribus, Deo Optimo Maximo supplicaturus, sacrificia & holocausta obtulerit. Cæterùm vniuersim collapsi generis humani ita volente Deo reparatores Noe & Tytea, Cham & Noegla, Sem & Pandora, Iaphet & Noela gignendo fuere: Cui Noe dictus omnium Deorum maiorum & minorum pater, humani generis author, & Chaos, & semen mundi, rex primus, & Monarcha aurei seculi. Et quum Theologiam sacrosque ritus traderet, rerum naturalium secreta mandaret literis, astrorum notaret cursus, annum ad solem, menses ad motum lunæ metiretur, illum sui temporis, dicere, diuinæ esse naturæ participem, cœlum & Solem cognominare, venerarique atque animam mundi, mouentem cœlos, & mixta vegetabilia, & animalia & homines: insuper Deum pacis, iustitiæ, sanctimoniæ, pellentem noxia & bona custodientem. Tytheam quoque coniugem omnium matrem dicere, & Aretiam à virtute, & Cybelen, id est reginam sacrorum, & Vestam id est ignem; quem sacrum virgines docebat ab exstinctione & interitu conseruare. Noe quoque Romanis, Ianus: Græcis, Ogyges: idem, Vertumnus: penes quem est vasti custodia mundi, iusque omne, vt est apud Ouidium, vertendi cardines rerum: & Protheus quem multiformem poetæ fingunt.

Noe cognominatus. *Secundum Apuleium credidit miscuisse numen Lunæ vegetare.*

Iani bifrontis statua ad radices olim Capitolii erat: ligneam Romulus fecerat: Numa æream, in manibus ferentem sceptrum & claues, numerumque anni 365, omnigenamque in veste formam. Sem, filius Noe primogenitus, qui & Samus: Melchisedech ille est, Abrahæ panem & vinum offerens; de cuius genealogia Hebræi sunt, Abraham & Christus in lege promissus. Alter Noe filius Iaphet siue Iapethus, à quo Gomerus, Tubal, Samothes: Gomerus Italiam: Tubal, Hispaniam: Samothes Galliam est partitus. Tertius & adolescentior Noe filius, Cham siue Cameses, qui & Zoroastres dictus, & Saturnus Ægyptius, & Pan, & Syluanus, corruptela humani generis. Veneficiis, verbis & incantamentis carminum studebat, persuadebatque promiscuè vtante inundationem, coeundum. Ob quæ scelera, pietate, castimonia ac pudicitia admodum probatus pater, eum in viam extrusit, eiecitque foras: quem vbi se despicere & alios amare videbat, vino obrutum, & vigorem eius non callentem, minus pudicè in terris iacentem derisit, taciteque carmen submurmurans, manu strati prendens virilia, hoc pacto sterilem fecit; vt exin Noe fœminam nullam vberem facere & fœcundare posset: Quamquam post Cataclysmum Noe ex Tythea vxore filios septemdecim susceperit, quos à matre appellauit Tytanas; quorum vnus Tuyscon, Germanorum parens, quod mox docebimus.

Sem. *Iaphet.* *Thuyscon Germanorū parens.*

Noe aurei seculi Monarchæ imperium, ad Nini vsque durauit annis ducentis & quadraginta nouem. Qui Ninus; Babyloniorum rex; cuius auus Nymbrothus siue

Nembroth, filii Curetis, filii Cham, & orbem laceſſere primus audebat, imperium ambire, gentesque ſubiugare. Hoc ſeculum verè aureum, ſi modò dicendum imperium, vbi ſecura pax, nulla ambitio, nulla diſcordia, nec metus pœnæ, vitæque otium mortales tutò & tranquillè agat. Tum glans ſponteque naſcentia clarique lactices humani generis deliciæ erant filiiſque Noe primis heroibus atque principibus orbis non lege, at natura obtemperatum.

Seculum aureum.

Cæterùm multiplicato in immenſum humano genere, quippe binos ſemper matres ac geminos partu ædebant quàm maſculum tam femellam, ex Armenia diſcedere eos, nouaſque ſedes conquirere ſibi neceſſariò perſuaſit, cætuſque hominum agere, & ædificare vrbes. Itaque quales ante diluuium viderat, deſignauit ad hoc, Aſiam, Aphricam & Europam, ſinguliſque ſingulas earum partes inter ſe fecit ſortiri. Cham, in Ægyptum; Sem, in Syriam; Iaphet in Europam abire compulſus: atque Nembrothum creauit Saturnum primum Babyloniæ: Lybiæque Tritonem: Aſiæ Orientali, Gangem: Arabiæ felici, Sabum: deſertæ Arabum præfecit, Canan, Phœniciam: Emathius, Macedoniam: Tyrus, Thraciam: Gomerus, Italiam: Tubal Celtiberiam: Samothes Gallos: Tuyſcon Sarmatas tenuit ſorte ac Germanos: qui orbis primi heroes atq; principes, coloniarumque duces, ad memoriam ſempiternam, loca, flumina, montes, nec non vrbes abs ſe cognominauerunt. Vixit Noe poſt diluuium annos trecentos ac quinquaginta, quod Moſes & Beroſus aſſeuerant; è quo irrefragabiliter credendum, vixiſſe temporibus Abrahæ: quum à diluuio ad Abraham, vt ait Philo, anni intercedunt nonaginta duo ac ducenti. Defunctus itaque vita, anno Abrahæ quinquageſimo octauo, Italiæ in Ianiculo, propter Tyberim ſepultus. Proinde Germanorum ſplendidiſſimum nomen, cum tempore, tum origine. Cæpit nempe aureo ſeculo principe Iano, primiſque diis, id eſt iuſtis principibus Iani filiis. Quippe Tuyſcon Noe filius, quem primum Germaniæ regem fuiſſe annotauit Beroſus: à Rheno ad Tanaim; ab Adula monte ad Menſenbreiam; quare etiam Sarmatiæ præfuit. Nam Adula mons qui Moyſi Adura haud procul abeſt à lacu Conſtantienſi; cuius terminus eſt, inter Galliam & Germaniam, vbi fontes Iſtri, qui & Danubius. Menſenbreia quam idem Sepharan vocat, vrbs Thraciæ, in fine montis: hic Tuyſconi natus filius Mannus, à quibus Germanos Tuyſcones & Alemannos, quàm Latini, tam Galli nominant. Poſteritatem Tuyſconis Noe ſibi filios adoptauit, vt non aliorum, quo magè præcellunt Germani, nobilitatis atque adoptionis prærogatiua, vt in arbore eſt Beroſiana. Anno quarto Nini, qui annus nonus atque vigeſimus ante natum Abraham, literis & legibus Tuyſcon Germanos formæ prope Rhenum, quod vult Beroſus. Idem egit Tubal apud Hiſpanos: Samothes, Gallos.

Exemus in coloniæ à reſtauratione mundi 131.

Beroſus.

lib. 4. Antiquit.

Eant modò Græci principia quarumque rerum ſibi vendicantes, neſcii multò ante Cadmi ætatem, Germanos, Gallos, Hiſpanos, literas, philoſophiam, poeſim atque Theologiam, didiciſſe. Regnauit Tuyſcon annos ſeptuaginta quatuor ac centum, à duodecimo anno Nimbrothi aduſque ſextum Semiramidis. Mortuo ſucceſſit Mannus, à quo Alemannus, hoc eſt fluuius, ſiue alueus Manni: Ale enim Thalmudiſtæ alueum interpretantur, Luxanæ lacum incolæ nuncupant, in quem ad pontem Gebennæ Rhodanus effluit, vt ab his Alemannos cognominari, nulli dubium eſſe poſſit. Nempe Tuyſcones, filii cœli & terræ Iani Priſci, & Veſtæ, hoc eſt, Noe & Tythææ: Alemanni nepotes. Mannus tres genuit filios, Ingeuonem, Iſtuonem & Hermionem, hi Germaniam trifariò ſunt partiti. Ingeuoni natu maximo proxima quæque loca Oceano ceſſere; à quo oriundi Cauci, Friſii & Bataui. Iſtuon Rheno vicinior, Hermion natura ferox ac acer, media tulit. ab hoc Sueui & Saxones. Rei huius veritatem poſt Beroſum & Plinium ſingulari teſtimonio comprobat Tacitus de ſitu & moribus Germanorum. Celebrant Germani carminibus antiquis (quod vnum apud illos memoriæ & Annalium genus ſit) Tuyſconem Deum terra editum, & filium Mannum originem gentis conditoremque. Manno tres filios aſſignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingæuones, medii Hermiones, cæteri Iſtæuones vocantur. Hos ſequitur Marſus ſecundum Beroſum, à quo regio Marſorum Germaniæ, quem ferunt primùm Germanos docuiſſe agere concilia cætuſque principum, & ſeruare inſtituta legum. Dein Gambrinius ferocis animi primùm corona regia ac diademate, totius Germaniæ conſenſu inſignitus. Plinius & Tacitus appellant quoſdam Germaniæ populos Gambrinios, & regionem Gambriniam. Ad hunc profectus Oſyris Ægyptius, Germanis agriculturam tradens, & docens mandare ſemina terris, frumenta molere, panes pinſere, potum ex hordeo & aqua miſcere, Quod ob benefici-

Mannus.

Ingeuon, Iſtæuon, Hermion.

Regnauerũt temporibus Iſaaci Patriarchæ.

Beroſus. Plinius. Tacitus.

Marſus.

Gambrinius.

Iupiter influxus ex Chã

ficium appellabant Iouem iustum. Lustrabat orbem vniuersum, atque illi imperabat, Gigantes impios è medio tollebat, deamans bonos & iustos. Peragrauit omnem Æthiopiam, Aphricam, Asiam vsque ad Indorum desertos fines; exque Asia per Hellespontum traiecit in Europam: Thraces, Macedonas, Italos, Germanos, Gallos, Hispanos quoque penetrans, cum immenso coloniarum exercitu. Militiæ suæ Herculem præfecit corporis robore ac vastitate terribilem, & genere sibi proximum: duos item eius filios, Macedonem & Anubim: huic canis, illi pro insigni lupus erat. Hanc orbis peragrationem, teste Xenophonte, signant Ægyptii literis sacris; dracone, leone, lupo & cane. Illi habitatio in Olympo, & regnum perpetuum decretum, diuinosque honores fecerunt. Huius Iouis & soror & coniunx Isis, Ægyptia Iuno appellata, & Ceres, & frugifera, & legifera, quod prima fruges inuenisset, legesque tradidisset. Ex hoc tandem fonte error omnisque superstitio gentilium emanauit, dum vt diuina stirpe nati viderentur, posteri diuinos honores parentibus detulere. At quis non iure miretur, hominem homini beneficii vllius gratia diuinos deferre honores. Deorum pondus haud tellus ferat, si inde petita diuinitas, quod omnis soboles, eorum ex stirpe nata, diuina erit. En consecratos superstitione deos, fomitem impietatis atque petfidiæ. Ex ordine Genealogiæ Tuysconum regum, succedit Sueuus; à quo numerosa illa gens Sueuorum, priscum nomen retinens, quo tempore Iosephus à fratribus venditus, & in Ægyptum ab Ismaelitis est asportatus. Dein, Wandalus, à quo Vindelici, quod nominis argumento constat. Tum Teutones, sacrificulus; qui & Mercurius Germanorum dictus, quod sacros ritus & pecudum immolationem primus instituisset. Ab hoc Germania Teutonia; Germani, Teutones dicti.

Noe filio & Rhea genitus.

Hercules. Macedo. Anubis.

Xenophon.

Isis, qua & Iuno Ægyptia.

Cultus deorum vnde originem sumpsit.

Sueuus rex.

Wandalus. Teutones.

Postremus apud Tuyscones regnauit Hercules Alemannus, ita dictus ob corporis animique inuictum robur, vt qui aliquod facinus memorabile patrant, Hercules appellamus, quod in Saturnalibus Macrobius annotauit. Amicum illis fuisse Herculis nomen Tacitus refert, hunc Herculem, inquiens, ituri in prælia canunt; suntque carmina, quorum relatu (bantitum vocant) accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur: terrent enim vel trepidant acies, prout sonuit, nec tam voces illæ quàm virtutis concentus videntur. Hanc genealogiam Germanorum regum, Berosus, deflorator Chaldaicæ historiæ, per septingentos fermè annos prosequitur. Sciendum pro successione & nomine Ducum etiam Germanos nomen mutasse. Ita à prima origine in genere Tuyscones à Tuyscone; quanquam in parte, eorum alii Ingæuones, alii Istæuones & Hermiones essent. Dein Sueui, à Sueuo: Alemanni à Manno: Teutones à Teutone; postremo à Romanis, vt Tacitus asserit, Germani dicti: Germaniæ vocabulum, inquit, recens, & nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerunt, nunc Germani vocati sunt. Ita nationis nomen non gentis eualuit paulatim, vt omnes primùm à victore ob metum, mox à se ipsis, inuento nomine Germani vocarentur. Iam libet referre quod Annales fabulantur, Batauiæ mattem originemque esse Asiam, imò ex Assyria nos oriundos, qui hunc in morem rem illam contexunt. Mose, Hebræos per deserta ductante Assyriis imperitasse Diodiciam Astachen atque huius vxori Albionæ; duas actriginta sorores formæ elegantissimæ fuisse, viris primariis nuptas; verum dominandi libidine accensam statuisse sublato venenis marito rerum potiri. Idemque vt germanæ omnes vellent iis persuasisse, quum nullius mulieres silentii, coniuratio detecta & ad aures regias peruenit. Regem autem conuocatis regni primariis, fœminarum scelus exposuisse, & conuictas ac vna aliquot earum viros proditionis consçios, absque remis & clauo nauigiolo concredidisse, vt qua vellent, fors, æstus atque venti maris eas ferrent. Delatasque in Angliam, Albionem insulam de se cognominasse. Ab his nos turbatos, pulsosque ex Anglia per Brutum Troianum huc loci consedisse. Certè Anglia Plinio Albion dicta. Cæterum vt hæc ab historia fide remota & aliena, ita consonantiora vero magis placent, quæ de Bruto traduntur: videlicet, Syluium posthumum Æneæ, ex Lauinia filium iam puberem factum neptem matris adamasse, è qua suscepit filium Brutum. Hunc iam quindecim annos natum, iaculo quo inter venandum feræ minitaretur, patrem fortè interemisse. Quam ob rem, & quod tam eximii erroris puderet, suorumque odium pertimesceret, Græciam exulatum venisse, ac ibi repetitisse de stirpe Heleni, Priami filii, Troianorum aliquot, quos Pyrrhus Achillis filius captiuos secum abduxerat: cum his proposita spe libertatis egisse, se vt sequerentur, & Coriueo quodam socio consiliorum adscito ad desertum consedisse. Pandrasum verò tum regem ab eis seruitia poposcisse, oppugnasseque quantum valebat illa

Hercules.

Hoc tempore Moses vnus. Hebræos Deo auspice in libertate vendicat.

" "

Germanis vnde nomen sæpe mutatum.

" "

" M.S. euasit

Fabula.

Alia de Bruto.

Pandrasus rex seruitia à Bruto petit.

dare negantes. Vicisse Troes pugnam, Græcis in fugam turpiter versis, atque inter stragem suorum Pundrasum regem esse captum, victoresque nihil præter supellectilem, aurum & argentum, ac omne genus commeatus postulasse, & quò vellent nauigandi potestatem: Dein Pundraso hæc admittente, Brutum eum suis deuectum in Gallias, rursum ibi bellum mouisse, & victorem non sine iactura suorum, vinci posse pertimescentem, opibus exuuiis spoliisque ditatum, inde classe soluisse in Albionem, modò Angliam, paucis habitatam Gygantibus. Atqui cum inde eos propulsare res illi videretur magni momenti, quod procerum genus hominum ac robustum grauioribus & nodosis clauis ferirent. Vicisse tamen prudentia Brutum Gygantum robur ac firmitatem, inter pugnandum hostium crura suis cedere iussis. Quare potitum Insula ac de se Britanniam cognominasse, socioque Albritones, ad rei gestæ memoriam sempiternam. Itaque Gygantum bello victorum fugatorumque partem confinem Angliæ petisse Scotiam; partem traiecto mari Saxoniam inferiorem, quæ est Frisia; partem etiam Batauiæ oram circumiectam, Mosam (Rheni ostium) esse inuectam ibique locа quædam habitare cœpisse. Ego vti eam gentem Batauiæ applicuisse aliquando concedo, ita primos fuisse colonos, prorsus negauerim.

In pugna capti.

Brutus soluit in Gallias ac inde in Angliã.

Vincit Siluio Æneæ regi Latinorum tertio, huius Bruti auunculo.

In Indice Historiæ facerdotio.

Intercepta tum quoque à Philistæis arca Testamenti.

His ambagibus nostri Annales primord a suæ gentis repetunt, inter vera & falsa versantes. Alii quoque sunt defendentes nouam esse terram, è mari emersisse; &, qui contra tradant, ab æuo diuturno luisse, nulli licet diu cultam mortalium. In hac re laborantibus succurrendum esse puto. Priores adferunt nihil præter opinionis varietatem: quos ego si ad maris natiuum littus ablegem vt conchas legant, an non scopulos arenarios in admiratione habebunt insulani tutantes aduersus pelagum, & sua se pontum sede teneri? Posteriores, nouitatem vbique nobis obiectant, cur non ita diu Batauiam mortales habitasse: sed hoc vno responso abeant, priscum Germanis fuisse morem nescire vrbes, tantùm vicos & pagos, quamquam *nemo Batauodurum* non antiquissimam esse ciuitatem, audebit ire inficias. *Quæsi* non sufficiunt, fidem adhibeant Tacito scriptori grauissimo, adeò sæpe à *nobis* citato, qui à Catthis, populo syluam Herciniam accolente genus nostrum deducit. Batui, inquit, virtute inter alias gentes præcipui insulam Rheni amnis colunt; Catthorum quondam populus, & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani Imperii fierent. Præter authoritatem Taciti, haud cunctanter hoc asseuerantis, Cattuiici quam Rhenani, tam marini comprobant. Etenim Catwyck Latio sonat arcem Catthorum, qua illis à periculis & hoste receptus esset. Verum ex obscura hac historiæ narratione, veritas nobis eliciенda, vt principia nostræ gentis cognoscamus atque originem.

Vera opinio aut de regione Hollandiæ.

Tacitus.

Insulæ nostræ primi coloni Ingænones pronepotes Noe, Cymbriam, Frisiam, Batauiam Oceano proxima loca possidentes. Siquidem Ingænon filius Manni, filii Tuysconis, filii Noe, quod sat superque demonstrauimus primus oreatenus colonias sparsit. Dein post supremum Troiæ excidium, Troianis nouas sedes quærentibus; Æneas, Italiam; Anthenor, Venetias: Brutus, Angliam occupant. Tum minimè negauerim aliquot Anglia depulsos in Batauiam commigrasse Gygantes, & pacatè & securè vixisse cum Ingænonibus: sed Catthos seditione domestica sedibus pulsos, ad sui tutelam proxima Oceani loca Batauiæ occupasse. Hæc autem contigisse temporibus Tarquinii Superbi Romanorum regis, & captiuitatis Israelitarum in Babylonia ex multis conijcere licet, à quibus superfedeo: quandoquidem sufficit impræsentiarum narrasse, quæ gentes prouinciam Batauiam, id est Hollandiam primitùs incoluerunt. Nunc reliqua prosequar quæ ad historiæ cognitionem sunt factura. Ante Christi natiuitatem, Iulius Cæsar Gallias subegit, atque Germanorum regem Ariouistum traiecto Rheno aliquot præliis fregit, nullo Batauis illato bello. Imperiti rerum compositè narrant, cum exercitu ad nos venisse. Descendisse, aiunt, per Rhenum vsque Nouiomagum, cuius vrbis conditorem volunt, ac inde Batauos isse oppugnarum. Percontantibus eis, quid venisset, quid arma vellent, & cuiatis. Respondisse se Romanum, atque venisse, vti Batauos imperio subiiciat. Tum incolas hostem adortos, & affinem Cæsaris strauisse, multaque inde vtrinque illata & accepta damna, donec Rabone amisso Gygantei corporis duce, se Bataui in fidem Cæsaris darent, vt compta oratio nisi ementita esset. Nihil de his in Commentariis suis Cæsar, qui gestorum tamen abs se nihil præterire in iis voluit. Traiecisse eimus Rhenum circa Vbios quum in Galliis pugnaret, sed vt Sicambros vleiscereretur, qui nauibus ratibusque triginta transcendentes, Eburonum depopulari fines; & Quinti

Anno 400 post diluuiũ.

I. Cæsar 18 anno quã ferunt ad Rhenum.

Vbii. Agrippinenses. Sicambri, Gelri. Eburones, Leodienses.

Cicero-

BIBLIOTECA

Ciceronis castra oppugnare, prædamque ex Galliis agere: cum Cæsar Sicambris in finibus suis non repertis, quippe iis excesserant, latebrasque commutantibus, viros omnes, ædificia atque frumenta eorum igne consumpsit. Actum Nouiomagum accelerasse quidam enixè contendunt, & post, vt passim, ibi Augusti Cæsaris edictum de recensione capitum promulgasse. Ego hic nihil affirmem, lectori iudicium suum relinquens: etsi constet primitus Augustum ad obsequium Romani imperii Batauos traxisse, Ihesu Christo vero Deo ac homine in humanis agente, quadragesimo & secundo imperii eius anno: quum bellum in Germania moueret; Pannoniam Rhetiam, Alpinos & Sueuos coerceret; & Sicambros, quod scribit Suetonius, in proximis Rheno agris collocaret. Quibus cognitis, Batoui, virtute ac fama Cæsaris pollecti, amicitiam populi Romani vltrò per legatos ambire, datisque obsidibus, ab Augusto in deditionem accepti. Quod ad frontem insulæ, vbi se Rhenus in brachia diffundit, castra nonnulli habuisse Augustum ferunt, est, vt metum incuteret indomitæ genti, vtpote quæ vadis suis & viribus fideret: non quod abs se victam, sed esse sociam censeret. Neque enim eam aut vectigal aut tributum attenuabat, præterquam in bello arma viros & equos subministraret. Quandoque mentem Augusti subiit cogitatio, Germaniam in prouinciam redigendi, quod cognosceret Iulium Cæsarem patrem, bis Rhenum transmisisse cum exercitu. Ad ea obeunda Drusum priuignum mittit, ex Liuia; quæ grauida, cum Augusto nupsisset intra tertium mensem illum peperit. Qui Germaniam primus deuicit & subiugauit ad Albim vsq; Batauisque regem imposuit. Ipse Octauianus etsi bello non interfuit, certè haud procul abfuisse eum suspicio est. Nam castra illa vetera Cliuiæ, Romanorum dicta, extruxisse, atque in iis legiones seruasse ferunt, quibus vtræque Germaniæ in fide continerentur. Cæterum Drusus Romanorum primus Septentrionalem Oceanum, per Rhenum exiens, nauigauit, vltraque Rhenum fossas noui & immensi operis plurimas fecit, quæ Drusianæ appellantur, qui tandē Moguntiæ in crus labente equo, fracturā vigesimo die post moritur. Quo ex viuis sublato Quinctilium Varum mittit, ad comprimendos Germanorum motus, cuius auaritiam, libidinem, superbiam exosi, ipsum ducem cum tribus legionibus ad internecionem delent legatis & auxiliis omnibus cæsis. Qua clade Cæsar adeò perculsus, vt sæpe animi dolore stimulante parieti caput illiserit, exclamans: Quinctili Vare, redde legiones. Periculosum & formidolosum hoc bellum multis annis quindecim legionibus cum Romanis gestum, quo nullum pænè maius, post Punicum fuit. Stetit itaque sub Augusto Romanum imperium citra Rhenum. Sequitur Tyberius Cæsar, qui Varianæ cladis memor, quæ temeritate & negligentia ducis accidisset curam rebus solito exactiorem præstitit, nihil non de concilii sententia agens, & cum pluribus consultans. Misit itaque Germanicum Drusi filium, Quinctilii Vari ossa colligentem, & inferias Diis manibus exoluentem, patrem C. Caligulæ filii pessimi optimum & laudatissimum, qui de Germanis in vrbe triumphum egit, & fraude Tyberii, C. Pisonis ministerio, veneno est exstinctus. Germanico successit C. Caligula in Germanos quoque expeditionem sumens; verùm minæ eius, vt inquit Tacitus, fractæ: quippe à Brennone Canenefate contemptus. Qui cum esset admonitus vt stipatorum numerum augeret, Bataui erant omnes virtutis fideique spectatæ, quos corporis habebant custodes Romanorum Imperatores, animum vertit ad inferendum bellum Germanis. Sed sequuta est ludiora, ac maximè risu digna expeditio. Hic quidem magno atque incredibili apparatu profectus quærere hostem, viribus otiosis Germaniam Galliamque percurrens in ora Oceani ad Rhenum Britanniæ aduersa constitit quasi præliaturus, nemine gnaro ac ne opinante quidnam capturus esset. Mox conchas legere suis imperat, galeasque & sinus iis replere, spolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque debita. Cumque Minocynobellinum Britannorum regis filium à patre pulsum & cum paucis eò oberrantem in deditionem recepisset, in victoriæ indicium, quod narrat Suetonius, altissimam turrim excitauit Phari instar Alexandrinæ, in qua noctu accensæ faces nauigantium cursum regebant. Ad triumphi quoque pompam præcepit triremes quibus Oceanum esset ingressus, magna ex parte itinere terrestri Romam vehi. Mortuo succedit Claudius, quartus ab Augusto Cæsar, Drusi filius. Hic expeditionem vnam omnino suscepit, eamque modicam. Nam, vt scribit Suetonius, cum decretis sibi à Senatu ornamentis triumphalibus, leuiorem maiestari principali titulum arbitraretur, velletque iusti triumphi decus; vnde acquireret, Britanniam potissimùm elegit, neque tentatam vlli, post D. Iulium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas: sed transuectusque in insulam est,

Augustus.

Hæc, quæ de Batauis Plinius & Tacitus.

Drusus.

Quinctilius Varus.

Vide Orosiū & Suetō. Tyberius Cæsar.

Germanicus.

C. Caligula.

Brenno.

Ludicra C. Caligulæ expeditio in Batauos.

Pharos Caligulæ.

Ab vrbe cōdita 795. ab incarnatione Domini 46. quo tempore B. Petrus Romæ sacros Euāgelii sparsit.

Cl. Cæsar.

quam post eum nemo quisquam adire ausus, vbi, vt Suetonii verbis vtar, sine vllo precio ac sanguine, intra paucissimos dies, plurimam insulæ partem in deditionem recepit. Oeadas etiam insulas Romano adiecit imperio, ac sexto quàm profectus esset mense Romam rediens, filio Britannici nomen imposuit. Ferunt annales Claudium deuicta Britannia vento in Batauiam delatum, volentemq; penetrare syluam scisitatum, quanta esset magnitudine, cuius cum accepisset latitudinem ad tria, longitudinem in nouem miliaria se porrigere, audiretq; fremitum vlulatumq; omnis generis beluarum, rursum percontatum an inhabitaretur. Cumq; dixissent incolæ, à quoquam non posse, atque esse impenetrabilem ob ferarum densitatem: & si qui penetrassent, hos Saxones excipere, vel Imperatori pertimescendos, saltum ferum atque inclementem appellasse, quem sine periculo nemo transire posset, vnde syluæ hoc nomen mansit. Quæ præterire nolui, etsi nec vera nec verisimilia mihi ea esse videantur. Inter Romanos scriptores non est, Claudium huc loci delatum: fieri potest ad insulam accessisse, tanquam amicam, vt quæ Romanis subdita nuper facta esset. Dein Hollandiam habitatam impridem, Caligulæ monumenta ad littus Oceani, docent, vbi haud syluæ tantæ vastitatis, sed sacer lucus erat, vt docebimus. Sub hoc, Corbulo legatus, qui dum tardius quàm erat par in prouinciam venit, Caucos maiores hostes expertus: duce Gamnasco Canenefate transfuga. Hic auxiliaris prius & Romana stipendia merens, locorumque inferioris Germaniæ gnarissimus, spe prædæ ac rapinæ accensus, militiæ sacramenta ludere, leuibusque nauigiis prædabundus Gallorum maximè oram vastare, quam imprimis sciebat imbelles ac diuites esse. Corbulo prouinciam ingressus triremes alueo Rheni deducens, cæteraſque naues, vt quæque id paterentur per fossas atque æstuaria Zelandiæ lintres prædonum prehendit. Gamnasco quibus territus ad Caucos maiores se recipere, cum ferè id quoque temporis Frisii perduelles essent, quos Corbulo acceptis obsidibus compescuit agris assignatis: ac ne iussa exuerent, præsidium indè muniuit; misitque qui maiores Caucos ad deditionem pellicerent, simulque Gamnascum dolo aggrederentur. Valebant insidiæ positæ, verùm eius mors ad multò maiorem tumultum mox Caucos excitabat. Etiam in hostili solo castra munierat Corbulo, quum ei à Claudio literæ redderentur, imperantes, eis Rhenum exercitum reducere; verebantur enim Romani Germanias nimium laceſſere; quibus consternatus maximopere Corbulo, nihil aliud est proloquutus, præsertim cum tam multa concurrere videbat, metum ab Imperatore si iussis deesset: à barbaris contemptum, ludibrium apud socios; quàm, O beatos quosdam duces Romanos, signumque receptui dedit. Insignia tamen triumphi indulsit ei Cæsar, quamuis bellum negasset. At ne miles luxu ac otio difflueret, Mosam inter & Rhenum, operosam & longam fossam molitus: qua incerta Oceani vetarentur: Beruissum vocitamus, nauigantium Oceanique pericula fugientium commodam ac fidam stationem. Vide Romanorum seueram ac militarem disciplinam, qua si voluissent, potuissent vniuersum orbem superare, & si quid orbe maius. Qui ne à voluptatibus caperentur, robur ac vires exercitus corrumpentibus, milites ad laborem cogebant. Eisdem temporibus Agrippina Neronis mater, Claudii vxor, quo potentiam suam sociis nationibus ostentaret, in Vbiorum oppidum, vnde oriunda, coloniam Veteranorum deduxit, quam à se denominabat. Eam gentem Rhenum transgressam, Agrippa auus iamdudum in fidem acceperat. Cæterùm Claudio Cæsare per Agrippinam venenò sublato, milites Neronem Imperatorem consalutabant, fraude ac dolis Agrippinæ. Ille aduersus & auersus, atque impurissimus omnium turpitudinum scæna. Petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam, crudelitatem, rapinas non sine magno scelere exercebat. Agrippinam matrem per Centurionem interemit. Poppæam vxorem pedis calce interfecit. Senecam præceptorem vitæ integerrimum & insontem plurimosque Senatores vti libitum erat, aut occidit aut proscripsit, sæpe nulla aut leui de causa. Accensam igne vrbem & sex diestotidemque noctes ardentem voluptatis suæ spectaculum fecit, quod è turri Mæcenatis prospectabat, lætus pulchritudine flammæ, inque Scænico habitu Halosim Ilii decantans. Auxit molem facinorum impietas. Nam primus Christianos in cruciatum dedit: B. Petrum è cruce suspendit: Paulum gladio percussit: & incensæ vrbis crimen purgare volens, Christianos in medium traxit, reos subdidit, exquisitissimis pœnis affecit, vt furorem populi mitigaret, hostes humani generis eos appellans. Multos pellibus ferarum insutos, canibus obiecit prædam. Alios in vsum nocturni luminis igne accendit, cum diffugere Patricii aliiq; alias latebras quærere. In Germaniam Antonius venit Senator, quod volunt Annales, muniuitque locum medio Batauiæ ponè Rhenum arce, quam Antoniam de se cognominabat. Olim enim vniuersale

T'vvold' sonder ghenaden.

Corbulo. Gamnasco.

23 miliar.

Circumferimus Tu himmen Rerner.

Colonia Agrippina.

Nero.

Antonius Senator.

uersale nomen Batauiæ, quod plurium prouinciarum erat, quæ nunc propriis discreta nominibus. Antoniam mox occupantes Vilti, Viltorum arcem dixere. Nunc Traiectum prima quondam Hollandiæ ciuitas, Antistitis domicilium. Sunt qui Viltorum & Sclauorum gentem Neronis temporibus hic fuisse non solum, verum etiam primos Hollandiæ colonos volunt, per Brutum Anglia pulsos. Manifestè qui ita sentiunt falluntur: cùm illa tempestate prouincia Batauiæ nomen gereret: & Viltorum & Sclauorum nomina, nulli Romanorum scriptorum fuere cognita. Cæterùm, quo tempore Vilti & Sclaui ad nos venerint, præter opinionem multorum, firma præditus authoritate, docebo. Quis fuerit Antonius, qui Antoniam condidit, affirmare liquidò non possum. Fuit eo nomine apud Romanos falsi testamenti conuictus, & damnatus lege Cornelia. Alius item, suspicione coniurationis Pisonianæ accusatus, sed absolutus ob festinatam confessionem: ex his cuique coniectari licet, etsi priorem fuisse asserendum videtur, cum huic licuit Romæ consistere. Sed explicabo fortè difficultatē loci: Priscus Nonius qui cum Seneca in vita amicitiam gesserat, ob hoc tanquam facinus, non quod conscius coniurationis esset, à Nerone in exilium actus. Prisco autem fuit vxor Antonia, exilii particeps. Quod si is ad nos descendit, incredibile non erit, si Antoniam ædificauerit, & ab vxore denominauerit. Certè Antonium aliquem siue quam dicimus Antoniam coniugem Prisci vrbis conditorem esse nemo ibit inficias. Ab posteriore Antonio Sulenses se traxisse originem prædicant. Huius tam nefarii Cæsaris tempore Frisii finibus egressi, per saltus & paludes, vt narrat Tacitus, liberos & cōiuges omnemque supellectilem ratibus per lacus, Hollandiæ oris applicant, quodq; agri vacuum erat, militiscq; Romani sepositum vsibus, occupare. Auito qui prouinciam à Paulino acceperat qui rem institueret tum maximè ignorante. Non multum operis Auito videbatur armis eos propellere, sed plus laudis ex otio & prouinciarum quiete, quàm bello victoriisq; legati capiebant. Vulgares iam, ac ideo viliores triumphi credebantur. Itaque Auitus cum potuisset Frisios armis abigere, verbis tamen priùs adoriri maluit. Nunc suadet, interdum nisi remigrent, minitatur. Postquam vtrumq; frustra, tandem id obtinuit, vti Romam euntes, aut veniam, aut nouas sedes à Cæsare impetrent. Duces Frisiorum tunc erant Verritus & Malcorix, quorum animositatem, inq; agendo summam libertatem exposuimus. Hi preces ad Neronem deferendas suscipiunt, qui etsi ciuitate vtrumq; donauit, preces tamen eorum repulit, atque Frisios nostris agris cedere imperauit. Auitus Cæsaris iussa atque imperata iis ostendit, quum à sua messe, iam enim semina aruis dederant, sunt regressi. Cunctantes, eques aut cecidit, si peruicacius pugnarent, aut captiuos abduxit. Eosdem venere agros mox Ansibarii occupatum, gens à Caucis pulsa, duce Boiocalo, quinquaginta annos, sub Tyberio & Germanico stipendia merito. Hic Auitum eorum interrogare, velletn e eam campi partem inhabitandam concedere, in quam pecora & armenta militum aliquando transmitterentur: quondam ea arua à Tubantibus populis, mox Vsipiorum sedes fuisse. Dein suspectare cœlum, inquiens, Diis esse proximum, hominibusque terram, solemq; & sidera obtestari, vellent ne solum contueri vacuum, potius Oceanum superfunderent. Auitus his commotus, patienda meliorum imperia: expectandam esse Imperatoris voluntatem: agros quidem esse communes; verum deos arbitrium permisisse Romanis, aiebat. Nam quid futurum, si passim, cuique quod libeat, liceat vendicare. Hæc in publicum ille Ansibariis: seorsum autem Boiocalo ob memoriam amicitiamq; erga Romanos quondam seruatam, agri portionem spopondit. Quod ille, ne gentis suæ proditor videretur, auersatus, addidit: deesse viuis nobis terra potest, in qua moriamur non potest: ad bellum se tendere significans, atque ita infensis vtrinque animis discessum, festinaultque Tencteros Bructerosque in belli societatem adsciscere. Auitus properè exercitum in Tencteros ducens, ferrum flammasque, ni desistant Ansibarios iuuare, iis minari; simulque superioris exercitus legato Curtilio scribere, vti Rhenum transgressus, arma à tergo o-stendat. Igitur Tencteris Bructerisque aliena pericula deserentibus, aliisque metu perterritis, sola Ansibariorum gens retro ad Vsipios & Tubantes concessit: quorum terris exacti, quum Catthos, deinde Cheruscos petissent errore longo; hospites, egeni, hostes in alieno, & quicquid iuuentutis erat cæduntur. Imbellis ætas, in prædam diuisa,

De Antonia dubitatio.

Elucidatio. Priscus Nonius. Antonia vxor.

Frisii in Hollandiam cēcedunt. Auitus. Paulinus.

lib. primo.

Ansibarii. duce Boiocalo.

Boiocali magnanimitas.

Curtilius.

Nunquam tanta quies prouinciæ, ac sub Nerone fuit princeps deterrimo.
Ipse vnus belli periculique satis Romanis
erat.

ARGVMENTVM
LIBRI TERTII.

Batauorum bella narrat aduersus Romanos. Batauorum genius: fides, atque inuicta gentis libertas: Vitellius Batauorum virtute imperio potitus: Romani sine Batauis domicare noluni: seditio propterea in exercitu coorta, quod superbè se ferentes, Valens dispergere eos vellet. Deuictis Othonianis, Vitellium ad imperium euexerunt: Vitellius Batauos exauctorat: à Vespasiani militibus interfectus. Bataui à Romanis deficiunt, Ciuilis author: direpa Romanorum castra: vexilla adempta: prouincia pulsi: Bataui ad Bonnam Romanos prælio vincunt. Vbios superant, Treuiros, Menapios, Morinos: Ciuilis versutia Gallias & Germanias ab imperio flexit. Vetera Romanorum castra, obsessa, direpta atque incensa. Bataui traiecti Mosa Tungros & Neruios in deditionem accipiunt: Cerealis legatus à Vespasiano missus omnia reddidit fortunatiora: Colonia recuperata, occisa à Romanis Batauorum cohorte: Ciuilis & Cerealis in Mosa conflictus. Cerealis victor: Insulam Romani hostiliter depopulantur: Cerealis verbis Batauos ad pacem pellexit: Arces Romani ædificant: vt gentem bellicosam in fide retinerent. Traianus in Batauia existens nuntium adoptionis à Nerua accepit: Adrianus Imperator Batauis regem constituit: Didius Iulianus Caucos matores in Batauiam irrumpentes ope pronincialium retrocedere coegit: Securus Imperator Batauiam ingressus, vt plerique alii, traiecit in Britanniam: Maximinus dum præliatur, mediis fermè aquis, à Batauis circumuentus: Bonosus Batauorum fauore destitutus imperio priuatus: Sub Diocletiano Batani & Frisii, manè circa oram Galliæ infestant: Imperante Valentiniano Batani & Frisii Germaniam & Galliam depopulati: Valentinianus per Rhenum cum exercitu classem eorum insequutus arcem Antoniam destruxit: Sub Gratiano Batani Romanorum fines infestant: Missi in illos Hunni, & vt Maximi res in Britannia nouas molientis turbarent: Maximus Octauii Britannorum regis filiam sibi matrimonio copulat, imperiumq; affectans, regnum Ammonicorum, hoc est Britanniam minorem debellat, ac Conano regis filio, habitandam concedit: Conanus ad Dionotum Cornubiæ ducem legatos mittit, vt virgines venirent: Virgines cum Vrsula Dionoti filia primum in Britanniam aduersa tempestate, dein Coloniam delatas, Hunni, in hoc, à Gratiano missi, crudeliter iugulant: Maximus Gratianum Lugduni interficit: Ipse post, à Theodosio capite multatus Aquileiæ: Hunni & Solani post Gratiani necem Batauiam in solitudinem redigunt: Ad sui custodiam bina munimenta erigunt, Sclauenburgum & Vatenburgum.

LIBER TERTIVS.

BELLA quæ Batani contra Romanos gessere hoc in libro narrabimus; inuictam gentis libertatem, Mauortia pectora, quæ toties in concussa fide Romanorum Imperatoribus auxilia tulere. Quæ gens ac nostra, tanta fidelitate vmquam: qua ferè Imperatores, ob incredibilem animi eius constantiam atque exploratam virtutem, ad sui corporis custodiam sunt vsi. Nonne virtute Batauorum bellica, Vitellius ad fastigium Imperii euectus, quem, dum temere suis fidit, exauctoratis Batauis, ac nondum stabilito imperio, milites Vespasiani oppresserunt. Et dum libertatem alii negligunt populi, Batani suam indefesse armis tuentur, quod belligerantibus cum Romanis non infeliciter cessit: vt etsi pertinacissimè Romani prouinciæ instarent, parere seruiliter iis nunquam didicerint, sed socii & amici imperii vocarentur; Adeo Batauos neque violandos bello, neque iniuria irritandos Romani semper existimabant, vt iis maximè indulserint, quod commoueri cito cognorant, iramq; tardius ponere. Antiquitatum scriptores, Romanis formidabiles fuisse narrant: Iulius Cæsar congredi cum Batauis minus audebat, quod vndique aquis sepirentur & equites didicissent, integris turmis flumina perrumpere, & ab inspersto hostibus imminere. C. Caligula & Claudius Imperatores, auxiliariis Batauorum cohortibus, Britanniam tributariam fecerunt. Hos præterea C. Caligula electissimos sui corporis habuit custodes & stationarios, plus fidei Batauis quàm Romanis deferens. Cui etiam cum in Britanniam tendere statuisset, consuluere sui, vt Batauorum ante omnia numerum & maximè equitum instauraret. Tum enim formidabile eunctis Batauorum erat nomen, vt grande videretur momentum sociis, aut, prout inclinassent, aduersis: quod & Martialis hoc districho testatur:

Laui Batauorum.

Virtus.

Vide supra.

Martialis.

Sum

Sum figuli lusus, ruffi persona Batavi:
Quæ tu deride, hæc timet ora Pater.

Domitianã intelligit.

Tanta quippe, vt paucis plurima prætream, Romani Batauos æstimabant fide, constantia & virtute, vt sine illis nullum ausp icari præsumpserint bellum neque vllam sperare victoriam. Cuius rei gratia quoties delectus militum apud principes Romanos ageretur, Gallique & Germani ex nomine sub certo citarentur salario: solis Batauis gloria & victoria ex virtute promittebatur. Hi enim duplici remunerabantur stipendio, & propter singulare quo cæteris præcellebant robur, speciale præ aliis donatiuum, quantum vellent, itineris & certaminis pretium capiebant. Batauis victoribus, Hyerosolima sub Vespasiano & Tito est excisa: Italia, Romanis reddita. Germania, in fide & officio retenta: Anglia deniq; quam Cæsar non potuit, imperio subiecta: quæ omnia Batani primipilares & propugnatores reipub. non populi multitudine sed animi virtute gesserunt. Neque mentiar, si dicere pergam & congruis testibus asseuerare, numquam per orbem tantum terrarum sub regibus ipsis, vsque ad Tarquinii superbi expulsionem Romano adiectum esse imperio, quantum illi victricibus armis Batani adiecere, tametsi omnes illæ veterum per ducẽtos ferme & quadraginta quatuor annos, victoriæ cruentæ, maximis sint partæ damnis. Has itaq; ob virtutes inter gloriam & honorem Romani Batauos imprimis, tanto amore & beneuolentia sunt prosequuti, quo, per Deum immortalem illis neque melius neque amplius contingere potuit, vt numquam à se diuelli permitterent. Quippe Fabius Valens præfectus Augustalis, quum Batauos ab exercitu Romanorum diuidere destinasset, quod se insolentius quam par erat iactarent, omnẽ belli fortunam in ipsorum manibus sitã, simulq; ex petulantia, quod plerumque fit, perfidiam suspectabat, mox mœrere socii Romani; fremere legiones orbari se fortissimorum virorum auxilio; veteres illos, tot bellorum victores diuque exercitos, postquam in conspectu sit hostis, veluti ex acie abduci, clamantes Batauos esse, imperii sustentaculum, robur & columen: neq; ideo abrumpendos vt corpori validissimos artus. Quid Romanorũ armamentariũ apud Batauos loquar, vetustate collapsum, & ab iis restauratum: quid de præsidiis ad littus maris, ad tuendam ab incursu Barbarorum Batauiam, positis: quid deniq; dicam de latinarum schola literarum, quam ad Rhenum, haud procul ab arce, Romanorum dicta aperiebant. Videre selectæ Iuuentutis proceram staturam, acre ingeniũ si doctrina & cultura non abessent, linguam suapte natura exactã, vocalem, expeditam, & ad omnia habilem idiomata, cui extremæ non excideren tenuiter syllabæ, nec vox faucibus hæreret, sed plano resonare pectore, sermonemque efferre expresse, Nam quum Batani Oceani accolæ, quo ad omnes facillima nauigatione gentes peruenias, sperabant plurimũ hinc se accepturos emolumenti, si Batauorum pueros, bonas artes omnemque ciuilitatem edocerent, vt vtriusque linguæ suffragio & doctrina fulti, facilius ad subiugandas ignotæ linguæ nationes prorumperent, & impuberum parentes, illa humanitatis specie, melius in officio retinerent. Tota spes Romanorum & fiducia totius Germaniæ in fide conseruandæ, à solis tum visa est Batauis pendere; no si illi forsitan ab imperio desciscerent, ita legitur in lapidibus vetustis, Theutenorum reliquæ imo & Galliarum nationes, mox sequerentur. Propterea enim, & quidem quam maxime, Ciuilis præpotens inter Batauos, periculo exemptus, vt non cum Pompeio Belgicæ procuratore, & Iulio Burduno Germanicæ classis præfecto morte multaretur, eius supplicio, inquit Tacitus, gens ferox Batauorum à Romanis alienaretur. Tam Romanis formidata Batauorum virtus, tamque accepta fuit eorum fides & constantia. Eant iam male feriati, qui rusticitatem ac stoliditatem nobis Batauis obiicianr, dum gloria nostra contabescant. Genius noster simplex, rectus, fallere nescius, illorum, vafriciis dolisque plurimum deditus, falso naturam insimulantium, atque pro simplici stolidum, pro fallaci ingeniosum interpretantium. Qui sceleribus tanto viciniores, quanto nos sumus abiis magis remoti. Nostra pluris verba, quam eorum syngrapha æstimanda, qui cum fallere nescimus rusticitatis nos arguunt; fallaciam ingenium: adulationem, humanitatem: imposturas, prudentiam; fænus, pietatem nominantes, sibi abblandiantur licet. A simplici rectaque Tritauorum indole, minime degenerasse, nobis gratulamur. Nunc ad historiæ seriem transeamus. Nerone à Senatu iudicato & ferro trepidanter sibi mortem inferente, Galbam, exercitus in Hispaniis Imperatorem consalutat, qui mense septimo imperii vna cum Pisone, Romæ ad Curtium lacum iugulatus, quem ab exilio vocatum ante mortem quatriduo adoptasset, Germanis inscitia atq; errore loci accurrẽtibus. Hinc per orbem ciuilia bella fusa ac sparsa. Siquidẽ Galba oppresso, Otho Romæ: Vitellius in Germania: Vespasianus Syria imperium armis inuadere: Itaque Vitellius in inferiorem Germaniam introire, hyberna legionum inuise-

Nota.

Romanorum erga Batauos animi beneuolentia.

Tacitus.

Arx Romanorum.

Pompeius Iul. Burdunus.

Galba. Piso.

re, multa Fontei Capitonis mutare; militum aliquot notas, ignominiasque leuare; quibusdam, & ordines restituere: denique comitate ac largitione animos militum deuincire; Aulo Cecinna & Fabio Valente legatis Vitellium ad imperium capessendum adhortantibus, militumque ardorem suggerentibus: panderet sinum & venienti fortunæ occurreret. His quati Vitellij segne ingenium, quod concupiscere magis quam sperare imperium poterat. Epulanti itaque Vitellio Coloniæ Agrippinæ aquilifer quartæ legionis nunciat, detractas à superiori exercitu Galbæ imagines, inque Senatus populique Romani verba iurasse, Tum Vitellius occupandi imperii occasionem nactus mittere ad legiones legatosque partim in Batauia, partim ad vetera castra hærentes, qui dicerent acta superioris exercitus, & inane esse illud sacramentum quod nomini fiat senatus & populi. Adnitendum ac faciendum esse imperatorem in cuius verba legiones iurent. Postero die Fabius Valens primæ legionis legatus, qui proxime hybernabat, Coloniam tetendit cum equitibus: Accessit quoque superioris Germaniæ exercitus, Vitelliumque imperatorem consalutant. Cæterum fremente milite, multosque Tribunos Centurionesque ad mortem poscente, Vitellius Iulium Ciuilem seruare constituit, quod mors inter Batauos præpotentis ferocem gentem factura videretur: erant quippe in ciuitate Lingonum octo Batauorum cohortes discordia temporum à Romanis digressæ, quas Vitellius pellexit ac socias sibi fecit, grande æstimans bellicosam gentem in suas partes traxisse. Posse itaque miles bellum in Italiam duci, atque vrbem vinci, quanquam sæua hyeme, & cessantem Vitellium instigat; vociferans, in Ciuilibus bellis, nihil magis festinatione idoneum, vbi facto magis quam consulto opus esset. Cecinna autem & Fabius Valens duces delecti: huic quadraginta milia armatorum: illi triginta data: ac bipartito distributi, hic per Germaniam; ille per Galliam iter fecit, suppletis ex insula Batauorum vtriusque copiis. At Vitellius suas quoque è Germania suppleuit, totam molem belli secuturus. Itaque dum Fabius per Gallias exercitum trahebat, rapinasque exerceret, oriri inter Romanos & Batauos contentio, ac mox prælium, dum quique se suis associaret; sed Valens, quod obliti imperii, in paucos Batauorum animaduertens, ad obsequium eos reduxit. Cecinnæ pene iter nefarium fuit, Heluetiorum nulla de causa hostiliter depopulantis & incendentis agros, multis insuper cæsis ac sub corona venditis. Dumque moratur in Heluetiis, præmisit cohortes in Italiam & auxilia Gallorum, Lusitanorum, Britannorum, atque vexilla Germanorum: Ottoautem Imperator, qui Padi ripas tuerentur, postquam Alpes iam transgressum Cecinnam accepisset. Itaque Placentiam Cecinna oppugnat, gnarus, vt initia belli prouenirent, ita famam de se fore. Cohortes Batauorum cantu truci & more patrio nudis corporibus scuta vmbone librantes, portis muroque succedere: sed discessum æquo Marte; cum hi oppugnando & illi repugnãdo, laudem inuenire. Digrediente inde Cecinna Iulius Breganticus, alæ præfectus cum paucis equitum ad illum transfugit, quod natus esset in Batauis, & accepisset Batauos sub vexillis Cecinnæ militare. Othoniani ad Bebriacum considere, vbi male primum, Cecinna pugnat. Iamque Fabii Valentis copiæ Ticinum, id est, Papiam, peruenerant, qui dum cunctatur, militibus suspectus vitæ periculum pæne adiit: maxime, quod Batauos superbe se agentes, dispergi iussisset. Et quum sedare vellet seditionem nondum immissis lictotibus, milites eum inuadere, saxa iacere, fugientem sequi, tabernacula ducis diripere; vt seruili veste apud Decurionem equitum se tegere cogeretur. Dein solertia Alpheni Vari præfecti castrorum deferuescente paulatim seditione, Valens in medium processit nullos incusans, gnarus ciuilibus bellis plus militibus, quam ducibus licere: tum, ilico mouet castra, quoad Cecinnæ copiis iungeretur, quando penes Vitellianos, nulla mora, quin totis viribus certarent. Ottho interim consultat, trahi bellum, an fortunam potius experiri placeret. Ea tempestate astu militiæ valens, trahi bellum oportere differuit cum ob alia, tum, quod Batauos, genus militum in hostem ferocissimum, tracto in æstatem bello, fluxis corporibus mutationem soli cœlique non sat toleraturos, diceret. Verum Ottho in pugnam pronus, Brixellam iussus concedere, vt dubiis prœliorum eximeretur, & summæ rerum atque imperio se reseruaret, exercitusque ad Bebriacum promotus. Interea Cecinna ac Valens pontem ædificare, nauibus, mille modis compactis, anchoraque hærentibus, per quem illi milites transmittere, pugnaturos pugnam cum gladiatorum manu, quam Ottho in aduersa ripa collocarat.

Vitellius Imperator.

Cecinna ac Valens duces exercitui.

Placentiam Cecinna oppugnat.

Bebriacum vicus inter Veronam & Cremonam.

Suetonius Paulinus pugnam dissuadet.

Erat in medio Padi, insula, quam Othoniani nauiculis nisi acquirere. Dum remiges & propugnatores trepidare; Bataui nandi periti desilire, & vada petere, retentareque eos foras scandere, cominusque mergere. Vitellianis inde lætitia, Othonianis tumultus,

multus, quam diu non fuga prœlium finiſſent, nauibus amiſſis. Interea legiones vtrinque terra inire prœlium: pulſus Vitellij eques rapta legionis Aquila, permultaque ſigna debellati eſſent Vitelliani, niſi Alphenus Varus cum Batauis præſto in auxilium venniſſent, qui recenti victoria elati, latus hoſtium innecti: &, media acie perrupta, fugere quaquauerſum Othonianos compellebant. Cruenta ſtrages, qua, ad Bebriacum, cæſorum cadaueribus viæ publicæ contegerentur. Otho, audito pugnæ euentu, conſcire ſibi mortem, dicens: Initium belli à Vitellio ortum, à ſe finem velle proficiſci; nec velle ſtrenuos ac fortes vitos rurſus obiectare periculis. Ecquid tam memorabile, vnquam aliæ geſſerunt nationes! Vitellius rerum potitus, dum minus conſulto Batauos in Germaniam remittit, domi foriſque belli principium fecit: quippe Veſpaſiano Germanici exercitus robur ſemper ob oculos verſaretur, vt tradit Tacitus. Bataui vero in Germaniam remiſſi, ob veterem cum Legionariis diſcordiam atque ſeditionem Auguſtæ Rauricorum opificis gratia, quem Batauorum quiſpiam vt fraudatorem inſectaretur, & Legionariorum, tueretur, vt hoſpitem. Dum Vitellius Romæ eſt, Hordoneus Flaccus non mittebat auxilia, quod Batauos haberet ſuſpectos, & metueret aliis bellum. Nam Vitellius è Germania Galliaque acciuerat auxilia, ſed ſegnirer, quare & duces cunctabantur. Non enim Veſpaſiani defectionem vehementius ſignificarat, tamquam contemptor. Atque hæc cum in Italia geruntur, Iulius Ciuilis regia ſtirpe, Romanos obtueri oſus, quod Prætoriani milites eum ad mortem popoſciſſent, quodque iniectis Cathenis ad Neronem rebellionis falſo accuſatum miſiſſent, & poſt ſolutionem à Gallia impetratam, iterato ſub Vitellio vitæ diſcrimen adiſſet. Igitur poſt viarum cauſas, quas ille animo voluere, deſciſcendi certus, ſolerti ingenio ſimulabat ſtudium partium Veſpaſiani, ab Oriente contra Vitellium arma mouentis, acceptis ſimul literis ab Antonio Veſpaſiani legato, vt auxilia à Vitellio accita retineret. Eadem Hordoneus Flaccus præſens monuerat, ne reſpublica Romana pateretur, ſi tot armatorum milia in Italiam irrupiſſent. Tuta adiutus opportunitate Ciuilis, altiora molitus occulto conſilio. Delectus cum per Batauiam agi Vitellii nomine, quem per ſe grauem, intolerabiliorem faciebat, Tribunorum & Centurionum libido atque auaritia: nam ſenes & inualidos ad militiam coactos, mox precio dimittere, & impuberes ad eam rapere & conſtuprare. Quem auſum arripiens agendi, Ciuilis Primores ac promptiſſimos ſuæ gentis in nemus ſacrum ad epulas vocat, & vbi videt eos vino ſat incaluiſſe, orſus à nobilitate, laude gloriaque ſuæ gentis, deplorare cœpit, iniurias, raptus & cætera ſeruitii mala: nunc inquiens, delectus agitur quam acerbus quam crudelis. Auellunt à parentibus filios, frater fratrem, & mariti non rediturі, coniuges & liberos coguntur deſerere. Legatorum inexplebilis auaritia, ſaturato vni, ſuccedit alter famelicus: quouſque hanc ſeruitutem ſeruiamus! Neque enim in ſocietate amplius Romanorum, ſed mancipio ſumus: noſtro ſanguine Imperatores fiunt, noſtro ſanguine gentes cæteræ libertatem amittunt. Agite ſi ſeruitutis tandem pigeat, mecum libertatem dignitatemque recuperate. Cum inter ſe prœliari Romani atque ſemetipſos domi atterere. Neque terreant vos vana nomina legionum, quæ ſunt in hybernis. Sunt quippe aut ſenes inualidi, aut Galli infidi, haud enixe pro Romanis pugnaturi. Eſt nobis robur equitum peditumque quod Romani ſemper formidarunt. Neque ingratum iis noſtrum erit bellum, cuius aduerſam fortunam Veſpaſiano imputabimus, ac ſi eius auſpiciis militaſſemus; victoriæ rationem non reddemus. Hac oratione Ciuilis accenſi Bataui coniurant omnes & patriis execrationibus inter ſe iunguntur. Quod agant extemplo habent, mittuntque ad Canenefates, vt auxilia ſociarent. Mox occultis nunciis Ciuilis pellexit Batauorum cohortes, à Vitellio in Germaniam remiſſas, actum Moguntiæ agentes. Erat in Canenefatibus ſtolidæ audaciæ Brenno, claritate natalium inſigni; cuius parens multa hoſtilia in Romanos auſus, ludibrio habuit C. Caligulę expeditionem, ſpreuerat que illum impune. Ipſo itaque rebellis familiæ omine placuit Canenefatibus, ad res nouas moliendas, impoſituſque ſcuto more gentis, & ſuſtinentium humeris vibratus dux delectus. Qui accitis Friſiis duarũ cohortium hyberna irrumpit: nec præuidere imperũ hoſtium Romani milites, vt etiam præuidiſſent, ſatis virium ad arcendũ non erat. Capta igitur & direpta Romanorũ caſtra, ſigna vexillaq; Romanorũ adempta; atq; ipſi præfecti cohortium eaſtella incenderunt, quæ tueri nequibant. Stabat arx Romana ſolidis & admirandis propugnaculis propter Rhenũ, de cuius ruderibus & monumẽtis libro quinto dicemus, præfecto Vitellio, inferioris Germaniæ legato. It cum Batauis pacifice agens, & Ciuilem gentis primorem amore complectẽs, itacum illo egit, vt filium filiæ eius matrimonio iungeret, ea lege vt rebus Imperii ingenue conſuleret, & Romanis cum Batauis pax perpetua & perennis eſſet. Eo fœdere Romani non parum elati, in omne ſcelus præ-

Batauivinciunt Othonianos.

Batauorum gloria.

Bellum ſis Batauis.

Ciuilis oratio ad Batauos.

Coniurant.

Brenno.

Capta Romanorum caſtra.

cipites ruere: geniũ vino iocisq; curare: colonos opprimere: incautos adoriri: aliena rapere: insontes calumniari: auaritię studiũ amplecti: luxum sequi: & impuberes formositate præcipuos polluere in naturæ dedecus aperto & incæsto flagitio. Quibus iniuriis tantis Rom. pronocatus, Ciuilis nefandi sceleris turpitudinẽ abhorrere, in eos arma vertere, arcẽ obsidione premere milite fossa & aggeribus. Vitellii filius, Ciuilisq; gener, cuius tum curæ erat arx demandata, nuncios, quantum posset ocyus, ad patrẽ mittere, quib. Socceri temeritatem significat, qua neq; staret conuentis, neq; genialithoro quicquã deferret; oraret; vt exercitũ mittat, qui ab obsidione se liberet, nã, Vitellius tũ Moguntiæ agebat. Sed Batauinũcios in itinere intercipere & ad Ciuilẽ trahere. Qui ad eos refert, accelerate, nesteteritis, liberos dimitto: extremũ iam Vitellii periculũ agitur ac nostrũ: auspicandũ nobis aliquid, vt qui virtute plurimum debemus, etiã quid fortunę, si adsit, debeamus, posteritati innotescat, quã nullus vnquã mortaliũ diu in potestate habuit. Hæc atq; ciusce modi alia Ciuilis dixerat, quũ post illorum discessũ ad Vbios & Rheni accolas oratũ mitteret, vt suo Vitellii iter equitatu prohiberent, qui Colonien sib. hostis erat: se interim cõmuni vtilitati & libertati consuluturũ, huius tã præclari facinoris, & caput se & authorẽ esse. In necessitate vicini haud deessent: Vnã esse omnibus sententiã expelle ndi Germania Romanos, tuendiq; libertatem, quę etiam animantibus grata esse solet. Crediturn Ciuili, & transire Vitellianos non permisere, quum Vitellii filius arcisq; Romanę præfectus, spe omni venturi exercitus amissa, cõmeatu deficiente, se ac sua redimit, atq; eã Socero tradit. Sic nostris, sine cædę & sanguine ea victoria stetit. Qua re gesta, Ciuilis, Batauos, Canenefates, Frisios, ac omne robur exercitus, ppriis cuneis collegit, drigebatq; aciẽ ex diuerso, haud procul à Rhenoaduersum eos, qui incensis aliquot ibidem propugnaculis appulissent, viginti nauium classe, quos omnes aut occidit, aut cepit: vt de se Bataui, per integrã Germaniã insignem famam sparserãt, ad quos haud ita magno interuallo, Germaniæ venere legati, auxilia offerentes. At Hordeonius Flaccus legatus, in Germania vbi expugnata castra, deletas cohortes, pulsum Batauorũ insula Romanũ præsidiũ trepidis nunciis accepit. Mumiũ Lupercũ mittit cũ duabus legionibus, atq; Vbiorũ & Treuirorũ equitatu, nec non Batauorũ ala, quę iampridem corrupta fidẽ simulabat. Ciuilis contra expedire arma iubet. In ipso congressu statim Batauorũ ala transfugiens, in Romanos versa, nudat sinistrũ cornu Vbiorũ, Treuirorũq; auxilia fędę dispersa totis campis palantur. Sed legionarii milites Romani armis ordinibusq; rerentis in vetera castra confugerunt, cũ Batauorũ & Canenefatũ cohortes, quæ iussu Vitellii in Italiã ducebãtur, audita Ciuilis defectione, spreto Hordeonio legato inferiorẽ Germaniã petiuere, vt Ciuili iungerẽtur. Cæterũ Hordeonius Flaccus scripsit Herennio legato qui Bonnã obtinebat, vt arceret transitu Batauos, se cũ exercitu tergis eorũ hærsurũ, Bataui Bonnensiũ castris appropinquantes, præmisere, qui Herennio mandata cohortium exponerent. Nullum sibi bellum esse aduersus Romanos, pro quib. toties bellassent, longa militia fessos patriã petere, si nemo obsistat iter innoxiũ fore, si prohibeantur, ferro viã inuenturos. Quo audito Herennii legiones portis omnib. erumpere, vt vitibus impetes ac numero Batauos circumfundant. Sed illi veteris militiæ memores in cuneos se dare, densi vndiq; & frontẽ & terga ac latus tuti. Sic tenues Bataui Rom. perfringere legiones, & vallum portasque trepide hostes petere. Ibi plurimum fieri cladis, cumulatæ corporibus fossæ, nec cædę tantũ & vulneribus, sed ruina & suis pleriq; telis interiere. Bataui victores Agrippinã Coloniã vitantes ad Ciuilẽ tandẽ peruenerunt. Atqui ille aduentu veteranorum cohortiũ iã factus ipsi ductor exercitus; sed cõsilii ambiguus, vimq; Rom. diu animo volueus, vniuersos, qui aderant, in verba iurare Vespasiani cogit: mittitq; legatos ad legiones ptiore acie figatas quæ in vetera castra cõcesserãt, vt vnius militiæ sacramentũ acciperẽt. Recusarunt, hoc responsi dantes, se neq; proditoris neq; hostiũ cõsiliis vti. Quæ vbi relata sunt Ciuili, incensus ira vniuersam Batauorũ multitudinẽ ad arma rapere, iterq; ad vetera castra expedire. Legati legionũ vallũ murosq; castrorũ propugnaculis firmare, quæ diutina pace ferme subuersa erãt. Bataui Transihenaniq; qui Canenefates & Frisii, quo virtus eorũ manifestius spectaretur, discrẽti inuasere vallũ appositis salis: alii per testudinẽ illorũ scandere, sed gladiis & armorũ incussu præcipitati, sudibus & pilis obrui. Dein machinas in modum pontis struere, quas subiectis rotis propellebant, è quibus alii superstantes tanquã aggere præliari; alii intus occulti muros subruere. Cæterũ excussa balistis saxa strauere informe opus. Itaq; Bataui desperata vi vertebant consilia ad moras, haud ignari paucorum dierum inesse alimenta, & multum imbeliis turbæ. Hordeonius interim cognita castrorum obsidione summam rerum Vocalæ legato permisit, consensu militum. Additus Vocalæ Herennius: Notus Romanorum exercitus è Bonna in Coloniam Agrippinensem, inde Nouesium, quæ nobis Nucia: nec tamen ausi ad hostem pergere, loco cui Geldubanomen, castra fecere. Forte nauem haud procul castris frumento grauem cum per vada hæsisset, Batauiin suam ripam traiebant. Non tulit id Herẽius qui mittere sub-

Arcem Romanam Ciuilis obsidet.

Mumius Lupercus.

Hordeonius Herennius.

Bataui, ad Bonnam, Romano præsio superans.

Quæ sint vetera castra, vid.

Bataui vetera castra oppugnant.

Vocula Herennius. Geldubaà qua castra appellata.

sidio cohortē, sed dum certatur, Bataui multa cū strage Romanorū nauim attripiunt, post quæ Ciuilē tota Germania extollere, atq; societatē inire firmatā nobilissimotū obsidib^9: quibus, vt cuiq; proximū, vastare Vbios Treuirosq;, aliamq; manū Mosā amnē transire iubet vt Menapios, id est, Iuliaccēses, atq; Morinos, & extrema Galliæ, quaterent. Actæ vtrobiq; prædæ. Infestior Vbiis, q. Germanicę originis, ciuitata partia Agrippinenses vocari maluissent. Contusis Vbiis grauior & successu rerū ferociorCiuilis, obsidiū vrgebat intētis excubiis, ne quis nunctius occulte in castra penetraret auxilia veniētia denūciaturus. Inter hæc Vespasian. suscipit imperiū post pugnā Cremonensem prospere gestā, Antonio lega- to, Vitellii ducib^9 Valente ac Cecinna superatis captisq;, cū Vitellius fractis ad Cremonā rebus, inimicos in vrbē irrumpentes audiens, in cellula, pudēda Palatii latebra se occultaret; è qua protracti vinctæ pone tergū manus, & ceruici laqueus iniectus, quin in foro est Gemoniis appensus minutissimisq; se minudus ictibus exarnificatus, & vnco in Tyberim proiectus. Tum mitti cū mandatis Montanus ad Ciuilē, vt absisteret bello, satisfactū cæptis, quia iam Vespasian. imperio potitus esset. Cæterū Ciuilis Montani mandata contempsit, & veteranorū cohortes aduersus Voculā eiusq; exercitū misit, I. Maximo & Claudio sororis filio ducibus, ex improuiso castra occupantibus, vt nō pandere aciē Vocula posset. Cędes inde nō pręliū fuit, militesq; amissis signis intra vallū sterni, cum ecce, nouo aduētu hostiū fortuna pugnā mutaret. Quippe Vasconū lectæ cohortes accitæ, castris propinquantes, audito prædantiū clamore Batauos à tergo inuadere: & fortissimus quiq; quantūq; peditū erat, pugnādo occumbere; eques euasit, cū signis captiuisq;, quos priore pugna corripuerāt; & specie simulationis obsessis Ciuilis procul ostēdabat, tanquā deploratæ Rom. res essent. Sed frustra, quū ex captiuis vnus egregiū facinus ausus, clara voce patefaceret Romanis, secus esse quā simulasset, qui ilico confossus gladio, audaciæ suæ atq; loquentiæ pœnas dedit. Subinde Ciuilis sua astutia effecerat, vt quā Galliæ, tam Germaniæ ab imperio descisceret. Itaq; in priuatā domum ad Agrippinā Coloniā conuenire, Ciuilis Batauus, Classicus, Treuirorū præfectus, Iulius Tutor, & Iulius Sabinus: hic Treuir, ille Lingō: & ferratis sic menib^9 animos cæterorū scrutari, vbi quos idoneos rebantur cōscientia obstrinxere. Certatim proclamantes tempus venisse, quo sese in libertatē vindicarent: furere discordiis populū Romanū, legiones cęsas; Italiā vastatā; exercitū quemq; suis bellis distineri; capitū maxime vrbē posse. Vitellianus quoq; legiones ad se traxisse, quę externū seruitiū quā Vespasianū, imperatorē mallent, cædemq; fecerūt Voculæ atq; Herennio legatis, insuper infinitis Tribunis & centurionibus. Dein omnes coniurati ad vetera castra consedere. Obsessi extrema ferentes, ad Ciuilē misere legatos, vitam orantes, se vltro castris cessuros. Annuit Ciuilis prædā pactus castrorū. Cæterum abeuntes leuiter Romanos ad quintum fere lapidem, Batauiq; persequi; & pugnacissimos eorū, multoq; palantes trucidare, quod perfidiane Ciuilis, an sæuitia Batauorū acciderit, in ambiguo est. Direptis castris Batauifaces iniiciunt, cunctosq; qui superfuerāt, incendium hausit. Porro Ciuilis rebus tam prosperis, Classicum consulit, diripiendamne Coloniam militibus permitteret, poscentibus id maxime Batauis & Frisiis, sed obstabat belli ratio: Nam Clemētiæ famautilis imperiū inchoantibus. Ciuilē quoq; beneficii memoria flectebat, quod filium primo rerum motu deprehensum, honorate Colonienses custodiuissent. Itaq; Ciuilis, Agrippinensibus in societatē acceptis, proximas ciuitates affectare, bellum inferre aduersantibus, & traiecto Mosa, Tungros & Neruios in deditionem accipere. Dum hæc in Germania geruntur, mittere Vespasianus Petilium Cerealem Mauguntiacum ad exercitum, in locum Hondeonii interfecti, quicum Romanorum animi, spe futurorum eriguntur, quum illis audacia crescere, disciplina mutari, inque Vespasiani verba sese adigerent. At Classicus & Ciuilis vbi hostibus cuncta esse prospera accipere, pulsum Tutorem, cæsos Treuiros, trepidi properanter dispersas suorū copias conducere, adq; Cerealem literas mittere, talis tenoris ac sententiæ. Vespasianum, quod oceultatius geris, scimus vita excessisse, vrbem atq; Italiā ciuili bello absumi; si imperiū Galliarū velit, ipsos finibus ciuitatum suarum cōtentos, si prælium mallet, ne id quidem abnuere. Ad ea Cerealis nihil respondit, sed literas adferentem ad Vespasianum misit. Interea Ciuilis & Classicus diuisis copiis properare; dextro eornu cohortes Batauorum, sinistro Frisii: media acies Vbiis Lingonibusque data. Hi tanta celeritate assiliere castris, vt nihil tale veritus Cerealis in cubiculo, pugnari vincique suos audiret, & nunciantes hoc increparet, donec, vniuersa clades in oculis esset; cum Bataui castra perrumpere, fundere equites, medioque Mosellæ ponti insidere. Cerealis in rebus turbidis intrepidus, fugientes manu retrahere, inter tela: & felici temeritate fortissimique cuiusque accursu recuperatum pontē electa manu firmare; & in castra mox reuerti, vbi dum videt palantes legionum manipulos rarum ad signa militem, prope circumuentas aquilas, in-

Ciuilis' Bataui successus.

Vespasianus imperator.

Iulius Max. & Claudius duces.

Memorabile.

Coniuratio Galliæ & Germaniæ cum Ciuili in Romanos.

Ciuilis vetera castra in deditionē accepit.

De diripiendā Colonia consulit.

Petilius Cerealis.

Varia pugna Romanorum cum Batauis.

census ira, consistere iubet. At Ciuilis & Classicus, suis quique locis pugnam cierē, Gallos pro libertate, Batauos pro gloria, Germanos ad prædam instigantes. Et cuncta pro nostris erant, donec legio conglobata sustinuit ruentes, moxque impulit, nec sine ope diuina, mutatis repente animis nostrorum se vertere terga; qui territos se cohortiū aspectu ferebant, quæ primo impetu disiectæ, summis rursus iugis congregari, ac speciem noui auxilij facere. Sed verius obstitit ante bene cæsum hostem nostris, spoliandi cupiditas, dum omissis telis præda manus impediret. Cerealis sequutus fortunam castra nostra eodem die capit excinditq;. Tum Agrippinenses auxilium orare, deditionem facere, offerre vxorem ac sororem Ciuilis, & filiam Classici, relicta sibi pignora societatis, & dispersos in domibus Germanos trucidare, quum & Ciuilis Coloniam iter intendisset nō inualidus 10 flagrantissima cohortiū suarum integra manu, Batauorum, Caucorum, Frisiorumque. Sed celerem auertere nuncius, deletam dolo Agrippinensium cohortem, largis epulis, vinoq; somnoq; sepultos Germanos, clausis foribus igne iniecto cremasse, ac Cerealem propero agmine iis subuenire. Itaq; Ciuilis, post malam pugnam, reparato per Germaniā exercitu, ad vetera castra consedit, tutus loci, & vt memoria rerum illic bene gestarum, augesceret Batauorum animi. Quos sequi Cerealis duplicatis copiis, quippe legiones & cohortes iampridem accitę post victoriam properauerant. Neuter ducum prœlium detrectare, sed arcebat latitudo cāporum suapte natura humentiū. Addiderat Ciuilis obliquam in Rhenū molem, cuius obiectu reuolutus amnis, adiacentibus superfunderetur. Galoci forma subdola & Romanis aduersa mare pauitātibus; vtilis Germanis erat, quod 20 his, aquæ suetis, leuia, illis arma ponderosa essent. Igitur lacessentibus Batauis, ferocissimo cuiq; Romanorū cæptum certamē: dein orta trepidatio, cum præaltis paludibus arma equiq; haurirentur; nostri notis vadibus præsultarent. Neq; vt in pedestri aeie cominus certabatur, sed tāquam nauali pugna vagi inter vndas Romani in perniciem implicabantur. Eius prælij euentus, vtrumq; dum diuersis animi motibus, ad maturandum summæ rei discrimen erexit. Ciuilis instare fortunæ; Cerealis ignominiā abolere. Nox apud Batauos cantu & clamore, Romanos, per iram & minas acta est. Postera luce suam vterq; explicare aciem, atq; Cerealis Romanos exhortari, vt hostē pœnitus delerent: Ciuilis contra, stare iussit suos super vestigia gloriæ, cineres ossaq; legionū calcantes. Illum diem aut gloriosum inter maiores, aut ignominiosum inter posteros fore: pugnam intre- 30 pide capesserent, coniugum, parentum, patriæ memores. Prœliū incipitur eminus, saxis cæteriſq; missilibus, neq; Romano milite paludem ingrediente, & nostris vtilluderent lacessentibus. Absumptis quæ iaciūtur, ardescente pugna, procursum à Batauis infestius immensis corporibus, & prælongis hastis, fluitantemq; militē eminus fodiebant. Simul è mole, quam eductā in Rhenum retulimus Frisiorū cuneus transnatauit. Turbata ibi res, & pulsa acies Romana. Sed transfuga Batauus Cereali aperuit à tergo inuadi posse hostē, si extremo paludis eques mitteretur. Confestim duæ alæ cum transfuga missæ, incauto hosti circumfundūtur, quod vbi clamore cognitū, legiones à fronte incumbere, pulsiq; Germani, Rhenum fuga petere. Debellatum eo die foret, si Romanis eques sequi maturasset, qui haud instituit fusis cælo imbribus, & propinqua nocte. Posterea die Ciuili auxi- 40 lia Caucorū venere, non ausō castris consistere, molemq; diruenti à Druso Germanico factū, raptis quę fieri poterant; cæteris iniecto igne in Insulā Batauorū concessit, cum tutore & Classico, & centū Treuirorum senatoribus: vbi ad pugnā naualem se parat: quicquid Triremiū aut Liburnicarū erat colligit, præter ingentē lintrium vim. Spatiū pugnæ veluti æquoris electum, quo Mosæ amnē Rhenus Oceano affundit, vbi Vlaerdinga & è regione Brielæ. Indidem Cerealis classem direxit, numero licet imparem; vsu remigum, gubernatorumq; arte ac nauium magnitudine potiorem. Ille flumine secundo: nos vento ferebamur. Etiam constitere classes: dum ad manus ventum auxiliis per Oceanum è Gallia venientibus, Ciuilis nihil vltra ausus, trans Rhenum concessit. Cerealis, insulam Batauorum hostiliter populatus, agros villasq; Ciuilis, nota arte ducum intactos sinebat. 50 Interim fluxu Autumni, & crebris imbribus crescens amnis, insulam in faciem stagni oppleuit. Poterant tunc opprimi Romanorum legiones, & volebant Batani; quippe castra in plano sita, vi fluminis deferebantur, nec classis nec commeatus illis aderat, sed prohibere Ciuilis. Cerealis, cum inuictam gentem armis frustra ad deditionē compelleret, per occultos nuncios Batauis pacem, Ciuili veniam ostentare, vt fortunam belli tot cladibus aduersam, societate & fide antiqua, erga populum Romanum mutarent. Satis peccauisse, quod toties Rhenum transcendissent, nec posse ab vna natione, totius orbis seruitium depelli. Si Vespasiano operam & studium nauent, illi summam rerum acquisituros. Sin populum Romanum armis prouocent, cogitarent, quota pars humani generis Batani essent. Metirentur onera sociorum Germanorum: Batauis

Vincuntur Batani.

Colonienses à Ciuili desciscunt.

Transfuga Batauus.

Pugna nauali ad Mosam.

Romani insulam Batauorum diripiunt.

tauis non tributa sed viros indici, proximum id libertati. Quibus vulgatis, secuta est animorum inclinatio ad pacem, nec fefellit Ciuilem ea inclinatio, qui prævenire statuisset. Cum Batauis pacem iniunt.

Portro itaque colloquio, scinditur Nabaliæ fluminis pons, vbi iam Naelduicum, si me non fallit, nominis similitudo, ad cuius abrupta progressi duces, pacem his conditionibus ferire. Dederant se Bataui atque victi, haud vt tributarij: Romano imperio, si quando postulati, viros & equos tantum subministrarent: omnia hostilia ausa in populum Romanum memoria delerentur. Ciuilis apud suos ea dignitate polleret, qua auita sui generis nobilitas: omnes fortunas suas Batauos veteri iure possiderent. hunc finem sortita legimus Batauica bella varie contra Romanos gesta, quibus maxime enituit nostrarium virtus bellica, atque disciplina militaris, quantumque laboris & periculi hauserint pro vindicanda libertate. Quando Romani, ne bellicosa gens, qualecumque iugum excuteret, castella & munitiones ædificare, maxime qua it Rhenus contra Corum, se immergens in Oceanum; vt Voorburgum, Rhenoburgum, Roomburgum, quæ Dynastei modo Vestalium D. Benedicti. Interiorem etiam aliam struere, nunc Leydæ vrbis medio, D Burg appellatam, cui additus præfectus rapinas prohibens: & qui merces tutaretur, quas per Rheni alveum ad Corum tendentis, mercatores devehebant, ab ostio hoc distantem ter mille passuum. Inde olim iraiectus omnis in Britanniam esse. Hodie hic Rheni rivus ob decisionem ad Batauodurum, hoc est, Batauorum ciuitatem, in mare non defluit. Colles etiam arenariæ æstu acuente ibidem accreuere, vt fluminis impetus languere cæperit. Ab hoc præfecto Leydam cognominatam, plurimis est persuasum, dum duceret atque reduceret mercatores, ne quis prædo eos spoliaret. Prædictarum munitionum etiamnum patent vestigia, atque effossa ex his marmora, insculptis Consulum Romanorum nominibus: numismata quoque circa eas reperta, imagines Imperatorum ferentia, ac præter illa, multa alia Imperij Romani monumenta. Insuper eis ad hybernandū duo statiua, maxime tuta, in Australi parte Batauiæ, è regione Durdrechti, ad amnem Mosæ, bis inde mille passus, arenaria mole fastigiatæ. Horum vnum nunc Canonicorum Regularium ad D. Martini montem: Alterum Hoernaer vicus, id est, arenarius. Cæterum Bataui haud diu quieti, non nisi præsenti metu poterant in fide retineri. Nam abscessu Romanorum, animum demissum & oppressum erigentes, plurima tum bella exciere, at qui successus & qui euentus sequuti bellorum, deletis veterum Scriptorum monumentis, haud facile quisquam offendat. Nihilominus mens historiarum vestigijs inhærebit, seriemque continuabimus Imperatorum, qui vel pacis, vel belli tempore, in Batauiam venere. Itaque primus, post pacatam prouinciam, Traianus inferioris Germaniæ missus legatus, qui nuncium adoptionis ibidem à Nerua imperatore accepit, & post annum ad Agrippinam Coloniam iura imperij atq; insignia adipiscitur. Postquem Adrianus rerum potitus, cum infinitas prouincias gētium peragrasset, neque enim quisquam Principum, tantum terrarum vnquam penetrauit, in Batauiam venit, constituitque prouinciæ regem, quo bonis auspiciis magenos Romano imperio deuineret: etsi ante illum constat Batauis reges fuisse, indicibus nostris & Romanorum literis. In Britanniam nauigans ibidem murum octoginta mille passuum fecit, qui Barbaros à Romanis secluderet. Erat non minus imperio dignus quam laudata philosophia excellens. Ferunt morientem pronunciasse hos versiculos:

Wyckte Duerstee. Traianus. Adrianus.

Animula, vagula, blandula,
Hospes, Comesque corporis,
Quæ nunc abibis in loca!
Pallidula, rigida, nudula,
Nec vt soles, dabis iocos.

Sequitur Didius Iulianus à Cæsare dictatore ante imperium, vigesimus Germaniæ inferioris legatus præfectus, Caucos Germaniæ populos, Albim accolentes, inque Frisiam ac Batauiam irrumpentes, tumultuariis prouincialium auxiliis prohibuit, ob quæ consulatum meruit testimonio Imperatoris. Dein Seuerus magnis itineribus in Batauiam venit, ac simul Britannicam expeditionem suscepit, nempe quam plurimi Cæsares è Batauia in Britanniam traijcere. Qui mox vt appulsus esset, magnis grauissimisque prælijs gestis, receptam partem insulæ cæteris indomitis gentibus vallo distinguendam putabat, crebris turribus communito: quod opus per centum & triginta mille passus à mari ad mare duxit. Ad Eboracum & morbo & senio vitæ dissolutionem passus. Sequitur Maximinus à Seuero quintus, occiso Alexandro, qui in Germaniam ingressus, ad quadraginta mille passus vicatim hostilem terram est populatus, gentemque præferocem multis ac varijs cladibus affecit. Ac mox in Batauos mouens, ad quos Germani confugissent, ipse primus paludem ingredi, non sine aperto vitæ dis-

Didius Iulianus. Seuerus. Maximus anno salutis 243.

crimine, inque hostes equo per altas voragines vehi, aquisque medijs supra quadrupedis latera immersi pugnam admittere: quo tam audaci facinore vniuersum exercitum in difficile atque anceps certamen traxit. A nostris ferme circumventus esset, nisi tenacius inhærentem equo sui liberassent, dimicatumque est atrociter cum Batauis, tanta vtrinque strage, vt cæsorum cruor stagni faciem mutaret, cadaueribusque esset oppletum. Non tamen processit Cæsar stagni altitudine. Itaque hoc prælio fracti, potius quam subiugati, vt alias sæpe, Bataui, causam dedimus, qua minus omnis Germania in eius ditionem redigi potuerit. Post hunc Probus vndecimus à Maximino totius orbis imperium, & militum & Senatus iudicio, est adeptus. Gallias liberauit à Francorum incursu. Franci Germaniæ populi à Franconia oriundi. Hos, post Aurelianiim- 10
peratoris cædem, per Gallias grassabundos, sexaginta earum nobilissimis ciuitatibus in deditionem receptis, cum ingenti exercitu continuit, quadraginta milibus, vt ipse ad Senatum scripsit, hostium cæsis; præda omni, quam à Gallis abstulerant, recepta: & ciuitatibus omnibus Galliæ à Tyrannide liberatis. His gestis Bonosus ad Agrippinam Coloniam imperium affectare, auxiliaque Batauorum frustra petere, quod perseruite Probo malebant, quam cum Bonoso militare. Itaque à Batauis destitutus, & longo ac graui certamine tandem à Probo superatus, Bonosus colla laqueo implicuit. Tum haud infacete iocularium vnus dicere, amphoram pendere, non hominem, quod Bonosus tantum in vita bibisset, quantum mortalium nemo. Res monstri similior, vt quantumcunque bibisset sobrius maneret, imo vino fieret prudentior, tantumque redderet vri- 20
næ, quantum vini exhalasset, nullum pectoris, nullū ventris, aut etiam veficæ dolorem patiens. Diocletiani autem imperio missus Carausius, vt oram maritimam, Galliæ Belgicæ tueretur aduersus Batauos & Saxones. Is industria vtens non prius statuebat hosti occurrere, quam præda onustum sensisset, vt ea potiretur. Quamobrem Maximiniano, in sortem imperij à Diocletiano assumpto, in suspicionem venit, eiusque cædes pararī iussa, quod non in prouectum sed perniciem Reipublicæ studuisset. Sed consilio & manu promptus Britanniam occupare, totumque septennium tenere, quo ad Alecti amici fraude interficeretur, quem mox ibidem triennio exercentem tyrannidem, Asclepiodotus præfectus, prætorio oppressit, vt Romani post decennium Britanniam recupe- 30
rauerint Quo tempore Diocletianus etiam Constantium ad imperium admittere, qui in Britanniam quoque ire, atque ibi diadema accipere, iuncta sibi matrimonio Helena Ducis Colchestriæ filia, è qua Constantinus magnus, monarcha præpotens, & sanctissimus, testimonijsque dicendis Christo admodum religiosus. Merebat in Constantij satellitio Demarchus Græcus, ab Athenienfibus in exilium relegatus, fortunam qua quauersum sequens, vir plane strenuus, nec minori prudentia, qui audita ex commilitonibus incredibili Batauorum probitate, visendæ gentis pellectus desiderio, Britannia soluens, cum suis Staldunum appulit, vbi Mosa haud procul ab æquore reducto paulum sinu, quasi portum egredientibus mate, fecerat. Exploratis exul Athenienfis omnibus, quæ mox vsui fore ducebat, simulque loci amænitate captus atque vberiore gleba, sedem illic facere constituit. Cum Atticæ religionis memor, in honorem Dei sui 40
aram ibidem erigere, Monoschyri, nos Vnum, fortem dicimus, cuius adhuc ab nomine vicus Monasterium, corrupto modicè vocabulo Munster: Oraculo erat omnium in Batauia minorique Frisia tum temporis celeberrimo, ad quod finitimi consultandi gratia confluere, & offerre Deo loci parvulos, credentes fortiores omnibus evasuros. Proinde inter eos prouerbium exire. Fortissimos Batauorum Deo vniforti ab ipsis incunabulis dicatos. Memorandum hoc loco de Diocletiano acerrimo Christiani nominis hoste, in tantam efferuescente rabiem, vt carmine confingerentur acta quædam Iesu Christi Saluatoris, sacrilegæ plenam: famationis & obtrectationis, ex mendaciorum scatebra, quæ per vrbes, vicos, agros, passim spargi, ac ludi etiam magistris ea dictare præcepit discipulis, vt puritia memoriæ mandaret. Insuper seueritissima edicta legesque crudelissi- 50
mus Tyrannus promulgabat æreis in tabulis, tamquam æternum mansuras. Sed haud impune diu vnquam Tyrannis Diuinæ maiestati restitit: quod plenius in Sophologia nostra enarrauimus. Imperante Valentiniano, Batauorum ac Frisiorum per Rhenum Germaniæ, Galliæque oram populantium classem fui comprehendunt, Rhenumque pronum sequuti, Antoniam ad Traiectinos delent: Et Batauos Frisiosque in Oceani littora paludesque in vias ire compulsos, superauere: etsi ne tum quidem nisi præsenti timore, in fide & obsequio continere eos valebat. Siquidem ad Valentiniani absessum virtute atque agilitate terribiles Romanorum fines infestare, & prædando ad Agrippinam vsque Coloniam peruadere. Hanc Gratianus Valentiniani filius iniuriam vindicaturus, & occursurus Maximi Tyranni conatibus, ex Britannia res nouas molientis;

Probus.

Bonosus.

Carausius Anno salutis 288.

Alectus.

Asclepiodotus.

Constantius Helena Constantini vxor.

Constantinus Demarchus

Monoschyr.

Vide C. Aurel. in sua Batauia.

Anno 369. Sophologiam authorio nōdum vidi. ſi vſpiam eſt, doctrina magna refertum librum. iudice. Valentinia. Gratianus.

Hunnos

Hunnos Scythicam gentem nõdum ea tempestate cognitam, Romana facit merere stipendia, inque inferiorem Germaniam ire iussit. Digrediendum hic nobis, seruato historiæ ordine ac filo. Constantino magno Constantij & Helenæ filio in Britannia nato, Leoninus erat avunculus. Is filium Maximum generat, audatem, nec minus manu promptum, imperiumque ambientem Gratiani remporibus, tum quod claro Romanorum imperatorum stemmate oriundus, tum maxime Britannorum fauore & potentia fretus esset. Siquidem Octauius Britanniæ rex, senio & valetudine grauis, regno consulturus, videlicet, vt quam diutissime pace frueretur, filiam suam vnicam illi despondere visus. Qua tam opportuna occasione Maximus in Britanniam venire, regnum simul ac filiam matrimonio accipere. Ob quæ indignatus Conanus regis nepos, militum firmissima manu collecta, agros regni vastare, sed post multa prælia, pacis concordiæque inire fœdus. Itaque Maximus animum ad imperium adijcere, Galliasque affectare, & qua posset vi in Ammonicorum regnum traijcere, vbi ad odium fœuire in omnem masculi sexus: & aut pulsis omnibus aut trucidatis indigenis, ciuitates eorum præsidio munire, multis erectis propugnaculis, suosque per regnum spargere, & facere alterata Britanniam, quam Conano inhabitandam linquit. Ad hæc in viteriorem Galliæ proficisci, & sibi prælijs secundis subijcere ad vsque Treviros. Gratianus tantos motus armorũ Maximi veritus, vt diximus, barbaras gentes auro pellexit, suis militare stipendijs; Hunnos, Alanos, Sclauos, Scythicum genus hominum longe post Istrum ad Euxinum mare porrectum, circa paludes Mæotides, & montes Riphæos vt per maritima infestarent Maximi fautores. Interea Conanus regno Britanniæ minoris iam satis stabilito, decernit ex Britannia maiore accersere virgines, procreandi spe posteritatem, quæ perpetuum terram illam possideret, haud passus suos cum Gallis sanguinis commixtionem facere. Itaq; missi ad Dionotum Cornubiæ ducem, cui curam insulæ Maximus demandarat, legati: petitum virgines; quibus benigne susceptis, ille per prouincias colligere virginum vndecim milia nobilium, quarum vna erat Vrsula eius filia, miræ pulchritudinis, à Conano in coniugem postulata, præter sexaginta aliarum milia infimæ plebis. Quæ Londonias advectæ: sed quibus transfretarent, naues per Tamesim altum petentes, ventisque dantes vela, eoorta tempestate, Britannia minore delabentes, in Batauiam ferebantur, per Rhenum delatæ ad Tyelam, ac mox Agrippinam Coloniam, ad quam, crudelissimi Hunnorum exercitus Tyrannidem passæ, Gratiani iussu, inferioris quæque maritima loca Germaniæ, armis & seruitio opprimentis. Integritati nullum erat præsidium, quin tota illa pulcherrima virginum turma occisione deleretur: Quæ simus nioti satius ducere, quam virginitatis signaculum perdere, aut à Barbaris incæsto flagitio & stupro pollui. Inter hæc Maximus vbique victor Gratianum subita exercitus defectione consternatum, atque circumventum dolis, Lugduni interfecit: sed quem Theodosius Orientis Imperium curans Gratiani voluntate, Aquileiæ obsessum, superauit, & capitis supplicio vindicabat. Adeo numquam in hæc vsque tempora Tyranni imperatores, vitam sine cæde aut vulnere finiuerunt. Hunni & Sclaui, Gnanino & Melga Ducibus, post Gratiani necem, totam Batauiam igne ferroque vastare, vt desperatis in rebus, nusquam ad amatam nobis libertatem redire posse videremur, iuventute militari omni amissa; duasque validissimas extruere arces, Sclauenburgum, Vlaerdinga modo; & Wiltenburgum ad Rheni fluenta, nunc Traiectum. Sclauen indigitamus Slouuen, quod Latinis laborare. Wilt, vna ac pari voce Bataui exprimunt, significatque agrestitudinem; nomina sane barbaris conuenientia. Dein, quum exploratam haberent Britanniam absque principe & milite esse, traijcere, regnumque occupare: Maximus enim cum omni iuventute bellica profectus aberat, vbi cædere indigenas, oppida diripere, & caulas pastorumque stabula consumere. Tanta barbarorum violentia Britanni oppressi, mittunt Romam legatos, auxilium orantes, & subiectionem & tributum perpetuum vouentes. Missa est legio Romana, quæ oppressam Plebem ab Hunnorum Tyrannide vindicaret, exterumque mandant, vt se armis quantum queant, à grassatoribus defendant. Romanos nec posse, nec velle amplius tam laboriosas expeditiones terra marique suscipere, at eos potissimum vrgere nuncius, Gothos adferens grassari per Italiam, ductu Rhadagasi & Albarici regum. Siquidem rebus imperij fato ineuitabili inclinantibus, Gothi Romam obsidere, obsessam armis & inedia fatigare, fatigatam capere, diripere, partimque incendere. Sic Romagentium domina passimque victrix compulsa, vicissitudine fortunæ & temporum commutatione, spolia ex omni terra quæsita, Gothis concedere.

Maximus.

Octauius Britannorum Rex.

Conanus.

Hunni. Alani. Sclaui.

Anno 385.

Hunni & Sclaui Britanniam populantur.

Sclauenburgum & Wiltenburgum exstruunt.

Britanniam occupans.

Honorij tribunus, Calend. April. 412.

ARGVMENTVM
Libri Qvarti.

Batavi & Frisii Sclavorum & Wiltorum tyrannide oppressi, duce Engisto, à quo Angliæ nomen, in Britanniam traiiciunt: Ab externis armis eam tuentur: Insula potiti: Franci Germaniæ gens irrumpunt in Gallias. Slavi & Frisii Batavis connubio mixti: Regem creant Dibbondum: eiusdem genealogia: D. Gregorius fide Anglos imbuit: Clotarius Francia Rex, & Dagobertus filius, Sclavos Vilzosque multis præliis vincunt: Destruunt arcem Viltorum: aliam exstruunt, quæ hodie Traiectum: D. Thomæ sacrum, ibidem ædificatum; commendatum curæ Archiepiscopi Colonienſis: hoc Radbodus, Frisiæ rex diruit: Willibrordus ac decem alii, ab Egeberto Eborcenſi ad Frisios missi: plura alia de fidei Christianæ propagatione. Willibrordi & Suitberti prædicatio atq; miracula. Constructio Oratorii S. Crucis ad Traiectum: Baptisterium ibi consecratum: Wigberti, amborum q, Ewaldorum martyrium: Willibrordus à Sergio PP. in Archiepiscopum consecratus. Radbodum, Frisiorum regem, Carocus Martellus pugna superat: D. Martino consecratum, ab Willibrordo & Suidberto: Radbodus se instiandum Christiana fide promittit: pedem retulit baptisterio. Templa Idolorum Willibrordus in Ecclesias Dei mutauit: Batanodurum Christianam fidem suscipit: Willibrordi & sociorum successus atque obitus: Bonifacius alter Frisiorum antistes: Bonifacie Colonienſis litem intendit: Idem cum aliis quinquaginta ad Dorcemum martyrium passus: instituit Canonicos, vbi nunc S. Saluatoris: Gregorius in præsulem per Bonifacium electus: ad hunc ex Anglia Lebuinus venit: is Daventriæ quiescit: Succedit Albericus, atq; illi Theodardus primus ex gente Frisiorum. Perduellis Carolo Magno Frisia: Subiugatos, libertate donat: Varia de Carolo Magno: Hermakarus sextus Antistes: post hunc Rixfridus: Inde Fridericus, ob infandum matrimonium Ludouicum Imperatorem increpans: Iuditha conducit, qui Fredericum trucidem: Illi Alfricus gemanus succedit: Pullulat Arrii hæresis ad Sturios Frisiæ: Odulphus Orthodoxam profitetur: Alfrico succedit Lutgerus. Rhenus, qua it contra Corum; ad Oceanum obstructus: Aliunde per Iselam & lacum in Mosam fluit, Hungerus Antistes: Dani & Normanni prouinciam vastant: Batanodurum vrbem grandem incendunt: Traiectum expugnant: Arx Aurendilina pone Rhenum, solo æquata: D. Hieron. Nortumici docet: post varios cruciatus eum Dani obtruncant: Incursus Normannorum in Galliam: Comitatus Flandriæ primordia: vita & obitus Egibaldi, Egiboldi: & Radbodi, pontificum.

LIBER QVARTVS.

Batani & Frisii in Angliam traiiciunt.

WORTEGIRNVS vi ac dolo potitus regno Britanniæ, nihil non timens, vt fit, nullique sat fidens, externa euocare auxilia, ad tutamen sui, hostiumque formidinem. Batani igitur cum Frisijs traijcere tribus longis nauibus in Britanniam, inter quos præ cæteris nobilitate præcipui, Hengistus & Horsus fratres. Sclauorum namque & Viltorum longa Tyrannide ipsi etiam partim oppressi, exuberante domi iuventute, vt nostræ gentis magna sobolis est fæcunditas, sortem mittere qui patria excederent, Britanniamque peterent. Itaque Wortegirnus eos in Pictos ex Albania ducere præliaturos, victoresque agris atque possessionibus donare, cum Hengistus ædificare saxosa in rupa, Laucastriam. Qui inde factus audentior, petere à rege dolose, vt erat callida audacia, potestatem acciendi maiores Frisiorum copias. Placuit regi, ingens eorum applicuit numerus, & classis validior, ferens armatorum delectam manum, receptique, pro patria pugnaturi stipendio. Cæterum confluentibus in Insulam certatim Batauis & Frisijs, segnitiem & inertiam indigenarum perosi, cæpere in socios arma vertere, sibi iam non insularibus militantes, dominandi cupiditate accensi. Et quidem quum desciscere, & Tyrannidem exercere, statuissent, annonam suppeditare affluentius volunt, quod ni fiat, minari, cuncta insulæ loca, depastione & vastatione in solitudinem redacturos, nec aliquanto id minus segniter atque dixerant prosequuntur. Siquidem à mari Orientali vsque Occidentalem floridissimam insulæ regionem, nullo prohibente, cæde, præda, pariter & flammis complent. Tandem post varia vltro citroque admissa prælia, aduenæ suæ ditionis insulam facere & ab Engisto denominare; Angliæ consalutantes regem: sic Britanni patriam simul & nomen amisere. Itaq; bello victi populariter ex insula decedere, pars in Scotiam, pars in Senomanorum fines

Batani & Frisii Angliam vincunt.

Angliæ denominatio.

ad

ad mare migrare. Fertur Anglos qua tantopere superbiunt nobilitatem à Frisijs mutuasse, qui etsi lingua ex tanto temporis intervallo prorsus ab ijs differre videntur, nõ omnino tamen dissonant, quum Frisij, Frisiabonesque admodum exiguo temporis spatio Anglice discant loqui, & Frisij corruptius & minutius quiddam atque diuersum ab Germanica lingua sonent, hæc de Anglorum linguæ cum Frisiis affinitate, mores quoque ijdem vtrisque insunt, vt similes habent labra lactucas. Nam nullum impensius quam suæ gentis laudant, ita stolide sibi placent. Quod si quem forte forma, viribus, aliquaue dote siue animi siue corporis laudabilem conspexerint, dicere, hic si Frisius si Anglus, robustus, strenuus, formosus, doctus esset. Adeo illis nihil præclarum præter suum, & sua omnia præclara iudicant, quum pessimus quique hominum illo confluat. Hæc Batauorum atque Frisiorum cum Engisto traiectio fuit, imperante Theodosio iuniore, cum Franci Germaniæ populus, vt alias quoque Rhenum transmittere mutandæ sedis studio, inque penitiorem Galliam irrumpere, & ad Sequanam vsque tanquam ventus omnia loca pervadere, statuereque Marcomirum regem dominationem in se primam capientem. Sunt rerum ac temporum ignari scriptores, asseuerantes, Valentiniano imperante Francos ex Sicambria profectos iuxta Mæotidem quem Tanais influit in Alanos duxisse copias, ab imperio defeciscentes, eosq; deuicisse, & traiecto Danubio multis per Germaniam potitos victoriis, ad Sequanam constituisse sedes. Sed vt his adstipulemur, nec ratio temporum, nec fides historiæ patitur, quum annos ferme centum, ante Valentini tempora, imperante Probo, fuisse Francos in Germania legimus. Siquidem Flavius Vopiscus haud contemnendus author, docet in vita Proculi, Probum Imperatorem, illum regnum affectantem, cupientemque auxiliari Francis, è quibus se oriundũ prædicaret, vicisse, & ab eis proditũ interfecisse, quibus familiare est, vt ipse inquit, tridendo fidem fallere. Insuper Francos tum Sicambria profectos, ipsos Sicambros fuisse dictos plane it inficias, ex sententia I. Cæsaris, qui gesta in Galliis à se bella, pulcherrimo commentario est complexus, dicentis, Sicambros adultetiorẽ Rheni ripam supra Vbios, i. e. Colonienses agros, ea tempestate incolere, eosq; aliquando ausos Gallias enauigato Rheno incurrere, suppetias quoq; aduersum se Gallis mississe. Quo argumento cõstat Sicãbros iamdiu ante Valentinianũ, in Germania cõsedisse, nec ab eo esse sedibus pulsos. Proinde historiæ veritatẽ iamdudum anxie inquirens, inueni tandem apud veteres rerũ scriptores, duplicẽ dici Sicambriam, superiorem & inferiorem, videl. Laodamantem Hectoris filiũ qui & Astyanax, & Francus, post fatale illud Troiæ excidium patria extorrem deuenisse in Pannoniã, quę nũc Hungaria, vrbemq; grandem ad Danubiũ locasse, quã à filio Sicambro denominabat Sicambriã, nunc Buda, à Budo Attilæ Hunnorũ regis germano, quẽ ob suspicionẽ affectati regni in Danubiũ præcipitari iussit. Atqui post Troiæ euersionẽ annis cc. & xxiv. ex illis alios in Germaniã magnã irrupisse, oriundosq; Franconẽ Hectoris filio de se cognominasse partẽ eã Germaniæ, Franconiã. Alios in inferiorẽ Germaniam delapsos, ad Rheni fluenta, ducibus Troade & Torgoto, Bonnæ, Xanthiq; Cliuiæque conditoribus, Gueldriam, Cliuiam, ac Iuliam prouincias, suæ ditionis fecisse, quæ regio, Sicambria inferior nuncupata, de qua Cæsar in suis Commentarijs. Iam præter instituti rationem provecti, ab hoc diuerticulo ad nostratia reuertamur. Auctisobole Sclaui, misere Colonias aliquot ad Insulas per Mosam sparsas propter Oceanum haud procul à continente, quarum incolæ Zelandi, Latino sermone, marini. Hi primum egestate, dein libidine atque otio impulsi pyraticam exercere, simulque agro insidare, feracemque reddere, vnde appellationem Sclauorum, id est, operantium inoleuisse puto. Nos enim quos videmus nimio operæ incumbere Sclauen indigitamus. Tum, aggere nondum septis Insulis, ad altissimi maris æstus experientiam, suggesta facere, Tribunalia Plinio, quæ etiamnum cernere licet, certissima pelago efferuescente, mortaliũ, pecorumque confugia. Connubia quoque inire cum Batauis, & gentis nomine abolito Frisios se appellare, creareque regem Frisiæ Dibbondum, liberorum procreatione palchertimum, quorũ vni ad Batauodurum accito, Wiltorum regnũ detulere. Alter quoq; illi filius Guilielmus, Frisiis Lem, nostris Willem, de se Harlemo nomẽ indens, vrbi & æuo & spatio celebri, hic fertur procreasse regẽ potentissimum Aurindelinum, iocose indigatum à prominentibus auribus, Esceloor, Frisiis, Sclauis, Viltis, totique Batauiæ insulæ imperitantem, statura corporeque immani, vxoreque, pari magnitudine, scilicet, patella digna hoc operculo. Vixit ad miraculum absque liberis præter Falconem nothum, ab auo nomen trahentem, quæ accipitris genus, quam oculis rotundis & claris admodum probe referebat. Arcem Falconiam exstruxit, ab se Valckenburg nostrate denominatam. At anterior arcem vetnacula, Voorburg. Aurindelinus condidit, grandem decem terræ iugera, nomen ab ipso sortientem. Offendi arcis fundamenta effodientem

Britannidam vulgus vocat à veteri insolatu.

Nota.

Anno 418.

Nota.

Flavius Vopiscus Proculus à Probo interfectus.

Superior.

Inferior.

Dibbondum Rex Frisiæ.

Aurindelinus. Non assueranda hoc est, sed naranda quod vulgo creditum.

Aurindelinum vulgo.

Nota docti Lector.

narrantemque mihi globosam turrim eruisse, quam duo muri, in morem circuli, ambirent, præter lapides, aliaque vetustatis monumenta rara concinnitatemque redolentia, & polite Italicis literis inscripta. Quin & fossam arcem circumvadentem adhuc exstare intellexi. Prædicta nostri authores ita tradunt, quæ improbare non ausim, quum è locorum nominisque vestigijs fuisse conjecto. Quæ de Arturo Anglorum rege memorant, vt præclara ita mihi esse videntur fabulosa. Qui si devicit Daciam, Norwegiam, Alemanniam, Hispaniam, Franciam, Scotiam & quotquot sunt gentes, miror illi tantum fuisse laboris domandis Sclauis, hoc est, *Batauis*, vt non nisi pacta immunitate sibi eos subiecerit. Fieri potest vt sponte tributa ijs tum remiserit, ad Romanorum exemplar, sed quod nostri scriptores invictos & intactos *Arturo* fuisse iactant, si cætera erat in illo virtus, adduci non possim vt credam. Nam si fortitudinis compendio *Arturus* tot simul regna subegit, quotula pars erat ad illa insula *Batauorum*, vt ab ea manus abstinuisset, etsi Romani nunquam contemptui habuere, quod virtutem bellatricis, sæpe non sine damno persentissent. Stulte nimis *Angli* de hoc prædicant, vincere ad fortunatas etiam num insulas, rediturumque in regnum, orbique terrarum imperaturum. Occultante hoc pacto se Arturo, *Angli* per insulam grassabundi imprimis sedes regnumque sibi stabilire, *Britonibus*que diadema auferre, quos Idolatras D. Gregorius diuino oraculo monitus, & doctrina vitæque sanctimonia clarus, labente tempore, Christianæ fidei præceptis magno desiderio nisus imbuere. Misit in hoc aliquot, & in his venerabilem Augustinum monachum & Iohannem & Mellitum, vt ab ijs doctrinam Christianam haurirent, imperante Mauritio, ab *Augusto*, quinquagesimo quarto, atque in *Anglia* Edelberto. *Beda Anglus*, memoriæ prodidit, fortuito *Anglos* in foro intuentem Gregorium scisitatum, qui tam candidi corporis, venusti vultus, capilli decentis & fluitantis pueri, & cuiatis essent: & vbi Anglos audit cælestis regni locutum eos fieri debere consortes: nam angelicam habere faciem atq; ex in inanimum induxisse, ab superstitione eos ad verum Dei cultum perducere. Interea Francorum rex Clotarius collapso Romano imperio, instar prædecessorum, fatis prosperrimis regnum suum augens, propagator Christiani nominis eximius, bis cum Frisiis certat. Victus primo belloque fractus: mox cum exercitu secunda vsus fortuna, hostium omnem porrectæ staturæ, quo contra illum pugnasset gladio interfecit. Hoc facto Batauorum animi Frisiorumque perculsi, se ac sua illi dedere, sed non permansere diutius in fide, quam præsentis regis ira eos retineret. Quippe bello ausi lacessere vicinum regem Dagobertum Clotarij filium Berthaudo duce, quod crescere illum animadverterent. Itaque manus copiæ magno nisu consertere, vtrorumque damno; Dagobertus ictu cassidem pertusa, graue vulnus capite accepit, redactusque esset in potestatem hostium, ni Attila regiorum militum, prostratum atque humi iacentem magna audacia periculo eripuisset. Qui inde haud procul venationis gratia ad Longolariam syluam hærenti Clotario citus nunciat, filij totiusque exercitus periculum. Properat is filio suppetias ferre, ad quas insonuere castra Francorum, cum rogat Berthaudus, quid hoc Francorum insolentiæ esset, vbi ille rem accepit patrem cum ingenti exercitu advēnisse, aut quia credi volebat, aut secus nesciebat, vixit, ait, Clotarius. Quod audiens rex, nam flumen tantum eos diuidebat, cassidē caput viscendum nudare, canicie veneranda. *Ad* quę immani voce Berthaudus, hiccine tu Operuerse & morbose canis. Eo indignari rex flumenque tranare, nec Berthauldum mox fugientem persequi destitit, quam gladio revulsum hostis caput, ad suos ipse pertulisset. Tum in Frisios vsque Dagobertus penetrat, vbi Viktorum castrum obsidione cingit, capit, ac diruit, agros depopulatur, vicos incēdit, regionemq; integram hostilibus exercet, ac sibi acquirit, tributo quingentorum boum ijs annuo indicto: hic ille Dagobertus qui arce Viktorum solo æquata, alteram erexit, quam Traiectum fecit appellari, cum inde traijcere, & vectigal mercatores soluere publicano solent. D. quoque Thomæ exstruxit, vt gentē efferam & superstitiosam paulatim religione māsuefaceret Christiana, vtens in hoc Archiepiscopi Colonienſis opera. Mittit itaq; is protinus viros monasticæ professione celebres, ad obeunda ea munia, sed, quod aiunt, oleum & operam hic perdere. Nam præfracti ingenij gens Christianæ fidei salutare dogma à se procul depellere, & post annos aliquot in prouincia irrumpere, ac D. Thomę demoliri duce Badbodo, ne noua religio quod aiebant, animos eorū fascinaret aut aliorsum traheret. Tandē illorū misertus Deus, Batauiæ oris applicuere, Britannia, de stirpe inferiorū Saxonum venerabiles aliquot viri, qui gentem erudirent. Hic si paululum digrediar, molestū esse non debet, ac ne sit lectorem rogo: nō enim omnino ordinē seriemve historiæ intermittam. Saxones inferiores, de quibus memoravimus, iterū atq; iterum expugnantes Angliā, postquā D. Gregorius per Augustinū ac Mellitū cū tota insula fidei sacramentis initiasset, tantus creuit inter nobiles feruor, vt spretis

Arturus Anglorum rex.

150.

Clotarius.

Frisios & Batauos vincit.

Dagobertus Berthaudus Saxoniæ dux.

Attila

Clotarius Berthauldum obtruncat.

Anno 645.

Augustin. Mellitus.

spretis mundanis peregrinari ac militare Christo hîc mallent. Quippe Ceadunala præpotens rex, & Offa item rex Cantuariorum, pati se à D. Sergio papa in monachos attondi: Iudocus, winnocus, Angliæ regis filij Anachoritas agere. Ex episcopis vero wilfridus nauigaturus Romam diuina dispositione in Frisiam appulit, vbi à rege Frisiorum Aldgillo domo & hospitalitate exceptus, iunctusque illi amicitiæ fœdere, totâ hyeme est professus Christum, & veritatis verbo motos aliquot primus vnda abluit salutari: quem dein V Villibrordus & Svvitbertus feruentissimi notualium cultores sunt sequuti. Egbertum Eboracensem Archiepiscopum ex Saxonum stirpe oriundum, cæno superstitionis gentem involutam euangelij sacris atque mysterijs voleatem initiare, Deus oraculo prohibuit. Vir autem sanctus nec valens nec volens voluntati diuinæ resistere, ordinat ad hoc V Vigbertum inculpatæ vitæ præsbiterum, biennium Frisijs ac Radbodo regi operam dantem, sed ad Archiepiscopum inde redeuntem; postquam nihil se proficere animadverteret. Nihilominus Egbertus propositi tenax atque diuinæ bonitati omnia mandans, alios duodecim misit, actione industrios, eruditioneque præclaros: V Vilbrordum, Svvitbertum, Accam, V Villibaldum, forte Lebuinum coniectura S. Renessi Vtraiectini, nobilis & docti, qui cum hæc contuli, quod Lininus fuerit posterior & horum neminem constat esse profectum in Fland. Liuinum, Edualdos duos, Werenfridum, Marcellinum, aut monachos aut sacerdotes omnes, & Albertum Leuitum, filium regis Deirorum, regiam hæreditatem hîc deserentem, quo cælestis illius fiducia ret particeps: Qui nauigando, auspice Deo, longum cupitâ procul prospicere tellurem, & Rhenum inuecti Traiectum applicare, atque se euangelij ministros ibidem præbere, primæuum Apostolorum vitam & doctrinam amplexi, imperante Iustiniano, D. Sergij verè apostolici pontificatus anno tertio, salutis DC. & LXXXX. Multa memorabilia Willibrordus religionis veræ & sator & propagator singularis, Archipræsul Traiectinorum primus, nobis Apostoli titulo honorandus effecit, vt signaculum Apostolatus eius factissimus in Domino. Natus in Anglia, stirpe Frisiorum, patre V Vilgiso, Northanymbrorũ in provincia. Puerum alebant Herpensis ecclesiæ Canonici, vigesimum advsque ætatis annum, sub quibus, omni eruditione, morumque probitate ornatus, Clericalem characterem meruit, verum auctoris vitæ desiderio, se in Hyberniam ad Egberdum Archiepiscopum, tum sanctitatis, eruditionis, & integritatis fama vbiuis notissimum, contulit, vbi supernæ contemplationis fructus carpere annis duodecim, diuina luce Euangelij, nostræ gentis oculos longum obice incredulitatis clausos, aperiturus. Sub illud tempus Pipinus, ob corporis paruitatem cognomento Pusillus, præfectura regiæ domus fungi, magister militiæ, totiusque Franciæ regni moderator: Qui Radbodum Frisiæ regem prouinciæ hostiliter imminentem ad Traiectum fudit, atq; omni citeriori Frisia cedere cogit. Ad hunc diuertit V Villibrordus, opis suæ implorãdæ gratia, vt qui esset Christiani nominis defensor acerrimus. Qua re ille cognita, edicere, caueret gens religiosos quoquo pacto offendere, qui id facerent capitis pœnam, qui nomen Christo darent, beneficium & præmium ferrent, vnde breui ijs, adiuuante Deo, magnus fidelium numerus accessit. Convenire igitur ad D. Thomæ ruinam, quam Dagobertus iam pridem constituxerat, cui inædificare magno fudore Oratorium sanctæ Crucis, addito regenerationis lauacro, ad quod arcis præfecto tuti, fideles possent accedere. Cæterum V Vigbertus reliquis collegis audentior Radbodum compellare ad Fostenlandiam à Foste Deo suo denominatam insulam atque Iouis & Fostæ delubra, virtute diuina ibidem subvertere. Rex deorum suorum perditione excitatus, V Vigbertum vlcisci, & dire tortum iugulari fecit. Evvaldi etiam ambo, per omnia invicem pares, præter capillorum speciem, vt albus vel niger hic aut ille diceretur, & niger collegam superaret literatum sacrarum scientia, Saxonum regionem peragrare, inque pattes venire V Vestphaliæ quorum prece Laræ, vivus rupe fons profilire, vbi sanctum campum etiamnum nuncupatum, miraculis famosum vsui pauperum reliquere. Ac inde per Comitatum Hoiæ haud procul Bremensium vrbe ad villicum diverti, satrapamque postulare, sibi esse quod illi dicerẽt, non in vtile fore. Non enim Saxones tum regem habebant sed plurimos satrapas, tempore belli sortientes, qui Ducem agãt: quemcumq; autem sors ostendit, hunc belli tempore omnes ducem sequi, huic obtemperare omnes; quo confecto, nulli præ cæteris aliqua eminentia est. Suscepit Evvaldos Villicus, simulate perhumaniter, spondetq; satrapam adfore. Interim delatione cogniti barbaris, presbyteros, alterius religionis esse, psalmis & orationibus vacare, indies victimæ salutis sacrificium Deo præstare, vascula secum ferre quædam sacra, & Tabulam altaris vice, ne si convenissent satrapam nouam cogerentur probare doctrinam, illi vtrumque tamquam reipub. hostem, concito furore rapere, & Album gladio; Nigrum horrenda corporis mutilatione conficere, inque Rhe-

Ceadunala. *Offa.* *Iudocus, VVinnocus.* *VVilfridus.* *Aldgillus rex.* *VVillibrord. Svvitbertus Egbertus Eboracensis.* *VVigbertus.* *Duodecim viri Apostolici.* *Pipinus cognomento pusillus.* *Mors Sanctorum.* *Quarto No. Octob.*

num excarnificatos proijcere, hoc vbi cognouit Satrapa, hospitij violati pœnam de Latronibus sumpsit, Laresque eorum accendit. Proiectorum in flumen corpora, quacunque se verterent, luminis radius invsitati circumfulsit, donec inventa, & magna cum veneratione Coloniam asportata ibidem conderētur. Pipinus Willibrordi admiratus tantam animi fortitudinem, illum ad se vocare, venientemq; domi aliquandiu asseruare, ac benigne prosequi, quod viri sanctissimi consuetudine delectaretur, eumq; Romam mittere, vt Frisiorum fieret Archipræsul, insulaq; sacerdotali redimitus, rediret, & Apostolica benedictione ac iussione accepta præconem verbi diuini ageret. Sergius PP. de aduentu willibrordi factus certior cælitus, & quod gentes ad Christi fidem converteret, summe eum est amplexus, præsertim vbi didicisset, esse solidæ de sanctissima Trinitate sententiæ, animi vigilantis, ac sapientiæ pleni. Itaque Apostolico more, Frisiorum
696. Archiepiscopum consecrabat, S. Ceciliæ virginis, ac martyris natali die. Donarat cū pridem Pipinus cathedra episcopali ad Traiectum. Itaque transactis aliquot diebus Romæ, apostolicę authoritatis benedictione insignitus, donisque ditatus salutaribus, regrediturCumq; animo volueret in itinere, tantas superstitionis tenebras, pertinaciā audaceem, perfrictam frontem, cæterum perfidiam gentis mage quam barbaram, cælestē numen implorare, vt misere prostratam & volutantem in erroris cæno benigne vellet tutari atq; conseruare. Preces adeo validæ flectere Deum; cooriri tempestas, sonare æther fragore nimborum, venti, procellæ, turbines inter imbres, feruorque pelagi in vndantis
Lucus sacer. ad sacri Luci excidium commoueri, sternere immunes quercus ac fagos, & infinita Idolorum delubra. Calamitatis illius, proiectæ ad miraculum arbores, etiamnum posteris firmissima dant testimonia, passim enim per plana ac prata, ad scandulas Agricolæ eas effodere. Hic ille Lacus, sacer dictus, à superstitione gentium, in quo sub dio sepulum annuum fiebat conuiuiumque publicum, & de rebus arduis consulturi conventum agebant, gentemque Batauam olim Ciuili authore coniurasse aduersum Romanos creditum, à Duce arce, id est, Leyda, ad vsque Traiectum extensus, quem falso aliqui vocauere syluam inclementem. In Francia interim motus magni oriri inter proceres, de præfectura domus regiæ: quippe mos inoleuerat, vt nisi ad Calendas Majas reges palatio egrederentur, haberentque qui vniuersa regni atque Reipublicæ curatet. Cumque diu varia fortuna inter istos periculose digladiatum esset, Carolus Martellus Pipini filius, alij ex concubina, alii secunda vxore natum volunt, palatii præfectum adipisci. Quam ob rem Cilpericus rex Rangifredi impulsu Carolum sibi hostem facit,
Carolus Martellus Radbodum prælio vincit. & belli socium, suis haud contentus viribus, Radbodum asciscit. Carolus Martellus primum victus, dein victor, hostium suorum magna ædita strage ad Bordonam flumen, iteratò pugnam tentantem, deorum responso deceptum Radbodum vincit. Quibus gestis Martellus non contentus ea victoria, in Frisios ducere exercitum Idolatras, bello-
forte Vltrajectum & Austrachiam. rum contentione iam pulsos, sed tenētes Strachiam & Astrachiam insulas propter Rheni ostia, in quibus imbellis omnis erat multitudo. Ad eas numerosa classe profectus, vtriusque sexus patrare magnā cædem, insulas diripere, statuas Deorum confringere, quorū tecta ac fana, flagitijs sceleribusq; polluta incendio expiabat, in Radbodum vnum vsus clementia, vel quod Theudosinda Radbodi filia, Brimealdi Pipini filij, & fratris vxor erat, vel Baptismā sacrum suscepturum se votis ac iureiurando obstrinxisset. Hoc rerum statu reuersus in prouinciam Willibrordus, comperit Svvitbertum ecclesiasticis disciplinis apprime instructum ab Wilfrido Merciorum in Anglia episcopū consecratū: magnos successus ecclesiæ: Teysterbandiam, maioremque Frisiæ partem cum Batauodu-
Willibrordus & Svvitbert. templum D. Mar. consecrant. ro reiecisse antiquā superstitionē, velamē impietatis atq; nequitię, eiurata omni perfidia, post, quæ Deo canere laudes, simulq; Traiectū ire, & D. Thomæ Basilicæ dirutæ fundamentis inijcere asceterū D. Martino episcopo Turonensi sacrū: in quo willibrordus Frisiorū factus Archipræsul sibi cathedrā atq; posteris fixit. hæc prima ac sacrosancta auspicia regiæ illius plantationis, plurimis prædijs, donationibus, priuilegijsq; principū ditatę: quam D. Clemens consecrauit, Bonifacius confirmauit, reliqui illustrauerunt doctrina & exemplo vitę. hęc inquam iugum Sathanę fregit, nosq; Deo proximos fecit. Cæterū, Svvitbertus tēpore etsi Willibrordū anteceſſit, dignitate tamē hic prior, & quod à Sergio Frisiorū Archiepiscopus cōsecratus, & Pipino Herstallo, eiusq; filio Martello, crebris victoriis atq; gloriosis honoratissimo, cathedrā atq; vrbem ipsam cum omni appēdice impetrauit, Redeo ad Radbodū à quo sum digressus quē Wilfrangus Senonensis Antistes, Clementē iussus à Deo opera subleuare, ne quicquam Christiano dogmate instruxit, etsi plurimis, vt resipiscere vellet, suasionib. fatigassent. Nā cū diabolica fraude pellectus, simulanter in gratiam Caroli Martelli, Medenblico regali pompa in Hoyhenvvoudam pergeret, vt sacro fonte eluereturſcitari, maiorne suę gentis numerus apud superos in inferos

inferos esset. Quos omnes VVilfrandus postquam diceret apud inferos torqueri, inquit, Latius me plures quam pauciores sequi, & retracto vdo pede vno è baptisterio, addit, Malim cum gentis meæ contubernio in auerno esse, quam cum Christicolis vobis in cœlo, sicque illudens ille abire & redire dominum. Non me prætermittit multos opinari fuisse Ritsardum non regem sed ducem Frisiç, Radbodum autem ante multis cum Frisiis occubuisse. ego mage assentior Radbodum, Radlodum fuisse, qua authoritate isti nitantur nescio. Quo tam pestilentis viri responso & facto, motus pontifex ad VVillibrordum mittit interrogatum, num baptisandus esset. Is sibi somno visum narrare, igneam trahentem catenam, iam æternę damnationis subisse pœnam, tertioque in de die allatum, equo lapsum, interiisse. Cuius divulgata morte per Frisiam, multa mortalium milia nomen Christo dare, admissa quoque libera potestas Clementi, maiorque licentia penetrandi regiones & vicos, construendi & dedicandi Basilicas, & delubra demoliendi. Vetare nemo Catechisantes euangelion prędicare, Catechumenos baptisare, Neophytos confirmare, & tam publice quam priuatim testari, patris & filii, spiritusque sancti inseparabilem & coæternam substantiam, Deum vbique regnare, trinum in personis, vnum in maiestate, visibilium & invisibilium omnium conditorem, & Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate esse, implentem, circumplectentem, transcendentem & sustinentem omnia. Itaque passim ædificare ecclesias, & prophana Idolorum in Christianorum templa consecratione vertere. Pagorum nomina, quorum ecclesias sanctificauit Willibrordus, Vlaerdinga, VVoestgestum, Velsenum, Pettenum, Ciricuerna, & Heyligeloa, propter Almariam, vbi dum circuit maritima, sitientibus socijs, salsuginosa & arenosa tellure dulcem scaturire lympham oratione effecit hactenus durantem. Svvitbertus autem quo tempore VVillibordus prouincia absens, ad Pipinum pusillum esset profectus, quod proxime narrauimus, Teysterbandiam fecit Deum testificari: Tielenses, Bomelienses, Herculanos, Heusdenos, Altenanos, Vianenses, Culenburgenses, Buranos, &, si qui plures, advsque veterem Mosam. Multas item Ecclesias consecrauit, Sandunici, propter Tyelam S. Vincentio, in Herculano Deiparæ virgini: Hoernatiæ, Dionysio Areopagitæ, aliasque alijs diuis. Biennium quoque desudare Primipilares athletæ Christi in Batauoduri vici conversione, vicum dico, quod haud vsitatum esset, ciuitates vel mœnia incolere: Scribit Marcellinus duodecim collegarum vnus, quinquaginta duas parœcias dedicasse, fauore & opera Neophytorum illustrium præcipue Gunteri Oudenyheyni, cuius filium Spinterum Rheno mersum pridem, Svvitbertus ad vitam revocauerat. Cæterum VVillibrordus omnem prouinciam lustrare, quæ iam vitæ semina conceperat, ne diabolus superseminando ea suffocaret, & quum nihil reliqui in toto ambitu manssisset Idolorum, VValachriam contendere, insularum Rheni extremam, vbi ad VVestcapellam Mercurii statuam loco deiecit. Fertur ædituum vlcisci id est ferire gladio volentem venerandi pontificis caput velut vmbram percussisse, & mox Dæmonio correptum. Est vicus VVœstgestum, qua proficiscentes Herlemum iter debent facere, hic VVillibrordum magnus nobilium numerus prætereuntem orare, vt novum vici templum sanctificare vellet, qui è vestigio non posse id se, sed die esse opus dicere, iussitque parare omnia. Quam ægre excusationem excipere dilatione contristatos animaduertens, quod omni voto ab illo id fieri percuperent, metuentes ne senem mors præverteret, bono, inquit, filii animo estote, ipse hanc vestram ædem condicto die dicabo aut vivus aut mortuus. Sic discedit senior, quodque metuebant, mors eius tempus præfinitum antevertit. Nihilo secius tamen constituta die omnes confluere, quibus opus essent ad solennitatem paratis, atque operiri euentum. Et ecce, celo sereno labi rarus ac lentus imber per templi ambitum: vox audiri cantantis: trans pauimentum scribi: vngi parietes: totumque munus pontificis visum exequi: omnes pauidi ac stupentes hæc contueri. Obiit æternum victurus strenuus Christi Athleta 8. Idus Novemb. Archiepiscopatus quadragesimo anno, corpus eius translatum in Dioceſim Trevirensem ad Epternacum D. Benedicti, quod ipse suis, discipulorumque opibus construxerat, conditum arca viuo marmore excisa. Collegarum superstites, tum sortiri ecclesias. D. Adelbertus in Canenefatibus Egmondam, cuius exuviæ & hodie in magna veneratione sunt. Lenita is primusque Archidiaconus Traiectinorum, filius regis Deiorum, vt diximus, filii sancti Osvvaldi & regis & martyris. Acca in Angliam reuersus Augustaldensis fit episcopus, VVerenfridus eximius præco Christi VVesteruordam Batauiæ ecclesiam rexit, Elsti tumulatus, cuius vici Ecclesiam VVillibrordus dudum sancto Saluatori dedicarat. VVilibaldus Orientali Francia accessa, quæ Franconia, Sultzdurgi, Heystadensis factus Episcopus. VVinibaldus

Radbodus baptisari renuit.

Quas ecclesias VVillibrordus consecrarit.

Quæ templa Svvitbert.

VVillibrord. Valachriam venit.

Mortuus, VVoestgesti templum consecrat.

frater Heyndelamensem meruit Dynasteian, horum Germana S. Walburgis, & D. Bonifacius avunculus. Leuinus Pontificatū adeptus propter Gandauum coronam subit martyrij. Marcellinus senectute venerabilis, dum Gregorius tertius episcopus in humanis adhuc esset, Dauendriam, Oldenselam, Trentam, Couordiam Christo lucrifecit. Svvitbertus Clementis coadiutor, regali stemmate Anglorum oriundus, Engistus enim illi tritauus ex materno genere, à quo denominata Anglia, per Westphaliam, perque inferiorem Saxoniam tamquam fidei vexillifer paganismum doctrina lustrauit. Donatus hic à Pipino, annuente Plectrude vxore insula Rheni Cæsareverda, in qua Monasterium fecit Deiparæ virgini Mariæ, internæ mentis feruore ibidem sem-

Svvitbertus inter diuos relatus.

per ad cælestia suspirans. Obijt ætatis suæ sexagesimo anno. Relatus in Catalogum diuorum à Leone tertio, tum eo loci exulante, quod crebris miraculis coruscaret, in conventu Cardinalitio præsente Carolo Magno imperatore. Hi duodecim palæstritæ celeberrimi, in hoc vitæ curriculo impense pro nomine Christi sudantes, Agricolæ veri, doctrina tamquam vomere dura & inculta barbarorum pectora scindentes, frangentes & litantes, sparso in ijs diuini verbi semine, vt non dubitarint post multos agones, pro gentium salute mortem oppetere, viua exemplaria omnis virtutis, qui ex filijs iræ nos per fidem Christi, filios Dei fecerint, exposa impietatis perfidia. Næ quicquid sumus non nisi quam illis ac Deo acceptum ferre possumus & debemus. Iam necessarium, vt post Willobrordi vitam satis accurate à nobis descriptam, me stylum ad Bonifacium eius successorem convertere. Bonifacius natione Anglus, ante gentili nomine Winfridus appellatus, audiens in Germania esse messem copiosam, at operarios paucos, felici cursu Rheni ostia invectus Traiectum venire, & per totos tredecim annos D. Willibrordi familiaritate & hospitio frui: Mox ab eius oculis atque Clementis concedere Moguntiam, & Franciæ, Thuringiæ, Saxoniæ atque Hassiæ operam dare, & quæ tum ibi pullulare cæperat hæresim, gladio spiritus convincere. Itaq; opera Caroli Martelli, Maguntiæ pontificio est surrogatus, & a benefaciendo, vt pote moribus operibusque conspicuus, appellatus à Gregorio, eius tum nominis secundo, Bonifacius, atque mox fauore Carolimanni filij Martelli Metropolitanus: quippe olim Maguntinorum episcopi, suffraganei tantum wormacienium. Cæterum, quum mortem D. willibrordi accepisset, coacta Synodo, Lullum consanguineum virum singularem atque integerrimum, suffragio in sui locum suffecit. Ipse vero decenti comitatu Traiectum reuisit, in hoc laborante Carolomanno, ad montem, militare deo volens, Cassinum, attonso, qui statim vbi venit, suscepit pontificatus curam, nouamque plantationem doctrina confirmandi. Sapienter ille atque considerate facere omnia, toto sexdecim annorum spatio, à quo moderamina ecclesiæ susceperisset; Nam sacrosanctæ fidei pabulū Frisijs suppeditare: In Neophytos maiorum more, septiforme S. Spiritus bonum conferre, & humani generis flagitia ex hæresi tamquā causis naturalibus nascentia extirpare, vt ne vestigia eorundem apparerent. Quocirca cum sæpe commerciis vti pseudoepiscoporum mortales à veritate abducentium cogeretur, cōscientia motus, scribere ad Zachariam pontificem,

Bonifacius 2. episcopus Frisiorum.

Consulte Zachariam pontificem.

quid in re tali agere suaderet. Respondit; Qui ecclesiæ curam ad necessitatem susceperit tuēdam, licet pseudopresbyteros corpus est sequutum, tamen, quod in eorum societatē scelerataq; communionem non anima erupit, nullum est inde tibi periculum. Idemq; vult Pipinum iuniorem Martelli filium Suessione in regē Francorum vngere. Siquidem Pipinus ignauiā regum Franciæ perosus, ad Cal. Maij tantum in publicum prodeuntiū, consulere Zachariam vter in administranda rep. præualeret, qui laudata virtute comite industria, publica bene gereret, an ignaue ac molliter viueret domi. Pontifex, deberi ijs diadema, qui & belli tempore regno adiumenta, & pacis queant ornamēta adferre. Qua occasione primores regni, atq; populi, Pipini virtutem amplecti regis Childerici inertiā longum pertæsi, atq; illum detondere, monasterioque asseruare, spe regni recuperandi omni ablata. Hoc tramite maxime illustri familiæ Heristallę Francorū regnum Austrasiorumq; ducibus cessit. Austrasia olim Lotharingia, Treviri, Metenses, Colonienses, Hannonienses, Brabanti, maiorq; pars Galliæ Belgicæ, ab Austrasio duce Tongrorum Brabantię, vbi olim regnū Austrasiorum: Et hęc quidē inferior Austrasia appellata: superior dicta Pannonia. Quo tēpore Coloniensis antistes suā esse ecclesiā Traiectensem asseuerare, litemq; intendere Bonifacio, hinc natū; Pipinum quē salutati fonte D. Clemēs tinxerat, factum iam regem volebat Zacharias pontifex Bonifacium more maiorū vngere. Ad quæ ille ringi, animumq; ad occupādum ecclesiam adijcere, quo vltum id iret: Scripsit autem Papæ molitionem Colonienſis Bonifacius, in hunc fere modū: Pontifici Rom. summo Bonifacius exiguus Germaniç legatus: Tempore Sergij papę venit Romā presbyter willibrordus, quem idem postulatione Pipini consecratum genti Frisiorū remisit

Pipinum in regem vngit.

Notanda.

Est vicus inter Leodium & Traiectum propter Mosam à quo familia nomen gerit.

Inferior Austrasia Superior.

Colonienſis intendit litem Bonifacio.

Litera Bonifacij.

misit antistitem. Donauit autem rex Castellum viro Dei Traiectum quo Cathedram « « «

facius illò diverti, vt Adulam sacræ illius societatis moderatricẽ, rerum spiritualium experientia & virtute ornatissimus, eruditet, vbi quum accubuisset, Gregorius sibi dare benedictionem postulat, quam non grauate à Bonifacio accepit, vt ex codice homiliam recitaret, quod adeo articulatim & dexterrime faciebat, vt senior admiratus præclaram adolescentis indolem, arrepto codice, Homiliam antedictam repeteret & qua erat facundia, de vita contemplatiua, eleganter adeo differeret, vt sui amore animos audientium inflammaret: & Gregorius rebus omnibus postpositis à senis latere, ne latum vnguem discederet. Sub quo adeo profecit, vt cum deliberato & constituto animo in Frisiam iturus esset, aut pro Christi nomine occumbendi, aut præfractam & duram gentem emolliendi, in omnem euentum, hunc sibi succes sorem legerit impri-
Gregorius 3. Antiſtes. mis idoneum. Qui eo onere susceptо, omnino sibi par erat, pietate, vigilantia, fi ugalitate, & studio erga proximum, pauperum arca, Orphanorum tutela, oppressorum edela. Ex Anglia ad eum venire Lebuinus ætate matura, morum vitæque integritate venerabilis, quem peregrinationis suæ votum exponentem ille legare ad partes Transyselaniæ, vbi Issola, pars Rheni Septentrioni obiecta, vt Marcellini collega esset. Qui quidem ne quicquam vereri austeram gentem, sed ijs aperire num quam erubescebat mysteria fidei, Oratoriolum que ædificare in honorem Deiparę Matiæ virginis, & se quotidie ieiunijs & orationibus mactare in holocaustum domino. Sed illum populares tamquam pestem detestabilem atque præstigijs mentes hominum fascinantem exhorrescere, & cremandum magno strepitu vociferari, cum strenuus per mille ire discrimina, & libere dicere medio fori spatio, donec fidei scuto atque galea salutis protectum manibus eorum Deus eriperet. Nam post hic egregie nauatam operam, & virtutem innumeris documentis vitæque exemplis confignatam, febricula correptus
Pridie Idus Nouemb. moritur. Corpus Dauentriæ conditum, procurante Dauone viro præpotente, Lebuino in vita familiari, & translatum in Basilicam quam Lutgerus Episcopus iampridem à Saxonibus adæquatam solo, magno impendio restauratat, vbi exuviæ eius venerantur. Huius etiam tempore Willihaldus & ipse Anglus adire Frisiam, venireque Doccam, vbi Bonifacius martyrij cotonam meruisset, qui novum germen, Neophytorum præsertim illustriorum, sacris imbueret literis, quorum ille mox opera ad ec-
VVillihaldus episcopus Bremensis primus. clesiæ pontificium Bremensis est adiutus. Quis diuina factum prouidentia ibit inficias, nostrates cum Engisto Angliæ insulam vicisse, vt illi postquam Christo dedissent nomen, antiquę patriæ hanc gratiam referrent, & diuini verbi pabulum submiistrarent, nobis, inquam, suis progenitoribus, lingua admodum non dissonis. Cæterum Gregorium talenti sibi commissi fidissimum œconomum corripit Paralysis ac soluit, clero
Ætatis 70. anno obiit Cal. Sept. Albericus 4. Antistes. prius ac populo valedicentem, & panis cælestis viaticum sumentem præ veteris Monasterij foribus. Sedit annis triginta duobus. Sequitur Albericus Eboracensis Gregorij vaticinio, qui senescentis iam munia curare & Lutgerum Monasterienſem factum episcopum ad Frisios delegare, ipse vero duodecimo Calend. Septemb. moritur, de-
Theodardus 5. antistes cimo quo præfuisset anno. Ac tum succedere Theodardus Frisius primus ex illa gente episcopus, cum stabilito hic sat Christianismo incolæ aduenæ ad episcopatum hunc admitterentur.

Nota. Frisij tum & Batui vno nomine palam circumferti, vnde Frisiorum episcopus dictus Traiectinus, cuius diœcesis olim etiam erat Westphaliæ & Gelriæ pars, fuit hic Theodardus sacratum scientia scripturarum apprime instructus, laudatæque eloquentiæ concionator. Scripsit sua industria, priuilegia, libertates ecclesiæ Traiectinæ, regia authoritate confirmatas & ampliatas. Ieiunio & oratione corpus solitus attenuare, neque seruitutem redigere pro ecclesiæ salute, moritur, sui desiderium omnibus relinquens, annis postquam sex præfuisset. Sub hoc Frisij Carolo Francorum regi rebelles, magnam accepere cladem, V Vichinde duce eorum rursus superato cum Caroli fortunam sequti, ac merere stipendia, laudariq; illorum virtus passim in præliis,
Goudebaldus Holandus. ac esse cæpere Carolo ob corporis robur acceptissimi. Quod Goudebaldus regio Frisiorum oriundus stemmate cum septem suorum milibus illa memorabili pugna in Pyreneis montibus Ronciualle commissa contra Vascones dolo hostium occidit, cum Rolando omniũ Gallorum pugnacissimo Caroli, ex sorore, nepote, cuius fama plusquã heroica manauit ad posteros, non tam ex historica fide est, quam vulgatum circulatoris
Hermakarus 6. Antistes. alicuius præconiis. Theodardo Frisius alter, Hermakarus succedit, de quo memorabile nihil quod domi vel foris gesserit, quam concionatum luculenter, rebus gerendis maturum, & pontificio dignissimum, ac pietate erga Deum pæne cælesti. Contumulatus prædecessoribus, post septẽ ac viginti annos quam ecclesiam administrasset, sub
Carolus Magnus Romam pacat. hoc ferũt Carolũ Magnum cum Frisiis Batauisq; expugnasse Romam, mihi placet quod

verius

veritus est, Leonem pontificē liberandi gratia Romam accelerasse, inq; vrbē ciues venientem introduxisse, & post pacatam, diadematum à Leone retrocessisse. Plenius hæc tractanda, ne rerum gloria gestarum Frisii fraudentur. Carolus Francorum rex, cognomēto Magnus, plurimis bellis felicissime gestis, Saxonicum cum suscepisset, sic ab hoste est retardatus, vt nec grauius nec diuturnius vnquam ab eo gestum sciam. Tres enim ac triginta annos cum ferocissimis gentibus certabat, è quo plus quam aliis omnibus bellis damni accepit, præcipuis suorum interfectis. Quippe Frisij inueterato odio in Saxones, hostilem agrum indesinēter depopulari, multoties eos superare, vt obsides se daturos, & imperata facturos pollicerētur, quanq; semper recuperatis viribus nouum bellū moliri: quamdiu incredibili constantia animiq; virtute Carolus, auxiliantibus Frisiis, meritas ab iis pœnas exigeret Euersæ domus, fortunæ dissipatæ, liberi in seruitutem tracti, atq; inopes & bello exhausti se suaq; omnia Carolo permittere. Quibus ille leges imponere, vt superstitionē patriam remitterēt, insuper obsides imperare, atq; exiguo eos termino cogere, ne aut aliis, præsertim Frisiis, quib. essent infestissimi, iniussu Caroli bellum inferre, aut illatum auderent propulsare. Dum hæc in Saxonia geruntur, ardua ac turbulenta tēpestas Romæ coorta. Authores Paschalis primicerius & Campulus presbyter, quorū Leo tertius pontifex vitæ fordes quādoq; damnasset: qui inter supplicationes Litanię maioris Deo immortali, per D. Gregorium decretas, infames, & ab humana societate excōmunicatione secluſi, gradiētem pontificem publica via abripere, seniſq; ad pedē strati, iacentiſq; linguā atq; oculos simul tentare, & saucium, multoq; cruore respersum in vincula coniicere. Cum Albini cubicularii sui & consilio & auxilio liberatus vinculis Leo legatos ad Carolum mittere, de iniuria illata insonti questum. Audit benigne, & mœrentes spe firma solatur populum se Romanum beneficio vel authoritate adducturum, vt iniuriis faciundis desistat: & si perseuerare vellet, nullum non lapidem moturū pro ecclesiæ Romanæ dignitate, cui deesse in vita nefas haberet. Nam susceptā semel eius propugnatione, nil se ecclesiā antiquius, nihil charius tenere. Itaq; seditiosis perditisque in vrbe periculosos motus concitantibus, magnis itineribus, quantum celerrime posset, cum Frisiis, cæteroque exercitu in Italiam contendit, statimque ad eius aduentum omnis tumultus resedit, noxiis supplicio affectis, pontificeque in integrum restituto. Cui gratificaturus Leo, inter sacrorum solemnia, scito rogatuque populi Romani ad D. Petri in Vaticano, imperatorem Romanorum confecrat, Augustumque pronunciat, & aureum diadema vetustum Imperatorum capiti eius admouet, ter acclamante populo. Tum summa imperii trecentis ferme ac triginta annis amissa & proiecta, Gothis omnia occupantibus, Caroli virtute restituta est Occidenti, quod ad cognitionem historiæ iuuat, hic paulo altius repetere, tametsi ab instituto nostro alienum videatur. Vrbem Romam, vt ab grauissimis scriptoribus accepimus, initio reges gubernabant. Hi, nullis legibus obnoxii, domi populum, exercitum foris, pro arbitrio regere, & belli & pacis tempore rem Romanam augere ac nutrire, vt bonam frugem libertatis, maturis iam viribus ferre posset. At Tarquinio superbo ob lasciuiam pulso, regium quo que nomen exulabat. Sub consulibus postea, & dictatoribus, consularique potestate tribunis, qui liberi populi magistratus, & res & nomen emersit imperii, Aphrica pæne tota, magnaque Asiæ parte vltra Armeniam & Caucasum montem armis subacta, Hispaniis insuper, Galliis, Græcia, Thracia, aliisque subinde regionibus domitis. Hoc tam amplo per quadringentos & sexaginta annos ab vna Rep. parto auctoque imperio, frui dein per intestina bella non licuit, ex immodica cupiditate regnandi, ambitiosis factiosę rem Romanam turbantibus, quo Reip. nihil esse potest nocentius. Imperatores hinc creari: quod nomēante armorum & castrorum, vigente intestino bello, intra mœnia vrbis receptum, verbo quidem legitimam potestatem, re autem dominationem significat. Qui enim Rempublicam occupassent, imperatores se dici non solum æquo sed etiam libenti animo audiuere, quia hoc nomen gratius Romæ erat, quam quisquā titulus, qui dominandi speciē haberet, eratq; imperatoria apud priscos Romanos longe inferior regia dignitate. Cur autem postea imperatorium nomen in tanto pretio fuerit, atque etiam in posteros excreuerit, existimem esse animi quodammodo eorum insolentiam, & potestatem qua orbi terrarum pæne vniuerso imperitare videbantur, atque hinc inoleuisse imperatoriam dignitatem aliarum suprēmam ac præcipuam. Sed ab initio quidem singulis imperantibus, cum Nerua primus, aliique deinceps simili exemplo sibi consortem imperii delegissent, duo interdum eodē tempore fuere, qui se Romanorum nuncupare imperatores. Postea vero quā Constantinus relicta Roma ad Orientem venit, factum consuetudine est, vt hic Occidētis, ille Orientis Imperator diceretur. At vero vastantibus Italiam Barbaris, temporibus Odoacri Torcilingorum regis, qui Augustulum superauit, sublatum imperium

Paschalis & Campulus.

Albinus cubicularius.

Diu natali Do. 800.

De Imperio Romano.

in Occidente, trecentis ferme actriginta annis, tot enim ab Augustulo ad Carolum magnum interfuere, quem à Leone pontifice imperatorem & Augustum, diximus, appellatum. Cæterum ne longius eueći nos ad ostentationem exercere videamur, iam redeat, vnde discessit oratio. Frisios pro tot præliis egregia secum cum laude defunctis militiæq; perpessis laboribus, Carolus tributis liberat, quam in hunc vsque diem libertatem adeo præfracte & pertinaciter tuentur. Priuilegia libertatis iis concessa me leg sse recordor, hac verborum forma.

Priuilegiū. Carolus diuina fauente gratia Romanorum rex, & semper Augustus omnibus tam futuris quam præsentibus, salutem & pacem in perpetuum. Ne ea quæ aguntur in tempore, simul cum tempore labantur, poni solent in dictione testiū, & scripturæ testimonio perennari. Ea propter ad obliuionis confusionē vitandam vniuersoū notitiæ cupimus declarari, quod cum Leodingerus Dux Saxoniæ Ducatum suum iure feudali teneret ab impetio, nec hoc recognoscere curaret, & tributū de suo Ducatu à Cæsare Augusto statutum, quod à prædecessoribus suis consuetū fuit, singulis annis prædecessoribus nostris exhiberi, dare contemneret, & modis omnib. imperio & nobis per suā superbiam cōtumaciter opponeret, & se in præiudiciū ac grauamen imperii pro rege gereret, seq; regem Saxoniæ vocari præcepisset. Nos tandē huiusmodi suam superbiā & iniuriā dicto imperio & nobis ab ipso sępius illatam diutius sustinere & dissimulare nolentes, inuocato Frisonum Orientalium & Occidentalium auxilio, quos viros strenuos, agiles & mirę audaciæ, ita nobis quibusdam referentibus, esse intelleximus. Quibus etiā idem Dux multa inferebat grauamina, & quod eosdē vellet suæ subiicere potestati, quū tamen & viriliter resisterent defendendo, maxime gauisi ex eo quod auxiliū eorū inuocare dignabamur. Nobis per nuntios suos spopōderūt ac certos & securos nos reddiderūt quod parati esse deberent, in nostrū venire subsidiū, & quod ad obtinendū honorē imperii & nostrū suā vitā vellent exponere. Sicq; iam dicti Frisones sine mora dispendio se ad ineundū præliū contra dictū Leodingerum ducē & suos pręparauerūt, & terminū statutū ad inuadendū ipsum & terrā suam cū maxima multitudine Frisonū Ducatū Saxonię in manu forti viriliter & crudeliter cū prędicto duce & suo exercitu dimicantes, Ipsum & exercitū suū iam dictū euicerūt, & eum cū melioribus sui Ducatus ceperunt, quos funibus connexos nobis tradiderunt. Qui de huiusmodi victoria nobis obtēta maxime exultantes, cū gaudio ad propria remearunt. Nos itaq; considerata eorū probitate & audacia, attendentes etiā fidele obsequiū quod imperio & nobis exhibuerūt de cōsueta regiæ maiestatis benignitate ipsis gratiā facere volentes specialē, & de cōsilio nostrorū fideliū accedēte consensu principum imperii, tributum à Cęsare Augusto statutū videlicet triginta libras auri, quas nobis & prædecessoribus nostris exhibere consueuerunt remisimus. Itaq; neq; nos neq; successores nostri illud ab ipsis vel ab eorum hæredibus derentū requiremus, vel aliquas exactiones in ipsos faciemus. Præterea authoritate regia indulsimus eisdem vt cum omni prole sua nata & nascitura in perpetuum liberi permaneant & à seruitute proprietatis penitus absoluti. Statuimus etiam ne quis eis dominetur nisi sit ex eorum bonavoluntate & consensu. Et tamen ne videlicet carere videantur rectore statuimus vt vniuersaliter eligant consules quotquot sibi viderint expedire, quibus ipsis quæstio mota fuerit, iudices eorum existant. Et statuimus vt iidem consules singulis annis secundum consuetudinem Romanorum eligant personam idoneam & discretam, sub cuius regimine dominio & potestate Frisia tota sit constituta & subiecta. Cui in omnibus & peromnia tanquā suo domino intra terminū sibi ab ipsis deputatum

Potestas Frisia. teneantur obedire. Quæ persona potestas Frisiæ debet appellari. Itē statuim⁹ vt si quis ex ipsis substantiā habens militare voluerit, dictus Potestas sibi gladiū suū circumcingat, & dato eidem sicut consuetudinis est manu sua colapho sic militē faciat & eidem firmiter iniungendo præcipiat vt deinceps more militum Franciæ regni armatus incedat. Eo quod considerauimus si prædicti Frisones militauerint secundū statuta & formam Deo & natura ipsis datam, cunctos in orbe terrarum milites sua fortitudine & audacia vt prædictū est sint armati præcellent & valebunt. Qui scutū suū à dicto Potestate recipere debēt, in quo Corona imperialis in signū suæ libertatis à nobis concessæ debet esse depicta. Et statuimus vt Frisones, militare volentes, sint vsq; ad summitatē aurium circumcisi si facere voluerint, vt per hoc etiam suam ostendere valeant libertatē ipsis vt dictum est à nobis esse collatam. Quod si quis hanc illoū libertatē aliquo ausu temerario infringere voluerit vel violare præsumperit secundum sententiam, quam annuentibus principibus imperii tulimus: tam ipsi quam sui adiutores sint proscripti & à consortio fidelium imperii excluſi. Et præcipimus autoritate regia eosdem tamquam proscriptos & aduersarios imperii ab omnibus cuitari. Et si qui eisdem ad præliandum contra dictos

dilectos

dilectos Frisones adstiterint vel adiutorium præstiterint eandem pœnam & offensam imperii se nouerint incurrisse. Et authoritate præmissa statuimus quod si eisdem aliquo casu contingente in ipsorum vita vel bonis aliquod damnum Frisonibus vel ab aliquo alio fuerit illatum nec successores nostri vel alii indices seculares ad alicuius instantiam ex hoc eisdem aliquam exhibeant iusticiam, cum potius tamquam proscripti imperii sint seuerius puniendi. Quam sententiam sicut dictum est à nobis latam authoritate prædicta præcipimus & statuimus ratam haberi firmam & stabilem, in perpetuum obseruari. Et tenore præsentium protestamur nos à sanctissimo patre nostro Papa Gregorio obtinuisse, quod si prædicti Frisones de huiusmodi grauamine ipsis à præfatis malefactoribus illato querimoniam deposuerint tam ipse dominus Papa iam dictus quam sui successores ostenso ipsis suæ libertatis priuilegio prælenti eosdem excommunicabunt & nihilominus terram eorum specialiter illorum qui seculares habuerint dignitates, ponent sub interdicto. Quæ sententia excommunicationis & interdicti nullatenus relaxari poterit nisi per mandatum summi pontificis speciale. Et vt hoc laudabile factum nostrum robur in perpetuum obtineat firmitatis, nec à nobis nec à successoribus seu à quoquam aliquatenus infringi possit vel in dubium reuocari, & etiam dicti Frisones nobis dilecti memorati tali in perpetuum gaudere possint priuilegio, præsentem paginam exinde conscribi & bullæ nostræ aureæ munimine in testimonium fecimus roborari. Huius igitur facti nos testes sumus Wenceslaus rex Bohemiæ, Henricus Dux Austriæ, Werenherus Dux Bauariæ, Lappoldus Dux Morauienſis, Otto Dux Sueuiæ, Conradus Dux Missensis, Herbordus Lantgrauius de Thuringia & alii quamplurimi viri probi & honesti, Actum & datum Lateranis anno dominicæ incarnationis octingentesimo secundo Indictione decima anno regni nostri secundo. Hoc priuilegii exemplar annotare haud abs re mihi dignum visum fuit: lectori indagandum relinquo. Existimabat Carolus auxilia Frisonum coniunctissima sibi fore, si clementia & liberalitate ad fidelitatem prouocaret, sed hanc in Imperatore facilitatem multi reprehendere, quod gentem pugnacissimam atque inhumanam iudicarent duris legibus debere astringi. Sed iam plus nimio & præter ordinis rationem versati, ad histotiam nostram reuertamur. Rixfridus, Harmaharo succedit, idem Friso animi diuini, doctrinæ singularis, pietatis, modestiæ, affabilitatis exemplar eximium. A Carolo magno multa impetrauit priuilegia, decimas insuper & vectigalia publica, quæ fiscus regius corradere solebat, præter Batauodurum antiquissimam ciuitatem perpetuo possidendam nec non alia haud contemnenda quæ Basilicæ S. Saluatoris legauit, calices aureos argenteosque, patinulas, offertoria, sceptrum regale eburneum fabrefactum, tabulam lapideam singularis artificii, quam Aaron Persarum rex fertur Carolo dono misisse. Moritur Rixfridus febri, Tertio Non. Octob. administratis nouennio ecclesiæ muniis. Succedit Fridericus regio stemmate Frisiorum oriundus, matre Bonouella sorore Abdyeli regis, quæ paruulum ad Rixfridum deducete cum muneribus, vt spirituali militiæ manciparet. Præsul pueri indolem exoscultus, vt adoptiuum eum susciperet, educare, cum humanis, tum diuinis disciplinis imbuere, adultum immortali Deo consecrare, & voto & verbo sibi succesſorem destinare. Euenit mox Rixfrido ex humanis sublato Ludouicum imperatorem vna cum coniuge in inferiorem Germaniam proficisci, deuectumque Traiectum cis Rhenum vrbem alluentem, introque in eam misisse pro Friderico ambientes, qui non voluntatum non animorum declaratione perdidit, sed communi suffragio est electus, aut quod id fieret in gratiam Imperatoris, aut virtutis suæ pulcherrimæ. Itaque & baculo & annulo pastorali Ludouicus ex more eum inuestire, epulumque pro regia magnificentia adornare. Postero die pietatis suæ ardorem prætexens Fredericum Rex sicest affatus. Postquam Frederice fili diuina gratia meaque opera hanc es dignitatem adeptus, cogitare velim quantum humeris sustineas onus, cui ferendo parem te fore semper credidi. Nam si aliter ratus fuissem nullam pro te nauassem operam. Erit igitur tibi labor & cura tuendi gregem, hortandi bonos, malos insectandi, quod tibi in gloriam cedat & salutem, mihi, qui te prouexi in honorem. Est insula Rheni ad ostium, propter Oceanum, Valachria, in qua, vt fama est, infanda mortales luxuriant libidine. Non priuignus nouercam, non frater sororem à se areet. Pestem tam detestabilem auferes graui dignam censura, quod vt facias etiam te adiuro. Si dicto erunt minus obedientes, rex ego eos si nō ferro coerceam. Hæc fato Antistes respondet. Arcta maxime Imperator adiurati fidē catena stringit, sed dicito, exenterandi pisces culter capiti ptius an caudæ admouēdus: caput audiens, quod in hoc medulla corporisq; initiū; recte, inquit iudicasti meo quidē iudicio. Tum blandis illum compellans verbis. Quo ore, qua fronte, te, id est, capite prætetito, ad caudæ, hoc est, Valachriæ populū inconcessæ libidinis famosum audebo accedere. Sublimis tu, & tanquam totius mundi Theatrum ingressus,

Rixfridus 7. Antistes.

Fredericus 8. Antistes.

Oratio Ludouici ad Fridericum.

Responso Ludouici.

neminem mortaliū latitas. Nam quod Imp. omnes, omnia tua facta & dicta inuestigare, in te figere oculos, quasi claritatis ac luminis sydus. Quod si plebei*, neq; in summo glorię & honoris fastigio versareris, neq; mortales oculos in te coniicerēt. Si in Valachriā perrexero vulgi coercitū scelera, optimo iure probrū Imperatoris mihi obiectabit. At si clarissime pro animi tui dotibus cubile q; inisti purgabis, repudiata Iuditha, nihil habebit gēs Barbara quod iure in excusationē adferre poterit. Tū ego facturus, Cæsarisq; ostētabo virtutē, quā velint, alioqui dignoscent ita te quā tu te ipsum. Etenim solent fere ad vitā moresq; principis mortales se componere, cuius tam virtutes quā animi vitia in vulgus ceu contagio serpunt. His verbis Imperator conticescere, indeq; abire, coniugii diuortium facturus. Sacer vero ille vir in Valachriā adnauigare, & incæptos à vitæ turpitudine partim reuocare. Cō- 10
iugiorum sceleratorum & illicitorū reliqui nō se subducere, qui reorū mos est, sed obstinatione animi, salubria prælulis monita aspernari, mortē ei, si pergeret minitantes, donec cælestis vltio eos accepit. Nam aliunde gentes feræ ac Barbaræ, insulam vastare, Eggardū Comitem atque incolas trucidare, & fœminarum puellarumque magnum numerum abducere; quo tempore infaustum dogma Arrii in Frisia pullulare cæpit, nouellam Christi plantationem inficiens, quod superare Fredericus laborabat, demandata B. Odulpho ec-
Staurea. clesia Sturiorum, quorum vrbem indigitamus Staueren, opibus diuitiisq; olim pollentē; nam portu celebris ad eam peruenerat insolentiā vt sellas & propylea ędium ante frontispicium ciues argento inuestirent. Sed trecentarū nauium vna nocte classe amissa, protrita ac ferme pessundata est, & ob petulantiam, in naturæ etiam odium venit. Nam Rhenus 20
ibidem aduersus Septentrionem fluens in lacum, portum ipsis agrumque absțulit. Cæterū Ludouicus Imp. ex die in diem producere diuortium, sed Iuditham cognatam, filiā Ducis Bauariæ penes se seruare, quantumcunq; vel scriberet Fridericus, quā seuera & quā casta etiam apud Barbaros essent matrimonia, eiusq; ritus. Interim non cessare Iuditha, vitū Dei prece ac munere adoriri, quem vt immotum vidit, vt fœmineū, furiosum genus, muliebri ter accensa, duorū militum audentiū fidem conducit. Qui festinabundi Traiectū venire, sacra vbi peragerent antistes inquirere, ferentes se ardua ad eū habere. Stabat vir Dei ad arā, iussitq; opetiri donec sacra absoluisset. Quum fertur recitato è codice euangelio concio-
natum, & aperuisse populo latenter sibi instare mortē, concioneq; dimissa remotis arbitris 30
secessisse in Sacrarium D. Iohannis Euangelistæ, volentem regios admitti, quos venientes ita affatus: Properate viri; mandata perficite: nec cunctanter impios occultatos chlamyde gladios strinxisse, dixisseque hæc tibi, regina, vulnera; hanc mortem imperat; ac tum ne comprehenderentur prece ac suasu antistitis Rhenum traiectos. Ad quem vbi diaconus venire, illi imperare, vrbis vt mœnia scanderet, prospiceret, nec inde rediret, quā nunciasset Rhenū transgressos: & reuerso vulnera ostēdisse, qui alte ad ea vociferari, vt in sacrariū pius grex irrumperet. Ibi pattē moribundum deflesse; partē latrones fugientes nequicquā vltra flumen insequutam, quos semper consolati, dicereq; pro ouiculis suis intercessurū
ad Deum, si quis modo locus illi inter Mattyres esset. Prædixisse quoq; eū commemorant episcopii excidiū, Rhenumq;, camposq; sanguine cæsorū tingēdos, accincta Dacorū gente longe lateq; depopulāda; atq; his in Cryptā descendisse porrexisseq; se, modulantē ver- 40
838. Decimaquinta Cal. Augu. siculū: Placebo domino in regione Viuorum; dein expirasse, notoq; ibidē conditum Maulzo, coruscante miraculis. Præfuit biennium. Diuulgata insontis nece Germaniæ Galliarumq; antistites magna ira atq; indignatio capiebat, exosos Imperatoris Tyrannidem. Nec mora quin ordinis sui caput Gregorium quartū compellare, vt in Franciā accelerare excōmunicareq; Ludouicū vellet. Sed Lotharius patrē custodia ad D. Medardi asseruatū cogit imperatoria maiestate se abdicare, baltheo militari soluere, cucullatumq; viuere, &
Pulcher fidei & religionis ornu. Iuditham, Radegondo Pictauiæ, velum moniale recipere, quoad Ludouicus purgare se ab stupri ignominia iurareq; Frederici necis haud cōscium esse. A Martyrio D. Bonifacii ad Frederici necem anni intercedere octoginta sex; quib. viuere antistites sex vigilantissimi, quorum vitam, scriptorum incuria non tam exacte deprehendi. Post sublatum Fridericū 50
altercatum nonnihil de præsulatu, Castnone quodam prædiuite electo, sed reluctante, ne
Castus. exortis forte aduersis, tenues ecclesiæ prouentus, amplissimasque curas fulcire suis opibus teneretur. Quæ audiens Odulphus Staurea Vltraiectum accelerare, hominem iusta obiurgatione incessere; non per opulentiam, sed sui vilitatem potius, debuisse pontificium subterfugere, qua tanto muneri par non esset. Videret ne ista temeritas atque opulentia sua, qua spreuisset ordinis Apostolici dignitatem, aliquando duceret ad
Alfricus 9. Antistes. interitum. Tum eligi Alfricus, D. Frederici Germanus, insigni pietate, tum permagna prudentia atque impigra vigilantia. Præfuit Septennium, ac moritur Decimo octauo Cal. Sep. iuxta tumulum Friderici conditus. Non reticenda quędem, postquam illius incidit mentio de Odulpho. Odulphus Orschoti natus ex nobili prosapia admodum

modum adolescens imbui cæpit sacris literis & disciplinæ ecclesiasticæ mancipari, cuius ætatem immaturam doctrina cum vitæ innocentia ornabat adeo vt augustę pęne eum omnes colere, sancteque venerari, viderentur: qui mox itinere ad Fridericum Traiectinorum Antistitem venire in monachum ad S. Saluatoris eum attondentem tantæ pietatis ac tantæ modestiæ, vt cæteris commilitonibus lucentis syderis vice & ardentis esset. Quocirca in Frisia Arrij gliscente hæresi, Fredericus hunc tamquam obicem hæreticis opponit, simul ei commendans Sturiorum ecclesiam, vbi munia ecclesiastica Sancti spiritus gratia sic obire, vt omnem hæresim inde propelleret, Orthodoxæque fidei mel, euangelica doctrina mortalium menti instillaret. Proinde redire Vltraiectum, vt senio monasticen sequeretur, suisque valedicere salubertima admonitione ne à vera fidei Christianæ doctrina vnquam ad hæresim deflectant: nam post semel desertam haud sine graui vindicta repeti posse: Cæterum adiicere, quod id vos facturos cognoui, prædico regionem omnem hanc, hostes immanes inuasuros: insuper istam petram, ostendit enim eis haud modicæ magnitudinis petram, ante limina iacentem, absque humano labore se in Fleuum daturam, donec eandem iterum ad littora subuectam conspexeritis, quam rem, euentus comprobauit, tametsi humanis exempto. Tandem perseuerantem in Ieiuniis, vigiliis & orationibus, fabricula hinc abstulit, pridie Id. Iunij, Relatus inter Catalogum diuorum. Alfrico succedit Lutyerus Frisio, præcipuus amator castimoniæ, magnæ doctrinæ & frugalitatis, perque omnia sibi idem atque consonans. *Lutyerus 16. Antistes.*

Obiit, Non. Calen. Maij, episcopatus anno vndecimo, conditus quo superiores loco: Per idem tempus, Lotharius imperio se abdicauit, translatiq; in maximum natu filium, monasticen exercens in Pruinensi, vel pœnitudine, vel tædio vitæ præsentis. Huius cadauer scindi visum per aera, certantibus de illo dæmonibus & angelis, donec monachorum prece dæmones compulsi cedere. Plurima etiam ac insolita prodigia cœlo apparere, Ventorum tempestates sequi, à Circio & Coro, Rhenus alueo egredi, perque agros late se diffundere, infinitosque mortales cum iumentis haurire. Quicquid inter Leydin, Traiectum, Doreſtatum ac Nouiomagum spatii est Pontum dixisses. Tum ventis fertur prostratas syluas, collesque arcuarios, quod relatum cursum Rheni prohibuisse. Bataui, Traiectini, superioresque Rhenani, ne quid tale amplius paterentur, deriuatione effecere, vt per Lacam & Isselam, suggestis aggeribus, Rhenus proteruus ac patens in Oceanum ferretur, quo factum vt minori ad Cattuicum impetu fit. In Lutyeri demortui locum succedit Hungerus, de quo nihil prodam, quam vitæ exactissimæ fuisse, pacis iuxta ac pietatis amantem, Oeconomiamque in vita seruantem. Vixit temporibus difficillimis Danorum & Normannorum, nihil præter rapinas, incendia, cædemque patrantium. fuga, pugnantis pro defensione fidei Orthodoxæ corpus vbinam humo tectum ignoramus. Sunt, qui autumant, cum aliquot suorum, post vrbis excidium, ad Lotharū confugisse, in Pruinense, ibidemque supremum clausisse diem, esseque conditum, Vndecimo Calend. Ianuar. ac præfuisse decennium: Daci & Normanni Germanici Oceani accolæ, gens Barbara ad Aquilonem in tria nunc regna diuisa; Dacorum, Suecorum & Norwegiorum, quam Marius Arpinas, Italiam petentē, ac res Romanas euertere minitātem, ad internecionem vsque deleuit. Suecios, vndiq; mare cingit, vbi, Scandinia Gotthorum olim sedes, Europam omnem turbine ac procella armorum quassantium, per Misiam, Pannoniam, Illiricos, Germaniam, Galliamque, demum in Hispaniis considentium. Norwegii nomen à Septrione sortiti. Ex his Daci, Normannique pyraticam plurimis annis exercentes, Oceano delati, loca omnia maritima incursione infestare, prædas per ea agere, pecora abigere, fluminaque portuosiora petere; & comparata validissima classe, militumque egregia manu, Gillone Daco & Rollone Normanno ducibus, in Batauiam adpellere, vbi fœuire ad vsque internecionem gentis, atque vrbium: Batauoduro quoque potiti, in qua tanta masculorum virtus eaque audacia, vt nisi fata tulissent, capi vrbs non potuisset. Nam debacchante hoste prope inermi, incendiumque faciente, fracti obsessorum animi, nec illud ciues restinguere; non Satrapæ, non viri, non adolescentes, ad pugnam antiquum clamorem attollere nec; etiam mœnia erant, segnitiei principia ac longi semina belli. Arces quidem tum placebant, aut loci natura muniti, in quos, si male pugnassent receptus esset. Insuper eos minę cęlestes territare, per aera fertatæ acies, equorū hinnitus, velitantiū clamor, cęlo cadentes stellæ, & claro tremulus ardore Cometes. Cum senes ac quotquot Friderici percussores meminissent, dicere, adesse diem, qua Daci delerent prouinciam, & omnia periculi ac metus plena essent. Nam & Antoniam arcem Daci expugnare. Sic efferatis animis, Rheno, qua contra Corum it deuecti, ad Aurendilii regis arcem famosissimam pergere, vti cupiant. Stabat arx, fertili

Antistes. Lotharius. Inundatio Rheni Oceanique. Hungerus 11 antistes. Marius Arpinas. Gothorum sedes. Normanni & Daci. Vid. lib. 10.

pecoris atq; frugum solo, vicina Rheno & Oceano vbi iuxta colles cuniculorum plenos. Itaq; Rhenana gens à Rheno appellata, vniuersa, arcem obsidione liberatũ ire properat: ducibus Cueboldo & Cotelino, vt aliis placet, Dibbodo & Gerlaco equitibus auratis, Fit atrox pugna & quique pro se anniti, in qua primum vincunt Bataui: sed vt nihil sine causa facere est Deo dignum, tanquam illius ad hoc nutum accepissent, Barbari instaurare aciem, cedereq; victores, non minus obnitentes, dum pulchris in armis pro fide, religione aris ac focis illi in patria occidere. Qua victoria hostium animi facti truculẽtiores, fœuire ac iugulare passim, vix nostri exercitus satiati sanguine: nam Dibbodus & Gerlacus ambo in pugna perierant, cum agros cultura perbonos & amœnissimos vastare, vicos & pagos incendere, omnia prœda diripere, & fœminas virgines q; vtriusq; sexus illi pelago aueherent. Nortunici eminentem Sacerdotio Ieronem rapere, Scotia oriundum ac nobili prosapia prœditumq; singulari doctrina, quem nolentem negare Christum, per diuersos cruciatus actum, mox capite multant. Qui ab incunabilis diuinis mancipatus venerat in Hollandiam, quod inde proaui eius in Britanniã concesserant. Tum Dacus adire Canenefates, vbi masculum omnẽ occidere, & Egmondanã euertere ecclesiam, regionemq; in solitudinem redigere, ac Christianam subuertere fidem. Barbari quoq; post totos quadraginta annos quibus Francium vexassent, conduplicatis tum copiis in Neustriam irrumpere, & per Sequanam ad vsq; Rothomagum deferri, vrbeque potiri, vbi tutissimum sibi firmare receptaculum per tria latissima regni flumina, Sequanam, Ligerim ac Garumnam grassantes. Nanetem expugnant: Andegauum incendunt: Turonum prœdãtur; atq; per Aquitaniam rapinas exercentes, Rollone Duce in Parrisios per Sequanam delati; in Burgundos, per Ararim; inq; Anerniam incurrunt, & Carnotum expugnant: cũ populationes facere, obuia vniuersa perdere, ad seruitutẽ & stuprũ rapere virgines, atq; sine internecionis modo matres adq; nuptias sexus vtriusque immaturos crudeliter iugulare, & faces templis submittere, ipsis vsitatũ erat & gloriosum, inexplicabili rerũ & gentis iactura, clamore & vociferatione æther repleri mortalium. Quibus malis afflicti Francei, incusare regem negligentiæ, quod non obuiam hostibus iret. Qui ad Rollonem mittere Rothomagensem Archiepiscopũ, vt ad fidei Christianæ vinculũ illũ hortetur. Quod, si bona fide recipiat, diceret, regẽ illi cũ omni Neustria Gillã filiam nuptui datum. Tãta pollicitatione Rollonis animi ferocia paulisper resedit, spondetq; cum Carolo se actũrũ quo die vellet ac loco. Intercedentibus itaq; legatis, pacisq; procuratoribus accipit vxorem Gillam Caroli regis Francorũ filiam, simulq; in dotẽ omnẽ Neustriam, citeriori Britanniæ confinem, quam à gente sua fecit appellari Normanniã. North enim Danorum lingua Septẽtrionem, Man hominem signat, vnde composita Normannia. Ipse vero tum Rothomagum perrexit sacro baptismate initiandus, antiquo suppresso, & Roberti nomine assumpto, volebatque Normãnos annuũ vectigal pendere, neterra bello quæsita crederetur, sed alieno beneficio parta. Gillo autem Dacus, qui suas ante Rollonis copiis iunxerat Comitatum Blesensem accepit. Sub idem ferme tempus alia ferocissimæ gentis manus Godefrido Normanno principe, per Lotharingiam, Ambianos, Atrebates, Cameracẽses, & Caruennas, fines Morinorũ, Menapiorum omnemq; regionem circa Scaldim ferro ac igne deuastare, Mox ad Mosam statiua habentes, Leodium, Traiectũ, Tungros, Coloniam Agrippinã, Bonnam cum finitimis hostiliter vexare, Vahalimq; ingredi, & Batauiam superiorem castrumque Nouiomagi exurere: aduersus quos dum expeditionem ducit Carolus, mente prope animoq; concidit, simul ac in conspectu hostium castra locasset. Quocirca Theodorico viro militari, qui mox ab eo Hollandiæ Comitatum accepit, belli omnem fortunam committit, simulq; copias, quibus Normannos adoriretur. Commissa acerrime pugna, egregioque nisu sternit, occidit, fugatque Normanos, quibus prœlium instaurantibus, pacem dedit, si Godefridus eius gentis princeps vellet Christi fidem profiteri, qua conditione haud reiecta, Frisiam omnem à rege dono, atque Gisolam Lotharii regis filiam vxorem accepit. Cœterum Frisii post annum rebellare, quos ille subiugare, quum ad seruitutis ignominiæque notam collo vniuscuiusque laqueum iniecit, vt quantocyus dicto vel facto aliquo offendissent hoc patibulo alligarentur. Vrgentibus tamen fatis post biennium Godefridus, quod nouos motus præter iusiurandum, moliretur, in celeberrimo principum conuentu cum magna parte exercitus, superiore Batauia, perfidiæ, fusique sanguinis meritas pœnas luit. Huius auus Godefridus ille Danorum rex: qui Caroli magni temporibus Frisios repentino bello aggressus prælio superauit, annuumque tributum dare compulit quale exponam. Ædificata domus ducentos ac quadraginta pedes longa, bissenis distincta spatiis. In huius ædis capite regius considere quæstor, extrema vero parte situs clypeus rotundus, in cuius

In diuorum Catalogum relatus, passus 16. Cal. Septemb.

Francium inuadunt.

Rollo.

Carolus rex Ludouici Balbi filius.

Gilla Rollonis vxor.

Godefridus Lotharii regis Filiam vxorẽ accipit, Frisiã adeptus.

Interrptus.

Insuetarum tributi genus.

cauum

eauum singulos nummos illi proiicere, quorum duntaxat eos regius quæstor in censum computabat, qui clarioris soni eminus audiri, cæteri autem obscutioris, nullam facerebant debiti diminutionem, sed fiscus rapiebat, vt ad diem soluturi soni quæstione sæpe æris magnam iacturam facerent. Adeo contemptim eos Godefridus habere, quamquam tributi hoc Carolus Magnus iis dem remisit. Hic tanti animi erat, vt etiam se vbi Caroli regia esset, ad Aquisgranum castra metaturum diceret. Sed quem Rhenum traiiciens Carolus dum ad Wisaram expectat, callidè audit ab domesticis interfectum. Extemplo cedere Frisia Normanni seu Dani, promittereque imperata se facturos.

10 Eatempestate Flandriæ Comitatum, neque vicis neq; prædiolis bellè stantem præfectus a rege, Francis, Forestarius; hoc pacto acquisiuit. Nupserat Iudi ha Caroli Calui filia * Adolapho Anglorum regi (quam cum absq; l beris relictis hinc decessisset ma- * Forte Adolpho. ritus, Balduuinus, cognomento ferreus, in Franciam ad patrem redeuntem ausu temerario rapit. Huius rei gratia Caroli iussu coire episcopi, & Balduinum excommu- Balduinus ferreus à nicationis fulmine ferire. Sed tantæ pertinaciæ illum vbi vident nec consilium mutare nec facti pœnitere, persuasum Carolo vt eam matrimonio illi iungat, facitque de Fo- Flandria Forestario restario Flandriæ Comitem. Ita ferè hic euenire videmus, vt quorum facta & delicta vlciscì nō possumus, eos potius nobis beneficio aliquo deuinciamus. Memorate etiam hoc loco conuenit, quæ de principibus Hausdenis referuntur, cum vrbs etiam eorum Principes Hensdeni. 20 Hollandiæ est. Robertus primus eius loci Dominus frater Comitis Teysterbandæ Dacorum tyrannidem haud ferens Brabantiam abiit. Vxor illi Ada filia proceris Cnychquensis vel Caucorum: filius Balduuinus: hic rerum inops ac profugus Franciam petere, inde Comitem quendam in Angliam traiicientem famulatu sequi, cuius opera Sophia Elderici regis familiæ additus obsequendo adeò breui tanta apud eum gratia creuit, vt cum Sophia filia regis loqui & conuersari liberè posset, quandiu virgo amore Iuuenis accensa, parente vtroque absente, vna cum pedissequa ac Balduuino nauem conscenderet, quæ secundo vento delata in Zelandiam, vnde ocyus gaudens Balduuinus cum ea in Brabantiam ad cognatum suum properare, ac delitescere Meghano castro, quo ad mutare locum, & in Zutphaniæ Comitatum recipere se statueret. Et duos iam Bal- 30 duinus filios genuerat, Cathmundum & Robertum quum Eldericus rex ac pater Sophiæ nimis de ea inquireret. Euenit tandem quod in re tali ferè solet, vt mercator Anglus Heusdenum appulsus forte in eam incideret, cui seipsam colloquio proderet. Qui magno gaudio gauisus protinus abit id regi nunciatum. Balduuinus extremum vitæ diem clauserat, quum ipsa in castro manseratus cum filiis pietati operam daret. Rex exercitus mercatorem prædictum atque vna legatos ad eam mittere, vt cum filiis nepotibus quam primùm ad se transmigret: quam offendunt crocea tam telam seriçam rubea rotula trahentem, damnantes patrem culpam condonasse & ad reditum eam inuitare. Sed quia, parentis vultum formidans causamque fingens, tantum filios cum eis remittit, quos aduus benignè complexus, longum apud se seruare. Tandem cum iuniorem placeret ad 40 matrem remittere, ita eum affatus. Pater, qui mihi multum gratiæ debebat à me hinc procul rerum adhuc imperitam matrem auexit, non sine magno vtriusque nostrum dolore ac luctu, quam ad extremum cognouisse piam plebeiarum more filia manufacere. Accipe Roberte nepos pectore dictum aui: Nemo mater rotula vtitur rubea, te patris manet hæreditas, Cathmundum hic manere volo, næ faxim vt dedecus hoc nobis in honorem iam cedat. Nobilis militarisque esto, paremque tu ac posteri rotulam clypeo inscribite, dixit, remisitque ad matrem. Defuncto Hungero Odibaldus Frisius pontificium accepit, pietate vitæque sanctimonia clarus, inclinatione animi in omnes pro- Odibaldus 12 Antistes. pendens. Existimabat is gloriam egenos muneribus subleuare, ignominiam opibus inhiare, & eorum necessitati non subuenire: sacerdotii munus non tam honorem quam 50 onus esse, animarum egregium administrium. Igitur ille suas oues pascere Christo, rudes ceris erudire literis, & veritatem, iustitiæ via iis præmonstrare, videlicet, superbiam mansuetudine, iram bonitate, inuidiam charitate superare, atque innocentia rumores populi leues dissipare, nulli de se fabulandi materiam præbens. Imperiali bulla omnium bonorum, iurisdictionis atque priuilegiorum epitcopii confirmationem impetrauit. Insuper Tyelam euersam prope cum syluis, pratis, iurisque dicendi authoritate, atque omni appendice accepit: Dauentiam, publicanorumque telonia. Præfuit annis triginta tribus, cōtumulatus prædecessoribus reuerendis ad S. Saluatoris. Post cuius decessum Egiboldus ad pontificium euectus, ob vitæ breuitatē memoria nihil dignū Egiboldus 13 Antistes. gerens; quippe sexto mense administrationis moritur, cæteris alioquin in omnibus par. Radbodus 14 Antistes. Succedit Radbodus, cuius tritauus maternus Radbodus Frisiæ rex, Guntarusque Ar-

chiepiſcopus Colonienſis auunculus. Educatus Imperiali in aula, vbi, docente Nanno-
ne, egregiæ adoleſcens indolis in Philoſophiæ doctrina ita excelluit, vt nulli ſecundus
videretur. Quo factum vt Satrapum fauore ac plebiſcito, multum vrgente Arnulpho
Francorum rege ad ſacri honoris faſtigium raperetur inuitus. Genuinam nobilitatem
ciuili vrbanitate, morum grauitatem hilari modeſtia, aſſiduam abſtinentiam facili cō-
uictu temperabat, ſimulans ſe vinum bibere, cum aquam hauriret. Moritur mundo
dum Chriſto viuit perdius & pernox in orationibus, ieiuniis, eleemoſynis, doctor errantium, conſolator mœrentium, caſtitatis cultor, leuamen & adiumentum cunctis, ſingulis adeo eminens virtutibus, vt in vna cæteras haud deſideraſſes. Dauentriæ ſedem habebat, Dacorum fugiens tyrannidem, commiſſum tamen ſibi ouile ſæpiuſculè reui- 10
ſens. Dacos monuit Chriſtianam fidem amplecti, ſed pars dum abnuit fulmine percuſ-
ſa, vt hoc ipſo Chriſtiani audaciores facti arreptis armis, in reliquam hoſtium cateruam
ruerent, eamq; cæderent, fugarent, ac vrbe propellerent, præter eos quos in ius Chri-
ſtianiſmi vocaſſent. Per Trentam vectus lectulo in Ormaerſum S. Spiritus gratia in D.
Martini laudem fecit hanc Antiphonam: Ecce læti laude digna, præuenimus gaudia
&c. migrauitque ad cœleſtia, tenebrarum nil pertimeſcens lemures, anno nongente-
ſimo decimo ſeptimo, 3. Cal. Decemb. poſtquam Dacorum tyrannide, non minus vigi-
lanter quàm feliciter ſeptennium adminiſtraſſet, ſub Theodorico ſecundo. Sepultus
Dauentriæ, relatuſque inter diuos. 20

ARGVMENTVM
Libri Qvinti.

*Carolus Caluus Theodericum prouincia donat, quam Daci occuparant: Stemma Comitum Hollandiæ: Ortus inſignium Hollandiæ: Walgerus Theodorici Germanus Comes Teyſterbandiæ: Ludouicus Germanorum rex Zelandia Theodoricum donat: Origo procerum Borſalarum: Carolus Caluus Theodericum armata manu in prouinciam deducit: Prælijs victi prouinciales: Comitem recipiunt: Waſſenarorum ſtemma: Theodericus prouincia cedit: Rediens Imperator in fontes anim- 30
aduertit: Prouinciales æreqcitate Hollandos appellat: Monaſterium Egmondæ monialium condit: D. Adelbertus, exhumatus: Theodericum Friſiæ nolunt recipere: Prælio ad Rhenoburgum denicti: Munera ac priuilegia in monaſterium Egmondenſe collata: Corpus D. Ieronis Egmondam translatum: Balderico Traiectum reſtaurat: Mœnibus cingit: Cudendæ monetæ poteſtatem ab Ottone ſecundo impetrat: Ædituus cœleſti igne conflagrat: Ortus principum Herculanorū: Arnulphi Comitis 3. geſta: Vnde tam varia bella inter Hollandos & Traiectinos: Arnulphi cædes: Syphridus primus Brederodius: Sub hoc Comite vixere Wolcmarus, Baldeuinus, & Anfridus antiſtites: Horum poſtremus Comes Teyſterbandiæ: De eius vxore quædam: Otto tertius Tendericum prouincia donat: Cum Friſiis & Traiectinis indefeſſe bellum gerit: Adelboldum his prælio victum, captiuum in vinculis tenet: Hierosolymam proficiſcitur: Henricus ſecundus Imperator, pacem inter eos facit: Imperator ac 40
Comes primum in Friſios male pugnant. Dein, victores; Friſiam igne ac ferro peruadunt. Adelboldus vetere demolito D. Martini nouum erexit. Eiuſdem diploma ſpeciale de liberis vaſallis eccleſiæ Traiectinæ: Theodericus quintus citra fraudem indicto hoſtatorum certamine perimit fratrem Colonienſis & Leodienſis: Proditione Dordracum capiunt: Comes recuperat facta cæde: per vrbem deambulantis femur ſagitta ferit: Biduo poſt moritur: Huius tempore Bernulphus poſtulante Imperatore pontificium acquirit: D. Petri ac Iohannis Baptiſtæ extruxit: Tranſtulit dimidiatim prouentus S. Saluatoris Dauentriam: D. Pauli ad Traiectum ædificauit: Florentius Theoderici Germanus Comes ſextus: Comuratio in ipſum atq; Hollandiam: Stratagemate vſus: quadraginta millia hoſtium gladio cædit: Poſt quinquennium fœde diſipat: Nimium ſui ſecurus procul ab exercitu ad- 50
uerſus hoſtes Brabantos pugnans, non inultus cum duobus mi-
libus ſuorum infeliciter cadit.*

PRÆFA-

PRÆFATIO IN SEQVENTES LIBROS.

OMNES omnium virtutes tantas esse certum est quantas æstimari videriq; voluerint ingenia, quæ eas memoriæ prodiderunt. Etenim præclara fortium virorum facinora verborum elaborata elegantia magè ac magè splendent; vt sit in ambiguo verbane rebus, an verbis potius res eniteat. Proinde Alexander Macedo excellenti animo atq; virtute rex, & quodammodo fortuna maior, cum à rebus præclarè gestis multifariam, Magni cognomen sortiretur, & in Sygeo ad Achillis tumulum constitisset, exclamasse fertur: O fortunatum atque felicem Achillem, qui suæ virtutis præconem Homerum inuenit, creuit sua carmine virtus. Etenim Homerus in virtutis studio tantum finxit Achillem, quantum ipse valebat ingenio. Haud inficior, fortia facta virûm grandiloquentiam quandam expostulare, quæ tanquam classicum milites, Lectoris mentem incitet, vt verba rebus quadrent, earumque maiestati dicendi vbertas, magnitudini culta exactaque diligentia. Verùm hæc de me polliceri possum minimè, dum neque ea sim eloquentia neque arte, vt imitatione optumorum scriptorum, verborum pondere queam magnitudinem animi & virtutis excellentiam nostrorum Comitum quoquo pacto æquare. Nihilominus, quia non solum nobis nati sumus, quod ad Architam Tarentinum scripsit Plato, sed ortus nostri partem sibi patria vendicet, subiit ac tetigit animum pietas qua erga eam incredibiliter feror, quæ etiam ita me rapit, vt quum fari pro dignitate rerum haud valeam, tacere tamen haud possim. Satius æstimans temeritatis notam subire, otii famæque dispendio aleæ in foro caput obiectare, quid enim mihi præter inuidiam & obtrectationem parare videor, quam præterire silentio præclara cum facta tum dicta Comitum nostratium, & superata stadii huius aliqua parte à cursu desistere, ne plus non posse videar quam plus posse videri velim. Nam aut non oportebat suscepisse hanc prouinciam, aut omnino susceptæ erat satisfaciendum. Me, inquam me, si petat liuor, edacem non deuorabo modò, sed quo sum stomacho concoquam. Ad talia iampridem occalluit animus. Vtinam labori meo inuidia non contemptus deberetur; illud propriè in votis reponerem, quod inuidia, teste Liuio, velut ignis alta petat: contemptus oleum & operam perdat. Qualiscumq; obuenerit censura, ferre non detrectabo, quando nec optimorum spero laudem, nec pessimorum formido, vituperia. Siquidem Lucilius dicere erat solitus, quæ scriberet, neq; ab indoctissimis, neq; à doctissimis velle legi; quod hi nihil, illi plus fortasse, quàm ipse, intelligerent. Certè ex vberrima hac recentiorum ingeniorum fruge, nemo est, qui nostratia à situ & squalore literarum monumentis ausus fuerit vindicare, præter vnum Guielmum Hermannum & ciuem meum & familiarem, atque Steyni Canonicum regularem, cuius plurima de Comitibus Hollandiæ fragmenta, & ea imperfecta supersunt, à quo, fateor ingenuè, pro serie historiæ nostræ conducibilia quæque coactus sum mutuare, & huic

operi nostro non grauatè inserere. Nolo repetundarum hic mecum agi, aut illum tantopere mihi olim iucundum sua fraudare gloria. Fuit is idem puro tersoque dicendi genere elegantissimus, nulli secundus, siue poeticen, siue oratoriam spectes. Hoc scribendi munere erat ad amussim defuncturus, si non in mortem fata, eheu, compulissent, ita vrgentibus illis optimis ferè non licet diu viuere. Porrò huc Lector accedas oportet non supercilioſa fronte, nec fastidiente, sed auido stomacho, quæ ita legevt lecturias, si non tam elegantiam quàm scientiam atque notitiam antiquissimarum rerum desiderabis. Etsi te eloquentia non obstringam, rerum tamen varietas & nouitas minimè ab iis abire sinent. Historia quoquo modo scripta delectat, quod rerum varietate nauseam tollit, dum aliqua semper nouitate refocillet, recreetque Lectoris animum. Nulla certè lectio non grauis, quæ nihil præter vnum docet, dum alii alia sequantur, & quique quæ legit pro ingenio aut probet aut vituperet. Sola historia varietate multiplici omnibus lecta longè est iucundissima. Nunc ad historiæ nostræ ordinem ac seriem reuertamur.

LIBER

LIBER QVINTVS.

Theodoricus Primus Hollandiæ Comes.

CAROLVS, cognomento Caluus, Francorum rex, Romanorumque Imperator, filii Ludouici & Iudithæ, filii Caroli Magni, Danorum tyrannide intellecta, qua illi prouinciam penè in solitudinem redigere, Thendericum eâ donat, ac magna parte Frisiæ vsque Lanicam, qui agrum Groningensem disterminat; Egmonda item & Kinhemo à Sutherdeshinga, ad Fortrapam, vt Danos & Normannos armis propelleret; ambientibus pro Thenderico, Iohanne pontifice octauo, & Haganone Comite Zanctensi eius auunculo. Conscriptæ de hoc tabellæ, sigillo aureo Caroli Calui, firmatæ, Pladella villa Brabantiæ anno octingesimo sexagesimo tertio, decimo sexto Calend. Iulii: Regni sui decimo octauo. Præstare Theodericus in re militari, impauidi animi atq; excelsi, nec minus probitate & grauitate morum quam corporis viribus decorus; ad hæc promptissimus se offerre periculis citra temeritatem. Habuit quatuor illa quæ in consummatissimo duce esse debent, rei militaris scientiam, virtutem, auctoritatem & felicitatem. Prognatus antiquissima familia regum Franciæ: quippe filius Gigisberti, filii Nanfredi, filii Engelrini martyris, filii Theodorici, filii Lothari, filii Theoderici Ducis Aquitaniæ; filii Cilperici regis Franciæ: Gigisbertus enim ex Machtelde sorore Hemmæ vxoris Ludouici regis Germaniæ ac Haganonis Comitis Zanctensis, suscepit Theodericum Comitem Hollandiæ & Walgerum Teysterbandiæ Comitem, fratres. Vxor illi Genna filia Pipini regis Italiæ, qui iunior filius Caroli Magni: Ludouicus Pius, pater Caroli Calui, patruus Gennæ, & Carolus Magnus auus. Insignia ei militaria Leo, clypeo in aureo, rubicundus, instar priorũ regũ Francie. Nam Pipinus pater Caroli Magni, quum militariter regnum Franciæ acquisiuisset, etsi nemini præter prolẽ etiã potentissimo ostentare permisit, vetusta regni insignia, Thenderico tamen Duci Aquitaniæ contulit leonẽ ruffum lingua branchiisq; planis, ita author à quo hic noster Thendericus descẽdit. Walgerus ex vtroq; quo Thendericus natus parente, Comes Teysterbandiæ, continentis sutisdictionẽ, terras & agros Bommeliorum, Tyelanorum, Herculanorũ, Heusdenorum, Altenanorũ, Vianensium, Culenburgensiũ, Buranorum, ad veterẽ Mosam vsq;, sed cuius per varios casus in alias & alias hodie est diuisus partes Comitatus. Habitabat villam Auezatũ propter Tielam, vbi D. Walburgis exstruxit, in quo virtutæ virgines diuinis nauant. Teysterbandiæ I. Comes Robertus filius Baldewini, sexti Comitis Cliuensis, cuius insignia scuto in cæruleo scepetra octo aurea orbiculatim digesta. Suscepit ex Connegonda coniuge, filia Comitis Hoiæ, Ludouicum patri succedentem, Robertum, Hensdenorum primum Toparcham, & Theodericum Altennæ. Desiit Comitatus sub Auffrido Traiectinorum præsule, partim eum ecclesiæ, partim consanguineis conferente, quod Deo potius quàm mundo militare vellet. Cæterum Theodericus Comes magè beneuolentia regum creuit, postquam Caroli Calui beneficio prouinciam teneret. Nam ad Comitatum Hollandiæ Ludouicus rex Germaniæ, Hemma vxore procurante illi Walsdãmum, id est Zelandiam contiguum adiecit, anno octingentesimo sexagesimo octauo, Idibus Aprilis; literasque in hoc regia imagine ad eum misit. Et cum exploratum haberet, in inferiorem Germaniam diuertens, Nouiomagum vsque Dacorum incursione miserè prouinciam atteri, Franconem non minus armis strenuum quàm progenie illustrem cum suppetiis iubet ad Thendericum properare, Sueuiæ duce Lupoldo oriundum, à quo Borsaliorum stemma. Quippe Lupoldus Comes, vnicus ac legitimus frater Ducis Sueuiæ, tum per inuidiam relegati & interempti, ex Elisabetha vxore, Regia Hungarorum stirpe, tres filios suscepit, Lupoldum, Ludouicum & Franconem. Ex Lupoldo, principes Montanorum, quorum maior cognominatus Magnus Marothus Hungariæ: Frederico proceres ab Walschi nobiliores totius patriæ. Francone, Borsalii milites qui sub Ludouico egregiè nauantes, per arma Dacos vincere & cruenta strage affectos Valachria propulsare. Horum insignia militatia vniusmodi, scutum sabulosum, medium intersecans interstitium argenteum albicans gemmatum, quæ vera ac prisca insignia Ducum Sueuiæ. Post eam victoriam Imperator Carolus Caluus Theodoricum nepotem lectissima militum manu in prouinciam deducit, vt Hollandi & Frisii illi sacramentum dicerent. Resistere imprimis Hollandi, resistere etiam Frisii æquè libertatis a-

Ter Lauuers. Hillegõmerberch voortrappen.

Insignia Hollandia.

Teysterbandia.

Stemma Borsaliorũ.

Ein barre vnuigo. Carolus Imper. Theodorici Comitẽ armis in Hollandiam deducit.

mantes: Primates populũ concitare ac fuadere vti iugum seruitutis armis repellant, quo semel admisso haud patere amplius viam ad libertatẽ, cunctis adeò desiderabilẽ, pro qua mori non esset recusandum. Itaq; arma capesserent, quales in prælio essent, talẽ fortunã habituros. Eo animo in pugnam ire oportere, vt nõ nisi victores inde abseedant; pro lucro mortem habendam. Si cadendum in prælio sit, propatriæ libertate cadendũ; quo nihil glorioſum magis: asserta libertate quam per maiorũ manus acceperunt, patriis legib. florentissimè victuros. Populares his dictis accensi, rem ferro decernere, libertatẽ tueri armis, vndique quantas valebant cõtrahere copias, tanti prælii discrimen simul aditure: pugnatum vtrinque diu ancipiti fortuna, ab his pro libertate, illis, victoria. Fortissimus quique trucidatus, nec quisquam nisi vulneratus pedem referre. Tandem Hollandi ac Frisii hostium suorũ multitudine superati, pugnam post pugnam redintegrantium, succedentibus ferè nouis ac integris, vulnerati & deficientes magis quàm cadẽtes, datis obsidibus fremebundi Comiti se dedere, fœdusque cum illo ferire; in hunc modum,

Fœdus.

Populus Hollandus ac Frisius Theoderico subm ituntor:
Illi omnes parento: ¶ Comitem bona fide appellanto:
Vetusta stemmata ac nobilium bona libera sunto:
Qui non paruerit rebellis esto:
Rebellem impunè quiuis occidito:
Qui seditionem excitassit, mala cruce suspenditor, aut securi percutitor:
Comes, publica vectigalia in rem suam vertito:
Nouas exactiõnes inuito populo non cogunto:
Vitæ necisque potestatem in omnes habento:
Filii nepotesque prouinciam vt Comites regunto:

Wasserhari.

Cecidere hoc prælio Valcenburgi Toparcha, & Burgrauius Leydæ, duces exercitus, belliq; ineentores. Iuuat hic repetere illustre stemma Wasserharorum, dum commodum id est. Scribit Tacitus, Catthos maritima Batauiæ loca occupasse, & ad Rheni ostium, principatum stabilientes, arces passim à fundamentis erexisse, Cattuici iudicio vici, ab iis nomen retinentis, olim Catthorum habitaculi, quibus erat integrum, pro regis arbitrio Rheni ostium aut occludere, aut recludere, & naulum à transfretantibus exigere. Cæterum quum Romani prouinciam ad Imperii obsequium perduxissent, regium Catthorum nomen desiit, cuncta iis sibi vendicantibus. Itaque diminuto nomine tum Wassenari dicti, retentis bonis ac fortunis omnibus; quippe non tam spolia Romani, quàm orbis imperium affectare. Wassenaer, quod indigitamus corruprè, Catthi Wasser-her compositè dixere, id est der wateren heer, nec hoc abs re, cum pro gentilicio insigni alluſiuè lunam bicornem vsurpent, quæ maris regina creditur. Atque hæc illi, vt cætera Rhenanæ prouinciæ loca, circumq; arces, cum Britonum Angliam prospectante, Leydimq; haud iure feudali, nec vt vasalli, sed hæreditario ac iusto principatu possidere, prosperrimo successu ad Gratiani vsque tempora, cum ab Hunnis, Alanis & Sclauis tyrannicè in Batauiam irrumpentibus, magnam cladem accipèrent: post quadringentos & sexaginta inde annos, Danis & Normannis armis longè impares, arces suas excindi funditus paterentur: præterquam pauliſper à malis, respirantes, roburque pristinum resumentes, Theodoricus primus Hollandiæ Comes pessimè eos exceperit, quod per Carolum Calium militari manu in prouinciam deducto, Burgrauius & Valcenburgius fratres bellum fecissent, antiqui principatus tantùm partem impuberibus eorum admittens, tali lege, vt ſi quicquam aliàs aduersus se tentarent, maiorum more punirentur, ac bona fisco cederent. Cùm his olim non grauatè inire matrimonia Romani, vt eiusce modi delinimento diutius in fide remanerent ac essent tranquilli, quibus oriundi Claudius Ciuilis & Iulius Paulus fratres, parente Batauo, matre Romana, qui ad pacem inclinatis Batauorum animis Romano bello eos præuenire. Wassenaris Leydim vrbem debitam & hæreditariam armis & tyrannide prævalentes Comites Hollandiæ abstulerũt. Quippe eorum clientes hanc primum circum Leydanorum arcem ædificare & habitare cæperunt, quæ post tanta annorum curricula hodie habet speciem ciuitatis pulcherrimæ. Certè hic priscam Batauorum nobilitatem consedisse, variæ munitiones videntur clamitare, vt Romanæ, Aurindilinæ, Rhenanæ, & Valcenburgi: nusquam etiam hodie nobilium maior numerus, in Hollandia quàm ibi est. Sub altero Theodorico Hollandiæ Comite Frisii rebelles, Burgrauii præclara virtute deuicti, in eius potestatem venerunt. Tu nunc Iohannes post bis mille annos, è regio & tam peruetusto stemmate superstes, pro indole, tritauorum insuperabilem tibi propone virtutem, & ab interitu per sobolem, quod fauſtum sit ac felix, vindica actuere. Nunc lapides docebo quos ipse effossos vidi, vbi arcem Romanam stetisse creditum, harum forma literarum. IMP. CÆSAR. L. SEPTIMIVS. SEVERVS. AVGVSTVS. ET. M. AVRELIVS. AN-

Ante Christi incarnationem 790 Romam cõditam 40.

Ex libris Wassenari facti feudales. Vide lib. 3.

TONINVS.CAES.COH.XV.VOL.ARMAMENTARIVM.VETVSTATE.CONLAPSVM.RESTITVERVNT.SVB.VA.PVDENTE.LEG.AVG.R R CVRANTE.CAECIL.BATHONE.PRE. alteroq; latere eiusdē lateris hac forma S. NERVA. TRAIA.G.GER.DACI CO.P.TRIB. P.P.COS. V.LVCENSVM.P.E. altitudo lapidis pedum quatuor, longitudo sex erat. vidi & alium, insculptū his characterib. SEVERVS.PIVS.PERTINAX. AVG. IM. TRIB. POT. VIII. IMP. & aliis sequentibus: AVG. PIVS. PONT. MAX. P. L. SEPTIM. SEVER. COH. XV. VOL. PP. Repertum quoq; quadrangulare lapideum palatii sex crassum, ducentos pedes longū, annexa, opere sphærico, cuiq; extremitati, turre miræ amplitudinis. Mirum si nō amemus Romanorū erga nos gratiā, beneuolentiam atq; amorē, qui tanto à nobis interuallo spectabile hoc armamētarium, suaop era acimpensa nihilominus restauruere, circa annū Saluatoris 221. Calixto pont. A fundamentis arcis haud memini, nec qui ea iecerint, aut postremū deiecerint. Ita obruta iacet, vt nemini ante constiterit ibi quicquam eiusce latere. Ecquid in vniuerso est, quod non obliteret temporis vetustas, si nō topho ac literis commendemus. Ad Comitem reuertor, tutam & tranquillā pacem aliquandiu trahentem, donec regresso in Franciam Imp. rebellionem Hollandorū & Frisiorum præsentiret, & armis ad resistendū imparem prouincia cederet ac loçū iis daret. Qui vbi ad regem venit, mœrens ac querēs, Parta, inquit, difficiliùs tueri q̄ acquirere, quod in rerum acquisitione casus sæpe plus valet, q̄ industria, partis verò cōseruandis adesse debeat propria virtus atq; diligentia: mittitq; rex extemplo consultorias ad Iohannē pont. Moguntiæ agentem, cuius ambitione atq; suasu Imperator Theodoricū prouincia donasset. Acceptas ille resignare, legere, in corrigias discindere inspectāte tabellario, petitoq; gladiolo horti præstantiores arbutos, cū aliquot viliorib. demetere, facereq; hoc vno atq; altero die, mādareq; tabellario abire nūciatum Imperatori quæ vidisset. Imperator rem intelligens, cum nepote redire in Batauiam & Frisiā atq; in nobiliissimos quosq; & potentissimos cubili media nocte abreptos, vt nōnullos plebis, perduellionis insimulatos, gladio animaduertere. Quare territi atq; perculsi in Comitis Theodorici verba iurare; cum ferunt Imperatorē gentem à mentis ferocitate, appellasse Hollandos. Nam Hollen, ab equis mutuatū incitatioribus, indomitos significat, rationis habenas nō audientes, vel recti septa transiliētes. Primùm hāc nostram insulā antiquissima appellatione dictam Batauiā, atq; nos Batauos doctiorum quotumq; est iudicio. Alii autumant nasutiores, Olandos Danicā gentē, siue Hallandos, labente Rom. imperio, populariterq; suis sedib. migrantes, victores, de se nos cognominasse, vt à Frisiorū rege Radbodo prouincia quondā deuicta Frisia dicta est: quam vbi Pipinus illi abstulisset, fecit appellari Frisiam Orientalē. Sunt item alii existimantes insulā dici Hollandiā, à soli canitate, & quod mollis & palustris est, nec firmiter satis multis locis hæreat, quasi cauam, quod est, idiotismo nostro Hol aut Idel. Cæterum sunt qui à feracitate lignorū Holtlandiam debere dici, fidenter asseuerāt, antiquiores annales, & p̄uetusta Comitū diplomata hoc referre. Sed à Carolo Caluo quod iterato nepotis imperiū derectaremus, bene in præsentē vsq; diem Hollandiā nuncupatā est consonantius, quanquam hic cuilibet liberū, ex omnibus, quod voler, sequi. Cæterum Theodoricus prouectior iam ætate, magno affectu D. Benedicti exædificare ligneū virgunculis ad Egmondā vicum in Canefatibus, inq; vitæ alimoniā, quantū satis esset prouentus, conferre. Admonuit vna virginū præsentiens & diuinans Comitē, exhumare D. Adelberti exuuias, Britanni Archidiaconi & rectoris eccles. Egmōdanæ, stirpe oriundi regia. Clerus aperto sepulcro, cōditi corpus atq; palliū offendere, ab omni labe corruptionis integrū, crucemq; auream pectori inhærentē, exin multis medicinā languorib. Sarcophago etiam fons viuus vitus limpidissimus emanare, etiamnū durās. Translatum corpus ad D. Adelberti, quod Comes exstruxerat, vbi in veneratione est. Theodoricus post octo ac triginta annos, quibus Dacos animosè vicit ac insula populit, moritur, Salutis 91. anno, 2. Non. Octob. relicto Thenderico vnigenito filio hærede. Gena vxor, anno post, marito contumulata.

Memorabile factum Pontificis.

Quando & cur dicti Hollandi.

Theodericus 2. alter Hollandiæ Comes.

THeodericus eius nominis secundus, alter Comes Hollandiæ coniugem habuit Hildegondam filiam Ludouici regis Franciæ, filii Caroli simplicis, filii Ludouici Balbi, filii Caroli Calui, è qua susceptit Egbertum Archiepiscopum Treuirensem, Arnulphum Comitem, & Arlindim ad Rhenoburgum dynasten. Hunc Hollandi ac Zelandi accipere Comitem, sed Frisius vterque libertatis amans imperium omnino eius detectare, quos ocyus armis sibi subiecit, vicis illorum accensis, & magna parte ferro corruente, vt fero se dedere & imperata facturos polliceri cogerentur. Sed iusiurandum metu ac vi extortum nullum putare, & resilire tumultuosi, nondum anno plenè exacto: Almariam incendere, Herlemum Kinhemariæ oppidum pari modo vastare, eademque horribilia Leydæ vrbi minitari, sed superbos Burgrauius armis si-

Vincit Frisios.

Iterato rebelles.

Burgrauii virtus.

ſtere, ac ſtare compulit. Interea ille ad Comitem ſcribere, vt cum copiis venire acceleret, ſe arcem oppidumque contra vim hoſtium tueri vix poſſe, qui quanto poſſet cum exercitu aduolare, non cunctari auſus. Itaque Leydim ingreſſi animos oppidanis addebat, mittitque illicò ad Friſios caduceatorem, qui eis & campum & pugnæ diem conſtituat. Quam moram victoriis elati hoſtes aſpernari, atque dicere, ſi vellet, iam iam venire poſſe, campum non defore, ſi animus eſſet illi ſecum certandi, cauſam dilationis metum eſſe. Quæ reſponſione etſi fieret ferocior, pudore tamen ac metu aliquantum animus Comitis tractus, pudendum rati ad pugnam ab hoſte prouocari, & ob ſuorum paucitatem eam non capeſſere audentis. Quanquam ne cunctando audaciam hoſti adferret, atque ea in ſuis decreſcetet; audendū orſus iuſſit vrbis portas recludi, quod ſciret, inconditam multitudinem exercitus ducem deſiderare. ſuos quidem numero impares, at militaris rei peritiores. Eſt vicus Rhenoburgum vrbe miliarium diſtans, cui iuxta campus fertili ac ſolida gleba, in quo Friſii conſidere, quæ res minimè Hollandis fraudi erat, & certam ſpem victoriæ dabat, quod ſoli firmitas peditī grata, equiti neceſſaria eſſet. Pugnatum hic vtrinque infeſtis animis, Friſiis vires ſuas metuentibus, Hollandis arte militari fretis, ac turpe exiſtimantibus armis bene tectos, aut vinci ab hoſte ſpectante Comite, aut loco cedere. Cæſorum numerum tradere non poſſum, inermi & nudo facilis hoſti fuga. Hollandus pedes grauis armis: eques tantum eos ſequi valebat. Verùm Friſiis nihil inuium, quibus ingens corpus ac agile, tum prælongæ in bello haſtæ, & ſi ampliores foſſæ fuerint, vſitatum, eas tranſuadare. Tertio poſt eam victoriam anno Theodoricus Rhenanam aream in D. Benedicti mutat, etſi poſt monachos Egmondam transferens, moniales inde ad hoc reduxit; vt tutæ ac melius ab hoſte defenſæ eſſent, & illi melius ſi qua ſors tuliſſet, muro cinctam Egmondæ dynaſteiam contra Friſios tuerentur, fecitque ex ligneis, ædificia lapidea, atque D. Adelberti Mauſolæo exornauit. Wonoboldus primus dynaſtes, præter villas & ruſtica prædia, in vitæ ſuſtentaculum, decimaſq; circum ab eo accepit. Inſuper tripartitam hiſtoriam ſcriptoſque ſacrorum Euangeliorum codices, affabrè antiquo artificio, auro gemmiſque obductos. Ab Hildegonde vxore Comitis, tabulam ex auro ſolidam gemmis lapidibuſq; radiantem, Oſtulano præſertim, è cono ita lucente, vt nocte candelas non deſideraſſes, quem nihil non audens improbitas furtiuo furto ſurripuit, virtutis admirandæ, vt qui illum ferret, nulli, ſui viſum, præbere crederetur. Egbertus quoque Treuirorum archipræſul conferre iuſtam partem Dominicæ crucis ſuluo auro incluſam, caſulam, cingulum, ſtolam Dalmaticam, ſubtile bracteatum: ſcrinium argenteum, ſanctorum plenum exuuiis, gentibus abſtractis, magnam corporis D. Agathæ partem, biblia precioſa, cum aliis multis libris eccleſiaſticis, atq; rerum egregia & rara ſupellectile. Narrat hic quantas virtutes, propitio Deo, Adelbertus, Theoderico eiuſque genituræ oſtendit. Valetudinarium & fatiſcentem febre liberaſſe, quum rem diuinam eius feſto ac templo peragerent, & Atlindæ filiæ oculorum alteri lumen reſtituiſſe, Theodoricus quoq; a Nothbodo Nortunico armenti diuite, nec minus virtute præſtante perſuaſus vt D. Hyeronis exuuias Egmondam effoſſas transferret. Nam cum ter ſe illi Hyeron ſepulchrum in quo iaceret, nocte in ſomnis patefeciſſet, voluiſſetq; tranſportari, Nothbodo hæſitans rem non audebat Comiti primùm aperire, quod vereretur, ſi ei narraſſet, ſtultitiam habiturum, donec caſus ſingularis illum ad hoc propelleret, certaque narraret. Contigit enim manè dum armenta reuiſit, illa non inueniſſe, quæ furto ſublata credens, volebat ſecum ſuos inueſtigare: pars nemora opaca, pars valles, fruteta lateq; agros ſcrutari, ſed quum eorum nihil inueniſſent, æſtu graues vmbram ſimul petere, ſub qua dum aliquantiſper obdormiſſent, præ cæteris ſimplicior ſomno ſubſiliens, Scio, clamat, equos, B. Hyeron me docuit, inſiſtunt immoti eius tumulo, ſequimini, nouilocum. Nothbodo dicta viri animo verſat, ducemq; ſimul habent ad locum, vbi tumulo vident ſtare immobiles, ſpectantes viros: quæ tum ille omnia ad Baldericum antiſtitem atq; Theodoricum perferre, qui magna cum parte procerum atque innumera plebe corpus martyris inde tollunt redolens ac fragrans, pſallenteſq; Egmondam humeris deportant, & D. Aldelberti iungunt. Sic vrna vna ambos habet, quos patria vna viuos iunxerat. Caput eius poſtea aliquantò inuentum; Nortuuici celebre, vbi D. templum ſacratum, & ſacerdos & cantores. Fertur fundamenta altius locaturos, dum ateam fodiunt, humanum caput reperiſſe, ad quod, tympana turri pendentia darent ſonum nullis inpulſoribus. Quoniam autem Nothbodonis monſtraſſet equos, ad rem perditam illum omnes imploraſſe, nec fruſtra; votis enim eorum ſæpiuſcule reſpondet, pignoraq; amiſſa monſtrat, facitque recuperare. Traxit Comes felicem principatum, moriturq; admodum ſenex, poſtquam duos & octoginta annos adminiſtraſſet, anno ſalutis nongentoſimo

Atrociter Friſii cum Hollandis decertant.

Arx Romana fit canobium.

Wonoboldus Abbas primus.

D. Adelbertus.

Translatio Hyeronis.

simo octuagesimo octauo, 2. Non. Maii. Hildegondis anno post 3. Id. Aptil. sepulti ad Egmondam. Sub hoc Radbodus & Baldericus Antistites claruere. Radbodum describimus. Baldericus filius Rixfridi principis Elmensis, filii Luthardi Comitis *Cliuiæ, Radbodi vaticinatione electus Traiectinorum præsul. Nam quum Baldericus illi duos sacris initiandos ordinibus sisteret, subridens Radbodus, aiebat, tertio post anno defunc̃to me, tute hos ad Sacerdotii dignitatẽ promouebis, & vrbem & ecclesiam Danorum tyrannide dudum miserrimè iacentẽ, instaurabis. Nec fefellit hoc vaticinium. Etenim vrbem excidio fermè pessundatam, Diuorumq; templa prophanata ac diruta, nitori & cultui pristino restituere, mœnibus cingere, validisq; munire propugnaculis, pomærio circumducto. Romæ cum Otthone secundo consulturus de statu ecclesiæ, primus eudendæ monetæ potestatem ab eodem accepit; at dum mutuis pontificatum simultatibus flagrare accepit, Othoni valedicens, re infecta redire domũ, simul ferens Pontiani, Agnetis & Benigni martyrum exuuias. Reuelatione quoq; comperit corpora sanctorũ, Lebuini, Werenfredi, Wieronis, Otgeri, Odulphi, atq; Radbodi, quæ solenni clausit mausolæo. Tandem grandæuus è vita migrauit 6. Id. Ianuar. post nouem ac quinquaginta annos, quam dextertimè laudabiliterq; munia ecclesiæ administrasset. In maiori ecclesia decenter humatus. Huius tempore ædituus S. Saluatoris homo temulentus in sacrario cubitare solitus, sacras sibi vestes substernere, atq; fimo sepulchra martyrum fœdare: cui aliquando stertenti terni apparere pontifices, Fridericus, Alfricus & Lutgerus, quorum Fridericus bacillo pectus hominis tangens, heus, inquit, quid ita stertis resupinus, & diuina tibi substernis, lecto surge ac purga locum, factiq; te tui pœniteat, ni mulctaberis, atq; ablata sacrilegio restitue. Quod ille somnium existimans esse, pergebat iisdem viuere moribus. Vix dormienti, iterum se ostentare prædicti, minaci vultu ac ore Frederico eum tum increpante. Cur scelestè ausus mandatum contemnere: ingemiscebat resipe, æternum alioquin iamiam subiturus supplicium: verùm nihil vt prius ea curare, at surgere & pocula poculis addere, integramq; perbibere noctem, rursum ad galli cantum dormitum ire, nec signum dare matutini; quod admirati, sui pultare templi fores, quas dum nemo reserat, illi vi aperire, cum, hortendũ dictu, viderent lecto incumbentem, cælesti igne conflagrare. Eodem fermè tempore Heymannus ex illustri Vngarorum stemmate Ottonis 3. Imperatori, ob factorum gloriam admodũ charus, missus ab eo, ad inferiorẽ Saxoniam, quę superior Frisia, Gellam præfecti filiam grandi cum dote vxorem accepit, diuertensq; ad Theodericum Comitem Hollandiæ, insuper loca quædã propter Lingam, partim beneficio partim precio ab eo, & Teysterbandiæ Comite atq; Traiectinorũ Antistite acquisita, colere & habitare cæpit, duas ibidem exædificans arces, Leerdamam & Herculanam. Huius natu maior filius Dodo Leerdamam cum vniuersa appendice obtinebat, à quo oriundi D. D. Ledani, Daleni, Gellicomi, Kedichemi, Senenderi & Haesteni. Foppo minor natu Herculanam, ac circumquaq; vicina; vxorem duxit Mariam N. Oyensis, è qua suscepit Iohannem alterum toparcham Herculanæ. Vttisq; vna insignia militaria, nisi quod huius argenteo, illius scuto nigro circumferantur.

*Baldericus 15 *M. Clisensis.*

Vrbis instauratores.

Ædituus temulentus.

Herculanorum ortus.

Arnulphus tertius Comes Hollandiæ.

ARnulphus Theodorico patre centenario defuncto, Hollandiã, Zelandiã ac Frisiã hereditario iure acquirit, iustitia vitæq; integritate nulli secũdus, indeq; omnium obseruantissimus. Vxor illi Lutgardis filia Theophani Græcorum Imp. ac soror vxoris Otthonis 2. è qua suscepit filium sibi succedentẽ Theodoricum, & Siffridum primum Brederodiorum; Frisios in rebellionẽ procliues primo dominatus sui anno magno collecto exercitu hostilibus domat, & quod vitibus impares essent, cogit in sua vetba iurare. Itaque pacata omnia fuissent, quieteq; vixissent, nisi Antistes Traiectinorũ eos cohortando & promittendo, ad bellum denuo concitasset. Miretur aliquis tot nobis bella fuisse cum Traiectinorum pontificib. nam rarus est Comes, quin pugnã cum eis pugnauerit: eius autem rei causa est talis. Ante Comitatum sub Imperatoribus liberi ątq; immunes viximus, aut, oneris nihil, aut parum ferentes, cum episcopi quoq; Traiectini habere in nos ius aliquod viderẽtur, nam procul absentis & ignari Imperatoris, prouẽtus excipere, plus q̃ vberes. Hollandia n. plus opinione prouentũ adfert, non tam specie q̃ vtilitate mirabili. Sunt flumina, sunt lacus, sunt syluæ, sunt colles, quorũ omnium ad admirationẽ singulares sunt fructus: Insulæ quoq; cõplures ad vtrũq; Rheni ostiũ, quarũ possidere aliquot, ipsis non tã speciosum q̃ vtile videbatur. Accedit, quod fuere, qui ab Imp. integrũ Comitatum dono acceperint. Hęc frequentiũ semina bellorũ, eorumq; cogitatus Comitem nostrũ pellendi, sæpenumero occidentib. vtrinq; quamplurimis, vt Traiectinus & Hollandus se mutuò semper oderit, tametsi illi in nos maiore ferri inuidia, quod

Causa odii inter Traiectinenses & Hollandos.

tóties congressu superati. Itaq; vt ad historiam reuertar, Arnulphus, Frisiis aduersus se atq; prouinciam denuò animatis, bellum facere, delectũ agere, plurimas armatorũ copias collectas, in aperta prata propter Winckellam ducere, citerioris Frisiæ vel cis thenanæ vicum, castris castra propinquare, ac dimicandi nullam moram admittere: quod nostros ira & indignatio, Frisios veniæ desperatio haberet, cum hac oratione Comes ante concionẽ veteretur. Cum fœdifragio nobis populo res est milites, quem exagitat scelus, atq; cruciat metus Dei vindicis, qui pacem, fœdera, legesq; nostras excutere semel impositas, vt arbitrer ei id non impune cessurum, vltoremq; adfore tanti admissi, supremũ deum: nam in verba nostra iurauit, ac sacramẽto tenetur. Licuit, si voluissemus, nuper absq; exercitus periculo gentem delere, prouinciam eorũ depopulari, sed veniã dedimus precantibus cùm fœdus cum eis iniremus, nostræq; clientelæ atq; tutelæ facere-mus. Amplius ignoscí haud æquum, bellum ex bello ferentibus, neq; diuina neq; humana quicquam formidantib. Vilis ac ridicula conditio obedire nolentium, nisi quum non possunt resistere, quorum, mehercle, coercenda ferro est animi temeritas atq; perfidia, vt discant Deum, principemq; reuereri. Agite, incumbite, pristinæ famæ & gloriæ memores, in manu victoria est, Deo auspice. Dextras, quas fidei testes semel dedere, perfidia & scelere contaminatas, dubio procul, in hoste vindicabit. Iustissima in nobis ira, qui seruos in suum principẽ arma ferentes conspicimus. Vobis, pro decore, nomine, ac salute etiam hodie depugnandũ, adero spectator, nec minus strenuus impugnator. Imo fixum animo, aut in conspectu vestro mori, aut vlcisci perfidos. Vobis erit gloriosum vincere, aut si nutabit fortuna, in pugna potius quàm fuga occumbere: quibus accensũ militũ animi, itumq; in hostem. Pugnatum horis aliquot acerrimè, vt qua te victoria inclinaret, prorsum dubitaretur, multumq; sanguinis vtrinq; fit fusum. Nam vbi Mars cæpit fieri atrocior, cominus manus conserere, acies aciei inhærere, cædere, gladiosq; inuicem per ora adigere, vt arma armis quaterent. Non timido, nõ ignauo cessare tum licuit collato pede, stabatq; quiq; vestigio, donec aut cederet aut vinceret. At Comitem strenuum, rite tam militis quàm ducis munus exequentẽ mediumq; in hostem euntẽ pulcherrimis armis, grex Frisiorũ circumuenire. Atrox ibi primùm fieri cædes, donec Comes pectus gladio percussus lethaliter inter hostes ederet: tum Frisii crescere audacia, & Hollandes terror ac mœror occupare, quam ob rem signo receptui dato pedẽ pugna retulere. Nec inerunta Frisiis victoria, quanquam vicere bello, ob Arnulphi necẽ, sat gloriæ partũ existimantes, quod libertate adepta Comitis sui cædẽ & sanguine tellurem respersam cõspicerent. Corpus delatũ Egmondam ritu solenni ac funebri, omniũ egregio luctu. Alii sortem plenã malis, alii magnanimitatem excelsam ineuntis Comitis, pro rep. peremti. Relatus inter diuos, ob singularẽ animi integritatem vitęq; sanctimoniam. Memoratum de eo asseuerant, quum exercitus siti laboraret, in Frisia salsioribus passim aquis, fusa ad Deum prece, monstrasse locũ, è quo dulces fossione manarent. Et die quo cõflueret Egmondam populus ad lucrandas indulgentias, notasse vniuersum, Sarcophago eius rimam faciente, instar virgulę fumũ duorum cubitorum fragrantissimum creuisse. Lutgardis vxor anno post moritur marito contumulata; 2. Id. Maii. Superest vt de Brederodiorum stemmate narrem. Theodericus secundus Arnulphi pater, admodum senex Hollandiæ Comitatum felicissimè administrans, & siue ingenium siue mores spectes magni exempli, nati sui quoq; filios vidit, Theodericũ & Siffridũ, ætate florentes ac pollentes gloria. Orta aliquando lite inter Siffridum & militem, quem Theodoricus percharum habebat, gladio illũ percussit, iramq; metuens aui, se Staurem ad Gosuuinum præfidẽ vlterioris Frisię, stirpe Gundebaldi martyris regis Frisiorũ ad Ronciualle occisi, contulit, cuius filiam Thetburgam Siffridus clam illo vxorem accepit. Quo facto, Sicconis corruptum eius regionis nomen, & vxor Tettæ adsciuit, è qua susceperit Theodericũ, Bredenrodæ primum toparcham sibi succedentẽ, & Simonem, Teylingæ primam dominationem capientem. Ex Theoderico creuere D. D. Leccę, Syphrido Bredenrodæ & Teylingæ, quod epitaphii eorum metrum non obscurè significat:

Oratio Arnulphi ad milites.

Arnulphus in prælio cadit anno salutis 993. 14. Calend. Oct. Comitatus 5.

Arnulphus vita sanctimonia clarus.

Stirps de Sikcone processit in hac regione.

Withildis Theodorici vxor.

Cæterum Arnulphus Comes, defuncto patre nuptias fecit Theoderico solennes, germano Siffridi venire ad pompam magna vis procerum & aulicorũ; quibus rogantibus de Siffrido, an & ipse accersitus esset, & instantibus vt agro possessioneq; donaretur, responsum pater dat, accepturum abs se latam agri decempedam, quod vernacula nostra sonat: een bree roe lants. donatq; eum Bredenroda castro propter Herlemum, quod nomen ab hac voce patris retinet, adiecitq; frumentorum vectigal aliquarum vrbium, quod dicimus Tgruyt-gelt, & Teylingam Sassenhemi, ac cõplures alios per Hollandiã Australem pagos. Militaria Siffridi insignia, leo russatus, exerta lingua, branchiisq; cæruleis

rùleis desuper pendente feretro. Theodericò Siffridi maiori natu filio & paternum dominium & insigne militare cessit: Alteri, vnum ac idem insigne, nisi quod feretrum eius argenteum. Procerum Lecęæ insigne leo ater, scuto cándido. Obiit Siffridus Non. Iun. Egmondæ conditus, multis monachos prædiis beans. Vxor vt. Cal. Febr. marito contumulata, scriniũ, ac multas in eo DD. exuuias, monasterio Egmond. relinquens. Ai nulphi temporibus Wolcmarus Friso, cuctus ad Sacerdotium, omnem laudẽ meritus, diuinis quam humanis addictior, magna prudentia ac mansuetudine, menses vndecim ac duodecim ann. ecclesiæ curam gessit. Obiit 3. Id. Dec. Suffectus in defuncti locũ Baldeuinus, stemmate morumq; probitate inclytus, quippe sorore natus Arnoldi Comitis Cliuiæ duodecimi, cuius maior patruus Baldericus Antistes. Moritur Id. Maii, haud plenè annos 4 administrans. Breuis huius fuit pontificatus, at tanta eius gloria, vt diurius vixisse appareat, quem omnium ora prædicant. Succedit Aufridus, nobilitate spectabili, sanctimonia vitæ, religione, innocentia ac rerum diuinarũ sollicitudine præcipuus, Comes Teysterbandiæ. Vxor illi ante mirè pia, vt nocte sæpe cõsurgens lectulo orandi causa insacellum quoddam domo exiret, quandiu famulus id obseruãs, pudicissimã probri atq; adulterii apud maritum insimularet. Aufridus animo omnino perculsus exeuntis pro more, nocte clàm vestigia calcat, comperitq; sub sambuco iacere pronam ante sacelli limina deuotam, cælestiq; lumine caput radiantem: qui expauescẽs in animi sui suspicionem despuere, coniugemq; inde maiore in precio habere. Iam autẽ pœnam paranti famulo, cõiunx eam noluit, inquiens, hunc fidum esse, hoc pacto voluisse heri nomen sui decusq; conseruare. Itaq; vxoriæ pietatis æmulator, Mundo, ex mutuo consensu valedicere, & sacris initiatus tum deligi episcopus, cum Norgerum Leodiensium antistitẽ Comitatu Huionensi donaret, & Teysterbandiæ plurima Traiectinæ ecclesiæ. Cæterum venerabilis antistes ægritudine luminibus oculorũ priuatus, D. Benedicti ędificat in honorem Deiparæ virginis, in monte sacro propter Amersfordiam, vbi ad vitæ reliquum monasticen amplexus moritur, pontificatus anno xv. 5. Non. Maii, Theodericò tertio Hollandiæ Comite. Qua tempestate Gregorius V. Papa, Saxonia oriundus, labascente Rom. imperio, fortunæ animaduertens insolentiam, vt æternum sacri imperii Maiestas remaneret, Synodo sanxit solis Germanis ius deligendi principem esset, qui & Cæsar & Romanorum rex diceretur, ac tum demum Augustus, simul ac illum pontificis manus confirmasset. Stetit is mos deligendi principem per totos quingentos annos, Electorũ, Archiepiscopi tres, qui Cancellarii & Scribæ: Moguntinus, Treuirensis, Colonienses: Primus Germaniæ, alter Galliæ, postremus Italiæ: & cum his principes quatuor partiti munia circa Cæsarem, Marchio brandeburgensis, cubicularii & quæstoris. Palatinus Comes scutiferi prius quàm dapiferi, vt quidam volunt. Saxoniæ Dux, ensiportæ. Bohemiæ rex pincernæ. Tulisse hoc iniquo animo Francos haud dubium est, sed quod in Ludouico Lotharii filio Caroli Magni genus iam occidisset, regnumq; accepisset Hugo Parisiorum Comes cognomẽto Capetius, nam à regibus ad Duces res quandoq; translata est, maximè verò quod ipsi Duces nouæ homines fortuna suæ contenti, nondum bene constitutis regni fundamentis, moliri maiora haud sunt ausi.

Salut. 1030.

Wolcmarus 16 Antistes.

Salutis 995. Baldeuinus 17 Antistes. Salutis 996.

Aufridus 18 Antistes.

Anno 1002

Theodericus 3. quartus Hollandiæ Comes.

THeodericus tertius nequicquam tentatis Frisiorum animis, redire domum, iramq; ac vindictã dissimulare. Coniugem habuit Withildim filiam Ducis Saxoniæ, sunt qui Odiliam volunt, sororẽ Ottonis tertii Imp. à quo imperiali munere, vt nihil gratiæ vspiã deberet Holland. Comitatum æternum possidendũ, accepit. Liberos ex ea suscepit. Theodericum successorem, & Florentium Frisiæ Orient. Comitem. Erat magnanimus, acer & constans in vlciscendis iniuriis, in prælio strenuus, consilio maturus, quod in paucis sit reperire, quum alterũ timor ex prævidentia, alterũ temeritas ex audacia comitari solet. Totus militiæ deditus, nec minus in bellis felix, quæ aduersus Frisios & Traiectinos gessit victor. Primum illud ac graue bellum, quòd aduersus Adelboldum Traiectinorum antistitem cæpit, hinc natum. Theodericus Bauo, Bigandam vicum in feudum ab Adelboldo acceperat, Hollandiæ proximum, è quo Hollandos infestare solet, quorũ querelis fatigatus Comes, vltionem parat, feudoq; violentum detur-bat. Hic indignari Traiectinus, satis pro potẽtia, suiq; animi magnitudine, & quo feudũ Bauóni recuperaret, ingenti comparato exercitu passis per mędios campos militaribus vexillis, in aduersus Comitem depugnaturus. Fit atrox pugna: Adelboldus victus, multi proceres, multi è clero occidi: Wikinus, & Gadezo Comites: Algerus, Zuasserus & Lazo milites, ae plurimi cum his tyrones. Nihil tamen animo fractus Antistes, nouam validioremq; manum lectissimorum militum contrahit, priorisq; cladis ignominiam: deuictorum nempe ingenia ægrè quiescere, & eorum tempore obluctari im-

Origo belli inter Antistitem & Comitem.

1018

Nota.

probitas. Comes item suas copias supplet, neq; enim sine damno suorum vicerat, & Siffridi fratris, Iohannis Herculani atq; Gerardi Dieperseni copiis suas adiungit. Itaque decimo nono die à priori pugna, vtrinque duces copiarum ad Bigandam conueniere. Antistes vinci nō ferens priora damna metiri: Comitem patta ante victoria, & nex patris in pugnam accendere, ad quam ille iuuisset, qui ne tunc quidē non Frisios extimulare in Theodoricum videretur. Quamobrē semel depugnandum ratus Comes magno animo atq; impetu prior pugnā capessit, nec segniter irruere in nostros Traiectini: strages vtrinq; horribilis, maior tamen hostiū, qui dum vincere non possent, vinci haud ferrent. Antistes viuus in manus Comitis peruenit. Desiderati sunt ex episcopi copiis Ioannes & Godefridus Comites; Hiddo, Halmaricus, Watelinus, Hubertus & Gibdeboldus milites; Syphridus & Heymannus proceres; Wolfardus presbyter; Bartoldus diaconus ac plures cum his alii. Cum perconcatus Adelboldū Comes esset, cur Frisios in istam animi feritatē traxisset, vt toties victi auderent tamen repugnare: attulisse q; patris sui necē atq; innocentiam, qua nunquam in illū peccasset, in hunc modū respondit, nihil de ferocia animi remittens: Traiectinorū pontificib. donatione Pipini pusilli principis Herstalli omnē Hollandiam cedere, & annos 167 imperiali iure ipsorū ditionis fuisse ante tyrannidē Comitum, qui nisi vasalli, gratiamq; pontificio debent. Igitur quū occasio oblata esset, iustissimam causam voluisse se tueri, & Comitatum armis vendicare: qua spe auxilia mea gens sentit, quæ Comitē pelleret, aut si non quiret, certē quietus ne Hollandiā possideret. Atq; ab hoc die perpetuo Traiectinus oderit Hollandū, dumque valebit bello lacesset. Iacta sunt his duobus præliis fundamenta perpetui belli, faceq; odii accensæ, omni nobilitate nostra, tantaq; plebe cæsis. Ad quæ paucis Comes: Tanta te Adelbolde haud decet animi impotentia atq; superbia nunc vti, neq; etiā me aut maiores meos vnquam tyrannidis fuisse sibi conscios, iure valebis dicere; cum prouinciam nō occupauerimus, verum quod palam cunctis, & ture haud ignoras, nobis ab Imperatoribus largitam possidemus, pulsis Danis & Normannis, quorū de manibus violenter arma extorsimus. Quæ episcopis concessa, haud ignoramus, quos ego vt libertate ecclesiastica priuē, tantum abest, vt citius perire velim, q̄ eosdem nō passim adiuuem. Sed dolenda atq; pœnitenda nunquid res, eo deuenisse ecclesiam, vt aliena ereptū eat? Nec lædere te nec bello lacessere vnquam mihi animus fuit, chrismate sacro inunctū, sed iniuriam solum abs te mihi illatā armorum stre pitu volui propulsare. Fidelitatis sacramēto cauebis, concitatore te Frisios nunquam armis fundū meum petituros, indemnem dimittam; tu licet quantumuis me oderis ac bello petas; Quod Antistes victus, retulit se facturū, licet inuitum. Hæc audiens Comes, Ergo, inquit, hospes apud me sis, suppetit mihi vnde captiuum alam, idq; fecero volens ac lubens. Quo dicto, suos iubet eum inde in Islemondam asportare, cuius significatio Latinis Os Iselæ est, Rheni amnis elaborati, cum Lacæ atq; Meruarum riuis se diffundentis in Mosam exonerantisq; simul in Oceanum. Tanta illic aquarū profunditas, quanta inter nos & Angliā vix est. Quibus gestis, Comes, multiq; cum eo proceres, Hierosolymam petere, qua in peregrinatione Iohan. Herculanus mori, Hollandiæ cura Siffrido fratri demandata. Redeunti in mentē venit ad Henricum Imp. nominis eius secundum diuerti, ac multa apud eum de Antistite queri, qui perpulit eū atq; Godefridum Com. Lothatingiæ & Mosellanorum secum ad Arduennæ ire, vbi pro animi sui benignitate, inter Adelboldū & Theodericum pacē sancire volens cepit ita loqui. Non vi & iniuria humanas res videmus, sed æquitate crescere, qua sine omnis noster conatus nullus, & cuncta corruere est necesse. Pietate, iustitia, religione, regna conseruamus, quæ beneuolentia magè q̄ armis muniri. Nempe, nullum præsidium tutius, mutua finitimorū beneuolentia atq; concordia, pacem securitatemq; alente, bonaq; omnia cōseruante; vt nihil detestandū ac fugiendū magè, quàm eorundem odia, acerbitatis semper plena, quibus animi semel tincti nunquam aut rarò satis coalescunt: vnde oriri pœnitenda facinora, cædes & rerum p. sæpe euersiones, quæ nobis quàm sint cauenda sacra denunciant eloquia. Vos inter mortales cōstitutos decet prudentia & æquitate superare, iniuriam quidē apertam haud ferre, at latrocinia cauere, calumniandi q; inuicē studium. Antistitem conuenit, vitæ modestia atq; innocētia animi cæteris præstare, & iis ad sui imitationē mortales pellicere, potius q̄ armis cuncta tueri. Vestrum a. est prouidere ne quid detrimenti resp. accipiat, sontes plectere, insontes defendere, iustitiā exercere, impetioq; non audientes, multare, morte, pœna, exilio. Nam prouinciali ū est, sanctam colere humanam societatē, iustè, piè, moderatè ac tranquillè viuere. Quocirca per hoc caput obtestor, vt pacem mutuamque concordiam amplectamini, & odium, inimicitias, atque calumnias deponatis. Sic prouincialium salutem procurabitis, nec minus vobis bene consuletis. Vterque suis finibus contentus viuat,

Altera pugna 4. Cal. Augusti.

Adelboldus captus.

Adelboldus ad Comitē.

Responsio Comitis ad Adelbold.

Adelboldus in Islemondam asportatus

Comes Hierosolymā petit.

Inter dues relatus.

Eiusdem oratio.

si pie-

si pietatis & concordiæ magè quàm vindictæ estis amantiores. Quod ni feceritis inter vos simultas & discordia orietur, nunquam vincenda posteris: Prorsus ita esse, vt Imperator dicebat, Comes sibi persuadere, cum expeditionem, quam dudum animo conceperat, ingenti comparato exercitu in Frisios citeriores moueret, nam vlteriores, qui Orientales, opera Siffridi fratris in fide remanserant, adiuuantibus simul Imperatore atq; Antistite. Instructa iam ad pugnam vtraque acies procedere cum velitibus aliquot in medium prosilientibus, audiri è cœlo vox, Fugite principes, fugite. Qua territi Hollandi fugam capiebant, quos palantes Frisius infestissimè persequi, premere, atq; occidere. Godefridus Lotharingiæ Comes, dum neq; cedere tentat, neq; gradum haud au- det satis sistere, ab hostibus captus. At Imperator & Comes fuga vix elabentes Herlemũ peruenere, vnde animo minimè fracti, nouis excitis vndiq; corpiis iterum in Frisios vadunt. Est Heyliloa vicus mille prope passus citra Almariam, vnde Frisius numero animoq; maior obuiam ire Hollandis, Godefridum secum trahens; quum lustratis copiis inq; ordines distributis, statuens de rerum summa decernere Comes aut hac aut simili oratione suos confirmaret. Mirum mihi videtur atq; insolitum quod metus hodie in tantum vos perculerit, vt fortuita signa elementorum, virtuti vestræ inuincibili præferatis. Semper mecum victores, vano terrore capti, potius quam armis aut viribus victi, iam priscos in prælia resumite animos. Nam cur insensibilium rerum commotiones, aut tonitrua aut fulmina desuper venientia ac naturalia vos tantopere perterrefaciant. Nihil est in præsentiarum quod formidemus. Imperator adest, & pius & iustus, qui nostras partes tuebitur exercitu, toties fœdifragum hostem vt tandem vlciscamur, cui, dum iubet, parere nos non minus æquum quàm necessarium est. Vincamus viribus, qui metu tantùm antè nos vicit. Illatam cladem atque ignominiam armorum virtute iam abolere aggrediamur. Magno itaque animo pugnam capessite, scutati, galeati, cretis manipulis ac frequenti phalange in aciem elato clamore prodite, consistite, figitequepedes, conserite manum, & confundite hostilem globum, aut ad decus & gloriam, aut ignauiæ vestræ testimonium, oblatum. Acriter his extimulati milites pugnam inire maximo animorum ardore. Hollandos pudor & indignatio, hostes recens victoria prælii in discrimen iecit, cum diu anciptiti fortuna pugnatum, multiq; vtrinq; cæsi, plures vulnerati, & Godefridus Lotharingiæ Comes vulnus accepit. Tandem victores Imperator, Comes, ac Godefridus, qui inter pugnam, hostem effugit, inclinata iam acie, componere exercitum, omnemq; Frisiam Occidentalem peruagari, hostilia passim exercere, cuncta ferro flammisq; vastare, atq; ingenti præda parta gloriosè in Hollandiam reuerti, quum ante nulla illatione bellorum, repens gentis perfidia exstingui potuisset. Nonnulli scriptores volunt, Adelboldum antistitem primo congressu, dum nostri fugerent, ad hostem transfugisse, atq; secundo prælio è vulnere quod acceperat mortuũ. Quibus ego minimè assentior, tantæ perfidiæ pontificem insimulari posse; & quod pontificatum ab Henrico accepisset, & temporum ratio non patitur, tunc eum occubuisse, quod docebimus. Magnanimus dein Comes, gesto hoc in Frisios felicissimè bello, sexto & quadragesimo Comitatus anno mori, supra Salutis millesimum, vnde quadragesimo, vi. Cal. Ianua. ad Egmondense sepultus. Withildis vxor in Saxoniam reuersa. Donauerat in vita Theodoricus Renerum abbatem quartum Egmondensis, multis circum prædiis, præter aulæa duo preciosa, festis solennibus conspicienda. Florentiumq; filium iuniorem in feudum comitatu Frisiæ, qui iis, fidelitatis sacramento accepto, quod rarum, semper erat gratissimus, vt per omnem vitam tranquillè ageret. Cæterum Adelboldus antistes Friso, apprimè eruditus, Henrici II. Imperat. aliquanto tempore consiliarius fuit. Qui etsi in bellis quæ cum Theoderico gessit, visus est esse inferior, animi tamen magnitudine superauit. Templum D. Martino sacrum quod Balderico ædificasset, est demolitus, aliudq; nouæ fabricæ fecit, multò augustius, productione area & fastigio, exornauitq; decentissimè. Quo tempore Henricus atq; cum eo venire Traiectum duodecim episcopi, qui denuò vnanimes hoc D. Martino vouent ac dicant, vi. Calend. Iul. anno Salutis supra millesimum, vigesimo tertio: Inde triennio Adelboldus moritur, postquam octodecim annos pontificium administrasset. Silentio hîc haud prætereundum, quod pænè omiseram, Adelboldum reliquisse diploma, de liberis, vasallis, simulq; eorumdem bonis, quæ in feudum à pontificio possident, conscriptum hac forma:

Infelix pugna aduersus Frisios.

Oratio Comitis ad milites.

Adelboldus 29 Antistes.

Diploma de liberis vasallis ecclesiæ Traiectinæ.

In Dei nomine, Amen. Operæprecium duxi, ea quæ sequuntur scriptis inserere, ne posteros lateret, quid præsens ætas faceret. Quapropter desidero notum esse cunctis S. ecclesiæ Dei fidelibus tam præsentibus quàm futuris, quod ego Adelboldus Dei gratia S. ecclesiæ Traiectinæ præsul indignus: Cum Feodales liberi ecclesiæ Traiectensis, à me

" feodum requirerent prædecessorum meorum episcoporum Traiectensium, mihi liter-
" ras ostenderunt continentes quæ & qualia bona ipsi & eorum progenitores ab ecclesia
" Traiectensi tenuerunt. Quibus visis in scriptis feci redigi, quæ sequuntur. Dux Bra-
Dux Brabantiæ. bantiæ est liber feodalis ecclesiæ Traiectensis, & tenet in Feodum ciuitatem lapideam
" Tyelam cum prædiis, familiis, mancipiis, syluis, aquis, piscationibus, pascuis & pratis &
" salictum iuxta dictam ciuitatem Tyelam situm. Item totam Kempiniam vsq; Turnout
" Voerde cum mancipiis, prædiis, syluis, campis. Officium q; eius est quod vocatur, & est
Gelriæ Comes. dapifer episcopi Traiectensis. Item Comes Gelriæ est etiam liber feodalis ecclesiæ Trai-
ectensis & tenet in feodum comitatum Zutphaniæ cum multis prædiis, mancipiis, pra-
" tis, syluis, aquis, aquarumq; decursibus & iusticiis. Item Embricæ pro parte media [cum
Notata non sunt in diplomate. suis attinentiis] & alia pars est Episcopi Traiectensis. Item in pago Batua magnam par-
tem cum mansis, terris, casis, domibus, mancipiis vtriusq; sexus & iusticiis. Item Tyel-
" reuaert & Bommelreuaert cum multis mancipiis, mansis, terris, casis, domibus, campis,
" praris, aquis, aquarumq; decursibus & iustitia. Et dicti Comitis officium est quod voca-
Comes Hollandiæ. tur & est venator Episcopi Traiectensis. Comes Hollandiæ est liber feodalis ecclesiæ
" Traiectensis, & tenet in feodum Comitatum Hollandiæ & terram Kynhemariæ cum
" terris, mansis, syluis, campis, pratis, pascuis, mancipiis, aquis, aquarumq; decursibus &
" iustitia. Exceptis dictarum terrarum decimis & terra Waterlandiæ & Westphriziæ quę
" totaliter pertinet ad Episcopum Traiectensem & Ecclesiam. Et dictus Comes Hollan-
Comes Cliuensis. diæ vocatur & est Marschalcus Episcopi Traiectensis. Item Comes Cliuensis est liber
feodalis ecclesiæ Traiectensis & tenet in feodum in pago Batua in superiori parte supra
" Rhenum magnam partem terrarum & mansorum cum casis, domibus, mancipiis, cam-
" pis, pratis & pascuis. Et ex alio latere Rheni & in aliis quibusdam locis terras, casas, man-
" sos & domos, syluas, campos. Item Wondrichem cum agris, & campis cum aquis aqua-
" rumque decursibus & iustitia, qui vocatur & est Camerarius Episcopi Traiectensis.
" Item Comes de Benthem est liber feodalis ecclesiæ Traiectensis & tenet in feodum
Comes Benthemi. Burgrauiatum Traiectensem cum pluribus mansis, terris, insulis, campis, mancipiis, syl-
" uis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus & iustitia in pluribus locis & iuitatis &
" diocesis Traiectensis. Qui vocatur & est Ianitor Episcopi Traiectensis. Item Domi-
D. Cuyc-quensis. nus de Knych est liber feodalis ecclesiæ Traiectensis & tenet in feodum multas terras,
insulas & decimas cum casis, domibus, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarum-
" que decursibus & iustitia in diuersis locis diocesis Traiectensis, qui vocatur & est pin-
D. Goere. cerna Episcopi Traiectensis. Item Dominus de Goer est liber feodalis ecclesiæ Traie-
" ctensis, & tenet in feodum castrum Goer & terram dictam de Goere & Ameyde, cum
" multis terris, mansis, casis, campis, domibus, syluis, mancipiis, pratis, pascuis, aquis aqua-
" rumque decursibus, mobilibus & immobilibus & omnibus ad dictos districtus omnes
" pertinentibus, qui vocatur & est signifer Episcopi Traiectensis. Prænominati feodales
" ecclesiæ in generali Synodo Episcopi tenentur & debent personaliter interesse qui feo-
" dum suum à me receperunt & omagium & fidelitatem præstiterunt coram Dom. Hen-
" rico secundo Romanorum Imperatore Augusto præsentibus Aribone Archiepiscopo
" & Archicapellano, Annione Colonienſi, Euerardo Treuirenſi, Athelbarto Hammel-
" burgenſi Archiepiscopis, Vdalrico vice-cancellario & pluribus aliis episcopis, Comiti-
" bus & regni fidelibus. Actum in Tulpiaco castro anno D. millesimo vigesimo primo,
quarto Non. Ianuar. feliciter. Amen.

Theodericus 4. quintus Comes Hollandiæ.

THeodericus Theodericitertii filius temporis rerumque labente serie, vt nihil in re-
bus humanis firmum est aut stabile, Comitatum accepit. Frisia aliquoties bello à
patre attrita sponte se huius imperio subdit. Vixit cœlebs, nullis relictis liberis, milita-
ris gloriæ cupidus, haud degenerans à parentum indole. Quum fortè Leodium ad lu-
dicrum equestre certamen à Troianis mutuatum inter alios veniſſet, nulliq; impar per
media equiria volitaret, fratrem Episcoporum Leodienſis & Colonienſis citra fraudē
hasta ephippiis leuat, ac perimit. Ingens procinus turba clamorque oriri, facinus illud
Comitis morte expiare volentium. At euaſit pernix equo, amiſſis tantum è clientela
duobus equitibus auratis, deuenienſque Dordracum quam Leodienſium tam Colo-
nienſium actuarias & onerarias naues omnes exuſſit, naucleros in carcerem conieçit,
quandiu ſe grandi ære redemiſſent. Sed nec aduerſariorum ira planè deferbuit. Nam
Dordracum capitur 1048 vlturum fratris necem vterque Antiſtes Marchionem Brandeburgenſem nepotem
cum lectiſſima manu militum mittere, quibus deſertores aliquot Reip. è magiſtratu vr
bem

bem nefariè produnt, sed quam cõpendio Theodoricus cũ paucis noctu opera & dexteritate Gerardi equitis procerisPuteorũ recuperauit. Magno n.in vrbẽ ingressus tumultu & clamore militũ, clangentib.tubis oppidũ terrore ac metu cõcussit. Multi semisomnes atq; inermes tũ perimi: pugnatũ quidẽ, verùm nox & sopor acrepentinus nostrorũ aduẽtus hosti nocuere. Ciues re detecta ões se Comiti iungere. Quadringẽtos hostiũ è nobilitate prẽter vulgus militũ, creditũ nocturna ea pugna occubuisse, raris per tenebras elapsis. Verùm fortuna viris semper inuida fortib. nunquã diu eodẽ hærens pede, breui victoriã hanc in maximũ luctum cõmutauit: nẽpe postridie Theodoricũ per vrbẽ deambulantẽ spiculũ incerti hostis venenatũ femur tenus vulnerare, è quo post biduum mori Id. Maii. Vicus à cæde Comitis etiamnũ apud Dordracenos nomen trahit. Corpus Egmondã auectũ non sine omniũ acerbissimo animi dolore. Sic rapiunt quemq; fua fata. Gubernauit ann. ix. Huius tẽpore erat Bernulphus de quo dicã. Adelboldo vita defuncto Synodus longũ varie & ambitiose de nouo deligendo Pont. altercans, Conradũ fortẽ Imperat. arbitrũ capit. Qui animaduertens eò licentiæ factiosos & potentes deuenisse, vt corruptelis & largitionib. suffragia ad suum cõmodũ inuerterẽt, eaq; dignitate potirẽtur, quam olim virtus, doctrina ac pietas, ad hæc vitæ innocentia dare solebant; Bernulphũ consummata virtute laudauit pronunciauitq; Antistitẽ, hac occasione. Cõiunx Imperatoris Gisella partui vicina in Oesterbecũ diuerterat; ea infantẽ vbi esset enixa, id Bernulphus properè abit inde nũciatũ Imperatori, quare in largitionẽ propendẽs, simulq; Sacerdotis fat cõpertam habens vitę integritatẽ placidosq; mores eũ inuestituta annulo & baculo pastorali donabat. Erat Bernulphus populi iuxta ac cleri amans, pacatissimi ingenii, qui pacẽ atq; noua fœdera cũ Comitib. Hollandiæ sanxit, cultumq; diuinũ in vita ampliare volens, bina Traiecti ascseteria constituxit D. Petri Apostolorũ principis, & D. Iohan. Baptistæ. Insuper intergerrimus, vt nõ solũ debitẽ, verumetiã vtiliter ecclesiæ prę esse videretur. Ne opulentia, vt fit, insolentiã atq; diuinorũ etiam remissionẽ pareret, di midiatũ S. Saluatoris Dauentriã transtulit, ad D. Lebuini. Monachorum etiam collegiũ venerandi patris Aufridi monte sacro Traiectũ trãstulit, atq; ibidem iis dynastetiam D. Pauli exædificauit. Moritur perfidelis ecclesiæ post quam res 27 ann. administrasset, 10. Cal. Aug. Quo tempore & Conradus Imp. fatis cõcessit, post quam Sclauis & Pannoniis deuictis, diligẽs pacis custos, deq; statu rerũ sollicitus, passim prouincias perlustrasset, & in ægritudinem aeris intemperie incidisset. Conditus Traiecti ad ecclesiam maiorem.

Theodoricus recuperat.

Theodericũ sagitta ferit. S. grauem strangu.

Bernulphus 20 Antistes.

Dimidiatos S. Saluatoris, Dauentriam Bernulphus transfert.

Conradus Imp. moritur.

Florentius 1. Hollandiæ Comes Sextus.

FOrtunæ inuidia, florentem virtute Theodericum, tantęq; indolis iuuenẽ, rebus humanis exemptum, vehementer procerum angebat animos, indignantium mœstorumq; tot iam imminentib. bellis, fatis concessisse, nullis relictis liberis. Vna eis spes erat Florentii fratris Theoderici defuncti, vlterioris Frisiæ Comitis: qui nõ modò solerter Frisios repressit, sed & quod perrarũ est, in potentia, ipsis charus erat, vt nescias magne gratia apud illos an authoritate polleret. Hunc accire festinant, q. audirent hostẽ bellumq; edintegrare, aliotumq; societatẽ principum ambire. Itaq; illũ Comitem Hollãdię cõsalutare & proclamare, inq; eius verba iurare. Valebat ingenio nec minus prudentia, armorumq; dexteritate patrũ antiqua, cum animi virtute, tum magnificentia, gratuitate & facilitate condita. In bello vigilans ac strenuus: in pace, gratia & authoritate verẽdus. Coniugem habuit Gertrudim filiã Heymanni Ducis Sax. è qua susceptt Theodericum hęredẽ; Albertũ; Florentium & Petrum D. Lamberti ad Leodiũ mancipatos; & Machteldim venustatis eximię, Philippo regi Francorũ nubentem, quam ille calumnia repudiare, & ad monasteriolũ asseruari iussit, pellice admissa Berthranda vxore Richini Andegaui, cõplures annos: quamq; eam recepit & Berthrandã contempsit, cum adulterum Vrbanus 2. anathemate perculisset. Comitis huius nostri tempore, ingens terræ motus factus, duo etiam soles in Oriente visi, stellę toto die lucentes, pręsagia futuri belli. Nam haud multo inde post Archiep. Colonienſis atq; Leodienſis: Dux Brabantię, Marchio Brandeburg. Lambertus Comes Louanienſis, Wichardus tutor Gelriæ, Hermannus Cnycquenſis, Hannonię Flandriæq; Comites, coniuratis animis consiliũ capere, proterendi Hollandiam, delendi occisione ciues, vrbes igne, & omnẽ illam tam egregiã Comitis sobolẽ, morte atq; exilio, ad hęc occupãdi Rheni ostia, ipsũq; etiã Oceanũ. Quare nequicquã animo fractus Comes celerrimè quãtas posset colligere copias supremo defuncturus bello, tanq in extrema fortuna staret, Frisiorũ ac Zelandorũ, ex omnib. insulis per Rheni ostia stratis: & cũ his magnanimus in Dordraceno agro cõsidere, præstolariq; hostis exercitũ. Quiq; principũ Hollãdo potentia aut par aut etiã maior erat, at fide, robore, pugnandiq; dexteritate sui pualere. Quocirca Florẽtius secũ voluẽs ancipitẽ fortunam belli, & q. esset sibi arduũ tantam hostiũ multitudinẽ pauciorib. aperto marte vince-

Theodoricus recuperat.

1058.

re,ne temerario ausu peccaret,nullũ tẽpus prętermittere,sed momẽta oĩa obseruare,cõsulereq; haud destitit,q dfacto esset opus. Alii pro animi sui audacia apertũ iustũq; pręliũ suadere,alii magẽ in bello exercitati,hoc tã difficili tẽpore dolo nõ pręliovtendũ dicere. Ipse cęteris callẽtior posteriorũ cõsiliũ amplexus stratagemate vtendũ cõtra tã numerosum exercitũ ratus, ne suos omnino in vitæ discrimẽ vocaret. Igitur qua aditus esset per Austrałẽ Hollandiã,passim cuniculos decipulasq; parare, fossasq; põticulis sternere etiã leuissimo onere dissolubilib. Adesse hostes visi,cõfertissimosq; sonantib.classicis agminatim atq; ordinatim ingredi Hollandiæ illud pomœriũ, certa vincẽdi spe. Etiã velut Oceanus ventorũ tẽpestate disruptis aggeribꝰ.per patentes cãpos se spargit,hostiũ multitudo cũcta cõpleurea t; cũ hinnitus equorũ exaudiri fremitusq; tanti exercitus, & nostris ad prædictos cuniculos iussis subsistere, Comes tali oratione eos in prælium animaret.

Oratio Comitis ad milites.

Debeam hoc loco,viri fortiss.delecta verborũ oratione,adpugnã hãc bene pugnandã vos excitare, nisi esse inuictũ animi vestri robur exploratũ haberẽ, atq; in pręsentiarũ pmanere imperterritos: quippe ,p patriæ libertate, pignorib.& cõiugib.deniq; ipsa vita ve » stra,quibus homini nihil est charius prełiaturos in relligatis. Æquitas&iustitia pro nobis » sunt, quæ pro fortiss.ducibus in acie stare solent. Neminẽ læsimus & iniusto lacessimur » bello. Oblata est nobis nõ quęsita pugnandi occasio, itaq; totis viribus à sedib. propulse» mus hostẽ. Nescio Germanus quod tantum nefas admiserit, si iudicio certamine, citra » aut odiũ aut fraudem hominẽ equo deturbatum peremit: Eapropter nobis vitã nostraq; » hostis ereptũ eat; id magnus prohibeat Deus. Quin ipsi Comiti vestro nuper factũ dolo » interitũ iamiam cõstanter vlciscamini. Ne moueat q, hostis maior exercitus: forti tantũ » animo opus,cui cedunt omnia: ille nimis ferũ atq; immanẽ hostem petit; ille media acie » intrepidus versatur,ille perfringit cuneos,fugat,sternit,deniq; ex periculo&duris victo » riã ferẽ gloriosã acquirit. Consistite hic,pedẽ circa figite cuniculos põtesq; dissolubiles, » pugnaturi citra cruorẽ. En properant, hostes excipite tanti doli ignaros. Ite alacres,cer» tamq; vincendi spẽ quiq; secũ ferat. Fugiet mortẽ quisquis contemserit, timidissimũ se» quetur. Victoria in manu vestra est, audete modo vincere: haud de gloria,sed salute pu» gnãdũ. Hic dies aut imperiũ nostrũ stabiliet,aut illud auferet,cũ bello vicerimus,si vice» rimus pręlio. In dexteris vestris iã libertatẽ &gloriã quã à maiorib.accepistis,opes,spẽq; futuri tẽporis geritis. Inter hęc acerbissimis animis hostes excurrere,clamorẽ pugnamq; simul ciere;at volẽtes ,pgredi,aut à cuniculis excepti,aut pontib.labẽtes mediis quis im merſi,cũ nostri densis cuneis impeditos adoriri,cędere atq; fugare. Ceciderũtex hostib. ea pugna 40000 militũ,præter 26000 suffocatorũ. Numquam plures vno pręlio desiderati. Nostris gratior erat victoria,q; pauci eorũ in pugna occubuissent. Cæsi in ea Leodiensis,& Hannoniæ Comes,præter 400 eorundẽ equites. Nec Florẽtius expers omnino periculi erat,dũ fugientes persequitur. Capti Dux Brabant. Lambertus Comes Leodiẽsis; Wichardus tutor Gelriæ,quorũ singuli bis mille argẽti marcas in sui redemtionẽ coacti persoluere. Florentius magna humanitate erga captiuos vtẽs, eos cõsolari, dicereq;

Ingens clades.

Florentius consolatur captiuos.

» in bello ęqpe fortunã ludere,mageq; essꝰ admirabile nihil,ancipitemq; ideo vocari,nũc » hic animi magnitudinẽ præstare oportere. Res secundas facile pati omnes, sed aduersas » sustinere esse arduũ,nec ulla in re virtutẽ magis splendescere q̃ aduersa fortuna: potuisse » euitare periculũ,sed rebus secundis effręnatos se pręcipitasse. Talia quũ dixisset,grandi quod retulimus,pecunia,redemtione facta, iuratoq; armatos deinceps in Hollandiã nõ » incursuros,custodiis laxat,acire domũ permisit. Sed adeò ptinax est in mortalib.spes, vt » si tentata infeliciter cesserint,retentari posse felicius semper cõfidant. Nam quinto post cõmissum prełium,nondũ superato anno,anteactæ cladis volentes eluere ignominiam, Archipręsul Colonien. Marchio Brandeburg. consprationisq; socius Dn. Cnykquẽius, denuò magnis copiis in Austrałẽ Hollandiam incursare,incendio fortunas incolarũ cõsumere,ferroq; miseros iugulare. Quibus contraire animosꝰ Florẽtius,ratus indignum, victos semel & iuratos fidẽ non seruare, exercitumq; illorũ horribili strage dissipat. Sed & is instare tum fugientib. multumq; hostilis sanguinis fundere. At dum victoria neque modũ neq; finẽ inuenit,& plus nimio iræ & dolori indulget, longius euectũ receptui tuba canente,sudore & labore fessum,obdormiscentem cum suis patulæ sub tegmine saltꝰ cõmissum prełium,nondũ superato anno,anteactæ cladis volentes eluere ignominiam,

Iterato hostis Hollandiam Austrałem tentat.

Cadet Florentii suorum.

Festo translationis Martini.

cęis,propter Hamertũ ad ripam Mosę.haud procul Heusdeno,meridiano tempore, Alardus frater Brabant.Ducis,cum recenti manu militũ atq; fugitiuis aliquot D.Cnykquẽius inopinato oppressit. Pugnatũ diu acriter,sed fessis Hollandis priore certamine,potiri hostes victoria & Comitẽ cum duob.suorũ milibus cedere. Euasissent, si quæ in itinere erant suppetię,accelerasslent: quanquã exdẽ Comitis mortẽ, Alardi atq; suorũ sanguine expiarent,occisis ad vnum Brabantis. Næ lubrica fatorũ series, mutabilesq; rerũ vices, vt victores sæpe vno quo victi modo intereant. Corpus Comitis Egmondã ad fratris auectũ pari fato absumti,luctuosis exequiis,postquã Hollandiæ res annos 13 gubernasset.

ARGVMENTVM
Libri Sexti.

Robertus cognomento Friso, Florentii viduam Gertrudim vxorem accipit: Tutorio nomine Hollandiæ Comitatum administrat: A Godefrido Lotharingo & Guielmo à Pont Traiectinorum Antistite bello superatus: Prouincia cedere coactus: Lotharingus tyrannicè Hollandiam occupat. Delfum condit cum arce munitissima: Theodericus maximus natu filius Florentii hæres, Lotharingum Hollandia pellit: Guielmo succedit Conradus Antistes: Iselmondam firmissimis propugnaculis communit; quem Theodericus bello vincit ac capit: liberum dimittit: Principia Comitatus Gelriæ: Theodericus his victor longè lateq; Frisiam depopulatur: Sæuit in omnem sexũ & ætatem: Stauream deditione accipit. Conradus templũ Deiparæ virginis à fundamentis erigit: A Lathemo sica interemptus: Buchardus succedit: Florentius cæteris felicior longa in pace vixit: Primum in Frisios male pugnat: Dein victor in eos sæuit: Expeditio ad Hierosolyma: Gondebaldus antistes infulam ab Alexandro tertio pont. accipit. Instituit ad Mittelburgum ascetarium ordinis Præmonstratensiũ. Obiit ad Oesterbroncam, cœnobio quod construxerat: Theodoricus multa bella gerit aduersus fratrẽ Florentium cognomento nigrum: huic Frisii & Canenefates fauebant: Lotharius Imperamborum auunculus, gratiam & amicitiam inter eos facit: Fraude Hermanni Cnyckquensis Florentius niger Absteda interficitur: Andreas Antistes iram prædicti fugit: Henricus quintus Imperator Traiecti mortuus: Albertus Beronius Antistes: Roma reuersus is Groningenses seditiosos compescit: Traiectum ardet: Theodericus vrbem arctissima obsidione premit: Herbertus antistes illis it obuiam cum clero inermi & candidatorum cœtu: Pax inter eos: Hermannus Hornius antistes, ambitione principum: Sophia Theoderici vxor semel Compostellam, ter Hierosolymam peregrinata: Ibidem ad Templarios inhumata: Florentius Godefridum armis iuuat: Grauis inter eos contentio, quam sopit Imperator: Huius petitione Godefridus electus: Mare ad vrbis mœnia vsque inundat: varia prodigia: Godefridus iciunia & supplicationes indicit. Arces quatuor validissimas exstruit; Horstam, Vollenhoam, Montfurtam, & Wordenam: Baldeuinus Comitis germanus aliquot bella cum Brabantiæ ac Gelriæ Ducibus gerit: Florentius atq; Fridericus Cæsar cruce signati in Hierosolymitanos contendunt: Florentius Antiochiæ moritur; ad D. Petri humatus: Guielmus filius cum suis Damiatam expugnat: Aphricæ litora depopulantur: Herlemi vnde insignia mutauerint: Baldeuinus antistes in Tenctheros arma mouet: Ardua duo bella Theoderici Comitis, aduersus fratrem, & Baldeuinum Flandriæ Comitem: Vtrog, victor: Cum fratre pacisciturr: Secessit Guielmus ad Frisios Orientales iis acceptissimus. Contendunt suffragio in deligendo episcopo; qua de re inter Gelrum atque Hollandum crescit discordia: Electi ambo peregrè mortui: Succedit Theodoricus ab Are: Precario auri vim à Frisiis postulat: A Guielmo captus: dimissus: Guielmum antistes bello persequitur: fons & origo belli: in hoc Otto captus Gelriæ Comes: Theodericus Buscoducenses expugnat: In reditu hosti factus præda: Magno are se redimit. Moritur Dordraci vnica nubili relicta filia. Hæc inter funebria nubit Ludouico Loonio Comiti: Guielmus Frisiæ Comes cum coniuratis Ludouicum post varios conflictus prouincia pellunt: Guielmus factus antistitis supplex. De Walstero Brabantio & Valamino militibus: Otto, Comitis Gelriæ germanus octodecim annos natus, electus episcopus: Northusæ, febri correptus moritur. Succedit Otto filius Comitis Lippæ.

LIBER SEXTVS.

Theodoricus 5. Hollandiæ Comes Septimus.

HOLLANDIA, morte amborum Comitum, tam repentina tamque immatura, post partam victoriam, inops consilii, anceps diu atque perturbata stetit. Et iam res ad tyrannidem vergere, quum tot principes hostes, nondum pacati, noua moliri auditentur; & quique Comite orbatam, sui iuris facere niterẽtur, præsertim Guielmus Traiectinorum episcopus, tamquam sibi debitam. Verum Gertrudis defuncti relicta vxor, sagax atque prouida mulier, optimatum consentum agere, de tutore impuberibus deligendo. Hic post varias sententias, tandem communi inclinatione voluntatum receptum, vt Gertrudis Roberto nubat Baldeuini Comitis Flandriæ iuniori filio, qui illud per legatos obnixè pridè postulasset, & liberorũ tutor, & gubernator Hollandiæ esset. Militaris aliquoties strenuè egerat, vt qui fecisset *Gertrudis Roberto nubit.*

patrem victoria potiri, aduersus Henricum Imperatorem Romanorum, dictus cognomento Friso, ob singulare & corporis & animi robur. Itaq; illi matrimonio iuncta peperit Philippum pueritiam haud excedentem; Robertum Frisonem iuniorem, patri succedentē Comitem Flandriæ; hic duce Godefrido Bulioneo Comite, Hierosolyma vicit; filiasq; tres, quarum natu maxima Adelia, vxor D. Carnuti Martyris regis Dacnæ & Norwegiæ, è qua suscepit Carolum Comitem Flandriæ, quem coniurati Brugis ad D. Donati, inter sacrorum solennia confecere. Altera, Comiti nupsit Alsatiæ, quæ Gertrudis. Tertia dynastes, diuinisq; mancipata obsequiis. Igitur Robertus rebus domi bene constitutis, Rhodum atq; Cyprum nauigare; dein rogatus à Marchione Ferrariensi in Syriam; itinerum, nauigationū, laborum periculorumq; socius Duce Brunsuicensi, atq; Comite Iuliacensi & Lossensi; vbi strenuū adeo se gessit, vt nemo cum illo audceret manus cōserere, & regulos multos Saracenorum ipse gladio interfecerit. Redeuntem Baldeuinus fratrem Comes Flandriæ benignè amplecti, donareq; cum Comitatu Gogionensi, hoc est, Alosto, Audenerdeno atq; Valachria: & itinere quantum posset celeritmē in Hollandiam properare, quod cognouisset Guielmum Antistitem Traiectinorum & Godefridum Lotharingum prouinciæ hostiliter imminere. Erat Guielmus magni animi atq; audaciæ, filius Wichindi Tutoris Gelriæ, & Dn. Ponti, nondū Ducis aut Comitis nomine ibidem noto: qui causatus ab fœmina atq; impuberibus, pacis ornamēta malè conseruari, impetrauit ab Henrico Tertio Imperatore, Hollandiam cum Frisia ecclesiæ Traiectinæ Orientali, sperans ope Godefridi eas in potestatem suam posse redigere. Adeò verum est, quod dicitur, imperandi cupiditatē mortalium animos præcipites agere, vt nō tam quid licet, quàm quod liber cogitent. Quocirca vterq; bellū Hollandis inferre: Antistes donatione Hentici quasi insigni quodam fortunæ superbus, atq; in Hollandos odio: Lotharingus Guielmi consanguineus, vt Tutor Hollandię esset. Robertus aduersus tyrannos iustum bellū meditans, dum animaduertisset, è nobilitate iam aliquot, ac multos ex plebe in partes eorū inclinare, acto cōuentu, proceres vrbiūq; magistratus, ita alloquitur. Si promptos mecum ad iniuriam vlciscendā & alacres ad tyrannos propulsandos, vltro vos offendissem, pretium operæ non iudicassem, in concilio aduocare, sed belli fortunam euestigio armis & prælio periclitassem. Verum q̄ videam vestrūm nonnullos, in factionē erumpere, & ad noua propendere, quibus præsentia vilitate sui displicent, vt turbatis reip. negotiis, inde lucrum petant: alios quoq; insolentes, spe libertatis pellectos, ad vetita festinare, non desinam ad meliora vos hortari. Etenim libertatis diuitiarumq; acquirendarum spes, vt dulcis, ita semper non licita. Multi dum libertatem sectantur, sæpenumerò in seruitutem duriſſimam labuntur, totaq; eis eripitur, vt ne nomen quidem libertatis, quod remanserat, supersit. Mitor ita vos omnium rerum cepisse obliuionem, vt nec quid fugiendum impræsentiarum memineritis, nec quid sequendum satis consideretis. Vestrum omnium salus in periculo est; Tyrannus prouinciæ imminet; iniuriam inferet, calumnias exercet; & desides ea contemnitis? Cauete, ne dum studiosi eius sitis, hostem introducatis, qui nullam posthac à ceruicibus propellendi facultatem habebitis. Repentina oritur pattiæ procella, turbo tempestasque periculosa; in portu adhuc nauis, quam, si in altum duxeritis, naufragium pati erit necesse. Impuberum principum vos pigeat, quorum ætas debebat sibi omnium beneuolentiam conciliare. Horum, vestris suffragiis factus sum tutor, parui habeam, qua ego semper erga vos fui animi propensitudine, caput hoc pro salute omnium deuouere. Ite mecum in hostem memores fortium esse aut honeste vincere aut glorioſe mori. Cogamus alienos nostris finibus excedere, atq; experiamur Traiectinos ductu Comitum vestrorum toties fusos & fugatos, an mage fortes facti, & cum nouo duce, simul fortuna eorum mutata sit. Discant, si nunquā aliàs, quid sit Hollandos lacessere. Bellum denunciare ac facere aliis, temerarii: illatum propulsare strenui & prudentis. Nam qui prior lacessit in seipsum iniurius; lacessitus sperat, fiduciamq; è iustitia capit, & illata sibi iniuria. Quare sumite animos, dum virtute atque audacia est opus. Hæc postquam itum obuiam hosti propter Leydim statiua habenti, sed feliciter aliquandiu pugnans, victus coactusq; cedere, Hollandis minus nauantibus, quod pro tutela sanguinis multū profundere, inutile pariterq; indignum existimarent. Quanquam etiā magna procerū pars Godefrido esset dedita, quibus ille montes aureos polliceri. Itaq; Robertus in Flandriam secedere cum vxore ac liberis, non sine populi magno dolore ac lacrumis, quem auxit Godefridus simulatione detecta, dum se non pro tutore, sed Comite ferret, Hollandia in feudū ab Guielmo accepta. Erat Godefridus corpore paruo, & quod in illo fastidisses, deformi gibbo, cætera viuidus, homuncio q; magnæ audaciæ, vt præsentē tum formidarēt. Tyrannidem ergo affectans, ille eam stabilire aptissimo ac fertili solo: Nam

Guielmus 21 Antistes.

Notandum.

Godefridus Gibber.

Oratio Roberti ad proceres.

Nota.

Nota.

Nota.

Robertus victus.

Godefridus pro Comite se gerit.

Delsum

Delfum condere vrbem municipalem, arcemq; ad eam munitissimam haud procul Oceano, quam habitaret. At Robertum, quem diximus in Flandria fecessisse, ob tutelã impuberum Baldeuini fratris defuncti, quam accepisset, multa bella excepere, quę cum eo Richildis vxor dicti, gessit. Verùm multis prælijs victor, dum & regis Franciæ exercitũ superauit ac fudit, duobus nepotibus eius in pugna pereuntibus non sine eiusdẽ dolore, nõ modo ipsam tutelam, verumetiam obtinuit Comitatũ. Alij tradunt, illum Arnoldum nepotẽ fratrisq; filium in prælio ad montem Cassinum occidisse, & tyrannide Comitatum occupasse. Dum hæc in Flandria agit Robertus, cõmodum erat Antistiti atq; Lotharingo Hollandiã suæ potestatis facere, sed Orientales Frisii nouos administratores aspernari, & qualecumq; eorũ iugum excutere, quos Godefridus tum magna clade afficere, magna potitus præda quam Almariam asportabat: cuius mox Frisii amore, vrbem atq; etiam ipsum Godefridum arcta obsidione cingere, varieq; oppugnare, Hollãdis ope̅m segniter ferentibus, vt compelleretur Guielmi consanguinei, omnium consiliorũ suorum conscii auxilia atq; fidẽ implorare; quibus obsidio ciuitatis fracta, victiq; fugatiq; Frisii. Feruntur eorũ cæsa octo milia; captiuorumq; fuisse magnum numerum, quos gladio omnes ferè percussit. Itaq; victor, vtraq; Frisia potiri, verùm pauculis annis. Nam ingratior fieri populo, in quo Veri Comitis desiderium mage ac mage indies crescebat: Proceres quoq; facti pœnitudine, occultè nuncios ad illũ in Flandriam missitare. Quarto igitur post anno Theodoricus natorũ Florentii primus, expedita militum manu, quã vitricus illi comparauerat, classe Hollandiam appulit. Nec deerat Godefrido audacia; quum & illi ad hoc naues instructæ, tum externi auxilii esset satis; quippe Hollandis is parum fidere, quos solo metu credebat in fide à se retineri. Quamobrẽ licet nauali prælio eos superare omnẽ genus hominum animaduerteret, parcebat tamen his vti, paucis exceptis, quos muneribus, præmijs, pollicitisq; ad se pellicere, & fidos fore sperabat. Dimicatum in Mosa ad os Lacæ, ita appellatur pars Rheni. Theodoricum patriæ amor, paterna hereditas, iuuenilis animus, ad audendũ incitare: Lotharingo res extremæ obuersari; victori stabilem fore Comitatum; victo omnia in contrariũ cessura, vt qui animos Hollandorũ penitus nosset. Magna itaq; fit strages, dum neuter cedẽdi memor, & fractæ submersęq; naues vtrinq; plurimæ. Ad postremũ Theodoricus victor euadere hostemq; compellere vt in arcẽ Iselmondam ad os Iselæ cogeretur se recipere, quam Guielmus aduersus Hollandiã firmissimo præsidio cõmunierat, ne quid ei improuisum ab iis posset accidere. Post quæ Godefridus animi rerumq; inops, Antwerpiam fecessit, vbi dum aluum exonerat, per latrinam à Ghiselberto Theodorici Comitis fidissimo Achate letha liter sauciatus, anno tyrannidis suæ quarto, indeq; aucẽtus Traiectũ propter Mosam, v. Calend. Mart. moritur. Godefridi soror Dn. Ida à sanctitate commendata vxor Comitris "Bolonionensis, cui peperit Godefridum Bulionensem, auunculo succedentem, atq; Hierosolymam ab Agarenis vindicantẽ. Obiit & Guielmus Antistes eodẽ quo Godefridus anno, v. Cal. Maii. postquam eccles. Traiectinæ gubernacula 22 annis tractasset, ad D. Martini sepultus. Quo defuncto, Conradus Sueuus legitimo suffragio Pontificii amplitudinẽ susc epit, Henrici I V. Imp. educator, morumq; ac disciplinæ magister, à quo donatione Orientalem Frisiam obtinuit, quam Marchio Egbertus, Saxo, præter omne ius ac fas tyrannice occupauerat. Sed vt facilis atque imperatoria, ita vllius momenti nõ erat huiusce modi donatio, quod Theodericus legitimus patris hæres esset, & contra leges Imperatori nõ licuit eam innocuo adimere. Euenit hîc quod dici solet, criminãdo maleq; narrando, nunquã iuste aliquid impetrari. Proinde Conradus, nuncia to Theoderici aduentu, propugnaculis Iselmondã firmare, præsidiumq; in iis collocare; quæ magnis copijs & ingenti classe ille oppugnat, postquam suos esset hortatus, vt strenue hanc pugnam inirent quo ante Lotharingum loco vicissent. Comitatum ad se hæreditate deuolutum tyrannide pœnè antistitum oppressum iam ire recuperatum. Modò prisca robora in prælium ferrent, victoriam haud dubie sequuturam. Similiter Antistes Traiectinos & auxiliares suos admonere iusta ira vt manes auorum iam eant vltum, vetusq; odium in iis recrudescat: Supremum instare prælium, quo rite defuncto tranquillitas, æternum decus, ac cuncta prospera essent. Non metuendos Hollandos imperu primo feroces, clamore magis quàm armis egregios, sensim languescere, & de fuga ante quam de victoria cogitare. Interim fit signum pugnæ, canitque tuba terribili sono classicum, vt littora toramque vicinitatem personaret. Certatum quam nauali tam terrestri prælio acerrime: eminus primùm missilibus & sagittis: dein cominus, harpis nauibus iunctis, ancepsque diu miscent prælium, multum cædis multumque sanguinis hausturn. Cruor visus flumen attrum reddere, & miserrima vtrinq; rerum facie, exanguia & truncata corpora vndis innatare. Tandem ad Comitem inclinante victoria, antistes pedem retroferre, atque in Iselmondam coactus se recipere, plurimis

Cassis.

1074

Pugnã ad os Lacæ in Mosæ flumine.

Theodericus victor.

Godefridus per latrinã sauciatus moritur.

" forte Bulionensis.

Conradus 22 Antistet.

Nauale simul & terrestre prælium.

Comes victor.

tamen intimorum amissis. Cecidere hoc prælio Gerlacus Comes Zutphaniæ, Lambertus Dauentriæ præpositus; Volcmarus D. Bonifacii presbyter; Werenboldus & Giselbertus milites, præter complures veteranos ac ciues, naues repetere festinantes & fluctibus immersos; adeò etiam in tumultu festinatio aliquando tarda est. Desiderati è nostris Euerardus Bronchorstius, & Iohannes Herculanus primarii ac nobiles. Tum Comes arctissima Iselmondam obsidione claudere, & decimo quinto die post Antistes deditionem facere, atque imperata se facturum polliceri. Quamobrem Comes illi omnem culpam ignouit, & ob sacerdotium, & iusiurandum quod pulcherrimum præstitisset, nunquam deinceps se bello Hollandiam petiturum, tradita assensu Iselmonda arce totaque prouincia. Arcem victor Comes solotenus diruit, fomitem belli, quandiu eam Traiectini possedissent, medio Hollandiæ sitam. Memorare hoc loco haud abs re fuerit Comitatus principia Gelriæ.

Iselmonda deruta.

Circa hæc tempora Otto Nassouius primus Gelriæ Comes: antea enim Tutores seu præfecti Gelriæ, non comites dici DD. à Pont, castrum regionis sic appellatū, habitantes. Nam si fabulam retexere liceat, volunt Caroli Calui temporibus propter id, vbi nunc Gelria, oppidum, animal visu ac voce horrendum, diutulè inclamasse, Gelre, Gelre, tantaque calamitate vicinitatem affecisse, vt de mutandis sedibus incolæ cogitarent: filiosque Dn. à Pont, Wichardum & Lupoldum infame hoc monstrum animose trucidasse, pro quo id gratiæ à popularibus accepere, vt Tutores seu præfecti Gelriæ dicerentur. Ego illud simile veri nunquam putauerim; & quod fabulam olet; & Tacitus historiæ Romanæ grauissimus scriptor, multis antè seculis, regionem hanc, Geldubam appellauerit, quam Gelriam esse coniicio: quanquam, vtut se res habet, nemo Dn. à Pont, primos fuisse Gelriæ Tutores siue præfectos inficiari audebit. Quæ quidem præfectura, per masculinam illius generis sobolem, continuata est, annos fermè ducentos, quandiu Otto Nassouius, consanguineus Henrici tertii Imperatoris Romanorum, eiusdem authoritate, Wichardi prædicti, postremi Tutoris siue præfecti Gelriæ vnicam filiam vxorem accepisset, & Comitis pro Tutoris nomine vteretur, & insignia Gelriæ mutaret. Nam pro veteribus, scilicet, flore aureo esculino cæruleo in scuto, Otto insignia natalitia Nassouiorum vsurpare cœpit: Leonem hastulatum scuto in cæruleo. Demum Reualdo ad Ducatus fastigium euecto, solenni cœtu principum Francofurti ad Mœnum, Ludouicus quartus eadem in alia commutauit, etiamnum durantia, videlicet Leonem aureum scuto in cæruleo absque hastulis, cannam capite portantem, cauda fissili, per dorsum curuata vel inflexa. Cæterum Otto alteras fecit nuptias, cum Gerlaci Comitis Zutphaniæ filia, ad Iselmondam in pugna, quod diximus, interempti, primusque ob id Gelriæ atque Zutphaniæ simul Comitatum possedit. Iam ad nostra reuertamur. Duobus his prælijs egregiè ac prosperè defunctis, quum prouinciam totam ac cætera ornamenta hæreditatis recuperasset, Theodericoproceres vltro sacramentum dicere. At Frisii, veteri more ipsum aspernari, prætoribus repulsis, non tam Comitis odio, quàm amore libertatis. Itaque contractis, quotquot haberet, copiis, summa hyeme, & concretis iam glacie paludibus Comes nihil magè quàm in Frisiam accelerare; cum Frisii primum malè pugnantes, qua sunt animorum protetuitate & pertinacia, eodem die prælium repetere, & magno numero interire. Feruntur eorum tum cæsa sex millia armatorum, non sine periculo & damno nostri exercitus. Sæuitum mox in omnem ætatem, ne à fœminarum cæde temperatum: adeò Comitem victoria ægrè parta odiumque gentis ad ferociam agere. Posttemus dies illuxisse Frisiis videri poterat; nec aliter se habere Comes, quam si ad hoc vnum studuisset, vt fermè centena milia hominum gladio occidisse legantur. Dehinc obsessum it Stauream, in quam postquam bis male pugnassent, multi hostium se receperant. Est hæc vrbs peruetusta, Romano imperio cognita, ac Frisiæ potentissima, ad lacum, qui Rhenum contra Septentrionem euntem, excipit fossa aduersa ripa discreta à nobis haud ampliore, quàm conti saltus est. Nunc ingens prospectus, & agrum oppidumque fluctus ita adesse, vt vetus illud ad præsens minime sit comparandum, neque ex hoc magnitudo prisci facile coniici possit. Diximus suprà vrbem superos attriuisse pro voto mortalium: Nunc qua re occiderit, narrabo.

Tacitus.

Principia Comitatus Gelriæ.

Nota.

Theodorici victor.

Nota.

Vide sup. lib. 4.

Mos erat illis, vt quoties classis negociandi causa portu solueret, vnam sententiis aut sorte legi nauem, cæterarum ducem ac præuiam nocturnis faculis. Sed creditum dæmonem, Syrte faculam ignemque tum fecisse, ad quem vniuersæ nauigantes, præter lectam eamque modicam tantæque calamitatis nunciā, periculose impingerent, simulque perirent. Hoc illis diuina vltio dedit, non ferens ciuium proteruitatem insolentiamque inauditam, de qua etiamnum inter vulgus prouerbium est. Cæterum primo

D. Weeldigen kinderen van Stauren.

& vige-

& vigesimo obsidionis die vrbis deditio facta, ciues incolumes, atque eorum bona sarta tecta essent, exulesque traderent, quos capite omnes Comes mulctabat. Ad hæc obsides quantos vellet Sturiorum in Hollandiam secum traheret, donec mille & quadringentos coronatos in piaculū rebellionis manifestæ exsoluissent. Habuit Theodoricus vxorem Wichtildim, Friderici Ducis Saxonum filiam, è qua Florentium suscepit sibi succedentem, & Machtildim venustissimæ formæ, coniugio Duci Aurelianensi dicatam. Obiit anno nonagesimo primo supra millesimum, quinto Calend. Decembr. decimo quinto administrationis anno, præter totidem alios, quibus sub tutoribus & tyrannis vixisset. Wichtildis vxor inde quoque statim moritur; decimo quarto Calend. Decembr. Egmondæ marito contumulata.

Theodoricus hic auunculus erat Ludouici regis Franciæ, filii Philippi regis; ac trium Comitum Flandriæ, Caroli Martyris, & Theoderici Alsatiæ, atque Baldeuini Apkini, nostris cognomento dicti, Graef byltgen, quod iuxta proceres ac plebeios fontes in vita seuerissimè plectebat. Porrò Conradus, post infelicem pugnam domum reuersus pietati operam dedit. In occidua parte vrbis, templum Deiparæ virgini sacrum à fundamentis ac iuxta ascæterium erexit. Cum locus palustris se proderet, qui basim aut grauioris columnæ onus ferre non posset, & cæptum aliquanto tempore staret opus, desperatumque videretur, Pleberus Frisio idemque Latomus se fulcire eam precio velle & posse dicebat, sed cuius Antistes auersatus auaritiam, ingens nimis atque insolens poscentis, se ad consilium cogitationemque vertere. Quare contempto Plebero, perconctatus filium qua id potissimum arte pater ageret, qui donis pollicitationibusque Conradi pellectus, arcanum omne aperire, cum alacer Antistes basim dictam perfecit, inque consummando opere visus. Qua re intellecta Pleberus, consilium in mortem Antistitis tractat, quem post sacrorum solennia secedentem ille subsequi, & orationi vacantem gladio iugulare. Octauo Calend. Maii, pontificii sui anno vigesimo quinto. Cuius vices, Burchardus mox supplet pacis pietatisque amator. Vixit is in pontificatu annos tredecim. Obiit quinto Calend. Iunii: ad D. Martini sepultus.

Conradus gladio interfectus.

Burchardus 23 Antistes.

Florentius secundus Comes Hollandiæ Octauus.

FLorentius secundus patri Theoderico succedit, quo nemo Comitum memoratur felicior, auos virtute & diuitiis præcellens. Tantæ opes illi: tanti honores: diuturna etiam pax cum Frisiis, vt semel tantum à proteruis bello sit petitus, turbantibus quietem, dulcissimum illud atque tranquillissimum bonum Reipublicæ amore libertatis, vt præcipites nec leges Comitis, nec eius prætores ferrent.

Fluctuandi Frisii.

Nactus igitur occasionem, aspera hyeme, qua merito omnia bella conquiescunt cum exercitu ad Schoreliam profectus, vbi de bello Frisiis inferendo consultare. Interim tyrones aliquot sui nobiles, militiæ nondum sueti, sed imperiti, adiuti à clientibus, Frisiorum villas ac tecta inopinato exurete. Cum Frisii conglobatim se abscondere, & qua redire eos erat necesse, viam præoccupare, atque ex carectis onustos præda adoriri, eorumque plurimos occidere. Cecidit ea pugna ingens procerum numerus. Alardus Egmondanus: Simon Antuuerpianus: Brandanus Herlemus: Wilhelmus Voorhontius: Bruno Castricomius: Euerhardus Nootimicus: Florentius Roetselarius & Gerardus Minsterus, insçio omnium harum rerum Comite. Delati simul Egmondam.

Schorel.

Qua clade affectus Comes, parte exercitus amissa, parumper quieuit, haud fractus animi, sed ne insolentiam hostis lacesseret, quæ magna tum ei parta victoria erat, & vt dolorem quem ex noui casus acerbitate acceperant, in suis cunctando, nonnihil mitigaret. Itaque suppleto nouis copiis exercitu, in Frisios mouens, maximam eorum stragem ac cædem fecit, gentem exosus, omneque genus crudelitatis exercens, vt neque sexui vlli neque ætati parceret. Quare compulsi Frisii, supplices palmas ac manus attollere, syngraphis atque sigillis testari, deinceps imperata facturos. Verum vbi perfida mens semel fidem violauerit, si denuò res vrget, absque rationis vllo delectu peierare pro nihilo ducit. Erat Florentius corpore pul-

Florentius victor.

chto ac præpingui, vnde cognomentum Crassi accepit, nec minus animo nobili. Ignoscere, largiri, benignitate superare, subiectis parcere, superbos debellare, hæc, inquam, in se ille omnia admittere. Vxorem habuit Petronellam sororem Lotharii Imperatoris, ex qua nati, Theodericus hæres: Florentius Kinhemariæ princeps: Simon: & Hadeuuigis, Herlemi, dum ibidem manstaret, maiori in ecclesia, tertæ credita. Præfuit in pace & tranquillitate prouincialium summo bono annos triginta tres. Egmondæ conditus, vi. Non. Mart. marmoreo sarcophago. Vxor post mortem mariti Rhenoburgum veruſtate fermè collapsum magna impensa restaurate, monasteriumq; ampliare, nouo adiecto templo, quod Deiparæ virgini Andreas Traiectinorum pontifex solenni ritu sacrum fecit. Vestas quoque ex Stuterlingenburgo Saxoniæ, Rhenoburgum venire iussit, summæ pietatis, religionis, austeritatisq; vitæ, atque integritatis clausträlis obseruantiæ. Indidem sepulta 10. Cal. Iunii. Defuncto Burchardo Godebaldus cathedram ecclesiæ ascendit, mansueti animi atque benigni, singularis prudentiæ, religionisq; præcipuus amator. Ad Oestbrocam paluſtri loco, cænobium quàm monachorum tam monialium exstruxit Deiparæ virgini, atq; Laurentio Martyri, in quo tam arctè soliti viuere, vt pro carcere locus diuulgaretur; adeo rigor monasticus in optimam frugem tum pullulabat. Quo fermè tempore Alexander tertius pontifex ad schisma Friderici Imperatoris tollendum, concilium œcumenicum Claræmonti Franciæ celebrat, quo etiam inter cæteros Godebaldus vocaretur. Sed qui per valetudinem literis se excusare, iisdemq; supplex petere, Infulam sibi reddi, qua prædecessores trecentis amplius annis essent orbati. Quippe à tempore Bonifacii vsque ad se Antistites Traiectini, instar Dynastarum baculo tantum pastorali atque annulo solennia sacrorum peragerent. Quæ vbi accepisset Alexander, omnia illi concessit. Ad Mittelburgum domestica inhumanitate publicam humanitatem & modestiam corrumpentes, atq; vita turpes Canonicos regulares cœnobio pepulit, alioſque pro iis suffecit Præmonstratenſis ordinis D. Michaelis Antwerpiense. Donauit quoq; D. Martini, Medemblicicriteriorisfrisiæ præpositura, traditis de hoc tabulis sigillo appenso. Tandem ad Oostbrocam monasticæ studuit, vbi morbo ingraueſcente moritur, 2. Id. Nouemb. post annos quindecim quam ecclesiam pacatè & tranquillè gubernasset. Sub hoc Florentio memorabilis illa expeditio in Hierosolymitanos susceptа, procurante eam Vrbano secundo pontifice, qui ad Claræmontem principibus tam piam & iustam militiam concione persuasit: à quibus acclamatum cum multoties esset, Deus vult: ite ergo, dixit, viri fortes, & quod omnium pariter ora vociferantur, pro tessera vobis in bello sit. Tum etiam ad tam sacram militiam ituros, vult omnes ex rubenti panno sagi, dextræ crucem insuere. Trecenta armatorum milia ad eam expeditionem conuenisse arbitrantur, signum crucis suscipientia. Godefridus, Eustachius, & Baldeuinus fratres Bullionii ac Comites Bononiæ Gallicæ, animi fortitudine, viribusq; corporis præstantes: Hugo cognomento Magnus Philippi Francorum regis frater: ambo Roberti, hic Normanniæ, ille Flandriæ Comes: Stephanus Carnoti Comes: Pediensis antistes: Petrus Heremita ac Boemundus viri principes anteſignani, traiecto Bosphoro deuicere Nicæam, Iconium, Tatsum, Edissam, Cæsaream Cappadociæ, Antiochiam quadratura murorum duplici, interiore lateritia: exteriore saxea, turribusq; per ambitum quadringentis ac sexaginta septem. Hanc longa obsidione atque inedia pressam, ductu Boemundi capere, cui statim optimis auspiciis adiudicata est. Cæteri Cæsaream Palestinæ prætereuntes antelucano tempore, Hierosolymam venire, & cognitis protinus locis tripartitò eam cingere, datisq; Deo precibus copias ad mœnia applicare. Flandriæ Comes Septentrionem: Godefridus cum Tancredo Occidentem: Raymundus Meridiem vbi Sion mons vrbi incubat castris aduersus omnem vim tueri, & nono ac trigesimo ab obsidione die vrbem gloriosè vincere. Cæsi passim puberes & impuberes, nulla sexus, nulla ætatis ratione habita. Godefridus post expugnatam, octauo die ab exercitu rex Hierosolymorum est consalutatus, receptis regiis vrens insignibus, præter coronam, quod religioni esset capiti auream imponere, vbi Christus humani generis redemptor, spineam tulisset.

Rhenoburgum Petronella restaurat.

Godebaldus 24 Antistes.

Vide supra.

Infula reddita.

Vrbanus memorabilis expeditionis in Hierosolymitanos autor.

Antiochia capta.

Hierosolyma capta.

1099 Idib. Iulii.

Theodoricus Sextus Hollandiæ 9. Comes.

SEquutus patrem Theodericus ferocior, nil præter bella armaq; crepans. Coniugem duxit Sophiam Ottonis Comitis Palatini filiam quam virtute tam moribus ornatissimam. Suscepit ex ea Florentium hæredē; Baldeuuinum Traiectinorū antistitem: Ottonem Comitem Benthemi; Theodericum præpositum; Peregrinum præfidem Zelandiæ;

diæ: Sophiam dynasten; Haldeuuigim monialem; &, Petronellam eximiæ formæ. Comitatum Westerr Goudæ & Ostergoudæ vlterioris Frisiæ, quam Conradus antistes, per vim & dolum acquisierat, denuo ab Lothario Imperatore auunculo impetrauit; Ostergoudæ vrbes Leuuardia & Docca; dynasteiæ tres: Docca, Præmonstratensium; Claræcampi, Cistercienſium; Mariægarda Præmonstratensium. Westergouda ciuitates habet, Stauream: Bolsuuardam: Snecam: totidemq; dynasteias. Ad Stauream Benedictinorum; Vetus clauſtrum ſeu Floridum campum Ciſtercienſium; Lidlimim, Præmonſtratenſium. Primam belli occaſionẽ cepit aduerſus Hermannũ Comitem Cnyck-
10 quenſem, quod acceptſſet vel patris vel aui illius opera Florentium primum, proauum, inſidioſè atq; nil tale ſuſpicantẽ ad Ameram interemptum. Sed qui potentia ac vitibus aduerſario longè impar, Andreæ Traiectinorũ Antiſtitis & optimi & religioſiſſimi consanguinei pollicitationibus ac prece, ferociam Comitis fregit; qui pacis vſus hoc fundamento. Hermannus Dynaſteiam locaret perfecti operis ad inſulam Mariæ virginis, & reditus poſſeſſionumve ad alimoniam, quantum ſat eſſet, conferret. Itaq; placatus Comes, ex Lauduno adducit viros religioſos ordinis Præmonſtratenſis, qui pro Florentio, Deum indefeſſe precarentur. Erat Andreas filius Comitis Cnychquenſis, prudentia ſingulari, pietati atq; paci ſemper conſulens, extoris tamen in vita annos aliquot, iram fugiens Floren ii nigri, vt infra docebimus. Paucos ante dies quàm vita defungeretur,
20 Canonicos numero duodecim Staurea amouit, ſuffectis pro iis vtriuſq; ſexus ad Oestbronicam Monaſticen profeſſis. Sedit annis decem: ſepultus eccleſia maiori. Sub hoc Henricus V. Imperator Traiecti moritur, cuius inteſtina condita medio chori eccleſiæ maioris ſpatio, quo pridem abſconſa Conradi viſcera, Henrici Imperatoris, abaui. Poſt quem Lotharius Saxoniæ Dux auunculus Theoderici Comitis & Petronellæ Florentii vxoris frater, legitima ſuffragatione principum Cæſareæ maieſtatis ſolium aſcendi. His geſtis in Friſios ciſrhenanos veteri more rebelles, fluminibus paſſim glacie concretis, ac ipſa aſperitate hyemis, exercitu contendit, proſperéq; in eos bis vno die pugnans, magnũ eorum numerum interfecit, captiuoſq; quamplurimos cum præda Almariam abduxit. Qui etſi dolere vinci, ac de ſumma rerum deſperarent, nihil in nus tamẽ cogitare quam
30 parere Comiti, dum illi præpropere Theoderici Comitis fratrem, Florentium cognomento nigrum accire, iuuenem natura & ætate præcipitem: nam lis fortè illi cum matre & Theoderico ad diſcordiam erat. Matrem turpi vita atq; flagitio à ſe ipſe dudum abalienauerat. Comitem autem ſuſurrones ac delatores in fratrem inſtigare. Accitus itaq; ſe Friſi s belli ducem præbet; Almariam vi expugnat, ſoloq; æquat, quod imminere ei nimis Friſiæ videretur. Canenefates quoq; immunitate pellecti à Comite deſciſcere, & in Herlemum introduc o, Florentio ſacramentũ dicere: ac tum in Hollandiam magno impetu irrumpere, paſſim hoſtilia exercere, priſcorumq; Comitũ habitacula euertere, quandiu non Theodericus fratris ſimulq; Canenefatum perfidiam exoſus, ſele diſſimulans eis manu militũ occurreret. Quo cognito Florẽtius ad Heyliloam ſecedere relictis Canenefatibus, quod venia illis promiſſa & terrore tanti exercitus nutarent, indeq; in Friſiam teuerti. Totam autem illorum regionem Theodorieu- Comes exuſſit, præter Herlemum, cui & ob pulchritudinem magnitudinemq;, & quod pœniteret pepercit. Interea fama cõmuniſq; ſermo fert ad aures Lotharii Imperatoris periculoſam litem fratrumq; diſcordiam, qui per legatos monet eos ab armis diſcedere, & gratiam beneuolentiamq; inire, ſe arbitrum breui adfore. Quare metu Imperatoris quieuere, obtinuitque interim Florentius Friſiam. Quo proceres Friſiæ freti, deſpondere illi Heylwigim filiam Arnoldi Rochemi vnicam atq; vtroq; parente orbam. Sed Hermannus Cnychquẽſis & Godefridus Arenbergius, Andreaſq; ſimul pontifex, tutores atq; auunculi virginis facere ne fieret: erat enim ex ſorore neptis, vel quod inſciis ipſis facta eſſet deſponſatio; vel Florentii mores diſplicerent. Itaq; ille feroci animo, pariterq; amore puellæ incenſus, ludibrium ſe factum videns, iis bellum indicere, cum cedere Traiecto antiſtes, parum ſibi fidens. Traiectini, hinc Hollandiæ regionis amittẽdæ, quæ illos aleret, inde Lotharii Cæſaris metu, liberam ei permiſere veniendi atq; redeundi ad ſe facultatẽ, quin & armis iuuere virum, igniculiſque ædes amplas Antiſtitis exurebant, cum Lexmunda ad os Lacæ è Rheno manantis, Hermanno ac ſuis quum nulla ſpes ſupereſſet qua ſe reficerent, & vim parum contra Florentium poſſe animaduerterent, animum ad dolos & inſidias vertunt. Mos erat Florentio qui & procerib. adoleſcentibus paſſim, quoties integrum eſſet, feram venari. Itaque locatis inſidiis, aurora, properantis decem ſodales intercipere, qua re comperta laxatis habenis fruſtra ille niti in vrbem redire, dum ad Abſtedam infeliciter dextrario cadentem, hoſtes morte mulctant. Lotharius Imperator cædem nepotis audiens Hermannum patraſſe quem paulo antè no-

Vide ſuprà.

Oldenclooſter.

Hamerſuini intelligit. vnde Florentii vxorem: Mos quem vid habet pro Amera Anejuos Confer Lector ac iudicapis Videtur Mauuenardam ſignificare. Anno 1130. Andreas 25 Antiſtes. Henricus V. Imp Traiecti moritur. Theodericus vidor.

Florentius niger belli dux.

Florentius niger ex inſidiis petitus ac interfectus.

mine Comitis insigniuisset, principum sententia inglorium atq; ignobilem declarat. Ipse Comes plus furoris ac iræ ex fratris nece concepit, qui quaquauersum regionem profugientis ferro ignique vastare, castra euertere, pagos exurere, cunctaque in solitudinem redigere. Prorsus enim Theodorici animũ stimulabat, quod tam cupidè ipsum trucidassent, vt etiam à dextrarii sui fugientis corpore, gladios nõ cohiberent. Sed mortuo Lothario senfim Comitis resedit ira, & Hermannus gratiæ reconciliationẽ accepit, dicto sacramẽto. Andreas quoq; in integrum restitutus. Fulcoldus eques necis Florentii conscius, imminentes sibi milites cum cliente fallere inq; Mosam se præcipitare, atq; incolumes euadere: post quæ aut quod fluminis periculũ superasset, votoq; teneretur, aut vt comitis irã placaret, Berna habitaculo propter Heusdenum cœnobiũ exædificauit, donauitq; Præmonstratensibus, pridem ad D. Matiæ insulã locatis. Florentii corpus Rhenoburgum portatum. Andreæ defuncto Herbertus Beronius succedit, magni animi, in consiliis capiundis prudens, inq; disciplina tuenda elegantissimus magister. Romam profectus ad res ecclesiæ obeundas, dum redit, comperit Tencteros mutua odia & simultates inter se exercere; & Groningiæ ciues D. Walburgis Basilicã in castri speciem iam cõmuniuisse, excelsis propugnaculis & vallo, è quibus hostes fundibulis atq; sagittis peterent. Qui dein Groningam proficisci, inq; seditiosos animaduertere, ac cæteros adigere, pro animi sui seueritate, iureiurando, ne posthac sacrum locum prophanarent, vel in castri formam facerent, vllisq; prohibebat oppidum mœnibus sepire. Fratribus studens quos geminos habebat, episcoparum multum labefactauit, dum vni Groningiæ, alteri Couordiæ præfecturam donaret in feudum perpetuum, quod liberum ante esset Antistitum dominium, nemine inuidente. Quo tempore inextinguibilis atque eodax flamma pænè Traiectum absumpsit, inq; cineres & fauillas redegit. Plurima DD. templa cremata: Martini, Petri, Iohannis, ac Pauli. S. Saluatoris integrum atque inustum non sine admiratione permansit. Erat sacellum illi templo contiguum, quod olim D. Willibrordus S. Cruci dedicasset incendio conlapsum, imagine Iesu Christi crucifixi illæsa, clauis tantùm & cruce ambustis, quam clerus ac populus in templum S. Saluatoris religionis motu reponere, magnaq; etiamnũ in veneratione habent. Cæterum Theodericus Traiectum obsidet; qua ratione enarrabo. Otto sobrinus Comes Palatinus ad Rynighemum, præfectus Benthemi castri, Tencteros episcopii clientes, quorum Trentam regionem nuncupamus, crebris incursionibus & rapinis vexabat. Itaq; Antistes Hugonem Butirensem Teutonum ea tempestate acerrimum cum equitatu, ac valida peditum manu contra Ottonem mittere. Hic propter Hossemum cum Ottone confligere, multis suorum interfectis, inter quos & alter Otto Bichlemus cecidit. Ipsum autem Ottonem Traiectum ad Antistitem captiuum traxit. Quare intellecta, iurene an iniuria id accidisset, haud spectans, sororini casu motus, Comes acrissima obsidione Traiectum claudere. Et iam omnifariam machinis stantibus ad oppugnationem paratis, animisque ciuium mœrore metuque occupatis, Herbertus Antistes, siue quod parum fideret armis, siue iis consulere cuperet, cleri populique concione aduocata, ac rursum se in bonum publicum aiebat, & consilium animi aperire præsentibus non desistit oratione pulcherrima. Quando, inquit, ciues optimi in nil tale promeritos nos, Comes iniustè hæc arma mouet, ardore quodam animi atque impetu magè quàm causa, non appendens factum sobrini, Tencteros nostros præter ius & fas nuper depopulantis, & iure belli facti iam captiui, quid facto opus, reperi; vt hostis vincam fremebundi animum citra cruorem, etsi iam pridem sit mihi exploratum vos nec obsidionem nec prælium formidare. Sæpe verba iram frangunt, authoritas sæpius, at gratia sæpissimè. Pandite portas; pro salute vestra caput hoc deuouere haud abnuerim, obuiam hosti pergam, non humanis, sed occultis diuinisq; auxiliis, tum ipsum cõpellabo non vllius culpæ conscientia, sed innocentia, sed religione suffultus. Edico sub anathematis & capitis pœna, ne quis præter staros mecum portis ausit egredi; cæteri mœnia custodite, stationesque habete. Non rediturus nisi aut pacem amicitiamq; ab illo impetrauero, aut si eam dare nolit, temerario ausu hostilia minantẽ ecclesiastica censura percussero. Quæ dicentem passis portis cum clero iuuat ad Comitẽ ire & Hollandica castra, diras voluentem ore animoq; preces, ignemq; manu portantem. Quem vt venire vident Hollandi, portisq; candidos prodire, rati armatos, pugnæ se parare, classicumq; dare, armaq; induere & Comes. Atqui dum is apparat exercitum velites aliquot præcurrere prælium excitatum. Qui dum melius intuẽtur sacerdotes inermes, candidatorumq; cætũ, & cum hoc, Herbertum, pontificio amictu mitraq; eminentẽ admirari manusq; & tela cõtinere. Ita constans dum nihil metuit, timeri meruit. Nam & Comes subita perculsus religione, positis armis, ad genua pontificis accidere supplex, veniã erati

Fulcoldus ex Berna habitaculo cœnobium fugit.

Herbertus à Beron 26 Aut.

1148.

Oratio Herberti Antist. ad ciues.

Audax & pium facinus Herberti Antist.

rati deprecans: quem leuatum osculo pacis excepit, & ad amicitiam ineundam perpulit. Otto cuius rapinæ bellum fuscitassent, in gratiam Theoderici vinculis solutus, inq; feudum, Benthemum, ab antistite accepit, sed miræ venustatis haud multo post, Hermannus Comes Stalici, peremit, cum Otto ab Hollandia filius fororis interempti, Benthemi Comitatum hæreditate adiret, & sopito bello quod longum in votis fuerat, Theodoricus Hierosolymam proficisci, qui rediens in Italiam post annum, Papæ Innocentio secundo, Rhenoburgum Egmondamq; monasteria, quatuor annuorum solidorum Frisicorum tributo obnoxia fecit, vt venerabilia eadem loca Innocentius in proprietatem ecclesiæ Romanę susciperis, spirituali libertatis atque exemptionis priuilegio communiret, quod Herbertus mox pontificiæ voluntatis executor corroborauit: qui moritur tertio Id. Novemb. postquam duodecim annos ecclesiæ præfuisset Sepultus ad D. Martini. Tum ipsa voluntatum animorumque declaratione, quæ fit suffragijs, quis novus Antistes esset, in varias partes discessum. Theodericus Hollandiæ, Henricus Gelriæ, Theodoricus Cliuiæ omnes Hermannum Hornium præpositum ad D. Gereonis Coloniæ in demortui locum postulare, vt si id minus gratia & benevolentia impetrassent, diceremt se armis assequuturos, Frederico tamen ab Hunel omnium suffragia merente, in hoc laborantibus egregie Traiectinis atque Transyselanis: quamquam violenter introductus, Hermannus Cathedram occuparet. Biennio post Legatus à Latere, vtrumque electum ad diem Leodij citare, vbi ambitione principum Hermannus præ- *Hermannus 27. Antist.*
valebat: adeo rum neq; virtute neque innocentia, sed ambitione ac violentia pontifices metiebantur. Sed principibus inde haud multum laudis & gloriæ accessit. Quippe animi adeo confracti atque tantilli erat, vt ne homicidia quidem in conspectu eius admissa punire auderet. Hinc prima mali labes, bella intestina, simultates, mutuaq; odia Traiectinos exercere, quæ posteros vehementer labefactarunt. Præfuit annis sex, ad D. Martini sepultus, sexto Calend. April. Dehinc Drechterenses Frisij, à Drechto vico sic appellati, Kinhemariam depopulari, & pagos regibnis eius aliquot exurere, ac præda potiri variæ supellectilis, quos Zwanam venientes incendendi gratia, Herlemenses fugare, cæsis eorum nongentis. Tum Comiti dare manus ac deinceps imperata se facturos pollicteri. Talis videlicet ea gens, vt ad omnem affectum ceu impetu feratur, seruit modo deiecte, modo superbe imperat, nec seruire, nec libertate frui vnquam sat potens, moritur Comes postquam Hollandiæ res triginta nouem annos procurasset. Egmondæ Loculo conditus. Quantum armis, tantum pietate, in vita valebat. Sophia vxor, vt preces eius, abstinentiam, & in egenos benignitatem fileamus, ter Hierosolymam profecta, ac semel Compostellam molesta peregrinatione. Scorsum enim dum nauigat tempestate maris à classe abrepta in pyratas incidit, qui cultu auroque fœminæ impulsi necem ei parare: sed aggredi facinus volentium pes hæsit, vt neque antrorsum, neque retrorsum eum mouere possent, donec efflagitantibus veniam pio gemitu, gratiam ijs à Deo impetrauit. Quum tertium magno pietatis affectu Hierosolymam petisset, sexto Calend. moritur, ad templarios sepulta. Theodorici tempore Egmondæ ouis enixa agnum bicipitem, binis caudis, senis pedibus, quod varij varie interpretari Fueregui diceremt significare Hollandiæ Comitatus ambos populos Frisios & Hollandos, iugem, vt ante, per id tempus discordiam sequentes. *1155.* *1163.*

Florentius 3. Comes Hollandiæ Decimus.

FLorentius genitori successit, eius nominis Tertius. Coniugem habuit Adan, filiam Henrici Scotorum regis, è qua suscepit Theodericum sibi succedentem, Guielmum Comitem Orientalis Frisiæ, Florentium præpositum ecclesiæ Traiectinæ; Robertum Principem Kinhemariæ; Beatricem, Elisabetham, Adelheydim, &, Margaretham Cliuiæ Comitem. Erat Liffridus qui fatis concesserat, Groningæ præfectus, posteritate nulla relicta, ad quam fortunam Godefridus episcopus rationes consiliorum suorum accommodat, vultq; præfecturam dicti suam, cum Liffridi nepotes circuire arq; dextram ambire Henrici Gelriæ Comitis, vt feudali iure possiderent, quibus Tencteri omnes fauere, auxiliaque sua polliceri. Quamplurimi quoque Traiectinorum à partibus illorum stare cum plerisque Vasallis. Antistes suorum se ope destitutum videns, implorare fidem Hollandiæ Comitis, qui præsto adesse, auxiliareque secum copias adducere, vrbem oppugnare, sed non expugnare, acriter eam tuentibus Gelriæ Comite ac Theoderico Batenburgo; vt tota obsidione præter excursiones aliquot, nihil sit memorabile

actum. Post anni ferme spacium iussu Frederici Cæsaris, per Renoldum Archiepiscopum Colonienſem lis inter eos pactione ſopita: vt Liffridi nepotes trecentas argenti Marcas in præfecturæ redemptionem Antiſtiti darent, ipſeque promiſſionem recognoſceret, nouiterque priuilegiis corroboraret. Vix inde egreſſo anno inter Godefridum atque Florentium grauis lis oritur de Orientali Friſia. Nam Carolus & Lotharius Imperatores, vſque ad Lanicam, qui agrum Groningenſem alluit, maiores illa donaſſent, vt alij deinceps Pontificibus eccleſiæ Traiectinæ, Henricus & Conradus. Iamque res ad arma eſſet devoluta, niſi Fredericus Traiectum properando, bellum in pacem commutaſſet, eccleſiæque conſultum volens, Canonicorum ſuffragia varie errantia ſumma prudentia in concordiam redegiſſet, atque obtinuiſſet, vt Godefridus Rhenenſis, maior præpoſitus in Epiſcopum eccleſiæ Traiectinæ confirmaretur. Erat magnificum quoddam & glorioſum de ſe oſtentans, magni animi vitæque honeſtæ, cuius temporibus Autumno tam valida cooriri ventorum, marisque tempeſtas, vt inundatione inſolita effectueſcens, mœnia vrbis Traiectinæ impetuoſiſſime attingeret, & piſcis ibidem marinus, quem, Bullick, indigitamus, fagena captus perhibeatur. Sequenti anno, media ferme hyeme, ſub ipſam noctem Domini Ieſu Chriſti glorioſam & natalem crebra fulgura cælo cadere, ætherque tonitru cunctis ſtupentibus horrendum inſonuit. Inde intempeſtiua venire æſtas, & ad admirationem viſum, humum ac prata gramine, nemora fronde, arboreſque pomiferas flore paſſim veſtiri, adhæc volucres modulari & nidulari, ouis incubare, pulloſque excludere. E Deiparæ etiam tum virginis ac D. Iacobi maioris æde ſacra, euchariſtia furtim ſublata, ad quæ repente tam inundauit Oceanus, vt ſua valentia paſſim domos arboreſque hauriret. Vix impetum eius vrbs ipſa ſuſtinere, opinantibus vniuerſis, præ foribus eſſe alterum Deucalionis eluvium. Quod ſi quam vehementes tam diuturnum fuiſſet, obruta procul dubio vrbs iam dudum aquis iaceret, verum poſt triduum diuina clementia in alueum ſe recipere. Cum aduentante ſacro aſcenſionis die D. Pauli Dynaſta Hildebrandus concionabundus, indicere populo ſupplicationes, ieiunia, & eleemoſynas, ni grauiora vellet experiri. Et eccum ad veſperam eius diei, horribile incendium naſci, ædem D. Virginis, maioremque vrbis partem flamma depaſcens. Quocirca Godefridus Antiſtes iram Dei pertimeſcens, convocata ſynodo ieiunia ſupplicationeſque publicas decernere: Ipſe nudus pedes, cleri populique magna caterua, DD. templa orando petere, Deum que placare. Poſt hæc qua erat ſagacitate, vbi perpetuum conſulturus, ne finitimorum incurſionibus pateret, nec ad eam ijs aditus facilis eſſet, caſtra quatuor exſtruxit: Horſtum, Gelriæ, Vollenhoum, Friſiæ, Montfortum & Wortenum Hollandiæ aduerſa. Quibus ex omni parte abſolutis diem obijt, ſexto Calend. Iunij poſtquam duobus & viginti annis præfuiſſet. Funebria iuſta, ad D. Martini elato, perſoluta, magnum ſui deſiderium omnibus relinquenti. Reditus ad bellum, ſertur, ſeditioſo cuilibet eſt expeditiſſimus. An non in Friſios abſumptas omnes cæli, terræ, mariſque vires diceres. At hi rurſum omni virtute, & quantis poſſent copijs Mariam cingere, quibus obuiam itum terra marique, cæſis haud pluribus eorum triginta, cæteris fugientibus ac territis aduentu noſtri exercitus: aderat enim & Flander miles ſagittarius mercenariuſque, Verum paucis poſt annis, Comes opportunitatem nactus adnatæ eorum rebellionis tædio, quanto maxime poterat exercitu in illos proficiſci, & Wincellam atque Nouidorpium igne ſuccendere, ac inde late hoſticis incurſionibus euagari, Theſſalia Wirtingiaque inſulis in poteſtatem receptis. Cum viribus ſuis diffiſi pacem precio comparare, quatuor milium Marcarum argenti, & ſe, & prouinciam Comiti ſubijcere cogerentur. Quibus geſtis Hieroſolymam peregre proficiſcitur, ad parentandum Sophiæ matri, quam indidem extremum clauſiſſe diem narrauimus. Baldeuinum fratrem antiſtitem declaratum in reditu magna animi lætitia accepit, Tanta ille animi manſuetudine & pudicitia præſtare, vt lectulo moriens, per omnem vitam, ſanctam ſe ſeruaſſe caſtitatem diceret: Fratres habebat Florentium Comitem, Theodericum Traiecti præpoſitum, & Ottonem Comitem Benthemi, quorum ſuffultus præſidio, nemo audebat in eccleſiam incurſare. Sed & Vaſallos eccleſiæ ad rei memoriam ſempiternam omnes ad ſe accitos voluit nouiter ex Tabella Adelboldi relicta, feudorum ius impetrare, eccleſiamque recognoſcere. Quod detrectante Brabanto, cuius erat, Veluam ingentem & deſertam adiutus à ſuis Antiſtes depopulari, bellumque in Gerardum Comitem Gelriæ mouere, cui eam Brabantus tradiderat. Verum Ludouicus Imperator agebat longarum pactione induciarum, ne longe lateque ſerperet. Quanquã Antiſtes, abſque liberis decedente hinc Gerardo, Gelriæ denuo bellum fecit, Zutphaniæque multitudinis vi complures pagos accendit, cum & Theodoricus à Cluo ſororius Antiſtitis, qua ſe contingeret, Gelriam vaſtaret, nec non Hollandiæ

Godefridus 28. Antiſt.

Circa feſtã Purificationẽ B. Mariæ virg.

Quint. Id. May.

Sacro aſcenſionis die.

Feria quarta p. f. Pentecoſten.

In Autographo annotatumhicre peri: Iam annus eſt ex quo incepi.

Baldeuinus 29 Antiſtes ad D. Mariæ Traiecti & Oldenſelam præpoſitus.

landiæ Comes Dauentria copioſo equitatu Veluam nudaret omni pecore. Otto qui fratri ſucceſſerat, tum auxilia ab Epiſcopis Colonienſi, & Monaſterienſi, atque Duce Brabanto, Comiteque à Monte, tria milia mercenariorum militum accipere, quibus octingentos equites Baldeuini Antiſtitis, tres totas ſeptimanas cum vrbe ipſa Dauentria obſedit, cui non ſegniter renitenti, paratus ad obſidionis ſolutionem ingens exercitus. Res ad cruentum atque atrox prælium tendere videbatur, niſi Fridericus Imperator expeditionem in Turcos meditans denuo in inferiorem Germaniam rediſſet, voluiſſetque bellatorem vtrumque ab armis diſcedere, Ottonemque Veluam obtinere, quoadvſque de controuerſia communi ſententia principum ſtatuiſſet. Quibus rebus pacatis, prin- 1184
cipes Chriſtiani tertio ſe ſacroſancta inſignire cruce, profectionemque in Hieroſolymam maturare, Fridericus Imperator, Philippus Galliæ, Richardus Angliæ reges: Otto Burgundiæ Dux: Philippus Flandriæ Comes; noſterq; Florentius, innumera pæne Archiepiſcoporum, aliorumque magnatum multitudine. Cauſam expeditionis in eos trademus. Ægypti rex Saladinus in Syria iam ratus rem Chriſtianorum diſſidio conuulſam, ac minimo eos momento ſe poſſe frangere, ad Ptolemaidem caſtrametatus, plurimiſque prælijs factus victor, Hieroſolyma etiam ipſa cepit, præter viginti quinque ciuitates atque metropolim Antiochiæ. Imperator numeroſum ductans exercitum forte in itinere Anachoritæ percunctatus, quem tam arduæ profectio eſſet habitura exitum, audit non rediturũ Imperatorem incolumẽ. Quod reſponſum licet pro humano haberet, non omnino tamen contẽpſit, nam id vitatione maris mediterranei comprobauit, dixerat enim Anachorita vndas ſe hauſturas. Ieaque vndecimis caſtris perpetuo itinere Conſtantinopolim tendebat, per Hungariam, Bulgariam, atque Thraciam. Iſaac Imperator Conſtantinopolitanus præſentem pauẽſcens, quem abſentem formidaſſet, hortari, vt quam celerrime Boſphorum, hoc eſt, D. Georgij brachium traijciat, magno nempe illi id adiumento futurum. Neque fefellit conſilium. Simulac enim cum exercitu traiecit, Philomenam vrbem violenter Turcorum faucibus rapit, agrumque Iconio adiacentem populatus, Armeniæ quoque minoris paſſim loca armis domabat, vt maior numquam ac tum in Saladino metus fuerit. Tantam vero Chriſtianorum ſpem, infelix hora ſuccidit, quum tantorum exercituum Imperator, lauandi ſe gratia, mitigandique caumatis auidior, rapidi vorticibus amnis hauriretur: Poſt quæ eius copiæ Antiochiam petentes, viſæ in otio magis deſides quam bellum gerere, partimque morbo aeriſque intemperie abſumi, ab ſignis quoque digredi & diſpalari, vt de ijs cæteri nihil adiumenti expectarent. Qui cum Philippo Franciæ & Richardo Angliæ regibus, Gallico Tyrrhenoque pelago emenſo Meſſanam delati, varia vſi fortuna, ad Ptolemaidam mox in caſtra peruenire, quam ſimul partitis copijs, magna virtutis fiducia, obſeſſam, non niſi poſt biennium ſuæ poteſtatis fecerunt, paciſcentibus Barbaris, vt quotquot in præſidio eſſent, ſola tantum veſte incolumes abire permitterent. Atque vt narrare noſtratia incipiam, Hollandi, Friſij, Daci, Flandri, Imperatorem ſequuti, cum quinquaginta triremium inſtructa claſſe in Mauritaniam ad Africæ littora adpellere, nauibuſque egreſſi, multis eam terram cladibus afficere. Siluinam quoque quadraginta dierum obſidione captam diripere, cædemque miſerrimam ibidem patrare. At id eorum imprudentiæ & errati erat, quod ſerius venere in Aſiam ad alterum exercitum. Dum hæc geruntur, mortuo quoque Florentio Comite Calend. Auguſt. eodem quo Fredericus perijt anno, Guielmus Florentij alter filius, cum Sueuorum Duce quinquennium in Aſia militans, magnam gloriam invenit, quem ferunt Annales expugnaſſe Damiatam, quod mihi pro ratione temporum non conſtare videtur, ſed Ægypti potius aliam fuiſſe vrbem maritimam, quam vulgus Damiatam autumat, firmitate inſuperabili. Præcludebat portum quod maritima vrbs erat, ingentes per tranſuerſum catenæ. Guielmus itaque iuuenis acerrimo ingenio Herlemorum Friſiorumque Dux memorabilem nauem fabricatus, carina ferrea ferræ inſtar dentata, qua valido & ſecundo vento portus clauſtra peruia fecit, cætero ſubſequente Chriſtianorum nauali exercitu. Cæſi Turcæ, Agareni, Arabeſque ingenſque in vrbe opum inventa vis. Ob quod facinus conceſſum Comitibus Hollandiæ, ſub Imperatorio vexillo habere tentorium, gladium item inter binas & binas ſtellas, rutilanti in vexillo, in inſigne militare Herlemis. Patriarcha vero Hieroſolymitanus triumphali ſigno crucis inſuper gladij mucronem decorauit. Cæterum tam pia expeditio in irritum ceſſit, cum Frederici Imperatoris & Florentij Comitis vtriuſque morte, tum mutua Philippi regis Franciæ & Richardi Angliæ æmulatione, vt non recuperatis Hieroſolymis, medio atque proſperrimo rerum curſu in Europam reuerterentur. Herlemi, Calend. Ianuariis recurrentibus, ſoliti pueri hanc circa

Clemente tertio Pontifice.

Friderici Imperatoris mors.

Accon ſeu Ptolemais

Florentius moritur ſepultus Antiochiæ ad D. Petri tuxta Imp.

Nobile ſtratagema.

Inſigniamilitaria Herlemorum.

Damiatam victoriam referte, palmulis plateatim discurrentes, seu quod tum victoria essent potiti, seu reduces Zantuordiæ littora miliario vrbe distantis applicuissent. Hic exitus expeditionis illius memorabilis, qua Florentius Comes peregre extremum diem sine ignominia clausit. Ada vxor moritur Tertio Id. Maij Mittelburgi ad monasterium Præmonstratensium humo condita. Porro Baldeuinus Traiectinorum antistes, Tencteris iam superatis, cum Otto frater Benthemi Comes venisset ad eum questum de iniusta exactione per (forte Fulkerum) Florentium Couordiæ præfectum à suis contracta, humana societate eum monet, & dum animadvertit, id flocci facere, castrum Couordiæ in quo cum priuigno erat, haud prius machinis frangere destitit quam deditio sequeretur: Ottonemque fecit cum clientela vniuersa eo commigrare, qui leges & iura Trentonicæ genti diceret. Inter hæc Fulkerus Couuordius, qui Horsti in custodijs asseruaretur, nobilem puellam vxorem duxit, quam dein amicorum consanguineorum que precibus ille indemnem dimittit, parte patrimonij amissa, iuratoq; hunquam perduellis esset. Sed iurisiurandi immemor cum his quos conspirationis socios haberet, omnem Trentam adversus Benthemum instigat, vt & Groningiæ ciues, præfectum vrbis interficerēt, fossaque & vallo se præter iusiurandum munirent, redituſque ecclesiæ passim reciperent, & Couuordiam villam ac vna subvrbia face ac igne succenderent: cum ira percitus Baldeuinus vndique militem colligere, perque Couuordiæ castrum Trentam ingredi, adiutus à Benthemi Comite, cum fædifragis grauiter de perduellionis crimine acturi, & suasu Ottonis Gelriæ Comitis, obsides, Groningia quatuor, duodecim Trenta accipere. Sed hos, quod & illum iam deprehendisset, rebus plus nimio fluctuantibus clam mage Tencteros ad omnem audaciam impellere, vniuersos, in vincula conieeit, quod videns Gelrus retrocessit. Qua occasione Fulkerus, & Benthemi absentiam tenens, castrum Couuordiæ expugnare, abducta eius vxore cum omni supellectile. Sed Baldeuinus liberatis obsidibus quos Dauentriæ in vinculis asseruabat, fratri vxorem recepit. Nec cunctandum ratus, selecta turma it equitum, & Trentiniam depopulatur, Couuordiamque obsidione cingit. At Philippus Colonienſis, & Conradus Moguntinenſis Archiepiſcopi veriti Gelrum, pactione bellum intercesserunt: Fulxero Couuordia cum Trenta veteri priuilegio cederet, atque ille Baldeuino pro iniurijs damnisque datis certas argenti libras persoluere t. Itaque Antistes magno affectu in partes Transyselanas cum exercitu contendere, vt in Gelrum incentorem belli pugnaret, Veluamque vastaret. Contra Gelriæ Comes atque Tencteri loca quaquaversum quæ Antistitis sciebant varia calamitate afficere, donec Henricus Imperator litem inter eos sopiret. Nihilominus Tencteri antiquum obtinere, negareque concordiam iniisse totosque ecclesiæ prouentus in militare stipendium post Imperatoris discessum vsurpare. Quamobrem solus tot bella haud sustinens, Baldeuinus Moguntiam abit, ad imperatorem questum. Ille exercitum in fædifragos se missurum promittere, sed morte præuentus Antistes vndecimo Calend. Maij, postquam decem atque octo annos ius ecclesiæ armis strenue defendisset. Rate Traiectum devectus funebri, ac publico luctu ad D. Martini locum quietis accepit.

Varia bella Baldeuini Antiſt.

Theodericus 7. Comes Hollandiæ vndecimus.

MORTE Florentij accepta, qui res Hollandiæ patris nomine gubernasset Theodoricus Comitatum accepit. Coniunx illi Adelheydis filia Theodorici Comitis à Cliuo, è qua susceperit filias Adelheydim & Aden: harum prior, Henrico Geldriæ Comiti: posterior præter voluntatem atque spem procerum Ludouico Comiti Loonienſi nupsit, omnino in hoc laborante matre. Guielmus Antiochia reuersus præter nominis celebritatē, quam, vt volunt nonnulli, militari virtute ad Damiatam comparauerat, noua vrbi attulit insignia, insuper alia ad prouinciæ splendotē. Quibus rebus effectum, vt quū incredibilē meruisset populi fauotē, multaq; indesinenter circa virū hominū esset frequentia, Theodericus odisse cæperit, & ob militiā transmarinam feliciter adeo gestam metuere, quem prius reducem lætus magna animi fauētia excepisset. Cæterum nonnullis crebras & non bellas susurris suspiciones animo vti iusque adferentibus in discordiam lapsi, vt Guielmus in Occidentales Frisiæ partes secesserit, gentem sui peramantē cupideque perpetuo rebellem Hollandiæ Comiti: indigitare eum sui

Ludouicus à Loon.

Graeff

Graff Willem sonder Land, quod sine terra siue dominio interpretamur. Drecsteren-ses itaque Frisones cæterique hoc viro læti, alacres sumere arma, vicosque & pagos Kinhemarorum incendere deprædatiq. Alio quoque bello fatigatus Theodoricus: Quippe Baldeuinus Flandriæ Comes, Helinum traijcere extremum Rheni ostium ad Austrum, & imminere Valachriæ insulæ, duabus ciuitatibus Mittelburgo ac Veris famosæ; pro qua maiores tot bella gesserant, dum Flander eam æque ac Hollandus suam esse extimabat, etsi vere nostra sit. Nam grauissimorum scriptorum Romanorum testimonio Batavum est non solum has omnes insulas, verum olim etiam Flandriæ eam partem quę Gallia haberi solet occupasse. Quod comprobat Diocesis Traiectina quondam ad Gandauum se porrigens. Sed quanquam belli vtriusque procuratione hostes plus satis implicatum Comitem existimarent, ne quicquam tamen ille animo fractus verum quantas potuit copias collegit, & partito exercitu, Adelheydis vxor in Frisios, ipse in Flandros ire, felici ambo in hostem vno die pugnanies, fugatus Baldeuinus amissis suorum aliquot milibus: Adelheydis suarum copiarum Dux: Egmondano mouens Frisiorum quatuor milia cęcidit, cæteris fuga elabentibus. Parum aberat quin Guielmus ea pugna occidisset Wincellanorum atque Nouidorpiorum perfidia. Qui largitione corrupti, vbi manus conseri cæpta, cæteris pauorem & metum fuga faciebant. Nihilominus periculo stagni Egmondam alluentis superato, in quod se dare Guielmus à Kinhemaris erat compulsus, effugit, properabatque in Frisiam. Dum itaque sic inter fratres bellum ardet, Balduinus Antistes, Theodoricus maior præpositus, & Otto Comes Benthemi, germani, horumque patrui, dissidij causa componendi, Herlemum profi-ciscí, vbi curia Comitis, ac prædeceessores manitassent. Hi Theodoricum etsi victoria tumidum, coegere tamen Guielmo ignoscere, atque illum fratris gratiam orare. Mox pacis pronunciata fœdera. Guielmus Frisia Occidentali cederet, & Morsationum Orientalem in feudum acciperet: & quod asperam gentem sciebant qualiacunque onera atque tributa odisse, annuam Theodoricus summam illi adijceret è vectigalibus Geerclietanis, trecentorum pondo Flandricorum. Male id habere Comitem, & quod parte Frisiæ multaretur, & prædictum æs cogeretur fratri persoluere, quamquam indignationem omnem dissimularet, alto pectore. Guielmus à Frisijs lubentibus animis acceptus ad Oceanum munitionem ingentem Oosterzeam locat, bellumque in quosdam mouet, præsertim Knynrenses, quorum cæsis quingentis, post varia prælia, cæteros tandem imperata facere coegit, pacemque poscere.

Olim Rheni pars fuisse perhibetur non adeo profunda.

Interim Theodoricus Comes atque Otto Gelriæ Dux, ni mauis Geldubæ, Traiectum venire libera noui pastoris deligendi suffragia, non sine armorum strepitu periculosa admodum factione turbantes: Ille pro Arnoldo Isenburgio, hic Theodorico patruo suo ambitiose nimis agere. Ambo itaque electi, Schismaque ecclesiæ oriri, Traiectinis Theodorico, Transyselanis Arnoldo studentibus. Meliore sane ecclesiæ res starent loco, in qua si principum ambitio honorumque contentio exularent, & suffragandi potestas esset permissa his, quorum id est muneris. Tum enim personarum aptitudo cum dignitate & honore appendi, & modestiæ integritatisque sæpenumero nobilitatis & potentiæ partes superare videremus. Itaque tumultuantibus illis, Henricus Imperator, Theodorico cognato annulum ac baculum pastoralem mittere (quod investire sacerdotio est) & ditionem vniuersam Episcopij Theoderico Hollandiæ Comiti mandare, donec alterutrum PP. confirmasset, ambo enim eius gratia Romam concesserant. Qui ex mandato agere inque Horstum cum omni clientela venire, & studiose passim ecclesiæ proventus corradere. At Gelriæ Comes, in hoc laboranti, assuetæ pendere Transyselanos prohibebat. Coacto igitur ex Hollandis & Zelandis exercitu, ferro ac igne it Veluam depopulatum, prędamque ingentem agit, quam nisus Geliæ Dux ad Haymonis montem notissimum Comiti eripere, vbi concurrere exercitus horarũ aliquot spatio, acerrimeq; prelio decertare. Sed Geltrorum copijs infeliciter fusis, ac plurimis ex ijs captis, ipse Otto vix pernici equo wodam tranauit, evasitq; incolumis. Qua victoria cognita Guielmus frattri gratulaturus, ad eum in Horstũ venit. Sunt, qui hic scribant, in itinere ab Henrico Cranenburgio qui eum ante bellasset, inter-ceptum, quod negem fuisse ausum, quippe vicinitate nimis, Comes adeo potens illi immineret. Alij à Theoderico, posito nondum odio, fidemque fratris suspectam habente coniectum in vincula. Monuisse quoque illum in Scotia matrem quum eum viseret, cavere frattrem, sed militarem atque apertum, vocem Adæ matris ceu muliebrem contempsisse, etsi non vana visa, quam crepitasset. Quippe siue id procurante, siue conniuente Theoderico, Guielmus arctissima custodia est asseruatus: qua pau-

Arnoldus præpositus Daumetia; Theodoricus maior præpositus Traiect.

Schisma.

Theodoricus Victor.

Guielmus custodia mancipatus, effugit.

eos post dies elapsus, ad Othonem Gelriæ Comitem venit, qui profugum lætanter accipere, vel ob mutuam & fraternam simultatē, de qua is mage sperate, vel ob ipsius potentiam qua apud Frisios Orientales erat, quam sors videbatur auctura, si quando Theodoricus Comes hinc absque masculina prole discessisset. Sed omnino erat illi gratior, quod patiter in Asia militassent. Itaque militari laude clarum, modis omnibus fouere, & vxorem illi tradere Adelheydim filiam, nuptijs ad Stauream celebratis. Quo anno inter Geltrum atque Hollandiæ Comitem publica pax & tranquillitas sequuta, societque opera nouæ gratiæ & reconciliationis manum fidemque Guielmus a fratre accepit. Quippe vterque antistes, quorum causa simultas inter eos ac bellum creuisset, peregre mortem obierat. Arnoldus prior per sententiam diffinitiuam antistes a PP. Innocentio pronunciatus & consecratus Romæ mori Octauo Id. Aprilis. Dehinc Theodericus pari fato domuitionē festiue parans ad Papiam Italiæ, mori indidem humatus: Tertio Non. Augusti. Itaque sopita bellorum causa, insuper amicitiam matrimonio & affinitate auxere, & Adelheydis Theoderici filia, Henrico Geltiæ Comitis filio sit desponsata; sed intra nubiles annos decedentes ambo Rhenoburgi loculis conditi. Magnatum per aliquot dies principibus rerum stabat quies, quam rursus noui Antistitis electio rupit. Quippe Theodericus ab Are Traiecti ad Mosam præpositus, illustris, prudens, optimisque consilijs, quum in Sicilia absens Imperatoris nomine, postulatus esset, venissetque Traiectum atque exhausta ecclesiam nimium deprehendisset, suorum hortatu, precariam, quam illi, exactionem, instituit facere, quæ acerba & grauis clero eo magis visa, quod vtriusque antistitis nomine Romæ litigantis, maximos breui sumptus tulisset. Quocirca secedere ille & Frisijs Orientalibus primum eam persuadere cæpit: verum & ibi clericis aliquot vociferantibus rem fieri indignam, opemq; implorantibus Guielmi, siue excessu audaciæ, siue duritiæ Antistitis nulla prece flexibilis è monasterio Staureę post rem diuinam peractam in publicum euntem comprehendit, sed quem populi clericq; meliot pars periculo liberare, talemque vim abhorrens, celere Traiectum inde auehere. Quamobrem Antistes etsi malo omine principum Guielmo tantos motus cienti, bellum fecit. Primum enim socer Guielmi Transyselanas vrbes in suam potestatem redigere, pulsis ecclesiæ administratoribus, Dauentriamque præsidio communire, ipseq; mox in medio rerum cursu, præter regis Ottonis, & Odulphi Archiepiscopi Colonienſis conductum, retentus à Duce Brabantiæ. Theodericus item Hollandiq; Comes post Cisyselanam regionem longe late; depopulatam Traiectum obsidere, at factus certior de captiuitate complicis, relicta vtbe ad Buscoducenses eodem milite ardenter properare. Sed quod aduersam Hollandiæ natura locasset, ratus quod euenit, Theodericum in eam impetum facturū, lectissimo præsidio Brabantus communierat, & ad securitatem animi, paulo ante eius custodiam Guielmo fratri demandauerat. Nec non ille interim abire oratum, Colonienſis, Leodienſis episcoporum, Ducis Limburgenſis atque Flandriæ Comitis auxilio. Cum Theodericus vindictæ ac prædæ spe, omni arte, vrbem ex amplioribus Brabantiæ haud postremam & prædiuitem glorioſe expugnare, spolia magna acquirere, captiuorumque ingentem multitudinem, præter Ducis Brabantiæ fratrem vrbis præfectū cum omni supellectile, quam nauigio cæperat asportare. Sed properanti reditum Brabantiæ Dux quam maximis copijs viam præcluserat, vt nec mora daretur mittendi eis obviam suos, nec vrbem à tergo haberet ad trahendum periculum. Itaque ferro aperiendam viam ratus hostibus factus præda. Inueni qui aliter hęc tradant. Capto, videlicet, Gelro soluere obsidione Buscoducum Comitē fuisse coactum, quod prædictos principes hostes Hollandiæ iam immineret cognouisset, & occurrentē iis haud procul Heusdeno, vrbe Hollandiæ extrema, ad os Mosę propter Valahalm, arduo prelio superatum, captumque sui redemptionem grandi pecunia bis mille argenti pondo feciſſe, eueſtigioque recollecto exercitu Buſcoduco armis potitum, ferroq; igneq; vaſtaſſe, quod infelix reditus finiſſet, Dein cum præda felicisſime Dordracū reuertiſſe, atq; vbi reſciſſet Brabantiæ Ducem ſuſpicionem inopiæ de ſe habere, ob tantam annumeratam illi pecuniam, nihilque vltra auſurum, & ſua damna vltum venire, quotquot captiuos haberet capite multaſſe, neglecto omni redemptionis eorum precio, ſolo ex ijs Guielmo Ducis fratre conſeruato, quem indemnem atque incolumem remiſit, vt illi diceret, venire poſſe quam citiſſime, pecunia haud ita egere, quin innumerabilem, quam ex captiuis potuiſſet conficere, neglexerit, & ſe ei dono potius donaret, quam precio remitteret. Horum vtrum vis pro vero amplectere. Certe conſtat Theodoricū vrbē expugnaſſe, ipſum quoq; captum, atq; tantundē argenti Brabanto appēdiſſe. Interea quū in cuſtodijs Hollandiæ Comes & Gelriæ aſſeruarentur, antiſtes occaſioni oblatę haud defuit. Precario enim exercitu haud contēnendo Hollandiā ingredi, prędā agere,

Adelheydim Ottonis Ducis Gelriæ filiam vxorem capit.

Arnoldus 30. Antist. Theodericus 31. Antist.

Theodericus ab Are 32. Antist.

Rellum

Gelria Dux captus.

T. Comes captus.

Lege & frustra.

agere, incendia miscere, reditumque sub noctem in vrbem maturare. Contra nostrates & si duce carerent conglobatim abeuntes insequi, ac mutuo se adhortari, tum, defessos itinere & extremos aliquot eorum multoties opprimere, flammisque in reditu ditionis hostilis vicos & pagos incendere. Postquæ Antistes oppressurus Gelriam, Zutphaniam obsidione capit, tidentemque belli fortunam amplectens quotquot Dauentriæ studiosos Gelrici nominis sciebat, adiutus à suis graui ære multabat, annique mox factæ induciæ. Theodericus Dordraci animo dum multa voluit, tandem in morbum incidit inualescentem ad desperationem medicorum: cum cupientissime is optare, Guielmi germani colloquium, cui filiæ tutelam bellumque Branbanticum esse mandaturus videbatur; sed Adelheydis vxor nuncios in Frisiam ituros moram trahere, Hollandiam atq; filiam Ludouico Loonio animo destinans. Traxerat in suam sententiam Comitem Benthemi, aliosque virginis propinquos, mulier haud segnis, qui Ludouicum præsto venientem in Ontenao excipere. Comes vehementer absentem fratrem desiderans, Dordraci moritur, Pridie Non. Nouembr. cuius cognita morte Ludouicus Ontenao, Dordracum se mouet, vbi Ada virguncula protinus ei desponsa. Næ memorabile, fœminæ tam audacis & impudentis facto, spretis mariti funebriis, aulam gaudiis nuptialibus patuisse. Cæterum corpus Theoderici Dordraco Egmondam vectum, religiosi, exequiis negligenter curatis, D. Stephani protomartyris sacello condiderunt. Rexit annos tredecim.

Antistes Gelriam tentat.

Nuptiæ inter funebria.

Guielmus primus Comes Holland. Duodecimus.

PRINCIPEM illustrem princeps mage illustris sequuturus videbatur, si quanta potentia, tanta cum iustitia Comitatum vendicasset: sed dominandi cupidioribus nihil probitatis aut etiam fidei est, libidine enim habendi feruntur, nec amicis sæpe nec generi proprio inseruiunt, haud honestare, sed vtilitate omnia metientes. Quibus illud C. Iulii Cæsaris dictum in animo infixum hæret; Si ius violandum est imperii gratia, violetur; aliis in rebus pietatem colas. Etsi etenim cætera Guielmi Comitis strenui facta præclara merito censeri queant, illud tamen ei notam improbitatis inurit, quod Adæ fratris filiæ hæreditatem venientem post semel occupatam non reddidit. Adeo semper habet regni occupatio quamuis iniusta, quod culpæ prætendat: quæ autem ille ad hanc rem habuerit, pandet ipsa historiæ series.

Guielmus accepta germani morte ad portum Zypæ Rheni olim ostium, quod contra Corum it, Frisia nauigio applicans, misit ad Ludouicum, qui sibi in Egmondam eundi redeundique facultatem impetrarent, quo funeri fratrisque exequiis iniceret interesse. At tutores ipsaque Adelheydis Theodorici defuncti vxor, Guielmi nomen horrentes nuptiarumque solemnibus dediti legatos contemnere. Ægre hoc ferre Guielmus multique procerum, iampridem præsentium rerum fœminæque procacitatis offensi tædio. Externum principem neque recipere, neq; Reip. habenas diutius tam proteruæ fœminæ admittere, omnibus mens erat. Igitur Philippus Wassenarius; Walterus Egmondanus; Iacobus Leydanorum Burgrauius; Guielmus Teylingius; Albertus Bauiardus, Philippus Ryfunicus, nec non præcipue Florentius eius germanus ecclesiæ Traiectinæ præpositus, Ludouico facere clandestino fœdere bellum, hortarique Guielmum vt intrepide Comitatum ac hæreditarium capesseret. Sua illi omnes arma, fuam fidem polliceri, non esse quod formider, iampridem virtutis atque clementiæ fama studium atque fauorem populi acquisiuisse; id viri proprium haud deesse fortunæ sese præbenti, nec oblata casu flectere ad consilium; prisco stemmate prognatum omnibus inuisum se reddere nouum & externum. Adelheydim fœminam insolita prorsum & inaudita leuitate, amicitiæ omnis pacisque violatricem, & humani affectus oblitam medio luctu gaudiis aulam oppleuisse. Adhæc eam ausam inscia & cõtempta prouinciæ nobilitate tam importuno tempore generum sibi externum quærere, illum principem Hollandiæ parare; cuncta igitur bene cessura, modo acceleret, quem patrii penates felici iam auspicio expectarent; alioquin actum fore de prouincia. Cum instarent acriores Guielmum facile ad quod cupiebat impulere, quem dolor & indignatio, & dominandi libido stimulabat. Itaque audendum ratus ductu Philippi Wassenarii Vlaerdingam Guielmus venire, ac inde Cyriacum traiecta Mosa. Lætari vniuersim eius aduentu ciues, nouaque eorum animis spes oriri, vniuersis in fidem Guielmi abeuntibus. Et iam menstruus dies aderat, quo Adelheydis cum filia atque Ludouico totaq; clientela, Dor-

Antistes Gelriam tentat.

Comitatus in Ludouic. cum.

Maturandi in Rep.

draco pullo amictu solueret ad Egmondam matito defuncto, iusta funebria solutura, cum vix Hetlemũ ingressis nunciaretur Kinhemaros esse Guielmi factos studiosos. Quamobrem veriti Egmondam ire, inermes retrocedere. Etenim Walterus Egmondanus & Albertus Bauiardus Kinhemaros iamdudum Herlemi aduersus Ludouicum Adelheydimque concitauerant. Venere itaque Traiectum consilio Gigisberti Aemstelii auxilia ibi rogaturi. Ada nouiter nupta, atque Rogerus Marhemus princeps Oestuornæ cum Ottone Burano, cæteroque numero militum Leydim trepidi peruenerunt. Quod vbi indomita plebs Kinhemariæ percepisset, Walterus Egmondanus, simulque Philippus Wassenarius cum Rhenanis, quantocius eo properare, machinasque mœnibus admouere, vt vel metu vel incertitudine commeatus, ciues se dedere sint compulsi. Quibus nunciatis tam prosperis Zelandia rate huc aduolare Guielmus, Adenque neptim ac vna pedissequas ad Tessaliam in custodiam bene munitam ac tutam mittere. Insula est haud procul à Zypa lactis caseique ouiumque abundans, Frisiam Orientalem spectans. Ac tum cedere Guielmo principatus, qui procerum partes Ludouici sequentium bona protinus palam fisco addixit. Cæterum Ludouicus totus ira æstuans, & pelli & vinci se indignans, gratiam ambire Colonienſis atque Leodienſis episcoporũ, & auxilia vocare Comitũ Flandriæ ac Cliuiæ nec nõ Ducis Limburgensis. Imprimis autẽ, in quo omnẽ spẽ collocabat, cõducere Traiectinorũ opẽ Antistitis bis mille talentis, spon dereq; si vincat, abs se Hollandiã in feudum acceptutũ, fideiq; gratia, fratrẽ obsidẽ dedit. Admirandũ hoc loco, quod multos forte si narrem mouebit, Brabantiæ Ducẽ non conculasse suo exercitu Hollandos, tum ferme ptostratos & ciuili bello iacentes. Verum si coniectare licet, nihil enimuspiam quid de hoc scriptum repperi, putem Ludouicum vel Adelheydim ad rerum suarum secutitatem, post mortem Theodorici, fædus cum eo qualicumq; modo icisse. Ad propositum reuertor. Dum Ludouicus hæc studet, Guielmus Zelandiam reuisit, vt eam in fide retineret, & si res poscseret, copias inde pararet; Kinhemariamque Waltero Egmondano & Alberto Bauiatdo, Rhenolandiani Philippo Wassenario & Guielmo Theylingio tuendam committit. Atqui Kinhemari protinus elasse parata, Ligonibus aggerem perfodere, nec non Lacum, Rhenum contra Septentrionem excipientem agris passim superfundere, vt passim quo vellent nauigarent, cunctaque ad Traiectum vsque depopularentur, Amstelia, Wesopo, Mudiaco Amstelandiæ vrbibus solo tenus dirutis, atque ingenti præda onusti ad propria remearent. Rhenolandi etiam suam regionem tutari, duobus erectis validissimis propugnaculis, vno ad Buscopium, altero, Suamei damum, illud Florentio Traiectinorum præposito, hoc Ottoni Benthemi Comiti creditum. Itaque Ludouicus & antistes in vltionem totis animis propensi bipartito exercitu Hollandiam inuadere. Antistes ad Aquilonem in Kinhemaros ire Duce Gigisberto Amstelio, & propter Mudiacum Comitem Benthemi prœlio fundere ac vincere. Dein belli fortunam sequi, & quod magni esset momenti leui equo per paludes pedestres copias ad Buscopium ducere trimiliatio Leyda distantem, vbi Florentius tuendum propugnaculum acceperat. Quo viso milites, quod eius ditionis essent, neque missilia in antistitis exercitum mittere, neque repugnare satis audebant, vt citra cædem & sanguinem Antistes propugnaculo hoc potiretur. Florentius factus præda, missusque Horstum in custodiam. Victis igitur & pagis quaquauersum receptis, mage penetrare, eumque Leydam terrore perculsi oppido recipere. Cuncta etiam prospere ad Australem regionem Ludouico succedere, Dordracenis se huic submittentibus, metu, dubium, an fauore, quippe apud eos nuptiarum suarum solemnia voluntate Adelheydis essent acta. Guielmus interim ex insulis Mosam classe infestare, duasque naues commeatu, vinoque Ludouici mensæ destinato in Cyriacum abducere. Cũ Victor Ludouicus Dordraco soluens Leydim venire Antistiti gratulatum, vbi dum pariter inter se captant consilia, proceres vndique adesse, aut sponte aut spe aliqua sollicitati, atque illi sacramentum dicere: quorum nominatissimi, vt referunt Annales, Iohannes Persinus, Arnoldus & Henricus Ryswici; Gualterus Rimenus; Isbrandus & Gerardus Herlemi; quibus ductoribus Ludouicus atque Antistes obuios ex ordine vicos & pagos recipere. Kinhemari, ducibus Gualtero & Alatdo, prœlio decertaturi, horum aduentum præstolari; at solettia Isbrandi & Gerardi, effrenatæ plebis furorem repressit, & pugna haud commissa, fecit, vt pacis conditiones acciperent. Kinhemarus pro damno dato aggereque perfosso Antistiti & Gigisberto quingentas argenti libras appenderet, & quietus partem neutram sequeretur. Itaque Kinhemarus classem pacto subducere, ac tum Guielmi mater & vxor, nec non Walterus & Alardus compulsi Kinhemaria cedere, & ad Frisios Orientales se recipere. Cum Ludouicus rerum securus ad sacra Limina D. Adelberti proficiscens, vota soluturus, S. Agathæ ac vna domos & possessiones quam

Ada cum pedissequis custodiæ tradita.

Bellum.

Nota.

Ludouicus & Antistes victores.

quam Gualteritã Alardi relictas incendio cõsumeret. Interea Antistes exercitu Herlemi oppidi medio consedit, & seditionem metuens, & pecuniam à Kinhemaris pactã obseruans, cui incumbentem Ludouicus flexit, vt Traiectum migraret, quod tutis iam rebus vrbi geminus Dux atq; exercitus onerosior illi videretur. Siluit sub Ludouico tota Hollandia, & Guielmi Comitis nomen deletũ videbatur in Zelandia latentis, pro viribus difficillimo in tẽpore rebus consulturi. Nam & Namurcensium Comes, cuius in tutela Hannonia ac Flandria fuissent, traiecto Schaldis ostio, cursim in Valachtiã irrumpere, nec non Hugo Vornensis reliquas insulas Ludouici nomine tentare, & in vulgus de morte Guielmi falso rumorem spargere, Schaldiamq; omnino tenere. Sed post quæ audacioris animi Guielmus exhibendi se gratia ad eam adnauigauit naui piscatoria, vuida rete tectus, fefellitque hoc pacto exploratores, amissam insulam recipiens cum tota Zelandia, quod Hugo potentia factus ferocior se inuisum feciſſet popularibus. Quum ille per literas Gualterum Egmondanũ, Philippum Wassenarium & Guielmum Teylingium suatum rerum certiores facere, eosque vt Zelandos, ad se pellicere, iusso bellum non mouere prius quam cum copiis ad illos peruenisset. Qui euestigio ad arma Kinhemaros incitare, ac pellere Ludouicum octingentis suorum interemptis. Captus ea pugna Isbrandus Herlemus, & Princeps Laleni auunculus Ludouici, Ipse cessit retro, & ad Voorschotum propter Leydim castra fixit, quem atque eius exercitum Kinhemari fossa & vallo cingere, ne spes vlla fugæ daretur. Atqui ad pugnam temere ducentes ordines, magnam à belli gnaris accepere cladem, amissoque Leyda oppido, eorum aut cæsi, aut immersi Rheno quatuor milia, pondus armatorum ponte haud sustinente, Euasere tamen trans paludes, Egmondanus, Wassenarius & Bauiardus, solo Guielmo Teylingio captiuo relicto. Hęc cum ad Guielmum perferrẽtur ingemuit, quod ante eius aduentũ prælium tentarãt. Quamquã etiam prudens ille se suosq; in extrema necessitate ad periclitandam fortunã adhortari, spem vultu simulare ac sæpe dicere eam dubiis in rebus sæpenumero profuisse, metum quidem ne in secundis iuuare. Prælium quod esset gestum aduertum temeritate Kinhemarorum accidisse. Itaque classe in Mosam inuectus, ad Rysnicum statiua fecit, Voorschoto haud procul, vbi cum numeroso ac recenti victoria elato exercitu Ludouicus considere. Qui de aduentu Guielmi factus certior, Ducem mittit, Lymburgensem speculatum, mandatq; simul, vt si commodũ ipsi videretur, cum hoste de concordia & pace tractaret. At Guielmus eo factus ferocior, aurem prębere nolebat, & minabundus colloquium abrupit, inquiens, se iam nõ ad pacem sed bellum venisse, hæreditate sibi debitũ Comitatũ Hollandiæ armis repetitum, velleq; glorioſe aut vincere, aut honeste mori; extrema namque pericula non consiliis, sed ferro decernenda. Dux & verborum Comitis magnificentia, & Zelandæ gentis clamore horribili territus, simulque admirans frequentem multitudinem, armorum varietatem, acierumque ordines Voorschotum properare, & abitionem Ludouico persuadere, qui inde sua velli tentoria iubet, fugamque concitus init. Tum fæda totius exercitus fieri trepidatio & turbatio, alius alium fuga proculcare, alii arma vestes signa proiicere, alii merces venales linquere, & lixarum calonumque turba misere accelerare. Adeo desperatio Ducis totũ exercitum perturbabat. Vbi vero Zelandus vociferans conspici, & consternatos mage ac mage vrgeret multis auia consectantibus ac nimiũ propere metu festinantibus, spiritus intercluſus, at pluribus, quos hauserat Rhenus Lacusque Zyla exitio fuere. Cædi hostes Traiectum vsque cum nostri magna præda ac varia supellectile ditari. Ludouicus atq; cũ eo aliquot proceres vix Leyda Traiectum incolumes ad antistitem peruenere, cui pecuniæ loco promisso debitę, quotquot secũ captiuos Hollandia traxerat, reliquit. Pulso Ludouico Guielmus Hollandiæ, Zelandiæ ac Frisiæ factus Comes: coniugem habuit quam narrauimus, è qua suscepit Florentium successorem, Ottonem Traiectinorum antistitem, Guielmũ principem Kinhemariæ, Aden ad Renoburgum Dynastẽ, & Richardã Domicellã dictam à Delf, quæ campũ regium Sconinx Velt indigitatum, pulcherrimo ibidem loco condidit. Et iam hoste deuicto Guielmus, rebusque saluis, felix videri poterat, nisi antistes illi nouum negocium feciſſet. Etenim dum Folperti, atq; Florentij D.D. Asprę, oppidulũ nitereretur cum arce euertere, Comes ab Are frater Antistitis, Dordracum incensum venit, suorum prius amissis sex milibus, cum mox vtriusque animus ad pacem inclinaret, fœdusq; amicitiæ inter se ferirent tali arbitrio. Hollandiæ Comes, pro damno quod intulisset pontifici, mille penderet libras; & quod Stauerę à sacris redeunti vim feciſſet, ipse nudus pedes, atq; quingenti alii cum eo procumbentes, admissi huius violenti orarent veniam, & Henricũ Grussiũ in integrũ restitueret. Næ contumelioſa ea conditio, præsertim homini militari & victori; sed alia credam animum Comitis mouisse. Illud quoque in pactis erat, vti officiales episcopi in Hollandia manentes, Comitis; contra eius in episcopatu, Antistitis, essent.

Vt alterab.

Audax.

Ludouici fuga.

Guielmus Victor, Hollandia fit Comes.

Modo fundituseuersum Menasterium viruncularũ Pramonstra tensium.

Qui eo plurimum ditatus, quæ ad gerenda bella prædeceſſores varie oppigneraſſent, prædia redimere, arces vel vetuſtate conlapſas, vel ab hoſte deiectas impendio magno reficere, ac debitā Romanæ curiæ perſoluere. Tandem poſt exactos duodecim annos, quibus Pontificium non minus bellicoſe quam feliciter adminiſtraſſet, Dauentriæ moritur, ac Traiectum auectus, ibidem Cathedrali eccleſia ſepelitur. Cęterum fari pergam, vt cæpi, quæ cauſa Guielmum compulerit, vt in pace maturanda ſui eſſet tam deſpiciens videretur. Mogolinus Scotorum rex Guielmi auunculus extremis ſatisfecerat, cuius Scotiæ regnum hæreditario iure fuiſſet, niſi cunctanter properaſſet, ac princeps quidam interea id à Iohanne rege Angliæ in feudum accepiſſet. Itaque mox à grauioribus domeſticis negotiis expeditus, vt tum hoc ille conſilii ſtatuebat, vna cum Ludouico Francorū regis filio in Scotiam traiicere, & multas regni ciuitates ſuæ poteſtatis facere, totoque eſſet potitus, ſi non Ludouicus Loonius hoſtis armis nuper metuque debilitatus, vt in Comitatum reciperetur, animos procerū Hollandię ſollicitaſſet. Quibus cognitis, tametſi rebus ſecundiſſimis, à negotio deſtitit, quod incerta pro certis commutare nollet. Paulo poſt Ada Guielmi neptis moritur; ipſeq; Comitatum Hollandiæ feudali iure ab Frederico Imperatore accepit; inq; pace & tranquillitate viuebat. Adelheydis vxor moritur, Secund. Id Febr. Rhenoburgi conditā; de qua memorant crucem auream cælo delapſam in Hollandiam attuliſſe, caſu quem enarrabo. Commilitones Walterus Brabantus, atq; Walaminus Hollandus, ad ludicrum Haſtatorum certamen profecti, templū ingreſſi ad rem diuinam ſe parabant. Finitis ſacris S. Spiritus Walaminus abire, Gualtero ibidem hærente, officiumq; D. Virginis, quam iugi memoria ac mente deuota colebat, expectante. Itaque certaminis præterlapſa hora ei minus intereſſe valebat. Poſtridie autem equiria petuolitantem Valaminus ſodalem ſiſtere, & complecti ob pactam, quod aiebat, heſternam victoriam. At is negare ſe certamini tum interfuiſſe, dicereque iam primum aduentare. Valamino tamen id aſſeueranti, aliiſq; pluribus ſibi de victoria gratulantibus, rem, inquit, capio Valamine. Eſt omnino, quod aio, heri templo te diſcedente, ſacrum me D. Virginis tenuiſſe, quæ ſub imagine mea viſa mihi hanc famam & gloriam acquirere. Quamobrem huic tota vita militaturus, terreſtris militiæ pompis renuncio; amboque ingreſſi in monaſterium Heymerodenſe; ex monaſtica diſciplina ac ſacra victuri. Gualterus iam Pſalmodiam facere elegantiſſime didicerat, cum mente & vultu cœlum tuentis manibus in altum complicatis aurea crux illaberetur, Deum ſignificanter docens precibus eius annuere, quam Adelheydim in Hollandiam tuliſſe fertur, annuam pro ea butyri vim monaſterio addicentem. Defuncta Adelheyde Guielmus ſe ad ſecundas nuptias dare, vxoremque ducere Mariam Cathmundi Ducis Lancaſtriæ filiam, è qua nulla ſuſcepta prole mori, Secund. Non. Feb. Poſt ſex & viginti quam Orientalem Friſiam, & Hollandiam octodecim egregie annos adminiſtraſſet. Huius tumulus qui vxoris oſſa tegit. Defuncto Theodorico ab Are, Adulphus Archiepiſcopus Colonienſis; Otto epiſcopus Monaſterienſis, Gerardus epiſcopus Oſnaburgenſis fratres, & Guielmus Hollandiæ ac Otto Gelriæ Comites ambire pro Ottone Archidiacono S. Lantenſi, iuuene ingenio apprime bono, aſpectu venuſto, moribus egregiis, ſanguineq; illuſtri oriundo, quippe Gelriæ Comitis Germano, & Hollandiæ, ſororio; tum in cauſis iudicialibus ſingulariter exercitato, cæteriſque non minus Reip. negotiis, quamquam animi eius dotes virtutemque fortuna obſcurauit. Quo octodecim annorum ætate nec dum iuſta ad fungendum pontificio Romam profectus vt P. P. diſpenſationem acciperet, Northuſiæ febre marcens ac languidus, ſupremo die defungitur, Sext. Calen. April. poſtquam triennium eccleſiam in pace gubernaſſet. Cui quum prædicti Comites iuſta funebria Traiecti perſoluiſſent, ſuffragationem collegiorum pro Ottone filio Comitis Lippæ obtinuerunt, qui protinus ad Francofurtum Metropolitani benedictionem epiſcopalem, & Frederici ſecundi Imperatoris grauioris confirmationis teſtimonium, iuſtitiæ, quod vocant, temporalis, accepit. Idem cruce ſignatus cum Imperatore mare traiicere, feruentiſſimo fidei amore, Dioceſi interim Hermanno fratri demandata. Sub hoc tempus D. D. Dominicus & Franciſcus, tanquam noua ſydera Chriſtianæ religionis, apoſtolicæ vitæ atque doctrinæ delinimentis terrenarum voluptatum ſpecie captos mortales, ad modeſtiam vitæ morumq; ſanctimoniam reduxere. Ab hoc Minoritæ, illo Prædicatores, charitate paupertate atque humilitate gaudentes.

1218.

1222.

Otto Archidiaconus Lantenſis 33. Antiſtes.

Otto à Lippa 34. Antiſtes.

1205.

ARGV-

ARGVMENTVM
Libri Septimi.

Gesta trium Comitum crudeliter interemptorum. Otto Antistes bellum mouet primum in Gelros: Dein Rudolphum Couordiæ præfectum. à Tenčteris crudelissime interemptus. Cæsi mortem
10 *Vvilibrandus Antistes vindicat, Tenčterosq; armis domat. In Rudolphum rota latronum pœna animaduertit. Huic succedit Otto, Florentii Comitis germanus. Ecclesiam obaratam propriis redimit. De aggeribus & fluminibus Hollandiæ. In Stadingos arma vertit. Stemma principum Egmondanorum. Florentius Comes militaris virtutis Tyrocinium facturus à Zelotypo Claremonti Duce nequiter occisus. Margaretha Florentii filia Hennebergiæ Comes, Trecentos ac sexaginta quatuor infantes vno partu enixa. Principia Gorcomii. Qui proceres floruere: Guielmus Hollandiæ Comes viginti annos Romanorum rex consalutatus. Solennis ritus ordinis militaris, consecrandorumque Imperatorum Ceremonia. Albertus Magnus epulum Magiæ Guielmo parat. Aulam Hagæ Comitis Guielmus exædificat. Goeſminus Amſtelius pontificio cedit. Henricus Vtenensis locum eius supplet. Hinc bellum ortum inter Antistitem ac D. Amstelios & D. VVordenios. Bello victi ac vincti: Margaretha nigra Valachriam armis tentat. Cladem ingentem accipit. Guielmus rex Alpes transcendens ad Ia-*
20 *nuam pontificem accessit. Reditum in Italiam parante, vt Diadema acciperet, Frisii in Hollandiam incursant. Arma in eos vertit. Incaute agentem Frisii quatuor trucidant. Qui proceres floruere. Sub Florentio Comite, primum Kinhemari, Dein VVaterlandi ac Frisii, belli motum excitant: nobilitatem pellit: libertatem crepant, plebeios que attollunt. Gigisbertum D. Amstellandiæ Ducem capiunt. Traiectinis persuadet vti vrbe nobilitatem pellant. Gelriæ Comes & Antistes mequicquã Traiectum oppugnant. Varie pro tutela Florentii impuberis certatum. Iohannes Nassouius fit antistes. ecclesiæ vadimonia diuersis oppignerat. Præsulatu à Synodo abdicatus: Succedit Iohannes Zyricius: as alienum exsoluit. Vadimonia redimit. Gigisbertum D. Amstelandiæ Vredelandiam restaurare cu-*
30 *ntantem, ope Florentii Comitis vincit. Florentius denuĉta Frisia patris ossa inde in Hollandiã asportat. Felicissime aduersus Frisios bella confecit. Guidonem Flandriæ Comitem congressu superat. Sub hoc Gouda condita. De Volperto D Leerdami quodam, ac eius filio, Peregrino. Qui proceres per Hollandiam floruerunt. Coniuratio aduersus Comitem: Inter venandum abinvidiatoribus captus inque Mudeni arcem tractus: inde Cronenburgum auchentes Gerardus Velsius viginti ac vno vulneribus confudit. Ipse ac cæteri cum eo proditores, perfidiæ pœnas condigna morte luunt.*

LIBER SEPTIMVS.

40 *Florentius 4. Comes Hollandiæ Decimus Tertius.*

IRVM hoc libro Hollandiæ Comitum vitam & fortia facta enarrabimus, quos virtute ac gloria insuperabiles, inimica sors è medio sustulit, vt qui hæc leget, volub litatem rerum humanarum admirabitur, ad cælum ante euectos celebritate famæ ac nominis, tristi fato deprimentem, vt nihil fere cum ipsa gloria commercii in vita habuisse videantur. Prior de se plus spei quam rei specimen prouincie dedit, vitæ breuitate. Alter fortunæ beneficio tantum ornamenti & honoris acquisiuit, vt Hollandia cuiuis nationi Germaniæ gloriæ par esse videretur. Postremus præter præclaras res toties gestas æui quoq; longitudine valebat. Sed vt diximus,
50 plaga illa insanabilis atque ineuitabilis sors, in nullos magè quam præclarissimos sæuire sueta, omnes memorabili casu pessundedit. Florentius, Dux ludicri factus certaminis, ob inconsiderantiam mulierculæ, senis decrepiti & Zelotypi ira, cæde miserabili ruit. Guielmum male sibi cauentem palude Friso vnus ac alter misere perdunt. Alter autem Florentius ab intimis atque domesticis vno & viginti vulneribus crudelissime est confossus. Itaque vita eorum plena gloriæ, mors ingloria & inhonorata fuit. Videri quidem omnes magnitudine animi cuiuscunque periculi metum superasse, sed quo abiecto necesse erat ad omnes patere insidias. Verum ad historiam veniamus.

Florentius quartus principio statim iuuentutis ob rei militaris peritiam magnam passim laudem meruit. Maior autem populi beneuolentia ad eum accessit, & ob ætatem adhuc teneram, cui fauere solemus, & venustatem formæ mortalibus sæpe in principe

gratam; vt si longiorem ipsi vitam fata suppeditassent, nulli vnquam officio ad splendorem Reip. defore vidisset ætas. Coniugē habuit Machteldim, Henrici Ducis Brabantiæ filiam, e qua suscepit Guielmum regem Romanorum, Florentium præfidem, Adelheydim Hannoniæ & Margaretham Henenbergiæ Comites. Quibus temporibus Otto Antistes, Hierosolymitana expeditione solutus, quum pacata ac tranquilla alioqui omnia domi essent, quam maximis se vltro belli discordiarum que tædiis inuoluit. Grauata erat ecclesia ære alieno, Gelriæque atque Hollandię Comites vicorum aliquot eius præturas & iurisdictionem pignori tenebant. Sed de rationibus pecuniæ conficiendæ cogitantes, qua æs alienum deleretur, de tributis præfecturisque remittendis alter cari, ac bellum mox sequi : Et coacto vtrinque milite iti in prœlium propter Arcquelium, su- 10
Bellum inter Ottonem Antistitem & Comitē Gelra. perante Antistite, Gelrorum plurimis aut cæsis aut captis. Hinc ille indignari, & Florentii sui complicis, belli augendi gratia opem & fidem aduersus Ottonem Traiectinorum Antistitem impetrare. Qui magna classe Lacam inuectus, Geinum patentem vicum ac latum Aulamque Antistitus igne succendit. Cum Antistes auxiliaribus copiis Gerardi episcopi Bremensis fratris, Theodorici episcopi Monasterienſis, ac Hermā-
Conradus Portuensis. ni Comitis Lippæ suas augere. Et iam vtrinque animi in prœlium propendere, sed Conradus Portuensis episcopus Apostolicæ sedis legatus pactione bellum dissoluit. Hollandiæ Comes præturis suo ære grauatis cederet, quarum liberationem Antistes octingen-
Pax. Otto in Tencteros mouet. tis pondo argenti faceret: Gelriæ item, D. Martino præfecturas aliquot redderet, & Va- 20
sallos Antistes in feudum restitueret. Quibus transactis, in Rudolphum Couordiæ præfectum atque Tencteros eunti, ambo auxiliares copias Ottoni mittunt, qui Groningam grauiter obsidione premebat. Quocirca his adiutus, atque insuper Archiepiscopi Colonienſis, Episcopi Monasterienſis, Comitis Cliuiæ, & Comitis Benthemi copiis, Rudolphus properanti cedere, obsidionem que linquere, ac castrametari propter Couordiam, vbi latissima palus loci erat medio. Postridie Comes Goeræ D. Martini primipilaris, cum
Rudolphus victor. robore totius exercitus, grauis armaturæ, aduersus Rudolphum progredi, sed falsos natura loci, dum prœlium cientes gladiosque vibrantes sensim hiscerent, Tencteri non modo, verumetiam fœminæ eorum, tamquam despicatissimos crudeliter interficiunt. Reliquis diffuse palantibus Rudolphus equitatu instare, magnamque eorum copiam comprehendere. Capti Gelriæ Comes Gigisbertus Amstelandiæ, Theodoricus Ottonis 30
Ottonis mors. frater, Archidiaconus Dauentriæ. In Ottonem omne genus crudelitatis exercere, capiti mittam cum cute ac carne cultro abradere, & post vexationem infandam sub Aug. Cal. spurcissimo loco proiectum pedibus insolenter ac nefarie proculcare. Corpus furtim sublatum ad D. Martini conditum, nō sine acerbissimo populi dolore, postquā tredecim annis ecclesiæ præfuisset. Post cuius mortem Florentius Hollandiæ Comes, aliiq; principes & Vasalli Traiectum properare, supplicaturi pro Willibrando Padeburgensi episcopo, filio Comitis Oldenburgensis, cum electoribus suffragia trahentibus atque diutius deliberantibus tristi spectaculo Gelriæ Comes & Gigisbertus Amstelandiæ medio cætu bene saucii lectica locari, orareque vt redimendos magna pecunia se clerus iuuare
vellet. Quibus visis ille vbertim flere, nouusq; ac crudus amissi in bello antistitis fieri to- 40
Willibrandus 33. Antistes. tius populi dolor. Quocirca Willibrandum & constantem & audacem atq; ingenuum postulare, & ad eum mittere in Italiā, rebus Imperialibus occupatū, qui acta referrent, & postulationē ecclesiæ Traiectinę, Romanæ curiæ aperitent. Itaq; is Traiectū venire, atq; ex communi principum Vasallorum sententia pronunciare, non teneri Gelriæ Comitē ac Gisisbertum nec quotquot iuramento militari adstrinxissent se ad Rudolphū præfectum Couordiæ reuersuros; quod perfidus pridem grassator cui fidem debebat Antistitem excarnificasset. Dein copioso collecto exercitu in Tencteros atq; Rudolphum mouere, inq; eorum regionē irrumpere, hostes cōterere, ac pagos aliquot succendere, eoq;
Rudolphus victus. Antistes Baram fundi tus deleuit. Couordiam præsidio munuit. perpellere, vt datis obsidibus se dederēt, & Rudolphus pollliceretur Couordiam & Barā, ditionemq; vniuersam atq; iurisdictionē de manu in manum traditurum se Antistiti, quā 50
maiorū more possideret: tū damna, si quæ intulisset tribus M. Marcarum siue argenti siue auri pensaret. Ad hęc ibidem virgunculum cætum conderet D. Benedicti, dotaretque. Sed increpanda & innata Rudolphi animo perfidia, antistitem parumper absentem ad nouos labores prouocabat. Nam se præfectura spoliatum dolens visus insidiis Couordię castrum recuperare. Adeo semel admissam in se improbitatem seu perfidiam difficile est dedisce re. Crescit ea semper ac velut cancer serpit, quoad humanæ mentis me-
Nota. » dullam infecit. Nempe qui fidem datam de re aliqua semel ad ignominiam perfidæ flexit, nec cōstantiæ gloria mouetur, nec scelera quantumuis in sui perniciem horret. Quo nuntio accepto Willibrandus toties perfidum hostem bello adoriri statuebat, sed validissimum exercitum ipsa hyeme ac pluuiosa, ducere per palustria non audebat. Interim

Rudol-

Rudolphus Hardenburgum ad Antiſtitem venire ſolus præter vnicum Henricum Grauesdorpium pacis ineundæ ſpe, quem plurimum admiratus dum interrogaret, cur ita ageret, & inter ſe colloqui eſſet cæptum, illum è conclaui aliquot violenter abſtrahere, ne quicquam reclamante pontifice, atque vtroſque latronum pœna affi-
cere: condigna certe vtrique mors & pœna fuit. Cæterum Tenc̃teros denuo Groningiam obſidere parantes Egbertus præſes vniuerſim cum omni commeatu atque ſex centis equis in itinere comprehendit, plurimoſque eorum pagos incendit. Antiſtes etiam his & ſe tertio ad arma dare, & villas Couordiæ cum caſtri ſubvrbijs incendio ac flamma depaſcere, cædem ingentem patrare & ne ab adoleſcentulis, matribuſque temperare. Inter hæc Zvollæ mortalitatis vectigal perſoluit, poſt octennium quam eccleſiæ præfuiſſet. Conditus Traiecti ad S. Seruatij, cuius monaſteriæ primum lapidem iecerat. Ab illo ſuffragio vnanimi, Otto huius nominis tertius, Florentij Comitis Hollandiæ germanus, antiſtes eſt declaratus. Qui comitatu Orientalis Friſiæ ſpreto, amore ecclefiæ Traiectinæ oppreſſæ & iacentis, ad eam accurrere, æſque alienum diſſoluere, tum ob Tenc̃terorum diutinam rebellionem, tum aggeres crebra tempeſtate ventorum mariſque diſiectos, contractum. Diuendebat propria, quo ære alieno eccleſiam liberaret. Huius prece Florentius Comes aggerem aduerſus Lacam iecit, ab Ameronga vico aduſque Scononiam, vrbem eo tractu Hollandiæ primam. At cum aggerum mentio incidit, modica hic digreſſione vtar. Maiores noſtri, vt nunc, nec oppida tam valide munire, nec flumina prohibere aggeribus ſolebant. De oppidorum firmandorum ratione nonnulla attulimus, nunc de aggeribus dicemus. Druſus Auguſti priignus, faciendorum aggerum notionem primus monſtraſſe videtur, quamquam ne ſub Veſpaſiano quidem aggeres vlli eſſent. Cur autem maiores mentem ad eos non flecterent, non ex imperitia eorum aut inertia, quantum iudico, ſed duabus aliis potiſſimum de cauſis eſt. Patent ambæ, liquido mihi eas intuenti. Cinctus enim nunc aggeribus Rhenus, qui eſt apud nos pinguiſſimus, alueum ſuum limo opplet, vt pluviam humoremque naturalem agrorum minus excipere queat, quod vtriuſque fit & fluvij & agri malo. Altera eſt, Rheni per ſabuleta ad Cattnicum obſtructio, quæ dictum malum augere, vt olim quum profunditate aluei gauderet, atque illi liber curſus eſſet, aggeribus haud opus eſſe exiſtimarent. Tranſcendens enim Hyeme agrum tum oblimare, ſub veris initium ſeſe receptans in alueum, cum & ſublimior & pinguior ſuperfuſo viſco ager fieret. Itaque tum pœne ager quantum nunc agger fluminibus exſtare, neque etiam per æſtatem crebro poterant inundare, vt quoque inundaſſent, ſine noxa id fieri, quod in Tribunalia cum pecoribus coloni confugerent, & ſenis horis Oceani vicini fluxus & refluxus hic ſint perpetui. Nunc vero niſi maxima cœli temperie feruentiſſimoque calore, ager ſemper humet, iumentis multis in locis fœnum vix præbens, frugum alioqui feraciſſimus, vt & aggeres locare, ſi non perpetuo ſtagnaret, Hydromilaſque excogitare poſteritas fuerit coacta, quibus humore omni per canales & catarrhactarum ſubterraneas portas agrum leuat. Verum, vt diximus ſi nunquam Rhenus rapidiſſimus aggeribus coercitus & concluſus eſſet, liberque quo vellet laberetur, neque humore agri laborarent, neque aluei eius altitudo viſco oppleta eſſet. Nunc redeo ad hiſtoriam.

Rudolphus & Henricus Grauesdorpius latronum pœnam luunt.

Otto ab Hollandia 36. Antiſt.

Nota Lector de aggeribus perdoneum.

Anno humanæ ſalutis milleſimo ducenteſimo ac trigeſimo, hortante Gregorio pontifice eius nominis nono, Brabantiæ Dux, ac Cliuiæ Comes in Stadingos pariter expeditionem ſuſcipere, pulſis ſacerdotibus paganiſmum repetentes, impulſore hono ratiore quodam ac equite, tali ex cauſa. Vxor ſolenni Paſchate oblationem ex more faciens denariolum proiecit, quam Sacellanus nummum grauiorem daturam ſperarat. Quapropter indignabundus, mulieri ad communionem cum cæteris progreſſæ, eundem pro Euchariſtia impertiri. Quæ rei duritie territa, diuinam vindictam ac iram metuere, feſtinanter diſcedere, linteoque domi puro, quod acceperat, excipere. Viſo denariolo anxiæ membra pauore quati, triſtitiamque ea tum in vultu ferre. Percunctante marito, quid mæſta, quid tam ſubmiſſæ frontis eſſet, ipſa eum reſponſione ludificare, quam diu verbis prouocata rem totam exponeret, hæc audiens, iræ ac furoris plenus ille Sacerdotem interficere, & amicorum contubernio fretus, auſus & reliquos cleri vrbe exigere, nauci faciens ipſi humanæ ſocietatis factum ab epiſcopo interdictum, vt ſpreto Chriſto non erubeſceret cum vniuerſis ſibi ſubiectis idola amplecti. Quamobrem Gregorius tam grande nephas expiaturus mittere ingenio & doctrina viros præſtantes, qui erroris & nequitiæ caligine occæcatos in viam ſalutis reducerent, ſed quos contumelia varie affectos trucidabant. Cum ad precem

1230. Stadingia pars Bremenſis Dioceſi. Brema quondam Friſiorum termini.

Bremensis episcopi resecandos ab ecclesia Gregorius censeret, indulgeretque plenarie, qui in Stadingos armis proficiscerentur. vnde & cruce signatus noster Comes cum cæteris, quos diximus. Hi, vt hostilius non possent, cæde atque incendio cuncta delere, nec sexui nec ætati parcentes. Verum Hollandi nauantes negligenter, ab hoste ingentem accepere cladem. Cæsus Guielmus Egmondanus procer eius stemmatis decimus quartus, nec non deletę ad internecionem ferme Hollandorum copiæ, Decimo sexto Calend. Iunij. Dies, quo cæsi, ijs, sacer. Fanum est medio campi Hollandorum nuncupatum, in quo solenne quotannis sacrificium D. Virginis peragitur. Erant inter militantes, collegæ D. Dominici, Henricus atque alius cuius me nomen latet, qui recitatis vesperis collegæ cum diceret, addamus & completorium, ille, fili, inquit, dicemus ad superos. Nec mendax visum vaticinium, accidit enim ambo vt ante horam Completorij cæderentur. Hic baculum ferre solitus ferreis aculeolis, quo melius Crucis atque Christi triumphum nobilem recordaretur. Bremæ asseruant cruentatum, quod videre est, vt & ossa beati, subter testudinem supremi altaris. Qua victoria elati Stadingi, iterato in campum ausi prodire, 1111. M. suorum prælio amittunt, nostris excisionem, inflammationem, depopulationem, vastitatem tectis passim atque agris inferentibus. Hic repetere iuvat, quando equestri ordine cæsum Guielmum narrauimus prisæum illud atque illustrissimum stemma Egmondanotum. Frisijs olim reges fuisse, historicorum assensus comprobat. Postremus Radbodus est, eius gentis rex nominatissimus, qui in Francos vario eventu pugnās, à Carolo Martello tandem est superatus, quando Frisia in potestatē Francorum redacta, cum Radbodo regium simul nomen amisit. Radbodo successit Aldgillus filius, haud rex sed princeps Frisię saltē inferiotis, hic Wichindum & Goudebaldum genuit. Wichindi opera ad auitum regnum adspirantis Frisij à Carolo magno descisceere, à quo superati post egregie illi operam nauatam libertate sunt donati, regij nominis desiderium tum penitus linquentes. Goudebaldus ac v 11. M. cum eo Frisiorum, memorabili illa pugna contra Vascones montibus Pyreneis propter Roncivallem occubuit; Rolando Duce Gallorum omnium fortissimo, cum Radbodus Iunior Wichindo patri succedere qui Volbrandum genuit, inferioris Frisiæ principem. Is dum libertatem gentis suæ vult armis tueri, à Francis in pugna cæsus: Quippe Imperatoris Caroli Calui temporibus, Theodericus nepos primus Hollandiæ ac Frisiæ Comes dum nos resistimus, & iunctis copiis, patriis viuere legibus contendimus plurimos è nobilitate infelicitet pugnantes victor cæcidit, inter quos & Volbrandum; vt regium illud stemma prorsus iam protritum & conculcatum videretur. Sed quod post longa temporum spatia sub Theoderico sexto respirare cæpit. Bernoldus enim huius prosapiæ, integer, fidelis, ac solers, donatus advocateia monasterii Egmondensis, ac latifundio vulgo D'Houff dicto, locationis titulo emphyteoticæ, vt patronus ecclesiæ Egmondanæ perpetuo diceretur. Ante enim Dynastes ex Vasallis pro arbitrio advocatum deligere. Igitur posteritati consulturus arcem ibidem conspicuam ille cæpit exstruere, quam vt videre est Dodo filius omni ex parte absoluit. Quo defuncto relictis nullis liberis Alardus frater atque successor magnam laudem & gloriam virtute militari meruit, quem Theodericus sextus equidem auratum creauit, & nuncupari voluit Egmondanum: Bernoldus, aduocatus filius Bernoldi, filii Dodonis, filii Guielmi, filii Dodonis, filii Radbodi, filii Volbrandi à Francis cæsi, sub aduentum primi Comitis in Hollandiam. Facessant iam liuiduli atque ignaui blaterones, garrientes impudenter regium hoc atque illustrissimum stemma, aduocato mercenario oriundum, vetustiora ignorantes, aut se ignorare simulantes. Advocati quidem significatio est aut defensor aut patronus, verum advocationis huius olim erat tanta dignitas, vt Florentius Hollandiæ Comes decimus cum nomen illud sibi legitime asciuisset, quod hæreditario iure Dodo sibi admitti à Wiboldo Dynaste frustra postulasset, magna inter eos lis & contentio, vt sæpe alias, oriretur. Redeo nunc ad Florentium à quo digressi paululum sumus, forma, ætate, opibus, industria, præstantissimum virtute tantam laudem & gloriam invenientem vt militaria trophæa passim auferentis, desiderio vxor Comitis Claremontensis admodum exarserit. Quæ cum ad hoc primum consilium nullum inveniret, muliebri versutia, cui nihil impenetrabile, quæ sibi essent bona confingit.

Cladis.

Panes lunæ

Stemma Egmondanorum.

Vide Lib. 4.

Narrat marito vicinos principes ex ordine certamen ludicrum celebrasse, victoribusque proposuisse præmia, turpe in eo, qui cæteros nobilitate atq; potentia anteiret, nil tale vnquam curasse, qua ratione confidebat, si vir certamen ludicrum aperiret, proceres Germaniæ, atque ipsum quoque Florentium adfore. Perpulit sane ea suasio

Clare-

Claremontensem ludumque militarem Corbi celebraturum se passim significabat patefecitque ad eum venientibus aulam. Properare ilico eo Florentius ac Theoderi-
eus Cliuiæ Comites, & comitatu, & armorum apparatu decenti, consultantibusque de ludicri certaminis Duce Florentius Alemanicæ, Nigelli princeps militiæ Gallicanæ præficitur. Nec mora ordinantur acies, copiæque in palęstram vtrinque deductæ passis vexillis, reboante classico, cum Florentius obire omnia munia boni ducis, partium errorem pervidere, aciem perrumpere, suis auxilium ferre, ac quoties res poscreret, manum etiam consetere, vt spectatorum quique diceret, ille bonus & fortis, ille prælij callens, ille dux solus militia dignus. Claremontanus ac vxor hæc omnia ex alto spectare & audire, quæ ad laudem & præconium Florentij faciebant. At vero vxor quæ etiam absentis Florentii probitate fuisset incensa, viroſa mulier, nunc magę præsentis laude & gloria inflammari, vt præauiditate cognoscendi & impotentia celandi id fœpiuscule importunius à marito scitaretur, quis esset Florentius, & vbi iam ac alia huiusmodi, quibus notam quandam amoris sui erga eum non obscure dabat. Maritus his accensus ac Zelotypia delirans, video inquit, quò tanta tua cupiditas promulgandi huius ludicri certaminis tendat, eccum Florentium, vexillo fuluum leonem portantem, sed eum cuius amore teneris, quemque toties ita auide cognoscere desiderasti, testor, hisce manibus iam iam confecero: quo dicto induit se armis etsi ætate eorum esset insuetus, cum illa Florentio miserè timens, significare id illi pararet. Sed quod aut missus fefellit aut pro iuventa Comes tale nuncium flocci penderet, Claremontanus insaniæ iram adiungens, medijsque se dans Gallis aut perire aut perdere volens, in Florentium haud tale metuentem hostiliter incumbit. Qui postquam rem serio geri sentit, dextra Gallorum cuneum pro viribus aliquandiu à se repellere. Verum præcipiti furore antequam sui nil tale suspicantes impedito auxilium ferrent, eum Claremontanus obtruncare, Decim. Quart. Calend. Augusti. postquam in Comitatu admodum prospere annos duodecim exegisset. Ita muliebris intemperantia, decrepitique senis tam vesanus furor nobilissimo virtutis fortunæque progressum inuidit. Cliui Comes Florentij cognatus ac cæteri Germaniæ proceres, vbi tam horrendum videre facinus, futibundi, inque vindictam præcipites eadem in palæstra senem gladijs confodiunt, Nigellumque fugæ se committentem insequuti, quotquot Gallorum invenire erat occidere. Hic funebris illius certaminis finis fuit. Claremontani vxor tantorum malorum fons atque origo, spectans hæc ex alto se præcipitare cæperat, sed mente captam, inque irremedicabilem morbum lapsam quem Medici amorem hereos vocamus, ne caderet famuli prohibebant, pauloque post moritur. Cliui Comes Florentij cognati corpus balsamo invnctum procerum Alemanniæ magno comitatu Rhenoburgum auexit, magno Batauiæ luctu. Nihil enim Florentio vmquam ad summam felicitatem defuerat, si vel gratiam vel gloriam in qua erat spectes, & laudem semper apud pares sine invidia inveniebat. Machteldis vxor dehinc moritur, vndecimo Calendar. Ianuar. ad Losdunum condita monasterio virginum Cistercienſium, quod ipsa in vita construxerat. Ædificata medio campi, quo Florentius cecidit, pactione Ottonis Episcopi germani Comitis, collegiata, vt dicimus, ecclesia, à Nigello.

Florentius Tyro multum semper laudure- portat.

Mors Plutonia.

Eadem tede retaliauit.

Amor hereos morbus

Habuit filiam Margaretham Henenbergiæ Comitem, quam ferunt vno partu enixam infantes trecentos præter sexaginta quatuor, viuos ac baptismate initiatos. Imputant mendicæ petenti ab ea stipem geminos vlnis gestanti, ad quam grauida, laudabili simplicitate conversa, quum alterum mutuatum diceret, solitasque tantum fœtum vnum fœminas parturire, ac ideo exprobraret ignominioſe mulieri impudicitiam, talis haud sibi conscię eam exclamasse, dum negas à viro posse concipi gemi-
nos, meque fateris meretricem, faxit supremus DEVS, vti quot dies habet annus, tot vno partu proles edas. Valebat imprecatio, totidemque infantes quot dies habet annus sequenti parturiebat, quos sacro fonte omnes die parasceues pelui inclusos Antistes abluit. Masculis Iohannis, Femellis Elisabethæ nomen datum. Ipsa puerpera partu defecit, Lausduni monasterio sepulta. Ad huius rei tam singularis memoriam arcem fertur totidem feneſtris trans Vahalim, ad ripam Mosæ fluminis conditam corrupte Proyen, id est puerotum indigitatam, ab Hollandis bello Gelrico funditus excisam.

Margaretha vno partu 364. infantes vinos enixa.

Stupendus Comitis partus.

Arx Puerorum.

Sub hoc Comite Gorcomium ex hac causa cæpit. Prope Atqueliam firmum præsidium hærebat, vbi circum morari piscatores, quod Merua indidem defluit, qui vernacula nostra tum nuncupari *Gurrigheus*, hoc est, anxie atque auare piscatione viuentes, à quibus dein oppidum mutuauit nomen, in quod wolfarię casis diruris, paganos

Principia Gorcomij.

voluit Iohannes Arquelienſis commigrare, nouaſque iuxta dictum præſidium collocare: quo peracto locum muro ac vallo cinxit, atque ibidem eccleſiæ ornamenta vniuerſa Wolfariæ tranſportauit. Arcem quoque ad Orientem inſuperabilem vrbi adiecit, ſibi ac poſteris habitaculum.

Guielmus 2. Comes Hollandiæ XIV.

GVIELMVS huius nominis ſecundus, Florentio patre ex humanis ſublato, hæreditario Comitatus ornamenta accepit. Natus Leydæ Camera Hollandiæ, gaudebat vrbs olim hoc nomine. Ibidem etiamnum videre eſt baptiſterium ad D. Petri in quo renatus Chriſto. Hunc Otto Traiectinorum Antiſtes idemque patruus nondum ſeptennem, educare cæpit, & per ius poteſtatemque Tutelæ prouinciam adminiſtrare. Paria paternis fata, etſi gloria & laude ſublimem exceperunt, plenuſque commiſeratione exitus eius fuit. Vxor illi data Eliſabetha filia illuſtriſſimi ducis Brunwicenſis, è qua vnum ac ſolum Florentium ſuſcepit, ſibi ſuccedentem: At illegitimos ac nothos habuit plures. Referebat paternam indolem, gloriæ cupidus, ferrique quam auri amantior. Gratiam & benevolentiam principum pridem à patre partam, inſuper virtute & moribus augebat, animumque tam ad bellum quam pacem comparabat. Adoleſcentiam haud vt plerique ſuetus per ſocordiam & ignauiam aut venationes feratum terere, ſed ſagittas, ſed gladios, ſed armaturam tractare. Quo factum vt optimæ indolis, ac celebri fama per omnium ora volitaret. Per id tempus Gregorius decimus, Fridericum Imperatorem eius nominis ſecundum in eccleſiam Romanam ſuperbe agentem aç multa hoſtilia pertinaciſſime exercentem ſacro fulmine percuſſit.

Dein Innocentius quartus nolentem reſipiſcere, Synodicis Lugduni habitis, communi ſententia regni faſtigio atque imperio priuat. Cuius in locum electores Landgrauium Thuringiæ D. Eliſabetæ gnatum ſurrogant, qui quarto poſt anno moritur. Tum miſſus P. Capotius ad velum aureum D. Georgij Diaconus Cardinalis, qui noui deligendi principes electores admoneat. Itum conuentu ad Voringiam, pagum agri Colonienſis, cui & intereſſe Dux Brabantiæ Henricus Guielmi auunculus. Huius maxime opera ac voce, quod nec dignior iſta ætate, nec principes alius potentior videretur, quippe vberrimis & naturæ & fortunæ dotibus omnes anteiret, illum regem Romanorum conſalutant, cui ad gratiam vt diximus, naturæ, multæ ac magnæ ſuppetebant opes, plurimorum principum amicitia, paterna gloria, floſque ætatis. Vultu erat ad dignitatem nato, ſtatura ac corpore procero, capillo nigro, cute candida. Itaque extemplo celebratis ſolennibus, inaugurant, & Chriſtiano ritu, ad militarem gradum promouent. Cuius ritus conſueta breuiter ſi narrem, non culpandus videbor, vt militari dignitate atque ſacramento ornati hodie principes addiſcant, quale acceperint munus, pollicitumque dederint.

1247. ipſo Michaelis Archangelidie, ætatis anno vigeſimo acto.

Ritus militaris ordinis

Recitato euangelio è codice, Rex Bohemiæ eum coram Cardinale pontificijs indubijs amicto, armatum ſiſtit, poſtulante, vt velit ordinem militiæ profiteri atque ſuſcipere, literaſque tum vocabuli militis interpretatur. Oportet, inſit, miles ſit, Magnanimus, Ingenuus, Largus, Egregius, Strenuus, Magnanimus, in aduerſis: Ingenuus, ſtemate; Largus rogatoribus: Egregius, morum facie honeſta; Strenuus, militia, atque armis; perque diem eum paſſionem Ieſu Chriſti recolere, eccleſiæ Catholicæ ſe deuouere, eamque protegere, tueri inſontes, bella vitare iniuſta, vt æqua ſtipendia non renuere, Tyrocinia tantum exercitij cauſa frequentare, adhæc obedire, rempublicam neutiquam lædere, feudum Imperiale nunquam alienare, Deo ſpectante atque mortalibus vitam illibatam ducere, quibus addit, hæc ſi impleueris & temporalem & æternam tu gloriam merebere. *Ad* quæ inaugurandus: Ego militiæ princeps, ſacrique Imperij Vaſallus liber, ſolenniter iuro, militaris regulæ obſeruantiam, per ſacrum Euangelium quod manu tango. Cui viciſſim Cardinalis: hæc deuota profeſſio, ſit tuorum peccatorum vera remiſſio, Amen. Quibus peractis inaugurato Bohemiæ rex colaphum impingit, dicens: Te ordino, inque ſocietatem collegarum noſtrorum gratanter recipio; memoremque etiam facit colaphi coram Anna à CHRISTO ſuſcepti, vt opprobriorum CHRISTI vltor eſſe perpetuo velit. Dein Guielmus ac Bohemiæ regis filius, canentibus claſſicum tubis viſi haſtulis certare, aulam aperire, magnificeq; tridui totius epulum exhibere. Quarum rerū Innocentius factus certior, ſcribere

bere dispensatori suo, in hunc modum. Innocentius episcopus servus seruorum Dei, Rectori B. Mariæ ad Cosmedim, salutem & apostolicam benedictionem. Gaudium meum tibi fili significandum putaui, quod tanquam viuidum membrum capiti assentiri comprobaris. Lætus itaque hoc mecum cognosce. Ad tertium Calend. Octobr. in Voringia vico iuxta Coloniam, electus est in regem Romanorum, Guielmus, Comes Hollandiæ, summa primum concordia, cunctisque suffragijs electorum: Deinde, omnium principum Germaniæ applausu. Quare mecum gratuleris oportet, cunctique nobiscū quibus salus ecclesiæ cordi esse probatur. Speramus enim opitulante Deo, huius electi in tranquillitatem rebus redditum iri; Nam quo gaudia gaudijs cumulemus, h c Guielmus proprijs opibus potens, consanguinitate, affinitate, amicitiaque principum Germaniæ adeo excellit, vt nihil supra. Ad hæc iuuenta feruidus est, natus enim non plus annos viginti, corpore validus, moribusque vultuque gratiosus. fac itaque fili mihi gaudenti gratuleris. hæc omnia communices volo. Breui enim ecclesiæ hostium ceruices subiugabuntur. Datum, &c. Exacto triduo Aquisgranum vrbem it obsessum, à Grano denominatam per Neronem misso in exilium, quam is condidisse, & Carolus Magnus habitasse fertur, cuius ossa ac cineres collectos ibidē & conseruatos vidi. Mos est, at quo authore is primum introductus mihi penitus non constat, regem nouiter electum hanc obsidere, & cuiusvis operiri adventum potentioris, ad ostentandam industriam scientiamq; rei militaris, nec admitti prius, quam non ab hoste propulsus vrbem capiat dedition e aut armis. Atque equidem nostris ne quid hic præteriisse videar, cum venia euidenter fabulam narrabo, non quod consuetudinem eam inde profectam autumem. Comitem narrant è nostris fuisse, qui aliquando electum regem Aquisgrano turbarit, quod non ad se, vt cæteros Germaniæ principes scripsisset. Nam quum ab amicis diceretur illi restare Hollandiæ Comitem, regem eum neglexisse, fassumque non inconsulto præterire, atque contemptim appellasse aquarum Comitem, credam ob Oceanum regioni vicinum, insulasque infinitas & lacus. Quare nihil tale metuentem regē cum omni milite extuli basse, quo causante quod præter opinionem adesset, superbe fuisse loquutum; factum infectum reddo, atque abeo, tu nunc vires prorsum collige tuas & me certo expecta, mox redisse Comitem, regemque vicisse vt etiam manu ab eo caperetur: quibus maius portentum addunt, eundem pontifici capiti suo Diadema imposituro alapam impegisse, cur in catalogo Imperatorum eius minus fiat mentio. Quibus hæc placent, legant, mihi meræ nugæ videntur. Cæterum vt intermissa prosequar; Guielmus rem ingenioſe invenit qua absque bellico tumultu ciues ad deditionem compelleret. Nam qua parte vrbis è montibus recepti fontes exire solebant, his aggerem obiecit, vnde repente fiebat tanta inundatio, vt plateas domosque hausura videretur. Quocirca ciues se dedere, ingredientemque in vrbem Romanorum eum regem salutare pridie Calend. Novembr. clero pompa ecclesiastica occurrente. Sulphureæ hic aquæ salubres à quibus vibs nomen partim tenet, caput item D. Caroli regis ac corona, qua in vita redimitus prodibat. Postridie, solenni festiuitate omnium SS. de more consecrandum in ædem D. virginis Mariæ adducunt. Operæ pretium me facturum putem quod si res cunctas narrem, quas ad consecrationem adhibebant, dum vt iucunda relatu ita rara sint auditu. Sub vestibulum templi primum episcopus interpretari sym bola duo illa columnis innixa, quorum vnum lupa, alterum multiplicatæ linguæ, per lupam catulorum suorum cæteris animalibus amantiorem signi ficari aiebat, fidelitatem, quam æquum esset eum regno ac populo impendere: per multiplicatas linguas, cum authoritate prudentiam, quæ etsi cuncta audit, præesse tamen debet omnium linguis. Dein Monasterienſis & Nidenſis episcopi illum in sacrario adornare; adornatum Diaconi ritu Leodienſis Antistes, Henricus Gelriæ Comes, ac Otto Traiectinorum Antistes excipere & ante regale solium sistere; Conradus vero ab Heystaden archiepiscopus Colonienſis Italiæ cancellarius ita productum solium dignitatis consecendere faciebat. Ad regni clicens & imperij fastigium te admitto, super thronum regni & solium Dauid gloriose sede, iudicium & iustitiam in terris exerce. Dein precationibus aliquot præmissis, Moguntinus & Treuirenſis archiepiscopi ducere ad aram magnam, vbi in crucis formam humi prostratum Colonienſis interrogare. vis sanctam Catholicam fidem seruare, & operibus iustis sequi: ecclesias earundemque ministros tueri atque defendere? ius regni tibi à Deo commissum perpetuo curare: imperij bona iniuste ablata recuperare; inque vsus regni & imperij dicti convertere. Pauperum, viduarum, & Orphanorum vlcisci iniurias: SS. in Christo patri Romano pontifici & ecclesiæ Catholicæ debite parere, & fidem reuerenter exhibere: Respondere Rex, volo; diuino sustentus auxilio, Christianorumque precibus, sic me Deus eiusque sancti omnes adiuvent.

Epistola Innocentij.

Aquisgranū obsidet.

Nota fabulam.

Consecrandi ritus.

„ Post hæc Antistes Colonienſis quærere , principes electores, clerus ac populus, an ve-
„ lint ſe regi huiuſmodi ſubijcere, illi fidelitatem præſtare, iuſſionibus eius obtem perare, cum acclamarent vniuerſi, fiat, fiat. Hic denuo rex in longum ſe humi exporrigens
„ Colonienſis ita præfatus : Benedic Domine hunc regem noſtrum, qui regna omnia
„ moderaris à ſeculo, & tali benedictione eum clarifica , vt Dauidicæ teneat ſublimi-
„ tatis ſceptrum : Da ei tuo inſpiramine cum manſuetudine ita regere populum, ſicut
„ Salomonem feciſti regnum obtinere pacificum : Tibi ſemper ſit cum honore ſubdi-
„ tus, tibique militet, ſitque tuo clypeo protectus ac vbique tua gratia victor exiſtat.
„ Deus ineffabilis auctor mundi, conditor generis humani, auctor imperij, confirma-
„ tor regni , præſentem regem cum exercitu per interceſſionem omnium ſanctorum,
„ vbere benedictione locupleta, & in ſolium regni firma, ſtabilitate connecte. Viſita e-
„ um ſicut Moyſen in mari rubro: Ioſua in prælio: Gedeonem in agro: Samuelem in
„ templo, & illa benedictione eum ſigna, ſapientiæque rore perfunde, quam beatus Da-
„ uid in Pſalterio: & Salomon filius te remunerante percepit de cælo. Sis ei contra ho-
„ ſtes lorica, in aduerſis galea, clypeuſque protectionis ſempiternus, qui viuis, & re-
„ gnas Deus, per omnia ſecula ſeculorum, amen. Quibus recitatis regem leuabant in
„ genua, nudatumque ſcapulas, pectus, iunctaraſque brachiorum Gerardus Mogun-
„ tinenſis Antiſtes Germaniæ Cancellarius vngebat, dicens: vngote in regem Roma-
„ norum oleo ſacro, quo vncti reges & prophetæ , ſicut vnxit Samuel Dauidem in re-
„ gem, vt ſis benedictus & conſtitutus rex, ſuper populum iſtum, in nomine patris & fi-
„ lij & ſpiritus ſancti, Amen. His de more completis in ſolium regale locabant, vbi pri-
„ mum Arnoldus Isenburgius Trevirenſis Antiſtes, Galliæ cancellarius dona ſancti ſpiri-
„ tus eidem imprecari, vt ſapientiæ, intelligentiæ, ſcientiæ, pietatis, fortitudinis & con-
„ ſilij repleatur bono in timore Domini. Dein Marchio Brandenburgenſis cubicula-
„ rius regius annulum illi tradere, his verbis : Accipe ſignaculum monarchiæ, regnum
„ Romanum tuere atque inuicta virtute defende. Dux Saxoniæ iuſtitiæ regiæ execu-
„ tor, enſem, quo malos punire, bonos defendere debellareque ſuperbos liceat, Pa-
„ latinus Comes, dapifer regius, globo porrecto, orbem illi ſignificanter atque Romano
„ imperio ſubijcere, quo Auguſti nomen queat mereri, Rex Bohemiæ pincerna Coro-
„ nam Caroli Magni capiti imponebat, hæc dicens: Accipe Diadema ſplendidum, fiaſque
„ virtute moribuſque ita coruſcus, vt coronam æternæ felicitatis habere merearis in cæ-
„ lis. Ac tum ab vniuerſa multitudine ter acclamatum, regi magno & pacifico, ſalus, ho-
„ nor, vita & victoria. Singuli quoque principes ſacramentum illi dicere, ſeptiduum-
„ que mox totum aula ad omnem lætitiam patere. Octauo autem die de rebus regni
„ grauioribus actum. Nam bellum à Conrado Frederici filio oriri videbatur, pro rege
ſegerente: multaque caſtella atque oppida etiam per Germaniam tenente, vt regis
Guielmi ætatem animumque iuvenilem proceres egere moderatore ac rectore dice-
rent. Hanc ad rem delecti Traiectinorum Antiſtes regis Guielmi patruus : Dux Bra-
bantiæ, avunculus, Lubbertuſque Dynaſtes Egmondani, vir maturus ac egregius vice
Cancellarij fungens.

Inſula Caſaris à I. Caſare Rhenũ traiectio nuncupata.

Dimiſſis principibus rex Caſtella arceſque regni luſtrans, præfectum inſulæ Caſaris ſenſit imperium eius detrectare, cui toto plus anno obſidione commeatum omnem intercluſit, vt veniam petere cogeretur atque etiam impetrauerit, qui ob eam gratiam, & ob pertinacius cuſtoditam fidem meruit vxorem Theoderici Bredenrodij principis filiam accipere. Inde Leodium rex proficiſci, & Henricum Ottonis Gelriæ Comitis germanum pontificatum ibidem gerentem inuiſere, quorum pater fuiſſet Guielmi regis proavunculus. Cognati itaque inter ſe de benevolentia atque amore mutuo certare, cum Ottoni Gelriæ, in feudum caſtrum Nouiomagenſe atque oppidum cum iuriſdictione Guielmus daret, receptis ſupra vnam viginti Marcarum milibus argenti puri, quã donationem poſt Rudolphus Rom. rex confirmauit. Dein Cal. Ian. Coloniam venire, ſ
vbi Albertus cognomẽto magnus, epiſcopus Ratiſponenſis tum degere, in Theologia ac Phyſicis apprime exercitatus, peritiſſimus etiam magiæ naturalis, nõ Nigromantiæ, quæ ex infandis tota cõſtat incantationibus, ſed exactam atq; abſolutã philoſophiæ naturalis

Sophologia authoris nondum mihi reperta.

ſequitur rationẽ, per applicationẽ rerum, pro ingenita vi agentium, de quaego in Sophologia noſtra. Hic, ſi vera fama, regem ſecum conuiuandi gratia ad Monaſterium vocare, qui lubens adeſſe, ob famam quæ de eo ibat, aliis eius ſocietatis quam maxime indignantibus, quod nihil apparatus, pro regio ſtrepitu eſſet. Sed Albertus ad ſe venientem cum proceribus lætanter excipere, inque viridarium niue ac pruina concretum duce-

Epulum Alberti M.

re, aliis ipſa hyeme ſub dio timentibus accumbere, aliis cum rege, facti nouitate, rei euentum præſtolantibus. Cum ecce derepente aſperitas hyemis emolliri, æſtiuſque

calor solo radiante visus feruere, terra flores ac gramina, arboribus frondem, vitibus pampinos ac vuas fundentibus, atque concentus ibidem auium plaudentium aliis grata modulatione esset, spirantibus Zephyris, ipsis ad calorem sub arborum tegmine expassis: Epularum quoque venire mira varietas, diuersaque conspici ministrantium formæ vtriusque sexus, ac currere mixtas pueris puellas. Decurrente hoc fantasmate rerum quæ non erant, facies hyemis redire, exarere florida tellus, volucres conticere, bruma atque gelu reaccelerare, certatim vniuersis ignem tectaque repetentibus. Cum Albertus exoriare regem, vt sui ordinis vellet Monasterium ad Traiectum Rheni exstruere, collatis quæ in eiusdem stabilimentum satis essent. Quem ordinatis imperii rebus Traiectumque forte venientem Otto Antistes ac Clerus magna gratulatione excepere, quando primum ciuis & patronus vrbis factus amplam emeret in vrbe aream, magnamque auri vim in polliciti structuram monasterii conferret, præter vrbis priuilegia, ecclesiæque Dominicanorū immunitates, quas ille summa authoritate roborabat. Exinde illum vniuersa Hollandia, cum clamore & gaudio amplecti, quod talē genuisset, qui cum quouis Germanię totius principe de gloria animiq; virtute posset certare. Vbi aulam magnificam ac multum amænam è vestigio fecit, ad quam Tribunal forumque iudiciale Graueſanda transtulit magis ad pulchritudinem & amænitatem, quod dixi, quam munitionem fabricatam, viuario latissimo & viridanti ripa, tum ilicibus frondosis, nec non vicino nemore ad deambulandum venandumque oportuno. Regi autem censum pendere castellorum oppidorumque præfecti, vt rario iam maximo factus esset, superioriſque Germaniæ summa tranquillitas, de qua hic hærentem regem ciuitates plusquam septuaginta imperii fecere certiorem, sub hac forma.

Glorioso Romanorum regi Guielmo Senatores prætoreſque ciuitatum superioris Germaniæ debitam obedientiam. Maiestatem tuam certiores facimus quod conuentus Ciuitatum Germanię superioris celebratus est à nobis prope Maguntiam vigesima nona Iunij, atque ibi authore Imperialis Cameræ iusticiario illustri viro de Waldeco, sopitam omnem belli materiam, pacemq; in æternum statutam. Quocirca tuā clementiam rogatā volumus, vt concordiæ huius conditiones quo robur habeant, tua approbatione confirmentur, ad nostram omniū & regni tui vtilitatem. Simul & tuam præsentiam nostræ regioni salubertimam noueris ingenti desiderio à nobis præstolari. Datum apud Maguntiam, Pridie Calend. Iulij. Rex confirmata pace legatos muneribus promissisque suis auctos onustos dimisit. Nam præter alia, Ottonis Antistitis Traiectinorum maxime res ne quoquam discederet, vetabant. Qui stomachi querelarumque plenus regi narrare, quanta dispendia per Comitem Goræ ecclesia sensisset, quibus impulsus ille Traiectum ire, nec cessare, quum reum iterum ac iterum frustra citasset, quin armis adaram D. Martini indutis victum ipsum atque vinctum Antistiti traderet, vastatis eiusdem agris, familiæque etiam eius nomine delero. Defuncto Ottoni, secundo Nonas April. postquam annos sexdecim ecclesiæ præfuisset, quam depilatam inuenisset, sed diuitem reliquit, succedere Gosuuinus Amstelius, ad D. Iohannis Archidiaconus. Qui quum simplici esset ingenio, neque administrationi suæ par, pluraque ab hoc damna quam vtilitates sequerentur, præsente Romanorum rege Guielmo, Petro Caputio Cardinale, & Conrado Antistite Colonienſi, coacta Synodo, honori simul & oneri cessit. Qua in re Rex modestia vsus, omnem potestatem deligendi alium Archiepiscopo Colonienſi permisit. Qui Henricum à Vianden consanguineū nominare, quem Rex & libenti animo, & baculo atq; annulo inuestiuit. Filius erat illustris comitis Wigenenſis, archidiaconus Colonienſis ecclesiæ, magnanimus atq; sibi per omnem vitam constans, vtilis, pfecto ecclesiæ. Sed Amsteliū, & Wordenū proceres, liuor & indignatio capiebāt, quod Gosuinus cognatus maximo nominis sui probro reiectus, inq; eius locū Henricus suffectus esset; Igitur illi sumpta audacia, absente præsertim Guielmo animum ad bellum applicare, Gelrię Comitis fidem implorare, agroſq; sępiuscule Traiectinorū depopulari, cum vtrinque facti in bellum proni, contractis stipendiariorum auxiliariorumque copiis, inuicem prœlio & campum, & diem dicere. At quum prœliandi dies veniſſet, victoriæ spe plenus Henricus, passis portis vrbe egredi ad bellum, cui Colonienſis maiores adhuc vires promissis addere, atque omnis periculi securum illum reddere, adhortarique vt iret, inquiens, ego interim hanc vrbem ac Clerus, solenni supplicatione lustrabimus, exoratus à B. Martino quælibet poscenti, tribuet Deus, grassatorum atque diripientium ecclesiam vindici. Certo, quæ euentura, credo, ac tu quoque nesis dubius, in pignus hunc annulum tibi trado, debellatum cito fore. Guielmus accepto belli rumore, Traiectum properanter accelerare, prœlium ac pugnam partiū impediturus. Vix occidua porta vrbis Antistes cum exercitu egressus, quum ille per aduersum cona-

Gosuinus Amstelius 37. Antistes.

Henricus à Vianden 38. Antistes.

Amstelius & Vvordenius ad bellū se applicant.

Memorabile Colonienſium dictum ac factum.

Guielmus Traiectum properat.

tus ingredi, sperabat enim iam egressum posse antistitem consequi, at serae portis positae, ob ancipitem belli fortunam, regem retardabant. Seruabat vrbem Colonienſis publico bono, Deo supplicans cum clero, matronarum, imbelliumque multitudine omni domi relicta. Hic rex festinatior, dum putaret inutile nō statim ad se claues ferri, recludi portę clausſtra, atq; reuelli iussit, trepidantib. metu tota vrbe ciuib. Antistes etiā armatos videns etsi regem norat, non minus vrbi vacuæ defensoribus timere, aliis praesertim alia vociferantibus, vt in re trepida fieri solet, donec placida veniam impetrans voce, regem sic est affatus. Mirari, ô Rex, cleri, plebis imbellis, & matronarum turba, atque idem ego, quod verum fateor, quum amare te tranquillitatem ac sequi ciuium decet tuos hic tantum tumultus excitasse, quos in tam rebus dubiis, in ciuitatem defensore vacuam non intrasse oportebat. Nunc vero omnia armis ac minis complent, portasq; vrbis custodias effringunt. Aliter nos censes cogitare, quam aut tenere vrbem sine praesidio, aut perrumpentem vi hosti velle te adiungere. Haec plebs, haec ego, si loqui fas, omnino metuimus, quamquam ne quid dissimulemus, non eo vultu nos excipis, vt vereamur à tuis armis aliquid periculi. Cum ille: Nullam fraudem me in ciues meos (ciuis enim huius vrbis sum) machinari regem, credere oportuisset. An putabitis voluisse illum vrb em violare, quae me & suum ciuem & patronum vocat, & cuius nuper hostes magna mea impensa, vitęque periculo opitulante Deo deuici; Henrico non esse infensum me vel inde liquet, quod te flagitante, pontificem postularem. Exin inter nos nulla offensa, quin varie multum vtrinque initum est gratiae. Quod armatos inter inermes conspicitis, reuulsa portis repagula, causam dixero, metumque ex animis vestris reiicite. Celer ad menuntius venit adportans hodie antistitem in hostem iturum. Qua de re ad hunc diem praesto adesse volebam interdiu noctuque adequitans. Festinationis tantae meae testes anhelantes, fumantes, ac sudore diffluentes equi. Mens animusque mihi erat Antistitem consequi, pace bellum commutare. Nunc is abiit in hostes, quod Deus bene vertat ac secum tot egregios ciues obiicit periculo. Belli communis sors, quam ignauos tam fortes oppignerat. Nonne optata longe fuisset satius nostro foro, quam armis auferre, & si quicquid id est, feliciter illi succe ssurum sperem ac optem. Accedit, quod turpissimum est, quum nos etiam longinquas regiones bellare vetamus, vicinos principes ac meos inter se digladiari, & quod grauius, Antistitem cruentum bellum gerere. Haec aduentus mei causa, videlicet, vt praelium prohiberem, vobis aeque ac mihi inutile; vt quum festinato opus esset, & nemo portas reclauderet, earundem repagula reuelli imperarem. At quoniam nunc hora salubris consilii vestra trepidatione praeteriit, iam enim praeliari arbitror, atque nihil metuendum vobis fuisse & esse credatis, exercitum dimitto, atque vrbem, quam si voluissem occupare potuissem, restituo. Ita fatus tuba receptui canere, quum milites arma ponere, ac diuersoria laeti petere. Antistes victoria potitus, ad vesperam vrbem glorioſe ingredi. Amstelium & Woerdenum ducens captiuos, & vinctos, separatim iuxta Asturconis latera, vt inter medios obequitaret; quem Colonienſis atque Guielmus rex gaudio magno excipere, quod capita belli depressa viderent, tametsi horum prece, omnem eis culpam Antistes remisit. Postridie victoria ea superbus cum exercitu hostiliter vltum ibat Geltrum, Veluamque depopulatus, cum magna praeda, ac multis captiuis domum redit. Atque dein Vredelandiam locat, qua Amstelandiae heroes, ab rebellione abterreret. Graue post illa bellum regem excepit, ob Valachriam Zelandiae insulam, de qua aliquoties Flandris lis cum nostris fuisset. Est Insularum Rheni vltima, ostiū Schaldis contingens, huius duo praecipua oppida, Mittelburgum & Verae, item duo minora, circuitu tota septem miliariorum, ad quam Galli, Hispani, Angli, & Orientales mercibus adnauigare. Hanc conuocatis proceribus Margaretha cognomento nigra Flandriae Comes exponit in animo sibi esse vendicare, quorum mox consilio ad Guielmum mittit scisc itatum, num abs se vellet in feudum insulam accipere. Negare hoc ille, & dicere iniustam esse eam postulationem, liberasque Zelandiam & Hollandiam à maioribus se accepisse, monereque simul nil inconsulto eam agere, nam paratum se excipere omnes eius conatus. Quae audiens Margaretha mittit Guidonem Damperam, & Iohannem filios, & Theobaldum Comitē Ghiesenae, Walfridumque Comitem Berri, cum ingenti exercitu, ē Flandria, Pictauia, Vasconia collecto, ad inuadendam Valachriam. Quibus cognitis Henricus Dux Brabantiae aununculus regis Anturpiam eum ad se vocare, vt ardentem illam belli facem consilio ac pace restingueret. Vocatus Rex venire: missō in Valachriam Florentio fratre, haud cum paenitendo exercitu. Triduo frustra res iactata, quum Margaretha perfidia muliebri vsa suos volebat traiicere, hac spe, vt dum rex abesset, & de pace tractaret, nostri negligentiores in seruandis custodiis fierent, commodiusque opprimerentur. Quatum rerum nostri certiores facti, quod vtilissimum eis erat, ante

Colonienſis ad Regem.

Rex ad Colonienſem.

Amſtelius & Woerdenus captiui trahuntur.

Bellum Flandricū.

1253.

arte negligentiam simulare, & ad Westcappellam post colles latere, puppibusque egressos excipere, ac fide maiorem hostium facere stragem. Feruntur cæsa tum quinquaginta Flandrorum milia, totidem submersa intempestiue naues reperentium, nec pauciores esse captos. Sanguine talorum tenus campi hic inundare. Vix insulæ, de qua certamen erat, ad excipiendum tot milia hostium quot occisa erant, domiciliorum satis fuisset. Tantum vesaniæ dominandi libido parit. Quo nuncio accepto Guielmus Antuerpia celoce in Valachriam properare. Tum captiuorum miserrimus fieri fletus, supplicum & ad pedes regis procumbentium, quorum numerum abiectis armis è latebris prodeuntes augebant. Tantam hominum multitudinem miseratus Rex, vita ac libertate donabat & nudam atque exutam nauibus repetere Flandriam permisit. Quæ contumelia iis ob Margarethæ perfidiam relata. Sed memorandam infamiam non ferentes pisi foliis passim ibi innascentis agris virilia sua lumbosque tegere. Comes Ghiesenæ, Walfridusque dicti, ac insuper Margarethæ ambo filii in Hollandiam tracti, toto anno & septimanis sex Wateringiæ custodia firma conseruati, quorum minor Guido pedem vulneratus, ad vitam claudicabat. Nobis ea pugna secunda, ita volente fato, hostibus aduersa fuit. Et iam furibunda, quod ne dolo quidem vicisset, ignominiosa clade affecta, omnino in vltionem propendere; Iohannemque Auenionensem maximum natu filium, cui regis soror nupserat, & post mortem matris Hannonia cessura videbatur, ea priuare, causans ex se quidem, sed illegitimo thoro procreatum. Tantopere matrem inuidia fregit, vt sanguinem proprium calumniaretur, & pudicitiam vnicum illud matronarum ac præcipuum ornamentum minus nihilo extimaret, & Comiti Namurcensi, atq; Andegauensi, Hannoniam æternum possidendam traderet. Iohannes Hannonia pulsum se iri videns, querelis Adeleydæ cõiugis animũ aliquoties fatigare, quod tam lauto patrimonio ipsius causa carere cogeretur. Hæc querelarum mariti impatiens, Guielmo fratri lachrimando exponere, sibi indignari maritũ, ob ademptam illi Hannoniam. Qui ad Andegauensem scribere, vt iniuste Hannonia parta discedat, memorem gratiam quandoq; se illi exhibiturum. At is respondere Hannoniam se tenere atq; tenturum, nec gratia sua egere, societatemq; iam cum Margaretha Flandriæ Comite iisse. Igitur optare se, dies velit properare, quo eum extra aquas firmo solo cum armatis liceret præstolari, vtriusq; periculo. Non tulit eam iactantiam Rex, denuncians Andegauẽsi diem, quo secum ad Aschã congrederetur, & qui prior eo loci venisset, aduersarium triduo expectaret. Angere Andegauensem, magnanimitas regis, nil minus quum hoc responsi expectantem, vt quum frater Francorum Rex D. Ludouicus in re tam iniusta opem illi negaret, consultum venerit Margarethã, animos ei plenos spe vana facientem, dicentemque regem finibus procul nunquam excedere ausurum. Proinde regem certiorem faceret, accipere se conditionem locumque certandi, & Gallica audacia fretus, prior ad dictum campum venit, sed audito regii excercitus strepitu, Valenchenas retrocedere, quem insequi rex parabat atq; obsidere. Quod videns Andegauensis, clam noctu vrbe cedere, ac luce ciues vitæ rerumque incolumitatẽ pacti, portas vrbis regi aperire. Aliter hæc tradi scio, priorem in campum regem apparuisse, & Andegauensem operum ex condicto triduum, nulloque hoste adueniente, secessisse in Hannoniam Valenchenas recuperatum, quum Carolus Andegauensis, vt diximus, in peniteriorem Franciam inde auolare. Cæterum cum nec vincere nec vlcisci satis posset Margaretha regem, pacem ab eo poscere coacta, qui vt in hostem ferox, ita, quod regium est, placabilem supplici se præbuit, conditiones faciens sequentes. Margaretha æternum Zelandia cederet: Iohannes Auenensis, Hannoniam obtineret. Guidonis natu minoris filii Margarethæ, esset Flandria, ipse Alostum teneret, ac quatuor officia quæ vocant. Iohannes potitus Hannonia, ex Adelheyde vxore susceptit Iohannem Comitem Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ ac Frisiæ: Boetsardum Episcopum Metensem; Iohannem Antistitem Cameracensem; Guidonem, pontificem Traiectensem; & Florentium principẽ Morinẽsem. Margaretha dicta nigra, quod ad nigredinẽ fusca esset, mulier peruicaci admodum ingenio, perfidiæque exemplar singulare: Patrem habuit Balduuinum Flandriæ Comitẽ, memorabili virtute, qui recuperata Cõstantinopoli, Imperatoriã meritus maiestatem, dum Adrianopolim exercitu obsidet, captus ab hostibus venundatusque est ignoto habitu, & post diutinam atque acerbam seruitutem rediens domum, quod impostorem crederet nomenque mentiri, filiæ mandato, laqueo strangulatus. Aliis creditum Baldeuuinum ab Azane Bulgarorum rege, per tormenta carnificum necatum. Post hæc in Hollandiam Roma missus venit cum literis legatus cardinalis ad regem: Innocentius seruus seruorum Dei excellentissimo filio nostro Guielmo Roma-

Stragis.

Vigilia Trinitat. Martini.

Cacus Margarita furor.

Aliter hac paulo & verisimilius narrantur in Flandria Annalibus.

Campus Hannonia alibi Braban-tia dicunt.

Pax.

Nefandum seruorum fa-cinus.

1254.

„ norum regi salutem & Apostolicā benedictionem. Postea quā diuinæ complacitum vo-
„ luntati ecclesiæ suæ concordiam atque vnionem restitutum iri, te regem creari voluit:
„ cui etiam manifesta dedit benignitatis signa, victis quaquauersum ac sublatis aduersariis
„ tuis. Nam quæ bella prospere propitio Deo gesseris, minime nos præterit. Itaque misi-
„ mus dilectum filium nostrum Petrum S. Georgii ad Velum aureum, Diaconum Cardi-
„ nalem tuæ celsitudini gratulatum, simul & suasurum vti domesticis rebus compositis,
„ Romam coronandus accedas. Nam & qui vnus supererat Conradus è Friderici fil. is, is
„ quoque vita excessit, viam tibi tutam ad nos relinquens. Monemus paterne vt quoad
„ possis ad proximum Christi natalem diem præsto hic esse adnitare, de manibus nostris
„ Imperii Diadema accepturus: Datum &c. Rex consultationem trahens cum duodecim
Forte Genuam. intimis, Alpes transcendit, fagaciter explorans iter statumque Italiæ, quem ad Iauuam pontifex humaniter per aliquot dies excepit, rediturumque dimisit non sine donis. Abbati quoque Egmondano concessa ornamenta pontificalia, multaque insuper priuilegia. Germaniam re visurus Longobardos fallebat, simulans limina Apostolorum se velle
Littera regis ad Egmondanum. adire, vbi lætis omnes illum accipere, vt Abbati Egmondano literis testaretur, quantum se viso, Germanorum fuisset gaudium, his verbis: Guielmus Dei gratia Romanorū rex,
„ semper Augustus Abbati Vicecancellario suo gratiam &, omne bonum. Vt intellecta
„ continentia status nostri, in exaltatione tuus respiret animus, suscipiatq; materiam gau-
„ diorum: Noueris quod dum nuper in partes superioris Alemaniæ adiremus, omnium
„ vota in amplexione nostri dominii sic defixa inuenimus, vt cunctis tanquam mater super
„ vnico filio suo de mortuis resuscitato, viderentur nostris in aspectibus gratulari, nostris
„ præcise parendo beneplacitis & mandatis. Insuper accedat tibi ad cumulum gaudiorū,
„ quod castrum Driesuelt, & insignia imperialia, Diadema videlicet, cum multis sanctua-
„ riis & ornatu ineffabili lanceam & Coronam in nostro dominio iam habemus & paci-
„ fice possidemus. Datum Spiræ &c. Itaque reditum in Italiam apparante, vt solenni ritu
inauguratam more maiorum coronam capite acciperet, audit, Frisios Occidentales, quos non nisi præsens metus coercet, omnem dominatum perosos, in Hollandiæ agros
Rex Saxo petitus. hostiliter incursare, cædes admittere, miserosque deprædari, ratos iam abisse regem, & aut nunquam, aut non cito reuersurum: cum ille ne æmulis calumniandi se occasionem daret, propere in Frisiam proficisci, vt pœnas abiis sumeret. Qui postquam Traiectum cum magna ac valida manu militum veniret, proiectum incerto autore saxum sedentis in atrio D. Mariæ, & perquirentis à dignioribus, vbi commode ædem D. Georgii vo-
Traiectinis bellum denunciat. ram locaret, aliaque de rebus aulicis pertractantis, caput pœne contriuisset, stupentibus vniuersis. Quod manu leuans ac librās, en, Venerandi, ait, Traiectini, quam ac qualem mihi referant gratiam & ciui, & vrbis suæ patrono, qui nuper præsidio illis eram, meoque ære eorum hostes debellabam. Hoc ipsum caput isti saxo nunc eant comminutum. At testor Deū si vita anno comes fuerit, haud laturos inultum: quo dicto, dextrarium conscendere, vrbeque abire, missis fecialibus, qui eis bellum denunciarent, cum in Hollandiam se conferret, menteque ac animo vrbis obsidionem voluerat. Traiectini animis perculsi ad regem ire, publicamque innocentiam verbis tueri. Verum inflexibilis, inquit, nisi facinoris illius accepero caput, fixum animo, quod dixi. Tum abeuntes Traiectini, ad hoc temporis aliquali dilatione impetrata, callidam rationem indagandi inue-
Frisiam vastat. nire. Interea Rex in Frisios pergere, occidione regionem eorum vastare, & Torne burgū propter Almariam exstruere, sed quum iterato exercitu bipartito in illos properaret fata
Iterato in eos pergit. regem trahebant. Etenim Guielmo Brederodio, feliciter aduersus Drechterenses pugnante, ipse alterius ductor exercitus, dextrario insidens copiis iussis sequi, iter per paludem glacie concretam faciebat, ad Hoochwondiæ vicum vrendum, cum ab Frisiis post
Occidit. aream & arundineta latentibus, quæ fere ægre gelu conglutinat, interceptus, grauem armis equo palude subsidentem, tres quatuorue eorum spe prædæ, tanquam ouem electam abriperent atque occiderent, nescii regem. Illud imprimis mirandum, tantum temporis latronibus fuisse, vt occiderent, abriperent, exercitumque fallerent, nisi fortasse densi carices eos texere. Quid sequens exercitus egerit, non inuenio. Quamobrem tradere de rege occipiam, quod legi. Superuenere occisoribus Hollandia profligati, cæsum regem querulantes Frisiisque indicantes. Quod nondum illi credere quamdiu nō esset senex qui viso cadauere, atque exuuiis eius, Guielmum regem testaretur: En, in-
Foco villici insolitus. quiens, sua arma, fuluo auro splendida, nigra in iis relucente aquila, loricam simulque antiquum paludamentum, Frisii his timere, ac celeriter corpus regis, subter alterius focum, infodere, paucis tantum conscii. Hunc regi optimo atque bellicosissimo Duci fata vitæ exitum dedere, omni die plangendo. Splendidum illud principum lumen, vnicū
Exclamatio. atque æternum Hollandiæ decus, sui nimis securum ad inferenda melius quam cauendā peri-

da pericula scitum, debuit per latronum manus sic interire? quem pulchrius fuisset dimicantem medios inter hostes occumbere? O duram fatorum acerbitatem. Siccine alumnum oportuit vestrum, principem eximiq; indolis, tam indigna morte ferire, cuius virtutis laus per Orbem vniuersum personaret: cuius imperio cunctæ vrbes lætarentur, cuius deniq; felicitate atq; splendore Romana ecclesia exultaret, quæ per Fredericum pessundata videretur? O crudelia inquã fata, quo tandem consilio, eheu, tam acerba morte, principem tantopere illustrem, deleuistis, & pulso Reipublicę gaudio, pulla voluistis toga ciues in publicum mæstos prodire? Næ prospere tenetis imperia orditi, at felici medioq; rerum cursu principis stamina vitæ abrumpitis mortem immeriti, insontis, dignitatisque pleni. Quamquam nemo facile necessitatem istam flectat, quod non immerito canit Tragicus:

Seneca in hercule furente.

Lubricas rerum vices, & ambages,
Perfida nectis:
Inquã raro maximis virtutibus
Fortuna parcit.
Nemo se tuto diu periculis offerre
Tam crebris potest:
Quem sæpe transit casus aliquando
Inuenit.

Repete Senecam.

Cæterum facessat omnis hic quamquam iusta exclamatio, ne videamur Epicedion nectere. Administrauit vnum ac viginti annos prouinciam: occumbens regni septimo. Vaticinatam quandam ferunt, Sibyllæ nomine vulgatam, regis mortem; his verbis:

Germanum Leonculum Frises perimunt. Ita scriptum repperi. per Leonculum iuuentam: Germanum, Hollandiæ vexillum militare Leone fuluo signatum licebit accipere. Mos enim Germanis, vt se bello, aut vaticinio acuant, aut animi fiduciam ponant. Par quiddam loquuta fatidica Velleda bello Batauico, quod sub Vespasiano cum Frisiis communiter gestum, quæ prædicere excidium legionum. Nam nil nisi Velledæ nutu Frisii tum agere, aut receptare, ea inconsulta. Richardis amita, Delfi Domicella, in memoriam sempiternam Guielmi cæsi, ibidem virginum Præmonstratensium, nobile ac famosum monasterium campum vocitatum regium exstruxit. Elisabetha humanis mox cedens, Mittelburgi ad Præmonstratenses infossa.

Delforum campus regius vulgo S'comun velt.

Florentius. 5. Hollandiæ Comes. X V.

GVIELMVS quod vnicum Florentium filium infantula ætate hæredem reliquisset, ingens per Hollandiam motus rerum oriri, cum & Frisii nunquam non rebelles seditionẽ facere, & Hannonienses pro tutela certare. Insuper viscacies cælo turbido bellatorum concurrere, quod portentum vt principum animos habebat sollicitos, ita plebem accendit, credentem se rebellionis admoneri cœlitus. Accedebat sors patrui Florentii tutoris, Antuerpiæ ludicro Hastatorum in certamine ictu pereuntis. Primi Kinhemari siue prætorum Tyrannide læsi, est enim gens rei suæ admodum tenax, iniuriæque impatiens, siue incentoribus Frisiis motum excitare, multaque ædificia procerum splendida exurere, ipsis trepide Herlemum confugientibus, quibus dein se iungere Waterlandi promptissima voluntate. Pro decreto pariter habebant, pulsa nobilitate, castellisque procerum excisis, plebeios introducere, libertatem, & antiquum morem Germanorum reuocare. Itaque hi Herlemo vitato, quo in oppido valido esset præsidium, Amstelandiã ante omnia inuadere. Gigisbertus Amstelandiæ heros, ad resistendum impar, hostiumque suorum vindictam iam sperans, socium se iis ac ducem præbet, quorũ agmine Vrelandiã obsidione tentabat. Quæ dum minus succederet ob machinarũ bellicarũ inopiã, & Kinhemari ditionis suæ alimenta abriperẽt, magna solertia eos ab obsidione Vredelãdiæ auertit, Traiectumq; mouet, fiducia capiendi vrbẽ. Sub diei crepusculũ excubitores stationibus, indomitæ gentis aduenientis sensere strepitum, clamoreque ciues ad arma exciuerunt. Traditum miror Traiectinos credidisse, Tartarorum gentem aduenire, de quibus nusquam mentio, & Kinhemarorum Vredelandiam obsidentium vociferationes exaudire penitus potuisse. Itaque è mœnibus petito colloquio Traiectini scitari, cuiates, & quid armati adessent, quorum vnus cæteris eloquentior iis respondere. Nos liberæ gens, Kinhemari, Frisii Waterlandi, salutem vobis precamur, armis ad vrbis mœnia confidentes, nulla hostilia molituri, quos oratos volumus, vt vnam nobiscum causam & libertatem tueri placeat. Vindices & oppressores adsumus Tyrannidis, quam longum in nos exercuit nobilitas. Nostratem eiecimus, libeat etiam nunc vestratem vrbe abigere, si & salutis & libertatis

Kinhemari fiditiosi.

Kinhemari ad Traiectinos oratio.

„ amantiores estis. Ecqui diutius tot Tyrannos adeo acerbe in plebem grassantes, nostro
„ sanguine nostrisque sudoribus se alentes perferant, iuxta pecudes nos æstimare. Liberta-
„ tem nobis à natura atque Deo datam, charam esse oportere, vel muta animantia loquun-
„ tur, quibus ea nihil contingit gratius, vt ad negligendam ipsam difficulter adigi possint.
„ Non minores brutis vos ostendite, sed arripite etiam atque etiam oramus occasionem
„ oblatam. Nam insolentia haud ferenda lasciuiunt, exactionibus populum grauant, tribu
„ tis atterunt, vt nec paternos lares colere, nec vxores cũ liberis nutrire sat valeamus inо-
„ pia. Corradunt, exugunt, emungunt, nec obloqui datur, quod facient perpetuo, nisi tre-
„ nue nos ac nostra tueamur. Dulce sit seruitutis iugũ excutere, in libertate viuere, frui at-
„ que vti omnib. quæ animis mortaliũ esse grata solent. Hanc semper maiores cupidissime
„ amplecti, vt Romanis rerũ dominis nunquã se tributarios fecerint. Maiores, inquam, à
„ quibus vtinam filii nõ degeneretis, qui incitabulum sunt, huius nostri tam præclari faci-
„ noris. Plura sententiose ad hãc rem diceremus, si locus ac tempus verba magis quã arma
„ postularẽt. Quamobrẽ ite alacres sarcinã vrbis vestræ, ac grauem populo, cũ Tyrannide
„ excutite, & constituite, qui populo ius dicant. Grata omnibus ea oratio, ciuiumq; animi
ad eam, tanquã puluis in æs proiectum circumtinniebãt, oportune in armis stantiũ, Kin-
hemarij; suadela vniuersum magistratũ ac proceres mox vrbe expellentiũ, bonis eorum
in publicum redactis. Ac idem facere Amersfordienses, cum incolis Emelandiæ. Episco-
pus hæc intelligens, conciliata ope Gelriæ Comitis, ad Zeistum cum exercitu venit, vt
pulsam nobilitatẽ in pristinã dignitatẽ, & quæ cuiq; ablata essent restitueret, inq; fontes
animaduerteret seuerius. Verũ Gelrus, quanquã belli gnarus, multitudine Kinhemarorũ
cõspecta, suorũq; paucitatẽ animo voluens, in Veluam retrocedere, quod ipsi esset vtile.
Cum Ghigisbertus manu ac opera vtens Kinhemarorũ, suos hostes quaquauersum vi-
cisci, & arcem Giselberti Abcondani, Guielmi Risenburgii, atq; Huberti Vianensis ex-
cindere, Vredelandiamq; suæ potestatis facere, & ferire cũ Kinhemaris Traiectinis atq;
Amersfordiensibus, societatis ac fidei perpetuæ fœdus. Post quæ cũ oneri sibi magis esse
multitudinẽ, quam vsui animaduerteret, eam hac oratione domuitionẽ parare volebat;

Orane Giſilberti ad Eriſos.

O fortes; O populi Kinhemarorũ, quorũ maiores pro libertate sæpenumero certarunt.
Oqui talem recuperastis pergitote excelere. Illi bello Batauico, primi in Rom. castra ausi
„ itrũpere; at vestrũ nomen virtutis pondere grauissimũ, passim haud personabit? Vos Tra-
„ iectinorũ munitissimã vrbem, sola ostentatione armorũ patefecistis, & quę vestra tũ mo-
„ destia, ciuibus damnũ non intulistis, sed cõiunctissimos fecistis vobis, consiliorũ omniũ
„ societate. Amersfordienses in fidẽ traxistis; affligentiũ Rempublicã sceleratissima capita

Arces tuæ Hollandiæ quæ tueris.

profligastis, ad sempiternã nominis vestri memoriã. Diruta Abconda, excisa Risenbur-
gũ, euersa Vienna, ac præter has, arcem Vredelandiã insuperabili virtute, atq; armis pro-
„ priã acquisiuistis. Vos nuper hostes ambos duces exercitus territastis, spirãtes atrox bel-
„ lũ. Ab illis an quicquã metuetis, qui ne aspicere vos audent. Nã vobis aduentantibus, ita
„ laudatus à peritia militari Gelriæ Comes, conspectum vestrum haud tulit. Ipse Comes
„ pauorem fassus, plus militum sibi opus esse aduersum vos dicebat. At quid? subistitit nus-
„ quam, ne respexit quidẽ, licet euasit. Nã milites tum illi, an animi militibus deerant, quos
„ animi fortitudine atq; audacia repressistis. Faxit vtinam Deus duplicato exercitu redire
„ ausint & contra vos Martis aleã experiri, vt quid inter Kinhemarũ interfit, atq; feipsos in-
„ telligant. Nã video in hoc cætu, qui vel pernicitate equũ anteuertant, & sessorẽ non repe
„ tito ictu, illo deturbẽt. At satis iamdiu hic Antistitis atq; Gelri ludibria expectamus, cõsi-
„ dimus frustra. Cur libertatis amatores, accipite, quod mihi in mentẽ venit, quod si pro-
„ bare vos cognoro, gaudebo affatim, præclarisq; viris bonũ ducẽ me fuisse, imprimis du-
„ cam glorioſum. Gelrus nõ prodit, qui ne prodibit quidẽ; nam exploratũ habeo, nõ maio-
„ rẽ conscribere militẽ, sed muniendis locis ad Tyrannidẽ animũ dare: Nos nouo atq; in
„ audito more bellũ gerimus, quocunq; loci accessimus, Tyrannorũ tantũ capita petebа-
„ mus; spolia ne affectamus quidẽ libertatis authores. Nobilibus populũ consumere pul
„ chrũ, nobis fouere miseros; quod etiã hactenus seruatũ. Iam vero quid faciendũ vobis e-
„ loquar. Anni tẽpus modo, quo ager colendus ac serendus; quapropter vos domuitionẽ
„ parare suadeã, donec fruges in horrea cõdidimus. Posthac nobis erit reuolandũ, vt fuga-
„ cẽ Gelrũ, si quid audeat armis, fedibus pellamus. Nec metus, ne deserti à nobis Traiectini
„ atq; Amersfordiẽses, mali quicquã patiantur; per se facile Antistiti, satis negotii dederint.
„ Geltum vero vt formidemus, ridiculum; Nam suorũ quenq;, cõspectus vestrum pauere
facit. Aliæ quoq; res concurrunt; quid enim? omnia hostium bonũ ducem consilia scire
„ dixit, belligerabuntur tandem, quod spero, pro tutela infantis, nostri cæsi Comitis. Sed
„ nihil nobis liberis cum istis, ipsi inter se dimicandum putent. Mendicat etiam Antistes
„ aliunde auxilia; Nam Gelria eius dicto iam facta minus minusque obaudiens, coniun-
ctisque

ctisq; animis in libertatem propendet. Vere, si placet, nouo virtutis nostræ adeo præclaro fundamento, superstruemus, nec subsistemus ante, quam Coloniâ Agrippinam attigerimus, quâ vrbē Vespasiani Rom. Imp. temporibus, seruitutis iugo à vobis liberatā maiorū nostrorū literæ testificātur. Adeo nobiliter gentes bellicosæ, propriæ, vicinorumq; saluti, semper bene cōsuluistis. Abeamus itaq; nunc vniuersim nos reb. bene gestis domū, quandoq; maiores animos, apparatusq; ad bellū allaturi. Magno assensu, crebrisq; acclamationibus à multitudine excepta Gigisberti oratio: Ille solus duxbellādi gnarus, ille libertatis vindex, ille dignus, qui gentibus liberis imperitet, atq; ita in domos discessum. Verū Kinhemari, vel instigante eos Gigisberto q; vicinitas simultatē parere videbatur, vel sua spōte, Herlemum oppugnare. Erat in vrbe Ioh. Persinus eques auratus, ingenio pulchro atq; egregia animi audacia, qui cum cohortibus aliquot clam egressus, obuia quæq; vehicula comprehendere, pagosq; Kinhemarorum igne accēdere: cum (flammā à tergo conspicientes) illi obsidione relicta, ad sua quæq; tuēda accelerare, & oppidani cateruatim portis ruere, agmini hostium temere fugienti haud segniter instare, multos eorum obtruncare, cōplures rapere, & spoliis diuites in vrbē incolumes glorioseque reuerti. Inde animos sumētes Antistes ac Gelrus Traiectum obsidione cingere, verū fracti desperatione, ob crebra suorum vulnera, ciuiumq; audacissimorū concordiā, pedē retroferre, & Amersfordienses oppugnare: qui illico se dedere, rerum vitæq; pacta incolumitate: quanquā ob insolentius aliquod eorū dictū factumve victores oppidū excinderent, & ad sua se reciperēt. Post biennium proceres à plebe ciuitate eiecti, duce Zuedero Boschemo, homine impauido, nocte Traiectū recuperare, nō sine mutua facta cæde: cum victor Zuederus, plebeiū magistratū, proscribere, & veterē procerū restituere, etsi is nunquā quieseres, plebē sollicitare, vel literis, vel occulta præsentia, & ad ciuile bellū hortari. Cur ille accire Ioh. Catsiū Zelandū nomine Hannonienſis Comitis tutelā Florētij gerentē qui cū 500. aliis in vrbē ingredi, & de tribunali sella 1000. ac 500. è plebe, proscribere, motumq; reip. hoc pacto cohibere. Per opportunetutelę mētio incidit, quę ad Florentiū redire me monet, quod dudum volebā. Florent. Hollandiæ præses patruus Florentij Comitis primus tutelā administrabat, Hollandiamq; triennium haud incuriose rexit; quo Antwerpiæ peremptо, quod narrauimus, subire eius vicē Henric. Dux Brabantiæ. At hoc ob auaritiā & tyrannidē suorum ab omni procreatione amoto, lecta ab Zelandis tutrix Adelheydis Hannoniæ Comes. Hollandiæ proceres indignantes, rati inutiliter fœminæ tutelam committi, Gelriæ Comit. accersere rutorē. Hinc bellum, sed victor Comes Gel. copias Zelandiæ ad Bornenzeam occidione delere, atq; Hollandorum opera & præfecturā prouinciæ & tutelam obtinere, quoad iam adoleuisset Florentius & Buscoducum tyrocinij gratia profectū militari gradu Dux Brabantiæ insigniuisset, Tum Gelro pro administratione gratiæ actæ, iussuq; secedere. Inita autē cum Zelandis pace, regionis illius cura demandata Florent. filio materteræ Hannoniæ Comitis, quæ proadministratione tutelæ pridem pugnassет. Florentius vxorē duxit Beatricem filiam Comitis Flandriæ; Natum ex tali occasione coniugium. Nā cum Guido Dampierus, Margarethæ nigræ Flandriæ Comitis filius iterato expeditionē in Valachriā appararet, contra ire velle Florentius visus, nauali prælio. Sed quod bellū Brabantiæ Dux hac conditione intercepit; Florentius Guidonis filiam duceret vxorem, & Valachriā belli nutricem posſideret: qui ex ea suscipere liberos tredecim, Ioh. patri succedentem, reliquos ad Lausdunū sepultos, videl. Guielmum, Iacobum, Florentiū, Guielmum alterum, Ottonem, Beatricē, Ioh. alterum, Elisabethim, Machteldim ac Margaretham, *& *. Nothum item habuit wittonem, Amstęæ primo dominantem, Erat Florentius, quali plerique proceres Hollandiæ corpore procero; forma præstanti, agilitate immensa, vultu hilari, facundia singulari, & quod haud sciam an principem decet canendi laus, illi tributa: venationis quoque amantior, in vita solitus per agros, perque nemora errare, equitandi iaculandique artis peritissimus, lætosque cum nobilibus atque honoratioribus matronis sæpe sumebat dies. Procurauit Herlemo confinem, vmbris auiumque garritu longe amœnissimam ædificatiunculam ad omne genus delicias. Curiam etiam Hagiensem ampliauit, adiecta maiore aula cum Sacello. Nihil quod egregium in illo desiderasses. Iusti tenax, inopem iuxta diuitē habebat, facilis difficilisq; æque pro reomnibus, vt dum potentum aliquot nollet cupiditatibus obsequi, inuidiā ferret. De quibus dicturi postea, cū nobis redeundum ad Antist. necessario sit. Henricus vita functus, post quam annis 10. ecclesiæ præfuisset, magnum sui desiderium omnib. reliquit. Instituit ascetorium Steenvvici collegarum duodecim, primumq; lapidē (vt mos habet) fabricæ nouę D. Martini iecit, vbi publico luctu humatus ac sepositus. In cuius locum succedere Ioh. Nassouius comes, ingenio simplici, ac prorsus communi, neutiquam ad hoc munus idoneus. Solo suffragio contentus fulcimentum Rom. Pontificis spernere visus est. Administrauit vnum ac vi-

Ioh. Persin.

Antistes Traiectum frustra tentat.

Amersfordiam capit.

Proscripti occupant vrbem.

Florentius.

Indoles Florentij.

Vogelensang.

Ioh. Nassou. 39. Antist.

ginti annos sacro nullo gradu religionis initiatus, adeoq; obztratam religuit ecclesiam, ve rebus suis spoliatam, dicerent, patrono egere. Gigisberto Amstelio, Vredelandiam; Hermanno wordeno, Montofortum, aliaq; alijs loca pignori dederat. Quam ob rē Synodus illū ab administratione remouere, prætexens prophanum. Quo argumento docemur in clerum deligendos doctrinæ vitæq; probatæ, harum autem rerum habentes nihil, at quærentes sibi potentiam, reijciendos; etsi passim sæpe pessimorū hominum hodie plus valere ambitio & auaritia, quam optimorum virorum virtus atque grauitas. Cuius tum vicem subire Iohannes Zyricius eius nominis secundus, adiutus à Florentio & Pontifice magno reliquorum omnium fauore. Qui pontificatus initio æs alienū soluere, & oppignerata repignerare: vt quum Gigisbertus Amstelius causam excausa nectens tardius redderet Vredelandiā visus sit aduersus illum ire armis, Amstelandiamq; minis terroribusque complere. Cui Gisisbertus ac Hermannus neutiquam cedere, sed stipendiariorum copiis ex Hollandia collectis ad Zeforingam castra metari, vbi magno vtrinque animo pugnatum. Primū Gigisberti milites pelli, & Hermannus periculose vulnerari. Dein nihilominus eo prælium restaurante propugnatoribus Hollandis exercitus Antistitis, suppressus, coactus in Amersfordiam se recipere. Qua clade ille perculsus, vt in rebus desperatis & afflictis, prædecessores solebant, Florentij Comitis auxilium implorare. Animadvertendum hic, Hollandiæ Comites in periculis, nullis vnquam, quam ecclesiæ, præsidii plus tulisse, nec vnquam Episcopis grauiores habuisse hostes. Itaq; in desperatione rerum magna Antistitis, Florentius quantum posset celerrime & acerrime Vredelandiā ire oppugnatum, maiores Costimi Renesij iubens Zelandia venire ad se copias. Senserat hoc Gigisbertus vir nec impiger nec socors, venientemq; intercipere cum copiis nisus. Verum is ita composite in ordinem locatos suos ductare, vt visis hostibus, priores Zelandi clamorem attollerent, ac metuere facerent eos, dum ipsi metuebant nihil. Quid multis, ad Lonnū vicum armis concursum, vbi post multos vtrinque cæsos, ad Zelandos vertere se victoria, capto in pugna Gigisberto cum plerisq; commilitonib. Arnoldus Gigisberti frater Vredelandiæ præfectus, vbi aduersam pugnæ fortunā frattrisq; captiuitatem sensit, nil vspiam opis sperans, vt gratiā qualemcumq; iniret, aut ne vi caperetur, eam Florentio tradere, qua sane recepta, & armatis & necessarijs bene cōmunita, ille cum copiis in Hermannum pergere. Qui Florentio impar, importato in Montofurtum omni commeatu, fuga nil prius ducere, abireq; exulatum. Interea Comes hostis incursionem operiti, & circiter annum quam in obsidione hæsisset, machinis belli prius admotis, vrbē vi expugnare, qua potitus omnes quotquot intus erant, præter duos capitis supplicio afficere, præsidiumque in arce locare. Hæ causæ mox irarum coniurationisque in Comitem Hermanno atq; Gigisberto fuere, etsi post fædus nouam amicitiam simul inirent. Videlicet, Antistes Vredelandiam atq; Montfurtum reciperet: Cauerēt Gisbertus & Hermannus iureiurando, sub amittendorum pæna bonorum, numq; deinceps in Comitem vel Antistitem peccaturos, quum pro innata animi sui probi indole, nō modo omnem iram à se reijceret, verumetiam pro intimis atq; familiaribus eos seruaret. Hactenus Antistitū gratia digressi; nunc quæ ipse adolescens militaria facinora fecerit, narrabimus. A teneris, quod aiunt, vnguiculis, auersissimo in Frisios animo, cupiebat eis semper interitū adferre. Itaq; nondum 18. annos natus arduam in Frisios mouere expeditionem, collecto vndiq; exercitu, vt patris manes expiaret hostiū sanguine, cum venire Almariam ac postridie cū iis congredi ad Veronā videretur, licet infelici pugna, vt fusus fugatusq; in heyloam dare se cogeretur; vbi incredibili animi constantia, ille in vnum dispersum exercitū recolligere in magno, inquiens periculo, aut turpiter nobis fugiendū, aut fortiter resistendū. Indecorum illud & ignaui militis; hoc, præclara cupientis. Sequimini me, & pugnam hanc primam meā, mecū pugnate, siue fortitudinis exemplū siue ignauiæ fuero, tametsi mea dextra aut vltionē tot malorū pariet, aut finē, malo. n. honeste mori, quam hostib. fieri ludibriū. His dictis totis viribus in hostē incumbit, ac cruento prælio vincit, Frisiorū plusquam 800. cæsis, reliquis fuga dilabentibus. Priore prælio ipse amiserat milites 500. quorū præcipui Gualterus Egmōdanus filiusq; Guielmus. Werenboldus Hagienſ. filiusq; Albertus, Iacobus Wassenarius, Theoderic. Raephorstius ac Gerardus eiusdē frater; Gerard. Hermelenus, & Gualter. prætor Kinhemariæ. Posthæc ad domādos Frisios animū applicans ac si cū eis iā debellaret ad Scellegondā quatuor eorum miha cædere indeq; Nuwericū nauigio properans nec non mox Hoochvoudam, vbi hostes eum præstolari, extrema
» periclitaturus ad pugnam his verbis ille suos hortatur. Fortissimi commilitones hodie po
» stremum cum Frisiis certaturi mecum invictos capite animos, sumiteque virtutem
» patriam & antiquam, strenui. Parricidas vlciscamur, sacrosancta toties fœdera non ser-
» uantes, & ausos nuper patrem dare neci. Meritas iampridem luant dextris vestris pœnas,
» alioqui probro nobis ac dedecori erit, ipsis si hoc cesserit impune, vt egregium interque

Ioh. Zyric. 40. Antiſt.

In Giſiſbert. & Herman. monet.

Nota.

Florentius in Friſios vt.

Fugatus.

Oratio ad ſuos.

Victor.

laudes gloriæ vestræ numerabitur, si cæde eorũ, gladij sanguine in manibus vestris stillauerint. Per ego vos decora maiorũ & patris manes oro itemq; obtestor, vt nobilitatis vestræ gentisq; memores, digna animorum constantia, qua mecum præterita toleraſtis, etiam supremam hanc pugnam pugnare velitis. Me certe in perpetuũ aut victoria egregia nobilitabit, aut pugna. Honesta prius morte defungar, quam non hanc vlciscar gentem, vos ne moueat multitudo inconditæ plebis. Ad prælium facit non tam numerus quã virtus. Disciplinæ insolens multitudo in prosperis, sæpe sibi impedimento ad victoriam; in aduersis ad fugam. Contemnenda illis rei militaris peritia, nulla tolerãdi patientia, temeritas tantum apud eos, rixæ quam pugnæ aptior. Toties victi audaciam nunc sumento, vel secundæ res vos labefactabunt ac si non duriores in aduersis essetis? In prælio deferunt solum mortis contemptum: at nemo vnquam moriendo vicit, sed perimendo. Quapropter mecum ite pugnacissimi, & parricidij vniuscuiusque dextra sit vindex. Præueniamus hostem, facile erit nobis iniuriam ijs soluere, modo se virtus recognoscat. Qua oratione facti hilates, milites prompta animi voluntate in prælium ferri, cum contra Frisiorum præses, quem potestatem vocant, suos tali oratione adhortaretur.

Oratio prafidis ad milites.

Si quis vmquam populus, si quæ gens, summã rerum in pugnæ periculo positura, victoriæ spem aut potuit aut debuit animo concipere, magnam decet nos vincendi fiduciam capere, non minus iustam quam piam causam fouentes, ne publicam libertatem in qua alti & educati sumus hostes nobis ereptum eant. Neminem lacessimus, qui iniuriam propulsamus lacessiti, pro patria, aris, focis, & libertate, nulli populo non chara, vt aut necesse sit nos pugna vincere, aut victoriam quam maxime cruentam hosti relinquere. Itaque spernite hostium minas viri fortes ac liberi, cum causa, loco, multitudine superamus: Constantiam animique pristinam virtutem, masculo in pectore gerite, de vita omnium agitur. Patria, parentes, coniuges ac liberi, votis, nutu, fauore vos ad prælium adhortantur. Pulchrum erit vincere pro patria, aut mortem oppetere. Vtraque sors ingens: illa optabilis; hæc non recusanda, si necessitas imperabit. Ite igitur date que documentum posteris tuendæ libertatis, vt aut in libera patria viuatis, aut si ea cum libertate sit casura, simul occidere malitis, quam vt mancipia vilissima turpissimam seruitutem seruire. Tali ille oratione vsus, aut certe non multum dissimili, nam in tanta rerum vastitate ac vetustate, quis omnia enarrare queat, quum ne antiquis quidem rerum scriptoribus eiusce modi plene consectari fuerit integrum. Accensa, quod satis constat, est, per hanc orationem multitudo, nam vtrinque acies concurrere, condense semiscere, in inuicẽ desæuire per horas aliquot ancipiti Marte. Hollandos, bellica ac prisca virtus; Frisios metus mortis, & quod morte crudelius, pœna seruitutis & exilij, insuper acerbissimum odium nupera clade conceptum imprimis stimulare, donec Florẽtius in alieno solo cedere nescius, ausus pertinaciter Frisios vincere. Difficile in tam antiqua re, cæsorum numerum referre. Sunt qui tradant, cæsa fuisse eo prælio octo ac triginta Frisiorũ milia. Licet numerus fide videbitur maior, ingens certe eorum strages fuit. Porro Frisius prouectiore ætate, mortem deprecans pollicori Florentio patris regis Rom. sepulchrum proditurum, clamantibus licet multis, vitæ cupidissimũ hostem, necis differendæ gratia talia comminisci. Sed præeuntẽ Comes in villam quandam sequutus, in qua vbi corpus patris esset absconsum illi demonstrabat, alii foco, alii stabulo fuisse infossum autumant. Fossione prima quum nihil regis inventum, homini gladium intentare. Sed testem Deum implorantem, asserentemq; ibidem altissime infossum, sui permittebant cum viuere, alteraque fossione tẽtata, illi regis, Comitis sui patris, ossa inde legere, fordibusque pie mundata ex præscripto, Traiectũ asportare, vt postquã cæsi manib. parentassent, Mittelburgũ deferrentur. vbi monasterio Præmonstratensium, sublimi condita tumulo conspiciuntur. Quanquam prius post adeptam victoriam Florentius arcem Vindenissam exstruxit, eãq; præsidio probe ac reliquis necessarijs communiuit, quam cum patris ossibus in Hollandiam rediret. Per id tempus vixit præstigiator, qui se pro Friderico Imperatore ferret, multa defuncti dudum occulte dicta & facta aperiens, vultu, corpore, moribus prorsum illi haud absimilis, vt multorum fidem euincere. Ad quem in Mesiam quæstum venite Frisij, de Florentij Comitis tyrrannide, quẽ de sella & tribunali imperatorię Maiestatis ille citare, traditis legatis ad Antistitẽ Traiectinorũ literis, huius formæ: Fredericus Dei gratia Ro. Imperator semper Augusst. Venerabili episcopo Traiectensi, gratiam suam & omne bonum. Quum Imperatoriæ maiestatis sit, sedare discordiã & punire violentiam, fidelitatẽ tuam his præsentibus admonemus, quatenus Hollandiæ Comitẽ corã Vasallis Imperij constanter ammoneas, vt à violenta molestatione Frisonicæ gẽtis se cõtineat & desistat, alioqui aduersus ipsum procedemus, vt dictauerint iura legum. Si vero dictus Comes sibi quicquam iuris competere dixerit, ex priuilegiis imperatorum

Florentius victor.

Epistola Pseudo-Friderici Imperatoris.

seu regum in Frisonibus Libertinis, mandamus tibi, quatenus tunc eundem Comitem cites infra spatium sex hebdomadarum, cum eisdē priuilegiis in Mesia ostendēdis, ad nostrum imperiale consistorium. Datum, ibid. &c. Florentius satis superq; mortē Fredericī cōpertam habens, cui Manfredus nothus faucibus compressis spiritum intercluserat, hos tantum rescripsit versic.

Manfredus Friderici nothus.

Non es magnificus, quondam Cæsar Fridericus,
Non es Monarcha tu, sed Mesia Patriarcha.

falsariumq; mox Episcopus Colonienſ. deprehensum, fraudemq; confitentem ad Witteflorum, ligno exurit. An. 1285. Pontus quæq; per Hollandiā inundare, complureſq; mortales haurire. Idem Non. Feb. An. 1287. quā in Orientali, tam Occidentali Frisia, Kinhemaria, Zelandia atq; Flandria accidere vt in Chronico veteri manuscripto Egmōdensis est. Qua occasione Florentius expertectus, fine cæde vel sanguine suorum, Duce Theodorico Brederodio, cognomēto Pio, bellicoso principe, totā facile Frisiā subigere, quantumq; vbiuis vellet obsidum impetrare, & decurrentibus aquis, ad Medenblicum extremum Occidentalis Frisiæ oppidum, arcem à fundamentis excitare, aliquantumq; ibidē hęrere, ratus Frisios Otiētales indignari, ob arcem sibi imminentē. Ac inde se dare Almariam, ædificareq; parē propter Veronam, frontem Occidentalis Frisiæ in tutamen Hollandiæ, dictam Nienburgum, iacto per palustria aggere adviq; Almariam, propter quem & alterum adiecit Mittelburg. nec procul ab ea tertiam Toornoburgum, priorum obsidionē impediturum. Quartum item in Frisia Eymburgum, aliter Nieudornam. Eodem An. morte Alberti Vornensis Teylingorū feudum ad Florentiū deuolutum, quod etiam num Hollandiæ Comitatus tenet. Pacata Frisia imò deuicta potius Guido Flandriæ Comes in Valachriā traijcere, etsi iampridē Beatrix filia Florētio nupsisset, ex qua liberos aliquot susceperat. Nam Zelandorū nonnulli duce imprimis Wolfardo Verensi, ad augendam potentiā Guidoni promittere, si vellet ac præsto esset, se illi prouinciā subiecturos: Cū is venire Brielas per Mosam, & Florentius vxorem quo reliquos melius in fide cōtineret in Mittelburg. mittere, famosissimum mercatu totius Valachriæ oppidū, ac vna loh. maximū natu filium, ipse verò cum exercitu pertingere Ziriacum, petiturus Mittelburgum, vbi adesse nō segniter visus Brabantiæ Dux asserēs Guidonem socerum percupere generi sui Florentii colloquium, & orare vt publica fide data, cuius se testem illi diceret, secum statim Brielas inde properare vellet. Ad quæ Florentius ætate feruens, reiq; nouitate motus respondere, quid illius colloquiū perat, quē pellere totumq; proterere nititur. Quod haud ita esse quū affirmasset Brabantus, ac certissime polliceretur insuper se pacem inter ipsos facturum, ire noster cum eo ad Flandrum, qui vtrunq; conspectum soluta fide captivum tenere. Ibi Florentius: Itane tu proditor, hæccine illa data fides? Brabantus, quis putarat, en vna vt tecum in fortuna hic fim: ha ha, Comes, communis huius fortunæ meminero. Qua voce timere Dux pacemq; tum pacto inter illos facere, videlicet, Guidoni ad nominatum diem Florentius certam pecuniæ summam persolueret, cuius ipse vas esset. Cęterum fregeritne fidē Guido, an fefellerit Brabantus, lectori iudicādum relinquo. Certe Hollādorum maior quam Brabantorū laudata animi est simplicitas. Flandrorum animus plane corruptus versutias facere nouit. Adveniente itaq; solutionis die Florētius ne teruncium Guidoni annumerare, sed vadem pecunias soluere iussit. quę res Florentio eius peperit odium, vt postea manus daret cōiuratis in captionem Comitis. His gestis, & pace domi forisq; parta, Florentius cæpit animum ad Scotiæ regnum ac maternā hæreditatem adijcere. Quam ad rem, obmolientibus eius aduentum quibusdā ptimoribus, videns sibi auxilio opus esse, ille cum rege Anglorū affinitatem facere gnatamq; eius gnato despondere. Quo ante pubertatē mortuo iterato Florentius cum loh. filio natu maximo in Angliam proficisci atq; eidem Eduardi filiā Elisabetham matrimonio acquirere. Hinc liquet arrogantiam Scotorum vanam, quum fungeremur legationis munere ad regem Scotiæ Iacobum I V. anno in bello quo aduersus Anglos caderet, nobis persuadere volentium regium Scotorū stemma, præ alijs haberi, illustrissimū, quod masc ula prole fœcundum, neq; ad venas neq; fœminas regno succedentes vnquam habuisset. Quippe Ada Henrici Scotorum regis filia, Comitis Hollandiæ Florentij huius nominis tertij vxor, patre vita defuncto, hæreditate Scotiæ regnū acquisiuit. Ita quoq; alii sæpe, vt & noster Comes modo, Scotiæ, regnum vendicare voluerunt. Interea siue accitus à Zelandis eius socer Guido Flandriæ Comes, siue is Florentij potentiā augeri non ferens, vt fere altissima petit liuor, vicinusq; princeps solicitudinē principi parit, ex qua sæpe bellum oriri, siue etiam iam absente eo, Valachriā quanto cum exercitu quibat, invadere. At Florentius de motu factus Flandrorum certior, soluere ocyus Anglia, Vlissingamq; applicare, Schaldis propter ostium, quod Flandriam interluit & Valachriam, & ad eum convenire breui, quam Hollandiæ, tam Frisiæ exercitus: cum Flandrorum copiæ ad Cadsandam coire &

Arces extructa.

Toornoburgum arcem furoru appellat Heda.

Aduerte dolos principum.

Author legationis suæ ad Scotiæ regem.

Bellum inter Guidonem & Florentium ac strages Flandrorū.

Iohan-

Iohannes Reneſſius trecentorum tantum ductor Zelandorum, Scluſam incendere & cædere hoſtium tria milia. Vix creditum tantulis ſuis, tantas hoſtium copias auſum fuiſſe ſuperare. At moderatiores tria hoſtium milia oppugnaſſe eum cenſent, atque ex illis tantum, cecidiſſe trecentos. Friſij quoque Zelandorum gloriæ æmuli Ducē Theodorico Brederodio in Caſandam ad hoſtium caſtra traijcere, atque ibi occiſis eorum non minus quadringentis, villiſque aliquot incenſis, incolumes cum præda ad ſuos reuerti. Quibus cladibus affecti Flandri, claſſem multitudine nauium magnitudineque conſpicuam in altum ducere, quod noſtri conſpicientes ſe continere, donec euenire, quod ſuſpicarentur. Nam quum è nauibus deſcendere, prædaſque agere incendiaque miſcere, Sodinus Crunigenus & Borſalienſis ambo duces Zelandorum eos animaduerterent, exercitus prece, indolentis villas ſuas exuri, diſparatis copijs, alius aliud latus hoſtis inuadere, reditumque ad naues Flandris prohibere, quum eos à fronte excipere Florentius cum Hollandis ac Friſijs, quo nouo terriculamento perculſi, dum elabi haud daretur, pugnam tentare ſunt compulſi, ſed aut cæſi omnes aut capti. Poſt hanc victoriam ſequente ſacro die paraſceues vxor Florentij Beatrix motitur, Rhenoburgi infoſſa. Sub hoc Florentio, anno proxime dicto Gouda Hollandiæ vrbs cōdita, ad littus Iſelæ. Quippe propter Leydim obſtructo Rheno, quod aliquoties dixi, corriuati ſunt aliorſū ex eo, fluuij Iſela & Laca in Moſam exonerantes. Itaque quum non pateret nauigatio & exitus non tam liber in mare eſſet, quam olim, per alucos & foſſas flumina circunducta ſunt, atque eo etiam loci, vbi nunc vrbs, foſſa laborata eſt admodum flexuoſa propter Alphenum Rheno ſe miſcens, quam pendulæ ex ligno & recidentes per tranſuerſum ſiſtunt valuæ, ne fluxus Iſelæ campos inundet. Tum ſtatio nauium indidem creſcere, ac exſtrui diuerſoria aliquot, quæ ita breui augeri, vt Georgi paluſtria exoſi ſparſimque ante habitantes propter aggerem Iſelæ coirent, & de transferenda eccleſia cogitarent, & locus iam mœnia poſcere videretur. Dein Comites Bleſenſes, quorū ditio ea erat, notantes indies habitatorū numerum ſubuenire, latiori pomœrio ciuitatis in morem mœnibus ac foſſis fecerunt, vt cernere eſt. Gaudet vrbs perpetuo fluxu atque refluxu Iſelæ aquis mundiſſimis, defecatis, atq; exoptatiſſimis, excoquendæ cereuiſiæ aptiſſimis, quales tota hæc noſtra regio, nec colore, nec ſapore pares habet. Argumento eſt, coctores cerealium ſupra trecentos ac quinquaginta in ea fuiſſe, potum non modo Hollandiæ, verum etiam Zelandiæ ac potiſſimum Flandriæ, ad vitæ alimoniam ſubminiſtrantes. A comitate vel apud exteros commendata, eſtque inprimis in ea, atq; omni fere vicinitate, aeris temperies incredibilis, vt alijs ſæpenumero æſtuantibus peſtilentia vrbibus, hic non ſit laboratum; Specie omnibus grata, licet latiores mage quam anguſtiores ædes vrbis peregrinus mirabitur. Nam veram ſimplicitatem ciues, prudentiam magiſtratus tueri. Templum habet famoſum ob magnitudinem, & vitrorum pulchritudinē, in quibus haud Apellis artem deſideres. Macellum adeo fabrefactum, vt par hic non reperias, & quod ad vrbis decentiam facit, medio ac latiſſimo triangularis, formæ fori ſpacio Capitolium, vbi quondam palus erat, eleganti ſpecie ad conſultandum peropportunum. Circum vero pomœria hortos infinitos vernantes floribus, conſtroſque arboribus varij generis, vere de ſe per vrbem fragrantiam quādam ſpirantibus. Circa hæc quoq; tempora Volpertus vixit D. Leerdami & Haeſtrechti, deteſtabili ſcelere infamis, peſſimoq; odio in Iohannem Arquelienſem cognatum accenſus, qui vt eum ac alios ſibi aduerſos quouis modo vlciſceretur, Diabolo animam vouit. Conduxit igitur auro ædituum eccleſiæ Arquelienſis, vt ſub noctē Saluatoris natalem, qua diuinis officiis Iohannes intereſſe cōſueuerat obſeratis probe valuis, inſidias iam illi ſtructas campanula ſignificaret. Contigit autē Arquelienſem huius tantæ proditionis ignarum, ventris exonerandi gratia, famulo tantum vno comitatum templo exire, cum paulo poſt ędituus Volperdo ſignū dorſtū campanula dare, atq; is ex inſidijs ſurgere, eccleſiā ſuccendere ac quotquot intus eſſent, fumo, flamma, igneq; ſuffocare, autumans Iohannē atq; ſuos cum cæteris iam periſſe. Quanquā ſecus quam ſperarat cadere res. Nā crepuſculo diei, luce adhuc dubia ædituum captum intellexit, quem Arquelienſis poſt variatormenta uſtulando neci dedit. Qui tum diris Dæmona execrationibus inſequi, abireq; exulatum, quoad reuertens, ſceleſcelerique iunctura, medio epulo, quod amicis faciebat, euanuit, nec vnquā poſt viſus. Alij volunt cum ſuccubis fœdos peregiſſe cōcubitus, & ab ijs humana ſpecie appa- bus, conuiuarum choro raptum per aera, ſanguiniſq; guttulas tres repertas rigeſcētes loco, pede quo ſteterat. Filius illi erat Peregrinus eque flagitioſus vt neſciat, patrene fuerit, an eo pater ſceleſtior. Nam diabolo quoq; animam vouit, vt longum viuens per proſpera iret. Tandem Lacam nauigantem, equus ater horrendū hinniens ac frendens, ſaltu ſcapham depreſſit, ſceleſtumq; fluctibus immerſit. Porro vt Comitis vitam proſequa-

Sunt qui autumant non Brederodium, ſed fratrem fuiſſe memorati paulo ante Iohan. Reneſſii.

Caſ 1700. Anno 1272. Sexto Cal. Nou.

Gouda condita.

Hæc non habet author ſed adieci, ſi bene, conſule item boni ſimmale ignoſce Lector.

Peregrinus.

mur, dolenda atq; miseranda adferamus. Erat in Kinhemaria Gerardus Velsius procer, cui in coniugem dare vellet Comes nobilem quandam, cuius consuetudine esse vsum crederetur. Nolle se, ille, assueranter, sortem eius ducere. Qua voce Comes factus irritatior, & rem occultatam palã fieri, respondit superbe, vellet, nollet, vxorẽ eam ducturum, cum Velsius Comitis dictũ parui faciens, filiã Hermanni wordeni, matrimonio sibi iungere, Ghiselberti Amstelij cognatam. Cur ablegato ad arduas causas Velsio, Comes Cronenburgum eius habitaculum petere: quem perbenigne vxor cum post cænam in cubiculũ introduxisset, colloquendi gratia ab eo retenta, atq; stuprata est. Fit vero legatione redire maritũ, qui vxorem non obtinere antiquum, & prodire minus nec osculo se ab eo excipi admiratus, mente dubia introire, vbi plorantem invenit. Scitante illo, fatinne res saluæ, singultu magno ac eiulatu ea rem omnem marito aperire, raptam sibi pudicitiam, vestigium alieni in lectulo suo inhærere, cur est, quod tibi pollutum, tametsi violato corpore animus sit insons, nolui pro more ferre osculum. Qui solari ægram, & à coacta noxam avertere, inq; authorem reijcere, ac dicere, mentẽ peccare nõ corpus, & vnde consiliũ abfuerit, culpam abesse, nihilo eam secius ob hoc se in vita habiturum, imo ob spectatã fidem atq; pudicitiam chariorẽ, iurareq; per quid nõ, impune haud adultero facinus cessurũ. Et in Gerardo quidẽ hæc tam acerbi odij in suum principem causa fuit, quæ si, vt fama, est, potuit non iniusta videri. *At* Hermannus socer, his cognitis pridem in gratiã Antistitis à Comite pulsus, sed post, eiusdẽ opera, in reconciliationẽ & antiquã familiaritatem ab Antistite receptus, iniuriq; potius, quam beneficiorũ memor, omnia momenta obseruare, & priore suo casu insuper adhuc accensus, quoscunq; opportunos, vel vlla de re infensos Comiti norat, querelis præoccupare. Gigisberti vnius fortunæ ante secum participis mentẽ facile flectere. De Velsio minime dubitare, quod sua potissimũ res referret. Multos quoq; pergebat proceres versute & callide aduersus Comitem incitare. Imo etiã facienda quæ huic videbantur Duci Brabantiæ, quod vas nuper factus, pecuniam imperatam Florẽtio, esset coactus, Flandriæ Comiti Guidoni persoluere. Consilio itaq; Socerj Velsius cũ oppidi procere Iohanne Heusdenũ ire, N. Cuncquio, ibidẽ communicaturi, indeq; perrecturi Bergisomum, per simulationem ad patratæ à quodã cædis reconciliationẽ faciendam. Vbi Cuncquius dicere, idem videri Duci Brabantiæ quod illis, fidelẽ prorsum fore, neq; etiã Guidonẽ fore difficilẽ. Solus terrebat rex Angliæ, cuius fidei, incertos. Quamobrẽ & is tentandus videbatur. Vnde cõventũ illi Cameraci sibimet decernere, quæ munia Velsius imprimis solerter ac studiose exequi. Venit Cameracũ Antistes Duramensis regis nomine Angliæ: Guidonis, Senatores duo Ducis Brabantiæ, Cuncquius, tum cæteri, ad quos ea res spectabat. Decretũ illic capiendũ Comitẽ, & ad custodiã in Angliã transmittendũ, ita forte tum volẽte rege, vti maturaret filiæ, nuptæ Florentij maximo natu filio Iohanni, Hollandiæ Comitatũ, præterquam pulchrũ & gloriosum sibi putaret, tantũ principẽ asseruare in custodiis, quod magni semper quiddã est Anglis. Florentius eiusce perfidiæ ignarus, ad animi voluptatẽ interim se per otiũ venatione, aucupio, & cãtu oblectare. Fuisse traditur, cõplures, quib. res innotuisset. Quod nulli indiciis eã aperirent, dicere mihi incertũ, nisi conjectẽ, aut magnã fuisse cõiuratorũ potentiã vt metus & discrimen esset indicare, aut ipsum, vt erat aperto animo, delatoribus præclusisse aurẽ. Nam & N. Cuncquio, ne in coniuratorũ numero haberetur, libellũ Comiti mittẽte, quo bellũ ei denũciaret, altũ cachinnos tulisse fertur, dixisseq; me miserũ, quẽ Cuncq. parat pellere. Ad quã porro vocẽ quũ expalluisset Sacerdos libelli Lator, iussisse eũ bono esse animo, abituroq; adhibuisse custodiã. Evenit fortuito Traiecti inter Zulenos atq; vrbis magistratũ fieri dissidium, ad quod cõponendum ire cũ eo coniurati, omnẽ occasionẽ obseruantes. Magis putẽ composite seditionẽ factã per eos, quo melius cædẽ Comitis perficerent, præberetq; hostibus facultatẽ sui capiundi. Nam spectantibus popularibus nemo haud facile eorum esset ausus intra Comitatus cancellos, tale facinus perpetrare. Ne Antist. quidẽ à coniurationis suspicione liberauerim, vberibus tum Hollandiæ inhiantem, & pænitentem mox aperte se non obsessos metu atq; omni periculo coniuratos armis eripuisse. Eam in me suspicionẽ facit augere, quod ita res clam omnes Traiecti erat, vt mulierc la celeri porrectione in templum introeundi chartã in manus dederit inscriptam his verbis: *Regia proles, inclyte princeps, lege quæ Psaltes pradixit: Homo pacis meæ in quo speraham, magnificauit super me supplantationem.* Alij putant diuino numine fuisse afflatam, etsi anilia hæc ipse putaret, intraque se diceret Turni illud:

O mater curis ne quicquam exterrita vanis.

Celebrauerat forte cum vrbis optimatibus epulum, cum se paulisper daret quieti, vt dici reliquum, experrectus, festivus ac lætus sumeret. Interea Hermannus foris latere in insidiis & Gigisbertus somno placantem artus alta voce mox culcitra advenandum prouocare, magnã dicens sereno vim volatiliũ cõsidere, sciebat. n. ipsum impẽse aucupio dele-

Censura authoris.

Hermannus cominationis caput.

ctari. Qui ephippiariis stratis portis præceps ruere, duorũ non amplius cõsanguineorũ ab Hannonia cõmitatu, præter paucos aliorũ, vt mos fere est principib. & cõsuetudo raros secũ & inermes in venationẽ ducere, Nisum pulcherrimũ primorib. vehens. In agros vbi ventũ infelix videt ex insidiis in se infestis equis atq; armis prosilire Gigisbertũ Amsteliũ; Gerardũ Velsiũ; Arnoldũ Benscopiũ; Gerardũ Craienhorstiũ; Guielmũ Zanensem; Guielmũ Teylingiũ; audit q; vociferari quin dedis dedis te, amicũ venatico, ipsiusq; adhuc eructantes epulas. Quando comes reiecto manu Niso, gladiũ stringere, satius esse putãs mori quã in potestatẽ hostiũ venire. Mihi videtur etiã tum spẽ elabendi habuisse. Sed admodũ vrgẽte eũ Velsio, vbi Hermãnũ ciusq; cuneũ adspexit, se illi dedidisse vulneratũ. V nus suo-
1 orum dum audacior prohero pugnat, fauciatione cadit, at Florentiũ in Mudeni arcẽ absträ hebant. Perferebat hæc rumor, quẽ immanis populi fremitus sequi, miserantis atq; indolẽtis casum Comitis. Itaq; qui proximi Waterlandi, Frisii, Kinhemari, potiundi spe Mudenũ lintribus & classe adnauigare, quorũ vim haud sustinẽtes cõiurati Comitẽ adigere. vt ad eos scribat redirẽt domũ; certã esse sibi spẽ breui iis incolumẽ ad futurũ. Intellexere cõmentũ Waterlandi, clare .n. vociferati cõiuratos ad hoc eũ cõpulisse, at nõ inultũ facinus tãtũ laturos; quũ rati proditores ab incursionib. Frisiorũ aliorumq; nõ sat locũ posse asseruari, impositi pedes equo, fune subtus colligare, simulq; cũ eo ad Cronenburgũ properare Velsii sedẽ, quinto postquã captus esset die. Senserãt id Nerdeni, collocatis in via insidiis, quas speculari Velsius at q; interrogare, nũ quẽ præstolarẽtur. Qui audiens, Comitẽ, ait, iã
2 ovelster esse nõ põt, stricto q; ense aduers' eos se tueri, at q; eques facile periculũ euadere. Comes præter spẽ sentiẽs adesse suos, equo laborabat per fossam saliẽdi insueto media hærẽtẽ atq; impeditũ Velsius equo descẽdẽs, viginti ac vno vulnerib. miserabiliter cõfodit, anteq; Nerdeni opitulari ei possent. Alii narrãt, cõiuratorũ tergora premẽtib. Nerdenis ac Kinhemaris, deuia sectari cõpulsos, & ad subsidẽtẽ equo in fossã, vt cõmode ea leuare nõ quirent, magna velocitate accurrisse Velsiũ totidemq; vulnerib. cõfecisse. fertur etiã adhuc spirantẽ paucaad suos loquutũ & parricidarũ aliquot vidisse interitũ; post oculos attollẽtẽ ad cõuexa cæli exspirasse. Gesserat Comitatus administrationẽ annos quadraginta, qui plures volũt, addunt, duos. Velsio equus aufugerat, sed aliũ famuli, rapiẽs euasit, illiq; inie-
Florentii cadel. Quin. Cal. Iulii.
ctæ manus, suppliciũq; rotæ illatũ. Funus Comiti Almariẽ celebratũ, vt credã Kinhemaros
3 omorienti adfuisse. Proditorũ pars Cronenburgũ petere, & extrema experiri. Hermannus abire exulatũ ac egens mori. Gigisbertũ sui peregre agentẽ honeste sustẽtare. Nõ Flander, nõ Brabãtus, nõ Anglus Comitis necẽ probare, metuentib. sibi quoq; tũ insidias dari posse ab domesticis, Licet .n. interdũ proditiones solẽt potẽtiorib. esse acceptæ, effectores tamẽ earũ tanẽ nefarios atq; execrabiles horrent. Comitis mors vniuersos pæne Hollãdos, Zelãdos, Waterlãdos, Frisios, Kinhemaros in vltionẽ excire, quorũ vna vox scelestos capiũdos. Scriptũ ad Florentii cognatos, Episcopũ Colonienſem, Gelriẽ Comitẽ, & Hannoniẽsem. Adesse cuestigio Renaldus Gelriæ Comes Florẽtii pronepos, validissimiq; agminib. grauissima obsidione Cronẽburg. cingere. Hannonienſis, fratrẽ mittere, simulq; acerrime incluſos oppugnare. Sed & illi se nõ minus defensitare, quos cõscientiæ ac veniæ desperã-
4 otio audaces faciebat. Magna turriũ pars tormẽtis deiecta, nec tamen fiebat deditionis vlla mentio. Velsiũ perhibent, vt qui sciret, quantũ esset daturus pænarũ, se aliquoties hosti exposuisse, quo sagittis vel missilib, ferirẽt. At nostri cõtinete tela, vt viuum parricidã suę potestatis facerẽt. Cæterũ deficiente cõmeatu, omnibusq; ad vitæ alimoniã necessariis consumptis Renaldo Gelriæ Comiti se dedere. Illũ parantẽ eos secũ incolumes ducere, Frisii vetabãt: si quẽ clamantes, tanta habet audacia. Quib. territus minis Comes, præsertim idẽ ac vnũ Hollandis Zelandisq; succinentib. partiamur ergo, inquit, eos, captiuorumq; quatuor accepit, quorũ nominatiores N. Vornensis, & Arnoldus Cranerhorstius. Kinhemari, G. Velsiũ & Guielmũ Zanensem ac alios duos. Hollandi Rhenani, Arnoldũ Benscopiũ & Guielmũ Teylingiũ, cũ totidẽ aliis: Australes, Hugonẽ Baiarlandũ, tresq; alios hic non no-
5 minatos. Singulos credã partitos, vt dixi, quaternos, in quos omnes gladii pœna animaduersum, capitib. pilo fixis, corpotibusq; in altum rotæ expositis; præter Velsiũ, quem asperior manere pœna, qui iussus rem prius ordine palã exponere: post quæ prorsus nudatum, in cadum rigidis & prçacutis clauis intus prominentibus absconsum, Leydana pubes plateatim rotabat, atq; ita diu versati, securi Carnifex colla secare. Cronenburgo arce magna ex parte deiecto ad castellum Mudenorum nostri properare, sed quotquot intus essent territi, fuga eos anteuertere.

Itaq; seruatum incolume, traditumq; custodiendum Theoderico Herlemo. Proditorũ cognati ad nonum vsq; gradũ omnes aut interfecti aut iussi in exilium abire. Dum Comitis funus Almariæ celebrãt, res insolita ac noua accidere. Binos à tiepte in vita vultures dono accepterat, ita manſuefactos, vt quacunque iret vtrunq; ei latus clauderent. Aderant captiuo, aderant interfecto, & funerantiũ more exequias comitabantur, ad pedẽ altaris cubantes. Nihil abiisq; Comitis captiuitate gustauerant, & funeri à stratiã præ lõgainedia ne poterãt quidẽ, donec prudẽtiores animalia calido lacte refocillanda existimarẽt. Corpus Rhenoburgum asportatũ, intestinis Almariæ cõditis. V xor febri moritur, Decim Cal. Aug. marito cõtumulata.

O fidelitas.

ARGVMENTVM

Libri Octavi.

Certant pro tutela : Guielmus à Mechlinia Frisius rebelles facit. Iohannes Hannonienſis tutor eos debellat. Veronæ uſta : Wolferdus Verienſis Iohannem Florentii Comitis filium ex Anglia transfretantem in arcem ſuam recepit, Tutelam per ſe amplectitur. Iohannem Reneſſium proditionis inſimulat. Is exul grauia bella excitat. Dordracenis bellum indicit ũ, qui tripartito obſeſi. Wolferdum Verienſem Delfi feneſtra proiectum ciues haſtis excipiunt. Iohannes Comes ad otium & venationem ſe confert. Prouinciæ curam demandat Iohanni Hannonienſi, quo defuncto poſt quadriennium ipſe Comitatum accepit. Grauia bella aduerſus Iohannẽ Reneſſium gerit. Reneſſius Albertoregi Romanorum perſuadet, vt Hollandiam Imperii feudum ſibi vendicet. Guelmus antiſtes, prælio aduerſus Hollandos cadit. Huic ſuccedit Guido Iohannis Hannonienſis germanus. Varie pugnat aduerſus Guidonem Flandriæ Comitem Guielmus Comitis Iohannis filius. Guido Ziriacum obſidet. Guido antiſtes ſuppetias laturus, cum ingenti turma militum captus. Hollandia pæne tota opera Reneſſii, cum Traiectinorum urbe, in poteſtatem Flandri peruenit. Vitus Aemſtæus nothus Florentii Comitis, auxiliantibus Herlemiis Flandros prouincia exturbat. Flandrorum ad Iſelmondam fuga. Vix Guido incolumis euaſit. Flandri aliquoties Ziriacum nequicquam oppugnant. Guielmus Francorum auxiliis urbe hoſtes pellit, vltis ad ſatietatẽ Flandris ac Guidone capto. Reneſſius Lacæ ſubmerſus. Qui proceres tum per Hollandiam. Sub Guielmo Templarii paſſim interfecti. Peſtilentiæ ingens contagium ac fames. Guido antiſtes Friſios ad Vollenhoram obſidione pellit. Guidoni ſuccedit Fredericus Ziriquius. Turris D. Martini adificari cæpta. Iacobus Ooſthornius nõ ſine graui altercatione, electus; quo poſt annũ vita defungente, Iohannes Broncherſtius omniũ ſuffragia meruit: ſed prouiſionẽ ſedis, quã dicũt, vacantis, ambitione principũ, Iohannes Dieſtenus à pontifice Romano accepit. Aduerſus ſuos clientes mox prælia aliquot fecit. Guielmus Comes de Heusdeno, inimicitias cum Brabanto exercet. Friſios Orientales rebelles per pyraticam domat. Nefanda impietas Iudæi. Guielmus rege Francorum ſocio bellum aduerſus Flandros gerit. Nothus familiæ Duuordæ, duri perquam & prafracti ingenii. Inſignes iuſticiæ exemplum. Guielmus, Guielmi boni filius, aduerſus Chriſtianæ religionis hoſtes arma capit. Saracenos Hiſpania Betica pellit In Pruſſiam abit ad cohibendos Teutones. Angliæ regi aduerſus Francos ſuppetias fert. Diſſidentibus Canonicorum ſuffragiis, pontifex Romanus Antiſtitem creat Traiectinorum Nicolaum Capotum; cui pontificio ſponte cedenti, Pontifex in Iohannem Arquienſem vacantem ſedem confert. Is oberatam eccleſiam liberat. Guielmus è Pruſſia reuerſus in Friſios Orientales ſe mouet. Attamen Traiectum prius obſidet. Antiſtitis prece inde abit. Friſiam aggreſſus. Temerarie pugnans cum omni ferme nobilitate occiſus.

LIBER OCTAVVS.

Iohannes primus, Hollandiæ Comes XVI.

ACTENVS ſtemma Hollandicum legitima atque maſcula ſobole fæcundum aduenas in Comitatum non admiſit; ſed memorabili propagatione creuit, quoad ordinem ſeriemq; cauſarum voluentibus fatis, genio adeo prouincia priuata eſt, vt ſeipſam mutuis pæne ſimultatibus cõfecerit, magnis clamoribus principib. viris de Tutela altercantibus. Renaldus Gelriæ Comes, poſtquã vehemẽter cõiuratos publice vindicaſſet in Hagã introire, ac ſe protutore gerere, quẽ ſequi Hollandiæ Septentrionales. Contra Iohannes Hannoniæ Comes ſibi præfecturam totius Hollandiæ Auſtralis vſurpare, qui filius Iohannis Auenienſis Comitis Hannoniæ & Aleydæ ſororis regis Guielmi patris Florentii ab coniuratis interfecti. Hunc Dordraceni primarii regionis illius publico gaudio & lætitia excipere, quod prudentiæ moderationis & ſtrenuitatis notas apertiſſime de ſe daret. Qui mox Delfum profectus, componendæ ſeditionis gratia, & reconciliationem faciendi mutuæ patratæ cædis; ſeptiduum ibi hærere: quod animaduertens Renaldus, & Delfi ſolatium iam ſibi ademptum, Haga Comitis atque etiam ipſa Hollandia vltro protinus excedere. Haud ſane ille tum ferre condignũ laboris

laboris fructum, quisimul isset Florētii Comitis mortem vltum. Quod præsentē Kinhemari Frisiiq; nō adiuuerint, autumē, neutrum admodum probarent, atq; tum ad alia adiecisse animū, de quo suo loco dicemus. Interea dum hęc gerūtur, Ioh. Traiectinorū Antistes iussu Rom. Pōt. ficis in cathedrā Tullensem migrat, cuius in locū sufficit° Guiel. eius nominis Secundus, Rom. Curię causarumq; auditor progenies procerū à Mechlinia, qui quam primū in Cathedra locatus esset, cauere vt illegitimi in collegiū Canonicorum nō reciperentur, & cōtractis copiis, ægre ferens neminē Cronenburgū obsidione liberasse, Mudenā arcem ibat oppugnarū, quam à Theodorico præfecto pacta suorū incolumitate deditione accepit, Sublatus isto rerū successu, propius vlciscī se parabat. Frisios si ducē ha-
10 beant, semper ad noua paratos, latissimo indulgentiarū diplomate faciebat ab Hollandis desciscere, & magnis vtib. Vindeuissam obsessam, Baldeuuino Naeldwicno pe incidā extorquere, & cū Eymeburgo, appellatione, noua Niendorna nondū exædificata solo æquare, Medenblicū exurere, cæso Hugone Assendelfio auunculo Abbatis Egmondani, aliisq; 66. viris; Tametsi Florent. Egmondan. arcis præfectus crebris excursionib. hostem impedire. Qua re cognita Antistes ad eā occupandā enixe laborās Frisiis bellicas machinas mittebat. Accessit ad hoc bellū longe grauius Flandris traiiciētib. Valachriamq; vastantib. Igitur duob. sustinēdis bellis impar Hollandia, Ioh. tutor euocare milites, iungereq; Zelandis, pulsis Mittelburgo Valachriaq; hostibus: Interea Medenblici fame adeo
20 laboratum, vt omnib. consumptis inedia obsessis equina carne vesci suaderet, quā bello Flandrico solutus Ioh. Hannonien sis copiis bipartitis in Frisios ire, & hostes postegregiā pugnam fugare, Veronā incendere, peruadensq; Enschusam simul exurere, vnde obsessi sumere animū, & haud dubii se per rēpus ad eruptionē parare. Frisii hoste i mprouiso cōsternati, & quod didicissent ad Veronā infeliciter suos pugnasse, vbertim pugnando cadere. fertur octies mille eorum cæsum. Nec credibile nostris incruentam fuisse victoriā, imo nobilitate aliquot prælio interempti; nominatos inuenio Ioh. Arquelensem & Ioh. Doerthochium equites auratos. Alii hanc expeditionem Iohanni Hollandiæ Comiti ascribunt: vtrum eo plus laudis adferre illi voluerint, aut ita se res habeat, aut in nomine quoque errauerint, equidem affirmare non possum, in re adeo vetusta. Sed vt fauor erga
30 externos est, ita prope auctorem facti honos sit, hoc in loc libentius priores sequor. Fugatis Frisiis Iohannem Hannonien sem multa ac magna cum gratulatione imo lacrumis obsessi victorē in arcē recipere, quibus cum fame crudelius quam hoste bellum fuisset. Hyems tum erat, noctesq; magna frigora & congelationes dabant. Itaq; metuens ne etiā mare cōglaciaret, nec potestas auehendi inde exercitum daretur, præsidio vberi atq; alimento iis relicto, ipse reditum cum cæteris in Hollandiā maturare; quē vix Herlemū introgressum nuncius excipere, venisse narrans Ioh. Florentii Comitis filium eatenus in Anglia educatū cui regis filia nupserat. Quippe perturbata Hollādia principib. de tutela inter se agentib. Abbas Egmondani, Theodericus Brederodius, Guielmus Egmondanus, atq; Henricus Burgrauius patriæ consulturi, comitatu iusto suaq; pariter impensa ementi pontum, Duardum regem Angliæ exorare, vt liceat Iohanni Florentii filio secum in
40 Hollandiam redire; Quos collaudatos regioque apparatu acceptos muneribusque copiose donatos, ac vna Iohannem & vxorem Elysabetham eius filiam, inæstimabilis pretii nauigiolo, ac ventis in Hollandiam portandos commisit. Cæterum optato carentes vento ad Veras applicantes Wolferdus Verien sis, in arcem suam Iohannem Comitem atque Elysabetham vxorē recipere, excluso quotquot eum adiunxerant procerib. dum se remere pro tutore atq; moderatore iuuenis gereret. Ioh. Hannonien sis vbi cognati aduentū resciuisset, Dordraco per literas hortari eū vt ad se veniret, acciperet q; Hollandię Comitatum. Verum is Roterdamum naue appulerat consilio Wolferdi, cum referiberet ad se veniret potius eo loci, haud pluribus quam centum viris, fide publica. At negare Iohannes Hannonien sis sibi ad eam rem fide publica opus esse, nihil enim ipsi inimi-
50 citiarū cum nepote intercedere. Tum Dordraceni, si velit, spondere, suis se eū corporib. stipaturum; sed tarius visum est Hannonien si prętolari, dum ad se venire collibeat, vt vidit tamē Wolferdum audacia indies inualescere, tempori cedendū ratus, Hollandiam liquit. Post cuius discessum Hollandi, Zelandi, Iohannem in Comitem suscipere, atq; sacramentum ipsi fidelitatis dicere, quem mox, Frisios vindicare volentem spatiosis Veronæ campis & non Iohannem Hannonien sem cum iis conflixisse, quidam cōmemorant. Post hanc victoriam, patris ossa choro Almariæ pie collecta Rhenoburgum is transportare, cum Brabantiæ Dux pecuniam pro Florentio, Guidoni Flandriæ Comiti persolutam ab illo repeteret. Quæ res visa ad bellum spectare, Frisiis nondum satis quietis impulsore Antistite nisi Bergisomi de ea re agi esset cæptum, vbi Brabantiæ Dux coram esse. At Iohannes Comes Remmechunaliæ se continere

Guielmus à Michlinia 41. Antistes.

Flandri Valachriam tentant.

Frisii victi.

indeque ad Ducem mittere Iohannem Reneſſium, quam pacis tam belli tempore ſagaciſſimum, diſſidii, quod inter illos erat, componēdi gratia. Hic inuidia accenſus, quod omnia per ſe fieri cuperet, Wolpherdus Reneſſiū apud Comitē proditionis inſimulare, ſuadereq; ei ocyus inde abſcedere, ni in hoſtis poteſtatem veniret. Itaq; Comes delationi aurem præbens in Lodicū retrocedere, mittereq; Hollandia qui exercitū excirent. Reneſſius ratus excuſationis nullum ſibi eſſe relictū locum, in Moermondā propriam arcē comportatis ad munitionē omnibus neceſſariis, patria carere, quam ſperare amicitiam Comitis malebat. Certe nemini dare vtramq; aurem principem decet, ſed alteram criminationi, alteram innocētię ſeruare, quod intereſt Reip. teretes habere aures iudicium q; intelligēs. Nihil enim difficilius bono principe, quem malū reddit: Primum nimia rerū licentia: Dein, amici improbi ſatellitēſque deteſtabiles, & quod negari vix poteſt, amici ſtulti vel ambitioſi, ſed maxime rerum publicarum ignorantia. Nam illorum coire ſæpe tres aut quatuor, calumniandi ſtudio, fallentes principem torpentem ſæpe otio, narrantēſque quid ſequi quid fugere debeat, vt ſcire non aliud cogant quam loquantur, facitque is tum rerum arbitros quos non oportebat, idoneoſque Rep. amouet. Reneſſius quo die iuſſus cauſam Veræ dicere, abſens manſit: authores negant fidem illi datam, atque ob hoc non veniſſe. Ego vero quod vetus ille mos citandi reum magna ex parte deſiit, autumem, fuiſſe inſidiis Wolferdi detertitum. Itaque Reneſſius proditionis damnatus grauis mox patriæ factus hoſtis, itumque in Moermondam quam armis receptam Wolferdus cōtumelioſe ſolo æquat. Quj tū omnia pro libidine agere, pares ſperare, minoribus terror eſſe, populiq; inuidiam odiumque flocci facere. At Traiectinorum pontifex magni ac vaſti animi, vt occiduam vidit Friſiam præter ſpem ſuccubuiſſe, ſtipendio crucis Orientalem contra nos armat, ſed haud cum contemnenda claſſe Monachidamum peruentos, Kinhemari atque Watertandi pugna excipiunt, magnumque hoſtium numerum cædunt, fugato toto exercitu, domumque magna cum laude atque gloria incolumes reuertuntur. Antiſtes vix Lembo elapſus Traiectum ſe recipere, paciſque inde mentio fieri, quæ Veris, traiiciente illo, eſt tranſacta. Cæterum reuerſo Wolferdi odio, quum nobiles aliquot ſponderent, ſi veniret cum exercitu, illi latutos auxilium, rupto pacis fœdere Tranſyſelanos peſſime ad rebellionem concitabat. Quod animaduertens Comes, niſus Giſelbertum Heſſtenum prece flectere, arcis præfectum, vt ipſi concredita cedere, ſuoſque vellet admittere, quo propius cum Antiſtite tutius perduelle bellum poſſet gerere, ſancte iurans confecto bello eam redditurum ſe & ſi qui caſus hauriret, impenſa ſua reſtauraturum. Sed negare Giſelbertus ſe hoc poſſe, quod feudum à Traiectino teneret. Itaq; Comes nō incallide efficere, vt à ſuis caperetur, arcemque tum defenſitante Bertrude coniuge, obſidione frangebat, quam tamē non ante quā fame victa tradebat, pacta, vt militū pars forte ſibi debita incolumis ſecum abiret, reliquā Comitis placito permitteret. Ita arcem tradit fœmina plus militum quam matiti memor: Wolferdus receptā haurire, vt & Wordenā donatione, quam Hermannus exulatū iens reliquerat, quo ex iis melius in vicinitatem Traiectini incurſatet. Itaque minuere ſe aliquantum furor antiſtitis, ſilebatque magis, quod coniurationem patefactam, minuſque ſuccedere animaduerteret. Nam Alandus prætor à Comite erat miſſus Dordracum, vt de cauſa cognoſceret, & cum Tribunis plebis faceret cōſeſſum. Dordraceni negare primum ſaluis plebiſcitis id fieri poſſe, conſedere tamē quum ante munus peractum ſuperueniret Comes, dari volens nocentum nomina, cui nil minus quā hoc facturos ſe reſpōdent; legem eſſe plebi, in vrbe iudicari de grauioribus, quæ in eadē accidiſſent. Ob quod ira accenſus, feruida adoleſcentia Comes Dordraco exire, quumq; nominatim iuſſis ciuib. donec remitteret Delfo, ſe ſequi. Sequutū eorum quem quā haud repperi, neq; etiā mihi videtur veriſimile. Sed legati in Hagā miſſi; & ſi nō admiſſi; niſi quod pudore victus Comes dicēdę cauſę dię iis Delfi cōſtituetet, vbi Wolferdus ad eos talē orationē habere: Primi, malo cæterorum oppidorum exemplo auſi Dordraceni tanta procacitate vti, quā pertinaces inſuper itis ſtabilitum. Quid hoc rei aut ſceleris eſt? Licebit per vos minus Comiti in vrbe nefarios inquirere, & ad pœnā depoſcere? Quid? quod non ſolū nocētes, ſed etiam in patrē Patriæ coniuraſtis! Vos, ita me Deus iuuet, qui parricidas non indicaſtis, videmini pariter in caput Comitis veſtri coniuraſſe. At noſtra dicetis ſic habent plebiſcita, Ne quis ſontes ex vrbe trahat. At, aliud hoc, quam velle principi legem imponere! Itaque vt paucis abſoluam, ne commemorando rei fœditatem bonorum aures vellam, vno patiter crimine tenemini perduellionis, quum niſi propere fugiſſet, Comiti etiā manum iniecturi fueratis. Ad hanc tam vanam orationem, illud modo dicere legati; Dordracenos de beneuolentia qua ſunt in Comitem cum vniuerſis aliis vrbibus velle certare; verum impræſentiarum petere ea, quæ à nulla illarum impetret. Et quantum ad confeſſum,

Lodyck.

Nota.

Orientalem Friſiam Antiſtes aſſa concitat.

Coniuratio.

Alandus prætor.

Wolferdus ad Dordracenos.

sum, Alandum prætorem vltro popoſciſſe reos, aut ſaltem contentum fuiſſe conſeſſu iudicum. Hoc quum Wolferdus inficiari, talia aſſerentem, ad ſingulare certamen prouocabat, vnde iurgium pro concione natum, vociferante quodam Delforum palã, ſi oppidis ſua priuilegia ſunt & plebiſcita, vt quid imbuenda ſanguine? Hodie ciues optimi Dordracenorum res; noſtra cras agetur. Wolferdus ad eam ne quicquam Delfi vos talis concitet vox, ac, quæ peragenda ſibi, neſciret Comes; ventæq; protinus Hagaliteræ Dordracenis minitantes ni ſe ipſi permittant, cum Wito Amſteus procer arcem in Puteis, & Nicolaus Catthius, Alblaſſerdanũ milite occupaſſet, ad hęc Alandus prætor caſtra pono Zuindrechtum locaſſet, Dordraceniſque hoc pacto præcluſere exitum. Qui quatuor ſuorum bello præficere, curſoreſq; mittere ad reliquas Hollandiæ & Zelandiæ ciuitates, nunciatum, non tam ſuam ſe quam communem ſalutem ſpectare, & libertatem pro ſeruitute habere. Itaq; perſuaſum facile omnibus vt quieſcerent. Inter im Wolferdus publicam monetam è moneta cudere, nihil non per laſciuiam admittere, omniumque ſibi odium atq; inuidiam nanciſci, vt metuens, communi per ſpecta ſententia Hollandiæ Haga Sciedamum properaret, inde cum Comite in Zelandiam traiecturus: quos inſequi Delfi, donec quibus veli nauium iis conſpectus Vlaerdinga daretur, ſcaphaſque inſeenderent, & haud difficulter fugientes aſſequerentur; ſcitantes vbi propius eſſet ventum vt exauditi poſſent, redirene ambo in Hollandiã vellent, ſi ſtatuiſſent annuerent; qui quod neceſſitas iis ſuadebat fecere. Itaque ambos reducere ex itinere, Delfumque vix venire, quin è feneſtra Wolferdum tota concio ibidem præcipitatum haſtilibus exciperet. Maxime illi crimini datum, quod publicam monetam leuaſſet. Iohannes Comes coram & ſi grauiter necem Wolferdi ferret, nihil tamẽ doloris ea ſentire ſe vultu ſimulabat. Quibus omnibus intellectis Dordraceni, ire vallum caſtraque Alandi prætoris oppugnatũ, quem cum duobus germanis in vrbem abreptum ciues crudeliter trucidare. Proinde Iohannes dum animaduerteret, cum propter Florentii patris, tum Wolferdi facinora eiuſque interitum à ſe nunquam ſat ad obedientiam ſubditos poſſe cogi, mittere ad Iohannem Hannonienſem legatos, & ob præclare eius res antegeſtas, & prudentiam ſingularem deprecatum factam ipſi à Wolferdo iniuriam, oratumque vt redire in Hollandiam deque manu nepotis Diis auſpicibus tutor gubernacula vellet Comitatus ſuſcipere. Qui venire Dordracum, vbi iuuenis Comes ei occurrit, reſcribitq; ad quadriennium Comitatui, fracto ſigillo, tabuliſque vniuerſis à morte patris reuocatis, Herlemumque ſe ad otium ac venationem conferebat. Rebus autẽ Hollandię per Hannonienſem compoſitis, redire is quoque ad ſuos, cum Iohannes Comes febrim mollitiemque alui paſſus mori, humanæ ſalutis anno milleſimo vndetrigeſimo, Quarto Calend. Decemb. non ſine veneni ſuſpicione, atque Hannonienſis procuratione, quo ad Comitatum melius properaret, poſtquam anni dimidium, præter integros tres alios gubernaſſet. Solus Comes inter omnes Hollandiæ, abſque liberis, atque militari nomine, hinc deceſſit patri ad Rhenoburgum contumulatus. Elyſabetha in Angliam reuertens, Comiti Erfordiæ nupſit. Poſt Iohannis mortem, Gigisbertus Amſtelius, poſtliminio rediens, in prouinciam turbatam, Amſterodamum oppidulum ſuum, pontibus ligneis ornauit, & propugnaculis atque turribus communiuit, quamdiu non VVaterlandi, cum Herlemis, fugato eo, quicquid eſſet operis igne conſumpſiſſent.

Meirus.

Nota.

Iohannes Primus Comes Hollandiæ XVII.

POSTQVAM vetuſtæ illius ſtirpis deſiit ſtabilitas, proceres Hollandiæ Zelandiæ atq; Friſiæ vna voce filium Adelheydis ſororis ſereniſſimi quondam regis Guielmi Ioh. Hannonienſem, Ioh. defuncti prouinciarũq; moderatorẽ Comitem cõſalutant. Coniugẽ habuit, Philippã filiã Comitis Lupenburgi, è qua ſuſcepit Ioh. primogenitũ cognomẽto ſeuum: Guielmũ ſibi ſuccedentem: Ioh. Beadmondũ Comitẽ Bleſſenſem & Sueſſionũ; Henricum, Cameraci Canonicum: Iohannam Dynaſtem Fontanellæ: Margarethã Comitem Atrebatenſem: Adelheydim: Comitem Claremontenſem: Mariam Comitẽ Borboniæ: & Machteldim D. Nyelæ. Ad hunc in Zelandiã venire Ioh. Reneſſius, purgandi criminis cauſa, q; ſibi à VVolferdo VVerienſi eſſet impactũ. Comes bello quietẽ præoptãs, & q. ad principũ animos concitãdos, ipſum eſſe admodũ eruditũ ſciret, patrię ea lege reſtituit, vt vades daret; ſupponeretq; reos. Cæterũ quũ haud inueniret, deludi ſe ratus, & iã ſibi impetãda imminere, iterũ animũ ad bellũ appulit: Scaldiãq; ferro ac igne vaſtando, ſuę poteſtatis fecit. Quib. acceptis Comes cũ ingẽti claſſe petere Valachriã, ad opptimẽdos hoſtes oppido portuq; Veriẽſi ſe cõtinẽtes, appellereq; Armidã vicũ portũq; Hiſpanis, Portugallis, atq; Orientalib. notiſſimũ, ac poſtridie educere exercitũ propter Veras,

Reneſſius iterum bellū mouet.

exercitu Reneſſii fuſo, cōpulſoq; Zelandia cedere. Quę clades magni ſpiritus atq; animi hominē bis proſcriptum, bis pulſum, nequicquā tamen fregit, cum cupido cepiſſet totū, nec nō certa ſpe conſiliū pellendi Hollandia Hannonienſem cū omni ſtirpe. Abire itaq; ad Albertū Rom. regē Auſtriæq; Ducē, ipſiq; enarrare Hollandiā feudum eſſe imperii & morte Iohannis nulla relicta prole ſummo iure ad ſe deuolutum. Hollandos iamdudum libidinis ac principatus Comitum eſſe pertæſos, imperatorē ſe exoptare, (nec id fortaſſe mendacio) quos ſi metus & gratia non feciſſent ambiguos, non dubitare, quin prouincię proceres ipſi, cum optimatibus vrbium imperii, Comitum inſolentiam libertati antiquæ longum poſthabuiſſent. Quibus ſuaſionibus is idem addere, iam ad ſe pellexiſſe Hollandos diſcordes, eorumq; huius conſilii plurimos eſſe conſcios; Zelandiæ multo maiorem parte ſecū ſtare, & ſe imperatori cū ſpectabili claſſe obuiā facturū: Veniret modo, ne ceſſitate facti fortunā confirmaturam, nil fore difficultatis. Imp. perſuaſus, libellos quam primum ſpargere in vulgus, potenter vacantē Hollandię principatū velle Romano imperio acquirere, quo Carolus Caluus rex Theodericum primum donaſſet, ac proficiſcēs Nouiomagum, eodē anno, Epiſcopos, Treuirenſem, Maguntinū, Colonienſem, multoſq; item principes ſuperioris Germanię ductu atq; imperio ſecum trahebat, iuſſitq; protinus venire ad ſe, fide publica Hannonienſem, vt quid in Hollandiæ Comitatū iuris ſibi eſſet, exponeret. Qui ſe ad futurum literis reſpondere, pauliſper imperatorē poſtulans operiri eius aduentum, fide incolumitatis hic nulla opus eſſe, allaturum fidē incolumitatis ſibi. Contractis igitur, celerrime, quantas poſſet copiis, ad Bonſuuardum cum iiſdem peruenire, inque ripa Vahalis riui è Rheno naſcentis caſtrametari, de traiectione meditans, ad Imperatoris exercitum; qui viſo tanto Iohannis exercitu, quum iam per aliquot dies claſſem Reneſſii nequicquam expectaſſet, proditum ſe atque deluſum iri æſtimans, nocte Cranenburgum retrocedere, certus poſtridie repetere Auſtriam, niſi Antiſtes Colonienſis eius Imperio & honori conſulturus, inter nuncius atque arbiter, tandem Hannonienſi perſuaſiſſet ab Alberto petere in feudum Hollandiæ Comitatum, & illi, vt annueret, ac ita vtrinque diſceſſum. Reneſſius ſero paratis copiis, poſt abitionem Imperatoris, claſſe ad Lacam deſerta cum ſuis manū Iohannis Hannoniēſis aduentantis terra euaſit.

Reneſſius anxius ſæpe fugit.

Qua cum potiri Comes, vacua milite, Reneſſii feudalia, partim adiicere ſiſco, partim proceribus diuidere. Cur recolligere is idem exercitum ſed dum in Hollandiam incurſare animus illi eſſet, accepto Comitis aduentu Heuſdenum retroceſſit, indeque cum Bergenſi principe congreſſus, ſuorum quingentos amittere, atque in Puerorum arcem ſe recipere. Erat vnominis Comiti, Iohannes, maximus natu filius, quem Dordraco *ille* mittere, ad frangendum obſidione, vi ferro ac metu Reneſſii animū, ſed qua re comperta is dicere, migremus commilitones, ne crudeliſſimus mortalium ſuas ſuorumque noſtrum omnium ſanguine manus & ſicas imbuat. forte enim paucos ante dies Iohannes arcem Berendorpiam vi receperat, qua quotquot intus eſſent, morte multaſſet, cur Reneſſio tum metus cæpit oboriri, & Iohannes dici cognomento, fœuus. Cæterum Reneſſius, rebus iam prorſus deſperatis fugam poſt fugam init, icto cum Flandriæ prouincialibus fœdere, ad Goeſæum occupādum oppidum Zelandiæ, ſed à Remerſualienſibus eorum octingenti ferme percuſſi, Reneſſio difficulter labente. Sunt qui ſe hinc tum in Hannoniam Iohannem recepiſſe cum filiis autument, & Traiectinorum Antiſtitem maxime ad bellum Hollandiæ faciendum incubuiſſe. Eſt quidem perquā ſæpe ſolitos Traiectinorum Antiſtites in incuſtoditā prouinciā milite ac armis incurriſſe; verum Guielmi non erat id temporis ea fortuna, quę illi tale ſuaderet. Quare magis ſequar propius texentes Hiſtoriā, Guielmo tum hoſtes fuiſſe, qua de cauſa, non ſat eſt mihi apertum, Zuederum Montfortium; Hubertum Vianenſem; Iohannem Linſchotum; atque ædibus Iacobi Lichtenburgii Traiectinorum conſulis, illum toto in vinculis anno aſſeruaſſe. Poſt finitum autem annum caſu ſolutum, quod omnem diſcordiam ſopitam percuperet, iniſſe Romam, pōtificiq; rebellione ſuorum oſtenſa, oratumq; vt in ſui locum alium ſufficeret, atq; ſibi deinceps liceret otii tranquillitatem & quietem amplecti. Abnuiſſe hominis vota Romanum eumq; ſolatū ſpe optima cōpleuiſſe, remiſiſſeq; ad Monaſterienſium epiſcopum, qui laboranti in Sacrilegos auxiliū opem q; ferret, atq; Roma digreſſum eo cōſilio veniſſe Agnaniā, vbi eidem apparere cæleſte prodigiū; Sol bicornis, ſanguineis rutilans radiis, quod, mortis eius præſagium poſt multi interpretari. Itaq; in prouinciam reuertentem ex Tranſyſelanis ac Monaſterienſibus educto exercitu vrbem tentaſſe, vt ſi quæ occaſio ſpeſq; eius potiundæ ſibi daretur. Dein, à ſuis excluſum, ad Hoochwondam ſtatiua feciſſe caſtra, in omnē fortunā paratum, & dū illic hæreret, hoſtiliter precario exercitu ſuperuenifſe aliquot Hollandiæ proceres, Henricū Burgrauiū Leydenſem, Theodericū Waſſenarium, Simonē Benthemiū, Iacobū Wouwæ, Lichtenburgi ſtudioſos, accelerāſſe-

celeraſſeq;, etſi itinere feſſos, & duplo maior exercitus Antiſtitis eſſet, pugnæ congreſſum, victoſque primùm fermè fuiſſe, ni fugiente milite, Znederus Montfortius recenti agmine aciem inſtauraſſet, poſt quod fuiſſe verſam Martis aleam, victoſque ante viciſſe, erectos Antiſtitis præſertim morte militis dextra equo cadentis, dum tértio niſus hoſtium ſuorum cuneum perfringere. Prodítum memoriæ ruſticum illi morrem paraſſe, cuius prædiolum etiamnum noſcitur in Inſula Moſæ Roterodamo aduerſa, vulgo dicta Tlandeken voor daach; multum quoque ſupplicii de ſe quamdiu viueret pœnitudine ſumpſiſſe. Nec erat Hollandis tum incruenta victoria, plures licet hoſtiũ cæſi, quorũ mille fermè numerus erat. Anniuerſario die, cædis Guielmi, qui feſto Transſ. *Pugna facta anno 1301 Ben. Iulii.*
lationis D. Martini eſt, cuilibet inopum petenti, niueus panis porrigitur. Examinem ad D. Catharinæ aſportarunt, donec funeri affines iuſta perſoluerent, terræq; daretur, Cathedrali D. Martini. Adminiſtrauit annos quinque, multifariam agitatus fortunæ procellis. Porrò, morte Antiſtitis nunciata Hannoniæ, feſtiuo ſimillimus Iohannes Traiectum deuenire, ambitioſeq; pro Guidone fratre ſtare, vt in Guielmi locum ſufficeretur. Quo rei argumento claret, nullo pacto mortẽ Antiſtiti procuraſſe, & bellum quod eſſet geſtũ haud priuatũ, ſed publicum fuiſſe. Dubitatum diu Guidonemne an Rhodolphum Waldechium Archidiaconum eccleſiæ maioris deligerent, cui imprimis fauere Tranſyſelani; vicit tandem Guido, Germanorum ſuorum authoritate atque potentia, Botſardi, epiſcopi Metenſis, Iohannis Cameracenſis, & Iohannis Hollandiæ & Han*Guido Antiſt. 42.*
noniæ Comitis, conſecrationem ipſi à Romano pontifice impetrantium, quorum auxilio quoque ſibi omnes aduerſantes facilè fregit, vt quamdiu in pontificio viueret, tranquillus eſſet. Poſt quæ denuo Iohannes in Hannoniam abiit, Zelandiæ cura demandata Iohanni Sæuo primigenio. Oſteruandiæ Comiti; Hollandiæque, minori natu Guielmo. Interea Guidoni Flandriæ Comiti bellum eſſe, cum rege Franciæ Philippo pulchro, quorum vterque poſt multa inuicem data & accepta damna, ingenti comparato exercitu, belli fortunam niſus extrema pugna tentare, cum Zelandia accerſitus *Hic forte Guido nõ erat Comes Flãdria, ſed Guidonus Comitis captiui in Francia filius, vt aliqui autumant. Flandri vincunt.*
à rege, & Iohannes cognomento Sæuus, partes eius ſequeretur: Guielmus domi ſibi viuere, quod res eſſet tranquillas, & Reneſſium occupatum eodem bello putaret. Flandri ferè omnes, plebei veruculis, clauis, ſudibuſq; ambuſtis præacutis inſtructi; in quos bene pugnans primum pedes ab equite, vt genius illorum eſt, reuocatus: cuius mox præliantis longiſq; progreſſi fortuna, neſciam, cæde magè facta ſit miſerabilis an mirabilis, perpetua ignominia notanda. Fertur, vndecim Francorum milia prælio hoc occubuiſſe, inter quos, genere illuſtriores Robertus Comes Artheſiæ dux belli; Iohannes cognomento Sæuus, Comitis noſtri filius; Godefridus Comes Wierſonius; Antiſtes Beluacenſis; Reynaldus Nigellus Franciæ Comeſtabilis; Iacobus Comes S. Paulia uunculus reginæ Franciæ; Ludouicus Comes Claremonti, ac cum his plerique alii. Hanc à plebeis Franciæ nobilitas cladem accepit, quæ arrogantior ferè popularem turbam contemnit. Sed ſumit animum quiqui libertatem tuetur, nec inermis æſtimari debet, qui pro patria vitaque decertat. Secundum quam victoriam, Guido Francorum confinia, latiſſimoſque eorum agros, incurſione atque populatione in curſare, Hannoniamq; nõ minus paſſim rapinis atq; incendiis vexare; & impulſore Iohanne Reneſſio, ex morte Ioannis Sæui apertiſſimè gloriante claſſem milite omniq; apparatu bellico ad Caſandam deducere. ſecundo vento Valachriam expugnaturus. Guielmus morte fratris excitatus eum Zelandis ac Friſiis, quibus ludus naualis pugna, Caſandã aduectus, agros vicoſq; ibi exurere, cæſis hoſtium milibus quatuor, & incolumis ad ſuos reuerti: cum abſq; mora Guido altero poſt ferias paſchales die, claſſe Valachriam adpellere, Veriſq; potiri, & cum Hollandiæ Mareſcallo congredi, ſuorumq; tria millia cædere, ani*Guido Flandria Hollandia bellum parat.*
miq; inſolens ad alterum Guielmi exercitum propter Armudam properare. quando haud animus noſtris, qui hoſtibus erat, cum nupera fortuna languere, illi victoria audaces atq; elatos ſe fetre; Ne tamen iis metũ faceret Guielmus, ſpontè Flandro ire obuiã, ſed hoſtium vim ſuſtinere haud potis, nongentis ſuorum pugna amiſſis, in Mittelburgum diuerti. Ita bis victor Flander arridentem ſequutus fortunam, eodem die Mittelburgum obſidere, ne effugium aliquod Comiti eſſet. Tam anxiis rebus accedere, quod de fide ciuium Comes dubitaret. Itaq; extremum hoc ratus conſilium, Flandro vrbem pactione tradere, vt cum ſuis incolumis inde abiret. Quam conditionẽ Guido amplecti, dieitantum admittens inducias, actum Comes dedita vrbe Ziricæum petere, quod oppidum, fidum atq; amicum fore ſibi ſciebat, & hoſtes poſtridie fruſtra oppugnatũ ibant. Poſt ſex hebdomadas quàm nequicquam obſediſſent, tædio ac pudore moti, quid vltra deſidemus vociferari, Corniculæ nidum decutiamus, cum temere magè quàm cautè mœnia aggreſſi, ſtoliditatis atq; imperitiæ ſuæ pœnas dare. Nempe Guielmus erumpe-
Hollandos cadit.
Iterato victor Mittelburgum obſidet.
Capit. Ziricæum fruſtra oppugnat.

Cæs. Eldri. ro recluſis portis, eorumque cædere mille ac quingentos, præter naues repetentes & ſubmerſos, captiuoſque trecentos. Ita fortuna belli nuſquam diu ſtabilis hoſtem victorem talione ac vulnere repercuſſit, minuitque eius animum, noſtris verò auxit ſors conuerſa. Tum partes malis miteſcentes, menſis facere inducias, cupiditate inſtaurandi copias, cautum, neu muri, neu portæ, neu foſſæ Zyriceorum interim munitiores fierent. Per hos dies prodigium venturam Hollandiæ calamitatem, declarabat. Ignotus eques per Hollandiam diſcurrere, nunciareque hoſtes mare habere, ſed feſtinanter ac denſe armatis properantibus ad littus ciuibus, conſpecta claſſis ſubito obſcurata, ipſo quoq; equite nuſquam apparente. Exactis induciarum diebus Cyriaci hoſtium magna facta cæde, Mittelburgum recuperare. Qua de re certior factus Comes ad Cyriacum feſtinare, & cum copiis aliquando ex vrbe ruens, callidè hoſtes in inſidiis locatos diſturbare, nec paruam eorum ſtragem ædere. Quam ob rem adeo præclarè geſtam, auratus ſit eques, atq; cum eo octo & quadraginta alii, inter quos & Witto, primus Amſtedæ Dn. nothus Florentii quondam Comitis. Cæterùm tantillam proſperitatem, ingens turbauit aduerſitas. Ducebat Guido Antiſtes patruus Guielmi, è Friſiis, Kinhemaris, Hollandis perpulchrum exercitum, quem ad Duuelandiam Guielmus ſuis copiis iunxit. Egreſſi itaq; naues ſub dio noctè ocioſe tranſigere parabant, ſed Friſii ac Kinhemari, quibus difficulter imperes, per noctem diſcurrere, ſuccendereq; proſcriptorum tecta. Quod ſentire vir ſagaciſſimus Iohannes Reneſſius, qui neglecto villarum incendio, ratus quod erat magnam exercitus partem abſore, per compita ſibi nota repente cum ingenti clamore in caſtra noſtra irruere. Et erat fortè nox facinori huic apta, tamq; denſæ tenebræ, vt alius alium dignoſcere haud quirer. Noſtri ſomno excíti trepidare: Nox enim, vt dixi, commilitonumq; abſentia omnia reddebant terribiliora. Itaq; noſtrorũ cæſa octo milia, procereſq; multi. Nam præter Guielmum Hornium Archidiaconum Traiectenſem cecidere tum, Nicolaus Perſinus; Theodoricus Zulenſis; Zuederus Brederodius, ſubmerſorum quoq; magna pars. Vix Guielmus mediis elapſus hoſtibus incolumis naue Cyriacum peruenit. Guido Antiſtes cum ingenti turba capitur, miſſuſq; extemplo in Flandriam aſſeruandus. His rebus geſtis, per Reneſſium, poſtridie Guido Flandriæ Comes, Cyriacum iteratò obſidione tentat, etſi maiora, vſus victoria, quod poſtea fecit, moliri potuiſſet. Sed odium in ſe oppidi, quod toties reſtitiſſet, illum morabatur. Itaq; diebus ibi fruſtra actis duodecim, ſoluta aut obſidione, aut parte exercitus relicta, ipſe in Hollandiam magna cum claſſe proficiſci, ſi quo pacto ad ſe prouinciam pellicere poſſet. Quæ haud infeliciter ipſi ceſſit venatio. Nam citra vllum certamen, Delfum, Goudam, Leydim ac Roterodamum, ductu auſpicioque Ioh. Reneſſii, acquitere, vt quotquot veller, illi obſides darentur, quos Goudam abducere, quod melius illic credebat, ob arcem, poſſe ſeruari. Ita vno prælio ad Duuelãdiam, illi cum Hollandis debellatum, vt firmiſſimæ alioqui vrbes, incolumi Guielmo, hoſtis ſequi imperium non erubeſcerent. Quod ſi coniectura facti capienda, autumem, obamiſſam Duuelandica clade iuuentutem & infinitos ciues captos accidiſſe, quum dictarum quæq; vrbium potuiſſet vel longiſſimã atq; duriſſimam hoſtis obſidionem perferre. Priſtino tum adhuc imperio Dordraceni Hollandiæq; Auſtrales parſq; Zelandiæ acquieſcere, nec Kinhemaros nec Friſios hoſtis tentarat, cum Dux Brabantiæ, ſiue quod expiraſſent inducíæ, quas cum Hollandis fecerat, ſiue eas frangere vtile ſibi eo tempore iudicaret, milite ferro ac telis in Hollandiam Auſtralem incurrere, atq; Heuſdemum, Gorcomiumq; occupare, Dordracenis haud ſegniter repugnantibus duce Nicolao Puteorũ procere. Interea Flander Traiectum occupare, vbi ſummè contendere, vt in Guidonis Antiſtitis locum captiui, cõmuni voce Guielmus Iuliacenſis ſufficeretur. Quod, niſi fortuna res vertiſſet, videbatur impetraturus: callidè enim iis ſuſpicionem præbebat, ſi repulſam pateretur, Antiſtitis captiui vitam petiturum. Sed etiam ac ſi conſpiraſſent, cognitis quæ Brabantus geſſerat, præſidio ibidem relicto, quamdiu abſoret, vrbis tutelam Reneſſio demandabat, dum Gorcomium ipſe peruenire, vbi literis Brabantus ſignificaſſet, victoreſq; ibi partiri vrbẽ, nondum parta, Dordracenorum. portus Flandri pars quæ in agrum vergit, Brabanti eſſet. At longè ſecus quàm putarant res cadere, fortunaq; ſe vertere, Dordracenis pulſo fugatoq; Brabantiæ Duce, omnia ferro ac igne ad Buſcoducum vſq; vaſtantibus. Commemorare hic iuuat haud inamœnam rem, quę in obſidione ſiue hac, ſiue alia accidiſſe fertur. Obſeſſi Dordraceni nauem varia ſupellectile, mercibuſq; oppletã portu ſoluere, quæ ſecundo vento ad aggerem, quem Brabanti inſidere, pelli. Illi æſtimantes, temere fluctuando ad ſe appulſam, auidius in eam ſpe prædæ inſilire; ſed fraus in re latebat. Speculati enim Brabantinorũ iam aliquot nauium ingreſſos, Dordraceni, prælonga catena, vel ferramento alio carinæ abſcondite

Non quod Comes tum, ſed poſtea fatus ſit.

Ingens ſtratagi.

Hollandia in poteſtatẽ Flandrorũ deuenit.

Notabile ſtratagema.

calli-

callideq; affixo ad se eam retrahere. Quam vnus retrocedere vt vidit, & ab ripa abripi, vt est genus hominum pauens aquas, ad Hannonem commilitonem ait, cheu nauigamus; qui, & mihi idem videtur: at quò Hanno? Dordracum, inquit. Dordracum? quàm vereor ne nobis mala sit hæc nauigatio; ita miseri nunc respectantes, nunc quò ibant intuentes, facti spectaculum suis, ludibrium hostib. Interea dum Flander Traiecti otium aut negotium pellendi antistitis agit, rem salutarem prouinciæ Witto Amstedeus audaci consilio est aggressus. Nam Cyriaco soluens, oramq; Hollandiæ mari circumuectus appellere Zantfordiam, vnde actutum cum paucis Herlemum se conferre, medioq; fori spatio vexillum patriæ, leone ruffo conspicuum, euoluere, consistereq; atq; adhortari eiusmodi verbis suos: Viri fortes, gens Kinhemara, tam iniquo tempore huc per medios hostes accessi, de fide vestra nihil addubitans. Quousq; patiemur hostes per prouinciam grassari omnium nostrûm dedecore ac ignominia impunè? Extremus pudor, ab iis totâ nobis sic eripi, & solo metu ac minis tot munitissimas vrbes patriæ haurire. Non eos Hollandi solebant gerere animos, alienas vincere sueti, nõ suas iniusto timore hosti aperire. Animaduertite Cyriacum, cuius nulla ad nostras tam præclaras vrbes est collatio, quàm forti animo tam periculosam totq; dierum obsidionem pertulit, mœnia defendit, multumq; hostilis sanguinis fudit. Seu fato, seu ipsorũ amentia & discordia est, hostem magna parte Hollandiæ potiri: at vestras vires, vestram fidem & concordiam necdum ausus est tentare; audebit tamen, si magè inualescat, quum illum non valebitis sustinere. Quocirca ite mecũ euestigio felici omine; nobis mora omnis perniciosa, hostibus salutaris: pro confirmato mens habet, non ostensuros nos arma, quin vrbib. Hollandi erumpẽt, auxiliaturi, atq; Flandros præsidiis depellent, quod se facturos iamdudũ nobis nunciarunt. Vestra erit huius belli laus, quibus ac patriæ liberatoribus ciues gratulabuntur. Porrigite mihi dextras vestras, in quibus victoria sita: pulchrum facturi facinus, pro patria fermè amissa, pro vestris fortunis, pro sociorum vindicta. Hæc pro cõcione dicenti acclamare Kinhemari, si quid sciat consilii, sese quò præiret sequuturos. Frisiorum item dense aduolantium, eadem ac vna vox erat. Acceperat motum hunc Flandriæ præses, quem *Sophorinum vocant, qui multo cum milite in Kinhemaros festinare. Witto in extremis audens, fidentiæq; multum ex suorum alacritate & ferocia sumens, obuiam ire pergebat venienti, astum viribus iungens. Quippe haud exiguum numerũ rusticarum equitandi peritarum, equabus imponere, quas diuersa porta egredi iubet, & pauculum circuire, atq; vbi cum hoste manus conseri esset cœptũ ductoribus aliquot viris procul se ostentare. Vana prorsum si præscita essent auxilia, etsi ignaris terrori fuisse oportet. Itaq; magno vtrinq; animo ad Hillegommam cõcursum; hostes partis ante victoriis elati, hanc quoq; postremam non dubitanter sperare; nostri contra obniti, & primùm in se irruentem hostem sustinere, & pugnam viribus æquare, frequenti cæde. At vbi à sinistris è sylue stribus fœminarum equitatus prodire cœpit, terribiliterq; tuba classicum canere, præsertim Kinhemaris, insolenter sed simulanter vociferantibus, ac si noua ipsis iam venirent auxilia, hostis cedere, vinci ac fugere. Ita pugna aput viros, apud fœminas, victoria stetit. Sunt qui ferant cæsorum rationem nominatim tradi non posse: Qua vna pugna Flander linquere Hollandiam compulsus. Interfectorum cadauera armis nudata coaceruata in fastigium, insultantibus in miseriam eorum Kinhemaris; Flandris est ote signum huc vnquam redeuntibus, locumq; ex casu indigitauere T' mannen padt, quæ etiamnum vox durat. Qua vsi victoria Kinhemari, vadere Leydim, vbi & ciues passis vexillis quantum præses Flandriæ reliquisset præsidii, vrbe fugare. Vnam maximè ac stabilem anxitudinem nostris dabant obsides, Goudæ relicti, ob quos ibi validius quàm alibi erat præsidium; etsi inuitantibus eos ciuibus nocte in vrbẽ clam ingressi, magnam Flandrorum cædem patrarent, qua cæteri metuentes, amplioribus bene asseruatis, incustodita quadam portula vix effugere, Delfumq; petere, rati ibidem meliores paulo res esse. Sed vbi Occerus ciuis cognita secunda Kinhemarorum pugna, voce permouit plebem altè clamando, Holland, Holland, quicquid Flandrorum in oppido esset morte multabat; cæsi dicuntur eorũ nongenti, pariq; Delfi quo Goudani nomine plateã in qua facta cædes, nuncupauere idiotismo D' Vlaming' straat, ad sempiternam rei gestæ memoriam. Scononiæ quoq; Nicolaus Catthius arcis præfectus, Guidonis beneficio, à ciuibus interceptus. De quo factus certior Witto eò aduolare, arduamq; admouere arci machinam, vt inde territi obsessi, cogerentur, incolumitatem vitæ pacti, se atq; eam victori tradere, Nicolao in Zelandiam auecto. At enim Guido vbi quæ accidissent accepit, continuò Traiecti Renessio cum præsidio relicto, ipse per Iselam, aduso; vrbem tum nauigabilem, classe propter Iselmondã deuectus; vbi pugna illũ excipere Dordraceni, duce Nicolao Puteorĩ procere; certatim vtrinq; diu

Egregiũ facinus Wittonis.

Sophorinum. Stratagema.

Memorabilis pugna.

acerbè, fusis fugatisq; tandem Flandris. Præter vndis immersos & suffocatos, hostium ter mille cęsum, non sine vulneribus difficulter Guidone elabente. Qui nec animo tum frangi, sed tertio maiore quàm unquam studio, Cyriacum tentare, quum Guielmus in prouinciam reuersus Dordraci hæreret, nouam vt Flandri molitionem obseruaret, vnde manifestum, neq; recipiēdis vrbibus, neq; tot pugnis illum interfuisse. Quod in prouinciam reuersum scribunt aliquò prius iuisse ex eo sequitur, quo autem abierit, aut vnde redierit, video multos ignorare. Equidem ego post cladē Duuelandicam abisse credam postulatum à rege Francorū auxilia, cui prior aduersus Flandros pater tulisset suppetias: ac inde reuersum quum, vt diximus, Guido nihil animi remittens, ducentorum milium ductor exercitus, obsessum iam tertiò Cyriacum iret, à Boreali parte binis vt bi admotis machinis, octingentorum pondo lapides proiicientibus. Neq; ciues tum otiosi, sed vallum studiosè & altissimè munire, turres ac tabulata erigere, solidaq; terra implere, ad hæc, saxa, tela, calcem, cineres conuehere, nec non omne genus tormenta, & quicquid animaduerterent, hosti nocere posse. Lapidem aliquando immanem in vrbem ab hoste immissum, poposcisse narrant magistrum machinę, hunc dicentem Flandris magno cum suo malo remittam, impegisseq; in maiorem hostium machinam atq; comminuisse, magistro quoque eius vulnerato. Cæterùm machinis res vbi lentè procederet, visum est hosti tentare fortunam, si qua vi queat in vrbem irrumpere. Meridies erat ciuesq; prandebant, quum stramine ac vimine fossas hostis replere, nitiq; furiosę oppidum suæ potestatis facere. Sed obsessi prensis armis ad muros accelerare proq; iis tuendis stare, fœminæ maritis saxa telaq; subministrare, incendia quoq; nata restinguere, & repulsi à mœnibus Flandri, non sine magna clade. Nunciabantur hæc Guielmo, quibus summopere gauisus, orabantq; missi, vt quantum posset aduentum maturaret, defessos obsidione ciues, pecora inediam pati, lecticarum stramine vesci, tectorumque fœna mandere. Qui rescribere, classem se aptare, breuiq; affuturum, & iamiam operiri classem aliam Francorum, qua simul veniret, illi, vt ad eum diem fecerant, antiquam animi virtutem laudabili constantia roborarent, stabilesq; in proposito consilioq; permanerent. Post quæ Guido cumulatim instar montis speculam fecit, quam Catum militares nominant, vnde in vrbem despicere, & ciues iacere missilia sui possent; hac aliaque admota, oppletis, quod diximus, fossis, rursum vrbem ibat oppugnatum. Tum superne demissa tela oppidanos à muris arcere, totusq; is dies hoc pacto teri, donec amissis suorum M. & DIII, ab hoc genere oppugnationis destitit. Segetibus, stramineque fossarum intro raptis oppidani pastum pecudibus septem hebdomadarum acquisiuere. Et quod memorabile, faber ferrarius testari, artem se scire, qua si vteretur, exuri esset necesse hostium machinas, compositumque ignem vespere in illas immittit, frustra accurrentibus Flandris, volentibusque incendium restinguere. Sagittarii enim per mœnia in id dispositi, propius accedere eos haud permittebant. Itaq; ardore flammæ conflagrantes, fumanteque horrendo igne, collucentibusque procul fauillis fecere, vt plerique vrbem captam, & ardere putarent. Sed obsessi Guielmo significare, opus immane ad vrbis interitum ab hoste factum, destagrasse, venire acceleraret, amplius scripturos nihil; ni faciat, facturos, quod extrema suadebit necessitas. Quum etiam ilico illi nunciari, è Francia venisse Pandrogæum maris præfectum, quem vulgariter Ammiraldum nuncupamus, cum trecentis ac quinquaginta triremibus, vt auxiliaretur, scitantem, quid fieri placeret. Guielmus Francis subsistere iussis, se dare itineri, & tempestate ventorum amissa naue, Herlemos ferente, Bernissum peruenire. Quò mox accersiti Franci classem classi iungere, ac protinus simul inde soluentes, malis luce appensa, procul nunciare Cyriacis salutem adesse. Postridie Hemanvlietum nacti, vbi triduum eos retardare tempestas: At quarto die Dreschciordum aduectis, mens erat primo prospero maris æstu Flandrorum classem adoriri: cum illi, conspicientes nostros appropinquare, ingentis magnitudinis nauem, fomentis, oleo, pice, sulphure repletam & accensam secundo Noto in nostram immittere, turbareque eam nonnihil rei nouitate, vt vela nauigiis madefacta prætendere, atque hoc pacto incendium arcere cogerentur, etsi memorabile ac pænè cœleste id, vento derepente mutato, inflammatam iam nauem retroactam, Flandrisque magnum metum parauisse. Hoc omne læti Franci Hollandique simul capessere pugnam, & violentiæ furoriq; primo impetu suarum tres naues amittere. Præliantium armorum strepitus ad tertium miliarium auditus. Certatum à meridie adusque auroram diei sequentis, multumq; vtrinque sanguinis profusum. Maiora damna præ Hollando Francus sensit; siue quod minus nauali pugna valeret; siue pro gloria impensius se obiiceret periculo. Scriptum reperi, Francos priores ignem in Flandrorū classem immisisse, actum magna ex parte consumtam, nec iis quod fugere

Terriū Cyriacum obsidet.

Testantur Flandria annales.

Eiu oppugnant.

Machina exusta.

Iohannes Pandrogæus

Nauali pugna.

possent

possent quicquam profuisse, nostris passim aduersis, inque dexteris minas ferentibus: Itaque his aut vincendum aut moriendum erat. Acuere ipsum pugnam vtrinque duces, adhortatores atque testes. Exacta pugnando nocte, vinci Flandri, cœptumque illos cædere, mergere, fugare. Cæsa perhibentur centum supra octo ac quadraginta hostium millia: ego minorem numerũ fuisse autumem. Ea in pugna capto Guidone Flandriæ Comite, Pandrogæus donatus in accepti damni solatiũ, tantæq; fidelitatis suæ remunerationem. Qui tantum beneficium animi magnitudine superans, Guidonem pro Guidone Traiectinorum Antistite cõmutauit. Ea gratia valebat apud omnes Antistes. Nauium depressa aut capta hostilium vndecim milia, tentoria nongenta. De qua victoria annuæ supplicationes Cyriaci decretæ. Nostrorum quantus in pugna pereuntium numerus fuit, penes nullum est, nisi opinando aliqui dicant, non sine sanguine nostris illam victoriam stetisse. Latitabant in sabuletis propter littus, Flandrorum sex milia, ad Cyriaci obsidionẽ relicta, & pugnæ haud interfuissent. Quæ audiens Guielmus Cyriacum ingressus, satis iam sanguinis hausturn putans, prohibere volebat ciues ad eos cædendum ire, longa obsidione exasperatos. Qui nihilominus ire, tametsi ad patrandã cædem dum venissent, victi ab hoste, arma proiiciente ac supplici. Igitur omnes in vrbem introducere captiuos, vbi ratio cõmutandorum captiuorum fieri. Guido Antistes à vinculis solutus, Cyriacum proficisci, lætanterq; à Guielmo excipi, tentareq; Hollandorum copiis, si armis Traiectum recuperare quiret. Itaq; suburbia accendere, & hac re prouocare ad pugnam Ioh. Renessium præfectum, aut salcem vt ab illo ciuium animos alienaret. Nec antistitem fefellit opinio. Nam intus omnia esse plena proditionis metuens vrbe cum suis erumpere, insceendensq; scapham in quam plures iusto se darẽt, hoste eos insequente, in Lacæ profundum ire ac mergi. Hic vitæ Renessii exitus, qui si pro patria pugnasset, non vidisset seculum aliquid hoc præstantius; nunc multa tantum vtcumq; grauia bella mouit. Sagena sui corpus piscati, magno cum luctu sepelire. Cyriacensis pugnæ momento purpurei coloris crux spectabili magnitudine Egmondæ cœlo apparere, auspicio bono, Hollandos iustè pro patria depugnaturos; ad cuius speciem Guielmus victor, aut voto, aut prodigii veneratione in dynasteian solenniter argenteam fabrefactam intulit. Iohannes verò post tam ardua filii facinora, 2. Id. Septemb. quàm feliciter pugnasset, extremum clausit diem; quinquennium præfuit, ad Valenchenas sepultus. Vxor Philippa fatis concedens, 8. Id. April. marito contumulata.

Cladet. Per C fluuium to ottis à Gal. fitius.

Festo D. Lauretii 130 4.

Ioh. Renessius vndis hausitus.

Comites Bla fenses.

Guielmus tertius Hollandiæ Comes 18.

GVielmus Iohanne defuncto ex duce belli Hollandiæ factus Comes; ante enim patris nomine militauerat. Dictus cognomento bonus, quod iustitiæ æquè ac clementiæ singularis esset cultor. Nomen eius latè fama bellaq; ferebant, quæ grauissima atq; periculosissima gesserat, vt purpurati magistrum equitum dicerent: Electores, vicarium regis Romanorum ordinarent. Comitatum suscipiens aulam Herlemi septiduum patefecit, magnifico rerum apparatu, instructo quotidie epulo. Conuenisse ad eam decem Comites; Barones centum; Equites aurati mille memorant, præter procerum ingentem multitudinem. Coniugem habuit Iohannam Philippi Francorum regis germanam, è qua suscepit Iohannem; Guielmum sibi succedentem; Margaretham Bauariæ Ducem, Imperatricem Romanorũ; Philippam, reginam Angliæ; Iohannam Comitem Iuliæ; Ludouicum infantem atq; Elisabetham. Frater illi Iohannes Beaudmondus, matrimonio habens vnicam filiam Comitis Blesensis & Suessionensis, quarum etiam prouinciarũ factus Comes. Donatus à fratre Guielmo bono Gouda vi be atq; Scouonia, earumdemq; vectigalibus & appendice. Hic genuit Iohannem successorẽ, Teuthonicæ domus sociis, strenuè in Prussia aduersus Christiani nominis hostes pugnantẽ, à quo Iohannes & Guido Blesenses originẽ traxere. Guidone moriente dictæ vrbes ad Comitatum sub duce Alberto Bauaro rediere, tametsi illi nothus esset Iohan. Blesensis Treslongæ procer. Cæterùm Guielmus ciuili atq; vrbana modestia bellicam seueritatẽ mirè temperabat, vt nescias, forisne militiæ: an paci esset domi aptior. Expugnauit Bruylenum & Wolmestenum arces Colonienſium agro; instituitq; Mittelburgi D. Petri, asceteriumq; ditauit. Philippum Francorũ regem copias aduersus Flandros educentẽ ad Curtracũ, classe per Scaldim subuecta, viribus adiuuit. Sed vt audiuit regem tempestate excessisse campo, villis vicisq; ad ripam vastatis ac incensis, cum exercitu incolumis in Hollandiam reuerti. Sub hoc, sententia iussuq; Clementis papæ v. Henrici VII. Imp. & Philippi regis Francię, Templarii passim deleti, tantarũ diuitiarũ vt passim denominata 1312.

à se monasteria exstruerent, Christianæ fidei in Hierosolymis ante optimi defensores, at rum flagitiosè viuentes, sacra abdicantes, fallaxq; religionem sequentes. Quippe humana pelle simulachrum inuestire, splendidissimos sub fronte, oculorum vice, carbunculos ferens, cui initiandi, ordinem vitamq; eorum professuri adigebatur, abnegato ante omnia, Christo, & calcata sancta cruce, sacrificium facere. Mortuorum ad hæc cadauera in cineres redacta, his in potum conferre, quo constantiores fieri putabant. Sed & ex Templario atque puella virgine infantes natos igni torrere, adipeque eorum deliquato, decoris gratia, simulachrum perungere, fœdissimo amore Cynedorum infames. Itaque tam nefanda scelera detecta, Viennensi concilio damnata, ac quotquot professionis eius reperiri daretur passim igne exuri, postquam trecentos pæne annos rectus atque incolumis is ordo steterisset, magna insontium quorundam miseria. Atque tum ædes Templariorum Herlemi occupare Iacobus Danus Commendator ad D. Catharinæ, episcopus Zudensis & suffraganeus Traiectinorum vniuersis iis vel interfectis vel ablegatis: Dehinc, Cometes apparuit, crine horrendum terris minitans. Sequuta annonæ caritas, extrema tames, atque ingens mortalitas. Vænire tritici modius libris quatuor Flandricis; Siliginis tribus; singulis sex aureos Rhenanos facientibus. Hordei, solidis viginti. Inops turba herbis radicibusque pratorum vesci, multi perire, matrumque mortuarum vbera infantes fugere, ac præ fame præmordere. Tanta eius erat durities, vt soror sorori indefesse oranti panem negaret, iurans si habeat, velle, vt Deus in lapidem transmutet, quod post peierationem euenit. Ostenduntur etiamnum Leydæ panes lapidei ad D. Petri. Inde, ab his qui non salubribus essent pasti, pestilentia humani generis corruptela descendit, miseranda ducens contagia, vt inuicem sepeliendi Christiano ritu non esset facultas, sed quo quisque loco aut agris aut syluis exspirasset, terræ infoderetur. Tam funestum biennium sequuta mira corporum sanitas, tantaque frugum vbertas, vt annonæ caritatem sua admirabilitate vilitas iam superaret.

Pessima superstitio.

1316. Fames.

Mortalitas.

Vienna Frãcie.

Cæterùm pontifex Guidonem captiuitate solutum Viennam ad Synodum accersere, cum interea Frisii, falsò eius morte diuulgata, Vollenhouam indefesse oppugnare, actumque agentes, machinam ante eam triplici fornice locare, taurinis circumuestitam cutibus aduersus incendium. E superiore, saxa & pondera proiici; medio, missilibus præacutis agi; infimo hastis & securibus. Quam insuper cratibus consepire, ad prohibendas arietum percussiones. Qua re intellecta antistes, venire in Hollandiam accelerabat, colligensque exercitum, classe in Frisiam vexit. Obsessi, postquam venire auxiliatum cognouissent, toties desideratum, vas vndique ferreis prominentibus vncis & tenacibus, pice, sulphure aliisque fomentis oppletum atque accensum iacta in machinam impellere, vt postibus inhærereat, & flammiuomum machinæ partem consumeret, hostium quinquaginta pereuntibus. Cæteri æstuantem flammam haud ferentes, & rudera labentia formidantes, ex ea se præcipitare, crura ac brachia debilitati, quos Hermannus præfectus ad quingentos vsque interficere. Interea Antistitis exercitus ductores Florentius Archidiaconus Traiectensis, & Iohannes Herculanus aduentare, Hollandorumq; copiæ, quarũ præfecti Theodericus Brederodius & Nicolaus à Puteis, atque vbi consedissent, per præconem ad concionem proclamare, vti postridie omnes in armis essent, Frisiæ inflammationem, depopulationem & vastitatem illaturi. Verum derepente tempestas ac frequens imber, inaccessibilem reddès prouinciam, incæpto eos desistere cogebat, etsi Frisii vt ad rebellionem, ita si qua vrget necessitas, obedientiam proni, facturos se imperata polliceri, videlicet, pari facilitate ferè pacem qua rebellionem meditantur. Quo etiam tempore Arnhemi Renaldus Gelriæ Comes pacto Veluam in feudum accepit, quam à Duce Brabantiæ prædecessores impetrare essent soliti, & de qua sub Balduino Antistite toties prælia fertur, cum Guido obæratus à suis se fecreuit, abiitq; in Franciam, permanendi ibidem animo, quoad ære alieno exisset. Non prædo vllus formidine absentis ausus tum aliquam offensiunculam indigenis afferre. Rediens ære alieno graui soluto, ratiunculas exigere à Iohanne Culenburgio, & Nicolao Catthio, administratæ tutelæ, Ghisberti Goiensis impuberis, quibus, aut non sat citò, aut eas dare nolentibus, ipse omni festinatione, Goiam ire obsessum, cum arcis præsidium, partim Antistitis magnanimitatem, partim populosam multitudinem metuens, se cum ea illi dedere, pacta corporum incolumitate. At, heu, qua acquisita, sequenti nocte Guido cardiacam passus, animâ exhalauit, non sine veneni suspicione, quam auxere hostes, noctis vmbra per compita reptates, & arcem modo amissam recuperates, militib. somno ignominiosè aut reiectis aut occisis. Corpus ad D. Martini honorificè insossum, post annos XVI. quam ecclesiam gubernasset, feuera vltione ad

Vollenhoua.

4. Cal. Iun.

vitam

vitam in grassatores animaduertens. Prædecessorum incuria grauatâ mille ac quadringentis libris argenti, Romanæ curiæ eis exsoluit, liberamq; ecclesiam reliquit. Arces insuper exstruxit tres ad ecclesiæ incolumitatẽ; Goram, Dullenburgum ac Stoudenburgum. Erat aspectu venustus, forma & statura decenti, sermocinatione elegantti, ingenio laudabili, consilio fideli, genioque quibusuis percharo. Guielmus bonus, defuncto Guidone antistite patruo, dominia Ghigisberti Amstelii, & Hermanni Woetdeni Hollandiæ adiicere, asserens ea ad Comitatum deuoluta, & pro patrimonio Antistiti dudũ fuisse concessa. Post hæc, operaæ prece creari pontifex, Fredericus Ziriciius, eius nominis secundus ad D. Petri Traiecti Archidiaconus, plurimo æte alieno ante pontificatum obstrictus, quem breui inopem egentemq; populus contemptim habere, vt quum præfectus arcis *Lindæ, Traiectinis maximè esset infestus, & Dullenburgum magna ex parte excidisset, nequicquam tentans operam Renaldi Geltriæ Comitis, quem filius in vincula coniecerat, prece sibi Guielmum fecerit. Qui exercitum ab Hollandia illi mittere, Johanne Herculano præfecto; Lindam, Bomeliamque, vt paucis absoluam, cum aliquot vicis ac villis succendente. Itaq; strenuè victis hostibus, cautum, vt damna Antistiti auro rependerent, & Dullenburgum prænè euersum restaurarent. Hac tempestate ipsa venustas ad D. Martini turrim præexcelsam est fabricata, quæ ab inchoatione secũdo & sexagesimo anno consummata, Florentio quinquagesimo Antistite. Anno salutis humanæ M. CCCXXII Rhenus prodigiosè fermè omnem Borealẽ Hollandiæ regionẽ inundare, & per totam Kinhemariam, plana agrorũ mense integro stagnare, ac præter pecora quorũ incertus numerus, octoginta mortales tum haurire. Quod malũ Guielmus Hollandiæ Comes dolens, post longam ac variam altercationem, Traiectinos euicit, vt Cisthenanos aggeres meliùs munirent. Quo anno Fridericus Antistes cum arthritide diu luctatus Horsti extremũ clausit diem, 13. Cal. August. Præfuit annis quatuor, ad D. Martini conditus. Tum Guielmus pro Iacobo Zudensi Commandatore ad D. Catharinæ prædicto, imprimis ambire, vt quum suffragationẽ perdidisset, & maior pars Iacobum Oosthornium nuncuparet, seditio fuerit coorta, non sine graui periculo Comitis, qui vim metuens vim attulit, præclaris ædibus Florentii præpositi cum omni supellectile in vrbe incensis. Itaq; fraudatum se videns Zudenus atq; exosum cunctis, Oosthornio cedere, qui confirmationẽ ab Henrico Vernenburgio archipræsule Colonienſi accepit, vitæ integræ, & disciplinæ ecclesiasticæ præcipuus amator. Quanquam illo incurabili morbo laborante, Zudensis pontificium sperans, procurauit reseruari Camerę Apostolicæ, primam sedis vacationem. Obiit secundo mense quam pontifex electus esset; ad D. Martini sepultus. Ab hoc Iohan. Bronckhorstius S. Saluatoris archidiaconus, electus Antistes, refragantibus principib. Vasallis ecclesiæ: Iohanne Duce Brabantiæ, Guielmo Comite Hollandiæ, ac Renaldo Nigro rectore Geliæ, missis Romam legatis, oratum pro Iohanne Diestensi archidiacono Cameracensi, prouisionem, quod aiunt, sedis vacantis. Quibus Iohannes papa XXII. eius nominis, annuere, consecratusq; Diestensis Romana in curia est, ac Bronckhorstius tum cedere. Ille Henrico Hagesteino bellũ sibi faciente, fidem Guielmi Comitis Hollandiæ implorare. Sed absens Comes demandat Guielmo Cusero terræ Rhenanæ præfecto, vt ex Waterlandis Amstelandisq; collecto exercitu Antistiti auxiliaretur. Qui Laca flumine transmisso vnà cum copiis Antistitis prædas agere, regionemq; eam quaquauersum ferro ac igne vastare, donec hostem sat vlti essent. Sequenti anno occiso, Neouardæ, iudice Gigisberto, à se ordinato Duueuuordius, huius vlciscendi causa Guielmus Gheinum vicum exussit, cum Traiectini haud segnes violentiæ impetu Neouardam vicissim accendere. Eductis tandem ab Hollandia, Geltria ac Cliuia copiis Duueuuordius classe Laca ad Rhenũ vsq; ascendere, partemq; Horsti vici igne succendere, ac frustra tentato castello redire quà venerat, Zelandos, Frisios, Flandros & Brabantos stipendiarios milites expectãs quem cum Traiectinis Diestensis statuebat, aut finibus suis pellere, aut saltem magna clade afficere. Mitum cogitanti videatur, quî Duueuuordius, si non conniuente Comite, potuerit excire hos populos, aut si stipendiarii fuerint, vnde tam grandem pecuniam contraxit? Vtvt est, Comes in hoc motu rerum festinanter Dordracum adequitare, volens eum discedere armis, domuitionemque parare. Nam & inimicitiæ oriri inter Hollandiæ Comitem & Ducem Brabantiæ, quæ in bellum exirent, cui se actredecim principes alii cum eo tum præparare.

*Fridericus Ziriciius Antiſt. 43.

*forcè Londe.

Cisthenani aggeres denſiores facti.

Oosthornius Antistes 44.

12. Cal. Octobr.

Ioh. Dieſten ſis Ant. 45.

Guielmus Cuſerus.

Causa belli, quod Adolphus à Marcha Antistes Colonienſis Mechliniam Ludouico Flandriæ Comiti auro vendidisset, emptionem refellente Iohanne Brabantiæ Duce, dicente, D. Lamberti bona, ne Antistiti quidem vendere aut alienare esse per-

missum. Itaque Flandriæ Comes bellum Brabanto indicere, quem sequi noster spe, quod euenit, Heusdenum acquirendi. Siquidem & cum viculis feudum fuisse Comitis Cliuensis & Teysterbandiæ, vt per australem Hollandiam pleraque alia, nemo ibit inficias. Nam quum olim de memorato dominio inter Brabantiæ Ducem atque Iohannem Heusdenum lis incidisset, depressisse inferiorem Brabantiæ Ducem, quod Cliuensis longius aberat, quàm ab eo auxilium petere posset. Itaque se in fidem atque clientelam Hollandiæ Comitis dedisse, nihil magni ducentis, aduersus Brabantum eundem defendere. Quo absque liberis defuncto Sophiam sororem Comitem Saffenburgi dominium hoc accepisse, & adeundæ hæreditatis potestatem non habentem, potentia Ducis Brabantiæ arcis præsidium largitione corrumpentis, memoratum precio

Heusdenum quando in Comitis ius abierit.

Comiti vendidisse, possidente tamen Brabanto, quoad Philippus rex Franciæ rebus turbatis nisus consulere bellum pactione nuptiarum intercepit. Iohannam Brabanti filiam, Guielmus Oosteruandiæ, Guielmi Comitis filius, vxorem acciperet. Alteram Flandriæ Comitis filius Ludouicus Malenus: Tertiam Reynoldus Geldriæ Dux, qui & se hostem Brabanto declarasset. Nuptiæ celebratæ, & pacis nomine superis litatum lætitia publica, vt tamen prius quicquid iuris in Hoesdenum ante vsurpasset, Brabantus

Nota.

Guielmo renunciaret, vnde nasci prouerbium inter mortales: Ludit, vt qui Mechlinia
" mea, Heusdena tua, quod in inhonestè auaros vel rapaces hodie dicimus vernacula:
" hy speelt als Machelen myn: Hoesden dyn. Quæ ego ex historiæ fide, etsi non de nihilo

Rebellant Frisii.

nasci prouerbia consueuere. Anno duodeuigesimo supra trecentesimum & millesimum rebellione æstuantibus Frisiis Orientalibus Guielmus piraticas adornare, quæ obuios Ponto vrgerent, mergerent, abducerent, oramq; maritimam vastarent, donec eos imperata facere coegit, compulsos per Dynastas aliquot, ciuesque Stauræ laudatiores, qui in fide permanserant. Herlemi, Guielmi colloquium petere, pacemque poscere, vbi statutis, vt quotquot citra Lauwerm vbi Groningia, feodalia bona possiderẽt, à Comite precarentur, prætores admitterent, & arrarii præfectis tributa exsoluerent: cùm Frisii prolato veteri libello efflagitare, vt in Frisiam Comes venire, & de sella prouincialium causas audire & iudicare vellet, atque ita vtrinque discessum.

De Iudæo cognomento rubro.

Eodem tempore Iudæus cognomento ruber vir fortis & catechumenus, quem è sacro fonte Guielmus suscepisset ac adoptiuum, charumque ob hoc magè haberet, in Hannonia nefandum perpetrare. Cum enim in Cambronensis monasterii templum introiisset, & solitudinem esset nactus, roseas imaginis Deiparæ virginis Mariæ genas hasta percutere, ac recedere, sceluisque occultare. Sed eccum, quod admirabile in oculis omnium videbitur, de vulnere imaginis, cruoris riuulus manare, diuersis morbis medicamentum, rumorque hic ire per prouinciam, nec author facinoris inueniri. Accidit fortè fabrum ferrarium aduersa valetudine corripi lectuloque decumbere, quem in somnis nocte per imaginem cruenta viscre D. virgo, iubens surgere, Iudæumque Comiti prodere, etsi facinus inficiaretur, prouocare ad singulare certamen, dicereque proculdubio victorem fore, atque hoc pacto sontem illum, sacrilegum & parricidam, declaraturum. Faber vt exspergi, sentire simul morbum se reliquis se, cur protinus surgere, Iudæum prodere, inficiantemque facinus ad singulare prouocare certamen. Detrectare is primum, sed per Comitem compulsum in arenam prodire, faber vincit ac necat. Alii volunt reo omni prius ordine expositâ, sursum pede, capite deorsum canes inter famelicos illum depasturos, medio patibulo appensum; factum id credam; at postquam hostem faber iugulasset. Pacatis Frisiis Ludouicus Bauariæ Dux, cui Margaretha Guielmi filia nupserat, Imperator electus, vt

Epistola Ludouici Imp.

coronaretur, Romam profecturus, literas socero in hæc verba scribit: Ludouicus Imperator socero suo salutem. Quum Dei benignitas ad imperatorium fastigium nos promouerit, ciuitates & castra, quæ Henrico prædecessori nostro patuere sese nobis subdiderint; visum est adire Italiam atque regnum Romanorum penetrare, in vrbem Romam vsque. Itaque te socerum gener duxi rogandum, Imperatorque putaui tibi imperandum, vti quanto queas cum exercitu in Lombardiam te conferas, transcensis alpibus imperialia officia, quomodolibet nobis cum recepturi. Vale. Quibus literis acceptis, Guielmus sociis, Renaldo Geldriæ, Theoderico Cliuiæ, Guielmo Iuliæ, Adulpho Montensi, ac octoginta equitibus, iter arripere. Verùm Pontifex, intellecto Ludouicum pro animi libidine cœpisse agere, & contempto se, ecclesiastica officia varia variis elargiri, eisque confirmationem addere, iussit Rhodani pontem rescindi, & censura egit, ne Ludouici actionum voluntatumque socius Guielmus magis esse auderet, sed retrò cum aliis ferret pedem: quem redeuntẽ, in itinere Francorum rex Parisiis est summè amplexus, vbi inter se de bello Flandrico tracta-

tractare, cui ad hoc adiutorem fore se vltro spopondit; etsi quum infestis signis rex in Flandros inferretur, montem insidentes Caselinum, quod opportunū ratus, pacem inter partes conciliare studeret. Verùm dum de pace tractant, properè ferox genus monte descendere, vt nihil tale opinantem regem in castris opprimant. Quo comperto Guielmus signa iubet velli, hostemq; excipit, non sine magno sui periculo. Nam quæ pertinacia Flandrorū furorq; est, adeò prælium inualescere, vt equo turbatus, à suis vix seruaretur. Acerrimè vtrinq; pugnatum, Francis, ab incondita plebe vinci dedignantibus: plebeq; nihilominus in eos sæuiente. Vbi euidentissimè excelluit iuniotis Guielmi egregia virtus, fortisq; animus. Nam ex patris periculo factus irritatior, cum Hollandis, ducibus anteſignanis Theoderico Brederodio, Iohanne Herculano; Philippo Wassenario; Iohanne Egmondano, & Gualtero filio, Arnoldo Cruningio, Iohanne Polano Leccarum procere, Iohan. Haemstæo atq; Guielmo Duuenuordio, in hostem feliciſſimè pugnare, cęsis Flandrorum XLVI.M. Hunc mox Comes in Prussiam mittere, vbi ob præclara facinora, egregiamq; suam virtutem, militari ordine insignitus, varia cōfecit bella, ita dextrè, vt multos hostes, sui nominis celebritate deterreret. Interea Ludouicus Bauarus iterato permagnis copiis Romam ite, & Cleri populiq; iussu imperialem atq; augustam coronā accipere, de quo Margaretha Ludouici vxor scripsit matri, in hunc modum: Margaretha Dei gratia Romanorum Imperatrix semper Augusta, nobili matronę prælectæ genitrici suæ gratiam & omne bonum. Quum ad ipsius laudem bonorū omnium cōditor Deus, diuidens singulis prout vult, his diebus statum nostrum ad culmen gratiæ singularis prærogatiuæ dignatus fuerit sublimare vestris maternis affectibus deuotissimè declaramus, quod in vrbe die decima mensis Ianuarii, multis dignitatibus, tripudiis, ceremoniis, & quam plurimis ornatibus ad hoc debitis & consuetis in ecclesia D. Petri fuimus coronatæ. Datum Romæ, &c. Guielmus, cum aliam filiarū nubere vellet, acto conuentu, proceres ac vndiq; magistratus, iussit pronunciare, vbi & quem huic par esset inuenire virum. Plerisq; respondentibus potentissimum ac nobilissimum quærendū: negare is. Rex inquiens, Angliæ vnam mearū habet, hanc nunc Franciæ rex dari sibi vxorem poscit. Si filius, quod mihi mea mens præsagit absq; liberis contingat discedere, nullam prouinciarū curam erunt habituri, cum iis haud erit operæ precium, & præficient mercenarium spei bonæ & huaritiæ plenum, vos ac bona vestra deuorantem. Alias idem precatus suos, vt in singula iugera, stuferi, id est hodierni sestertii, quadrantem exsoluerent, noluit mox accipere, vbi didicisset in tantum summam excrescere. Aliter hoc alii narrant, popoſciſſe quadrantem, & ciues duplicem fuisse pollicitos, ac tum dixisse; Vobis hæc omnia remitto, superest nummulus vnde viuam, si quando cogeam, precabor. Eidem ærarii præfectus, nothus ex nobili stirpe Duuenuordia, is Comitis impensa muro Viennam clauserat, & D. Geertrudis arcem exædificarat, nec non ponè eam, quam videre est Carthusiam, quum Angliæ rex mittere ab illo postularum mutuo argentum. Ille quantum peteret, ab iis rogare. Respondentibus regi opus esse centū milibus aureorum, ait se CC.M. annumeraturum, modò rex permittat ipsi per Angliam immunē versati, quoad pecunia redderetur. Quod mox inuidiosè & criminosè, nobiles aliquot Comiti significare, qui ad certū diem administrationis suæ libellos tradere cum cōpellit. Adest rusticano amictu, fascem clauium manu portans. Mirari Comes cū cæteris, quæ res illa esset. Reddam, inquit, rationem. Hanc arcem exstruxi, tua est ô Comes, en clauem tibi: item illam, & hæc quoq; tua, clauem tene: Quantum hic, quantum illic reconditi auri & argenti est, omne tibi cedit, atq; accipe vtram q; thesauri tui clauem. Hæc mea ratio, quando facere eam aliter non datur, ob obturatas tibi aures, delatorum calumnia: quali amictu, primum ad te veni, tali nunc cupiens abs te discedo. Erubescere criminationis conscii, ac velle tum Comes, vti perpetuò ærarii præfectus esset. Adeo præfracto hic ac duro erat ingenio, vt quum Vianensis reguli filiam vxorem duxisset, & peracta solennitus cœna, nupta genialem thorum simul inscendisset, altum ingemens, atque ille scitaretur causam, audisset que tandem graue videri ex ampliſſimo genere oriundam, patris ministratori se nubere, è lectulo repente prosiliret, numquam id euenturum testans, nec tota vita adduci potuerit, quantumuis virgo dicti pœnitens esset, vt cum ea solus conclaue haberet. De hoc Comite narratur in supremа ægritudine insigne iustitiæ exemplū edidisse. Erat in agro Dordraceno rusticus tristis & senex, cui vacca vnica vberrimè sapidissimum præbens lac, vnde cum vxore viueret, quam precio nisus Hollandiæ prætor Australis ab eodem emere, verùm, vt hoc genus hominum ferè durum est & agreste, non potuit: cum cupiditate potiundæ vaccæ prætor inardescens, rusticum ludere, suam auferre, paremq; pro ea supponere.

Memorabiles laudes. vide Villanum historiographum Italum authori adsistentē. qui eo tempore vixit.

Epistola Margaretha.

Nouāla nūneo lapillo.

Vox prisci. Prodigna bono.

Memorabile.

Duritiem ingenii, adamantem superans.

Aliud memorabile, de rustico & prætore.

Quod grauiter ferens rusticus, Valenchenas tendere, vbi lectulo decumbere ægrum Comitem cognorat, queriq; apud eum de vi & iniuria sibi facta. Comes misertus rustici redhibendam dixit, scribitque iudici Dordraceno, quem Saultetum vocant, vt vnà cum prætore Hollandiæ Australis atque nepote, venire ad se quamprimum accelleret. Iudex, animaduertens rem metus plenam, scitari nepotem, num vllius grauioris admissi conscius sibi esset; Nisi, ait, quod vaccam permutaui inuito rustico. Itaque fidenter simul properare, credentes rem eam pro ludo Comitem habiturum, veniteque Valenchenas vbi iudici Comes aduentum gratulari, eumque interrogare num & prætor Hollandiæ Australis adesset. Qui id affirmare. Tum ex accersito Comes, quærere, num ille prætor esset, quod haud inficiante se, subiecit, Satin Hollandiæ atque pacis ibi & iustitiæ est custodia? Illo hoc asseuerante, cur ergo, ait, bonum & æquum violasti, & misello surripuisti vaccam? iussitq; prodire rusticum, interrogans prætorem num hominem nosset, cui vaccam eripuisset? Qui aliam pro ea reddidi dicere. Vtiorem respondere Comes, atque itane tu hoc pacto pauperi satis te feciss putabis, iniurium hoc esset, cur ambo meo stabitis arbitrio. Egressis dein, ludici imperare, vt reuersus domum citra fraudem vllam aut dolum, pro iniuria illata misello è bonis prætoris nepotis annumeret coronatos centum, cautumque volebat ne vmquam illi ea res noxæ esset. Reuocatus mox prætor, testari se libenter hæc omnia facturum, æstimans ab omni pœna se iam solutum; cum dicere Comes: vtcumque erit rustico, mihi tamen esse satis factum haud putabis. Adesse protinus Sacerdos, cui confiteri iussus, post quæ lectulo hærens manu ensem theca reconditum ille stringere ac Carnifici tradere, quo prætoris ceruices præcidat. Quibus peractis intro reuocari Iudex, quem monere, vt corpus nepotis tollat, eiusque periculo feliciter sapiat, qui redux Comitis mandatum fideliter exequi, „iustitiæ exemplum veritus. Ingrauescente indies arthritide qua laborare, extremis his pænè verbis Guielmum filium est affatus. Multa in hoc „ discessu dicere me mouent fili, quæ tuam stabilire potentiam possint. Deum time per„ petuum: Rem diuinam piè ac sanctè cole: Consilii salubritatem sequere, ad Reipubli„ cæ sanitatem: Patrem te exhibe patriæ, quod erit si verecundiæ ac iustitiæ, in quibus „ maximè splendor situs, quocumque tempore seruias; fundamentum enim perpetuæ „ commendationis & famæ est, sine qua administratio nulla potest esse laudabilis. Illam „ ego semper quantum vllam aliam virtutē in vita amabam, qua vna principatum mode„ ratus celebris vixi. Itidem facias oportet, si paternam gloriam æmulaberis. Superbè „ in te assurgentes virtute armorum domare licet, in victos nec immanes haud sæuite, „ quum malis ignoscere idem est, quod bonos perdere. Vbi enim à rectis turpiter facta „ non distingui, segnior fit bonus ad virtutem, & malus ad vitium procliuior. Facilem „ te omnibus exhibeto, non ad contemptum, sed desideria te interpellantium comiter „ & benignè audi. Alteram autem susurronibus & calumniatoribus perpetuo præclude; „ nam pestes hominum, omnia ad voluptatem loqui, nihil ad veritatem. Discè ex me „ imperitare populis, qui nec seruitutem omnino nec libertatem pati possint. Magna „ prudentia, ac magno temperamento hic opus est, quæ omnia conficere: vnde mone„ tam leuare probrum sit, vectigalia iniusta ac noua his imponere stolidum; sic bonus „ princeps dici & haberi queas. Et paci & bello te accommodato, pace ciuilis & magni„ ficus; bello strenuus sis ac magnanimus. Rebus in humanis nihil firmi, omnia enim „ ruunt. Nec prosperate erigant, nec deprimant aduersa: Indomitam Frisiorum gen„ tem, auspicato aggredere, si quando minus obaudientes fuerint. Nam pederentim „ domandi, quod primum feroces; dein languescant. Conare vitam in tuto collocare, „ at si contigerit in periculum deuocari, bello quære salutem recta atque honesta opi„ nione, & non pudenda fama. Mori namque cunctis prouidentia decreuit; at honestè „ mori, non nisi bonis viris proprium natura concessit. Itaque quod si ad hæc præcepta, „ hortatusque meos, vitam & mores fingas, erit, vt prouincia, nec sui se pœniteat, nec „ principi tali subesse, post Deum, erubescat. Moritur septimo Idus Iunii, anno principatus trigesimo quarto, posteris inusitatæ bonitatis suæ atque clementiæ, memoriam sempiternam relinquens. Iohanna vxor seculi res viles aspernata, Fontanellæ Cistertiensis ordinis conuixit, ac quinquennio post moritur, Valenchenæ contumulata marito.

Guiel-

Guielmus quartus Hollandiæ Comes 19.

DEfunctum sequi filius pari nomine, at non vitæ instituto. Nam præter bella gesta, paternæ ciuilitatis multa documenta sunt: verum hic, quod aiunt, à crepundiis, ad vitam, nil nisi bella exercere, non qualia hodierni principes, aut cupiditate, aut dominandi libidine aceensi, sed in quibus nihil turpitudinis, vt iusta ea an iniusta fuerint non ambigas; quippe quæ gessit bella, veræ gloriæ & pietatis plena fuere. Nam in Saracenos, Hispaniæ Beticam, in qua Granada vrbs, armorum impetu diuexantes classe proficisci, suppetias regibus Hispaniarum allaturus; & vrbem Azirienſem, superbam & bellicosam, glorioſe post diutinam obsidionem copiis cœpere cæsis Christianam fidem nolentibus amplecti, diuesque præda, & honore & munere à regibus auctus, reuerti per Normanniam, ludicro ibidem hastatorum certamini se miscens, tanta cum gloria, vt solus principum habere scientiam rei militaris prædicaretur. Fertur in prouinciam reuersum, Herlemi, ad ostentationem perquam magnifico apparatu aulam principibus aperuisse, quamplurimis in vnum conuenientibus. Post quæ, ne otio animus corpusque torpesceret, cum his ac milite in Prussiam iterato ire, ac hostium Christianæ fidei reliquias delere, existimans nihil fieri, quamdiu ad agendum aliquid superesse videretur. Actum vrbes Lituaniæ expugnare, grandi armatorum exercitu, & ferro ignique passim debacchari; indeque non sine magno vitæ periculo Hierosolymam proficisci, votorum exoluendorum gratia. Quibus ille expeditionibus tantum famæ ac gloriæ passim meruit, vt Coloniam reuerso, quamquam adhuc viuo Imperatore Ludouico, cum ecclesia dissentiente, imperii Electores, coronam offerrent. Sed quod germana soror Imperatori nupsisset, vel Traiectinos prætenderet in Hollandiam incurrere, eam non tam repulit, quàm non accepit. Verum ego dum in laudanda expeditione eius transmarina efferor, historiæ seriem turbo; cæterum haud finit silere dolor. Nam quis tacendam putet, tot iam, non dicam annis, verum seculis tantam indignitatem? Turca habet Hierosolymam, habet, inquam, Hierosolymam Christianitatis regiam. Quin populi Christiani reges vltum hoc itis. Nefarius Sepulchro Christi hostis incubat, tot fratres seruitio premit. At schismatici sunt. Liberandi primum, post suadendi & sanandi. Non hic tam populi quàm vestram requiro vigilantiam. Enimuero ferendum non est orbis Christiani principes auaritia occæcatos, ad hoc non militem, sed pecuniam exigere, ac populum re sua ire spoliatum. Quanto satius esset, vnumquemque vestrûm deligere, quibuscum in hostem præliaretur: Nam quid à mercenario sperandum milite, sæpenumerò ante tubam trepidante. O fortunatos nimium, si mala vestra noritis. Asia vniuersa, Europa tota, Thracia, Misia, Macedonia, Græcia, Ætolia, Thessalia, Epyrus, Illyris, ad intima vsque Dalmatiæ, terrimi & crudelissimi hostis parent tyrannidi. Nec quicquam his remissior, accolas Hungaros & Germanos tentat efferata belua, ad quorum nomen & famam dicitur etiam Alexandrum Macedonem exhorruisse. In hanc calamitatem, si vera fateri licet, non tam incidimus, quàm culpa vestra deuenimus. Hæc auditis, videtis, sentitis, & mutuis cædibus implicabimini? Quousque discordes, impurissimos canes Ierosolymis Iudæaque vniuersa non pelletis? Prophetarum, Patriarcharum, atque adeo Christi Saluatoris, Deiparæque virginis Mariæ domicilio? Auxiliamini obtestor, & imminentem ærumnam ceruicibus nostris, illis in quibus sæpe spectatis dextris arcete. Iam stringite in hostem gladium Christiani sanguinis sitientissimum, qui Deo, mortalibus, religioni ac pietati aperte iniuriam facit.

Exhortatio ad principes Christianos.

Ad historiam redire placet, rursum longius quàm par est ab ea digresso. Renaldus Gelriæ Comes in Baptismi tinctione, dixit cædem infanti Frisios facturos. Adultus vxorem duxit Iohannam Ducis Brabantiæ filiam, è qua nullam prolem fuscepit. Quo fermè tempore, Eduardus Angliæ rex, ingenti classe comparata, ad Franciæ regnum occupandum animum adiicere, quod ad Isabellam matrem Philippi Pulchri filiam, hæreditario iure peruenisset. Verum Philippus Valesius Francorum rex, Salicam legem Pharamundi obiicere, quæ vult fœminas ad regiam dignitatem non admitti, sed solos mares, regio virili semine oriundos. Nihilominus repulsam passus Eduardus, vi ac armis id vendicare statuebat, qui conciliatis sibi principibus ad tantam belli molem, vndique insuper auxiliares euocare copias. Fauere Eduardo imprimis Guielmus Hollandiæ Comes, cuius soror Philippa illi nupserat: Ludouicus Imperator, qui alteram sororem Margarethamvxorem acce-

Renaldus Guielmum Baptisterio suscepit.

Lex Salica.

Bellum inter Francū & Anglum.

perat: Iohannes Dux Brabantiæ, Reinaldus Dux Gelriæ: Guielmus Iuliæ Comes: Iohannes Beaudmondus Blesensis: Theodoricus Cliuiæ, & de Monte & Mercha Comes, ac cæteri fere primarii principes Alemanniæ. Nec minorem Valesius contrahere exercitum, auxiliis fretus regum, Nauarræ, Scotiæ, & Iohannis Bohemiæ filii Henrici septimi Imperatoris: Præsulum; Remensis, Leodiensis, Metensis, & Beluacensis: Ducum, Britanniæ, Burgundiæ, Borboniæ, Normanniæ, Lotharingiæ, Aureliæ, Comitum triginta; Equestris ordinis militum duodecim milium. Castra castris conlata propter Cretiacum, neutraque detrectare certamen, sed magnis vtrinque viribus concurrere, vbi Franci postremum horribili strage cecidere. Fertur eorum tum occubuisse triginta milia, quorum aurati equites fuere mille quingenti ac quadraginta quinque: Militiæ principes, Iohannes Bohemiæ rex, Alenconii Comes Philippi frater, Dux Lotharingiæ: Ludouicus Flandriæ Comes. Valesius ægrè dilapsus, nocte Ambianũ venit. Victor Eduardus ad Caletes pergere, elegantissimaq; in planicie statiua facere, inde se non moturum iurans ob ciuium pertinaciam, quàm vrbem expugnasset, vt commeatus alimentorumq; inopia mox se dedere, & cum vitæ incolumitate vnicam tantùm vestem qua exirent pacisci cogerentur. Quod oppidum cum prouincia Ghiesensi Anglorum regi paret in præsentem diem. In hoc bello mirè pulcherrimorum facinorum gloria Guielmus superate, cuius ductu atq; auspiciis post diutinam obsidionem miles Tornacum occupare, machinis Cameracum quatere, Abbatis villam deiicere, Ambianũ magna ex parte exurere, ac varias arces solo adæquare. Vnde quod memorandum hic est, Ludouicus Bauarus Imperator, illum atq; Renaldum Gelriæ & Guielmum Iuliæ, Comites, Ducali titulo ad Francofurtum volauerit, in celeberrimo conuentu principum, instante rege Angliæ imprimis ornare; Sed iter iam tertio in Prussiam destinanti, aliis duobus hoc titulo insignitis, visum melius, vtum ire Christi hostes, quàm otioso titulo decorati, existimanti non immerito esse ineptum, de titulis ad veram nobilitatẽ aut parum aut nihil facientibus, laborare. Interea Iohannes Diestensis Antistes fatis concedere Calend. Iulii post annos duodecim quam ecclesiam administrasset, non tam obnixè vel solerter quàm decet. Nam Vredelandiam aliasque aliquot villas satisdato Comiti dare: Gelriæ Duci Vollenhonam, prouinciamque Transyselanam pignori. Tutores quoque sex, quos ecclesiæ statuisset, non sat ex fide agere; solùm memoria dignum gessit, quod Diepenhemensem Comitatum ecclesiæ acquisiuit, & ad Amersfordiam instituit Asceterium. Martiniano sepultus; cum, vt summatim dicam, de altero deligendo Antistite suffragia certare. Pars in gratiam Comitis Guielmi, Iohannem Herculanum: pars petitione Gelriæ Ducis Iohannem Bronchorstium postulare, Archidiaconum ad S. Saluatoris. At Benedictus duodecimus PP. semoto vtroque, arbitrio creauit Nicolaum Capotium nobilem Romanum; verùm is querens venisse in loca tam longinqua ac peregrina, post annum ei pontificium renunciat. Tum Clemens Sextus vacantis sedis dignitatem in Iohannem Herculanum transferre, qui Romæ cõsecratus, veteri ritu, decenter ac magna pompa & gratulatione plebis ad ecclesiæ gubernacula accessit. Fratres illi Otto Arquelius, Iohannes Zaleni, Auerati & Nordlessæ; Robertus Aspræ, & Herbertus Slingelandiæ. Inerat in Iohanne iuuene quiddam feruidi, ingenii sagacitatis atque prudentiæ multum, vt primo pontificii anno, præter campos, Transyselanæ regionis, variasque arces fœneratoribus oppigneratas, Stontenburgum ab Arnoldo lsesteno quadringentorum talentorum summa redimeret. Horstum ab Huberto Scenckio eorundem nongentis: Insuper ecclesiæ causa, cum simul exire alieno ære non posset, aliubi constituebat latirare, haud pro dignitate, sed necessitate victurus, Herberto Arquelienſi fratri, sedis cura demandata. Sub hoc tempus Hollandia terribili terræ motu concussa, qui factus durior, quod palustris regio, & cuncta gelu riguissent. Prodigii loco habitum, creditumque magni alicuius venturi mali indicium: cum paulo post Guielmus è Prussia reuersus, quod prætores pepulisent, Frisiis bellum Orientalibus indicere, cogereque ingentem exercitum. Ferunt, annales tredecim Comites, duos ac quinquaginta primarios nobiles, quos Barones vocant, terque mille auratos equites sub signis habuisse, præter centena millia armatorum quibus qui vult accedat, etsi mihi incredibilis numerus exercitus videatur. Itaque comparatis omnibus ad bellum necessariis, ob leidorias & scommata, quæ Traiectini pro genio in eum iecerant, vrbem aperta vi statuebat oppugnare: Ciues primo eius aduentu consternari, mortisq; metum habere; at trepidatio vbi in consilium versa, exercitum cogere, stipendia decernere, vectigalia exigere, præsidio subsidia munire, turres disponere, muros reficere, fossa valloque mœnia præcingere. Nec minus segniter Comes contra agere, dum machinas ille admouere vrbi, & propugnacula & testudines

Strages.

Guielmus Ducale fastigium recusat.

Non titulus tam ornat quàm virtus.

Tutores ecclesiæ sex.

Nicolaus Capotius Antist. 46. Iohan. Arquelienſis 47 Antist.

4. Non. Ian.

Bellum aduersus Frisios Orientales.

dines facere, quæ assertibus obtectæ, altitudine, ipsa mœnia superabant, sagittariorumq; stabant copia confertæ. Tum plurima vtrinq; damna illata & accepta, Comitisq; sub nostrem fossæ profunditatem tentantis talum telo ictum, sauciusq; inde in Tabernaculum illatus. Interea Antistes Genapoli hęc audiens Traiectum properare; & quod contra potentiorem armis ciues agere, temerarium duceret, per Iohannem Beaudmondum Guielmi patruum ijs inducias pacemq; pactione acquirere: vt quingenti ciues, veste tecti linea ac caput nudi errati veniam supplices oratum ante Comitis tabernaculum venirẽt, quotiensq; intra Mosam bellum illi esset, eorundem totidem stipendio suo in auxilium mitterent, tum mœniorum decempedas viginti sternerent, & platea quædam perpetuum sub ditione Comitis Hollandię esset, Hollandorum nomen etiamnum retinens. Firmatæ inducię advsq; D. Martini, mox plena pace sequente, quam non grauate admittere Comes, quo melius in Frisios omnes vires verteret. Post senas itaq; hebdomadas, quã Comes obsidionem fregisset, magna lætitia ciuium anniuersaria supplicatio Deo deliberata patria, decreta. Tum spe domandi Frisios, itinere in eos proficisci, cuius fatum erat in bello perire. Classis tempestate disiecta, alio atq; alio applicare, quæ res cladis occasio fuit. Quippe Iohannes Hannonienſis filius Iohannis Beaudmondi, ad partem Staureæ Australem delatus, in littore castra locare, cum sociis inexspectatis Hollandi ausu temerario in hostem ire, quos cum eo prima pugna in oppidum abigere, inque D. Odulphi monasteriũ; quod dum oppugnare illi, versa belli alea, diuino credunt factũ numine. In exercitu Comitis, non minor temeritas, plus etiam cladis. Nam is ad Borealem partem egressus, suorum fortunæ ignarus, frustra orantibus amicis, vt cæteros operiri vellet, vociferari, præeuntem qui se amarent sequerẽtur, nec veritus ire cum quingentis ferme viris quibuscum appulisset, incensum hostiles pagos: sed cui occurrere Frisii infinita multitudine, vbi Guielmus ira & audacia periculum prorsus contemnens, impetu primo, hasta præfecti Frisiorum guttur medium traiecit, fugientemque per hostilem exercitum consectatus equo deturbat, caputq; obluctantis gladio dempsit. Verum quum paucitas nostrorum hosti innotesceret, & auxilia illi venirent, cruentum surgere prælium, duplici malo nostris à tergo & latere pressis repugnareq; coactis, ac tum nẽmo inultus mori. Comes multis prius vulneribus acceptis, pugnamq; ferociter ciens, ibi occidere. Videre milites cadentem, qui re illa perculsi, eruptione facta naues repetere, quanquam hostes fugientium vestigia calcantes plerosq; eorum occiderent, viginti vix elapsis tantæ cladis nunciis. Mox sero reliqua classis appellere, Frisijs in littore confidentibus, animique ferociam quam ex victoria conceperant, nutu, cruentatosq; procul vibrando gladios exprimentibus. Prodigiosum occidisse quo loci Hollandiæ Comites de sella ac tribunali ius dicere essent soliti. Cecidere ea pugna viri principes, Hornæ, Ligni, Valecourdæ, Mani, Aentongæ, Amsteæ & Meruæ, Guielmus Naelduuici, Simon ac Theodoricus Teylingiæ, Guido Aspræ, Iohannes, Renerus & Guielmus Montfortiæ, Theodoricus Santhorsti, Hermannus & Theodoricus Svvietæ, Otgerus Spaniæ, Alpherdus Burgerhorsti, Nicolaus Oemius, Gerardus Euerus, Guielmus Dongius, Hermannus Santenſis, Wolferdus Remersualienſis, alijq; cum his plures equites ac ciues. Ferunt Frisios talione caput interempti Comitis præcidisse, & decimo post cladem die Commandatorem Herlemensem porrecta humi cadauera cæsorum lustrantem corpus agnouisse tabe sanguineq; aspersum, inque Floridum campum comportasse, postquam Hannoniam & Hollandiam octennium gubernasset, ad bella natus, in bellis enutritus, haud dignus qui tali periret morte. Sed implacabiles & inexpiabiles Parcæ, acerbiores fere concipere casus aduersus eos, quibus plus nimio indulsere. Ita vnumquemq; sua fata trahunt. Iohanna Comes, post cædem mariti Wenceslao Duci Luxenburgienſi nupsit, post Guielmi mortem sexaginta annis superstes. Cæterum Iohannes Arquelienſis Antistes, cognita morte Comitis vltionem parare ijs qui se spreuissent, & Guielmi partes essent sequuti, qui cum vrbem obsidione presserant. Itaq; depopulari ac vastare Arnoldi Iselsteni agros, Zuederum Abcondæ in deditionem accipere, atq; aliquibus ex his pecuniæ summam imperare: Emenessam igne succendere, quod à se defecisset, mutatoque nomine Hollandiam Orientalem appellare. Sub hoc Comite, Delfi, Gertrudis, cognomento, ab Oosten, virguncula, dilucida instar Saluatoris vulnera, manus pedesq; gerebat, sanguinem stillantia. Amsterodami inventa Eucharistia, vomitu à Valetudinario eiecta, inq; ignem proiecta, mirum relucens, quam ex eo in templum illatam magna hodie mortales in veneratione habent.

Aliud M.S. Gaupoli habet.

Der Hollanders straat.

Postridie M. Magdalenæ.

Cladis & cædes Comitis 1345. Cal. Dec.

ARGVMENTVM

Libri Noni.

Bauariæ Duces in Hollandia Comitatum succedunt. Indo factiones atque inteſtina bella: Aſellini Guielmum in prouinciam accerſunt. Matri bellum infert: Victus primum. Dein victor in Moſa admittit ingentem eadem: vi & armis prouinciam inuadit. Aduerſus Antiſtitem Traiectiorum aliquot bella geſſit. Antiſtes in ſuam ditionem irrumpentes, multis præliis vincit: Guielmus Comes mente captus: Qui primarii ſub eo nobiles: Albertus Guielmi germanus factus Comes: Hamatis fauet, rurſus odia excreſcunt. Albertus Delfum obſidet, & mania vrbis ac turres diruit. Otto Arquelienſis multa priuilegia impetrat. Iuſtitiæ exemplum. Vrbanus Iohannem Arquelienſem Traiectinorum Antiſtitem, Leodienſem inueſtit. In huius locum ſurrogatus Iohannes Vernenburgius: Goræ captus non ſine veneni ſuſpicione moritur, hoc defuncto, Vrbanus PP. Arnoldum ab Horn inueſtit. Is de Vredelandia cum Alberto varia prælia fecit. Ad Leodienſem eccleſiam poſtulato ſuccedit Florentius. Iacobus Iuliacus Pſeudo-antiſtes capite plexus. Albertus Comes Angiæ principem capitu afficit ſupplicio. Magni inde motus in Hannonia. In Hagienſi curia facellum conſtruit. Alcydis Poelgheſtia Alberti concubina Hagæ trucidata. Albertus Guielmum filium cum aliis proſcribit: Arces plurimas Hollandiæ ſolo æquat. Fredericus Blancenhemius Trentoniam, arcemque Concordiæ recuperat: Groningiam obſidet, ciues facere imperata cogit. Guielmus patris iram fugit. Primum ad Dacos, dein Anglos, poſtremum Francos ſe recipere. Patri reconciliatus, cum innumerabili exercitu Friſiam domat. Entiet Delforum præclara virtus. Albertus Iohanni Arquelienſi Hollandiæ quæſtori, graue bellum mouet. Gorcomium, quadripartito obſidet. Rem Iohannes filius compoſuit, inaudita de fœmina marina. Guielmus Comes laboriose tandem Gorcomio potitus. Iohanni Germano ſuo atque electo Leodienſi ſuppetias fert: triginta quinque milia Leodienſium occidit. Iohannes Arquelienſis in Brabantia inſidioſe captus, in Hollandiam aſportatus. Indidem decennium cuſtodia aſſeruatus. Iohannes Egmondanus, & Guielmus Iſelſtenus fratres proſcripti. Iacoba Guielmi filia Iohanni Delphino Franciæ nubit, veneno perit, qui nobiles ſub Guelmo, Iacoba Iſelſtenum expugnat. Gorcomium ſuæ poteſtatis facit. Iohannes Bauarus Iacobæ patruus Hollandiam depopulatus. Iohannes Dux Brabantiæ Iacobæ maritus Bauaro bellum indicit. Itum vtrinque in gratiam. Bauarus tutor Hollandiæ. Traiectinis bellum infert. Leydim ſuæ partis facit. Gelri ac Traiectini inter ſe præliantur. Validiſſima tempeſtas duos ſupra ſeptuaginta Auſtralis Hollandiæ pagos haurit. Iacoba Iohanni Brabantiæ Duci repudio nunciato, Clandeſtriæ Ducem maritum accipit. Varia inde naſci bella. Rudolphus Diepholdius, Zuederuſque Culenburgius ad eadem de præſulatu inter ſe decertant. Suedero mortuo Pontifex Rudolphum inueſtit. Inteſtinum Hollandiæ bellum. Goudani his ad Alphenum victores. Sconhouia fruſtra tentata. Philippus Burgundiæ Dux, verus Iacobæ hæres. Hollandiæ ſit tutor. Iacoba Franconi Borſaltenſi nubit, id ferre agre Philippus. Franconem captivum abducit. Iacoba, quo marito potiatur, Philippo prouinciam reſignat.

LIBER NONVS.

Guielmus quintus, Hollandiæ Comes XX.

SVPPVDET ciuilis belli, atque adeo miſeret me prouinciæ, quæ ac ſi fuiſſet pœnitens priſtinæ felicitatis, in ſe ipſam arma conuertit, ſemelq; atq; iterum ciuium ſanguine illita in apertam efferbuit rabiem, vt frequenter ſecum prælіaretur. Fato aliquo ſeculum illud putauerim diſcors, periculoſum, atque in ipſa etiam pace ſæuum. Cogitanti itaq; mihi temp. qualem fuiſſe ea tempeſtate à maioribus accepi, ſeditio & diſcordia humana omnia & diuina, miſere vexaſſe turbaſſeq; viden-

videntur: sed vnde tales impetus populi oriri, ex historiæ fide narrabo, Ludouicus Romanorum Imperator audita morte Guielmi Comitis Hollandiæ, de sella consulens principes electos cuiusnam nunc esset Hollandiæ Comitatus, vbi audisset imperio cedere, quod hæres non esset; Margaretham coniugem, sororumque natu maximam Guielmi; Hannonia Hollandiaque donabat. Itaque Margaretha imperatrix partim donatione, partim iure hæreditatis in Hollandiam venire, exquisitissimo apparatu, Comitatumque adire, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ Comes, ac Frisiæ D. dici. Nam omnes in verba eius iurare, atque illi sacramentum dicere, vt vicissim ea libertates ampliare, municipalia admittere, plebiscita confirmare, atque pacisci à præsule Traiectinorum annorum duorum inducias. Frisiorum Orientalium passim possessiones tam ecclesiasticas quam prophanas deprehensas adiecit fisco, emptoribusque palam per præconem addixit, quod Guielmum Comitem Germanum prælio occidissent. Nobis hic paulisper digrediendum, ducumque Bauariæ enarranda series, qui in Hollandiæ Comitatum successerunt, quod ad melius intelligendam historiam pertinebit. Ludouicus Imperator patre otiundus Ludouico Comite Palatino, Duceque Bauariæ: Matre Rudolphi quondá imperatoris filia. Frater eius maior natu Rudolphus Dux Bauariæ Comesque Palatinus. Minor ideo Ludouicus, quod de sanguine Bauarorum esset, abusiue etiam Bauari cognomen gessit, vt ex segeniti, Guielmus & Albertus Hollandiæ Comites. Tertium vxorem duxit, aliam post aliam. Prior, filia Comitis haud ita magni nominis; e qua prolem nullam suscepit: Altera Ducis filia Mediolanensis, quæ peperit Ottonem Brandenburgensem; Stephanum Ingolstadij principem; Ludouicum Monachij; atque Elisabetham reginam Hungariæ. Postrema Margaretha Guielmi Comitis boni filia huic enixa Guielmum Ducem freneticum: Albertum principem Mubingensem; & Ludouicum Romanum, ita appellatum quod Romæ nasceretur, quo tempore pater Coronam acciperet, qui mox iure matrimonij rex Cracouiæ fieri.

1346. *Margaretha Comes Hollandia.*

Duces Bauariæ, eorumq; stemmata alia, quæ narratio.

Redeo ad historiam animique institutum. Margaretha Imperatrix suasu ac postulatione procetum magistratusque oppidorum Hollandiæ & Zelandiæ in Bauariam secedere prouinciæ cura Guielmo maximo natu filio demandata; pactione tamen, vti decies mille annuorum Scutatorum Franciæ, matri persolueret, alioquiabire Hollandia teneretur. Ita in conventu principum transacta iure iurando res est, atque literis sigillisque eorundem confirmata. At vixdum exacto anno, tantilla summa pecuniæ, grauior videri Guielmo. Abijt igitur in Hannoniam conditione soluta, dein Bauariam, priuatus viuens. Magna sane ea tempestate, aut Hollandiæ erat pauperies, aut minor subibat principum animos cogitatio exactionis faciundæ publicæ. Tantalos nummos olim erat difficile Hollandiæ, Zelandiæ ac Frisiç simul præstare, cum hodie vel sola Hollandia perse centies mille aureos Philippeos effundat. Tum inusitatæ factiones oriri, Hollandia gubernatore carente, crescereque indies odia, rapinæque per vim fieri, adhæc, acerbitate, cædeatque incendio quilibet, vt potentiore aliquo esset fretus, erat violentus. Delfi Nicolaum Swietum, atque duodecim alios cum eo occidere, nec vereri homicidæ in publicum prodire, audaces potentia facti Iohannis Arquelienſis & Iohannis Egmondani, aliorumque suæ factionis, etiamnum perseuerantis ac stolide pertinacis, quibus res pulchra videri ad internecionem nouo ac inusitato nomine ab alijs se discriminare. Asellini hi, Hamati cæteri dici, quæ nomina infausta adeo hinc nata perhibentur. Forte Hamati, nauium vni Asellinorum pelago insidiantes, in qua erat quem principe pro hoste habebant, interrogati, quid rerum molirentur, se Asellos ire piscatum respondent allusiue, quod hamis pisces ij capi. Quod dictum notantes aduersarii eleganti eos ironia nominauere Hamatos; se autem Asellinos, ab Asello marino pisce, minorem diglutiente. Asellinorum principes, Iohannes Herculanus Antistitis Traiectinorum pater, Iohannes Egmondanus, Gerardus Heemskerkius, aliique cum his, quibus Dord acum se iungere Herlemum Delfumque Hamatorum; Theodericus Brederodius, Philippus VVassenarius Burgrauius Leydensis; Iohannes Leccæ & Polanæ; Iacobus Binchorsti aliique plures, quos Leyda & Amsterodamum sequi. Superare Hamati armorum promptitudine; Asellini consilio: cum exin factionis vtriusque diu compressum odium in actum erumpere, & magnas cædes, nec minores alias calamitates multas reipublicæ adferre. Nam cæpere inuicem exitiales esse, prouinciæ interitum adferre, fidem, probitatem, gratiam & benevolentiam, quas boni spectare solent, evertere, proque his, perfidiam, superbiam, crudelitatem & invidiam vsurpare: videlicet aduersarios damnatos proscribere, possel-

Origo belli ciuilis.

Cædes Nicolai Swietenti factiq; nominis studiosorum.

Factionum vnde orta nomina.

siones eorum venales habere, villasque domosque incendio depascere: ad hæc noctur-
ni diurnique passim fieri tumultus, vt in lubrico ciues ac vrbes versari viderentur, dum
factiosis erat vsui tantissimum Deum negligere, & diuina iuxta ac prophana temeritate vna
polluere, nilque pensi habere aut moderati seruare, sed per summum scelus nefanda
quæuis in invicem patrare. Quid per Deum immortalem detestabile magis, quam stu-
dia partium fouere, pactiones scelerum conflare, atque inimicitias & simultates in Re-
publica alere. An nesciunt, quibus hæc agere volupe odium mutuum cum dissidio, sine
cæde & sanguine numquam posse exstingui. Quasi vero intestinum bellum non perpe-
tuum malum sit, cum male quiescit, sed excitat inflammatque mage ac mage ciuium
animos. Illud in filiorum, illud in nepotum mentem penetrat, præsertim si gladij vis se
mel ad sanguinem & cædem incubuerit, è quo nasci ita & dolor, hoc insanabilior quo
» inveterator. Diuinæ concordiæ vis, rerum aptitudinem & connexionem admirabi-
» liter conseruans, cœlo delabere ad pacem & tranquillitatem ciuium, Tragædiarum sa-
» tis iam sit tibi, ac dispares fœdus amicitiæ fac mortales amplecti. Quousque efferi infesta
» erunt mente, atque voluntatem eandem non habebunt? Quousque tu præclarissime tu-
» am constitutam rempublicam dilabi patieris? An non vt se dedit tristitiæ ac fletibus vi-
» des? huic semel aresecant lacrumæ, quas in maximis suis acerbitatibus ita copiose effun-
» dit. Moderata sontis sit pœna, & concors reuiuiscat, si nunquam hæc tam nefaria seditio
» absque sanguine mollescet ciuium. Et vos quoque proceres magistratusque si sanum sa-
» pitis, enitimini, atque contendite pace & amicitia mutua, tam acerba hæc odia, & tam
» periculosas simultates, domesticas cædes citra mensuram parturientes hinc auferre, Sa-
» lustiani illius memores: *Concordia paruas res crescere, discordia maximas dilabi.* Sic præ-
» ter summam felicitatem rerum hostibus inuicti perpetuo manebitis. Dissidentibus
itaque hunc in modum prouincialibus, & Margaretha orbata viro, & absente, & fa-
ctiosos nec prece nec imperio valente coercere, Asellini rem suæ parti invenire vtilem,
etsi minus decoram, patriæque funestam, agereque per legatos cum Guielmo clande-
stina colloquia, nunciantes, si redire in Hollandiã vellet, illos Hollandiæ vrbes ei vi atq;
armis aperturos, inque Comitem accepturos. Qui primum renuere, quod spe maiore &
pollicitatione pellectus, Bauaria clam profectus, salvus & incolumis Gorcomiũ veniret,
quem magna cum gratulatione Delfi ac Dordraceni excipientes, in suam vrbem de-
ducere, præstito ipsi fidelitatis sacramento. Idem noctu inde Delfum auecto, Kinhe-
mari Frisijque occidentales facere, quare Asellinis ad portas iecoris animus creuit. Ha-
mati hæc videntes, munitis præsidio atque commeatu castellis, de tot tantisque Asel-
linorum admissis in se, Hannoniam abire ad Margaretham questum, quæ filio scribe-
re vt cæptis desistat. Verum is dum nollet, respondit, suum esse comitatum, quem literis
sigillisque abs se accepisset, vt Margaretha mater filio bellum indicere cogeretur. Inter-
ea dum absunt, quotquot per Hollandiam Hamatorum arces erant Asellini demoliti.
Ad quam rem excitata Margaretha cum Hamatis ac magnis collectis ex Hannonia An-
gliaque viribus Valachrię Veras adpellere atque ibi signa conferens signis terrestri prę-
lio Guielmi exercitum superare. Qui etsi victus, ad pugnam tamen de integro, nauales,
provocare matrem. Est ostium Rheni inter Briellas & Grauesandam æquoris instar vbi
Oceano se miscet Mosa, & Romani cum Batauis olim nauali pugna congressi, pu-
gnæque dies dictus. Interim Margaretha ob nuperam victoriam fidens animi ex
Hannonia Anglia Zelandiaque copias supplere. Contra Guielmus omnem Hollan-
diæ, Kinhemariæ, Frisiæ, atque Waterlandiæ nauali pugna audentem, stipendio ad se
trahere, de summa rei dimicaturus, quem iuvare Iohannes Comes Culenburgi, præ-
stanti Gelrorum manu, nec non Machteldis omni qua valebat ope, Briellarum atque
insularum Vornæ princeps. Certatum collata clasle ab aurora ad hesperum, diu anci-
pite marte, animis vtrinque in furorem versis, nec à cæde esset temperatum, ni mors
principis Angli atque præfecti classis Margarethæ, reliquos nimis perturbasset, quo fa-
ctum vt spatios suos hostes superarent. Tinctus à cæde & sanguine fluvius, cum demissa,
afflicta, fletuque mærens Margaretha in Angliam ad sororem Philippam reginam traij-
cere. Occisi ea pugna Costinus Renessius, Florentius Amstæus cum infinita procerum
plebisque multitudine. Theodoricus Brederodius, atque aliquot cum eo, in fuga captus.
Principia lector, at neq; progressus neque finem tantopere exitialis factionis vides. Ne
nunc quidem cessat eius crudelitas post internecionem qua Guielmus matrem af-
fecit, cum pontus ciuium cognatorum affiniumque sanguine ruberet. Odij causam
quæris aut facem quæ illos accendit, Asellinus hic? ille Hamatorum erat. Sic vtrinque
implacabiles se mutuo eunt cæsum, ac patriam perdunt. Non filius in patrem,

Septendecim numero arces Hamatorum uno tempore per Asellinos demolita.

Vincit matrem Guielmus nauali prælio 1351. festo Translationis Martini.

Nota.

non

non parens in filium, non frater in fratrem, non socer in generum, non hospes in hospitem sica vadere erubescit, sed amat oditq; nullo merito aut demerito. Hinc qui dominari, videas alteros vrbe eijcere, quod partim tolerabile, sed dignitatum priuationes, possessionū domorumq; spoliationes, patratasque passim cædes tam funestas, atq; à cænaculis proiecta corpora hastis excepta, tum misertimam in medio patriam etsi neminem torquentem, alteque singultientem malorum turpitudine, si referam, qui temperem à lacrumis? Serpit indies furor qui in reip. perniciem propendens, labascentem ac prope cadentem ad mortem vmbone trudit. Hinc mea ætate qui quintum & trigesimum ago vitæ annum, vidi nos Traiectino bello fuisse impeditos, sumptuosiore quo diuturniore, nec ita multo post Werdenos cum Roterodamis conflixisse. Quibus in bellis ciuilis sanguinis quantum sit fusum nemo mecum non cognouit, multi etiam nunc lugent. Post naualem pugnam pax inita mage victoris ex arbitrio. Videlicet, Guielmus prima pactione non teneretur, illiusque Hollandia Zelandia ac Frisia esset, Hannonia matri cederet. Hamatorum multi pace excluſi, quibus aut patria erat carendum aut necesse eam grandi pecunia mercari. His gestis Margaretha mori, decimo post adeptum Comitatum anno: quinquennium à donatione Comes administrabat, ac totidem alijs post violenter vendicatam per filium Hollandiam supervixit. At Hannoniæ stabilem ac numquam dignitatis expertem Comitem se gessit, quam etiam post mortem matris Guielmus accepit. Vxor illi Machteldis filia Henrici Ducis Clandicestriæ, quæ erga Hollandos præcipuo amore & charitate erat. Nondum tamen quies vbique erat, factiosis male pacatis. Nam N. Egmondanus & Giselbertus Nienrodius, ad Bunscotum pugnam ciere, cæsis ibidem septuaginta viris. Insuper finitis inducijs, Iohannes Arquelienſis Traiectinorum Antistes facta excursione, ex Hollandia multum prædæ ac captiuorum auferre. Qua re cognita Guielmus exercitu comparato properare, & Niendami propter Iselstenum castra metari, lustrasiamque accendere, vt hoc pacto Antistitem in præsum stimularet. Verum in hac re sagacior, volens damna damnis rependere, præter spem Guielmi callide verso pede, suorum quatuor milia armatorum in Wordenos ducebat, quorum late regionem illi ferro atque igne vastare. Subinde dum vterque in vindictam propensus, maiores apparatus belli facit, Brabantiæ Dux, & Iohannes Beaudmondus Blesensis, pace id intercipere, quo solutus Antistes magni animi vir, omnem cogitationem ad ecclesiam ære alieno liberandam adiecit. Itaque à suis adiutus, provinciam Transylenam per prædecessorem Iohannem Diestenum oppigneratam Geldriæ Duci, summa sexaginta milium aureorum equestrium monetæ Geldriæ, ab eodem repignerare, suæque vicissim ditioni subijcere. Adhæc mœnibus & turribus Rhenum cingere. Guterbingos factiosos numero trecentos vrbe amouit atque proscripsit, ope Roberti fratris, & Huberti Culenburgij, ac Iacobi Nienveldij. Cæterum Roberto fratre ad Leodium cæso, qui curam episcopij gesserat, offendens denuo nimium se alieno ære grauatum, sex elegit tutores Pontificij, qui hoc tuerentur, æsque contractum alienum particulatim soluerent; Zuederum Vterloeum, Iohannem Culenburgium, Henricum Vianensem, Iohannem Woudenburgium, Gisbertum Sterkenburgium & Iacobum Lichtenburgium, industrios, equitesque auratos. Ipse vero exiguo Comitatu Romam proficisci, sed per suorum importunitatem atque conspirationem reuocatus, dum provinciam male administrare tutores reperisset, ac insuper æs alienum ante contractum grauasse, diu animi dubius, qua sibi eundum esset, mox colligere armatam manum Deoque auspice multis præliis victor, Woudenburgum, Marcenburgum, Holesteanum, & Ghoreliam arces solo æquare; Montfurtum obsidione cingere, cuius magnitudinem animi Burgrauius veritus, pecunia ac prece pacem redemit. Perduelles ad Iselhamum se Frisijs iungentes, armis subigens, rursus ditionis suæ fecit, curamque indefesse gerens, pro incolumitate ecclesiæ, prædictis tutoribus, summam pecuniæ expensam restituit, prouinciamque ipse gubernabat. Cæterum Antistiti, quod se absente veteres aquas expugnasset, militibusque diripiendas dedisset Guielmus iam tertio bellum facere, locareque ad Batauodurum castra, omniaque circum loca regionis, incursione armorumque impetu vexare, tectaque incendere. Antistes ne quicquam suos hortatus vt egredi porta, ireque hosti obviam vellent, dissimulans iram, ingenti collecto militum robore, tantam ignominiam virtute bellica deleturus, Wesopum, Mudenumque ciuitates it expugnatum, quas per vim fecit incendio conflagrare, concessa stipendiarijs præda. Cum Gisbertus Nienrodius eques bellicosus, imperio Guielmi, contrahere ex Hollandia copias, Villamque Zoestam in fauillas ac cineres redigere. Cui Otto occurrere Episcopij præfectus, Marescallum vocant, vbi grauiter saucio Gisberto, Ottone interfecto Hollandi victores, se in Nerdenum recipere. Secundum quam victoriam

Hostiū vitæ annum.

Bellum inter Hollandos & Traiectinos.

Bellum inter Antistitem & Comitem.

Guielmus ad Haoghevordam castra figere, cunctaque circum depopulari, missoIohanne Egmondano ad expugnandam arcem Srephani Nienveldij, quam is post diutinam obsidionem deditione facta, igne consumit, funditusque euertit. Postquæ, vt rerum omnium humanarum & voluntatum vicissitudo quædam est, illi inter te paciſci, quum ante nulli spes pacificationis esset, Erat Antistes, prudentia rerum gerendarum præsertim bellicarum virtute, ac animi fortitudine exuperans, nec minus humanitate & clementia valebat. In tutanda ecclesia hactenus sibi parem non invenit. Nam grande æs alienum diluir, prædones Episcopij vigilanter compressit: In reparandis templis illo nemo splendidior, adornandis nemo magnificentior vir certe in omni vita præclarus. Magni pretij infulam baculumque pastoralem quibus pontifices noui investiri solent deauratum, maiori ecclesiæ reliquit. Quod reliquum hic Guielmus ex Anglia reuersus, quum Eduardus celebrem principum conventum ageret, curiamque ijs aperiret, conscientiæ angore, facinorumque cruciatu credam magis, quam re vlla alia, laborare furia cæpit, postquam septennium gubernasset. Agere enim in vita solitus sæpe austere, dum atrabilis illi mentem mouebat. Nam Gerardum V Vateringium etiam propria manu interfecit; quam ob rem Hagæ traditur asseruandus arcta sed honesta custodia, in qua tres circiter atque triginta annos vitam traxit.

Laus Ioh. Arquelienſis Epiſcopi Traiectinorum.

Albertus primus, Hollandiæ Comes XXI.

GVielmo atra bile laborante orta inter factiosos magna contentio, dum de tutela Hollandiæ interim illi altercari. Asellini Machteldim poscere Guielmi vxorem, Hollandiæ tutricem. Verum quod prolem viro non dedisset, Hamati sagaciore vsi consilio, eos præoccupare, missique Legatis, Albertum accersere, Guielmi fratrem, quos & Hannonienses sequi. Qui omni festinatione in Hollandiam properare, magna principum caterua, & à proceribus magistratuque visus suscipi, pactis duodecim milibus annuis Scutatorum Machteldæ quos è Comitatu persolueret, rectumque se ac medium inter factiosos gereret, nec hos mage quam illos sequeretur, tametsi ipsis principijs gubernationis suæ impensius hamatis fauebat. Nam Iohanne Blommesteno amoto prætorem Kinhemariæ surrogare Renaldum primogenitum Brederodij, principemque Brederodium creare cancellarium, cuius nutu ac iussu nihil non fieri. Abducere etiam Albertus Hagam Asellinos captiuos, nuper Delsi. Nicolai Svvieti occisoris. His accensi Asellini, in fabuletis propter Castricomium insidias prætori Renaldo locare, qui per medias elapsus in pagi templum se recipiens, periculi in quo esset, suis campanula indicium facere. Ibi protinus illi advolare, trepidantemque metu eripere, insidiatoribus conscissque facinoris, Hemskerkam Delfumque fuga accelerantibus. Qua tanta audacia eorum motus, Albertus Hemskerkam V Valteri mittere obsessum, præfecto Theodorico Polanæ Aspræque heroe: ipso ob ardua in Zelandiam secedente. Labente Trimestri, quum nihil commeatus obsessis superesset, Theodericus arcem ab iis deditione accipere, quos inde Duci sistendos in Zelandiam mittit. Post aliquot annos reconciliatione V Valterus liber dimissus; quo absque liberis defuncto, hæreditolum hoc ad Comitatum Hollandiæ deuolutum. Cæteri insidiatorũ qui se Delfum receperant, commilitones obsessorum, rebellionem meditantes, accersere Gisbertum Nienrodium, Iohannem Herculanum nothum, Henricum Voordium & Gerardum V Vysium, quibus se ac sua committere, datisque dextris turmatim portis egredi, arcemque Polanam atque Binchorstum igne accendere, ac inde Hagam tendentes, publici carceris repagula violentet reuellere, suosque nexu liberare. Quod grauiter ferens Albertus, Zelandia rediens, contractis stipendiariorum magnis copiis, concubia nocte obsidione Delfum cingit, cum ciues alto noctis silentio audientes hostem mœnia obrepere, non sine periculo ac cæde eos arcerent. Dux ciues admiratus, vrbi machinas tres quas Blidas vocant, ad oppugnandam eam admouit, sed omne artis suæ opus Balistis ac aliis eiusce modi inuentis, obsessi facile comminuere, & animositate adeo prævalere, vt indies tumultuaria manu, quoties occasio daretur, leuique certamine hostem lacesserent, nec eos prandere nec quiescere paterentur. Itaque illi quod desperata res visa, nisi longissima obsidione traheretur, mittit in vrbem V Valrauium Valkenburgium, ciuibus iam multis malis fractis stipendiisque exhaustis, nec aliunde auxilia sperantibus, pacis mentionem facturum. At quo minus aderat spei, hoc fortitudinis plus animos eorũ subibat: tametsi murmurare

Albertus Bauariæ Dux, Palatinus Rheni

Delfi rebelles.

murare cæpissent, varieque inter se dissentire vt militares præfecti concionem aduocarent, & ad eam tali oratione sint vsi. Miramur admodum ciues optimi, vecordiam animos vestros iam occupare, ac ita pusillanimitate factos esse desides, in hac rerum caligine, vt de pace cogitetis, victoris arbitrio peragenda: qui dudum conspecti adeo feroces, vnde animorum vestrorum tam repentina mutatio est, equidem ignoramus. Nobis hanc vrbem credite, magnum haud quaquam periculum adibimus, alte enim cadere non possumus; Satis præsidii, satis adhuc est intro commeatus, nec oppugnationem hactenus hostes tentare sunt ausi, vt etiam audeant, nunquam vituperare poterunt, quod vrbis huius defensores erimus. Periclitemur prius fortunam, quæ vt in omnibus, ita maxime bellis dominatur, obuiamque potius eamus hosti, vt si prospera contingat, nos ab obsidione soluamus: sin aduersa, deditionem faciamus pacemque iustam impetremus. Quid instabiles nunc bellum nunc pacem vultis, & leue ducitis cum hoste paciscI. Prudens capite consilium, quod fere temeratium solet sequi exitialis exitus. Præstitisset omnino non attigisse bellum, quam quæsitum negligenter administrare. Cæterũ quia vana fit oratio, vbi se animi à suasoribus flectũt, hoc vnũ iam poscimus, vt ex sponsione Syngraphisq; quæ vobis nobiscum sunt, nihil agere cum hoste prius velitis, quam hinc octiduum discessimus. Nunc vos ac mœnia vestra linquimus, dolenter hercle magis quam libenter. Agite itaque postquam abierimus, quod è re vestra esse iudicabitis. Ad hæc plebs silere visa, pacemque mussitando exposcere, & externorum quicquid intus esset, ducibus Gisberto & Iohanne clam oppido Traiectum abiere; Cum ciuibus pace data vitæ fortunarumque incolumitatem Dux permittere, & ab iis quadragies mille Scutatorum impetrare in rebellionis veniam, præterquam etiam parte agrorum multarentur. Igitur Albertus victor gloriose in oppidum introiens, muros portas ac turres à fundamentis euertere, vt tamen ab Orientali parte vrbis caueret, quam Comiti Blesensi donare, sine precio seruatam; Hentico Voordio ex aditiore turre abstracto, ac capite plexo, post hebdomadas decem, quam oppidum obsedisset. Sequenti anno parte vrbis Aquilonari, ad metum arcis fundamenta iecit sed non perfecit, opidanis id indigne ferentibus. Inde biennio maior quam antea vmquam ibi seditio oriri, qua, sex atque triginta cædes interemptos ferunt. Iohannes Arquelensis nothus & Gisbertus Nienrodius, fugam maturantes, Heusdenum se recepere, quibus toto anno obsessis Otto Herculanus gratiæ reconciliationem à Duce impetrauit, pacto, vt arce dedita supplices veniam facinorum orarent, ac voto se obstringerent eundi Hierosolymam, nec non D. Catharinæ. Quo anno valida coorta tempestas; altissimas turres, ædificiaque haud pauca prostrauit agrosque inundabat, non sine pecudum mortaliumque plurimorum suffocatione. Porro Ducem Gorcomi Otho Herculanus diuersorem lætus conuiuio epulisque excipere, à quo tum multa priuilegia impetrare, cæptusque inter eius referri familiarissimos, cuius sagacitate & opera per Hollandiam plurimis annis factiones silere. Pacis enim erat amantior, tum incredibili ad inuestigandum solertia, quid ciues moliri, præterquam ius egregie coleret, suorum que clientum priuilegiorumque esset acerrimus defensor; quem Dordraceni adeo sæpe, magno suo malo sunt experti, quum ad sistendas ibidem merces, quod vulgo Verstapelen, Arquelienses nequicquam cogere. Arcem ad Lacam construxit Euerstenum appellatam, Gaspar nam etiam, castrumque Hagesteinum quod habitaret, & mœnibus & vallo per gyrum cinxit. Huius memoratur hoc factum: Erat Gorcomi Iohannes Cannematherus, admodum locuples, qui cum variis, quam viduis, tam virgunculis formosulis matrimonia clandestina contrahere, pactoque intra annum quæq; publicaret, multasque hoc modo ad concubitum pellexit. Verum per prægnantes res innotescere, Itaq; compulsus se foro ecclesiastico sistere; noluit, & nauci hæc omnia ille facere; quum Otto Arquelensis, tantum facinus haud ferendum ratus, mittere satellites ad capiendum eum. Quod vbi reus cognouisset, confugere ad templum. Cæterum, quod non minus malitiose, quam insolenter egisset aduersus ecclesiastica decreta fame compulsum prodire, capitis supplicio affecit: & in earum solamen amissiæ pudicitiæ, & iusticiæ exemplum. Idem ac Iohannes frater præsul Traiectinorum D. Vincentii in vrbe instituit quatuordecim collegarum. Engelberto Merchæ ab Leodiensi ad Colonienſem sedem translato, Iohannes Arquelensis Traiectinorum præsul, authoritate Vrbani Quinti Papæ Leodiensis inuestiri, postquam mirifice & laudabiliter duos & viginti annos Traiectinum pontificium gessisset; singularis virtutis præsul, præstantissimique animi. Succedere huic Iohannes filius Comitis Vernenbergi, ante Monasterienſis, prædecessoris sagacitate omnia ecclesiæ libera & pacata inueniens; castra item episcopii necessatiis abunde referta, bellissimeque communita. Qui in Amers-

Oratio præfectorum ad ciues.

Sententia.

Obsidio 1359. à medio quadragesima ad triduum post Pentecosten.

Tempestas.

Laus Ottonis Herculani.

Iustitia exemplum.

Iohannes Vernenburgius.

fordienſes primum, cenſum vectigalque dare detrectantes, inſurgere phalangitarum magno numero; vt ſe facturos imperata pollicerentur. Dein ſuis ad Goram negligenter excubantibus, hoſtis muros ſcandens, nil tale metuentem capit, abducit, quum facta redemptione ſui, ſedecim Scutatorum milibus, eccleſia in æs alienum recidere. Sub hoc
Peſtilentia. tanta peſtilentia Traiecti creuit, vt ea vndecim ferme milia mortalium perirent. Incendium quoque S. Odulphi nocte ortum, quadringentas domos penitus abſumpſit. Moritur pridie D. Iohannis Baptiſtæ, non abſque veneni ſuſpicione, poſt ſeptennium quam
Incendium. eccleſiæ præfuiſſet. Tum ſuffragatoria altercatio Traiecti oriri, ſanioribus Zuederum Vterloeum Archidiaconum rudem & ab omni eruditione prorſus alienum à cæteris nominatum, reiicientibus, donec Vrbanus Quintus P. P. ſuffragiorum diſſenſione ſublata
Arnold. ab Hoorn Antiſtes 49. Arnoldum ab Hoorn illuſtrem nec minus eruditione præcellentē eccleſiæ Traiectenſis epiſcopum Romæ confirmaret. Quj D. Michaelis feſto Traiectum venire, & veteri ritu in Cathedra collocari. Sub quo Albertus Vredelandiam Comitatui eſſe oppigneratam ratiocinari, quod inueniſſet Guielmum Comitem bonum eiuſque auum arcem dictam ab Iohanne Dieſteno in vadimonium accepiſſe, appenſa trecentarum librarum ſumma: Quam magiſtratus Traiectenſis iamdudum per Iohannem Herculanum Margarethæ Imperatricii eſſe perſolutam aſſeueranter aiebat. Comite id inficiante, non patum vtrinque tumultuatum. Tandem arbitrio Eduardi Ducis Gelriæ ſummam reddere
Bellū inter Albertum & Traiectinos. perſuaſi; Sed inter annumerandum ob non iuſtam & legitimam monetam, partes denuo inter ſe altercari. Traiectini domum reuerſi cōuocatis trium ordinum primoribus, quos D'drie ſtaten van vtrecht indigitant medio eorum queri, ſe rem indignam paſſos, reditumque protinus ad arma, portiſq; ſimul prorſuentes, Wordenum, Mudenum, Weſopum atque Bigandam inuadere, pecora circum abigere, agrorumque frumenta cum
Bodegraui. villis hoſtiliter incendere. Dux animi Traiectinorum inſolentiam perofus, & ipſe ad arma ſe vertere, ornatiſſimaque claſſe militari manu adiutus Lacam aſcendere; Gildenburgum deditione accipere, vitæ rerumq; omnium ſuarum incolumitate militibus permiſſa, quod poſt aliquantum tempus ſub noctem doloſe recuperare Traiectini, præſidio ac commeatu munire, linquere, ac domum reuerti. Huius facti audaciam, quam culpa bene augebat deteſtatus Dux, lectiſſima manu Wuluenhorſtum expugnare, Holenſteinum deditione accipere, Hermelen umque igne ſuccendere, vt vi ac metu territi Traiectini pro damno illato Duci cogerentur quatuor milia ſcutatorum aureorum appendere. Quamquam Arnoldus Antiſtes armis vtendum ratus, arcem Herberni Puttenſteini, quod ſuis damnum pauperiemque intuliſſet, funditus euertit, & Lonerslotum pari ex cauſa obſedit, deditioneque mox accepit. Poſt hæc Iohannes Herculanus Leodienſium præſul mori, poſtquam præſulatum ibidem annis quatuordecim geſſerat. Traiectum deuectus, & ad D. Martini monumēto clauſus. Cum poſtulare ſibi Leo-
1378. dienſes Arnoldum ab Hoorn, quem Vrbanus Pontifex prece eorum confirmauit, poſtquam Traiecti pontificio ſeptennio eſſet perfunctus, ſurrogato Florentio Wenelichouio Monaſterienſi, integritate vitæ, religione, ſacrarumque ſcripturarum ſcientia imprimis commendato, acita pio, vt pro clientibus defunctis, quod ſingulare in illo erat, cotidie vigilias ſolitus fuerit lectitare. Quem Monaſterienſem cathedram linquentem & aliquamdiu excluſum, quod Arnoldus ſua cedere nollet Arquelienſis & Ileſtenus proceres in Traiectum honorificentiſſime introducere. Qui vix dum pontificium nactus Monfortum obſidet: nam Henricus Burgrauius, cenſus decimas & vectigalia epiſcopii ſibi vendicare. Ciues totas ſexdecim ſeptimanas conſtanter obſidionem ferre, ac egregie ſe defendere. Tandem per Arnoldum iam factum epiſcopum Leodienſem
Florentius VVenelickhouius 50. Antiſtes.
1387. ita in ſupplemento ſſt. Iohannis Zocani. auunculum vxoris prædicti Burgrauii, ſoluta pactione obſidio eſt, vt exceptis deſiſtens, Florentio Wenelichouio pareret. Hoc tempore Traiecti Iacobus Iuliacus ordinis Franciſcanorum decennium in Treuerenſi atque Argentinenſi diocæſi pſeudo epiſcopum agere, & adulterinis literis Apoſtolicis partis, munus Suffraganei tituli Lauarenſis obire, templa, altaria, veſtes ſacrate, & quam minores tam maiores ordines conferre, quamdiu diuino nutu eſſe pſeudopræſulem pateret, magno eccleſiæ ſcandalo, dum omnibus quæ egiſſet improbatis, viſum, Ordinatorū abs ſe, alios Sacerdotium repudiare, alios ſacro or-
Iacobus Iuliacus. dine reinitiari. Sacerdotali charactere ac veſte exutus prophanaq; indutus, per ludices publicos in ſcena ſiſti, ciboq; populiq; ludibrium: ac mox falſarii pœnam ferre feruiſcentes paulatim fomite aquas, donec dira tormenta lacrumis deprecantem, lictores mediis leuarent ac capite plecterent. Sepultura ei D. Iacobi data. Ad Comites iam tempus plane eſt vt redeam. Eduardus Gelriæ Dux, bellum Alberto denunciat, quod prouincia ſua
Bellum inter Eduardū & Albertū. proſcriptos, fouiſſet ac ſuſtentaſſet. Ille bellum inferre potius quam propulſare ſuetus, ad montem Haymonis feſtinanter properare, excepturus hoſtem. Sed cum nequicquā

eum

cum expectaret, detrectantem pugnam, hostiliter Geltiæ fines peruadens, cuncta stragе, præda, & rapinis complet, donec icire fœdus, filiamque Catharinam nondum nubilem Albertus Eduardo despondere. Dein in Hannoniam profectus ad Kaynoutum, Augiæ principem capitis supplicio affecit, suspicione Tyrannidis quam affectare eum sibi persuaserat, quod multifariam in arce tormenta bellica artifices illi parauissent. Qua tanti viri nece magni per Hannoniam oriri motus, quippe seni fratres eius, non minus potentia quã animo valentes, ferro & igne Hannoniam vastare, sed quos validissima expeditione facta, iam prœliis aliquot fractos, Albertus Augiæ oppido claudere, deditione dubio proculobsessos accepturus, ni Ludouicus Malenus Flandriæ Comes in pacẽ belligerantes ac mutuã cõcordiam redegisset, videlicet iis impunitas daretur, & Duci remissa fraternæ cædis noxa esset. Anno sequenti in Hollandiã rediens, Hagiensis curiæ Sacellũ Canonicorũ tredecim collegio ex pacto, ornauit, qui iugiter diuinis mancipati, pro se & Augiæ principe precarentur, ne manes pateretur. Cæterum Guielmus cognomento furiosus supra millesimum ac tricentesimum octuagesimo octauo anno mori, nulla relicta prole ad Kaynoutum Hannoniæ. Deuecto Valenchenas exanimi iusta funebria ibidem soluta, cum qui hactenus tutorio nomine prouinciam administrasset, Albertus in defuncti fratris locum Comes succedere. Vxorem duxit Margaretham Ducis Brigæ gnatam, è qua suscepit proles septem, filios tres, ac quatuor filias. Filiorum natu primus Guielmus Comes Osternandiæ, idemque patris successor: Alter, Albertus Dux Mubingensis, primis adolescentiæ annis moriens. Tertius, Ioh. Dux Bauariæ electus Episcopus Leodiensis; Quippe Arnoldo fatis cõcedente, quum suffragatione accepta Theodoricus à Mercha nollet pontificatus munere fungi, illum authoritate Vrbani P.P. adolescentẽ annos natum sexdecim in eius locũ sufficiunt. Filiarũ natu maxima Catharina primũ Eduardo Duci Gelriæ, dein Guielmo Iuliæ nupsit. Iohanna, vxor Wenceslai filii Caroli Quarti Imperatoris regisq; Bohemiæ: Margaretha, Iohannem Burgundiæ Ducem vitum accipere; Margaretha Iunior, Albertum Ducem Austriæ, cuj peperit Albertum successorem Sigismundi in Romano imperio, atque Ernestum prouaum Maximiliani Imperatoris. Quæ propagatio sobolis, mẽrito Duci pergrata & glotiosa esse debuisset, nisi plurimas suas iucunditates Margarethæ vxoris mors perturbasset. Tum Aleydim Poelgestam in delitiis habere, singularis insolentiæ, procacitatis, & non ferendæ muliebris arrogantiæ, ad cuius nutum & voluntatem quod cuncta geri viderentur, multorum procerum per Hollandiam, atq; adeo Guielmi Ducis Osternandiæ, Alberti maximi natu filii offendit animos. Qui vna mente, reliquis adnitẽtibus, eam atq; Guielmũ Cuserũ Curiæ præfectum trucidare Hagæ Comitis permisit, magnopere indignante Duce, qui non solum occisores grauiter est vltus, verumetiam Guielmum filium ob facinus proscripsit, eorumque bona publicanda è Tribunali pronunciauit, tanquam capitalis criminis reorum. Itaq; Hemstęa, nec non Burgrauii Leydensis atq; Theoderici à Lecca arces dirutę. Vtermera etsi obsessa esset, pactione tamen manſit incolumis. Coniurati in Outenum se recipere, quibus mortem esse illaturus videbatur, nisi Magarethæ filiæ interuentione, quæ Iohanni Duci Burgundiæ nupserat aliquoties oppugnatam obsessi, pacta vitæ incolumitate, tradidissent, quam vniuersim præter maiores duas turres mox mutilare. Interea Florentius Wenelichouius Hardenburgi, Parasceues die mori, postquam admodum pie annos tredecim ac menses quinq; pontificio præfuisset. Corpus inde auectum ad D. Martini communi omnium luctu iuxta supremum altare sepultum. Ad valetudinarium cognati non segniter accedere, dona orantes rerum temporalium aduersus inopiam, sed quibus ille nimis sedulo: Si mihi vnquã in vita operã amici nauastis, hãc vobis abunde à me remuneratione persolutam creditote. Quod salua conscientia hactenus licuit vobis impendere, largitus sum, nunc mihi dignitatis meæ est mihi habenda ratio, facioq; D. Martinũ moriẽs hęredẽ, mandatq; simul cubicularijs, neminẽ eorũ amplius admittant, ne magis importuni forte facti, & repulsam passi acerbiorẽ, sibi dolori essent, & ipse ad hoc cõmoueretur. Bene quidẽ ac sanctẽ, qui põtificiæ dignitati, atq; saluti potius tum, quam affinibus & cognatis consulendũ putauit. Actis Florentii exequiis noua abire in dissensionẽ suffragatio, ambitione principum. Albertus Rogerum Bronchorstium, Guielmus Dux Gelriæ Fredericum Blanccenhemum episcopũ Argentinensem nepotem postulare, vt in Fredericum maior, in Rogerum voluntate atque animo minor pars propenderet, atque vtraque Romam legatos ad Pontificẽ mitteret, cuius authoritate & testimonii firmamẽto suffragationis dissensio auferretur. Bonifacius Nonus hęc quibus niq; consulẽs Fredericũ; quod fautores plures haberet confirmare, prudentia ingenioq; clarum, inq; Rep. cæteris q; strenuum ac solertẽ, nihilq; prætermittentẽ quod ad optimũ pontificem pertineret. Nam & ecclesię & ciuium libertatẽ, remq; pupillorũ viduarumq;

Albertii inconsulta temeritas.

1368.

Ducatus ejs Polonis.

Sacello Curiæ Hagiensis tumulo condita.

Aleydis & Guielmus Cuserum interficiunt.

Fredericus 51. Antistes.

acerrime is tutari. Principio pontificatus oppigneratam Couordiam Trentoniamque nisus ecclesiæ repignerare, & cum præfectus Couordiæ nollet pecuniam recipere, collecta militari manu, oppidum arcemq; obsidione cingens, coegit dexteram petere, tum repignerationem ferre Trentoniamque restituere. Interea Henricus Vianensis lacessitus iniuria euocatis auxiliis Traiectinorum ire aduersus Iohannem Rynenstenum, quē retrocedere actis in arcem suam compulit, quamdiu Fridericoaduentante, pacta vitæ incolumitate, se clementiæ atque arbitrio eius dederet. Abducti captiui Traiectum trecenti, quorum nominatissimi Iohannes Rynenstenus, Ghisbertus Bronchorstius, Guedardus Elderenus, qui grandi pecunia redempti iurare, haud amplius aduersus antistitē arma sumpturos. Insuper Fridericus ex literis pontificiis percepto: dum in re ecclesia augenda totus esset, Groningiam suæ ditionis esse, mittere extemplo legatos admonitum ciues, vt parere ipsi vellent, quibus non auscultantibus, ab vrbe haud ita procul locum occupare, & propugnaculis fossa ac vallo militibusque probe communire, vt libera vi bi profectio, neque in Hollandiam neque Gelriam esset, commeandique omnem potestatem præcluderet. Sed cum res ea parum procederet annitenti, itum est militari robore vndique collecto ad vrbis obsidionem, qua post vehementissime nequicquā oppugnata, iudicans esse inexpugnabilem vigesimo inde die soluit. Tametsi ciues crebris excursionibus hostium nusquam satis tuti, Friderico in vrbem admittere, nec præsidia eius nec prætores negare. Interea Guielmus Osternandiæ patris iram fugiens venire in Goudam vrbem, Comitatus Blesensis, ac studiose ibidem palam sæpe pilam ludere in textorem ea in arte famosum, animi leuandi gratia. Quem, factus Comes, cum iussisset à se quamcumque vellet rem petere, atque ille nimis vilem poscereet, contempsisse ferunt, dixisseq; Textorem Textorem semper fore. Indeque exulatum abisse ad Cymbros & Dacos quos Orientales appellamus, vbi cum alea fregisset crumenam, ab iis irrisus; quamdiu non Hollandica classis frumentandi, negociandiue causa, appelleret; à qua mutuum tum petere quo non tantum is perditam recuperare, verumetiam aliorum aleatorum procurum pecuniam auferre, quam omnem prodeatim spargere, vt declararet quam esset sui compos, ac nosset pecunias spernere. Post hæc in Angliam traiicere, vbi eximia fortitudine & statura quendam rogatus regi donat, fraude ac inuidia, mox compulsum certare cum leone, cuius vngue idem ilia trahens, redire in Hollandiam, Guielmo iam facto Comite, & Herlemo Hagam ituro obuiam se facere, pone se locatum habens vas auellanarum plenum, quibus vtramque volam replens, sic eas compressit, effusio lactis larga vt sequeretur, exclamans; viden optime Comes, qualiter hæc mea membra, tui causa claudicent. At ille agnitum victu vestituque eum ad vitam beat. Ab Anglia etiam transfretauit in Franciam, & hi quidem ipsius errores; vbi regis conuiua Nomenclatoris notam ferre, mappam eius discindentis, pronunciantisque esse indignum, qui inter principes & nobiles prandereret, quod Frisii multi insignia eius possiderent. Quam ignominiæ notam acceptam per Comitem Niuerrensem Guielmus patri indicare, qui ocyus iubet redire domum, atque omnem culpam illi condonabat. Neque in re tam probrosa, desedit, quin delectu accuratissimo auxiliisque vndique accitis, domare Orientalem Frisiam tot ies rebellem pergeret. Fertur traxisse secum CLXXX. armatorum milia, ex Francia, Anglia, Hispania, Germania, Bauaria, Hannonia, Hollandia atque Zelandia, quorum ipse Dux, & Iohannes electus Leodiensis, Albertus Dux & Comes Mubingensis, nec non tres eius filii. Gallorum præfecturam gerentes Comes S. Pauli; Comes Namurcensis; & Catolus Amiraldus Francix: Anglorum: Comes Schalliæ: Germanorum; Comes Zolmæ; Comes Zeynensis; D. Hensbergi. Propriisque stipendiis militare, Guido Comes Blesensis, Iohannes Herculanus; Iohannes Brederodius, Philippus Wassenarius; Arnoldus Egmondanus. D. Aspræ: D. Seuenbergi: D. Drongelenæ: D. Heuchlemi, aliique complures. Itaque rebus omnibus ad necessitatem comparatis, classe quatuor milium magnarum nauium ac quadringentarum minorum, exercitus Enchusa ad Kuyuram quam constituerant, adpellere, nauibus statim salubri consilio à terra reuectis, ne spes vlla fugæ superesset. Quæ res quod aliquando facta non esset victoriæ obstitit. Itaque Frisiis toto cum corpore suorum aduentantibus, fortiaque animo spirantibus, vt internecionis nullus fere modus videretur, longum attrox & anceps fieri prælium. Verum rei militaris peritia longoque bellorum vsu nostri sibi ad victoriam gradum fecerunt, Inde Frisii ab signis dispersi, dispalantesque magno numero capi atque occidi, vt ad Stautea pone Odulphi bissenos dies morantem consulto Ducem, promnata animi eorum proteruia iterato incessere non auderent. Interea Anglorum pars, nec non alia quædam Francorum atque Hannonien sium, lustrandæ regionis desiderio, Alberto nequicquam dissuadente, longius quam par erat ab exercitu digressa, incensis pagis prædisque onusta,

atque

Legendum ab Elten: Nam haud constare, ex Elderenis aliquem fuisse eius nominis quod habeo ex nobili viro Theoderico Reneſſio Vlulpio, ſtemmate Eldereno partem oriundo.

Nota.

Bellum in Frisios.

1196. *Vndecimo Cal. Sept.*

atq; ex insidiis circumucta, compelli editioré locum occupare, castro quondã famosum vnde se quoad posset armis tueri. Euaserant aliquot periculorum ad Ducem nuncij. Is quod haud necessarium videretur vniuersum mouere exercitũ, rogare Herlemenses ac Dordracenos, ire an ad liberandos cõmilitones vellent. Illi quo Dux præiret sequuturos se dicere. Verum Delfi vltro hanc prouinciã susciꝑientes, inuictissime, aiunt, princeps, vt hac nostra nuperæ insolentiæ ignominiã virtute deleamus, ipsi in hostem ituri, & nostro sanguine si ita ferat fors, nouam animi ergatę beneuolentiã testabimur. Tui tantũ fuerit muneris, atq; clementię hanc fidẽ nostrã non aspernari in posterũ. Atq; his dictis expasso militari vexillo in hostẽ properare, & à tergo adoriri, à fronte pugnãtibus acerrime in eũ obsessis. Cæsi Frisiorum plus quam trecenti, cæteri fuga dilapsi, vereti enim cæperant totius tobur aduentare exercitus. Qua regesta victores Delfi circũ loca deprædari, pagos incendere, quorum fumo & fauillis indicium procul ferre Duci victoriæ. Secundum quam Albertus in fines Frisiorum populabundus irrumpere, vt his fracti obsidibus datis in verba eius iurarent. Itaque Stureæ & præsidium, & magna ac firma propugnacula locare, missis principibus aliquot viris ad Floridum campum Guielmi auunculi Comitis ossa lectum, factusque triumphalis in Hollandiam transfretare. At non biennium labi, quin noua iterum Frisii moliri, iusiurandum violarent, & Hollandos vrbe pellerent. Cur eos exosus Dux, milites ad signa reuocare, nouiterque in auctorare & cum his Hornam atque Enchusam festinare, vnde, hærente ibi illo, classis soluta cum exercitu Orientalem Frisiam applicare, Duce imprimis Guielmo Osteruandiæ eius filio, tum Iohanne Herculano, Iohanne Brederodio, atque Arnoldo Egmondano, aliisque primariis nobilibus, quos Barones vocitamus. Qui atque appulisset Frisiorum inconditam multitudinem excipere, factaque pugna trecentos eorum cædere, reliquis sibi fuga consulentibus. Est enim eorum natiua indoles atque temeritas, principio pugnæ admodum audere in periculis, at vbi paruper ab iis fortuna se flectit plus quam frigescere. Itaque plerisque castellis euersis, pagisque insuper aliquot exustis, eursim itum ad Straueam. Tentata res, si primo impetu vrbem capere possent, id vbi non succedere, obsidione atque munitionibus cæpti premi hostes, missusque intro ad eos caduceator denunciatum ni se ocyus dederent extrema passuros. Staurei rebus animoque omnino perculsi, deditionem facere, omnis Frisia in trepidationem verti, eoque festinare, icien di fæderis causa, quod tale erat. Ducem in verum & hæreditarium Comitem acciperent, illi omnes parerent, atque vectigalia cederent. Sestertia annua sex singulæ ædes pendèrent. Post annum tamen rebellionis rumore Guielmus excitus in Frisiam reuerti, facereque stat iua media eorum prouincia, & per totas quinque hebdomadas animaduertere in noxios, cum cuncta oppida cogeret præsidium accipere, imperioque adderet minas, vt si ab obsequio discederent, cæde & incendio se Frisiam deleturum. Qui bellum deprecantes imperata se facturos polliceri. Guielmus itaque Osternandiæ gentem indomitam vectigalem fecit, opibus eorum ac viribus partim aceisis. Et constituto Florentio Alkemadio prouinciæ præside designatisque Straueæ & Dokemi præfectis magna cum gratulatione redeuntem pater excepit. Cæterum quum iam pacata esse pronincia & quieturus Albertus videretur, noua creuit belli materies. Fato ego aliquo illud seculum infœlix dixerim, quo vix quietis momentum Hollandiæ daretur. Quippe Iohannes Herculanus prouinciæ quæstor rationum libellos postulanti, nimis arroganter quum Comiti pernegasset, eius adeo offendit animum, vt tamquam aduersarium proscriberet, & cum aliis per Hollandiam pagis, Haestrechtam, Vlistam vicinam atque Stolwicum quos feodales habebat, adiiceret fisco. Quare accensus magis quam fractus, Iohannes Duci bellum facere, & Oudewateram nihil hostilis metuentem, nisus frustra occupare, certa enim notione id oppidani præsenserant. Sed nec sic illi ira & feruor animi resedit, dum Gysenburgum vincere, Werkendamum igne accendere, & Alblasserdami tuguriola aliquot in fauillas ac cineres redigere. Quo item tempore & Guielmo Alberti filio apud Philippum audacem Burgundiæ Ducem hærenti literas mittit bellum denunciantes. Quibus, is, lectis, hoc tantum respondere tabellario, Cuiusuis etiam ignaui esse bella indicere, at finire non nisi victoris arbitrio integrum. Iohannes belli materiam dedit, nostrum iam erit magno illud ac forti animo administrare atque conficere. Inter hæc Iohannes audendum ratus Hollandiæ vicinitates depopulari. Quod Hollandi Australes vltum ire, infestis agminibus per omnem regionẽ Herculani penetrãtes, incendiaq; miscentes, atq; præda onusti incolumes domũ reuerti. Quib. Guielm. in auxiliũ cũ Kinhemaris Herlemos, Rhenanis Leydanos, Waterlandis Amsterodamos mittere, Henrico Wassenario duce qui ad internecionẽ in

Facinus memorabile Delforum.

Fadus.

Bellum inter Iohannẽ Herculanũ & Albert.

homines & inmenta deſæuire, demolirique etiam quicquid extra munitiones oppidorum caſtrorumque eius eſſet. Herculanus regionem ſuam quaquauerſum in ſolitudinem redactam animaduertens, altiores vindictæ radices in animum admittit, atque armata manu Neoportum capit, flammiſq; conſumit. Tandem cum hoc bellum trienniũ protractum eſſet, laceſſentibus magis inuicem, quam iuſta acie experientibus quid belli ſors ferret, Albertus eius tædio, arctiſſima obſidione Gorcomium cingere; atque ipſe
1430. cum filio ad Septentrionem; Adolphus Cliuiæ Comes Orientem cum Traiectinis
Forte Dux, ut vidimanuſcriptum. caſtra metari, nam & hi cum Antiſtite Alberto fauere. Hannonienſes & Auſtrales ad Meridiem: Friſii ac Zelandi ad Occidentem, Herculano belli ſocii, Comes Wernenbergius; Comes Daleni; D. Steinvordæ; D. Ranſti; Guielmus Iſendoræ, Otto Werenſis, aliique è Gelria ac Iulia auxiliares. Tormentorum ac machinarum bellicarum omne genus, quatiendis muris, opportuniſſimis locis collocari, cum obſeſſi turpe atque ignominioſum rati, è tectis mutiſque prohibere hoſtem, vrbis porta patefacta magna animi vi in caſtra Zelandorum irruere, & ſtrage facta Florentium Borſalienſem; Nicolaum Remerſualienſem; Philippum Eueringium, alioſque nonaginta milites captiuos intra mœnia trahere. Nec ſegnes etiam paulo poſt armis per Ducis Cliuiæ ſtationem penetrare, multis occiſis, captiſque Walrauio Bredenrodio illuſtri; Egidio Scengio, Petro Pottero, Hugone Poſtio, Stephano Berebrou cano ac plurimis aliis. At dum pari animo niti ſtatiua Hannonienſium ſuperare conflictum dire, fauciique in vrbem ſe dare compulſi, cum Trimeſtri ab obſidionis die Iohannes electus Leodien-
Pax. ſis Alberti filius, præter ſpem vtrique ſuam operam ad pacificationem impendit, vt Alberto in vrbem cum exercitu recepto, Herculanus veniam ſupplex admiſſi oraret, & vexillum militare Ducis arce per diem vadaret, quo per hoc victoriæ ſignum ciuibus daretur. Poſt annum Albertus mori decimo octauo Calend. Ianuarii. Adminiſtrauit quam domi tam foris remp. ſtrenue ſex ac quadraginta annos, decem enim ac nouem tutor, cæteros ipſe Comes, Corpus exanimis aromate conditum, Margarethæ prioris vxoris Curiali ſacello Hagæ adiunctum, magnifico funere. Alteram & ſecundam habuit vxorem, Margaretham Cliuiæ Ducis filiam, è qua nullam ſuſcepit prolem, monaſterio Prædicatorum abs ſe conſtructo ſepultam. Sexennium ante Alberti mortem è viuis excedere, abſque ſtirpe N. Comes Bleſenſis, Goudæ Scononiæque imperitans, poſtremus Bleſenſium à Iohanne Beaudmondo deſcendentium, vt prædictæ ciuitates ad Hollandiæ Comitatum tum fuerint deuolutæ. Seminarat nothum Iohannem Bleſenſem equitem auratum, à quo Treslongi genus ducere. Iam vt conquirere fabuloſe, aut fictis oblectare legentium animos procul ab hiſtoria eſt, ita vulgatis traditiſque fidem negare non auſim. Poſt coortam tempeſtatem ventorum validiſſimam
Nota. quod ſæpe hic fit diſruptoſque aggeres Oceanumque Auſtralem late agros inundantem, fertur puellis Edamenſibus lintre lacum Purmerondæ traiicientibus ad mulgendum vaccas, fœminam aquatilem, membra nudam, ſed muſcoſam & ſordeſcentem in vado apparuiſſe. Primum ſtupefactas rei nouitate, dein, reſumpſiſſe animos, inque lintrem aquis traxiſſe, perduxiſſeque Edamum, vbi emundatam muliebriterque ornatam, addere, noſtris vſam alimentis, nendique artem didiciſſe, ad lacum ſemper redire pronam. Idiomate vt erat nulli cognito, ita nec ipſam vernaculam noſtram intellexiſſe, tandemque Herlemum perductam annos aliquot ibidem vixiſſe, ac ſacro loco infoſſam, quod reuerentia effecit, qua eſſet ſolita Iheſu Chriſti crucifixi imaginem proſequi. Hæc literis mandant qui eam viderunt, & nobis per manus tradidere. Inimicum veritati videatur, ſed rei fidem antiquitas facit.

Guielmus Sextus Hollandiæ Comes XXII.

DEFVNCTO vita Alberto Guielmus filius, Comes Palatinus & Dux Bauariæ, fieri Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ ac Friſiæ: cuius in verba oppida vniuerſa iurare, quod Homagium eſt, municipalia ſuſcipientia, procereſque feodalia. Deſponſa eignata Caroli Gonneſii Francorum regis, ante nubiles annos moriens. Vxorem duxit, Margaretham filiam Philippi audacis, Ducis Burgundiæ, è qua vnicam Iacobam ſuſcipere. Ad principatus initia Guielmus Iſendoræ, authore Iohanne Herculano

Homagium quid.

culano cum armigeris, negociatores se mentientibus, wou drichemum occupare, diripere, ad hæc incendere, ipso publicano in necem dato, Comes in vindictã pronus, quod pacem temere violasset, nouam pactionem cum Frederico Antistite atque Traiectinis conflare, Gasparnam obsidere, milite ac propugnaculis, Haghestenum quoque atque Euersteynum, vt nemini exeundi potestas daretur, & per inediã equina & glirina carne vescentes, dedere se cogeret. Gasparna & Haghestenum incensa, atq; solotenus diruta. Euersteynum quoq; Antistes funditus deleuit. Cæterum agris Gorcomiorum vastatis, dum pæne inopia rerum omnium laborarent, neque spes eis vlla quietis lucaret, quod Guielmus Dux iureiurando iurasset, numquam se Herculano condonaturum, ancipiti malo pressi, ad pacem Ioanne ne quicquam adhortato, virbis primarij, hoc excluso, Guielmum eius filium summæ rei præficere, cuius erat animus rebus desperatis pacis præsidium adferre. Sed & ipse cum patre quando videretur in gratiam redire, ciues metuentes hostilia, Guielmum Ducem accersere, qui lætus, quod citra sanguinem bello defungeretur, oblatæ occasioni minime deesse, & sacramento fidelitatis à ciuibus accepto, confirmatis plebiscitis, relictoque vrbi ac Lederdamo quingentorum militum præsidio, quibus Philippum Dorpium equitem præficere, iucunda cum gratulatione ad sua reuerti. Hanc fortunam Guielmus Herculani filius indigne ferens, post bimestre, intempesta nocte vigiles incautos fallere, oppidoque rursum potiri, sed arcem obsidere parantem Dux lectissima militum manu retrocedere in vrbem compellebat, quam mox obsidione is cingere, laborantem ita in bello Guielmum Herculanum, Renaldus auunculus, Gelriæ Dux atq; Iuliæ, iuvare suppetijs, statiuaque ad Dalenum propter aggeres facere: At prouocantem se non audebat pugna Ducem excipere. Inter quos bellum tam sæui motus ad resistendum impar, Iohannes Herculanus gratis Renaldum Gorcomio donare, ea mente vt Ducatus Gelriæ perpetuum esset. Etenim Guielmus filius, quod prole careret, Renaldi vnicus hæres, cuius filiam Iohannes Herculanus pater in vxorem olim duxerat. Tum crudescere magis inter Duces bellum, excursiones vtrinque agi, ac varie damna pati. Hic tacere nolo, Iohannem Cronenburgum Heusdeni præfectum, Hollandorum tumultuaria manu collecta, obuiam Gelris Hechusam incendio absumentibus iuisse, qui decuplo plures, quod aer nebulosus esset nec ab ijs quantus aduentaret hostium numerus satis dignosci posset, territi, Hollandorum clamore repentino fugere, & dispalari. Multi dum Mosam incautius subeunt, absorpti: Pluresque capti quam Hollandorum manipulares. Gelri septem fuga errantes, prorsumque ignari quorsum diuerterent, media se in hara absondere, quam noctis crepusculo sus verberans, illi autumare hostem esse, alteque vociferari, dedere se, captiuosque velle sequi. Quo tumultu pagani exciti omnes sue exploratrice captiuos abducunt. Cæterum Guielmo ad bellum Leodiense euocato, pactæ trium annorum induciæ. Nempe Iohannem Bauarum Guielmi Germanum electum, quum abhorreret à Sacerdotio, vrbe Leodienses pellere, quantumuis reclamante clero. Quitum Traiectum propter Mosam concedere, vbi vndeviginti spacio hebdomadarum obsidione pressus cum seditiosi in eius locũ Theodericum filium principis Parevvisij sufficere. Qua re cognita Guielmus ilico comparare exercitum, Burgundiæque Ducem, vxoris suæ Germanum auxiliatorem vocare, nunquam se illi defore respondentem, modo de redemptione sui caueret, si in bello ab hostibus caperetur. Cauere Guielmus, ac pignori Hannoniam ei dare. Itaque cum eo, toraque Hollandiæ & Zelandiæ nobilitas præter infinitas auxiliariorum stipendiariorumque copias ex Francia Burgundia & Flandria collectas, simul in prælium exire. Ventum ad campum Alcataium propter Tongros, vbi è statiuis per aliquot dies hostium finitima loca depopulari. Quo rumore Leodienses inde soluere inque nihil tale metuentem Guielmum, omni qua possent vi proficisci, stabant nostri præter opinionem hostium procincti triplici acie, cum nostris sub solis ortum duce principe Parevvisio se spectandos præberent, quos superaturos nullo magno negotio bene sperauerant. Levum cornu Iohannes Dux Burgundiæ, Dextrum, cum equitatu magno Comes Namurcensis haud procul ab exercitu, edito in colle tueri. Ipse Guielmus per medium exercitum armis conspicuus ire. Scitantibus Leodiensibus, vtrius partis fautor adesset, visuros respondit, vbi præliarentur. Tentata pugna, præliarique cæptum eminus sagittis atque missilibus, dein cominus hastis gladijsque acerrime, duabus ferme horis æquo Marte, vtrisque aut moti aut vincere paratis. Sed nostri pugnæ principio rem sibi pervtilem, hostibus damnosam invenire, sensim se flectentes, vt sol ijs aduersus esset aciemque perstringeret. Ad hæc magno vtrinque ardore pugnantibus, Namurcensis equitatu in latus Leodiensium invehi, iterumque ac iterum medios separare, vt illis fuga ac cædes magis quam pugna esset, dum dispalati arma iacere, quæ ad tutelam cor-

Dux Gorcomium recipit.

Bellum inter Gelrum & Hollandum.

De sue & Gelris.

Expeditio in Leodienses.

Victor Guilelmus 1408 Non. Cal. Octob.

poris ferrent. Cecidere quorum numerum victores dicere, quingenti ac triginta quinq; hostium milia, præter Parevvisium, principem & Theodericum filium postulatum Leodiensem ac plurimos in fuga captos. Guielmus quotquot nanciſci poterat incentores belli capitis supplicio affecit. Tongri credentes Leodiensium esse victoriam, armati quoque prodire, sed fugere compulsi non sine cæde suorum magnam multitudinem amittunt. Itaque Germano in integrum restituto, Guielmus in Franciam ire, conciliatum principes tumultuantes, ob eadem Ducis Aurelianensis per Iohannem Burgundum patratam. Qua de re Francorum gens gauisa, non modicam illi gratiam referre, filiamq; eius Iacobam 16. annos natam Delphinus regno proximus vxorem ducere. Ac tũ finitis induciis quas cum Renaldo duce Gelriæ fecerat, ipse Amersfordiã ad se pellicere, è qua iugi excursione ire Veluam depopulatum, deducta etiam classe in mare Austrinũ, ad oram Gelriæ maritimam infestandam. Cum necessitate vrgẽte Renaldus coactus pacem admittere, ac Gõi comium cum tota ditione Herculanorum, prõbante hoc Ioannis Herculani filio, Comiti conferre, proque damno, & expensis bello profusis centum milia Coronatorum Franciæ illi appendere. Cæterum Iohannem pactioni obstrepentem propter Bruxellas insidiose captũ, ne res vlli innotesceret, alba chlamyde D D. Teuthonicorum tectum, milites itinere in Hollandiam trahere, quem Goudæ primum, dein Senenbergæ firmiori custodia asseruandum Guielmus tradere, in qua decennium hæsit. Vbi dum foro sistitur, coniurationem qui aduersus Comitem cæperant, sponte atq; ordine verbis manifestis patefacit, Iohannem Egmondanum generum suum & Guielmum Iselstenum fratrem, ac reliquos conscios, vtque per oportunitatem Renaldo duci illum tradidissent. Nempe Iohannem Egmondanum fuisse generum Herculani, matrimonio Mariæ filiæ, è qua susceptus esset Arnoldum Ducem Gelriæ & Guielmum Egmondanum fratres, quæ cognatio feruente bello in hoc facinus istos compulisset. Comes hæc audiens Ioh. Egmondanum ad Tribunal vocare, vt proditionis ac perduellionis crimen diiudicaret. Verum contumaciã & venire ad diem nolentem cum fratre proscribit, bonis eorũ fisco adiudicatis, amboſq; in Iselsteinũ fugientes obsidere parabat. Cum Iacobus Graesbecius & Henricus Culenburgius cognati Iohannem atque Guielmum hortari potentiori cedere, bellumque pace intercipere cautũ, Comitis Iselsteinum esset. Iohannes & Guielmus proscripti non in prouinciam quam indulgentia Guielmi redirent. Iohannes in infinitam posteritatem duorum milium Scutatorum annuorum summam reciperet. Guielmus sexcentos Coronatos Franciæ, & Iolanda mater quãdiu in viuis esset, eorundem octingentos, quæ vtrinque ratificata literis, sigillis ac iuramento. Quo tempore Frisii Orientales, intempesta nocte Stauream occupare, tredecim annos Hollandiæ iam parentem, Guielmo tum forte maioribus districto, & voluente, qui aliquando eos ad internecionem gladio aut deleret, aut alio deportaret. Interea Sigismundus Imperator Dordracum venire, in Angliam traiecturus ad pacem & fœdus iciendum inter reges Franciæ & Angliæ: quem Comitatus magno impendio atque obseruantia vt fertur Guielmus ibi precari, quod masculã prole careret, vt se defuncto Iacobam filiam Hollandiæ Comitem confirmaret. Quod renuentem, & interrogantem, num fratrem, num nepotem haberet, dicentemq; fœminarum imperia reip. haud convenire, adeo inde spreuit, vt nullo in Anglia imperatorem amplius prosequens obsequio ad suos quoq; scripserit, ne redeuntem gaudio vllo aut lætitia publica exciperent. Ego ad id adduci non possum vt credam, quando etiam & Comitatum & Ducatum fœminas suscepisse noscimus, vt prece opus non fuerit. Quid illi tamen in mentem venerit aut metuerit, in obscuro adhuc est: nam quod huic non est absimile, Hollandiæ proceres oppidorumque magistratus sacramento adigere, singulorum acceptis sigillis, vt post mortem eius Iacobam filiam adire Comitatum, ac paternam hæreditatem permitterent, contraque omnium vim eam iuuarent. Nisi fortasse hoc egerit ob feruidum Sigismundi Imperatoris responsum. Iam vt ordinem historiæ prosequar, Iohannes Dux Turonensis filius Caroli Gonnesij regis Franciæ, maritus Iacobi, magno Comitatu simul & apparatu in Franciam proficiscẽs, à cuius latere Guielmus socer in itinere nunquam discedere, donatus à familiari quodam lorica argentea ac fulgida est, cuius fibulæ gulam ac colla contingentes, venenatæ, ipsi ad Compigniacum mortem adferre, postquam biennium Iacobam vxorem accepisset. Corpus aromate imbutum regia pompa Parisijs elatum, maiorum suorum tumulo condi. Creditum matrem reginam veneni procuratricem, quod reclamante se & spreta, Iacobam vxorem duxisset. Quo facinore Guielmus dolore animi tabescens, inciso temere tubere, cruri agnato, morsum tenus caninum, quem iampridem acceperat, mori, pridie Calend. Iunij, non sine grauissimo Hollandiæ luctu ac damno, postquam duodecim annos Comitatum gubernasset. Nam præter multa

Vita infra.

Ioh Herculanum custodia traditus

Coniurationem patefacit.

1416.

beneficia quæ præstitit Hollandiæ decorare etiam eam illi animus erat. Constituerat enim Herlemi exædificare ascesteria tria, nec non Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ ordinare episcopum, quod an effectum dedisset, scire non est ob mortem repentinam: Humatus Hannoniæ ad Valenchenas. Sub hoc Guielmus Eggardus Waterlandus iram patris fugienti apud Dacos Guielmo Osternandiæ Comiti sæpenumero quantum vellet pecuniarum mutuans, quem ob hoc inter intimos is habere, præficereque ærario, & Necca, atque Hylpetamo donare, Purmerendam, ac huic annexum castrum exstruxit, posteritati consulturus, primusque in eam dominium habuit, intra biduum moriens, postquam ducis mortem, quem vnice in vita dilexerat, accepisset. Filius illi Iohannes Eggardus, qui venditis dominijs Gerardo Zylensi, videns ciuile odium per Hollandiam recrudescere sponte solum vertit, ac magna ex iis vi pecuniarum collecta Gandavum abibat, vbi prius cænobiarum virginum societatem instituit, præter aliam monachorum regularium ad Oudenardum.

Iacoba Hollandiæ Comes XXIII.

NON imperite tum loqui Sigismundus Imperator, quando fæminarum imperia carpebat, quod fere eneruata ea, & sine pondere, cuius documentum satis Iacoba præbet. Sed sunt qui diras preces Pontificis Ludouicum imperatorem eius proauum execrantis causari, quod per omnem vitam bellorum procellis iactaretur. Certe diuina vltio sæpe in quartum cognationis gradum solet se extendere, vt in hac videre est. Sub Guielmo patruo maiore, factiones natæ cælesti ira, ob infame bellum quod cum matre terra marique gessisset furiamque longum passus. Avus filij terticulum; quem depellere à se sine mentis cruciatu non potuit, domesticisq; magis quam externis bellis erat impeditus, suasq; vrbes obsedit & vastauit. Sub Guielmo tamen patre, non admodum Hollandiam sui pænituit. At Iacoba ob ciuilem motum paternam hæreditatem possidere secure nunquam potuit. Non ordiri cæpit imperium quin Aselinorum & Hamatorum creuit factio. Accedere ad malum reip. Ioh. Bauarus Leodiensis postulatus, consilij boni satis alioqui dies, à nepte, modis omnibus pellectus, ad Asellinos transiens. Et Iohannes & Guielmus fratres nuper proscripti, clam militum manu collecta, Iselsteinum recuperantes. Quæ res male habere Traiectinos & Amersfordienses, quod eo multi proscriptorum Aselinorum, inter quos Hermannus Lockhorstius & Iohannes Spiegelius, confluere. Distare oppidum ab Traiecto, haud amplius miliario, tum quidem opibus, multitudine ac munimentis, inter alia vltimum minime. Certe hoc incolumi habebamus, quod licebat Traiectinis opponere. Itaque id obsessum venire Traiectini, quos Hollandi ac Iohannes Bauarus, nec minus tota Goulandia copijs adiuvare: Verum Traiectinis alia mens, aliud consilium erat, quod nostri non perspicere, factione præpediti. Sequuta pactionem deditionis: incolumes externi abirent, & Comitis se clementiæ ciues dederent. Cum non deesse Traiectinis atque Amersfordiensibus ingenium ad animi sui propositum. Quippe tum muros & arcem sibi poscere, quod postquam impetrassent, iussis arma tradere ciuibus, vinctos omnes Montfurtum trahere, muris diruti, adhæc arcem excindere ac cuncta diripere, & tantis malis haud saturati ciuium, oppidum etiam eodem anno in fauillas ac cineres redigere, vt præter templum ac monasterium nihil superesset, suffossos quoque plateatim silices, permissu, carpentis scaphisque auehere, viasque publicas arare, & captiuos, quibus nihil præter agros remanserat, cogere, vt ijs traditis se redimerent, quantique vellent agros hoc pacto mancisserentur, quos venditoribus dein colendos in Emphyteosim locare, etsi vt par est modo pro locatione rationes & numeros prius, quod aiunt, quam argentum vel æs accipiant. Sed & ijs erat data, quod excedit, facultas, bona occultata ciuium indagandi, vsurpandique. Misertima plane vrbs, quæ ita deuastata, succrescens denuo, non semel est exusta. Sed quando non res agit, vicissitudo temporis, rursum mœnia ac muros habet, Hollandiæ tutamen, sera ac clauis, vt quanti momenti fuerit, non reliquisse intactam, vel ex his iam apparet: quę iam pridem Traiectinis, eam expugnare volentibus egregie restitit. Feruntur Amersfordienses vrbis excidium Brasdenariorum modio à Comite comparasse, nummus est, qualem quis bene prandendo aut cœnando hospiti persoluit. Inter hæc principes ad Bierulietum conventum agere, & quod Guielmus moriens proceribus mandasset Iacobam Iohanni Duci Brabantię despondere. Sed impediente matrimonium consanguinitatis vinculo, præsertim quod Constantiense concilium discors sententiam de eo

1417.

Excidium.

Nota.

mittere differret, aliquandiu hæsit, mater enim Iacobæ patris soror erat Iohannis Brabantiæ Ducis: cum Iohannes Bauarus electus Leodiensis Iacobæ patruus, aptissimus rebus turbandis artifex, sponte episcopatui cedere, quo septem ac viginti annos esset defunctus, in que Hollandiam se conferre, vt tutorio nomine procurationem reip. acciperet. Veniteque Dordracum vbi clam facta coniuratione cum optimatibus aliquot, maxime Guielmo Herculano atque Iohanne Egmondano, fratreque Guielmo, Iacobæ nepti, ni sub tutela se det, bellum indicere. Inde Asellini imprimis Dordracenis sociis, & Iohanne Herculano atque Egmondanis, Gorcomium occupare per insidias, excepta arce, quando Iacoba rem indignam passa, animum sumit in vindictam, & contracto vndique militari exercitu classeque haud contemnenda, Walrauio præfecto, vi bem applicat, quem fautores Iacobæ, qui ex ea in arcem confugerant, omni modo ad se recipere. Qui perfosso muro in vrbem ingressus armis magno animo ire aduersus Herculanum, quam diu ambo in pugna caderent, fauente nihilominus Hamatis victoria, quam minus lætam mors Walrani faciebat, mille ferme Asellinorum occisis. Occumbere ea pugna præter Herculanum, Comes Wernenburgius, Princeps Milendorni, Princeps Batenburgi, D Proiæ, D. Buræ, Henricus Herculanus nothus, Otto Gellicomius, Guielmus Appeldornius, Iohannes Oyenus, Arnoldus Herlarus, cum aliis quam plurimis. Capti insuper mille, inque Hagam asportati. Post eam victoriam Iohannes Brabantiæ Dux in Hollandiam proficisci, pulcherrimo principum comitatu, Martini Quinti pontificis Romani dispensationem matrimonij obtinens. Celebratæ Hagæ Comitis pactis & sponsalitijs, nuptiæ magno luxu atque apparatu, genialisque thori sequuti complexus. Interea Bauarus niti, si quo pacto posset neptem Comitatu deturbare, Dordraci se continens, quum secta turbis oppida, multumque tum passim mouminis erat, quod Dordraceni hostiliter essent ausi, Hollandiæ agros depopulari. Quocirca Ioannes Dux Brabantię bellum Bauaro indicere, atque vrbem properanter obsidione tentare, miliarium tantum ab ea fixis castris. Ad quem & venire Iacoba, magna Hollandorum multitudine stationem ad Papendrechtum seruans. Ciues animis ne quicquam fracti, rati turpe è mœnibus semper pugnare, portis in Ducis castra ruere, magnamq; cædem patrare, vt vulsis castris fuga ad suos dilaberetur, nihilque præter ignominiam lucrifaceret, Hollandis se vix munitione tuentibus. Præerat his Adrianus nothus Alberti Ducis, plurimos prius dans neci, quam ipse cum multis in pugna caderet. Itaque Bauarus vtens fortuna belli, Roterodama capta per insidias, Dordraco atque Brielis nuper potitus, Mosam infestare nauigijs, vt nemini enauigare eam daretur. Quæ res principibus ad Worcomium conuenientibus cum Bauaro causam iciendi fœderis dedit, videlicet, Dordracum Bauarus & Gorcomium, Herculanorumque ditionem atque Laerdamum, Scouerwoudam, Roterodamum, nec non Wordenum Brielas, Vornæque insulam cum principatu, in feudum perpetuo possideret, & triennium tutelam Hollandiæ illi prorogarent. Reliqua iurisdictio bifariam distributa esset, & magistratu æqualiter partes fungerentur, ad quæ Iacoba in Brabantiam secedere: cum inter nostrates atq; Traiectinos totum biennium bellum esse, tali ex re: Iohannes Egmondanus Traiectinorum naues queſtus causa festinantes, ad Lacæ ostium exoneratas dense ac crebro hostiliter in profundum fluminis dare. Qua de re illi multa ad Bauarum conqueri, eorumque etiam aliquot in Brabantiam ad Iacobam proficisci. Verum quum ea animum benevolum tantum testaretur, nihilq; præter verba daret, Frederici antistitis sui implorare fidem, quem summæ rei præficere vna cum Guielmo Brederodio, Philippo Burgrauio Leydensi, atque Iohanne Montfortio qui Bauaro & Hollandis bellū indicere. Populationes & prædæ vtrinq; actæ, arcesque aliquot vi expugnatæ & deiectæ. Obsidere Bauarus Burgrauium ac simul ipsum oppidum, circumque castella expugnare Poelgesti, werdæ, Zylæ, Doessæ, atque Podikenpolæ, Leydanis deditionem facientibus rerum vitæque pacta incolumitate. Burgrauio venia data, atque Traiectini indemnes abire permissi. Sed appetentior vindictę Iohannes Egmondanus nil tale suspicantes bellica manu in via aggredi, eosque trucidare, quod ilselstenum oppidum suum iam bis flammis consumpsissent. Tum Philippus in omnem posteritatem est Burgrauiatu suspensus, applaudente Henrico filio, qui & Wassenarię dominio patrem iuuante Bauaro eijcere. Inter quę Frederico Blancenhemio Traiectinorum Antistite obsessis suppetias sero paranti, Renaldus Dux Gelriç bellum mouet, vicinitatemque circum Amersfordiam infestat, atque pascuis pecora abigit. Quam iniuriam dum ciues temere magis quam prouide niti impedire, nimis in pugnam proni, à Gelris per insidias aut occisi sunt aut capti. Cum Fredericus ea strage accensus, quingentis equitibus Veluam depopulari, ac plurimos pagos hostium face ac igne accendere.

Asellini Gorcomium occupant.

Leyda se dedit.

Ala luporum catulos

Neque

Neque etiam tum defes Egmondanus, Fredericum tale haud meruentem, Iacobo Gaesbecio, Huberto Culenburgio, ac Gelris socijs talione repercussit, accenso Houtensi pago, Loerika, Amerouga, & quicquid circum Traiectinæ ditionis erat, atque in vicem sub noctis vmbram, ne hostis in potestate vltorem non sentiret, Traiectini impetu fractis seris atque repagulis Wageninga potiri, & incensum relinquere, prædaque onusti, incolumes domum reuerti, capto Henrico Homotio equite aurato, præter alios octoginta. Ac tum etiam Theodoricus Merwensis Hollandię Avstralis prætor atque præfectus Montis D. Gertrudis, subiectionem detrectans nouos labores Bauaro parare, qui incendere vrbem inq; arcem confugere. Quod vltum venire cæteræ ciuitates nec non Bauarus, admota arci machina, iaciente ingentia saxa, quam Flavstrum vocant. Tutati tamen Theodoricus arcem ad viginti sex hebdomadas. Inde composita res est, vt ea tradita Bauaro incolumis atque indemnis cum suis abiret. Id ferme temporis, ita volente Deo, cuius frequenter admiranda opera videmus, at causas eorundem ignoramus, ingens tempestas, validissimis ventis atque procellis crescens, qua maris ostium Zelandiæ, moles aggerum passim disijcere, & vorax, duos ac septuaginta pagos turritis templis pænitus haurire, misero hominum pecudumque interitu. Nox illa omnibus exitiosa & calamitosa fuit, non agger tempestati resistere, cunctis alto somno sopitis, vt malum non solum inopinatum verum etiam ineuitabile videretur. Alij mortis periculo ad templa confugere, religionis locique fit miotis gratia, vbi supplicate Deo, luminatia incendere, pectus tundere, postes ac trabes amplexari, verbere vndarum quassatis remplis. Quis audiens temperet à lacrumis, nocte vna mortales tot perijsse: Visi sole orto submersi per medias vndas fluctuare, robustiores ruderibus atque tabulatis inhærere, senes lembis, infantes cunis iactari. Elapsum fuga aliquem manibus hostium sæpe vidimus, aut incendium deuitasse, at huius tempestatis omnium terribilissimæ impetum, Dordracum vix sustinebat. Iam circum vrbem nil præter pontus, campos alioqui fertilissimos obtegens. Videre adhuc est, quum scapha per agros nauigas, fossarum ædificiorumque interstitia, maiore enim nauigio non potes. Sexdecim & amplius pagos recuperare principio quum tempestas resedisset, & cæptus agger, qua parte lacer erat, refici: verum auaritia quæstorum crescente aggerantes mercede fraudantium, vlterius desijt opus se portigere; quanquam fertur, Mosæ æstum, congestos recens cespites penetrasse, spemque confiundi operis reliquam nauantibus accidisse. Ita violentia fluvij, nostrum que socordia, pulcherrimus quondam ager, nec seritur, nec metitur, cum tamen opis haud magnæ fuerit, his præsertim æstatibus, quæ solito nobis feruentiores, contingunt, atte quauis eum sanum ac siccum reddere. Creditum Dordracenos, scelere rebellionis contaminatos Deum voluisse vlcisci, vt qui Iacobum pepulissent, & impie aduersus eum arma mouissent. Hoc rerum volumine dum Hollandia sui prorsus ignara, & Iacoba infami thoro desidet, mæsta ac plorans, precę maritum obtestata, vt ciuili bello iam ferme pessundatæ prouinciæ tantopere nobili, sine armis, sine consilio succurrat, atque is neque ad magna genitus, neq; rerum gerendarum satis peritus eam contemneret, & Bauaro tutelam ad septennium prorogaret, irata in Hannoniam discedere, & repudiato illo in Angliam trajicere, vbi citare ea Ducem, qui per procuratores ad pontificem adpellare. Martinus Quintus eius nominis pontifex, causam vtriusque examinandam atq; discutiendam Vrsino cognomento de Venetijs Cardinali, committere. Necdum inter eos rem deciderat Vrsinus quin cum Hunfrido Duce Clandicestriæ Henrici Regis Angliæ Germano, Iacoba contraheret, si Pontifex annuat. Ille protinus quinque milibus equitum in Hannoniam concedere, & tamquam legitimus maritus Iacobæ, fidelitatis sacramentum ab ijs accipere. Ea res male habere Brabantum, scribentem tum Bauaro in Hollandia hærenti, vt communi causæ deesse nollet; Hunfridum enim post Hannoniam etiam Hollandiam affectaturum, qui rescribere ad tertium & decimum diem cum exercitu se ad futurum: sed in ęgritudinem incidens ipso eodemque die, quo se opę laturum Brabanto condixerat, vita defunctus, felicioris fortunæ & famæ futurus, si nimium indulgens sibi neptem non tam acerbo odio esset prosecutus. Subdiaconus vxorem duxerat Elisabetham filiam Antonij Ducis Brabantiæ commatrem, non sine dispensatione sedis Apostolicæ. Terræ creditus Hagæ Comitis Prædicatorum monasterio. Quum Asellini Brabantum accersere, quorum ope is multis oppidis Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæque potiri: quem Gouda, Scouonia, Oudewatera, Briellæ Zirickam, neutiquam recipere: cur Iacobum Gaesbecium idem Hollandiæ, Zelandiæ atque Frisiæ præsidem creare. Qui expeditione populari Scouoniam ad mœnes ferme sex obsidione claudere. Sed multum passus ab obsessis damni, non sine sui nominis dedecore, coactus pactis inducijs inde soluere. Ciues enim ac quotquot eo confluxerant vrbe erumpere, &

Talio iterum.

Aciterum.

1421. Dominica Elisabetha.

Iacoba cum Hunfrido conflabit.

Ioh. Bauarus moritur.

Scouonia obsessa.

hostium sæpenumerò castra turbare, & nacti Roterodamos, magna eos clade afficere, atque his vexillum militare auferre, etiam num ibidem templo fixum. Esse solet amissio vexilli ignominia tanta, vt quamdiu eo hostis potiri, simili vti in prælijs, non esset iustum. Sub id tempus Fridericus Blancenhemus *Antistes*, Vollenhouæ mori, Septimo Idus Octobris, postquam annis triginta pontificio præfuisset. Exanimem ciues funebri pompa ad D. Martini extulere, cui cum ex more parentatum esset, non vniusmodi oriri inter principes altercatio, aliis alium pontificem aperte & ambitiose postulantibus. Theodoricus à Morsa Archipræsul Colonienſis Walrauum germanum, Ioannes Leodienſium Antistes, Iohannem Bauarum, *Archidiaconum* Aquenſem, Otto Monasterienſis, Albertum Hoyenſem nepotem: Adulphus Dux Cliuiæ, quantocius Traiectum veniſſet, Rodulph. Diepholtium Archidiaconum Osnaburgenſ. flagitare, quem maiora suffragia auferentem, sed illiteratum ac rudem noluit Martinus pontifex confirmare, vti retroactis ad se missis præciperet meliorem & doctrina & vitæ sanctitate eligere, qui exemplar cæteris esset, riteq; præesse nosset. Cæterum illi acerbitate omni vacantem monitionem pontificis flocci facere, & Rudolphum coniuratione facta, patriæ tutorem cõstituere. Qua tanta potestate mox fretus Rodulphus possessiones ecclesiæ vsucapere, & monetarius aureos cudere vulgo Postulaten. Cum pontifex electione ad sedem Apostolicam devoluta ob rebellionem, præsulatu hoc donare *Antistitem* Spirenſem, nõ minus religiosum quam prudentem. Sed expendens Rudolphũ prouinciæ iurisdictionem iam armis vsurpasse, discrimẽ belli formidans, permutatione officiorum facta, prouisionem præsulatus in Zuederum Culenburgenſem Archidiaconum Traiectinenſem conferre. Qui apostolicam confirmationẽ nactus cognatorũ atq; amicorum choro adiutus, suæ Amersfordiam, Rhenam atq; Horstum, potestatis facere, & pulcherrimo comitatu & plebis & militis solenni ritu cathedram accipere. Proscriptus Rudolphus ac quotquot eius essent fautores sententia excommunicationis per Dioceſim lata ab ecclesia cum eo separati. Quo die Traiecti oriri seditio, in cædẽ & occisione Bernardi Præuisii aliorumque tribunitiæ potestatis, conniuente Zuedero. Quare consanguinei eorum in Zuederum commoliri dolos, ciues ad se pellicere, & inopinato Traiectum armis occupare, primariorumque Synodus collegiorum more maiorum, ter nequicquam citatum contumaciæ damnare ac se Rudolpho iungere, *Basilienſe* concilium appellanti. Ad quod profectus Zuederus itarum plenus, dum rebus suis nauat, profluvio ventris ibidem mori, postquam septennium præsulatum gessisset. Hic Canonici Zuederum sequuti atque extorres, omne ius eius in Walrauium Morsenſem, *Archiepiscopi* Colonienſis Germanum transferre. Agitata res in concilio, confirmata electio, damnata eorum rebellio est: Cum VValrauius Cathedram Dordraci locare, & schisma, aliaque pudenda per Hollandiam Zelandiamque surgere. Tandem missus ab Eugenio legatus, cum retulisset, hanc vnicam pacandæ prouinciæ viam esse, si VValrauium excluderent, inuestiti à Pontifice Rudolphi Diepholtij fit præsulatus, etsi non apprime disciplinis imbuti, fautoris tamen cleri & defensoris egregij, morumque honestate ornatissimi. Etsi duodecim ferme annos Hollandi Zelandique contumaciter VValrauium sequi, adusque Philippi Burgundi tempora, volentis eos Rudolphum audire. Interea Iohannes Brabantiæ Dux, Iacobæ se maritum gerens in quibus ea latere, montes Hannoniæ parabat obsidere, dum itinere aduentare Burgundus Iacobæ palam hæres, nam Margaretha mater soror Iohannis patris erat Philippi Ducis, remq; pacificatione transigere, vti Iacoba eius sub tutela esset quamdiu non pontifex de matrimonio pronunciasset. Itaque Ioh. atque Burgundus Comitatus partiri, atq; ille Hannoniam, hic Hollandiam tuendã accipere, ad quæ Iacobam liberali custodia asseruandam Philippus Gandauum mittit quando ea peiora pertimescens, virum mentita, vigiles fallere, incolumisque ad suos reuerti, ope Iohannis Brederodij atque Iohannis Montfortij, Gouda, Scoonia, Oudewatera eam cupide amplectentibus. Cætera Hollandiæ oppida Philippo fauebant, è quibus, quicquid intus Hamatorum esset, aut sponte, aut metu *Aselli*norum ad Iacobam confugere, secessionẽ ciuili mox fluctuante prouincia. Herlemenſes, Leydani, Amsteromenſes armis coniunctim ad Alphenum progredi, & Goudã versis passis vexillis properanter ire, verum ciues occidione cunctos occidere, vexillis etiam eorum militaribus potiri, quæ incendio nondũ conflagrata vrbe, fani conspicuo loco expassa solita hærere. Alia quoque præter hæc sequenti anno incommoda nata, traiicientibus in Schaldiam Zelandiæ Anglis, vendicandi eam gratia, si qua via possent, nomine ducis Clandicestriæ, mariti Iacobæ. Dux militiæ, princeps Frateræ, quem iuuare ex Zelandia magnũ examen Hamatorum. His Philippus Burgundiæ Dux cum Francone Borsalienſi, atque Dordracenis, Delfis nec non Roterodamis pugnę futuris socijs propter Brouwershanam

ire

Zvvoterus 52. Antiſt.

Bernardus Præuiſius ac alij per Antiſt. clientes interfecti.

Rudolphus Diepholtius 53. Antiſt.

Iacoba cuſtodia tradita.

Goudani victores.

ire obuiam. Primo congressu Angli magnum numerum sagittis interimere, dum grauis armaturæ manus Dordracenorum, pugnæ succedere, atque impenetrabiles cædæ ad vnum omnes multare. Cecidere ea pugna inter Anglos, Iohannes Renessius, Iohannes Odenpilus, Costinus Haemstæus, Raso Haemstæus & Andreas à Walmis equites auratiex aliis Iacobus Borsalienſis, reliquis nominatior. Cum Philippus ridentem belli fortunam sequi & fossa ac vallo Senenbergam sepire, ciuibus obsidionis tædio commeatusque inopia aduersus suum principem murmurantibus, tametsi is cum alienigena milite, arce, totas quatuordecim hebdomadas, aduersus vim hostium vrbem animose defenderet. Inde deditione facta ac sacramento dicto vitæ fortunarumque omnibus incolumitatem Philippus permisit. At princeps cum suis, pati prius omnia paratus, quam fidem Iacobæ Comiti iampridem datam fallere, exulatum abibat. Quibus temporibus Vrsinus Cardinalis per sententiam diffinitiuam pontificis, promulgare, esse inter Iohannem Brabantiæ Ducem atque Iacobam verum matrimonium. Qua re cognita, Hunfridus Clandicestriæ Dux dimissa illa aliam vxorem accipere, inde post annum Iohanne Brabantiæ Duce moriente. Cum adhuc Hamatis animum spes erigere, eorumque sex milia ad Hemstæum propter Herlemum sub signis conuenire, quos Kinhemarorum multitudo insuper augere, nam, vrbibus excluſis, tota Kinhemaria Iacobæ Comiti studebat. Quibus Herlemum arctissime obsidentibus, Philippus Burgundus copias è Picardia & Flandria accire, præfecto Principe Lichtenueldio atq; his se iungere, Dordraceni, Roterodami & Delsi, iterq; pone Leydā figere, postridie inuasuri hostē prænunciamq; fœminā Leprosę instar mittere obsessis significatū, qua hora eos portis erumpere in hostem, secum esset necesse. Sed ea deprehendi, dum stipē orat, remq; totam Kinhemaris prodere, quando optimū id rata, diutius haud hostis metum sustinens Iacoba se inde leuare, & secundo vento nauigiolis noctu Goudam cū exercitu properare. Non fefellit tamen hostē, cum id audire & Leyda egredi atq; prœoccupare Picardorū atq; Flandrorū copiis ac dicto præfecto Alpheni canale, ad quod nupertime Iacoba feliciter pugnauerat, & per quod redire eam esset necesse. Multum terroris primū incutere nostris Picardi, ancepsq; fieri pugna, donec pro latitudine viæ à fabro Goudano ingeniose laboratam ferratis tignis machinam, arietando in hostem impingerent, qua eos separare, atque vtrinque in fossas protrudere. Itaque mergi, cædi Picardi, ac inde fugere, ad loci nomen etiamnum horrescentes. Cecidere Picardorum quingenti, præter Ottonē Remersualiensem prætorem regionis Rhenanæ, atque octogintaLeydæ ciues primarios, pridie Calend. Maij; post tertias Non. Apriles, quam Herlemum obsessum venisset. Postquam victoriam Iacoba creare equites auratos, Iohannem Wassenarum, Henricum Cronenburgium, Euerardum Hoochtvvondanū nothum Guielmi Ducis, Iohannē Langeraciū D. Aspræ, Theodoricū Mervvodanū, Gerardū Poelgestū, Arnoldū Ghintium Gelrum. Nec quieti etiā tum Kinhemari, Guielmo Nagelio militiæ præfecto, Hemskerckam solo æquare, quod pridem Herlemenses Brederodam, Hemstæā, Assendelsumq; euertissent ad hæc Medenblicū & Enchusam Frisiæ Occidentalis vrbes occupasset, indeq; mouētes Hornā, dum ea repelli, obsidione tētassent. Interim Philip. D. Lillendami, mittere haud pœnitēdis copiis, quib. ille Kinhemaros adoriri, vbi vtrinq; egregio nisu pugnatū, verum occumbente Guielmo Nagelio, Kinhemari fugere ac cædi. Lillendamus eo prælio frontem ictus ac crus, quum aduentans Burgundus quā seuerissime in deuictos animaduertere, vt etiam captiuos precio reddere nolens, capite plecteret. Idem Iacoba facere, talionemq; reddere Burgundo, haud sine cruore gerente bellū, furensque immaniter, ex omnibus vrbibus, quos in Carcere habebat honestissimos ac canos capite plectere. Cum languere bellum, quod factiones eius periculum formidarent, & quam inopi tam diuiti mortis vnum ac par discrimen esset, vt mentio pacis fieret, quæ & pacta: Vniuersæ vrbes sacramentum Philippo dicerent ac tutori & hæredi Comitis. Qui mox Goudam veniens neptis innexus brachiis vicatim publicęq; ire vt quoq; alibi. Eodem anno bellū nasci inter Philippum & Traiectinos, & ob Zuederum Antistitem pulsum, & quod plurimis bellis Iacobam tulissent. Itaque magna Picardorum manu, Amersfordiam obsidere, frustraque oppugnationem tentare, fœminis calidam viris ministrantibus, qua illi quicquid nudum esset Picardorum vrere. Terga vertens, Herperi à Busco arcem euertebat, captiuumque trahebat, & machinam (catum appellant) ad ostium Emedæ locabat, qua nauigationem Traiectinis impediret. Eam tormentis maioribus bellicis Traiectini quatere, sed forte fortuna glaciei impulsu nutantes moueri, & latus internum obiicere, nauis instar putantes esse versatilem, nec vinci posse, inde abire. Ita illuſi hostes, nostros autem metus & periculum habebant. Quibus actis, vt fit in dubiis fere rebus, bellum pace sublatum, cuius gaudium

Præcipua victoria Dordraceni Pridie Pontiani.

Fortepr fictum.

Flamati Herlemum obsident Tert. Non. Aprilis.

Iacobæ iterato feliciter pugnat.

Pax.

Bellū inter Traiectinos & Burgundum.

imminuere miserabile incendium, Goudam in fauillas ac cineres redigens, paucis, portus, ac circa Cordigeros seruatis fastigiis. Ad portam viæ decimæ primum nasci, ventoq; adeo crescere, vt restinguere illud volentium, antequam accurrissent, ædes flamma accenderet. Prodigia ante apparuere, nam & globos prunarum imo igneas aucs ni mauis Dæmonas fano superuolitasse audiui senes commemorare. Tantæ calamitatis annus, hoc carmen complectitur.

Flebibus id didici quia Gouda cremat Ludouici. Cæterum Iacoba sumptu & iactura æris facta indigens, ac quotquot eam bello essent sequuti, solus princeps Montfordiæ rē bello fecisse credi. Adeo videlicet, tum accisa & attenuata etant scrinia Hamatorum, vt nemo illorum esset, qui aut posset aut vellet Comiti mutuum dare. Itaque in
Iacobā penuria indiga. inopia æris tanta qua versaretur, Gerardus Godelinus moderator equi Iacobæ per familiariter Comiti aperire, Franconem Borsalienſem egregie diuitem ac bene nummatum esse, si vellet, ad eum iturum se æs mutuatum. Quod ea abnuere primum, nam Borsalienſis Aſellinorum fuisset, sed post quæ iubet eum accersi, vbi nulla aliunde spes mutui affulgeret. Quo veniente, pudorem probitatis moderatorem ea in se sentire, iussusque retrocedere, quod iterum atq; iterum fecit. Nescio an rem fabulere cæpisset Borsalienſis, quum ludificationis scitari ex Godelino causam. Hanc vbi ei detexisset, & vt indigæ æris esset, & Hamatorum neminem velle nec posse mutuatitium dare, neq; ausam id poscere ab homine non suæ partis pudore victam, accipe ait, has claues mea scrinia pandentes, auferque ex eis argenti & auri quantumlibet, & Comiti tradito. Certe id mirificam illi apud Comitem beneuolentiam atque gratiam conciliare, vt post inter intimos eum haberet. Cæterum quum iam magnam argenti vim mutuo accepisset, nec soluendo satis esset, ipsa his dictis Franconem aliquando compellare: Debeo tibi, at qui debitum dissoluam non video. Cui dicenti plurimum pecuniatum sibi adhuc superesse, quibus vti posset si vellet, recolligens se, ait, quando impræsentiarum non est mihi, vnde æs hoc diluam, meipsam tibi dedo ac propriam dico, nuptiæque Hagæ celebratæ. Factum hoc nō
Franconi subit. ferre vrbes & ignominiosum putare, quod Borsalienſis auratus tantū eques, ad claritatē generis, illius, non accederet. Certe Borsalienſi nobiliū nemo fauere, nec etiā parere volebat. Itaque concitatoribusiis, aut saltē conniuentib. Burgundus in Hollandiā postquā aduentasset, se totum à Comite auertere, Franconē ad epulas vocare, & fraudulenter noctu nauigio probo impositum per Delfum, Roterodamum, ac Dordracum Ripelmondam propter Schaldim auehere, captiuitate vinculisque asseruandum. Cum Aſellini Iacobæ infesti, Philippum, vt in custodiis necaret, omnino impellere: Quod ille se facturū
Aſportatus Franco. dicere, aut gratia eorum aut metu victus. Fritillo ludere Franco, præfecto quando arcis literæ Philippi traderentur, vt necem illi festinaret. Quibus lectis is ad ludum redire vultuosus, nam metuere facere imperata, & non parere non audebat, cum Franco ni omnia suspecta esse, & dignum videri, mœroris insoliti à præfecto scitari causam, & dissimulantem rem, vrgere vt literas ipsi aperiret. Merito commoueri poterat Franco, si nō
Nota. animo constitisset, & vacillantem præfectum cōsilio leuasset, vince me dicens, & in carceris penetralibus reclude, ne quis viuere sit conscius. Inde aulam adito principis, qui de me si percontetur, vt venturum scio, dicito, iussa feciſſe. Tum si videbis ei placere, reuersus me trade motti, tibi hinc nil mali accedet, magnam fortasse post à me, atque ipso Philippo inturus gratiam. Placere præfecto consilium, abireque ad aulam principis & scitatus super Borsalienſi, dicere se, non contraire ausum fuisse iussis. Vbi Dux pulmone ab imo ingemiscere, & pœnitentis non ambiguas dare notas, nam & exclamasse narrant, cheu quid feci. Quando præfectus flexo genu salutem & veniam precari ac ille ad eum tum loqui, culpa vacas, feciſti imperata, donec referente præfecto Franconem viuere, præ gaudio gestiret: metuere enim ne eius mors magnum rerum motum excitaret. Nam Comes valida parata classe Ripelmondam per Schaldim properare, ad quam vbi applicasset, à Philippo poscere, inerat enim & ipse in ea, potestatem colloquendi cum marito. Qui à custodibus tractus in arcis fastigium, ipsa in naui consistente, quæ res ita male eam habere, vt puppe in terram desiliret, & Philippo, dum potiri marito daretur, Hollandiam & Hannoniam perpetuum traderet. Itaque consilii orbam, casus mariti, Comitem facere placita Philippi coegit, cum ea iurisdictione totius Comitatus cedere, reseruatis Vornæ agris, Briellis, Zuytbeuelandia, ac Tolnis, atque cum his vniuersis Hollandiæ Zelandiæque portoriis, quibus cohonestandi gratia Franconem, Osternandiæ Comitatū atque Ostuornam Philippus adiicere. Quadriennium inde Iacoba trigesimum sextum agens annum Teylingæ nulla relicta prole, mori. 1437. Sacello curiæ Hagiensis condita. Montfortius aliique præsentes morientis lectulo postquam expirasset, consensa nauicula per Lacam abire: Borsalienſe funus egregie procurante. Erat in vita viro quam fæminæ

minæ similior, nam & in castris versari, pugnis interesse, pileum gestare, pungiunculo se accingere, iter eques ingredi, & veste vsitata nobilioribus fœminis virilem se ostendere. fœmina, me hercle, ponenda inter illustres, etsi nihil tam illustre in ea, quam calamitas, vt dignam hoc epitaphio ornemus:

Quatuor ipsa viros & habens, nec habens; sed iniquis
Vertumnis genita, mœsta Iacoba iacet.

Borsalienſis ad meam vsque ætatem vixit, multum de se famæ laudisq; relinquens, sed virtutū præcipua in eo erat liberalitas. Carolus Dux patrē appellare solebat, quoties in Hollandiam venisset, de cuius aduentu factus certior, procuratoribus dicere, filius meus venit, copiam curate pecuniæ. Non in Hollandia non in Zelandia fanum, quin vitro Osternandiæ insignia in eo coruscent. Biduo semper patebat aula cunctis. Quo anno mortua Iacoba grauis ac longa annonæ nasci caritas, quam sequuta tanta mortalitas, vt magnæ nomen sortiretur. Sub idem tempus Liuvidis virgo Schiedamensis, quæ per complusculos annos iugi febre correpta, cibotum nihil vsa, sacrā præter Eucharistiam. Intestina putrida vermes in ea scaturire. Notæ patientiæ virgo, in extasi sæpiusculè non modo per Paradysi gaudia, verumetiam loca Purgatorij means, crebro quam in vita tam post mortem miraculò memorabilis, quum cruce signati per Hollandiam maxime Herlemi infiniti, Commandatore ad S. Iohannis primipilari armis euntes aduersus Pragenses hæreticos Bohemiæ.

D' grotes sterfte.

ARGVMENTVM

LIBRI DECIMI.

Vetusta Burgundionum origo: vnde hoc nomen: Quo tempore è Germania in Gallias commigrare: Christianam fidem amplexi: Hunnos vincunt: Gundengum regem creant: Quadam de Francorum origine: Antiqui limites Burgundiæ. Hunni Gundengum cedunt. Filii discordes regnum partiri: Francisuæ ditionis Burgundiam faciunt. Philippus audax Burgundiæ Dux primus distribuit filiis principatus in vita: vnde audacis cognomen: Ludouicus Flandriæ Comes aduersus Gandenses bellum gerit: Philippi opera eos superat: Iohannes Dygionenſis aduersus Turcas cum Francis pugnans capitur: Iohannes Burgundus & Ludouicus Aurelianus se mutuo odio prosequuntur. Procuratione Burgundi Aurelianus necem passus: Inde calamitates & seditiones variæ oriri per Franciā: Rediere in gratiam: Iohannem male sibi cauentem, Delphinus regis filius interfecit: Philippus Dux accepta patris nece, rege Anglorum socio Franciam igne ac ferro vastat: Ab Anglo desciscit: Cum Francorum rege pacisciturr: Calysio Angli pellunt: Brugas inuadit, eas direpturus. Sed magna clade cines afficiunt: Bellum Philippo cum Gandenſibus: Hollandis bellum aduersus Caucos: Factiones per Hollandiam sub præsidibus renascuntur: Rudolphus Antistes nocte per vim Traiecto petitus: Gisibertus suffragationem ausert: Electus sed non à Pontifice confirmatus: Philippus armata manu Dauidem nothum annuente Vrbano P. P. cathedra locat: Gandenſes à Philippo deficiunt ob salariæ annonæ vectigal: Ptus P. P. exercitus præfectum in Turcas creat: Carolus Philippi filius capite Iohannem Costinum plectit: Iram patris fugit: In gratiam cum illo redit: Ludouicum Francorum regem bello persequitur: Ad Montlericum superat: Dynantum solo adæquat: Adulphus Arnoldum patrem Gelriæ Ducem exennium in vinculis asseruat: Gelriigne Ilesteinum succendunt. Moritur Philippus. Aurei velleris ordo militaris per Philippum institutus: Mores & natura Philippi.

LIBER DECIMVS.

Philippus audax, Dux Burgundiæ primus.

AD memoriam auspicor, præclara Burgundiæ Ducum facinora, sed ante narrationem expediat, vetustam Burgundionum gentem ab origine pandere, ne quasi neglectam, obliuio penitus obliteraſſe videatur. Burgundiones Germania oriundos nemo antiquitatis diligens indagator inficias

Burgundionum origo.

Plinius S. Trang. Tacitus, Agrippa.

ibit. Plinius Veronensis, Suetonius Tranquillus & Cornelius Tacitus, eos satis scriptis prædicant. Plinius Germaniam ex Agrippæ traditionibus describens, vnam esse dicit, ex quinque interioris Germaniæ partibus, & Sueuos eis proximos ponit. Tacitus, eos inter Sueuos numerat. Octauiano Augusto imperatore, Burgundiones naturæ ferocia, nouas fertiliori loco sedes quærere, quos Drusus & Tiberius Cæsares, post subactam interiorem Germaniam in proprias sedes repulere: ac ne denuo, viribus coadunati rebellionem meditarentur, extra vrbes atque munita loca, sparsim dissipabant. A quibus habitandi vicatim modis, quos suæ gentis vocabulo Burgos appellare, eos Burgundos nuncupatos, asserit Orosius. Tandem in magnam crescentes gentem accrebra vage habitacula constituentes, quæ illi Burgos quorum ad Rheni ripas nomen etiamnum perseuerat, in Gallias irrumpere sæpe non sine clade. Etenim contudit eos Constantius Flauius, magni Constantini filius. Valentinianus quoque multa eorum milia occidit, dum, Arcadio imperante, ac Romanorũ declinante imperio, à perfido Stilicone impulsi, pridie Calend. Ian. cum Wandalis & Alanis Rhenum nisi transmittere. Cæterum direptis Galliis Wandali atque Alani in Hispanias profecti; prouinciam ibidem à se denominantes Wandalosiam, vt Gotthi Gothalaniam vulgariter Cataloniam. Illi autem ex constituto in Galliis nouas sedes capere, & apud Heduos, Vesuntios, Lingonas, Cabilonenses, & Matisconenses, proximas vrbes habitare, vt regionis eius pars, Gallia Belgica, annos iam ferme mille Burgundionum nomine ac titulo effloresceat. Insuper Sueuos in Heduis ac circum ea loca repertos, in campum armatos simul aduersus Romanos duxere. Alii trecenta alii quadringenta armatorum milia eorum fuisse commemorant, præter vxores & liberos. Cum mox & Franci Germaniæ oriundi populo, prouincia Franconiæ obtinente nomen, Burgundionum exemplo atque successu excitati Rhenũ transmittere atque apud Treuiros, Matricorenses, id est, Metenses, Leucosque, qui Tullenses, considere. Verum ob antiquam simultatem incentoribus Sueuis, per Wandalos, Alanos, atque Burgundiones, compulsi repetere antiquas sedes. Non quieuere tamen, animis Franci quin semper ad fertilissimam Gallorum prouinciam aspirarent, quatientib. Hunnis, armis Burgundiones, ferro etiam ac flamma agros eorum late depopulantibus. Quibus tantis cladibus suis viribus diffisi Burgundi, ad diuina accurrere auxilia, næ, humanis longe potiora, & Christianã fidem vnanimes amplecti, audaciusq; pugnantes, auspice Deo, victores prælio euadere, Subtaro Hunnorũ rege cæso, vt qui incolumes suorũ remanserant, fortunæ suæ sibi conscii, qua venerant, reuerti fuerint coacti: cum mente animoq; elati, Gundengũ regem creare illustrissimi Alarici Gothorũ regis genere oriundum, qui ad regni limites ampliandos, ilico Lugdunũ, Marsiliã & Prouenciã vectigales sibi facere. Quibus intellectis Valentinianus iunior, Etium consularem virum cum exercitu mittere celerrime, eos metu ac terrore perculsum, vt tota res Burgũdionib. desperata iã videretur. Franci veluti classico tũ excitiquod Africã didicissent, ab imperio Romano alienatã, exercitusq; ibidem cæsos, Etiumq; consulatẽ Burgundico iampridẽ bello impeditum, Galliam, Clodio ac Merouæo ducibus multo quam ante ferocius, inuadere, ac nullis, qui resisterent, reliquis, Rhenum transgressi, apud Aurelianenses Parisiosq; in Senonũ prouincia quieuere. Auctũ inde Francorũ nomẽ, factumq; vt quicquid terrarũ inter Rhenũ & Pyrenæos montes, Iurã & Iubennã Oceanumq; est, in Franciæ nomẽ abiret. Etius, Burgundico bello ferme superato, eiusq; gentis opib. prorsus accisis, nouo terrore illo perculsus, & quod noui motus Hunnorũ, Attila Duce nunciarentur, Burgundis pacem gemens ac frendens, dare est coactus, fæduscũ eis inire. Burgundiæ limites disterminant, mare Marsilienſe, Alpesq; vbi S. Bernardi montes: à Septentrione Rhenus & Vogesus mons: Occidente, Sequana. Tam latum imperiũ à triplici Gallia, Belgica, Celtica, atq; Aquitanica participans, olimque continens, Lugdunum, Viennam, Arelatum, sedes regias: Auinionẽ, Prouenciam Prouenciæ, Marsiliam, Vesontium, Chrysopolim, Ligarinus poeta celebrat his versiculis:

Plinius S. Trang. Tacitus, Agrippa. — *Orosius.* — *Constantius Flauius. Valentinianus. Stilico.* — *Andalousia Cataleigne.* — *An. salutis humanæ 391.* — *Subtarus Hunnorum rex cæsus. Gundengus rex. Marsiliam scribit Cic. Valentinianus Iunior.* — *Gallia Frãcia dicta.* — *Ligurinus poeta.*

Has tibi Metropoles, & primi nominis vrbes,
Chrysopolim placidam Lugdunumq; atque Viennam,
Quique tuos spumante mari Prouencia fines
Claudit Arelatum, validis obnoxia ventis
Chrysopolim, dubius reliquas perlabitur annis
Maximus Allobrogum Rhodanus, dominator aquarum.

Attila omnibus formidolosus Hunica arma longe lateque extendere, Thraciam, Mysiam, Illyricum, Pannoniam subigere, in Germaniam Galliasque irrumpere, plurimasque passim vastitates dare, quatuor ferocissimarum gentium regibus sociis; Eiulorum, Cepidarum, Alanorum & Turcilingorum. Creditum quingenta hominum milia sub

Attila flagellum Dei.

ſub ſignis habuiſſe. Quatanta multitudine hoſtium Etius conſternatus, non pro paruo ducere Theodorici regis Gotthorum amicitiam, atque ſuas & opes & vires illius adiungere, qui cum iamprídem graue bellum geſſerat; Quibus, confæderati, Gundengus Burgundionum & Merouæus Francorum reges, Caroluſque cognomento pulcher Brabantiæ ac Tungrorum Dux magis Attilæ odio, quam ſtudio Romanorum, erat enim Hunni immanis ſuperbia atq; crudelitas, itumque ad Catalaunicos campos pro victoria certatum propter Tholoſam. Nulla hominũ memoria maiores in Europa exercitus infeſtioribus animis confligere. Riuos fuſi ſanguinis cretos, atque centum & octoginta mortalium occidiſſe ibi ea pugna hinc inde perhibent. Cecidere tum Gundengus & Theodoricus reges. Carolus pulcher militarem laudem meruit, quod Ardaricum regem Gepidarum ſua manu interfecit. Ita rebus geſtis plutimis clarum belli fortuna Gundengum è medio tulit, poſt annos triginta quam rex factus eſſet, quatuor relictis filiis: Gundebaldo, Gundefilio, Cilperico & Gothmaro, quadrifariam regni adminiſtrationem partientibus. Sed labentes ambitione, violante etiam ſanguinem, dum haud multos conuenit ſimul adminiſtrare regni imperium, acerrime inter ſe digladiari. Nam minores natu, Gundebaldus & Gondefilius maiores prælio ſuperare atque interimere, vxoribus eorum cum liberis, in Rhodanũ proiectis. Sola Clotildis Cilperici filia ſeruata, inq; Gundebaldi aula patrui educata. Hanc propter formæ elegantiam, atque pulcherrimas animi dotes, vxorem Clodoueus Francorum rex ambire, ratus hac occaſione, etiã Burgundia potiri ſe poſſe. Gundebaldo etſi hæ nuptiæ non ſatis ad ſtomachum eſſent, quod pernicioſas fore intelligeret ſibi, conſilio tamẽ ſuorũ eas admiſit, cum ad Sueſſionem Clodoueus regio luxu Clotildim vxorem accipere. Quæ iugiter patris necem animo volutans, ac ſe priuatam patte imperii, non deſinit querimonia marito aperire, vt fraude ac Tyrannice Gundebaldus imperandi gratia parentem necaſſet, matremq; in profluentem proiecíſſet. Tantum facinus iuſtam dare cauſam regi, violento bellum inferendi, quo & mortem parentum vlciſceretur, atq; Burgundiæ regno ipſe queat potiri. Flectere querimoniæ maritum, ac protinus is in Burgundos mouere exercitum, qui agros eorũ incendere, ac Gundebaldum aliquot præliis ſuperare, fractumque Auenione arctiſſima obſidione cogere, vti victoris arbitrio paeem poſcere deberet. Itaque Clodoueus Burgundiam tributariã, perpetuum Francis facere, atq; Goudeſilium Gundebaldi fratrem præſidio ibi quinq; tantummodo milium armatorum relicto præficere, quem poſt Gundebaldus Viennæ obſeſſum & deprehenſum non ſine ſtrage ſuorum atrociter trucidare, cum Sigiſmundus & Goudemarus poſt parentis mortem regno potiri, & annos aliquot in pace gubernare. Quod non ferens Clotildis regina vindictæ cupidior, filiis, Theodorico Metenſium, Clodomiro Aurelianorum, Clotario Sueſſionum, & Cilperico Pariſiorum regibus ſuadet arma capere, & parentis vtriuſque mortem inultam hactenus vlciſci, Ad ſe Burgundici regni partem pertinere, qua ac vtroque parente eſſet Gondebaldi potentia & crudelitate orbata. Talibus moti in Burgundos contractis ſimul copiis ire. Contra Sigiſmundus delectum agere, vt his obuiam iret. Verum ſe inclinante ad Clodomirum belli fortuna, captum arcteque vinctum & haud multo poſt Aureliæ cum liberis interfectum in altiſſimũ puteum præcipitari iuſſit, & Gundemaro ſibi tum regnũ vendicanti bellum redintegrat, quando alternante victoria pugnaciſſimus rex medios inter hoſtes ſuæ temeritatis pœnas dare. Huius nunciata morte, Clotarius & Childebertus pro neceſſitudine eius necis vltores futuri, comparato exercitu, denuo ire in Burgũdiam, fuſo fugatoque Gundemaro, ac mori coacto, cum vniuerſa illi Burgundia potiri, neutro armis ſuperato hætedem relinquente. Vnde tributarii ac vectigales Burgundi Francis permanere, donec temporibus Henrici Francorũ regis, poſt centum actriginta annos, quam iis paruiſſent, ad Conradum Imperatorem deficere. Quare factum vt quæ vna olim erat Burgũdia tum fuerit partita videlicet, qua Campaniam attingere, Francis, qua Byſantinos, Alemannorum Imperatoribus ceſſit. Reliqua narrare, quibus ac quantis poſt à Francis ſint agitati bellis, non eſt præſentis negocii, nec etiam noſtri inſtituti. Suffecerit vetuſtiora hæc delibaſſe, antequam ad noſtra redeamus.

Memorabilis pugna ad Toloſam.

Clotildis Clodoueo nubit.

Burgundia Francis tributaria.

Childebertus qui modo Cilpericus.

Philippus audax, Dux Burgundiæ primus.

PHILIPPVS cognomento audax Iohannis regis Franciæ quatuor filiorum natu minimus, vxorem duxit Margarethã vnicam filiam Ludouici Maleni Flandriæ Comitis, nuptam ante Obdoni Duci Burgundiæ. Quo ſine liberis decedente, Burgundiæ Ducatu iam ad Francos deuoluto, Carolus Francorũ rex fratrẽ Philippũ donat, retenta tamẽ Turonia quã antea Philip. poſſederat, conditionib, lege ac iureiurando confirmatis. Tenere reges Franciæ olim tria ſecus Flandriã haud parui momenti oppida, Inſulas:

Duacum & Orchias ac omnem cum iis appendicem. Cotra Ludouico deberi Flandriæ Comiti, milia decem librarum annua ac insuper centum Scutatorum milia, quæ reges Franciæ non persoluissent. Conuenit igitur vt census nomine dicti memorata oppida sub regis fide & principatu Comes perpetuo possideret, eique alia centena milia Scutatorum imprimis darentur: Etsi ex legitima vxore nullam virilis sexus prolem Ludouicus deceedens relinqueret, ea ad Margaretham eius filiam iure hæreditario peruenirent. Si autem & ea masculũ nullum Philippo daret, oppida ad Francos rediret. Subinde Philippus iure matrimonij Comitatũ Flandriæ, Artheſiæ & Niuernix, cum Salinis, Malinis atq; Mechlinia adipiſci, equę Margaretha vxore filios tres ſuſcipere nec non totidẽ filias: Iohannem Dygionenſem primogenitum ſibi ſuccedentem, Antonium morte Iohannæ Ducis Brabantiæ, genitricis ſuæ materteræ, factũ Lotharingiæ, Brabantiæ atque Lymburgi Ducem, Philippum, Comitẽ Niuernenſem. Hunc in modũ Philippus poſteritati conſulturus quam de præſentibus tam futuris ſollicitus, filiis principatus ſuos in vita diſtribuere. Maxima filiarũ natu Dux facta Auſtriæ. Alteram * vxorem ducere Amedæus Sabaudiæ Dux, concilio Baſilienſi electus pontifex, dictus Felix Septimus. Tertia, Margaretha Duci Guielmo Hollandiæ Comiti nubere, è qua Iacoba naſci Comes. Carolo fratri regi Franciæ, Philip. egregiã aduerſus Anglos & Normannos nauare operã. Gandenſes quoq; à Ludouico ſocero ſecedentes, occiſo præſide ac tripartitis copiis quũ inuaſiſſent, Aldenardũ, Ipras atq; Aloſtũ, poſtquã motus cauſam plene ſenſiſſet Tornaci in pacẽ atq; concordiã redegit, ſeceſſionis atq; auctoribus ignouit, de quo conſcripta tabula ex more atq; lege eſt. Sottitus audacis nomen Remis Carolo ex more cõſecrato, vbi Ludouicus Andegauenſis & Philip. Burgundus reges patrui, de accubatione controuerſiã habere, Andegauenſis ætate grandiorẽ ſe; Philip. patrẽ ſe illi dicere, principumq; Francię eſſe Decanũ, cur poſt regẽ alterã ſibi deberi ſeſſionẽ Rex cõſultatione procerũ litem inter illos dirimere, & Philippo poſt ſe primas accũbendi permittere. Quare offenſus Andegauenſis, regis latus aſſeſſu nihilominus claudere, quũ Philip. haud cunctatus ſaltu inter illos medium ſe facere. Vnde fratres ſimulate diu inter ſe agere, clam alioqui furentes, verbiſq; inuicem deuenuſtantes. Dolere Andegauenſis ſe Rectoris tantum nomine circumferri abſq; vllo dignitatis cõmodo: contra, Philip. queri, illũ regiã ſupellectilem Theſaurumq; vſurpaſſe, & nihil inde regi impertiuiſſe. Timor tũ omnibus eſſe, ne ingẽs principum diſcordia bellũ creſceret. Itaq; ſedatioris animi proceres nõ niſi ſtudioſe, fratrũ amicitiam conſeruare, ac mutuo odio ſopito gratiã & beneuolentiam inter eos conciliare. Atq; poſthæc Ludouicus Malenus, Flandriæ Comes, ſiue egeſtate ſiue auaritia, Gandenſibus, ob oppidi magnitudinem populiq; multitudinẽ primis, pecuniæ grandẽ ſummã, arroganter nimis imperare, ſed repulſam pati, cũ is dicere, tã contumaci populo principẽ me eſſe oſtendã, belloq; illos premere, & crebra excurſione vrbis agros eorũ infeſtaret. Atq; Gandenſes ſe tueri egregie armis, hoſtemq; incõmodis multis afficere, etſi

„ obedientiæ teſtandæ gratia legatos ad eum mitterent, quorũ hæc breuis erat oratio: Tui,
„ ô Comes ſumus, Tu nobis princeps, Tibi nos parere eſt æquũ, ac te nos tueri: Si quid in
„ te deliquimus culpã & pœnam deprecamur. Tantũ oratũ adſumus, vt nobis à maioribus
„ tradita vti libertate liceat. Gandauenſis populus tueri ſe inſtituit. Si quæ alicunde tibi nata neceſſitas, atq; æquũ ducis nos tibi ſuccurrere, nõ coactione ſed rogatione impetraſſe oportebat, id ſi erit, daturũ populus ſe pollicetur. His verbis placaſſe Comitẽ ratos, aulici imperitiores, rerumq; per ætatẽ non ſat gnari, durius quã erat par legatos excipere, iactãtes in Comitis poteſtate eſſe, illorũ tã obſtinatã rebellionẽ flectere, tũ ſtimulis agi, & iugũ eis imponi debere. Abire legati, domũq; reuerſi, ciuiũ animos exaſperatione inclinãtes omni modo in nouã ſpẽ erigere. Qui ſimul cõfirmatis animis arma capere, atq; Comitẽ alia poſt aliã clade afficere & Brugas per inſidias occupatas, diripere, multis traditis neci, vix elabẽte Ludouico. Hic animo fractus Ludouicus orare Philippi opẽ, qui ſuã ei liberaliſſime offerre, atq; profectus vna cũ Socero in Franciã Carolo regi exponere populi Gãdauẽſis aſſiduã cõtumaciã. Patrui rex votis annuere, & Auriflammã, militare, apud Frãcos, vexillũ, Dionyſiano more maiorũ vellere & militũ copiis in turbulentos ire. Quibus acceptis, magna ſpe, nec minori animorũ ferocia Roſenbecũ contendere Flandri, ac nõ ibi vereri, hoſtẽ operiri. Sed priuſquã prælio cõmitti, prodigiũ apparere, cõdenſa viſa examina coruorum, vtrumq; ſuper exercitũ volitantiũ, tantaq; repente de cælo caligo ingruere, vt ſe acies vix dignoſcerent. Simul ac vero ſuos Carolus procedere, & portorem expliciare ad pugnam Auriflammam iubet, diſcuſſa caligine, aer, antiquam ſerenitatem reddere. Quæres vt Francis ſpem, ita Flandris animos date, neutris infeſtã belli fortunã timentibus. Sed committentib. vtrinq; ſuperbe prælio, Flandri mox vinci, ac cædi eorũ quadraginta milia, præter qui in fuga perire. His geſtis Carolus Tornaci Gandauenſes

in pa-

Generatio Philippi Ducis Burgundiæ.

Vnde Audax.

Itum in gratiã eſt.

Bellum in Gandenſes.

Gandauenſes Brugas occupant.

Prodigium.

1382. Quinto Calend. Decemb.

in pacem admittere,annuente Philippo Duce, qui in Comitatum Flandriæ succesſerat. Non prætereundū hic memorabile Philippi ſtratagema eo bello ad Aldeuardum; Obſeſſi commeatu ita laborare, vt ſe hoſti dedituros dicerent, niſi ferret ſuppetias; quum Philippus haud negligens, ſubulcum mittere ad vrbem gregem porcorū agentem;quorum pauculis per ciues protinus raptis,reliquus grex, quod peculiare illi pecori eſt, abſtractos alteq; vociferantes deſiderare,ac ſequi,nequicquā prohibente hoſte: Ita & ſues ciuibus ſe commeatum facere,& vrbis fiebat tolerabilior obſeſſio. Quo fermè tempore Carolus Francorum rex ad Scluſum editiore colle arcem munitiſſimā aduerſus Anglos locare, in ſtationis naualis præſidiū, tum enim regum Franciæ erat, qua dein ad ſuæ poſteritatis malū Philippum is idem donare. Tum etiam è Zelandis aliquot,qui Gandenſibus tuliſſent opem à Francis capti,quibus cum deſtinata eſſet mors,nec carnifex adeſſet,quidam eorū polliceri, ſi euaderet, reliquos concaptiuos & conſanguineos ſe manu necaturum,quem deteſtatus rex pari eum pœna poſt plecti iubet. Cæterum Hallæ vita functus Philippus Ducatus ſui trigeſimo ſecundo anno, dum optimis conſiliis Antonio filio Brabantiæ Ducatum ſtabiliret. Sepultus Diuiopoli ad Carthuſiam.

Stratagema

Adscluſum arx.

Iohannes Diuionenſis Dux Burgundia Secundus.

TVm in eius locum Iohannes Diuionenſis filiorum natu maximus, Burgundiæ Dux, & Comes Flandriæ & Artheſiæ ſuffici. Vxorem duxit Margaretham Alberti Comitis Hollandiæ filiam,è qua ſuſcepit Philippum ſibi ſuccedentē,ac ſex filias: Margarethā, Delphinam Franciæ: Catharinam,primis pueritiæ annis morientem: Mariam, vxorem Adulphi,primi Ducis Cliuiæ: Iolentam,Comitē Pictauiæ: Annam,Ducem Betuordæ, & Agnetem,vxorem Caroli Ducis Borboniæ. Adoleſcens in Turcam Chriſtiani nominis hoſtem militare. Nam Amurathe Turcorum Imperatore, parante expeditionem in Hungaros,Rex per legatos,Caroli regis Franciæ auxilia otare. Qui mittere Diuionenſem cum Bouſſicando & Couciaco immenſis Gallorum copiis, Philippo militiæ regiæ præfecto, quem Franci Comeſtabilem dicere imperii haud prorſus abſimilē prætorii, quale apud Cęſares olim erat, præter infinitos alios Franciæ nobiles,bellandi callentiſſimos. Tranſmiſſo Danubio Franci de aductu ſuo Hungarorū regi nunciare, ſcitarique quid facto opus,quove itinere in Turcam exercitū ducerent. Hungarus,Francorū mores cognitos habens, veritus interim ne quid per inſolentiā cōmitterent quod rebus publicis officere poſſet, Turcorum naturā, inq; gerendo bello conſuetudinem aperire legatis: lentē iis feſtinandum; Hungaros Turcis proximos: habere ex aſſueto,quos hoſti primos obiiciat. Verùm Franci nullius tum penſi, nihiliq; ducentes conſiliū regis, primas ſibi pugnæ arrogare,atq; lubrici,per omne voluptatū genus labi, vinoq; ac ludo indulgere,ad hæc melioribus horrori & terrori eſſe præcinentib.animi eorū tantam mollitiem atq; inſolentiam quandoq; in neruum erupturam. Et iam vbi cognouiſſent, multitudinem Turcorū haud ita procul à Richo caſtello conſiſtere,ductore Conciaco nihil metuentes,illò feſtinare,in hoſtē irruere,ac cædere obuium, caſtrū expugnare; atq; Nicopolim 18 dies obſeſſam munitiſſimam ciuitatē,crebra oppugnatione fatigare,cum reliquus hoſtis exercitus aduentaſſe nunciaretur. Quocirca cum Hungarorū rege de inſtruenda acie & aliis quæ ad hanc pertinent conſiliū iteratò capere. Verùm Franci cupiditate gloriæ accenſi,maximè id nolente Hungaro,primos ſe denuo hoſtibus oſtentare,pugnamq; ante alios ciere,Philippo præfecto duce, quem malè habere, Conciacum ſuperiore prælio abſq; ſe victoriam ab hoſte reportaſſe. Multa rex dixerat,quæ ſequi debuiſſent, videlicet, ſuorum ſe mores ſpectatos habere, audaciores fore, ſi terga eorū ipſi defendant,metuentes,ne ſi fugiant, Francos eos ſtare coacturos. Si contra fiat, atq; ipſi primùm malè pugnent,Hungaros protinus ſe fugæ daturos. Tam ſano conſilio Franci haud quaquam adquieſcere. Igitur dum quid in hoſtiū caſtris fieret rex exploratū mittit,acies inſtrui, pugnæq; quod diximus primas Franci capere. Erant in Francorum caſtris è nupera victoria hoſtium cōplures captiui, quos præter fidem omnes illi ante pugnam interimere. Cæterùm hoſtis hoſtem vbi iam internoſcere poſſet, ſtare primùm a facies; dein,dato ſigno atrox fieri prælium. Diuionēſis & Conciacus, primariam tum laudem meruere; quanquiu non hoſtes incredibili ſuorū multitudine, exercitum illorū turbarent ac omnino funderent, diffugientibus Hungaris. Capti è Francis trecenti non mediocris conditionis,& ad Turcorū Imperatorē tracti,Diuionenſis Philippus militiæ regiæ præfectus,Conciacus,& Bouſſicandus,ductores exercitus. Ioh. Diuionēſis Bouſſicandi & duorū ac viginti ſuorum aliorū redemtio ducentorum milium coronatorum

Francorū inſolentia.

Cladet.

facta. At Philippus præfectus & Conclacus antequam cum hoste de redemptione paciſci, in cuſtodiis perire; reliquos ad ſpectaculum animiq; oblectamentum medios acinace pertruncari fecit. Hortari Turcorum Imperatorem, diuinare ſolitus, Diuionenſem ſeruare; nam fore, vt Chriſtiani ſanguinis profuſio fieret. Memorabile, cæſorum corpora per menſem atq; annum integrũ humi porrecta, nec aues nec feras guſtaſſe, ſed quod nullam admirabilitatẽ hoſti facere, cauſantis, alimenti id nimis vile iis eſſe. Poſt quæ Diuionenſis in Franciam reuerti, ac Philippo patre mortuo Burgundiæ Comitatum hæreditate adipiſci, ac inde in Ludouicum Aurelianenſem, inexpiabili odio exardeſcere. Hinc ſimultates principum, diſſenſiones atq; ciuilia bella per Franciam oriri. Contendere enim ambo de adminiſtrandis regni negotiis, atq; arbitrari eſſe ignominioſum, cõ petitori cedere. Tandem Aurelianus, palam peſſundare Burgundum metuens, ſicarios clàm conducere, qui eum interficiant. Verum hoc eius inceptum fruſtra eſſe, nec feliciter poſſe cedere videbatur. Itaq; ipſi illi ſenſim langueſcere, ac vnus eorum omnem coniurationẽ Burgundo ſignificare. Qui quos pridem in ſe armauerat Aurelianus, pellectos muneribus, in eundem tum inſtigare, duplicando cædis mercedem, impunitatemq; promittendo. Nec multos poſt dies illi equitem Pariſiis noctu à regina puerpera redeuntem excipere, & funali prælucente per vim deleto, facinus patrare, amputareque mortui iacentis dextram. Exciti ad Ducis necem vicini foribus ædium apertis prodire, cadauer Aureliani introferre, factique immanitas, rumoris aura per ciuitatem errare cæpit. Cum aduolantes derepente Biturix & Borbonius Duces, conſpecto cadauere pariter indignari, ac deflere fortunam Aurelliani, poſtridieq; funus decenter efferre, comitante Burgundo, quem necis Aureliani fuiſſe authorem, nemo non noſſe: Nam ſicarii in intimas Burgundi ædes ſe receperant. Biturix vtriuſq; patruus vulgi muſſitationes audiens, ſeorſum ab illo inquirere, an necis Aureliani eſſet conſcius. Expalleſcere Burgundus, victus domeſtico teſtimonio, lacrumaſq; haud continens, ſe & crimen prodere, æſtuanſq; pernici equo ſe vrbe propripere, venireq; vno die Atrebatum. Carolus Francorum rex veritus ne malum malo adderet, iubet eum per Biturigem bene ſperare, ac ne ad ſecuritatem ſui, ſocietatem regis Angliæ ambiret, hortari prorſus ne bellum moueat; cum is paſſim de nece Aureliani libellis ſe purgare, dictantibus, ſibi ſui mali authorem eſſe; regium affectaſſe imperium; magos coluiſſe, duoſq; ab iis gladios cum annulo accepiſſe, quibus Beluaci, Carolo regi poſt lentum caluitium, feciſſet vngues cadere digitis, ad hæc molitum in Burgundi necem, ſicarioſque in eam conductos ipſum occidiſſe; quæ Lutetiæ per Iohannem cognomento paruum Theologiæ Doctorem publica concione etiam referri. Per idem tempus Iohannes Bauarus, Guielmi Comitis Hollandiæ frater, Leodienſem eccleſiam adminiſtrabat; qui, cum præſul eſſet, ſacerdotio tamen nolebat fungi, ratus id nobilitati ſuæ offecturum. Quocirca Leodienſes illum Traiecti ad Moſam obſidione cingere, quandiu non Guielmus ſuppetias ei ferre, orareq; Burgundum, vti cum auxiliis venire ad ſe feſtinet: nam Guielmi ſoror Burgundo, itidemq; Burgundi Guielmo nupſerat. Quem haud aſpernatus orantem Burgundus copias militum colligere, eaſque Guielmi adglutinare, quibus pariter illi Leodienſes vincere, ſexdecim milibus eorum interemptis. Quæ audiens Carolus Francorum rex, ſe, cum vxore ac liberis Turonum conferre, timens, ne victorem exercitum ad Pariſios duceret, quibus iam factus eſſet acceptiſſimus. Quod vbi percipere Iohannes, Guielmum ſollicitat in Franciam ſecum cum exercitu proficiſci. Verùm Guielmus à bello abhorrere, quod reginæ conſobrinus eſſet, & Iacobam filiam vnicam ſibi hæredem alter ex Caroli liberis vxorem duxiſſet; qua de re miſſis ad vtrumq; legatis id agere, vt venire Carnotum neuter detrectaret; vbi Burgundus cum Carolo paciſci & Aureliano redire in gratiam, iuratumque exin inter ſe inimicitiam nunquam habituros. Quanquam nec fidei obſeruantia, nec iuriſiurandi religio apud eos momentum vllum haberet. Itaque bella recrudeſcere, atque oriri nouæ calamitates, cædes & mortes miſerandæ fieri per Franciam, Burgundiam & Flandriam annis plurimis. Burgundus vt potentior eſſet inito cum Angliæ rege fœdere, mortis metu & terrore omnia complere, facilè ſuos hoſtes ſuperare, vt reginam ſe dedere in eius clientelam ac fidem compelleret. Quin & Iohannes Villerius Lillendamus perfidia fabri ferrarii noctu portas patefacientis in Pariſios trecentorum ſanguinariorum turma ingreſſus pacem acclamare ciuibus & ſalutem Burgundo, vt quotquot illius eſſent Andræana ſignati cruce prodirent, ac ſe Iohanni Villerio iungerent, Aurelianis latebras receſſuſque quærentibus. Delphinus ac ſui ad D. Antonii confugere, quum in omnes, quos ſibi eſſe aduerſos arbitrarentur, Burgundi deſæuire; imprimis Armigniacum; Henricum Merlam Franciæ Cancellatium, & N. Comitem Grandiprati, præter alios ma-

O crudelitas.

Odium mutuum.

Mori Ludouici Aurelianenſis.

Iohãnes fugieni quadrupedando vno die centum miliaria confecit.

Vide ſupra lib. 9.

Supra quingẽtos accriminatq; quinq; milia Leodienſiũ eccidiſſe commorat, conſiet Lector.

Guielmus Franciæ regem & Iohannem reconciliat.

Iohannes Pariſiorũ vrbe potitus.

Eadem facit.

gnæ

gnæ potentiæ & dignitatis viros, quos eis in custodiis carnifex necare. Alios etiam è fenestris & pinnis se præcipitare in pauimentum cogebat. Percuntium ita tyrannicè quatuor milia fuisse perhibent. Qui regis essent Armigniaci; qui Diuionensis Burgundiones contemptim dici. Tandem arbitris principibus inter factiosos bellum pace sopiri, execrationi atque deuotioni subiicientes illum qui eam prior violasset. In quod præsul sacris peractis singulis partem Eucharistiæ ministrare, atque iti ad epulum regie instructum, vnde amicis animis visi discedere. Scilicet illi inter se potuerint concordiam seruare. Quippe post mensem quorumdam malitia corruptus proposita voluptate vindictæ, Delphinus dolose Burgundum rogare, Monasteriolum ad se veniat. Qui dubitare primùm, ire tamen, non sine suorum aliquot contubernio, quum inter munitiones receptum, Aureliano compositè antiquam offensam refricante, quidam illi sanguine iunctus, raptim, nil tale metuentem ferire gladio & occidere, proiecto fenestra in simum cadauere, postquam octo ac decem annos strenuè res suas gubernasset.

Pax inter Burgun. Delphinu. & regem.

Philippus Bonus Dux Burgundiæ tertius.

IOhannis morte vulgata, Philippus filius vigesimum quartum agens annum, cui ætati ferè à natura aliquid ineſt feruidi, non in fletum conuersus, sed iram, capitis vellens pileum, vindictæ suis facem præferre, auxiliamini, clamans, auxiliamini. Non leuis ille erat animi sui impetus. Nam Angliæ regem socium belli ascisceret, qui cum iunctis copiis, ferro ac igne Franciam peruadere, Monasteriolum capere, arcemque vincere, patrisque inde insepulti cadauer funebri pompa efferre, & aromate balsamoque conditum Diuione ad Carthusiam sepelire. Melduno quoque potiri vi, vbi quot-quot inueniri paternæ necis conscii, vltimo supplicio afficere. Delphinus penè extra fines Franciæ oppidulo quodam firmissimo decreuerat se tueri, sed regia vrbs in Philippi potestatem venire, vbi cum Henrico rege Angliæ, qui totam fermè Normanniam bello conquisierat, Franci paciſci; Carolo ob parricidium admodum infenſo Delphinum filium palam proscribente, & Catharinam filiam eius vnicam regi per Philippum matrimonio locante, cuius auſpiciis, regni procuratio fieri, haud reclamante populo, ac si in hoc offensum minimè esset, quod spem accepisset libertatis ex tanta frequentia principum ad pacem coniunctis animis inclinantium. Facile siquidem populus proposita sibi libertate, fidem & constantiam animi commutare. Pacti conuentique matrimonii promulgari formulæ: Si Carolus prior fatis concederet, Henrici Franciæ regnum esset, atque Delphinus exhæres. Sin contra, & Henrico filius è Catharina esset, is regnum adiret. Ad illa, Henricus appellatione regia, & administratione vti, & primaria Parisiorum vrbe, capite Franciæ diadema accipere, & quàm priuatis tam publicis literis, sigillisque atque cudenda moneta se regem testari. Per has malorum tempestates, calamitatumque variarum frequentiam Francia attrita tabescere, dum Burgundus & Anglus cuncta pro arbitrio gerere, atque ferro, incendio & rapina grassari. Verum pariter Aurelias obsidentes, erectis quatuor pulcherrimis propugnaculis, ne quid commeatus importaretur, inter se altercari. Nam diuturnæ obsidionis pertæsi ciues, de dedenda vrbe Burgundo cogitare, quòd è Francis oriundum eò sperarent, ab Anglis discessurum. Qui legibus se æquis dicere ciuitatem acceptarum, si Anglus non contradicat. Missi ad Anglum legati, sed quibus respondere, non ea mente dumos sentesque dissecuisse, vt in iis nidificantibus volucribus alius frueretur: Cum Aurelianensibus receptis, pro arbitrio acturum, & obsidionis omnem impensam illi soluturos. Quæ quum ad Burgundum perferti, fastidire Anglos cœpit, & quod animadueerteret eos gloriæ suæ inuidere, ac studere propriæ, cuius simultatis incrementum, factum regis dedit. Nam offensus Aurelianenses magis erga Burgundum, quàm erga se esse propensum, aliquando leuiter humerum Philippi verberans dixisset: potis sum, si vellem Philippe nepos te hinc in Angliam auehere, vbi anguillam bibas. Quum condere hanc vocem pectore Philippus, & de nihilo non emissam putare. Quamobrem e vestigio clam in Burgundiam Hannoniamque mittere, significatum, vt constituto die equitum aliquantæ turmæ adessent. Aduenere in Franciam, admirante rem nouam Anglo, scitantesque ex Burgundo quid vellent. Cui, his se exporrigentibus, regemque circumsepientibus, Philippus dicere; mei sunt, visere veniunt qui valeam, & an mihi auxilio sit opus; addens; Nunc mea potestas est, mittendi

Cum Anglia Francia peruadit.

Salutes augeri, etiamnum vociferari.

Aurelia obsessa.

Dissensio inter Anglum & Burgundum.

Alludit ad ceruisiam Angliæ Acidiam.

te in Burgundiam vbi Beanum pitisses, alludens ad patriæ genus vini famosum, ego antehac anguillam bibi numquam. Hæc aut alia inter eos simultatis principia. Certè constat missos ab Eugenio. P. P legatos Atrebatum; Nicolaum Romanum Carthusianum Cardinalem S. Crucis; Ludouicum Cardinalem Cypri, sex item episcopos, pacis faciundæ inter eos potestatem habentes. Ad quos & suos mittere Carolus Franciæ rex: Borboniæ Ducem; Comitem Richemonti; Comestabilem Franciæ; Renaldum Remorum archipræsulem; Vindomiæ Comitem, regii hospitii primarium magistrum; & Adamum Cambraium Parlamenti primarium archipræsulem; aliosque permultos nobilitatis Franciæ. Anglus Cardinalem Vicestriæ; & Archiepiscopum Eboracensem, atque alios legationis socios magnates. Philippus, quamquam & hic rebus suis ipse interesse; Cameracensem; Atrebatensem, & Leodiensem, antistites: Comites; Stampensem; S. Pauli; Vademontensem atque Niuernensem. Consideribus his simul, Nicolaus Cardinalis, nulla suasione vertere pertinaciam Anglorum potuit, vt cum Carolo Francorum rege pacisceretur, licet is Normanniæ Ducatu cedere & Anglis perpetuò possidendum velle tradere se profiteretur. Itaque illi consilio abire, re infecta, dicereque se aliqua die redituros. Hic tum Philippum abire quoque volentem, nolentemque Carolo parricidium condonare, pacemque accipere, quod iureiurando affirmasset pro se & rege Angliæ facturum, Nicolaus Cardinalis, pectus eius suauiloquentia primum mulcere; Dein, quum hoc frustra esset, his verbis illum increpare: Satis superque supplices pro Carolo sumus ô Princeps: at iam tu ni authoritati sacræ ecclesiæ obtemperabis qua fungor, deuoto semper in regno, viuito tu atque posteri, allatumque panem similaginis puræ optimi tritici, fecit imprecationem nigrescere, ac precè iterum recandescere, additis his binis voculis: Tu elige. Itaque minacissima Cardinalis legati denunciatio facere, vt flentibus suis, tametsi multa protestatetur, reconciliationem gratiæ sub hac formula admiserit. Carolus patricidii amplioremvindictam supplex deprecaretur: Carthusiam conderet, imprimisque locupletaret propter Monasteriolum, erecta quo loci cecidisset Iohannes Diuionensis pater, cruce lapidea: Quinquaginta milia coronatorum Franciæ semel Rex Duci petsoluere: Insuper pleraque loca Burgundiæ finitima, quæ regis Campaniam versus erant, ad se transirent; præter Comitatus Pontiniaci, Boloniæ, terræque Ghisenensis; ciuitatesque ad Sommonobriam, Ambianum, Peronam, Mondesiderium, & S. Quintini, Abbatisque villam, quas posset redimere quadringentis coronatorum Franciæ millibus. Incredibile tum ob temporum calamitatem ac Reipub. turbationem, Franci, quantum Burgundo pacis concordiæque causa admiserint. Nisi enim Burgundus ab Anglo descisuisset, longè difficillimum fuisset illis patria vtrumque hostem pellere. Itaque iurare vtrinque pacis illibatè fœdera conseruaturos, quæ caduceatores, magna omnium exultatione, vulgare. Prior vxor Philippi Michaelis virgo filia Caroli Gonesii regis Franciæ, absque liberis moriens. Altera filia Comitis à Deuw, eximiæ pulchritudinis, vidua Philippi Niuernensis, patrui sui, dispensatione Apostolica, absque prole quoque discedens. Postrema regis Portugalliæ filia Isabella, matris, Imperatoris nostri Maximiliani matertera: è qua suscipere Antonium, Iudocum prima infantia morientes, & Carolum sibi succesorem, cuius deinceps vitam narrabimus. Fertur regem filiæ præcinuisse abituræ tres filios parituram, victuroſque si ipsa lactasset. Cuius rei experimentum ea facere volens, priores educandos nutrici tradere, qui mori statim; at Carolum ipsa lactare dictum Martinum, quod pridie D. Martini episcopi Turonensis, Diuione nasceretur. Nothos habuit complures: Dauidem Episcopum Traiectensem; Antonium Comitem Saxei montis; Balduuinum; Cornelium; Iohannem; Philippum; Annam; vxorem Adriani Brigdani, secundò nubentem Adulpho Rauensteno.

Cæterùm Philippus Dux iam regia donatione potitus terra Ghisenensi, Calysium obsidere, magno comparato exercitu acerrimeq; crebro oppugnare. Vicisset dubio procul ni cognouisset Anglos armis ad obsidionem frangendam traiicere, eur pro animi magnitudine priùs sibi cum hoste decertandum putare. Ægerrimè id pati Flandri, præcipuè Brugenses, qui tot dies domo frustra abesse iniquum ducere. Itaque illi ad propria reuerti, quum transfretasse iam magna classe Anglos nunciaretur, reliqui metu exercitus, vt non sine indignatione atque ignominia Ducis, ab vrbe fugerent, omnibus pæne bellicis impedimentis amissis. Quæ Dux animo volutans, & Brugenses quantum non sine dedecore offecissent, dignitatis suæ atque famæ ornamentis, iram dissimulans, spargere, recollecto exercitu, se in tumultuanres Hollandos iturum. Sed vbi Brugas venit, en dicere, Hollandiam, quam petimus, atque orantibus principibus, ne quid

Consilium.

Nota Cardinalis consilium.

Pax.

Matrimonia Philippi.

Proles.

Calysium obsidet.

Exercitus metu liquit.

quid tale fieret, tamen euincere. Patere vtbis pottæ, multumque turbæ spectandi gratia in publicum se effundere, vt citra impedimentum iam in vrbem ingressus videretur, ac plane successurum id sibi, fidere. Cum ciues compotores aliquot, Picardos aperire, proditionem male tegentes, catenasq; tendere, ne peruiæ equitatui plateæ ciuitatis essent, atque ad arma concursum. Quo tumultu coruere Iohannes Lillendamus cum quingentis ac mille aliis. Dux vix euadere, adiutus fabri ferrarii opera, grauiore malleo portæ seram elidentis. Capti multi nobiles, cumq; iis faber, qui omnes postridie capitis supplicio affecti. Exacto biennio Brugenses quod veteris illius reliquiæ felicitatis nullæ superessent, inopia rerum laborantes, admissi supplices veniam à Duce poscere, quibus is ignoscere, concitatoribus plebis capitis tantum condemnatis. Quando Gandenses libertatem suam tueri, atque tumultuari, quod Philippus Franciæ more, non, quam à certis, vellet sal omne vendi. Nam minimè illi hoc pati, vt portis erumpentes aliquando fuerint ausi manus conferere cum Philippo, nemine metuente cædi, etsi spectare cadaueribus suorum vallum fieri, & vociferantem audirent, vt pugnare & perire amplius nollent, se eis pacem daturum. Tantus Gandensium furor tum illi visus, vt licet mox venire ad se sæpe rogaretur, noluerit tamen quam post triennium, præmisso filio Carolo, qui illi intus omnia tuta & tranquilla esse nunciaret. Qua tempestate eluuione pelagi aggeres vtrobiq; dirumpi, infinitaq; sationum iugera perire, nasciq; magna annonæ caritas, quam sperata vilitas tarde consequeretur. Vænire frumenti modium Nobilibus Anglicanis tribus; quod malim duplicare post annum pestilentia, qua maior funerum frequentia numquam fuit, iteratumq; post eam anno bellum Hollandicum aduersus Caucos, qui Orientales dici, plurima nostris pelago dantes mala; Quibus exciti, dum querelis ad Philippum nihil agerent, magna classe ad Hamburgum applicare, feræ repaguli quod portum clauderet, liquefacto plumbo infuso, quo hostem retardarent, plurimas naues, ac magnam nimis prædam inde auferentes, adeo infesti Orientalibus, vt Henricus Rapesilienſis bellum hoc dehortatus, haud impruden ter in Senatu diceret, Leonem stertentem non excitandum, ad vexillum alludens militare Hollandiæ, leone inscriptum. Esse Hollandis lentum ingenium, sed irritatos grauius insistere. Eò tum res deuenire, vt præfectus hostilis classis negaret se iturũ ad oram populandam Hollandiæ. Dicere enim, Zelandos iacentes stratis, articulatim scire, quo tractu stare classem esset necesse, ac tum quum æstus recedit, velumq; facere vetat, solitos fere hosti imminere, alternisq; horis senis, mare nostrum fluere & refluere. Post multa tandem, vt fit, damna vtrinque data & accepta, Cauci annorum aliquot inducias pacisci; cum Philippus Hugonem Zamctensem principem virum Hollandiæ præsidẽ creare, diu vtramque factionem summa æquitate continentem. Cui succedere Simon Lalenus, officii sui cursum nolens ad illius inflectere, nouæ vt inter partes turbæ nascerentur. Nam Herlemi ad arma itum, primo statim eius anno; vbi consul, septa inter cemeterii stans, prætorem in foro aduersum se omnem vim expectantem, contigua enim mutuo hæc loca, sic compellare: Quamquam priuati de rebus nihili discordes, nos tamen decet concordiam alere. Cui prætor, nescis equidem tu, ah nescis, quid ferus vesper vehat, significans depugnandum, quod Hamatos præcauisse putaret, ne campana feriretur, quo Asellinos silentio tali rectius cæderent. Sed falsa erat hæc existimatio, dum ante Asellini campanam suæ potestatis fecerant, suosq; pulsu excirent. Stare partes biduum in armis noctuae interdiu, melioribus vtrinq; pacem fruſtra arque beneuolentiam suadentibus. Concursum esset proculdubio, ni sæpe pugnam tentantibus Sacerdos intermedium se cum Eucharistia proiecisset. Grandis quoque visus imber cælo tum cadere; tanta eorum obstinatio, tantusq; in suam cuique factionem ardor, vt vicinus vicini manu prehensa, illi valediceret, atq; hic ad Hamatos, ille Asellinos abiret, citra odium, de vita mox pariter decertaturi. Cedere tandem Hamati foro, inq; ædes platea regia, Nicolai Adrichemi se recipere, quas Asellini magna multitudine obsidere, donec Philippi vxor Isabella mitti, quæ publicum motum consilio superaret. Itaque agere ea, vt Hamati ante solis occasum vrbe exirent, clam promissione facta, intra triduum omnes reuersuros, qui in vnum conuenire, propter nemus, quod extra vrbem est. Quo die Isabella, fugæ atque itineris eorum esse dux, & nihil metuens pluuias cælo cadentes, cum his simul Amsterodamum peruenire: vbi crescere animus Hamatis, sociorum accessu, Asellinis pari fide ac suasione Isabellæ Hetlemum commigrantibus. At Isabella postquam neutris promissa posset præstare, nominisq; authoritate nil se proficere intelligeret, Bruxellam hinc proficisci, mandans id vnum, vt quam quique tenerent factiosi ciuitatem, diligenter custodirent. Hic nequicquam segnes, accersere Amsterodamenses, ac intro recipere, Renaldum Brederodium, atque eius

Brugæ inuadit.

Cladem accipit.

Cum Gandenſibus libertatẽ suam tuentibus, confligit.

Vrbem ingredi timet.

Annona caritas 1437.

Pestilentia.

Bellum aduersus Caucos.

Nota.

Nota perniciacum.

germanum, Archidiaconum Traiectenſem, Amilium Mindenum, Guielmum Lantgeracium, alioſque ſuæ factionis plures.

Philippus in Hollandiam venit.

Philippus, vbi hoc ſibi facto opus eſſe intellexiſſet, in Hollandiam properare, adueniensque Herlemum è veſtigio mittere Amſterodamum, Antiſtitem Leodienſem & N. Naſſouium, quos poſtridie ipſe ſequi, vbi pariter agere id, vt ſuam quique ciuitatem ac ſuæ repeterent. Rediens dein in Brabantiam, per nuncios ducibus vtriuſque factionis atque ante ſignanis ſignificare, vt ad ſe venire maturent. Qui ire vtrinque ad eum, & vt animi eſſent queri. Auditis, ſeditionis tam miſeræ atque periculoſæ cauſam ipſe ventilat, Simonemque Lalenum Hollandiæ præſidem in ordinem redigens, ſuffecto Goſuuino, non tam vlla nobilitate, quàm ſcientia legum celebrem; prouehere enim ſemper ſolitum ſi quem vel laudabili prudentia vel doctrina vſpiam reperiſſet dici. Huius primo adminiſtrationis anno, Leydæ denuò motus creſcere, quem Aſſellini aperire Goſuuino abeunt, cuius niſi pericula imminentia feſtinus ac præſens conſilio auerteret, fruſtra cuncta poſt facturum. Is ergo Leydim venire, Hamatis ad D. Panctatii cõfugientibus, quod hoſtium numero aduentu Goſuuini, ſe impares viderent; nam Delfo & Haga Aſſellinorum aliquot ſocios ſecum adduxerat. Verum Goſwinus eos aſylo magnis pollicitationibus pellectos, captiuos omnes in Hagam Comitis abducere, tres capite mulctare, cæteris redimendi ſe poteſtatem permittere æris, quod in nouo fere adminiſtratore eſt, forte quoque tum indigens. Quibus actis octennium ſeditiones quieuere.

Simone Lalano reiecto Goſuuinum creat præfidem.

Interea, Bauiardus præfectus arcis Medenblicæ, Goſuuino, vel vt alii volunt inuicem obiicere inconceſſa Cinædorum furta. Vincti ambo, & per Iohannem Lannoium, ad Heuſdeni carceres rapti, vbi ſeſquiannum aſſeruari, poſt quod Goſuuinus Lebeſtadii, capitis pœnam ſubire. Creditum culpa vacaſſe, non criminis conuictum, ſed tormentorum magnitudine ſuperatum, vt fateri tale cogeretur, cum dimiſſus Bauiardus, quod plurimos malè habebat. Nam Philippus Bauiardi filius mox teſtimonio eiuſce criminis conuictus viuus igne exuri, exclamantibus multis Goſuuini inſontis ſanguinem, iſtius ſupplicio Deum expiare voluiſſe. Anno milleſimo, quadringenteſimo ac inſuper quinquageſimo, Nicolao pontifice quinto, anni Iubilæi recurrere circulus, quod per Hollandiam, Nicolaus Cardinalis à Cuſa vulgare. Is in ſuburbano Herlemorum aliquando diuerti, & Hamburgenſem pitiſſare cereuiſiam, præferreque eam vel quouis vino; verum mane dicere, tentat enim non parum hominis mentem, ſe talem potum deinceps exhorrere. Quum reuerſum interrogare pontifex, Hollandi quibus moribus viuerent, & qualis gens eſſet. Ille omnium prudentiſſimam eſſe, atque ſubiicere cauſam. Nam in conuiuiis, inquit, ſitire te, ac quantum ſitias, callere didicit, alludens ad moretn noſtræ gentis poculis inuicem prouocantis. Ridere pontifex Cardinalis reſponſum, qui morem fuiſſe etiam Græcis non ignoraret, creandi Sympoſiarcham, cuius imperio vnumquemque bibere oportebat. Germania inferior nulli genti bibacitate cedit. Friſii Orientales potandi primas; quorum imprimis fœminæ quoque potare; Secundas ferre Gelri; Tertias Bataui. Poſt triennium, Conſtantinopolis imperialis Orientis ſedes, vnicum illud totius Græciæ columen, Mahometi Amurathæ filii armis cedere. Trecenta enim armatorum milia eum ſequi ad vrbem frangendam, præter genera tormentorum bellicorum infinita, vix humano ingenio inuenta, quibus in patentia vrbis mœnia is per crates irrumpere. Cædes immanis patrata: nam ſæuitum ibidem, in omnem ſexum & ætatem. Pueros, virgines dicatas Deo, matreſque ſtupra laſſare: Sacerdotes ac Monachi, per diros cruciatus perire: vulgus morte paſſim mulctari, & conſciſſum quodammodo canum paſtus eſſe. Cædem eruoris riuos per vrbem feciſſe narrant. Si quibus vrbis fortuna pepercit, in ſeruitutem abacti. Prophanata religioſa loca, ac ſacra eorum ludibrium facta, raptoribus in prædam abeuntia. Conſtantinus Paleologus Imperator, ne viuus caperetur, mutato amictu, in aduerſum hoſtem ire, manuq; horum perire, ſimul imperii & vitæ finem faciens. Notandum à Conſtantino magno imperium hoc inchoaſſe, & ſub eiuſdem nominis Conſtantino, matre etiam Helena oriundo finiuiſſe. Digredi aliquantum hic iuuat, & narrare quæ ſunt Rudolphi Traiectinorum antiſtitis: vt peſſimo more ciues ab ingreſſu vrbis eum prohibere, donec contracto Amersfordia milite ipſe noctu ſe mœnibus Traiectinorũ inſinuare, iiſq; perruptis armis peruadere aduſque forum; ſuis proclamare paſſim iuſſis libertatem; quum contra ciues conſulari ære exciti armis ſe ſtrenue tueri, vt caput ac tibias vulneratum, cedere parumper pugna impulerint. Verum Amersfordienſibus nouo clamore aduentantibus, ciues perculſi, fugæ ſe dare. Cæſi ea pugna Ioh. Lichtenbergius; Witardus Proiſius; Henricus Marſchæ: capti

Philippus Bauiardi filius mox teſtimonio eiuſce criminis conuictus viuus igne exuri, exclamantibus multis Goſuuini inſontis ſanguinem, iſtius ſupplicio Deum expiare voluiſſe.

Nicolaus Cardinalis.

Mahometes Amuratha filius:

Nota.

Rudolphus Traiectum vi capit.

lacobus

Iacobus Gaesbecius, Dn. Abcondæ, Doreſtadii, Puttæ ac Strenæ; Arnoldus Senenbergius; Fridericus Reneſſius; Iacobus Proiſius; Arnoldus Amerongius atq; cum his alii. Gaesbecius ſui redemptionem facere, ac Rudolpho tradere Doreſtadium, fixumq; oppido caſtrum, quo moriente poſt decennium abſq; liberis, ad Dioceſim peruenit: Puttæq; ac Strenæ dominia ad Hollandiæ Comitatum deuoluta, quæ Philippus mox dare, filio Carolo, Comiti nuncupato Cadzaleſiæ, quam is aggeribus, aduerſus vim maris ſepire. Hoc vix ſopito, aliud naſci bellum inter Walranium Morſenſem atq; Edericum Comitis Hoiæ filium pro pontificatu Monaſterienſi. Rudolphus Waltrani partes ſequi, ac ſæpe pugnare aduerſus Monaſterienſes, vt peculio conſumto, æratioq; eccleſiæ exhausto, pecunias primum rogare à clero cogeretur; Dux poſt repulſam per vim exigere; vnde vrbs diſcors fieri, magiſtratu vim clero inferente, inuito populo ac plebe, donec Henricus Montfortius diſcordiam omnem pacto auferret, actis à magiſtratu reſciſſis atq; reuocatis. Poſt hæc moriente Rudolpho poſtridie Paſchæ fieri ſuffragatione electus, Giſelbertus Brederodius, vir illuſtris D. Martini & S. Saluatoris archidiaconus. Miſſi ad Vrbanum pont. Romam, impetratum confirmationis teſtimonium, quod ille negare, etſi per Trapezytas quatuor millia ducatorum recepturus eſſet. Fridericus tamen Imp. pro more iuriſdictionem temporalẽ huic admittere. Interea Aſellini perſuadere Philippo quantum impendeat malorum Hollandiæ, ſi pontificatu Giſelbertus potiretur; qui mittere ad pontificem legatos, imprimis Epiſcopum Atrebatenſem, ad impetrandam Dauidi eius notho, Morinorum tum Epiſcopo prouiſionẽ, quam vocant. Quam propterea Calixtus facilius concedere, quod eccleſia Traiectina bis pertinacius Rudolphum tuendo Romanæ ſedi fuiſſet rebellis. Itaque Philippus Dauidem filium in Hollandiam adducere, non ſine magno exercitu obluctantib. Traiectinis, quibus vna ſententia erat, Giſelbertum Brederodium electũ, tueri armis, cui & Tranſyſelanæ ciuitates fauere. Quo tempore Philippi metum Caroli filii præſentia minuere. Interea dum Hagæ Comitis hæret, variè ibidem agitari conſilia. Sed Ducis Cliuenſis multum apud Philippum propter affinitatem pollentis ſententia ad pacem atque concordiam tendebat. Itaq; dum vltro citroq; it reditq; is toties, Amersfordienſes & Rhenenſes Hagam-Comitis venire, iurareq; clam ſanctè, ſi præſidia mitteret, ſeſe Dauidi vrbem vtramq; aperturos, cum mitti Adrianus Borſalienſis atq; ille cum proceribus aliquot & delecta militum manu oppida recipere nec non Horſti præfectum largitione corrumpere. Ita paulatim res atque vires Traiectinorum accidi, etſi obſtinatis manerent animis. Nam Dux militari more luſtratis copiis, Leydim adequitare, Traiectum obſidendi animo. At octo illic dies morantem frequentare Dux Cliuenſis, principeſque tuendæ vrbis, Renaldus Brederodius Giſelberti germanus, Henricus Montfortius, & Iohannes Reneſſius, remq; in meliorem locum perducere. Wordenum monente Duce, ac inde Iſelſteinum, venere ad eum infinitæ Picardorum, Brabantinorum atque Flandrorum copiæ, ducibus Carolo Comite Niuernenſi, Iohanne Comite Stampenſi, & Anthonio vtroq; notho Burgundi. Quæ vbi Traiectini audire, ac procul vim propius vrbi admouendam viderent, de ſumma rerum paciſci, nauante in hoc Iohanne Duce Cliuenſi, Traiectini Dauidem in præſulem acciperent. Giſelbertus electionem ei renunciaret, & archidiaconus maneret, & D. Donatiani præpoſitura pulcher fieret; Inſuper Hollandię Senator eſſet, duplumq; meteret: Quinq; millia aureorum florenorũ ſemel acciperet, ac alia quatuor ab Dioceſi annua, eiq; periculũ numquam fieret quod bellum tentaſſet. Rebus in hunc modum cõpoſitis, venire ad vrbem Philippus, quem Traiectini maiore quàm ſperarat gaudio excipere: quanquam donis ante eſſet honorata à Philippo nobilitas, quum ſe plebs paſſim ac plateatim effundere, læta ſpectatura armatos, quos hoſtes modò formidaſſet. Tam præclaram victoriam abſq; cæde & ſanguine partam, Picardus pæne violentia ſua ſordidaſſet, niſi duces in tempore adproperaſſent. Nam propolæ empta poma nolebat ſoluere. Ad quod ea miſerè eiulans atque ſingultiens ſic Hollandi cuiuſdam animũ permouit, vt reprehenſum ſatisdare iuberet. Verum prior ille accitis ſuis Hollando vim parare, quum Hollandus quoq; clarè vociferari, & iuuare eum commilitones. Srare Picardi arcubus, Hollandis, Zelandis ac Friſiis aduerſi, recrudeſcente iam vetere in alterutrum odio, pugnaturi lætis ac cõniuentib. Traiectinis, niſi Dux Cliuẽſis aliiq; principes, quos diximus, inter medios rapidiſſimis equis interuolaſſent. Poſt hæc Giſelbertus Archidiac. Dauidi cedere, & Traiectini mitra inſignito, ſaluis plebiſcitis iurare. Tum Dux inde mouere Dauentriam, poſt octiduum quam Traiectum venerat, & parentẽ Dioceſi, vt & Campi ac Zuollę, bimeſtri toto obſidere, nulla oppugnatione facta, quod continuus imber, cæliq; magna eſſet intemperies; quanquam eis Iſolam confidens maioribus ſæpenumerò tormentis bellicis, vrbis portas, ac mœnia

Cadzaleſia inſula vulgo dicta Ouſterlou.

Giſelbertus Brederodius electus.

Pax.

Dauid Autiſtes 54.

Dauentria Dux obſidet

quateret. Solum turrim toto obsidionis tempore in agro sitam ægre magna cum suorum amissione acquisiuit. Fertur magnæ bonitatis atque æquitatis principem panes calidos cadi obstipatione factos mucidos in castra allatos, ad vnum omnes mulierculæ persoluisse. Interea nuncio accipere Philippus Ludouicum regis Francorum ac patris iram metuentem in Flandriam venisse, vt æquior tum fuerit Dauentrienſibus, ac cum illis paciſceretur, nempe vt more antiquo parerent Dauidi saluis priuilegiis ac plebiſcitis. Cæterùm præſentem Dux Ludouicum libenter excipere, & penes se quinquennium totum habere magno impendio, nequicquam ſcriptitante Carolo patre, colubrum se alere, qui illi nutricationis mercedem aliquando persolueret. Cum Philippo Hollandiæ ciuitates lustrans, dixisse fertur, nullam firmiorem Gouda esse, quod ager paluſtris, & Isela sciſſo aggere nullo negotio obsidionem omnem vetare eluuione posset, validaque arx flumini adiaceret.

Natiua eius bonitas.

Quinto post anno Carolus rex Franciæ Ludouici Delphini pater moritur; Carolo iuniore filio ac Biturigum Duce, regni hærede declarato. Sed per Philippum Ludouicus armis Parrhiſiis regiam coronam accepit. Quæ tamen ille beneficia spernere, & quod pater præcinerat, factus Philippo grauissimus hostis. Qua tempestate Gandenſes à Philippo diſcedere, quod salariam annonam ſtatuisset cenſu annuo grauare. Hinc magnam ille partem regionis eorum cæde & incendio complere, non sine amissione suorum donec pugna vna cæſis Gandauenſium ſedecim millibus, cæteros in gratiam reciperet, perduellionis crimen magno ære redimentes. Post hæc Pius Secundus Pontifex bellum Turcis inferre, nullorumque non principum ad hoc auxilia ambire. Quanto autem niſu, qua item prece, quibuſve lacrumis Philippum ex Flandria excire voluerit, literæ ad illum teſtantur. Verùm is Antonium nothum, à Francis grandem cognominatum, cum copiis mittere, non sine magna indignatione Pii Pontificis, cæterorumque principum, quod dux belli electus, se venturum iampridem ſpopondiſſet. Tantum momenti ad bellum in vno Philippo tum fuisse creditum.

Ludouicum regno reſti-tuit.

Arma contra Gandenſes capit.

1464.

Cæterùm Carolus vnicus Philippi filius legitimus, Iohannem Coſtinum è plebeio ad equeſtrem ordinem prouectum, quam Philippo, tam cæteris primoribus oppidò charum, ad venationem pellectum, in Ripelmondam seorsim itinere abſtrahere, capitisque supplicio afficere. Habuisse memorant simulachrum instar pueri cereum, carminum incantamento nocens, quo aculeis puncto aut flagellis cæſo, Carolus magnos cruciatus ferret. Qua re palam facta, Iohannes Comes Stampenſis & Iohannes Croſus conqueſtione ita commouere Philippi animum, vt ille veritus iam patris iram Gorcomium aufugeret, vbi aliquanto tempore delitescens, arcem munitiſſimam ad Vahalim & Lingam locare, qua Gelros ab incurſione prohiberet. Oppidorum magiſtratus ac plerique nobiles Carolum arctiſſime fouere, adeò, vt iam fermè in seceſſionem ciuilemque diſcordiam esset itum, dum alius in patrem, alius in filium fieret propenſior, ni perſuaſus Philippus calamitoſum atque exitiale hoc prouinciæ fore, Carolum in gratiam recepiſſet. Qui dum patri rem secus exponit, quam illi accuſato res narraſſent credulum ait Philippus pæne me ac te ruina vna oppreſſiſſent, ito atque vlciſcere inimicos. Exceſſerant iampridem aula faciuoris conſcii ad Ludouicum Franciæ regem, inter quos & ipse erat Iohannes Lanoius Hollandiæ præſes, cuius in locum Ludouicum Gruthuſium Philippus ſuffigere, proditorum capita proſcribere, bona eorum fiſco adiudicare, & Carolo copiarum omnium ſuarum imperium committere, quibus hoſtes terra ac pelago perſequeretur. Itaq; in belli ſocietatem inuitatis Britanniæ & Borboniæ Ducibus diuerſimodè ad Montlericum haud ita longè à regia vtbe eſt properatum, cum Ludouicus rex priuſquã ſocii aduentaſſent, Carolũ pæne oppreſſerat. Nam inopinatò ſe cum exercitu quem aduerſus omnes parauerat, de medio monte dans, loco cedere faciebat. Pugnatum diu & acerrimè dum rex Carolo pulſo debellatum putat. At is aut vincere aut mori pulchrum reputare, ac maiore ſuorum ſtrage pugnando pergere. Ceſſerant, quod dictum, loco noſtri. Ipſe Carolus ad tertium inter captiuos ſtans eſt liberatorem nactus. Tota Attalica, caſtraque direpta. Saluti Carolo eſſe Anthonius nothus, qui ſe clam cum paucis, quod neceſſitas ſuadebat, è pugna ſubducere, rurſumque lata acie progredi, Britanniamque magnis vocibus ingeminate, ad quod è ſyluis prodire quoque quotquot prima pugna, in eas confugerant. Ita illi cæteros adhuc pugnantes nouis quaſi auxiliis iuuare, & Francum præda impeditum ac nihil tale metuentem cum omni exercitu in fugam vertere. Erat quidem Caroli victoria, ſed maior proculdubio fuiſſet, quod ſi non tam cruenta illi contigiſſet. A-

Iob. Coſtinus capite plexus.

1465.

set. Amittere eo prælio Carolus thesaurum haud exilem, maximè inæstimabilis precii tunicam, quam inter pugnam nactam, Ludouicus statim Parrhisios deportari iussit. Acto fortè prælio apparere belli futuri socii, qui si tempestiuè adfuissent, rex non potuisset cum iis iusta acie decertare, & nostris tanto cruore haud stetisset victoria. Coniuncti nostratium duces Parrhisios obsidere, quum Ludouicus multum superbiæ remittere, & ad pacem animum flectens, præcipuè cum Carolo paciscisi festinaret. Nam præter illud regium decus in splendentia Caroli castra, seorsim locata venire, & de ineunda concordia cum eo agere. Transegere vix cum in Brabantiam Carolus se recipperet, vbi lætum à victoria, protinus nuncius voce percellere; Elisabetham Borbo-
10 niam coniugem vltimum diem clausisse. Qua ex re dolorem maiorem accepit, quòd prole virili careret; filiam enim tantùm Mariam ex ea susceperat, sibi succedentem, nubentemque regi Maximiliano. Atqui dum bellum gerit in Francia Carolus Leodienses perduelliones esse, & Ludouicum Borbonium antistitem vrbe pellere, quos Pontifex tum excommunicationis promulgatione ab ecclesia segregare. Nihilominus illi incentore Ludouico Francorum rege, peruerse agere, in Ducatum Lymburgensem excurrere, plurimaque regioni eius infeste damna, quod ad affinem antistes confugisset. Cum & Dynantenses hostili in Carolum animo esse, & contumelias odio addere, effigie eius ignominiosè è muris suspensa. Propter quod vterque multum indignari, omnemque belli molem in eos vertere. Philippus enim Boulni se contine-
20 re, quamdiu Carolus obsessor acerrimusque oppugnator quatuordecim dierum spacio vrbe potiretur, ac solo eam in cædæquaret. Qua clade eorum territi Leodienses, pacem orare, & à Carolo æqua conditione impetrare. Quo tempore Adulphus, Arnoldum Gelriæ Ducem patremque facinus hoc suadente matre, per Mosæ flumen ge lu conglaciatum ac frigore, è Grauia captiuum, ad arcem Buræ perttrahere, sexennium- que ibidem totum, in vinculis eum asseruare, sibi Ducatum Gelriæ vendicans. Offensi tam detestabili flagitio Iohannes Dux Cliuensis, Adulphi auunculus, atque Guielmus Egmondanus, patruus, maximè quod omnia vtriusque bona fisco adiecisset, late Gelriam ferro ac igne deuastare. Fredericus etiam Egmondanus, Guielmi filius dicti, memor tam acerbæ sortis Arnoldi patrui qui cum captus fuisset, custodiam post-
30 quam fefellisset, hostem se Gelriæ gerere, & prouinciæ haud semel præ aliis maxima damna inferre. Contra Adulphus Ottonem Vuerensem mittere cum aliquot cohortibus militum, Ifelsteinum vstum, non sine magno oblectamento Traiectinorum. Collapsa vrbis igne vniuersa præter fanum, ciues captiui inde abducti, prædaque abacta.

Adulphus patrem Gelriæ Ducem captiuum tenet.

Capita huius facinoris Gorcomio vitato incolumes in Gelriam peruenere. Cæteri extra noxam quadraginta quinque numero, aut potentiorum aut opulentissimorum ciuium gnati, Gorcomi pergræcantes, præter spem per prætorem Hollandiæ apprehensi, ac inde Hagam Comitis auecti. Quorum redemptionem Nouiomagenses nitè facere grandi pecunia, præterquam se dicerent, collapsum atque euersum oppidulum
40 restauraturos. At inflexibilis Dux quod cæde, incendio & rapina Hollandiam vexassent, ad vnum omnes volebat capite plecti, inquè rotam latronum instar agi. Pœnarum administratores, mortem eorum differre quamdiu muneribus corrupti sperarent in Duce iram nonnihil posse residere, sed supplicantes pro eis magno numero, ille vultu auersari, vt mors captiuorum tum fuerit maturata. Cum Philippus ad Scluſam cõuentum agere, & inimicissimas contentiones inter Adulphum atque Iohannem Cliuensem, sopire se velle, est visus. Verum pertinax Adulphus, nihil audire Philippum, licet illum pertimesceret, & clam in Gelriam inde aufugere. Post hæc Philippus Brugæ mori, trium ac septuaginta annorum, decimo sexto Calend. Iulii, anni millesimi, 1467.
50 quadringentesimi, ac sexagesimi septimi. Corpus Diuione, Carthusiano conditum. Intestina Donatianum ad Brugas seruat. Cor auro incluſum fecit Atrebatensium antistes Hierosolymam deportari, quæ morientem voluisse narrant, vtque ecclesiam Saluatoris sepulchro proximam ruinam minitantem Atrebas sua impensa reficeret; & Franciscanis ibidem quantum perpetuò satis esset ad alimoniam, largiretur. Iasonis velleris aurei militarem ordinem primus solemni ritu instituit, in quem ex omnibus prouinciis assumpsit, non minus nobilitate quam prudentia præstantes: qui ordo etiamnum est percelebris. Subtus morientis cervical relatum inuentam schedulam hos versus continentem,

Imperium Carole fili tibi grande relinquo
Pacatum prorsus, opulentum, plebe refertum.

Vixi annos multos, gessi olim prælia multa,
Victor, & insignem retuli super hostes triumphum;
Illustris, clerum sincero & vulgus amore
Semper dilexi; nunc me regnator Olympi
Euocat: huic animam dedit olim quam mihi reddo.
Patrisa fili, nemo tibi bella ciebit;
Esto aliquis cupiat, non illi audere licebit.
Viue, vale, sobolem protende in secula nostram.

Septem ac quadraginta annos summa in pace prouinciam administrauit, vt quas habet opes, illi acceptum ferre debeat. Dictitare solebat, nullum sibi esse pagum quantumuis exiguum, rebellare volentem, quem non esset dispendio omnium terrarū suarum obedientem facturus; neminemq; imperii sui cancellos ausurum ingredi, si vel leui filo serico circumder. Non hæ iactantiæ voces, sed significantis, quanta fidelitate ferretur erga patriam. Erat ad pacem pronus, haud segnis tamen ad arma; & vt tardus ad bella, ita hostibus, vbi cœperat, grauis. Muficos mirificè colebat, magnumque illorum gregem alebat. Pictura impensegaudebat, vt duos eius artis ac sui temporis præcipuos ad æmulationem concitauerit. Quorum vnus, ita prodigiosè gradus penicillo parieti indidit, vt æmulum cum aibitris ingredientem, volentemque per eos ad opus scandere, quod seorsim se finxisse diceret, suauiter luserit. Spectaculum quoque præbuit pugnam inebriati tauri & leonis, quem difficulter leo superare, cornu per aera sæpe rotatus. *Natura & mores Philippi.*

Inter extrema vitæ fertur hortatus Carolum vt præ cæteris singulari cura Flandriæ Comitatum & Hollandiæ adseruaret, eos enim incolumes vtroque tempore & belli & pacis posse illi omnia suppeditare. Procero erat corpore, candidioribus oculis, venusto aspectu, capillo nigro, virtute rara, animoque excelso. Sacra vnicè colebat; opibus, maiestate ac gloria auum patremque longe superans, vt inter principes Boni cognomentum sortiretur. Fœminarum erat amantior, vt crebro tenebris noctes earum pecuniæ acerruolo redimeret. Brugis semel à vigilibus inter eados vinarios delitescens, deprehensus, & protractus ab iis in curiam est, vbi factum seponere lepido dicto, experiri voluisse, an satis vrbem suam Brugenses custodirent. Habebat in deliciis Sacerdotem Antonium Louaniensem, quicum frequenter misceret ioca, aduisque indignationem principum: quos impune erat solitus lædere dicterio. Nam & coram Philippo, inhonestis miscere honesta, & dicenda, taeenda loqui. Multa fecit & dixit dedecorose, quæ etiamnum in ore vulgi hærent, sed vnum eius subiiciam insigne. Cum Canonem audisset statuti Basiliensis, ne Sacerdoti liceret habere focariam, sub aduentum Philippi nudus domo in publicum prosilire, cacabumq; alte pultare. Miranti Philippo quid hoc impuri hominis esset, sui aiunt, esse Antonium sacrificum. Vocatus, & ab eo increpatus, respondebat, quam habuisset domi, se lotricem abegisse, suum se negotium nunc agere, orabatq; ne se Philippus in hanc rem intromitteret. Licenter dictum, sed quod Ducis animi moderationem vehementer exaggerat. Nunc ad Carolum præpotentem illum me accingo.

ARGVMENTVM
LIBRI VNDECIMI.

Caroli gesta præclara: Bellum aduersus Ludouicum Francorum regem: victoria ad Montlericum: Dynantum expugnat ac diruit: Leodium obsidet; deditione accipit, cumplerisque aliis oppidis Dioecesis: Iterato Leodienses armis expugnat; vrbem diripit, incendit, mœnibus solo æquatis. Parabola Caroli ad milites. Hagæ Comitis legatos mittit ad Gelros, Frisios, Traiectinos. Bellum inter Anglos & Francos: Eduardus in Hollandiam profugit. Ope Caroli regno restitutus: hinc bellum recrudescit inter Francum & Burgundum. Noellam oppugnatam deditione accipit: Sic & Roiam: In Bellouacos nequicquam pugnat. Dauid Antistes Renualdum & Ghiselbertum Bredenodios, Doresletatum captiuos abducit: Seditio ad Ziriczeum: Paulus pontifex Adulpho mandat, patrem vt vinculis laxet. Carolus Dux Adulphum Contraci in custodiis asseruat: Ab Arnoldo patre captiuitate soluto Gelriæ Ducatum emit, atque vectigalem sibi facit. Frederici Imperatoris & Caroli Ducis conuentus ad Treuiros: memorabilis vtriusque ambitio & dapsilitas: Carolus Imperatori epulum præbet: Parlamentum Mechliniæ instituit: Nusciam annua obsidione premit: frustra aliquotiesoppugnat: Literæ Imperatoris ad Carolum, & Caroli ad Imperatorem: Fredericus Imperator

rator Colonia mouens, nisus Nuscia Carolum pellere; qui expedita acie illi factus obuiam: Concursum; victore Carolo: Bellum pace interceptum, & Nuscia obsidione liberata: Carolus Lotharingiæ Ducatum inuadit: Nausium in deditionem accepit: In Heluetios mouens, his acie superatus: Nausium iterato obsidet: Renaldus Lotharingus copias Heluetiorum ductans, suprema acie Carolum vincit ac cadit, cum maiore exercitus parte.

LIBER VNDECIMVS.

Carolus Audax Dux Burgundiæ quartus.

CAROLI Ducis belli gloria non solum maiores, verumetiam suæ ætatis omnes superantis, qui volet res gestas conscribere, ingens earum volumen relinquat: cui si vita fuisset diuturnior, quod ego ex lapsu fui temporis & tyrocinio non ariolor, cum nominatissimis Romanorum ducibus confetre eum possemus. Mens animusque in illo nobilis: Nam à pueritia laborem nunquam fugere, ferri armorumque amantior, non Veneri aut luxui deditus esse, at cum milite in castris versari, & voce dictisq; eum hortari, quandoque etiam cum iis aduersus hostem confligere, nec frangi aduersis, sed magis accendi. Nihil quod in bono duce desideres, erat ab hoc alienum. Nati modò fatum Caroli astrologus patri dicere, fore strenuum, laudemq; & gloriam virtute bellica inuenturum, sed haud diu stare illi fortunam. Monstrare etiam is cardinem vel regionem cœli, qua fortunam priorem amitteret inque prælio caderet. Hæc etsi regia erant audire parenti, ingemuit tamen, pueri ingenium ad bella nati, veritus. Sub ipsa adolescentia, ei desponsa Catharina, Caroli pii regis Franciæ filia, quæ pueritia ante nuptias mori. Alteram duxit vxorem Isabellam filiam Ducis Borboniæ, è qua Mariam vnicam suscepit, Gallici atque Leodiensis belli nutricem. Vtrumq; enim bellum susceptum eius gratia legimus. Francicum breuiter in vita Philippi narraui, at hic nunc melius exponam. Bellum hoc cum cæteris gessisse Carolum memorant scriptores, existimantem Rempub. Ludouici tyrannide oppressam, dexterum aliquem poscere, qui eam ab omni metu atque periculo liberaret, quos sequi etiam Carolus Ludouici frater, patris testamento regni hæres ante nuncupatus; nouerat enim ingenium ferox ac præceps Ludouici, quam non esset pulchrum & moderandis rebus idoneum. Nec sanè ipse prorsus culpa hic vacabat. Nam ex ira quam ab exilio secum domum retulerat, magis autem credam peruersio suopte ingenio, nobilioribus partim dimotis partim neglectis, plebeios ac viles propius ad consilia resque publicas gerendas vocare, dum edicto etiam principibus venationem interdicere. Itaque omnis pæne nobilitatis flos eum relinquere, & Carolo Duce, Pictauia elapso, cum Britonum Oratoribus in Britanniam traiicere. Primus Borboniæ Dux, cui soror Ludouici nupserat, palam ei bellum indicere, regiumque fiscum per suam regionem occupare. Sed etsi vitiorum plus satis in Ludouico esset, desiderata tamen fuit neutiquam animi magnitudo, qua in tot periculis semper stetit infractus: qui rebus solatium quærens, mittere Parrhisios legatos, oratum, vt perseuerare atque tueri vrbem gnauiter vellent. Cæteras ciuitates ad eorum normam acturas. Fieri ex sententia regis, & ad tuendam vrbem summo studio cuncta curatores parare. Accitis deinde Renato Andegauensi, & Carolo Cemannorum Comite, Ludouicus triginta ferè millia armatorum cogit. Qui pro magnitudine exercitus quum nihil diebus aliquot egisset, partim relictis contra Britones copiis, cæteras in Bituriges ducebat, quibus D. Amandi expugnare atque Molissonios, cùm fama haud mendax ferre, quem præ cæteris formidabat, Carolum Burgundum cum exercitu aduentare. Itaque Ludouicus scindere properanter pontes Camosii & Bellomontis, ne aditus illi vltra esset; cum Anthonius Philippi nothus, idemque Burgundionum Marescallus, expeditis aliquot cohortibus, Roiam, Mondideriumq;, reliqui metu venturi agminis occupare, & Peronam valido præsidio tenentes Comes Niuernensis & Ioachimus Roaldus Franciæ Marescallus, custodiæ vrbis paucos tantum nobiles, quingentosq; sagittarios relinquere, & cum reliquis Cõpendium secedere. Interea dũ feruet bello Picardia Ducis Borbonię coniunx Carlota, aut mariti imperio, aut sponte, ad regem Ludouicum fratrẽ accelerare, apud quẽ sefœmina, ob sanguinem atq; lacrumas valituram sperabat. Verum quæ nihil agens ad maritum reuerti, & à rege digressa comperire, Molinis te-

Bellum aduersus Fran cos.

tendisse Rionem. Plurimi tum pectus regis terrores turbare, maximè qui Parthisios tueretur; in quam vrbem belli moles se vertere videbatur. Nil hic illi vnquam satis prouisum, nihil bene cautum erat. Ciues vigilias agere, in armis domi foris; esse, faceisque noctu accendere volebat, scholasticos quoque arma capere. Sed scholæ rector Guielmus Fiehetus magna doctrina atq; facundia vir, flectere regis animum; cum ecce afferri Carolum Ducem iam ad pontem Maxentii, propter Isaram venisse, atque eo & arce, largitione corrupto præfecto potiri. Plurima castella insuper suæ potestatis fecisse, Bellilocum cum Daimertino tenere; Latiniaco portitores pepulisse, regiique fisci diripuisse libellos, salisque omnibus remisisse vectigal. Itaque facile ab omnibus recipi, quod nulli noxius, sese libertatem & immunitatem populo adferre prædicaret. Idem coniuratos cæteros dicere, populi causa id belli susceptum, quo sibi gratiam apud omnes & regi inuidiam faciant. Atque rex Carolus cum exercitu Parthisios rectà contendere, quo se ante Ioachimus Roaldus contulerat. Interea Ludouicus rex Auerniæ Rionem obsidere, in quam Borboniæ & Nemorsi Duces, ac Arigniacus Comes se receperant. Habebat in exercitu rex quatuor ac viginti millia veteranorum aprimè exercitatorum, quorum numero ac robore territi ciues, quam possent commodissimè, cum rege pacisci. Quare comperta, Parisienses supplicationes Deo decernere. Interim structa acie Carolus ad Dionysianum stare, qui postridie quam eo venit, cohortes aliquot oppugnatum pontem Clodoaldi mittit. Tertium dum oppugnant, dedere se nostris Iacobus pontis præfectus, quum in vrbem Carolus mittere caduceatores petitum itineris faciundi per vrbem, absque aliqua noxa, potestatem, quod cõmpositè Carolus facere. Etenim eorundem vestigia sequens, vim ciuitati adferre parabat, haud opinante id ciue, sed Ioachimus Roaldus tantam eius audaciam armis repressit, suorumque aliquot amissis, Carolum fecit loco cedere. Qui tum proximo vrbi campo aciem explicare rutilantibus armis; & exercitus ostentatione Parisiensibus minitari. Sed transmisso Sequana fata sequens, Montlericum cum exercitu tendere, postquam resistendi animum iis esse sentiret, & didicisset regis fratrem cum Britonibus aduentare. Iam enim Rione discesserat Ludouicus & magnis itineribus Parisios venire accelerabat. Propius autem re cognita, à tergo fratrem, fronte Burgundum imminere, vtile illi maximè visum, antequam copias simul iungerẽt Burgundum adoriri. Quæ vt regi sterit sententia ac satrapis suis, peditatum haud expectantes, Chartras cum ingenti equitatu deuenere, vbi magna regis animum capere pugnandi cupiditas, ne dicam temeritas, quis enim equitatu tantum suaderet, tam instructum hostis exercitum aggredi? Is tamen erat prælii euentus, vt Ludouicus rectè cognomen audacis meruisse possit videri. Alterum peccatum rex admiserat, quod nullum curandi se, & militibus colligendi vires, spatium dedisset, sed furens rapidusque in potentissimum hostem ferretur. Terribilis profectò primùm nostris regiorum erat congressus, dum æstuantes se campo proripere, in fuga capi, ac multi eorum gladio occidere. Qua fama victoriæ illius facti audaces, ciues cæteruatim portis vrbis armati ruere, prædandi spe, multumque captiuorum abducere, tanquam in certa victoria exultantes. Verùm Ludouicus S. Pauli Comes reliquam aciem Burgundionum in ordinem reducere, orare, voceque hortari, subsisterer, ac dicere Gallorum iram & impetum citò fractam fore, se omnia boni ducis munia executurum. Altera nostris esse salus Antonius nothus Caroli frater, qui vbi vidit, acie prima proculcata, reliquum satis ad pugnam fore validam, modò recollecta esser, cum parua militum manu ab exercitu secedere, ad tria fermè miliaria Gallica, atque mox quàm latissimè explicata acie in hostem reuerti, magno cum eiulatu, Britanniam Britanniam inclamans. Ea voce syluis excitum, quicquid in iis latebat fugitiuorum, ipsique propius adiunctum. Qua specie, in regiis terror, nostris animus creuit, vtrisq; credulis adesse Ducem Britannorũ, quem prælolarentur. Itaq; rursum pugnam vtrinq; capessere, sed Francis prædæ intentis, periculũ metusq; fuit. Nam sexcenti eorum equites fugere, regemq; deserere, & nostri stare, curribus sepsi, in quos inuectus rex, ingentem à tormentis maioribus bellicis accepit cladem. Multi Franci nec ignobiles ibi ruere, extracto prælio variante fortuna vsq; ad vesperum, vt modò Francum, modò Burgundum superare dixisses. Carolus bis ægrè à suis defensus. Primum n. Gaufridus à S. Bolino vitæ ei facere periculũ; alterum Gilbertus grassariorũ quidam, sed, quod diximus, ausum vtriusq; nostri suis laterib. præcludere, Gaufrido interemto. Gloriari solebat, nuper vita defunctus prætor Bigandæ vici, vt alterius ilia miles, claua contudisset. Erat is vir antiqua Hollandorum statura ac robore. Cæterùm nascente hespero, Scoti, stipatores regii corporis, vt citra maiorem sudorem ac pulueremconseruarent, seorsim Ludouicum in arcem Montlerici trahere, cum

Pugna ad Montlericũ.

Stratagema

abire

abire etiam campo ad tubæ receptum Franci, fugientibus haud absimiles, Burgundo loco ac castris manente. Cæsorum vtriusque exercitus ter mille & sexcentos fuisse prohibent, inter quos Francorum, Petrus Bresennius; Ganfridus à sancto Bolino, & Floquetus: Burgundorum; longe plures, nam Caroli stipatores pæne omnes ea pugna interire. Rex post aduersam pugnam Parisios se conferre, vbi inter cænandum, humanos casus mente pererrans, in volubilitatem fortunæ, adeo prodigiose & erudite loquutus, vt multis vel seueriſſimæ frontis lacrumas excuteret, dicere tamen se denuo belli aleam velle experiri, nequicquam hoc illi dissuadentibus Parisiensibus, etsi animi prorsum esset fracti, dum copias augetet pecuniasque corraderet. At Carolus victoria tam insperata
10 lætus, Stampas petere, vbi Carolus Britonum Dux ac reliqui coniurati erant, vr de ratione belli cum ijs consultaret. Qui post quindecim dies simul Parisios iunctis copijs ire, per iter oppidula aliquot occupare, Zalahardum positi m ad præcludendum ipsis viam pellere, & Ionam, Sequanamque ad Moretum transmittere, Carentonio ponte potiri, & pro voluntate locum capere castris. Quibus acceptis rex, sagittarios Normannia recens acceptos, ac cum his quingentos equites, vrbi præsidium linquere, moxque Rothomagum proficisci, tuendæ vrbis cura, rationeque belli demandata Comiti à Deu, qui Ranburum ad coniuratos mittere quæsitum, ecquid armis adesseat. Redeuntes nihil responsi ad populum, sed omne, ad vnum præfectum adferre. Coniectura est, acerbum admodum fuisse, nam è vestigio hos sequi, & se in armis ostentare vrbi, qui
20 cum congredi Parisienses, sed haud toto vtriusque exercitus corpore. Postridie Carolus regis frater ex confœderatorum principum sententia, quaternas literas Parisios mittere, singulis singulas, Ciuibus, Parlamento, Clero, ac Academiæ, vniusmodi tenoris, se, tametsi armati adessent, reipublicæ interitum nolle, cuius seruandæ gratia ad vrbem accessissent. Destinarent Parisienses, prudentes quibus sua consilia queant communicare, tum appariturum quam iuste & bona mente regi primores moti essent. Placere ciuitati scriptum. Ex omnibus ordinibus anniti, ireque in castra principum confœderatorum, cum Guielmo Quadrigario antistite Parisiano. Reuersi introire in curiam, querelasque principum acceptas palam narrare, Ludouici mores in culpa esse, pessime pro libidine regnum moderantis, perosi alto genere satos, præque his vilissimum quem-
30 que ad reipublicæ munia prouchentis. Nihil cuiquam suum, nihil securum, nihil tutum reliquisse, cur omnium vita iam versaretur in periculo. Placuere dicta Parisiensibus, & de agendo conuentu statuebant. Quin & coniuratos minime de vrbe arcendos, dicere, si de violentia cauissent, quanquam etiam hic nihil tentandum esset iniussu regis. Sentire hunc motum Ludouicus, qui cum bona peditum manu Normannia Parisios properare, & quoscunque vellet proscribere, seruato ob vitæ sanctimoniam Antistite, tametsi eum ad vitam habuerit odio. Carolus, accepto Ludouici reditu, totis copiis magno cum tubarum fragore, prope vrbem hostis venit, alto ciuibus id ferentibus silentio; Quod cum iterato feciſſet, leue commissum inter eos prælium, actum secedens, indè contra Conflanum, quo Sequanam traijceret, pontem ædificabat. Non latere ea res
40 Ludouicum, magno militum fossorumque numero in aduersa regione hærentem, quorum Normannus nandi peritus in flumen nullo sentiente se præcipitare, pontisque retinacula soluere. Ablatus pons fluminis secundo cursu, Ludificatusque hoc pacto Carolus abibat. Tum pacis mentio fieri, pactæque dierum duorum inducix, quibus labentibus, nouas aliorum septem faciunt, etsi pacis nomen procuratores eius horrebant. Euocari pacificator D. Pauli Comes, Cenomannorum Comite accepto obside cui se obuium ferre rex ad D. Antonii, vbi duas pene horas colloqui, post quas lætus redire ad suos dicereque gloriabundus, haud plura incommoda ab Burgundo speranda. Ad quæ Petrus Herous ad Casteletum curiæ procurator respodere, atqui si vuas nostras carpunt, significans Normannos auxiliatores vineas populari hoste ferocius. Quam vo-
50 cem tam liberam rex non admodum ægre ferre, inquiens, satius esse racemorum aliquot iactutam pati quam vrbis: neq; eam nunc, neq; thesauros ciuium defossos hosti vindemiam fore. Sed plene quum ad concordiã res adduci haud possent, iterum prolatę inducix, post quas ad bellum redire, in quo nihil memorabile, præterquam metus inde Parisianis & à suis & hoste fuit. Compositum tandem pace bellum, Burgundo Peronna, Roia, Pax.
Mondidierioque donatis, præter Guinarum & Polonix Comitatus. Quæ tamen omnia rex pecunia à Philippo redemisset. Promulgare dein cornicines & tubicines quã in vrbe tam castris pacem societatisque communionem. Vitio & dedecori datum Ludouico, profectum ad Carolum propter Conflanum, ac apertius, quam erat par, cum eo loquutum, mouentemque inde, sequutum ad Villeriumbellum, vbi triduo, siue ficte, siue vere, nimiam testatus esset erga illum animi benevolentiam. Accidere hæc

1465. anno salutis millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, sexto Cal. Nov. Qua fere tempestate Leodienses magna hostilitate Brabantiam vexare, vt Carolus constitueret copijs receptis Picardiam repetere, & Dynantinos, rebus Leodiensium fauentes inquo se contumelijosos vlcisci. Nam eius imaginem è muris suspensam, telis sagittisque ferite.

Vide supr. in Philippo. Erat oppidum portis mœnibus turribusque validissimum, propugnaculorumque fidentia faciens ciues securos. Sed nihil tam firmum quod non industria & pertinacia humana superat. Omnia tentare Carolus, non sumptui, non laboti parcere, quo hostes opportunitate loci fretus pessundaret. Itaque stolidi atque inertes tam validam vrbem decimoquarto obsidionis die amisere. Iugulati defensores, reliqui perpetuum relegati, tectis succensis, mœnibusque solo ditutis. Erunt fortasse qui hic crudelitatis Carolum insimu-

Vide supra in Philippo senioro. labunt, *sed nulla vis animi minus ab iniuria distat, quam fortitudo. Difficile enim est, eo moderate vti, in quo non tam legibus, quam vi agendum, vt princeps videatur.* Hoc excidio territi Leodienses, cum Carolo pacisci, quum sequenti anno Philippus mori, & patris imperio Carolus potiretur: & Gandenses tantum tumultus in vrbe excitarent, antequam sacramentum illi dicerent, vt vellet, nollet princeps, plebiscita, libertates, ac noua priuilegia eis admittere cogeretur: sed quæ, quod per vim quæsissent ille imperiose mox infringere. Etiam Mechliniæ nonnihil tumultuatum, vbi in perduellionis crimine reos animad-

Leodienses iterato per duelles. uertere grandiore ære vrbem multare. Cæterum Leodienses Ludouici fraude Francorum regis Carolum metuentis rebellionem iterare, pellereque Ludouicum Borbonium vrbe, Antistitem, arctissimeque Hoiam in qua erat obsidere, qui inter oppugnationem vim illorum effugit & incolumis ad Carolum peruenit. Hic iracundia accensus Carolus per notiora quæque ditionis suæ loca mittere feciales, dextra gladium vagina exertum, sinistra facem accensam ferentes, significantes hoc ipso gentis excidium. Interea Ludouicus rex, quod illi coniunctissimi animis essent, sex mille sagittariorum Francorum ac quadringentos equites suppetias Leodiensibus mittit, Chabano Donnimartini Comite, Zalasardo, Roberto Scoto, Stephanoque Vingola præfectis. Ire fama Carolo in exercitu esse centum armatorum milia, mente superandi totam Diœcesim. Primum igitur

D. Trudonem obsidet. D. Trudonis obsidione claudere, ad quam frangēdam, cum viginti milibus suorum hostes venire, animo magis quam viribus freti. Et iam tenebræ erant, cum crudele surgere inter exercitus prælium, est enim gens aspera, ferrarijs curandis atque lapidicinis, nata, Carolo longe victore, præstante copijs cæsis eorum 11 1. M. atq; Eustachio Strale Barcq; procere, & Vexillifero, reliquos noctis beneficiū à mortis periculo seruare: Qua victoria lætus Carolus trecentos equites auratos creat. Horum nostrates, Iohan. Cruningenus, Suederus Montfortius, Albertus Scagius, Guielmus & Ioh. filij Iohannis Ruychrockij.

Passim victor. Ciues autem D. Trudonis, post aduersam suorum pugnam, & quod vehementius vrbi instaret, veniam ab eo petere, quam & impetrare, quod sponte polliceri ex imperio victoris, portas vrbis ac mœnia solo æquaturos. Postquæ Carolus inde mouere, & aut animose expugnare, aut in deditionem accipere, Hasseldum, Burcloum, Harcum, Blissam, Breddam, Mosectum, Baringam, Tongros, wesetum, Huiam, Tuinos & Boninos. Quas omnes ille ciuitates ante munitas tum apertas violentia facere, portis & mœnibus disse-

Leodium obsidet. ctis. His patratis in Leodienses cum exercitu se vertere, qui fracti vicinorum exemplo ac metu conscientiæ, prece & lacrumis errati veniam ab eo poscere, portas pandere, ptodire nudi, camisijs solis corpora tecti, & propter Ducis papilionem procumbere. Qui dum animam & iram mora vincit, dicere, parcere se atque ignoscere genti perfidæ, si quicquid armorum tormentorumque maiorum bellicorum vrbi esset, in castra deferrent, portas, turres, ac mœnia per ambitum frangerent deturbarentque, annuum tributum Antistiti atque ipsi trecenta milia florenorum absque mora persoluerent. Tanti gratia illa Leodiensibus stetit. Reppetit Leodij dux literas Ludouici regis, Leodiensis populi incentrices, quas ille diligenter scrinijs asseruare. Interea Ludouicus rex fratrem Carolū bello persequi. Itaq; Carol. Dux Leodiensi bello expeditus illi se iungere, omnesq; copias ad S. Quintini ducere, dissimulans aliquid sibi inimicitiarū cū rege esse. Rex qui sperarat aliquādo dissociatos posse vlcisci, vbi animis cōiunctos plane cognouit, ad pacē se inclinare, mittereq; ad fratrē legatos, quibus ille respōdere publico esse opus conuētu, q; etiā tum haud pernegare rex. Definitum fratris Caroli Aquitania esset, è multis legēdos illustriores, qui reip. consulerent, præcipue Carolum Burgundum cognationis regię & Primas patrium Franciæ. Quam ob rē Ludouic. rex Peronam ad Carolum vbi statiua haberet, proficisci, ac pacē cum illo facere, iurante Duce exin se partes regis sequuturum. Et quo plus ponderis atq; momenti in pactis conuentisq; inesset, vterque sumprione S. Eucharistiæ iuramentum confirmare, recipiente rege Carolo Duci cuncta admissurum, quę conuentu Attebatensi Philip. pater pepigisset. Post quæ vxorē Carolus ducere Margaretham

garetham, Eduardi regis Angliæ sororem regio quo decuit apparatu ac pompa. Nuptialis domus tota, miri artificij aulæis ex auro gemmisque pretiosis coruscare. Visa ibi septem cornua genuina Vnicornuum, capitique sponsæ dicata aurea corona, quatuordecim Margaritis perquam charis, præter Adamantem in ea libræ pondo. At eirea festũ nuptiarum proscriptorum cohors nil verita, præsidium Leodij à Carolo relictum vrbe exigere, noctuq; Tongros invadere, patrata nobilium cæde, antistitẽ comprehensum fecũ abducere, & ad defensionẽ sui noua aliquot propugnacula studiose erigere. Dux captiuitate pontificis accepta, frendens ac furens, suprema in rebellẽ populum arma sumpturus, delectissimum exercitũ comparare, cui sponte Ludouicus rex se iungere, vt cuius esset insimulxus, ex animo Caroli suspicionẽ auferret, quod cum Leodiensibus sentiret. Vbi fama ire, Ludouic. regem ac Carolum Ducẽ simul aduentare, Leodienses pontificẽ nexu soluere, placandi Burgũdi gratia, supplicatumq; ad illũ pro se mittere. Sed nihil eorum valere apud Carolum preces iurantem nõ prius à bello cessaturum, quam eos vltus esset, noluitq; pontificem ad vrbem redire, quem pone se habebat: quũ desperatis iam rebus, nihilominus assidue pro ijs intercedente pontifice, quadringenti perduellionũ sub noctis crepusculum, mutata veste atq; armatura vrbe egredi, & castra Caroli Ducis cædendo pervadere. Occidere ibi è Satrapis, Comes wernẽburgi, Iacobus Lanoius procer Vilrenalç, atq; cum his nobiles alii plures, Carolus tantam contumeliam eorum minime ferens, postridie exercitum vrbi admouere, quo viso primores diffugere, & populum cũ inermi vulgo linquere. Itaq; in fano canente clero: *Omnia quæ fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi & mandatis tuis non obediuimus*, in vrbem per vim introire, præuio Ludouico Francorum rege, ac mox passim ciuium fieri strages, cædi omnes occurrantes, ac quotquot in armis essent; mulieres interemptæ, quæ calcem picemq; ferudam in suos mœnibus iecidissent, neq; etiam à virginũ ac sacerdotum cæde satis temperatum est, quas bene stupratas prius efferus miles iugulare; qui vt Leodiensiũ fata implerent, deprædari vrbem atq; incendere, sacrilegia committere, mœnia solo æquare. Memorabile prodigium visum vrbis ante excidium: corui accipitresq; per aera volitantes, vincentibus accipitris multo cruore in terram ac magna plumarum vi depluente. Dehinc expugnata vrbe, bellisq; passim sopitis, se ad temp. recognoscendam vertere, ciuitatesque omnes adire, de sella ac Tribunali pronuncians, data cuiq; libertate agẽdi. Bruxellis convocatis Satrapis, vt in reos animad verteret, fabellam dicere de milite venatore, tria genera canum domi habente, inquiens: Canes cornu signo dato, ad capiẽdam feram, auribus cauda ac latratu gestire. Sed alii in venationẽ euntes, popinatũ nidorem sequi, inq; ijs delitescere, alij saltus indagare atq; odorari omnia, sed prædam lacerare ac deuorare, ad nutum autẽ docti meliores, quod prædæ essent nacti, integrũ hero adferre. Et cuius fabulæ in volucrum idem mox palam aperire, ac dicere, ego ille venator, qui ad capiendũ Leodium sum profectus, at vos alij, militiæ laborẽ præter feudale ius subterfugistis, me haud veriti. Alii in plebem imbellẽ, & iam victam atq; prostratã plusquam hostilia exercuistis, quorum tyrannidẽ an poterit vmquã hic animus sustinere? Animad versionẽ habeo, quã opponã illi cæco, vt me reliquos par est, munificentia ac liberalitate prosequi, qui domi foris; decens seruarunt. Quibus expositis, sibi consci, flexo ad terrã genu, veniam tantilla punitione merere. Factum seueritatis plenum, vt iustitiæ atq; æquitatis exemplum quod sequitur. Zelandiæ consul prædiues, virgunculã in hortis vitiauerat, tenuẽ & pauperculam, matre iniuriam dissimulante metu consulis, quoad Carolus adveniret, cui ea cum singultu ac gemitu omnia exponere, in penitiore aulæ Camera. Is protinus mittere, atq; ei mandare, vt vitiatam vxorẽ ducat. Quod illo nolente præscribit, tum dimidiatas possessiones violatæ donet. Hic monere eum amici & propinqui, nec non mandata Ducis ferentes, alteruttum vt compleat. Quod fretus potentia, etiam quum nollet, qua apud suos erat, Carolus gladio in eum animad vertit, frustra tum volentem ducere vxorem eam, possessionesq; partitas defloratæ largiri, huiusmodi iudicijs factus celebris, cum primario consilio equitibusq; auratis centum perrexit in Hollandiam, vnde mittere legatos, in Geltriam, Adulpho, vt Arnoldum patrem nexu soluat: sed qui id ex iuramẽto præstito prouincialibus, negare. Traiectum, vt loca Goilandiæ paludosa cum censu, Hollandiam verberantia redderent, & feod alia Iacobi Gaesbecij Rudolpho olim antistiti tradita, ad se vero tum deuoluta: Dauid Antistes his Caroli amicitiam conciliare: In Frisiam, vt parere ipsi vellent. Qui prætexentes arduis in rebus esse opus longa deliberatione, ac patrio more, tentanda omnium suffragia, ducis imperium pro tempore detrectare, dura procul dubio Carolus tuni ijs intulisset, nisi Eduardus Angliæ rex procerum consilio, Ludouico regi Franciæ mouens bellum illum quoque ad se pellexisset, donatum equestris ordinis insigni, quod iarteriam vocant, quo in Gandauum mox intrroire, pe-

Carolus vxorem ducit Burgũ. Margaretha 1468.
Adamas.
Expeditio in Leodienses.
Vrbis expugnatio.
Prodigium.
Parabola Caroli ad Satrapas.
Leges hic Pontum Hemterum Delfum.
1470. Bellum inter Anglos & Francos.

riſcelide crus cinctus, pectuſque, cæterorum inſtar crucea rubra decoratus. Male hoc Ludouicum habere haud ambigentem. Carolum Eduardo fidem ſuam daturum, tantuſque terror hominem invadere, vt quouis feodo ſibi obſtrictos, ac clerum ſimul in bellum exciret. Interim Warnicus Comes, Riphardus, & Iohannes Clarentiæ Dux Eduardum regem metuentes LXXX. nauium claſſe, Honfleum adpellere, quos libentiſſime Ammiraldus excipere, & Ambaſiam ad regem perducere. Inter traijciendum warnicus, rapina Hollandorum, Zelandorum, atque Flandrorum aliquot naues ſibi fecerat. Quæ vbi Carolus reſcire, literis ad regium Senatum repetundarum agit, atq; eidem ſuggerit, vti perſuadeat Ludouico, ne opem Warnico ferat, ſi faciat, medio Franciæ regno ſe per vim eum abducturũ. At Caroli verba haud magni ſenatus facere. Itaq; claſſem non modicam inſtruit qua propter littus Normanniæ ille Warnico inſidiari, & Francos ad Nundinas properantes retinere ac comprehendere: cum noſtris commeatu laborantibus, Warnicus inde in Angliam transfretare, & Dortmundum applicare, vbi ad eum accedere L. milia armatorum, quibus ille mox auxiliariis, per Angliam paſſim Eduardum indagare, ſed is omni auxilio deſtitutus, ad Burgundum confugerat. Cæterum Warnicus conciliatis ſibi regni primoribus, Henricum, quem iam pridem cuſtodiã Eduardus aſſeruaſſet, regno reſtituere, ipſeque communi decreto, quam Henrici tam regni curam ſuſcepit. In Texaliam inſulam appulſum, propter Septentrionale Rheni oſtium, honorifice Hollandiæ præſes Eduardum excipere, inque Hagam ducere, qui inde non paucos poſt dies proficiſci ad Carolum & Margaretham getmanam, vt fortunam ſuam ijs exponeret. Quem miſerantes & regem & fratrem verbis primum conſolari, dein claſſem adornare Hollando milite, qua præter ſpem hoſtium ad Northonimi rorum littus applicare, & poſt multa certamina fieri victor, Henrici filio atque Warnico cæſis, ipſo Henrico denuo in poteſtatem ſuam redacto. Perhibent Warnicum dum Eduardus hic ageret, aſſeuerataſſe non ſine ſacramento, viuum ſeſe aut mortuum Hagæ in Hollandiã perventurum, atq; ita accidiſſe. Nam quo tempore pugnaſſet ac cecidiſſet, viſas acies ruſticis propter Hagam per conuexa cæli velitantes, ſtrepitumq; inſtar dpugnantiũ exauditum. Qui ſequi anno, ob rupta fœdera, bellũ denuo inter Carolum & Ludouicũ ſurgere, ad Somonã magnis copijs, Ambianum, Mondiderium, Roiamq; recipientem, cum haud eadẽ eſſe dexteritas & felicitas, quæ ſolebat, noſtro Duci, nequicquã tentanti Ambianos, inter illos atq; Bapanas obſeſſo ſimili, cõmeatuq; labotanti, vincendo me hercle, leui momento, ſi rex perſeueraſſet. Perſtitit tamen regias vires tolerans à menſe Ian. adviſq; Majum, cum anni inducię factæ, magna vituperatione Ludouici, qui ne victũ auſus eſſet vincere, chartaq; proiecta, paſſimq; valuis affixa, famoſa plurima ac dedecoroſa in induciarũ authores complectens. Itaq; mitius paulo agere cępit Ludouicus & quod pactæ eſſent induciæ, & intellexiſſet Eduardum, occiſo Warnico Angliæ regnum recuperaſſe. Finitis induciis Carolus Dux maiore cum apparatu belli Franciã repetere, mittereq; Antonium fratrẽ nothum cum bona militum manu, Noellam expugnarum. Turari vrbem 500. ſagittarij, bis oppugnatorem propulſantes, quibus vitio datum poſt vrbẽ deſeruiſſe. Sed perculſos fuiſſe credam repentino hoſtiũ aduentu, & diffiſos ingenio ciuiũ, Antonij quæ ſuiſſe gratiã. Pacti præfectus atq; vrbis Heroina quam oppidanorum tam præſidiatiorum incolumitatem, tametſi Antonius cauerer, ne miles abiret, quam equis armiſq; poſitis. Dum autẽ illi arma ponunt, abireq; parant, ciuibus temere repagula portę recludentibus, Burgundi, magno agmine in vrbem irrumpere, miſerrimamque longẽ cædẽ ſemiarmium patrare. Non templa conſecratione ſancta, intemerata à cæde & ſanguine manere. Exiſtimem Antonium militis impetum continere haud potuiſſe, at fidem nequaquam violaſſe, etſi Gągninus tradat, qui crudelem fere facit, victorem, equo in templum inuectum, & conſpicientem cæde & ſanguine illitum, dixiſſe: Iam noui quam cruentos habeam carnifices. Nec peperciſſe etiã tum perito Picardo vrbis præfecto, quẽ ac alios aliquot in furcã adegiſſet. Equidẽ nemo vt dixi, id mihi facile perſuaſerit, fidẽ fregiſſe, ſed ducis iuſſa ſequutum, vt victor, nulli parceret, vrbemq; vaſtaret, cæterarum exemplo. Nam Noellæ excifa Roiam mouere, in qua præſidium M. & D. ſagittariorum, præter CC. equites delectos, qui nullam oppugnationem paſſi, Ducis animoſitatem veriti, confeſtim ei ſe dedere, pacta tantum abitione vitæ quæ incolumitate. Itaque poſitis armis, impedimentiſque militaribus relictis, ſi non ſine irriſione bacillo contenti per medios hoſtes, abſcedere. Dein Bellouacos adire, nihil intus præſidii habẽtes, & animoſe è muris pugnantes, quibus Pariſienſes commeatum affatim ſubminiſtrare, quos nunquam maior ac rum metus accepit. Nam muros aggeribus communire, purgare foſſas, catenas per compita expedire, tormenta maiora bellica conflare, & ſe obſidioni prorſus parate. In caſtris noſtris erat magna annonæ caritas, vt famis eſſe periculum videretur,

Eduardus regno pulſus.

In Hollandiam fugit.

Victor.

Bellum inter Carolum & Ludouicum.

Noella expugnata.

Roia ſe dedit

Bellouacos fruſtra tentat.

tur, quam ne sentiret hostis, Dux oppugnare vrbem animo constituit, fossas crate ac vimine opplens, quam sui portam hospitalem scandentes, vbi Roberti statio erat, scalis in fossas protrusi. Cæsos tum ferunt, aut præcipitio in mortem datos M. ac CCCCC. Zalasat- dum etiam quod portæ obstructæ essent, sequenti nocte effracto muro militariter castra armis turbasse, patrasse cædem ac magnam nactum prædã, papilionibus tribus hostium suorum incensis, tormentisq; maioribus bellicis nonnullis abreptis. Verum insequentibus eum Burgundis coactum, cuncta impedimenta proiicere, vt non sine graui periculo incolumis ad suos rediret. Quando post sextum ac vigesimum diem obsidionis D. Mariæ Magdalenæ festo, Carolus inde mouere, & quaquauersum ad vsq; D. Valerij, segetes, camporum que vbertatem perdere, nec stare prius, quam populabundus per interiora Normanniæ, incendio consumptis bis mille pagis, Rothomagum perueniisset. Qua tempestate Francii ingentem nauem, cognomento columnam, ac minores aliquot adornare, quibus Flandris, Hollandis atque Zelandis damnum pararent. Verum nostris cum haud pœnitenda classe mare ingressis, illi passis velis in Franciam renauigare. Tandem coeuntibus legatis, vt belli causas tollerent, cum pacem non quirent, mensium aliquot facere inducias. Inter hæc vt ad nostratia redeamus, Dauid Traiectinorum præsul, vltro ad se Doresta tum venientes vt de republica quædam tractarent, Renaldum Bredorodium, & Walrauium eius nothum in vincla conijcere, èque vestigio Traiectum adequitans, simul Gisbertum Renaldi fratrem, suffragationem ante meritum, comprehendere: Iohannem item Amerongium vrbis prætorem, & auehere: Doresta tum Renaldi habita quæstio, medijs tormentis: an pactionem conflasset, cum Gelriæ Duce iuniore Adulpho: an Isselsteini incensi esset conscius: an vrbis magistratum nacta opportunitate ordine mouere & mutare intendisset. Super his & Walrauius & Iohannes Amerongius interrogati. Quæ omnia Renaldus constanter negare qui denuo fidiculis traditus, mox amicorum opera se ad Tribunal Caroli sistere, vbi sententia absolutus principum aurei velleris. Gisbertus Archidiaconus vincula quadriennium ferre, cedere officio iurareque coactus, exin non ingressurum Dioceſim Traiectinam, Bredamque Brabantiæ se recipere, vbi vitam cum morte commutauit, post annum vnum. Sepulturam inuenit ad D. Gertrudis Carthusianum, & genere & animo illustri, sed fato iniquo natus. Quo tempore etiam ad Ziricæum ingens seditio oriri, vrbis prætore & Iacobo prouisore Valaebriæ interemptis, diffugiēte magistratu, quod onera publica grauassent. Ob quod indignari Dux, ferro ac flammis oppido minitans, ni legati, ad precem dona ferentes significassent de maioribus eius cives optime esse meritos. Prius tamen portas effregit, seditionis principes supplicio affecit, ciues grandi ære mulctauit, ac præsidium ibi liquit. Cum Paulus Pontifex ad Adulphum Gelriæ legatos mittere, vt impie patrem sexennio vinctum laxet, qui obstinatione mentis imperata contemnere, quam diu non Carolus eum per caduceatorem ad Tribunal vocaret. Venire Adulphus Hoesdinum ad Carolum in Artesiam, vbi partim preces, partim imperio patrem compulsus vinculis solueret. Itaque Arnoldus pater ac Gelriæ Dux, aree Burana dimitti, & ad Carolum pervenire, quem magna gratulatione Satrapæ, principesque viri excipere, sed Adulphus spernere, qui dum fugam visus moliri peregrina veste, retroactus ex itinere est in arcem Curtracensem, in qua vsque ad mortem Caroli hęsit. Næ condigne illum talione diuina prouidentia repercussit, quod posita simul virtute & pietate, sexennium, patrem in vinculis detinuisset. Arnoldus muneribus à Carolo ac milite donatus ad recuperandum antiquos principatus animum adijcere. Verum vbi Nouiomagos ac cæteros se repudiato cognouit, pro Adulpho tutorem & gubernatorem Gelriæ suffecisse, animo in desperationem verso, Gelriæ Ducatum atque Zutphaniç Comitatum, Carolo duobus ac nonaginta aureorum milibus, censuque insuper decennali, adstipulatoribus Iohanne Cliuiæ Duce & Guilelmo Egmondano germanis, vendidit. Cæterum post annum animi dolore tabescens Arnoldus mori. Graniæ sepultus. Tum Carolus velle, vt ipsi sacramentum Gelri dicant, quod non facturos se pariter assuerare, prius pro patria velle mori, in qua omnia sua ponerent. Carolus quibus auditis populabundus, validissimo cum exercitu in Gelriam irrumpere, præfectis Ioanne Cliuiæ Duce, Antonio Comite Montis-Saxei, Adulpho Rauensteino, Guielmo Egmondano, & Iohanne, Frederico atq; Guielmo filijs, nec non Gerardo Culenburgio, quum plutima actutum Gelriæ oppida Caroli imperio se submittere. Venloa, post primam oppugnationem ad resistendum impar deditionem facere, pacta vitæ rerumque incolumitate, ac idem sequi Gocha. Vna salutis spes erat Gelris Nouiomagum, vrbs situ loci, propugnaculis, vallo militarique præsidio munitissima. Inerat in ea tum Carolus Adulphi filius, octo annos nondum natus, quem

Parisios infeliciter oppugnat.

Normannia populatur.

Pacis facta mentio.

Renaldus Bredorodius & Gisbert. fratres capti

Fidiculis subiecti.

Gisbertus Breda mouetur.

Seditio.

Oppressa Paulus PP. ad Adulphum legatos mittit.

Adulphus captivus.

Venditio Ducatus.

Carolus Gelris facit bellum.

equo armatum magistratus circumvehere, quo ciuibus audaciam præstaret. Tum Dux altissima mentis consideratione, vrbem obsidere, mœnia ac turres tormentis maioribus bellicis quatere, vt capere iam posset, si militem protrudere voluisset, quum fracti animis, Carolique animositatem veriti ciues supplices veniam ab eo precarentur, pactique vrbis incolumitatem illi sacramentum dicerent, quod Gallis Homagium est. Atqui vbi rerum iam potiretur Carolus pacifice in vrbem ingressus, Carolum & Philippum vtrunque Adolphi filium in Flandriam educandos mittebat. Inde castra mouens Lobeci propter Eltam castrametari, vbi supplices venire ad eum legati, Zutphaniæ, Arnhemiæ, Harderwici, pluriumq; oppidorum Gelriæ, quibus domum reuertis atq; nunciantibus singulatim, suis, priuilegia ac plebiscita, salua fore, reliquæ in verba eius abiere. Hoc tempore Hollandia sui adeo secura, vt patentes passim noctu atque interdiu, feras & repagula portæ vrbium nescirent. Deuicta hoc modo prouincia, Carolus ad stabiliendā remp. omne animi consiliū adijcere, quo armis glorioſe partam Gelriam posset in fide & iustitia conseruare. Itaq; Arnhemi creare cum doctrina tum ingenio præstantes, qui iudicium & iustitiam exerceant, nec non priuata simul ac publica tueantur, vt pœna & multa sonti, innocentiæ suffragium esset, Guielmo Egmondano Gelriæ præside ijs relicto, & per vrbes præsidio sat abunde diducto. Quis hic non admirari velit, quum possit ac debeat, Caroli Ducis magnanimitatem inauditam ac plusquam heroicam, generis nobilitatem ac claritudinem, bellicarum rerum successus, Trophæa, victorias, quibus omnes sui temporis principes antecedebat, vt ad maiestatem regiam perventurum multi haud incerte tum præsagirent. Nam & ad eam aspirare, & ditiones suas velle in duo regna partiri visus, Burgundiæ & Frisiæ: In hoc Hollandia, Zelandia, Gelria, Brabantia, Limburgum, Namurcū, Hannonia, & Dioceses, Leodiensis, Cameracensis, & Traiectina; Altero Burgundia, Luxenburgum, Arthesia, Flandria, ecclesiæq; cathedrales, Sadunensis, Tullēsis, Verdunensis essent. Pontifices item omnes de manu eius principatum post coronationem in feudū accepturos, existimatum. Super quę ac alia reip. conventu ad Mediomatrices, propter ripas Mosellæ inter Fridericū ac Carolum late referri est cæptum, ad quē approinquantem ciues, reputantes potentiori armato, & inter hostem amicumq; dubio credere, periculosum, dicere, nō nisi cum certo numero equitum se ipsum in vrbem admissuros, quibus malle se, eos cogere posse, respōdebat, habere in manu vrbis claues atma exercitum: que significans. Quippe duxerat secum ferme dimidiam partem exercitus, quem in expeditionem Gelricam collegerat. Quamobrem stativa facere in agro Treuirensi illis finitimo sparsim per villas tectaque vicorum. Fredericus Imperator venire Treuerim tert. Cal. Oct. ducians secum & proprium & Turcæ filium, ad quem Dux parare, postridie proficisci, verum imperator cum vniuersa clientela itinerātem anteuertere. Episcopus quoq;, & quicquid nobilitatis in tota ciuitate erat, illi obuiam ire. Vt autem conspicere inuicem, vterque descendere equo, eum imperator ad genu suum procumbentem manu Carolum Ducem levare, dicta redditaq; salute, reliquis item vltro citroq;, quibus ille honos deberetur saluere iussis, postquæ iterum equos inscendere iunctoq; gradu ire, ac eos sequi filius imperatoris & Turcæ: post hos, vt cuiq; nobilitas vel generis claritudo erat, ingens numerus vtriq; buccinatorum: sed data Duci ab Imperatore hæc dignatio, vt sui primi agminis essent, ac tuba sonitum ferrent. Præcedere pro Ducis numero ditionum caduceatores, nescio an Nomenclatores dicam, Gallorum vulgus Hiraldos vocat, genus hominum, Gallis, Germanis ac reliquis ad Occidentē, at non Italiæ perinde cognitum. Genus, nobilitatem, decus, atq; insignia familiarū hi internocione metiri, & quicquid in quaq; re honeste turpiter dictum aut factum: Sacrosancti in pace, honorati bello, etiam sæuissimo. Libertas ijs summa dicendi, ausis quoq; mensas adire regum, resupinare panē quod summæ ignominiæ daretur, & cultello mappam diffindere, aliisq; dedecorosis notare viros, principes. Sed hæc vt alia pleraque in vitia procliuis posteritas, magna ex parte neglexit. Hodie tamen, vetustæ venerationis nomen magis, quam apud nos eorū authoritas permansit, hi vt diximus, præire, & cuiusq; ditionis cum nomine insignia ferre. Gladium Dux maiori, quod par erat, potestati, imperatori submisit. Videre erat cuncta maiestatis & opulentiæ plena, clangentes tubas, funalia flammantia, facesque lucentes. Audiri hinnitus creber equorum, populique concursu strepitus, nihil non ex Ostro atque auro mirantis. Quæ tamquam exposita spectaculo ad se omnium aures atque oculos convertere. Vestis imperatori ex textili auro profusa, colla tenus replicata, perque humeros Turcarum more sparsa, limbo manus circumac pedes ingentis precii margaritis picturato. Ipse grandis tametsi natu, solita & vitenti est visus esse iuventa. Dux quadraginta circiter annos natus, ipso xtaris robore, in medio fortunę ac glorię cursu, armis se totum texerat, fulgente desuper chlamyde vnione,

Gelrus imperat.

Cancellarium ponit.

Regis nomen ambit.

Conuentum ad hoc indicit.

Metenſibus acriter respondit.

Itinerantem Imperator anteuertit.

Hiraldi.

Car-

Carbunculo, Adamante, parcissime ducentis milibus Scutatorum æstimatis. Filius Imperatoris Maximilianus egregia forma adolescens, decimũ octauum annum agens, & pro ætate paternæ felicitatis atque fortunæ capacior amictum ferre sanguineum intertextum argento. Turcæ filius, bello captus, quod cum imperatore Trapezuntio pater gesserat, quo Pontifex Fridericum donarat, auream figuratam, crine nodoso instar Sarmatum, hotride & minanter intuens. Quos sequi ex ordine infiniti, quorum alii Duces, alii Comites, & nomina hic recensere esset perdifficile. Cæterum illud tantum sexcentos prope Treuiros equites, aut opibus aut dignitate præcipuos, veste viriusmodi rubea, magna cum ostentatione obsequium suum iactasse, atque imminentem forte metum præuiis eiusce modi officiis cauisse, Imperator & Dux quantum erat ex vultu coniicere, iter blande emetiri per mediam vrbem ad vsq; forum, vbi paulisper cõsistere, & ambo contendere, qui alterum deducat domum. Renitente vtroq; ardentissimo amore inuicem valedicere, separatimq; discedere. Imperator in ædes altas atque amplas, in prospectu fori: Dux ad D. Maximini extra vrbis muros. Postridie quã prandisset Dux iamdudum se operientem abit conuentum Imperatorem, qui stare forte abaco innixus, meditabundo similis, & cum aduenisset, prosilire in medium atrium, humanissime salutare, atque apprehensum dextra in conclaue introducere, admisso etiam ad colloquium eius Cancellario, sed qua de re incertum. Vbi id satis illi visum, circumlatum ex more vinum, & bellaria, discessumque frustra Imperatore annitente, Carolum reducere. Postero die Dux Imperatorem reuisere, abducereque ad D. Maximini purpura indutum intertexta auro, at hic præter pileum Ducali veste splendebat. Filius Maximilianus Damascena viridi. In Comitatu tantum texti fabrefacti auri erat, quantum hoc seculum fuisse ibi diffidat. Ingressi conclaue Imperator vnaque Episcopus Moguntinus, secretorum Cæsareæ maiestatis custos & arbiter, atque ipse Dux eiusque Cancellarius, vbi Moguntinus nomine Imperatoris referre, de Christiana Republica, quo in loco, & quam in difficili statu esset, tum de maioribus Ducis eorundemque splendore non solum, verumetiam Caroli egregiis factis, eumque hortari, vt laboranti opem ferat, pro tanto animi sui vigore. Pulcherrimum hoc incæptum, idemque tutissimum fore, extra fortunam, supraque liuorem. Quippe in quo aduersa, reprehensione, secunda, carerent inuidia. Eiusce modi Moguntinus multa quum dixisset, Dux responsioni poscere capaciorem locum. Concessum in cænaculum grande, aulæis appensis, exactissimo opere Alexandri res gestas exprimentibus. Nam qui curas studiaque eius intime norant, narrare nullius æque ac huius semper facta admirari solitum. Itaque Cancellarius purpura villosa magnam inter principum frequentiam in Caroli gratiam primum orationem Moguntini recensere: Dein, beneficia Philippi patris, abunde in Ludouicum regem Franciæ collata, ex quo profugum errantemque hospitio excepisset, atque regno restituisset, præter tot bella, quæ pro illo administrasset & composuisset. Quam in rem multa alia amplissimis verbis is tum commemorare. Postremo dicere Carolum communem Christianorum vicem dolere, & recens acceptas Reip. clades grauissime ferre. Qui etsi nihil arrogare sibi, in illa tam florentissima principum multitudine, vt se eum esse putet, qui vel auxilio res firmare posset aliorum, vel auctoritate commouere mentes debeat, effecturum tamen pacatis prouineiis, rebusque populi saluis, vt nemo in ipso quicquam, præter succession felicitatemque desideret, intelligantque omnes, nec sibi viro ad hanc rem animos, nec principi opes, nec Christiano religionem defuisse. Facto dicendi fine, pariter ab reliquis Carolus & Imperator secedere, & mutua multa atque arcana habere inter se colloquia, quamquam non sat inter illos conueniret, de Maria in matrimonium filio Imperatoris Maximiliano locanda. Gliscebat Imperator, quod vehementer ardebat Carolus, eum vicarium imperii creare, si ante nuptias admitteret: sed Dux præsumere procurationem volebat, sponsione facta, se de nuptiis ex communi sententia acturum. Procurationis munus erat, imperio ablata hostibus eripere, & ad priscam Romani principatus maiestatem redigere. Ingens materia & audenti & felici. Loquutum etiam ferunt, de regnis Frisiæ & Burgundiæ sibi cõstituendis, quæ auidissimis auribus ac cepta, visus, non tã negare Imp. quam dissimulare. Cæterum Carolus indies spectacula ludosque edere, certaminisque simulacrum equitum hastatorũ reddere, magna dapsilitate, fulgoreq; armorum. Maior Imperatori esse clarorũ virorum numerus atq; nobilitas, apparatu vero & splendore rerum Dux longe profusior. Æmulatio videri inter ipsos poterat, vterq; enim mẽsuræ suæ oblitus, ille inuidere minori, hic cõtemnere maiorem. Ne tædio sit lector, si his attexam epulum, luxu & lautitia maius quam æstimari queat, quod Carolus Frederico fecit, qui venire ad D. Maximini veste aurea fusca, ac cruce non minoris artificii quam pretii

Seorsim colloquuntur.

Carolus epulum Imperatoris.

circum pectus pendente, vbi excipere eum Dux amictu aureo, vnione adamanteque rutilante, quaternisque fissuris, vt perisc elis aurea crus cingens, peculiare ordinis Anglici insigne, per eas videri aperte posset. Itum primum ad sacra in templum aulæis ex textili auro inuestitum, pulcherrime gesta ad Troiam exprimentibus. Videre ibi erat ara stupendo ornatu fastigiata, simulacris argenteis D. D. Apostolorum aliisque item sex aureis, ac quatuor & viginti argenteis, humani cubitus. Prætereo Cruces decem quibus Saluatoris imago affixa quarum sex aureæ lapides pretiosos ferre reliquę argenteę: Candelabra sex, duo auro obducta, reliqua argentea, Angeli quatuor ex auro puro, humani brachii, quos inter eminere ex auro lilium lapillis admirandis, cuius parcissime erat æstimatio ducentorum milium florenorum. Inerat in eò adamas altitudinis duorum cubitorum, clauorumque vnus salutiferæ crucis. Diuina re peracta properatum ad epulũ est. Aulæa suspensa, historiam Gedeonis iudicis Israhel spectantibus ostendere. Abacus ibidem ingens ad admirationem positus, altus gradus decem, poculis aureis & argenteis elegantissime cælatis refertissimus. In eo septuaginta Cyathi, Pateræ vndetriginta, Crateres centum, bellissimis lapidibus, Cymbia sex, Malluuia duodecim aurea & argentea. Monocerotum cornua sex, cubitorum quinque. Sportula colligendis fragmentis argentea. Amphoræ sex magnæ capacitatis argenteæ, Triclinio tres mensæ stratæ, exquisito apparatu. Prima accumbere, Fredericus Imperator, atque ipse Dux, Maximilianus imperatoris filius Austriæ Dux, Adulphus Archiepiscopus Maguntinensis, Iohannes Archiepiscopus Treuirensis, Ludouicus Antistes Leodiensis, David Traiectensis, Stephanusque Dux Bauariæ. Altera, spatio aliquanto remota, Georgius Antistes Metensis, Carolus Machtius Margrauius Badensis, Legatus Margrauij Brandenburgensis, Turcæ filius, Hugo Montfortius, atque Adulphus Comes Nassouiæ. Postrema, Euardus Comes Sconenbergi, Albertus Badensis, Legatus Sigismundi Ducis, Otto Comes Henenbergi, cæteriquę. Inseruire magnates duodecim veste ex auro textili, totidemque Hiraldi, quos Tubicines præcedere. Paropsides, patinæ, lances omnes vel aureæ vel argenteæ trifariã date omne genus dapis opiparæ. Post bellaria triginta pateris auro gemmisque rutilantibus apponi omnifariam aromata supra suaue redolentia, quorum parcissime prima æstimata sexaginta florenorum milibus. Atque hęc quidem nos hactenus.

Epulum prabet.

Post quæ Carolus, negociis suis cum Imperatore peractis, prouincias reuisere, longa pace otioque florentes, quippe externa semper haud domestica bella gesserat, quando Mechliniæ Parlamentum instituere, prouinciarum loci medio. Delectos Senatores duos præter triginta, quorum octo sacri, aut pontifices aut Dynastæ, innocentia religioneque probati, duodecim principes genere illustres. Cæteri Iurisprudentiæ doctores, authoritate, consilio, & sacramento ius cuique suum tribuentes, non amici personam induentes, vbi opus est iudicis. Præsidere ipse Dux triduo pileo Ducali omnibus se conueniendi potestate permissa: quo ferme tempore parentaret Philippo & Isabellæ iustaque funebria iis Diuione persolueret, & clauderet ambos fusili tumba ænea rari artificii. Neque tamen eius animus ita erat lassatus bellis quin nouis se implicaret, magno sui suorumque dispendio, dum Roberto Archiepiscopo Colonienſi aduersus clientes, pro animi magnitudine suppetiari Nam primum Colonienses atque Nouesios per legatos monere, Roberto vt pareant. Dein quum frustra id fecisset, Nouesium ire obsessum. Oppidum est propter Rhenum mediocri magnitudine, duplici fossa ac muro, validis propugnaculis, D. Quirini martyris exuuiis celebre. Ciues itaq; obsidionem latuti, vrbem magis munire, machinas circumdisponere, commeatum omnem importare, & Hermannum Lantgrauium Hassiæ, recipere militari præsidio. Aduenire quoque duci, præter mercenarias prouinciales copias, ex Anglia Eduardi regis auxiliariorum sex milia Venetorumq; milia octo. Cum Fridericus Imperator scribere Carolo, vt ab armis desistat, nec consilio, nec opera vel impensa Robertum adiuuet, imperii esse asseuerans Reipublicæ discordias pace passim sopire. Quocirca si ab armis discedat, facturum se principe dignum, sin minus religioni & tranquillitati Reip. Christianæ, maxime Imperiæ maiestati atque pontificiæ authoritati derogaturum. Rescribere Carolus. Augusta tua maiestas Imperator, quæ per Orbem longe lateque volitat, monet me, vt ab armis desistam, idque non solum vtile fore Reip. verum etiam Romano pontifici acceptum. Ego arma hæc haud temere sumpsi, sed pro iusticia & æquitate, quod reprehensione vacat. quippe cui amore & necessitudine sim deuinctus, eius dignitatem atque innocentiam armis tuerian non enitar? suffragio probati, à pontifice confirmati, & in regalibus à te asscripti. Hunc defendere, qui vnus nec postremus imperii est, si iniuria & iniquitas iniurius & iniquus omnibus videar. Factiosa resp. Colonienſium. Vbi inducias mihi cum rege Franciæ factas, casuras suspicarentur, bellum que vndique instare, coniurare in mo

Parlamentum instituit.

Nouesium obsidet.

Fredericus ad Carolum.

Responsio Caroli.

in me cum principibus aliquot superioris Germaniæ, ex quo Treuire amicis animis « discessimus, vt si mihi bellum cum Franco fuisset, quod certum atq; exploratum est, illi « pone tergũ hoste liter ditiones meas inuasissent. Cætera grauiora hic non prosequor. Ar- « ma sumpsi fateor, non vt pulcherrimum imperii hoc membrum vendicem, aut officiã « principib. Electis, cuius falso insimulor, at pro afflicta ecclesia, principe Electore per vim « oppresso, deniq; Imperii maiestate, amplitudine, decore, iustitia, equitate. Si tua maiestas « me malit pace quam bello agere aut tranquillitatẽ Reip. Christianæ exposcit, haud de- « buisset in me atq; Colonienſem, Landgrauiũ Hassiæ mittere, multo minus imperii vrbes « omnes concitare. Nõ est, qui me, me, reip. tranquillitate mage cupiat, aut promptior pro « ea vires suas effundat. Itaq; neutiquam lacessito dandum culpę, si quid modo damni res- « publica acceperit, quod iure gentium vi vim repello, ac nemo iuste poterit prohibere. « Valeat tua maiestas & regnũ sacri Imperii: ẽ castro contra Nussiam XXVII. Augusti anni « M.CCCC.LXXIIII. Post hæc Carolus arctiore Nouesios obsidione claudere, at ciues, fir- « mitate loci freti, in eius castra crebro irrumpere, militari inde manu germanos plurimos « captiuos trahere, ac cædere quicquid vel Anglorũ vel Longobardorũ inuenirent. Cur Principẽ Humbercourti ad vrbis præfectũ Carol. literas mittere, quas ne lectas ille flam- mis exussit: qui Iudificatus iussit præcones per stationes proclamare, vt crastino vrbem capturi omnes in armis essent. Pugnatũ diu mutua cæde, his infestè muros subeuntibus, illis pertinaciter eos tuentibus. Nihil laxamenti vtrinq; dari militi, sed continua fieri re- percussio & oppugnatio. Discessũ tandẽ æquo Marte, ambob. gloriã & laudẽ inuenien- tibus. Itaq; Carolus cognita ciuiũ pertinacia castra propius admouere vrbi, fossa vallóq; munita, vt appareret nõ inde quã deuicta vrbe discessurũ, etsi hoc quoq; faciendo nihil egerit. Nã ciues prius extrema pati quã facere deditionẽ decreuissent. Et iam bruma ap- peterе, cũ Dux papiliones & tuguria atq; diuersoria vicatim figere, vt castra ciuitatis spe- ciem haberent. Nam, quod dixi, omnia prius tentare constituerat, quam non victor inde discedere. Interea de Imperatoris exercitus aduentu factus certior, de supplendis copiis Carolus cogitare, literasque ad prouincias mittere, quibus confestim exire frequen- tes atque validissimæ, & venire ad eum cum præfectis. Acceleratе quoque ad Ducem Daniæ rex cum N. Apostolicæ sedis legato, vt pace & fœdere bellum auferrent, verum dum ille contemnit, hic ius suũ tueri quærit, exasperatis animis, post triginta dies castris re infecta abiere. Iamque obsessos fame laborare ex captiuis Dux acceperat, viuere la- ticiniis, carne equina vesci, sale ciborum condimento ac reliquis multis ad vitam ne- cessariis carere, Nihilominus Imperatoris principumque Alemannorum sperare auxi- lia, & ne viderentur trepidare, ciues ausi Carolum voce ac clamore incessere, cũ ob cæli inclementiam, nulla amplius oppugnatione ille eos territare, sed in castris propter vrbẽ degere, ratus se vrbẽ qua nulla necessitas maior, fame fracturũ. Itaq; stationes ac diurna nocturnaq; cætera munia, in armis agere, præsidia fusius locare, mœnia, turres, propu- gnacula, tormẽtis, saxo, telis, ciues opplere, cum Ver oriri, quo solum duresceret, atq; inuia vniuersa pervia fiunt, & nõ cunctandũ ratus, Carolus Nouesium bellicosissimo impetu aggredi. Vrgere tormẽtis, vrgere iaculis, tentare omnia, & vbi maxime animaduerteret incustoditam vrbem, maiore incumbebat manu. Hos pudor, illos spes vltima armare. Sic pugnantes, nox diremit. Sequenti die, & tertio & quarto acerrime vrbs impugnata, pars mœniorum machinis disiecta, munimenta per gyrum aut lacerata, aut igne exusta, ac miles sub vallo statiua habebat, vt ne caput quidem tuto exerere ciues possent, & de rebus desperarent, foris hoste, intus, fame & calamitate vrgente. Imperator quod om- nino vrbem laborare cognouisset, Colonia properanter magno cum exercitu, haud procul Nouesio castrametari, quem sequi principes Imperii Electores, Archiepisco- pus Moguntinus, Dux Saxoniæ, Margrauius Brandenburgensis, Lantgrauius Hassiæ, Marchio Badensis, Antistes Monasterienſis, præsul Eustachiensis, præter infinitos Comites. Cæditur imperatorem supra sexaginta milia armatorum in exercitu habuis- se. Carolus inuicti animi, vt fieri certior, imperatorem acie velle congredi, visus gestire lætitia præfectis, vt ex vultu Ducis victoriam sperarent, quum lustrans copias eas in sexdecim turmas diuideret, & ante pugnæ periculum pro concione diceret hunc fe- re in modum. Si quando alias pugnacissimi commilitones, maxime vobis hodie est « nauandũ; estote virtutis pristinæ memores, qua toties mecum eximia cũ laude egregiis « præliis estis defuncti. Annum ferme hic desidemus, castris propriis septi magis quam « hoste, quod pudet ac tædet. Gaudeo iam nobis pugnandi oblatam occasionẽ, & talem « quidem, quæ in campestribus explicare aciem monet. Adest imperator cum omni Ale « mannorũ strepitu à nobis iamdudũ expectatus. Faxit eos Deus experiri vestras dexteras « vincere suetas. Quid Belgæ, quid Getmani valeant ipsi cum strage discant Ne vana vos «

Nouesium oppugnat.

„ terrent nomina Gentilitia Germanorum, quæ mage vobiſcum miret ac metuam.
„ Quippe haud illuſtri ſtemmate maiorum, ſed virtute ſed armis victoria comparatur: ne-
„ que nobilitas quicquam poteſt, vbi inuicti animi fortitudine eſt opus. Hic hoſtem pe-
„ tit, hic intrepidus in periculis verſatur, hic cuneos perfringit, hoſtem fugat atq; proſter-
„ nit, huic, inquam cedunt omnia. Quid Tyrones aduerſus Veteranos, imbelles aduerſus
„ militares, degeneres, aduerſus exercitatos animique inuicti. Tergora daturi ſat ſcio, nec
„ loco diu in acie conſiſtent. Meo ductu, meis auſpiciis hoc prælium capeſſite, quod om-
„ nes victorias noſtras atque labores confirmabit. Diſſipate hoſtes, contundite, debellate,
„ pugnam haud fugam, audaciam haud deditionem meditemini. Præſtat enim glorioſe
„ in pugnamori, quam apud hoſtem vile ſcere. Pluribus agerem, nicertum & exploratum
„ eſſet, iam vos ſpem victoriæ concepiſſe, ac in dextris toties, victricibus repoſuiſſe. Flexe-
„ rat hac oratione Carolus militum animos, proclamantium, claſſicum caneret, & quo ſe
fata traherẽt Ducis, ſequuturos. Qua eorum voce tam læta accepta, Carolus equo exer-
citum præteruectus, fulgurantem gladium per aera vibrare, animoſi ſui pectoris virtutẽ
militibus oſtentans, ſimulque caſtris Imperatoris appropinquare, intra vallum ſe conti-
Prælium inter Imperatorem & Burgundii. nentis, pugnamque detrectantis, quamdiu non occaſio illi daretur. Igitur poſt horas
octo quam ad ea venerat, vt vallo Imperatorem eliceret, Carolus arte fugam ſimulate,
quem è veſtigio Imperator fugientem inſequi ſignis militaribus expaſſis. Conſeri ceptũ,
Eminus primum: Dein, vbi pila manu excuſſa, cominus. Tum vero ſolum ſanguinis
multum haurire, plurimiq; vtrinque periclitari, vt reciprocatione contuſi gladii procul
exaudirentur. Tandem Germani poſt variam ſuorum ſtragem fœde fuga totis campis,
palare, ac immaniter cædi, ad vallum vſque ſtatiuis ipſis *in quibus imperator* latereter,
quando receptui ſignum tubicines dare, induciaſque pactus legatum mittere Apoſtoli-
cum qui cum Carolo de pace ageret, quæ tota ferme pro arbitrio eius ceſſit, nam ea ob-
Nouæſii obſidio ſoluta. tinere tum Dux, quæ ante bellum non poterat. Itaque Noueſium vrbs liberata, tan-
tæque molis bellum ſopitum. Finierant per id tempus induciæ inter Carolum & regem
Francorum, quum ille Artheſiam & Burgundiam depopulari, receptis earum aliquot
vrbibus. Et ex conuentu Eduardus Carolo ſuppetias mitteret, claſſem viginti milium
armatorum, quæ per Caletes eſſet in Normanniam ineurſura. Qua de re Ludouicus
metu admodum percelli, & per legatos orate ab Eduardo pacem. Conuenire reges pro-
pter Propigniacum ad pontem auctum in hoc bino appendice, quem paries interſeca-
re, haud latioribus cancellis, quam vt dextras per eos iungere, & ſalutationis officium
vterque complere poſſet: vbi varie colloqui, admiſſis vtrinque centum viris illuſtribus
Pax inter Anglum & Francum. arbitris. Quibus dein abire iuſſis pacem atque concordiam ambo amplecti: vt Eduar-
dus gnatam Ludouici filio deſponderet, inque dotem Normanniam acciperet, atque
ipſi inſuper rex quinquaginta milia aureorum annua perſolueret. Cum Carolo nihil
agi tum potuit præterquam nouennales induciæ inter illos conſtitui. Interea ſtudere
Dux, quod Gaguinus narrat, per mercatorem veneno regem tollere, fides penes autho-
rem ſit velim, cum nemo noſtrum id credat, etenim ferro prius in hoſtem quam vene-
no vtimur. Poſt huiuſcemodi inducias Carolus Lotharingiæ Ducatum armis vendica-
re, quod Renaldus Comes Vademontenſis, Lotharingiæ Ducis iampridem defuncti
hæres, æs alienum, centenorum milium leonum aureorum in ſe recipere noller, & cum
Noueſium obſideret, ipſe atque Heluetij hoſtiliter per Burgundiam eſſent graſſati. Ita-
Carolus armis Lotharingiam vendicat. que viritim delectu habito Lotharingiam ferro flammiſque peruadere, multiſque oppi-
dis caſtriſque quam deditione tam vi potiri, nemine prohibente. Quippe Repaldus ad
reſiſtendum impar in Franciam abierat oratum auxilia. Nauſium quoque vrbem regio-
nis primariam & munitiſſimam, poſt nouem hebdomadarum obſidionem, eiues fa-
Nauſium deditione accipit. me, variaque oppugnatione periclitantes Duci tradere, pacta vitæ rerumque incolumi-
tate. Sic paucis diebus in Caroli poteſtatem haud magno negocio Lotharingia peruе-
nit. Qui acerrimi ingenii & ad munia obeunda belli aptiſſimus, non ſatis habere, viciſſe,
& blandientem fortunam ſequi, exercirumq; in fines Eluetiorum ducere, Burgundiam
atque Sabaudiam iampridem vexantium. Cum ad Carolum venire quæſtum eorum
Oratio Eluetior. ad Carolum. legati, nulla affectum iniuria in eos hoſtilia exercere. Seſe Alpinam eſſe gentem re-
rum omnium egenam, ſuis finibus contentos quod montibus ſepiantur: hoſtem nun-
quam admittere, imo calamitate atque iniuria laceſſitos, pro genuina eorum ferocia
nullam militiam detrectare, in patria pro patria, aut vincere, aut in veſtigio emori pul-
chrum ducere, nil de fuga meditari. Quocirca dum integrum eſſet, de belli diſcrimine
conſultaret, & an vellet, pactione potius quam bello agere: alioqui ſalutis deſperatione
accenſos, quacunque queant vi, illatam vim propulſaturos. Quibus contemptis Caro-
lus id tantum dare reſponſi, prælio decertandum, quod non, niſi laceſſitus bellum iis in-
ferret.

ferret. Quibus nequicquam animi perculsi Eluetiorum, aperto campo ire in hostem, tali impetu, vt fugientibus suis, Carolus, vix eos sustineret. Itaque fusus fugatusque decem milia suorum amisit. Victores Eluetii.
Castra eius direpta, impedimenta, sarcinæ, tormenta bellica maiora omnia ablata, vsq; ad ignominiam. Recipere quoq; Eluetii Gransonē, binasq; arces, quas Carolus pridem eis abstulerat, vbi duodecim suorũ ac quingentis solutis totidẽ hostium cæsis haud nouis sed iisdem innectunt, patibulisq; affigunt. Carol. autẽ in Lotharingiã tum fugere, quũ nouo milite & pecunia refarciẽdis copiis opus foret, mittereq; Guielm. Gonnettũ ac cum eo alios vndecim authoritate multũ apud populum pollẽtes, inde in Flandriã, sextam bonorũ petitũ; verum populus dicere, si receptos illi haud esset, haud defore se Duci, cæterũ ad id genus belli non videre, cur debeant aliquid, aut velint conferre. Quæstores quoq; iniustissimis exactionib. Hollandiã tum cõpilare, ne à clero abstinentes; quod magnũ haberi nefas ac dedecus. Quare reparatis vtcunq; copiis Carol. Moracũ in Eluetiis obsidere, quo Renaldus accurrit, cui Nansium abstulerat, suppetias iis laturus. Eruptione ex oppido facta præsidium Lotharingo se iungere, simulque adoriri hostem, & Romentone Duce exercitus, in Ducis castra penetrare, quum sisterẽ ante suos Carolus nequiret, quam loiguam fuga peruenissent. Spolia castrorũ, gratiarũ haud immemores Eluetii Lotharingo integra permiserunt. Idem Nansiũ præsidio ducentorũ ac mille militum firmatum recepit. Ita Carolo nunc omnia aduersa, & quem blande prius fortuna esset amplexa, grauius cæpit allidere. Habebat Ducem grandis animi indignatio, quam etiam voce prodere, graue sibi accidisse a tantillo vinci principe, qui toties Ludouici vires sustinuisset. Itaque furens, nec cuiquam suorum auscultãs, alienissimo consilio annique tempore Nansium recuperandi gratia Dux ire obsessum, quem Portugalliæ rex nisus flectere vt de ineunda pace potius illi persuaderet, verum iram in illo animi inflexibilem nullo pacto lenire potuit, vrgentibus eum fatis. Et iam Nansium extrema pœne fame laborantem deditione ciues Carolo tradidissent, nisi faralis eius dies adfuisset. Habebat in castris Dux è Longobardia Comitem, si non nomine, cognomento Campobassum, qui pro innata animi perfidia siue largitione corruptus cum nonaginta equitibus Carolum deserere, inque Franciam se proripere. Fama est, hominem à Duce iniuria aliquando affectum, nam importunius stipendia postulantem alapa & minis ab eo acceptum, cui Ludouicus rex obuiam mittere, quo proditionis maculam caueret, nunciatum, ne ad se veniret. Itaque is confestre se ad Renaldum Lotharingiæ Ducem, & quid moliri Burgundus, & quo consilio bellum gereret illi exponere. Atqui Carolus iam duobus præliis inferior, amissa magna veteranorum Tyronumque multitudine, exercitu vtcumque recuperato, etsi dura hyeme, sub pellibus propter Nansium degere decreuit, melius ratus, constanter mortem oppetere, quam inde cum ignominia abire, cum milites partim inedia, partim gelu ac frigore, nec animos, nec robora prisca gerere. Coacti tamen Ducis fortunam sequi. Etiam suprema Caroli fata instare, vt nulli fidens cuncta ex præcipiti solus agere videretur. Interea Renaldus, cum suis atque Eluetiorum copiis itinere Varengeuillam nanciscit, ac postridie in Carolum exercitũ ad Nouam villã instruere bipartito agmine. Aliud ripam fluminis legere, aliud per viam militarem Nansium versus ordine progredi: Atque Duci instructa multo ante stare acies, speranti, se Eluetios, via publica gradientes, tormentis maioribus bellicis impeditorum. Sentire id Eluetii, ac sinistrorsum tum illi ad proximum collem se conijcere. Fertur prælium plus biduo ab hoste protractum quo per vigilias nostris vires mage attenuaret. Campobassius proditor Caroli.

Itaque tandem mittere Carolus in Eluetios duo agmina equitum, Duce Iacobo Galeato Italo & Iodoco Laleno, sequente numeroso peditatu. Sed Eluetiorum tormentis ilico pedes noster in fugam versus. At agmen quod Galeotus ductare, ab his qui secundum flumen venerant vniuersum pene deletum. Ad hæc pontem indo haud procul distantem transfuga Campobassius occupauerat, cum fugere omnes, ar effugere cædem perpauci. Quotquot se fluuio credere, submergi, reliqui totis campis palantes interfici & delitescentes in siluis passim incolæ crudeliter laniare. Ferox Lotharingus hostis tergo instare, nec cessare eum persequi, quam multa nocte.

Dein de Carolo sollicitus, nihil enim illo viuo actum putabat, ad Metenses scitatum mittere, num per illorum fines transisset, sed animo se pugnans labente equo simul occidit, tempora, femur, atque anum vulneratus. Post triduum corpus nudatum inter sanguinolenta cadauera reperiri, pratello propter riuum, agnitum per Baptistam adolescentem familiæ Columnensium Caroli cubicularium, & Matthæum Portugalensem Ducis medicum, atque Antonium

nothum fratrem. Multis diu apud nos mors Caroli credita non fuit, in eius reditum contrahentibus. Nam fama ire, incolumem in Germaniâ receptum vbi constituisset in solitudine acceptæ cladis cruciatu septenniũ degere: post autem reuersurum hostes vlturum. Accidit pugna qua cecidit pridie Epiphaniæ, anni M. CCCC. LXXVII. Humatus in D. Georgij, ad Nansium. Erat seuerus, vastique animi, bellicæ virtutis præstans, gloriæ cupidior, iusticiæ, diuinorumque egregius ac feruentissimus cultor, magnæque munificentiæ erga egenos. Rexit integerrime annos nouem, menses septẽ, dies nouem. Quo loci exercitus cæsus Renaldus Sacellum constructe, locareque in eo Sacerdotem perpetuum piis manibus bene precantem, lapideamque crucem, pratello, quo Dux occubuisset. Neq; diu moratus exercitum in Burgundiam atque Sabaudiam ducere, quã totam breui Ludouico deuicit cum Attisiodorenses etiam sequuti Burgundos, illi parere.

Epitaphium sequitur Caroli, schedula è Flandria ad authorem missum, præmisso epistolio, hunc in modum.

Dominus Andreas Flandrus & quondam concanonicus noster, dicere erat solitus, legisse se in Flandria Hos versus, qui in loco sepulturæ Ducis Caroli habentur scripti, quos tu si probabis historiæ tuæ inserere poteris.

Carolus loquitur.

Disce meo casu peregrinis parcere cautis,
Disce domum regere, disce domare tuos:
Non contentus agris, genitor quos pace Philippus
Auxerat, externus Carolus hic iaceo.
In me disce dolos fortunæ, prospera cunctã
Quæ mihi donarat, funera acerba dedit.
Ista legens & abire volens, dic, Christe benigne
Æternum famulo propitiare tuo.

ARGVMENTVM

LIBRI DVODECIMI.

Mariam vnicam Caroli Ducis filiam proceres Maximiliano despondent: Indignari Ludouicus, rex Francie, eam filio ambiens: ob repulsam bellum prouinciis infert: Atrebatum, Tornacum, Cameracum dedition accepit: Adulphum Gelriæ Ducem Tornacenses prælio caduni. Maximilianus mouet in Francos: congressus, vincit: Mahometes Rhodum insulam oppugnat: Ciuilia bella per Hollandiam repullulant: Iudocus Lalenus Hollandiæ præses, Wolfardo Verensi suffectus: Renaldus Brouchusius nocte Leydam inuadit: Iohannes Egmondanus Dordraco parua militum manu potitus. Maximilianus Gelriam sue ditionis facit: Hollandi Traiectini bellum indicunt. Amersfordienses ex insidiis cæsi: Ignominiosa Hollandorum fuga ad Nieuuerdam: Traiectinis verdenii diripiunt: Traiectinorum strages: Hollandi ad Nieuuerdam nuper propugnaculum amissum recuperant: Solotenus diruunt: Dauid Antistes Traiecto potitus: Hollandi D. Catharina occupant: Audax facinus Henrici Nieuueldii: Sub noctem in Traiectum intrat: Dauidem capit: Maximilianus Hollando milite urbem obsidione cingit: Sequuta oppugnatio: Albertus Comes Thoreliæ & Iudocus Lalenus Hollandiæ præses in ea cadunt: Vrbs se Maximiliano dedit: Maria Maximiliani vxor equo lapsa moritur: Calamitosa Hornæ expugnatio: Maximilianus Flandriam inuadit. Franci prodistione Oldemarum accipiunt. Carolus Dux Gelriæ, & N. Comes Nassouiæ ibidem capti: Brugenses custodiis Maximilianũ tradunt: Fredericus Imperator ferro acigne Flandriam vastat: Prouinciarum cura Alberto Saxoniæ Duci demandata: Franciscus Brederodius Roterodamum occupat: Ciuilia bella recrudescunt: Iohannes Naeldwicenus Scouoniam frustra tentat: Iohannes Montfortius Wordena arce potitus: Clandestina coniuratio mercenariorum militum ad Schiedamum: Cædes Delforum propter Ouuerschiam: Gouda ac Leyda nequicquam tentatæ. Clades Roterodamorum ad os Lacæ fluminis: Altera eorundem propter Goudam. Montfurtum Hollandi obsident: Franciscus Brederodius nauali pugna victus: Ab Iohanne Egmondano ictus telo moritur: Kinhemarorum motus: Repressi per Albertum Saxoniæ Ducem: Is Sluysam Flandriæ obsidet: Cum Philippo Rauensteno pacisciatur. Carolus Dux Gelriæ Francia domum redit: Albertus incursione Gelros lacessit: Philippus Archidux Iohannam Ferdinandi regis Hispaniarum filiam matrimonio acquirit. Quo tempore ita late morbus Gallicus serpsit. Fredericus

Badensis

Badensis suffragationem fert collegiorum: Per Frisiam seminata bella: Rhenam Cluenses expugnant. Fredericus Antistes late Frisiam depopulatus, Albertus Dux Saxoniæ, Frisiam Orientalem ab Archiduce Philippo in feudum accipit: Subiecit, Philippus ac Iohanna in Hispaniam proficiscuntur. Diadema ibidem regium accipit, reuersus in Gelros mouet Arnhemum, plureſq; vrbes Gelriæ vincit, Archidux Hispaniam renauigat: ibidem moritur, Gelrus bellum repetit: Franci Thenas Brabantiæ expugnant: redeuntes, Namurcenses intercipiunt.

PRÆFATIO.

HACTENVS diu multumque ſcriptitantem nec operæ nec impenſæ pœniteret, modo faceſſeret inuidia, atque hęc ipſa maleuoli boni conſulerent, vigilias noſtras contumeliis, labores obtrectatione, vituperantes. Coegit amor patriæ, noſtratia, ſcriptorum incuria ne dicam inopia, pæne obliterata, monumento hoc tali illuſtrare, prædicare, ac relinquere poſteris. Digna, me hercle, cauſa, à qua procul omnis inuidia abeſſe debeat. Itaque voluntas erit in laude, quum omnis noſter conatus ſit in caſu. Vellem quæ trado, eſſent enucleatiora, & Sandaracha melius perluſtrata. Quocirca ſi quiſpiam in noſtris ſcriptis quicquam errati offendet, is non me læſerit, imo gratiam à me inibit, ſi falſa reprehendens, vera in lucem edat, Veritatis enim agnitione noſtri reprehenſionem facile compenſauerit. Profecto non adeo mihi bellus videor, vt cenſorem vel negligam vel accuſem, dum ne plane ſutor, quod aiunt, vltra crepidam. Attamen longe optimum iudicauerim, vt qui nihil vnquam ſcribendo laborum, aut legendo voluptatis cæperint, neque hoc genus vigilias vigilarint, procul ab hiſtoria noſtra agant, aliaque ſibi oblectamenta quærant, vt ſit invidentia rarior, forſitan offam Grammaticis Diobolariis obiecimus, ne digladientur neue demorſitent. Vanum eſt aliorum rodere ſcripta, & auſu nefario ad omnia adhibere naſum. Improbus, ille, ait Martialis, qui in alieno libro ingenioſus. Nos quidem non ad Verborum elegantiam, verum rerum noſtrarum cognitionem illos inuitamus, ſi quæ tamen ad ſtrumam, & limam non ſatis, ſi quæ in iis erunt indiſcuſſa, ad incudem reuocentur. Sed in hac hiſtoriæ noſtræ minima particula, multa ſunt, quæ animum ab incæpto deterrent. Nempe difficillimum eſt omnibus morem gerere, ex omnium ſententia ſcribere, omnium ſuffragantiũ puncta promereri, præſertim in his quæ æuo noſtri contigerunt, atque ob oculos hominum verſantur. Inſitum namque à natura mortalibus, præſentia faſtidire, præterita amplecti & admirari. Quamobrem recentiora hæc vtcunque enarrata fuerint, reprehenſionem admittent, quatenus quique aut in amorem aut inuidiam propendet. Nos tamen noſtro periculo publicam famam redimemus, ſingula ſummatim perſequendo, ac vera narraturi ſumus, citra ambitionem aut vllius offenſam. Nam vt veritas mendacio nunquam contaminanda, ita nec omnino tutum principem in humanis adhuc, eiuſve facinora mendaci vero rodere, quod haud facile ſit, in illos ſcribere, qui poſſunt proſcribere. Monet Horatius, ne periculoſæ plenum opus aleæ tentemus, neve incedamus per ignes ſuppoſitos cineri doloſo. Cur mihi imprimis ſe offert Impe-

ratoria maiestas, quæ suo fulgore adeo animum perstringit, vt narremne an fileam, prorsus nesciam. Vnde tamen mihi tantum imprudentiæ tantumq; temeritatis, vt ausim, accreuerit, equidem admiror. Quis enim venerandam ac S. Cæsaream maiestatem, pro rerum excellentia satis vnquam ornare queat; quis, inquam, illam dignis præconiis laudet? aut eius facinora, feliciter, vt postulant, commentariolo describat, ita generosa, omnemq; eloquentiam exuperantia. Itaque non est præsentis instituti augustissima Maximiliani fortia facta omnia calamo describere, quæ pro magnitudine iustum volumen desiderent, verum ea maxime, pro ordine ac serie historiæ nostræ, quæ in Belgio egerit, tametsi narratu sint difficilia, ne dum prosequi, consentanea dicendi arte.

LIBER DVODECIMVS.

Maria & Maximilianus Dux Burgund. V.

AROLO ad Naussium cęso, ingens rerum fieri per prouincias motus: Quippe Mariam filiam vnicam Caroli, tantarum ditionum hæredem, factam iam nubilem, & Fredericus Imperator pro filio ambire vxorem, & Ludouicus rex Franciæ contendit, hic in regis fide & clientela perpetuo eam fore, quæq; possideret maioribus à Francis collata feodalia dicere. Ille sibi deberi eam promissione adferre, literis Caroli ostensis, huius rei causa plurimæ legationes acceleratæ. Sed magnatum prouincialiumq; animi, atq; Mariæ in Maximilianum propendere. Qua repulsa Ludouicus ira efferuescere, & hostiliter in Artheſiam, Veromandiam & Hannoniam armis irrumpere, aliquot vtribus receptis, inq; eius gratiam Guielmus Hugonetus Cancellarius, & Megani, & Hambercourti Comites, sub venationis specie niti Mariam rapere, inq; Franciam regis filio asportare. Sed in manifesto scelere deprehensos, & quod grauiora iam pridem in Carolum Ducem admisissent, Gandenses legibus ac iudicio damnant, capiteque publicè plectunt. Atrebates regi obtemperare nolētes obsidione premi ac crebra oppugnatione vexari, sed obstinatioris animi populus idēq; pugnacissimus, nullam regis vim vereri; imo furcis appensas albas cruces, in odium Francici nominis procul hosti visendas è mœnibus ostentare, significantes hoc ipso regem atque Francos suspendio dignos. Fuere etiam qui anum inspiciendam præberent. Tandem in concordiam itum: Atrebates fidem seruarent, regiq; sub potestate essent, fortunis saluis ac plebiscitis. Quamquam nec tum quoque ab opprobrijs abstinerent, nimis in Mariam propensi, quam illi ac numen venerari, vt ob admissam perfidiam in regem, capite aliquot damnati, temporis momento, quo gladio ferirentur, mori mallent, quam in gratiam regis vociferari, viuat rex & viuere, nec eo quoque cæteros demissiore animo fecit, quod magna fusi cælatique argenti copia multasset. Quocirca rex veteres vrbis incolas, in penitiorē Franciam abducere, nouosq; pro his tanquam in Coloniam introducere, appellareq; eam, mutato nomine Francesiam. Verum ad eorum inuictam animi fortitudinem superandam, regis vires prorsus nihil valere. Non enim diutius in fide manere, quam præsens regis metus eos coerceret. Admisere Ludouicum Cameracenses appositis legibus, cuius rei haud multo post eos pœnituit, pulso præsidio regio militari. Tornaco callide potitus cum Flandri vt quotidianas excursiones & calamitates cauerent, Adulphum Gelriæ Ducem vinculis laxare, & in militiæ principem deligere. Qui leuibus prælijs aliquot varie cum hoste gestis, dum subyrbia Tornacensium cremare nititur, mille ac quingentis adiutus sociis, conflictu interire intusq; capi, dignamq; se humationē atq; sepulturam accipere. Nunciata Caroli morte ne intestina odia recrudescerēt, Asellini & Hamati inter se pacisci, vt neutri magistratum ambirent, sed passim vtriusq; reip. esset æqua administratio. Itaq; à Maria impetrare, noua priuilegia, inter cætera ne quis aduena per Hollandiam aliqua dignitate aut officio fungeretur. Quamobrē Ludouicus Comes Wintonienſis, Dn. Gruithusæ præses Hollādiæ, aliiq; aliquot Flandri, remoti omnes, inq; præsidis dicti locū suffectus Wolpherdus Comes Grandisprati D. de Veris, tametsi Hollandi Guielm. Egmondanū postulassent.

Ludouicus Francię rex prouincias inuadit.

Atrebates obstinati.

Adulphus Gelria cæsus

Wolferdus de Veru præfectus Hollandia.

Pri-

Primates prouincię, qui vulgo Barones dici, & ad secretiora consilia admissi, N. Egmondanus, N. wassenarius, N. Brederodius, N. Senenbergius, N. Iselsteinius. At Iohannem Montfortiæ Burgrauium, licet plurima bona per Hollandiam possideret, contempsere. Quod ille pro iniuria accipiens, iungere se Traiectinis, aduersus Dauidem Antist. inde

D. Ghildens

succrescentibus miserrimis malis. Tumultuatum imprimis Goudę, Hamatis Cerdonum contubernia concitantibus, quæ administrationis rationem à Magistratu exigere, stareque at mata in foro per aliquot dies, idemque velle erat Dordracenorum. Qui etsi motus facile sopiri, Asellini tamen quam Dordraco tam Gouda cedere, gliscente Hamatorum numero, ne ciuilibus denuo armis implicarentur. Inter hæc tanta rerum molimina Maximilianus decem & octo annos natus cum quingentis equitibus in Gandauum ingressus, Mariam Caroli Burgundi filiam, sibi matrimonio iungit, quo decuit apparatu, magno applausu populi, cui ex vestigio Prouinciæ sacramentum dicere, quibus ille priuilegia atque plebiscita fore salua iurabat. Sustulit ex ea Philippum hæredem, Margaretham, & Franciscum in infantia morientem. Haud absre hic fuerit Genealogiam Maximiliani repetere, quam reor plurimos ignorare.

1477.

Genealogia Maximiliani.

Maximilianum Romanis maioribus oriundum, nullus antiquitatum indagator inficias ibit: quippe per Totilam Gothorum regem vrbe incensa atque funditus excisa, denuo à Belisario ítrequieto opere munita instaurataque plurimi senatores & patricij cum præcipua nobilitate, patriæ desiderio Romam redire, & quæ quique ante loca possedisset repetere. Proinde montem Auentinum qui è septem vrbis præcipuus, Parleones stemmate illustres, & potentia diuitijsque maxime pollentes tum quoque incolere, Comites montis Auentini nuncupati. Horum ex genere duo adolescentes, siue tædio seruitutis pontificiæ, siue seditionum quotidianarum, vltro exulatum abire ad Alpes vnus propter Lucernæ lacum prædia ac terras mercatus arcem ibidem condere, appellareque Auenburgum Auentini montis allusione, licet eandem nonnulli Alzburgum dicere, quod lingua Germanica, Alec, accipitrem denotat, qui olim dimissus cum præda eo monte constitit, vbi ex auspicio mox vrbs locata. Alter ex his præsul Arginensis erat. E priore natus Albertus, ex nobili eius regionis vxore, qui Rudolphum Imperatorem primum ex comitibus Alzburgensibus genuit, potentia familiam augentem, quod Frederico Duce Austriæ absque liberis defuncto, Ducatus ad Imperium deuolueretur. Qui Austriam mox dare filio Alberto, auitæ ditioni, Styriam, Carinthiam, portumque Naonis atque Marchiam adijcienti, hic factus Imperator plures gignere: Fridericum Imperatorem electum, infeliciter aduersus Ludouicum Bauarum pugnantem; Othonem, Rudulphum & Albertum Ducem Austriæ, qui matrimonio habere Iohannam filiam Ducis Alberti, Comitisque Hollandiæ, è qua is susćipere Albertum ac Leopoldum fratres: quorum Albertus, post Sigismundum Imperator factus, nam filiam eius Elisabetham vxorem duxerat, matrimonij iure obtinens Vngariam, Bohemiam, Dalmatiam, Croatiam, Styriam, Bulgariam & Valachiam, ex Alberto filio vnonimem Albertum habuit nepotem Imperatorem simul & Pannoniæ regem patrem Ladislai in adolescentia morientis. At Leopoldus Ernestum genuit patrem Frederici Imperatoris, qui ex Elionara filia regis Portugalliæ, Maximilianum susćepit iam imperatorem. Initio principatus armis passim perstrepentibus, Franciscque in Artesiam Hannoniamque hostiliter incurrentibus, qui vrbes aliquot vi recipere, haud segnis defecit, cum acto prouinciatim delectu militeque inauctorato ipse in Hanoniam proficisci, eamque breui recuperare. Ad eam felicitatem accedere Cameracensium atque Rouchinensium à rege defectio, Francis aut expulsis, aut omnibus interfectis. Inter hæc Eduardus Angliæ rex Ludouico polliceri auxilia, viginti milium armatorum, quibus Hollandiæ prouinciam occuparet & Iohannem Clarentiæ ducem nec non fratrem in vincula conijcere, quod sorori quæ Carolo Duci olim nupserat, præter animi sui voluntatem constituisset armis iuvare. Neque illi sat hoc visum, quin in Arnisii vini eadem præcipitatum fratrem crudelissime suffocarer. Adeo rara fratrum benevolentia, regnandi cupiditate accensorum, dum quique neque parem neque superiorem ferat. Maximilianus & Ludouicus, dum minus ambo fidei satis faciunt, atque ille dissimulationis integumentis insidiari, hic, vanis promissis ludificare conspiceretur, præliis aliquot varie commissis se mutuo fatigare. Nam Maximiliano, quam arte, tam vi Motinos tentante, vincereque non valente, præter eius spem Franci adesse, pluresque horas cum nostris dubie congredi, quamdiu non sustinentes patenti agro, eorum impetum, primum illi cedere, dein agmen centuriatim deserere, & in fugam se spargere. Iamque vicerant Franci, nisi incredibili animi constantia pedites cohor-

Eduardi crudelitas.

Maximiliani Francorumq; conressus.

tatus redire in prælium non modo, verum etiam, prædæ intentos submouere, Maximilianus persuasissет. Qua in re Romonto Comes non leuem operam præstitit: quippe ratos se victoria iam potiri, dum prædæ sarcinisque diripiendis nauarent, Francos intercipere, & terribiliter occidere. Itaque Maximiliani victoria licet esse videretur, quindecim hostium milibus cæsis, illi tamen non incruenta fuit, cum quatuor milia ex suis desiderare, & dextram eius Tornacenses petere, facereque iussa, & promittere Adolpho, Gelriæ Duci animas inferias, constructo in hoc Sacello, inducíasque septennales ipse atque rex inter se pacisci, fallendi consilio mage inuicem, quam ineundæ pacis. Hoc tempore Mahumetes Turcorum Imperator, terribili armorum apparatu Rhodi muris bis omnino succedere non sine ea potiundi spe, vt Rhodiensibus defensio esset tam laboriosa, quam hostibus oppugnatio calamitosa. Mœnia mille ac trecentis maiorum tormentorum bellicorum ictibus multories quassata, fide tamen & virtute propugnatorum sunt defensa. Cecidere ante ea Turcorum nouem milia, præter alia quindecim vulneribus debilitata. Contigit tum res omni æuo memoranda. In murorum fastigiis visa simulachra quædam hostibus, pro vrbis incolumitate stare, quibus inter oppugnandum vires eorum animique fracti, cæloque defubito fulsit crux aurea, ac Deipara virgo hastam vibrans, tum B. Iohannes Baptistes, cum numerosa diuorum manu, quod captiui retulere, vt cælesti mage Rhodus quam humana ope tum fuerit conseruata. Gelri quoque tum Maximilianum spernere nec sacramentum illi dicere volentes, tutorem prouinciæ accipere Fridericum Brunwicensem, crebris excursionibus, cum incendio, tum rapina ac præda, Brabantiam & Cliuiam vexantem. Sed qui Arnhemi oppido inglorius abscedere, ægritudinemque simulare, quod Guielmum Egmondanum inde non abitu rum facile speraret. Cuius in locum Gelri mox sufficere Henricum Episcopum Monasterienſem, quum Fridericus Iselstenus atque Guielmus Germanus Nouiomagum ingressi, nil tale veriti caperentur, & non absque tormentis triennium ferre pedorem carceris coacti, antiquis factionibus per Hollandiam repullulantibus, & admitti passim exercanda facinora, fierique cædes, proscriptionesque multorum ciuium, ac quid non impietatis. Principium tumultus fieri Wolferdi præsidis militum, ac Philippi Wassenarij clientum insolentia inuicem comminantium, cur Asellini Hagiense palatium vi occupare, & supellectilem Wolferdi præsidis diripere. Qua ille iniuria absens, factus concitatior, vndique fuæ factionis collecta manu Hagam properanter venire, epulantibus Philippo Wassenario atque Iohanne Egmondano, qui perculsi ad rumorem superuenientis, Leydam asylum capere, quamquam dimittente copias Wolferdo, redire hostiles haud sunt veriti, quum præses facili mitique ingenio, quod ciuilium armorum esset pertæsus, factionesque ægre conciliari quirent, prouincia, salubriori vsus consilio, discedere, inque eius locum suffici Iudocus Lalenus ordinis velleris aurei, qui prorsus proscriptos recipere, factiones conciliare, ac omnia boni præsidis munia obire. Interea Hamati Leyda pulsi, ad Maximilianum ire questum, & dum ijs redeundi facultas in vrbem negaretur, patrios penates vi atque armis statuunt recuperare. Itaque ascitis Traiectinis fortunæ vnius bellique futuris sociis, ducibus Renaldo Bronchusio, atque Henrico Nienveldio, Hyemis intempesta nocte, quando vniuersa gelu concreta essent, admotis scalis patriam citra cruorem illi recuperare, Asellinis tantum expulsis aut in vincula coniectis. Cæterum dum in ædibus vrbis publicis captiuos plures asseruarent, horrendum, è fomite incerti, pulueris vas tormentarii, accendi, magnamque partem ædium flamma absumere, & promiscue illorum quadraginta miserabiliter perdere. Ad quæ Maximilianus in Hollandiam itinere accelerare, ne huius exemplo cæteræ inamœnis vrbes ferrentur dissidiis, omnemque reipublicæ motum recognoscere fugientibus Montfurtum Renaldo Bronchusio ac Traiectinis, quos ille ad vrbis vsque portas cursu insequi, poscereque sibi eos tradi. Verum præterquam hæc frustra ab eo fierent, ciues etiam persensit bombardas in suos exonerare. Quamobrem Iohannis Montfortii feodalia, quæcumque per Hollandiam possideret, Maximilianus fisco rapere, & N. Volkesteinum Purmerenda dominio eius donare, quod post venditione ab illo Iohannes Egmondanus accepit, quo tempore Gorcomi excubitum agens, aduersus incursiones Gelrorum ibidem extorres Asellinos fouere is cæpit, facinusque moliri audax, tribus in hoc celocibus paratis, ac vna actuaria, qua Dordracum allapsum, prætor è statione nauium interrogare, quid mercium secum adferret, vbi fasces audit aliaque leuiuscula. nil mali suspicans ille introire, sed cuius vestigia cum armatis è concauis premere, vrbemque violenter occupare, Egidiumque Adrianum virum consularem verbis asperius

Romonto Comes.

Mahumetes Rhodum oppugnat.

Turcorum strages.

Fridericus Brunwicensis Gelrię tutor.

Cui suffectus Henricus Episcopus Monasterienſis.

Ciuilia arma.

Iudocus Lalenus præses Hollandię aurei Velleris. D. Montigni & Haultes.

Leydam Hamati capiunt.

1481.

Iohannes Egmondanus Dordracum occupat.

sc fe-

se ferientem, quod tam hostili animo in vrbem irrupisset, multis vulneribus confecere. Quo, è vestigio, cōfosso, inclamatum, quotquot suæ partis essent alba brachium fascia ligarent; quod quum omnes coniurationis conscij facere, cætera quoque multitudo ciuium metu hostium perculsa, idem sequi. Tum Iohannes Roderodamo euocare, quamplurimos Aselinos, Antonio præfecto, Ducis Brabantiæ notho, atque ferme ducentos custodijs asseruare, qui mox Hagam missi, à iudice proscripti: præterquam Adrianus prætor Dordracenus, & Theodericus Beaudmondus gladio publice ferierentur. Leydæ quoque Maximilianus Hamatorum alios supplicio capitis, alio exilio affecit, quibus hunc in modum pessundatis, solumque vertere coactis Aselini passim remunt publicam administrare. Post quæ Buscoducum se conferre Maximilianus animo domandi Gelriam. Atqui dum principes conuenire, dum exercitus colligi, ac cuncta bellica parantur: Nouiomagenses, Tielenses, Bommelienses, cæterique pacem amplecti, & sponte illi sacramentum dicere. Venloam imperium detrectantem primum excursionibus fatigare, dein obsessos, vitæ rerumque incolumitatem poscere abs se ciues coegit. Itaque Gelria potitus sine cæde & sanguine authoritate verendæ maiestatis, ad Buscoducum principum aurei velleris conuentum agere, vbi iussu Philippum filium, tres iam annos natum, Adulphus Rauenstenus equitem auratum creat. Quo anno Dauid Antistes Traiectinis bellum indixit, cui se promptissimis animis Hollandi iungere, vt aut Maximiliano gratificarentur, aut odio satis fieret, quo in eos ferebantur, dum occare hominum mentes hoc adeo solet, vt cupide magis quam iuste, in ambitionem & inuidiam propendeant. Hoc bello vtrinque tantum æris alieni conflatum, quantum nondum posteritas exoluit. Ductare exercitum Antistitis Fredericus Egmondanus Dominus Iselsteini, & Salmanasar cognomēto pusillus, à Rege, Vasconia pulsus. Vtrinque variæ excursiones factæ, pecora ablata, agri villæque incensi. Montfortiis ex vicinitate Iselsteni prædas auferentibus, eques Antistitis incumbit, viginti quinque eorum cæsis, cæteris fuga dilapsis; cum Fridericus & Salmanasar bipartito agmine Amersfordiam incedere, atque ille in insidijs latere, hic agros depopulari, quo ciues in se prouocarent. Qui non ferentes hostem pascentia sub mœnibus pecora abigere, audacius quam par erat, portis erumpere, prædam ijs excussuri: cum insidijs circumventi centum eorum cæsi, ducenti capti, & cum præda Doresta tum ad Dauidem tracti. Interea Traiectini validissimum propugnaculum ad Nyewardam erigere, milite commeatuque instructum. Venire hoc ex omnibus oppidis Hollandi oppugnatum, quorum octo milia fuisse commemorant, duce Ludouico Laleno Hollandiæ præside, & Alberto Comite Tschoreliæ, Iohanneque Rarstio, Margrauio Antuerpiensi. Deuicta Iutfasia, in propugnaculi seu valli obsidionem Traiectinis postridie tendentibus tripartito exercitu, Iohanne Montfortio, Zuedero eiusdem patruo, Vincentio Suaeusburgio, Guielmo Wachtendonckio & Theodorico Zulensi præfectis. Hollandi Antistitis exercitum rati, qui se breui ijs adfore condixerat, segnes atq; inexpediti, ad propugnaculum desidere. At vbi illi comperire hostem singuli salutis præsidium circumspicere, ab signis summo dedecore digredi ac separari, qua quemque spes aut metus impelleret, vexillis militaribus impedimentisque bellicis quæ plurima erant, relictis. Qua victoria elati aliquot suorum manipulos Traiectini mittere, Nerdenum occupatum, hi propter mœnia in insidiis se locare, subornareque suorum nouem, muliebrem sexum ementientes, diluculo oppidulum cum cæteris ingredientes, inque ipso portæ vestibulo tumultum excitantes, ad quem è latebris, reliqui erumpere. Itaque oppido potiti, ciuium quadraginta cæsis, diuites admodum facti supellectilis, & auri cælatique argenti, cæterorumque metallorum, superbe incolumes Traiectum reuerti. Nihilominus tum Hollandi nitentes priorem ignominiam virtute aliqua bellica superare, recollecto exercitu pertinacius Traiectinis instare, Emmenessum grandem pagum beneque munitum celeriter expugnare atque exurere, quamplurimis neci datis: adhæc, quotidianis excursionibus eos vexare, aut animose vlcisci hostem, aut mortem oppetere parati. Quo Traiectini animaduerso, Engelberti Ducis Cliuiæ filii pridie natiuitatis Christi in vrbem introgressi, quem Episcopii tutorem postulassent, auspiciis, portis certatim erumpere, animis vt pridem concipientes victoriam, etsi non eodem cursu fortunæ, quod antea victis, prisca rediisset virtus. Nam Salmanasar virgulto denso insidioso prætuectorum tergora premere, magnamque facere cædem, qualem haud minorem Hollandi à fronte, vt nullum ijs effugium daretur. Aut hastis fere omnes aut iaculis confecti. Videre erat passim per agros iacere hostium mutilata corpora, ad mille & quingenta interemptorum, horum primarii, Bernardus Euerdingius, Stephanus Zu-

Maximilianus Gelria potitus.

Bellum ciuile Traiectinos.

Cades.

forte, Selua.

Fugiunt Hollandi.

Traiectini cæsi.

lensis, Vincentius Zuaensburgius, difficulter fuga Traiectum pervenit, cum fœminarum vlulatus procul vrbe audiri, passimque intus dolor ac mœror esse, dum hæc fratrem, illa maritum, alia patrem, alia filium amissum deplorare. Capti insuper centum, se coacti graui ære redimere, quum differre bella, facereque pacem frustra vellent, nostrum animis in vindictam nimium propensis. Itaque bellum & calamitas indies gliscere, atque è Cliuia excire Traiectini decem milia armatorum, qui Hollandiam vexarent. Primum quidem illi obsidione Iselsteinum cingere, Dein, graui oppugnatione tentare, qua Hollandos perterreant, sed quibus octiduum post aduentantibus, validissimo agmine, fugere Cliuenses atque Traiectini per dissidium dispari via quando cæptum Hollandi iter emetiri, facereque statiua ad lutfasiam, Grunesteno potiri, soloque æquare, & cum peditatu Dauidis Antitistis haud contemnendo propugnaculum repetere, à quo pridem essent ad Nieuwerdam ignominiose depulsi. Quo exciso aquæ ductus quoque omnes aditusque vrbis præcludere, ne quid importaretur. Quare tanta annonæ facta caritas, vt pacem vltro Traiectini poscere cogerentur. Montfortius tes afflictas videns, fide publica accepta, Doresatum ad Dauidem venire, veniam admissi oratum. Ignouit is facile, sed si in vrbem proscriptos reciperet. Qui dicere, fieri id haud posse absque scito plebis. Itaque reuersus Traiectum ad D. Martini, dum magistratus in conclaue cogit, quidam primarij ciues, quorum præcipuus Iohannes Butendicius, leuandis malis animum adijcientes, quod iam cuncta pro deploratis haberent satisque sanguinis ærisque esset profusum, occlusis ita foribus, vt vllus egredi haud posset, verentes ne quidem è magistratu simultate aut odio occæcati perperam omnia interpretarentur, in forum excurrere armati, inclamareque quiqui pacis studiosi essent, ipsis manum præstarent, cum vndique adfore multi, vt in re noua ac trepida fieri solet. Concluſi, ad campanæ sonitum plebem excientem territi, dimitti se subinde frustra postulare, etsi eorum pars gauderet, tutos illic esse à plebe, cui odiosos se fingerent. Quare intellecta Dauid festinanter adequitare, factaque gratulatione pacem postulantibus ciuibus admittere, captiuos detinens Iohannem Montfortium, Theodoricum Zulenum, Gerardum Soudenbalchium, & Iohannem Nieueldium, in quorum tamen neminem animaduertit. Porro Hollandi contractis ex Hybernis celerrime copijs, Montfurti obsidionem cogitare, verum ne id facerent, suasione atque blanditie Dauid Antistes effecit: venire tamen lente eorum agmen, conniuente illo, ad D. Catharinæ occupandam, quingentis suorum in eam introactis, qui atque victores, victos ciues male acciperent. Quocirca Traiectini, inexpiabili aduersus Hollandum odio, cursorem mittere Amersfordiam, vbi Engelbertus cum suis latere significatum, vt quantocius aduolet, intempesta nocte præsidia Hollandorum simul depulsuros. Quod facinus is committere Hentico Nieueldio, homini impigro, audaci, manuque promptiori cæteris, captiuitatem Montfordii contribulis, reliquorumque miseranti. Præcipuam qui spem in Coriariorum fide tum ponere, quorum magnus erat numerus, fauoremque haberet. Quibus fretus Amersfortia cum paucis egredi, ad quos monte alto ita dicere.

forte Ryneſteno.

Dauid Traiecto potitur.

Hollandi D. Catharina occupant.

Tantum centum author memorat.

Cras Commilitones erimus Cræsi, quantumque diuitiarum libet, tantum erimus nacti. Traiectum occupare noctu mihi animus est, & ab obæsis Hollandis vindicare. Quis autem ferat, viros tot egregios, propinquos nostros in vinculis hactenus esse? Quid vincula narro, nisi mature subueniamus, forsan ad illius nothi libidinem eras diluculo omnes interierint. Patiemurne illos sine nobis perire? Ita nobis fortuna faueat, nisi pro ipsis malimus interire, quam ijsdem interemptis temporis minimum esse superstites. Itaque quin ipsos hostes armis atque consilio præuertimus, & cæde, cum captiuitate & fuga afficimus? Ita ego vobiscum & secundis & aduersis ero, vt de me querelam nullam habituri sitis, hac dextra, hoc ferro illi notho vitam auferam, Antistitem loquor, cuius maternum genus Traiecto nunquam non erit pudendum. At dicitis, pauci sumus, vos fortes estis, pauci hostes. Tota ciuitas aduentum nostrum expectat, obsaturata Hollandorum, ciuibus male abutentium. Arma si tantum ostendamus procul, vicimus. Adeunt statim in vrbem ingressis, densa Coriariorum examina. Equidem præterea nihil postulem auxilij. Ego dux vester ero, ego princeps anteibo aciem, hic ensis Hollandi sanguine stillabit. Sequamur vocantem fortunam, & spolia ab hoste ampla referamus. Tali oratione Nieueldius acuere manipularium animos. Itaque noctu vrbem ingressus ad forum recta fidenter tendere, cum titubare Hollandi, timorque eos primum capere, quod nox omnia tertibiliora redderet, ac sibi insensum ciuem cognouissent. Itaque fugam magis illi, quam pugnam meditari, etsi iidem tentare prælium & lethali sphærula icere Nieueldium; qui ad partē secedēs, eam sic cohortari. Non vos frangat vnius interitus,

Oratio Nieueldij ad suos milites.

itus, progredimini socij, victores estis, ac grande regnum introitis. Ita fatus moritur, quē ne in morte animi ferocitas destituebat. Eius morte vixit Antistes, cuius voce miles pedem intulit, victorq; euadebat. Nec ferme manipularium quisquā, præter Henricum occisus aut vulneratus est. Iohannes Ameiongius prætor vrbis, cæteriq; fautores Episcopi, præsidium reipublicę se aliquod adferre posse desperantes, retulsis portarum repagulis aufugere, Dauid Antistes, subita irruptione perculsus, stipulari cum Iohanne Montfortio, vt vtrius pars vinceret, alterius vitam tueretur. Itaq; decimo septimo die quam vrbe esset potitus Dauid Antistes captiuus Amersfordiā mitti, sub custodia Renaldi Brōckhusii. Cæterum Maximilianus precę Hollandorum euocatus, simulq; de Antistite solicitus, sedecim milium armatorum exercitu collecto, vrbem ire obsessum. Sed vigesimo obsidionis die Engelbertus Ducis Cliuię filius, Iohannes Montfortius, & Gerardus Soudenbalchius, cum cæteris plerisq; optimatibus, fide accepta adire Maximilianum, de pace acturi, vbi dum vtrinq; iniuriarum anteactarum feruenter nimis memoria fit & refricatio, Maximilianus Engelbertum & Soudenbalchium captiuos tenet atque vtrumq; separatim custodiæ tradit. Mitti hic Scononiam vbi & mori, ille, Goudam asseruandus. Montfortius celeri equo Traiectum aufugere, frustra eum insequentibus Hollandis. Acerrima dein oppugnatio vrbis sequuta, obnixe se tuentibus Traiectinis qua Albertus Comes Tolre Maximiliani nepos, vulnus accepit, è quo post decimum sextum diem ille mori. Erat suburbium vallo cæterisq; instrumentis bellicis communitissimum, hoc tertia oppugnatione Hollandi potiri; Nam cum defendere amplius non quirent & Traiectini igne accenderent, nostri in id inferre pedem, mox totius exercitus corpore in vrbem irrupturi, vbi loci dum nimium sui securus, in oneranda bombarda tardior est Iudocus Lalenus Hollandię præses, sagitta feriri, postridieq; animā agere. Cum Ciues obsidione grauati, plena omnia esse terroris ac metus considerantes, hinc annonæ caritate illinc se ab hoste premi, pacē ab Maximiliano petere, quā ille non grauate, pro animi sui benignitate iis concessit. In victoriæ tamē signū Maximilianus in vrbem per mœnia ingredi tormentis bellicis quassata & collapsa. Quibus cognitis Amersfordienses quoq; cum eo pacisci, Dauidem custodia liberare, nulla eius redemptione facta. Qui Traiectū ad Maximilianum properare, vbi mutua gratulatione peracta, Fredericum Egmondanum Dn. Iselsteini præfectum ad domandos Traiectinos constituunt, ne quid aduersus Hollandos D. Catharinæ in arcis speciem facta, non sine tyrannide aliquot annos potiuntes, auderent. Quo ferme tempore Maria Maximiliani vxor equo grauiter labens in morbum incidit, quo post paucos dies & periit, postquam quadrienniū ac anni dimidiū nupta esset. Condita Brugis magnifico funere ac publico luctu. Peperit illi Philippū Archiducem Castellæque regem: Franciscum prima infantia morientem, & Margaretham infra trimatum desponsatam Carolo filio Ludouici regis Franciæ: quæ desponsatio Parisiis fertiis publicis magno prouinciarum gaudio celebrata est, etsi post Carolus Margaretha prætulit, Annamque Britonum Ducem vxorem accipere. Margaretha nubilis facta Hispaniarum regis filio matrimonio data, quo defuncto Philiberto Duci Allobrogum nupsit, tutelamque gessit vtiliter Caroli secundi ex fratre, nepotis. Non prætereunda hic calamitosa Hornę Westfrisię oppidi expugnatio, talię re nata. Martinus Velarius post factiones ciuiles sopitas denuo factus vrbis prætor, multos proscribere, cæterosque eorum pecuniarum exactione ad bellum necessaria prorsus atterere, vnde indignati hi, clam Adrianum Naeldunicenum cum proscriptis atque Traiectinis admittere, & plurimis aduersæ partis vim adferre, eosque vincere, cum properanter aduenire Iudocus Lalenus & Iohannes Egmondanus totius eum robore exercitus, oppidum prima oppugnatione capientes, ciuibus non admodum se defendantibus. Continuo sequitur in omnem sexum atque ætatem, tum sacrilegia, tum nefanda stupra admissa; Sacerdotes ac plurimi ciues aram manu tenentes vitamque orantes indigne iugulari, totaque oppidi supellex cum omni argento deprædari. Qua victoria elati, illi se Herlemum conferre, vbi dum petulantes nimis in ciues, gliscente tumultu, eorum circiter quinquaginta cædi, reliquis magistratu à cōprehensis quos Iudocus Lalenus mox incolumes cum omni rapina vrbe educere, pacatis nonnihil ciuium animis. Iudoco Laleno ante mœnia Traiectinorum cadente, quod narrauimus, Maximilianus in eius locum sufficere Iohannem Egmondanum non sine honorario, prouinciam, dum hæc scribo, optime moderantem, tametsi is per senectutem corpore non admodum vegero, administrationis partem Florentio nepoti impartiri viro integerrimo, auorumque virtutem æmulanti. Duxerat vxorem filiam Wardenbergi, (ni forte Vernenbergi.) Mori Maximilianus duodecima Ianuarii anni 1519.

Hollandi Traiecto pulsi.

Dauid Antistes captus.

Hollandi Traiectum obsident.

Iudocus Lalenus Hol. præses sagitta periit.

Traiectum se dedit.

Maria equo lapsa, moritur.

Hornæ expugnatio, Martinus Velarius.

Philippus Archidux & rex Caſtellæ.

PHILIPPO huius nominis tertio iam quinquenni, Flandri poſt matris mortem ſacramentum dicere Ludouico ita volente rege, quod Flandriæ Comites Vaſalli eſſent Francorum, ſpretoque Maximiliano illi tutores deligere. Romontonem Comitem, Adulphum à Cliuis, Wolferdum Verienſem & Philippum Beuerienſem, qua tam inſigni iniuria Maximilianus mouerit inque Flandriam populabundus irrumpere, Deuremondam expugnare, multumque captiuorum ac prædæ inde abducere, etſi contra inſurgere Flandri, damnis damna penſantes, & Bruxellas ad vſque incendio penetrantes, aptiſſimo propter Scaldim cõſtructo vallo, ad excurrendum in Brabantiam, quod Antuerpienſes, quorum id maxime intererat, mox expugnare, vt pacem ab Maximiliano Flandri petere cogerentur, cautumque ne iis ea rebellio vnquam damno vel noxæ foret. Quanquam nondum ſatis ab ira ſedatus, proficiſci is Brugas, bellique incentores nominatiſſimos capitis ſupplicio afficere. Quibus peractis Gandauum pacate ingredi Philippo illi aduentum magnopere gratulante. Cæterum poſtridie Maximilianus ſummæ audaciæ factioſis pertinaciſſime cum ſuis reſtitit, iis aut fugatis aut occiſis. Ac dehinc facit Philippum filium Mechliniam commigrare, vt ſub tutela ſua eſſet, atq; vniuerſa Gandenſium priuilegia, quod illi ad rebellionem nati viderẽtur, abrogabat, cum Franci nouarum fere rerum ſtudioſi, Oudomaro proditione potiri fidiſſimis Maximiliani proſcriptis. Quam ad rem, primarii noſtri nobiles pati ſolertia Bethunienſes tentare, ſed fraude detecta, in vrbem admiſſi, ad vnum omnes capti, quorum Carolus Gelriæ atque Engelbertus Naſſouiæ duces erant. Haud multo poſt prodigia in cælo apparuere. Sub noctem Domini natalem, auditus variis locis, præſertim Gelria, altiſſimus equorum hinnitus, armatorumque acies viſæ per aera præliari, vrbeſque recipere, quæ præſignificare ingentes calamitates ſubſequutas. Et vt in metu prouincia eſſet, Maximilianus in filii tutelam incumbere, ac colligere duo ſtipatorum milia, in omnẽ euentum, qui pagatim diſperſi, dum illis ſtipendia haud ſoluuntur, multa grauia patrare, cædes & rapinas admittere, Latronumq; inſtar, amicos iuxta ac inimicos exeipere, vt metuendi, notarentur nomine, ab obſequio eorum deſumpto, D'gaerde. His centuriatus Maximilianus Flandriam repetit Brugaſque ingreſſus, in ſuburbio iis relictis, dum ſtrictim à magiſtratu poſtularet, quæ minus ex vſu Reip. ipſi viderentur, orto tumultu ad Cranenburgum honeſtę cuſtodiæ mancipatus, magno argumento, potentiores abſque Verutis haud facile tutos, Petrumque Lanchulſium quæſtorem ſuum aſpexit, poſt dira tormenta, capitis ſubire pœnam, plurimis aliis ex clientela eius nobilioribus Gandauum in cuſtodiam miſſis. Et prætexentes culpæ nomen Reipublicæ, atque innocentiam quaſi ex neceſſitate mutuati, Brugenſes conuocatis proceribus, atque vrbium aliquot magiſtratu, cum Maximiliano agere, vt abdicata filii tutela, Adulphus à Cliuis ad puberes Philippi annos Flandriam moderaretur, quod quã Bruxellenſes, tam Louanienſes ſequi. Cæterum quod factũ eorum crimẽ Læſæ maieſtatis haberi, ac redimere id aliquot milibus nummum ſunt pſuaſi. Sic partim compulſus partim pacatus Maximilianus illis ſolenniter iurare fidem, quem dein cuſtodiis laxabãt. Inter hæc Fridericus Imperator de filii captiuitate factus certior, quantũ celerrime poſſet itinere Mechliniam cõtendere, magno cum ſtrepitu principũ Alemannorum, quem procumbens Maximilianus orare, ne ſæuire neue Flandriam exercitu proterere, ſed pacem vellet admittere, quam cum iis feciſſet. Hoc cum neutiquã facturum ſe diceret, Maximilianum iuramento ſoluere, quod vi ac metu ſuperato extorſiſſent, atq; furibundus toto cum exercitu in Flandriam irrumpere cuncta extra oppidorum munimenta flammis, ferro, ſtrage, præda ac rapina complent, cum tam funeſtę cladis capientes tædium magno conamine Flandri, Philippo Rauenſteno duce hoſti reſiſtere reddereque cladem. Tandem ſatis expiatis Flandris, Fridericus Gandauum vrbem maximam & munitiſſimam fruſtra armis tentare, abireque ſimul cum Maximiliano in Alemanniam, demandata prouinciarum cura, Alberto Duci Saxoniæ imprimis generoſo atque bellicoſo. Hinc ciuile atque prouinciale bellum recrudeſcere, Hollandis, Hannonienſibus partimque Brabantis, Maximilianum: Flandris, Bruxellenſibus atque Louanienſibus cæteriſque Philippo alios turores dari cupientibus. Cum Philippus Rauenſtenus præfectus militaris Flandrorum Scluſa oppido terra marique prouinciis varia damna inferre. Contra, Albertus Saxoniæ Dux authoritate Imperatoris Tienas Brabantiæ expugnare, diripiendaſque militibus concedere, ac cætera munia bellica adeo dextre ac feliciter obire, vt graui ante æte multatos, Louanienſes atque Bruxellenſes

Maximiliani Flandriã inuadit.

Franci Oudomarum occupant. Carolus Gelria Dux captus. Prodigia.

Maximiliani cuſtodia mancipatus.

Fredericus Flandriam depopulatur.

lenses cogeret supplices pacem poscere. Porro ad patriæ motum, ne aliquius mali expers Hollandia esset, Hamati extorres, duce Francisco Brederodio Roterodamum occupare, ciuibus id permittentibus, pacta rerum fortunarumque suarum incolumitate. Quo malo tam repentino trepidare discordes per Hollandiam ciues, magistratus coire, consilia arcana capere, ac omnibus hostilia ancipiti fide ob oculos obuersari. Collatis tandem in vnum viribus, Hollandi centurias aliquot militum instruere, quæ Francisco Luctando resisterent, quando Iohannes Naeldunicenus auratus eques sponte, fautorq; egregius Hamatorum, instructa mille militum classe, Lacam consecendens Scouoniam iret oppugnatum, quem magna animi fortitudine, ciues, vt appulisset, à mœnibus arce re, plurimis suorum interfectis. Alii dum trepide naues repetere, aquis immersi. Quæ dam etiam naues vado hærentes, in potestatem ciuium venire, reliquis ægre, passis velis, Roterodamum tendentibus. Inde post paucos dies sui Portum Delficum probe habitatum ad Mosam igne accendere. Cui bello Iohannes Burgrauius Montofutti se implicans, sub noctem admotis scalis, vel, quod verius est, per proditionis consçios Wordena arce potiri. Erat hæc omnium per Hollandiam munitissima, æstimata inexpugnabilis, modo præsidii satis intus esset, vt clauus vulgariter Hollandiæ diceretur, è qua creberrime infestissimus fieri prouinciæ, Georgis ad menstruam collationem adactis, ni perire vellent incendio. Inter hæc rerum mala, ante biennium Maximilianus Germaniæ factus ad Francofurtum rex in prouinciam venire, qui palam Hollandos hortari, vt concordes, strenue se armis, aduersus Tyrannos defendant. His constare modo remp. his hostes concessuros. Iustum pro Philippo filio impubere bellum suscepturos. Tyrannorum molimina dudum ferocia, leui momento posse modo exringui, quod si non inter se digladientur. Valere, Maximiliani dicta, militesque captum oppidatim deligi, ac quique ad Sciedamum, sub vrbis vexillo suæ conuenire, vbi mercenarius miles frequens erat, regiis iniuriis excipiens aliquoties Hollandos. Ea res aliquamdiu per indulgentiam militarem neglecta, mox odium, eos quo in exercitu nihil peius, in inuicem accendit, inque apertam fecit ite seditionem, vt mercenarius miles defectionem meditaretur, oppidumq; Roterodamensibus tradere, iis ad hoc indicta die ac hora, videlicet post cænationem tertia, qua vrbem inuaderent. Primum itaque inuolare in diuersorium Herlemorum, vbi alterne acclamatum ad arma, hostis vrbem habet, pugnatumque vtrinque acerrime, Herlemis vix primos impetus hostis, in consternata nocturno tumultu ciuitate, sustinentibus. Globo dein facto æquata pugna, modo his modo illis pedem referentibus. Suppetias ferre Herlemis laborantibus, cum Rhenanis, Guielmus Bosshusius, quando peregrinus miles cedi, ruptisque portarum valuis, cæteri celeri effugio Roterodamum versus labi, obuiantes sibi factos criminantes quod ad condictam horam præsto non adfuissent, tanta occasione neglecta. Plurimi eorum interfecti, multi vulnerati, insuper aliquot capti capitis supplicium passi. Quod si in neruum non erupisset ea defectio, nam dimidia pæne Hollandiæ pubes sub signis eo confluxerat, actum de Rep. fuisset. Et aliud erat vallum ad Ouverschiam Hollandorũ, peregrino item milite refertum, qui vt vix fallit eorum genius, compransoribus atque colluforibus suis Roterodamis, id tradere, post quæ conglobatim illi ruricolarũ casas igne accendere. Quod Delforum prætor atque cum eo aliquot ciues, nullo consilio vltum ire, verum conspecto hoste, fugere, congressione nulla facta. Insuper hostis eorum sexaginta cædere, præter centum ac sexaginta, quos capere, grandique ære multare. Qua clade didicere vanam esse sine viribus iram, nec frangenda ausu temerario, verum consilio ac ferro hostiũ examina. Exin magno dolore patriæ Sciedamum Roterodamumq; vrbes, procursationes crebras pugnasque leues vario euentu inter se committere. Atque dum ciuilia bella in hunc modum per Hollandiam currunt, Traiectini libertatis haud immemores, D. Catharinæ, suæ potestatis fecerunt, pulso inde Hollandorum præsidio, præfecto, quod multi autumant, largitione corrupto. Tum etiam Goudæ tumultuatum, abditisq; templorum quinque nautæ ad capitis supplicium rapti, qui quæstione fideliusque admotis vrbem se fuisse traduros faterentur, cæteris proditionis consciis fuga elabentibus. Trepidare ad quæ magno opere ciues, præsidia aucta, vigilisque maiori cura noctu & interdiu exacte. Venire per hos dies Roterodamum ad Francifcum Brederodium Renaldus Brouchusius, nouandarum rerum vetus autor, qui militari manu collecta Goudam ire oppugnatum, eam credens seditione laborare, at falso res illi minus succedere. Itaque is ipse ad vsq; portas, suburbia duo incendio absumere, non vno tempore, ac fana, etiã duo, D. Olani, & Hierocomi. Quibus factus Montfortius ferocior haud segniter cum Ioh. Naelduniceno Leydim cum exercitu properare, animosc magis quã prouide, vrbem intempesta nocte oppugnando aggressuri. Etiam superatis fossis, ma-

Franciscus Brederodius Roterodamũ occupat. 1488.

Naeldunicenus Scouoniam frustra tentat.

Portum Delficum incendit.

Iohannes Montfurti Burgrauius arcem Vordenam acquirit.

Delforum cædes.

Traiectini.

Gouda tumultuatum.

Vrbs tentata.

Leyda oppugnata.

gna animi fiducia exertis gladiis cominus ausi cum ciuibus manum conserere, verum multa vi à mœnibus propulsi, dücenti fere eorum præcipitio vulneribusque interire, vt ignominia simul ac clade affecti præter spem cogerentur militem reducere. Tum labo-rantibus commeatu Roterodamis classem 25. nauium Franciscus iubet instruere, ad Lucam propugnaculum erecturos, per quod ad vitæ alimoniam necessariarũ inuectio eis fieret. Verum obuiã se ferre hostibus Dordraceni, cum Goudanis, atq; Schiedamẽsibus, vbi nauali prælio certatum acerrime, Roterodamis terga obuertentibus, pars fluctibus absorpta, pars, quod nullũ ijs effugiũ dari per transtra mucronib. cõfossa, Hollandis pro patria pugnantibus, ac victoria potiuntibus. Insuper Dordraceni eorum 400. ferme captiuos sibi abducere. Post eã cladem de importando cõmeatu aliunde actũ. Sed Iohan. Naeldunicenus, centum circiter seaphis abunde sat frumento vinoq; onustis, qui b. per alueos clã se credebat in vrbẽ posse irrepere, præpeditus tumultuose à præfecto militari est, quẽ per hos dies Maximil. in Hollandiã miserat trecentis prima trepidatione fuorũ interfectis, pluribusq; submersis. Ipse captus, coactus se mox pecuniare dimere. Vidi ego puer haud procul ab vrbe, vbi strages ea facta esset hostiũ, exporrecta passim humi corpora facere semiuiua altumq; spirantia milites iugulasse, ne, quod aiebãt longũ mortis cruciatũ ferrẽt. Qua clade Francisc. rebus suis diffidere, fugã meditari, iniquã fortunã accusare, oppidiq; retinendi spe abiecta, cũ præfecto militari pacisci, vt liber & indemnis cũ suis abire liceret. Discedere is itaq; vrbe, postquã totos septẽ menses ea esset potitus, magno Hollandiæ gaudio. Supererat Montfordus excursione crebra Hollandiã fatigans, Bigandã accendens: at Nerdenũ & Oudevvateram oppugnare quidẽ, sed expugnare nõ potuit. Stolvvicũ pagũ in cineres & fauillas redegit, militibusq; diripiendũ concessit. Tãta calamitate affecti, Hollandi non sat actũ exiltimãtes, si quid agendũ superesset, Duce Alberto Saxoniæ, ire Montfurtũ obsessum, & Occidenti impactis tormentis maioribus bellicis, vrbẽ sibi patefacere, vt leui momẽto capienda videretur. Quocirca Hannoniẽses primas oppugnationis capientes, magno impetu in eã ferri, vicissimq; haud dubie si Alemannus miles sequi maturasset. Quanquã & iterato oppugnationẽ vrbis tentantes simul, ciues armis repellerent, subsidente in aquas ponte, quo fossam emetiri constituerant: cum Franciscus Brederodius in Flandria apud Philippum Rauenstenum, hærere, classeq; viginti nauium oras Hollandiæ circũuehi, plurimaq; damna patriæ inceudio, ac rapina adferre, Quamdiu non Iohannes Egmondanus Hollandiæ præses, & Flotentius Ilselstenus obsidione Montfurti soluta, classe clam tumultuarie instructa, Francisci itineribus insistere. Certatum ad Zelandiã vtrinq; magnis animis, quoad hostes versis interram proris fugam moliri; & ab Hollandis à tergo pressi redintegratis viribus coacti sunt subsistere, capto Brederodio lethaliter sauciato. Iohannes Naeldunicenus vix cũ paucis effugere. Hostium ea pugna quadringenti & amplius cæsi; Brederodius Dordracũ auectus ibidẽ mox ex vulnere obiit ad D. Augustini humatus. Hollandi hac victoria alacres, Montfurtũ totis animis redire, inq; capiũdæ vrbis vetsi spẽ sedulo cuncta instaurare, nec minus incumbere, mittereq; tela in eam ignẽ aeris flatu nutrientia, quæ tertiã pene partem vrbis in cineres & fauillas redigere, etsi ciues eruptione aliquoties plurimos hostiũ suorũ neci tradidere. Tandẽ trimestris quando erat obsidio N. Nassouiæ Comes & N. princeps Chemaiæ inter Hollandos & Montfortiũ pacem facere, diceteq; vt soluta obsidione iis Wordenam arcem linqueret, & vtriq; finibus suis contenti, iniurię omnis immemores viuerent. Quod bellum sopitum, sed sequuta maior calamitas. Etenim moneta publica in pristinum valorem redigi, multorumq; dapsilia in pauperiem commutari, quibus tertia vix precii nummorum omniũ remansit. Quippe aureo Rhenensi sexaginta trium ante sestertiorũ triginta nouem decedere. Quęres varios ciere motus, bellis cõtinuis & exactionib. attritis, dum si quod æris signati iis superesset, diminutio eius maiore ex parte auferret. Accessit terribilis ac vehemens pestilentia, annonæq; caritas, frumenti modiũ venire solidis centũ. Vidi ego pistores publicos ne plebs egena emptui expositos panes raperet, officinas clausisse. Auxerat tantam annonæ caritatẽ Philip. Rauenstenus, Scluſa mare Flandricũ deprædãs, ne vel merces prouincia ex portari, vel in eã importari aliunde facile possent. Glisceteterũ penuria, fame, ac pestẽ, Kinhemari, animis in desperationẽ versis, præsertim quũ nouæ exactiones circumferrentur, mortẽ prius quã seruilẽ vltra seruitutẽ pati ducebãt. Quocirca agrestis, egens & oppressa turba, domiciliis relictis, Almariam simul confluere, pro libertate quam ipsi esca panis & casei interpretari, vitam depositura, præcipitique inde festinatione Herlemum petere, vt etiam se illis ea ciuitas sociaret. Vbi de non intromittendis factiosis magistratus edictum frustra fieri, aliquot nouandarum rerum auidis valuas portarum effringentibus, ipsa multitudine intromissa, cum ciuili tumultu laborarum non sine cæde, Nicolai Runij prætoris

Pugna nauale.

Montfurti obsessio.

Prælium nauale.

Franciscus Brederodius ex vulnere obiit.

Kinhemarorũ motus.

Herlemum occupant.

prætoris aliorumque duorum ciuium primariorum ædes in publica, quorum vt cæterorum ditiorum supellectilem omnem illi aut rapere aut confringere. Postridie quam hæc essent acta, facta promulgatio sub pœna capitis, vt quæ quique surripuisset pridie redderet. Iamq; ad tria milia eorum abierant, Leydim eodē ac vno tumultu occupaturi, quos ciues missilibus à mœnibus procul arcere, vt rei militaris imperiti subducere se, ac pedem retroferre Herlemum cogerentur. Sic inconditæ multitudinis, copiis quam virtute præstantioris, periculum facile dispulsum, plurimis eorum ab equite interceptis. Atque Albertus Saxoniæ Dux Kinhemaris occursurus, præmittere aliquot militum centurias, qui circumquaque vicinitates eorum incendere ac depopulari, Santuordam, Tetrodā,
10 Velsum, Beuernicum: post quæ, ire propter Hemskerkam ad statiua Kinhemarorum, vbi magno vtrinque clamore, ad arma procursum, sed cædi inermes, quos non virtus bellica at animi temeritas in bellum traxerat. Auxit cladem, militis ira sanguine madentis, vixque se à cæde eorum continentis. feruntur Kinhemarorum desiderati quingenti. Tum Herlemicum Alberto Duce pacisci, ipsumque cum armato milite in vrbem recipere: vbi omnia tum pro imperio agere, vrbis medio propugnaculum erigere, ciuesque volebat instrumenta bellica in forum compottare, ad hæc multā xxvii. miliū aureorum eis irrogabat, priuilegiaque omnia faciebat irrita. Kinhemari coacti caput ac pedes nudi rebellionis pœnam deprecari & polliceri deinceps se imperata facturos. Idem facere Almarienses, huius tumultus præcipui authores, quibus grandi ære multatis, admissa
20 ignouit. His rebus felicissime gestis, in Gandenses Albertus tendere, virtuti non respondente fortuna, patefacta enim coniuratione, cuius caput præfectus militaris Coppen cognomento hol, facile eam repressit, animaduersione in illum atque eiusdem commilitones vtens. Post in Zelandiam retrocedere, & Ziricæo oppido strategemate potiri, ac ciues grauiter punire, quod Scluſæ fauissent, triginta milium aureorum summa iis irrogata, ac propugnaculo in vrbe locato, vt omninò parere cogerentur. Restare Scluſa terra marique prouinciales infestans, in qua Philippus Rauenstenus cum lectissimis militibus latere, quem Albertus obsidione cingere noctesque dieque indesinenter lacessere, tormentis bellicis quatiens mœnia. Itaque excursiones militares actæ vtriusq; sæpe dispendio, quoad belli tædio pacis fœdus atque concordiæ inirent. Philippi, arx: Alberti,
30 oppidum esset, militibus exauctoratis: hinc passim prouinciæ pacatæ, & ciuili furore depositio paululum à malis respirare, quo tempore Fridericus Imperator factus nonagenarius, mori, postquam tres atque quinquaginta annos imperii fastigio potitus esset, quod vitæ administrationisque tempus, imperatorum nulli fortuna indulsit. Defunctum Maximilianus filius, rex Romanorum, exequiarum memorabili pompa prosequi; nam præter alios infinitos funeraſſe eum triginta milia equitum ad Viennam memorantur. Nunciata tum quoq; Ferdinandi regis de Hispania Betica, quæ Granata, victoria atque triumphus, pulsis violenter Mauris, & Mele rege eorum in potestatem redacto, postquā totis viribus simul, nam & Isabellæ coniugis suæ virtus hic enituit, decennium integrū præcipuam regni vrbem obsedissent. Et ne Traiectinos silentio præteream, Fridericus
40 Egmondanus D. Iselsteini grauiter ferens, hostes D. Catharinæ potiri, ad recuperandam eam adiecit animum. Qui quum neq; vi, neque armis hoc posset, stratagemate nisus vti, verum infelici; Pridie enim paschatis militibus eius bipartito cuntibus, venaliaq; instar rusticorum ferentibus atque sub dici crepusculum Florentio Iselsteino militum agmine portā occupante, inq; ciues hostilia exercente, seriusq; aduentante Frederico facta palā cāpanæ sonitu proditio est, ad quē exciti ciues ocyus se ad arma vertere, & magna audacia agmen illud vrbe pellere, captis ex eo vndecim, quos illi omnes capite plectere, atque quadripartiri, & circum vrbis pomœria, in facinoris inditium furcis palisq; affigere. Quamquē post bienniū, reuertenti Friderico cum tribus milib. armatorum sub vrbia depopulantium, Traiectini coacti, ob illatas, quod aiebat, iniurias, aureorum ali-
50 quot nummum milia illi appendere, & truncata sociorum membra sepulturæ tradere, iisque quotannis inferias persoluere cogerentur. Sub id tempus Carolus, Adulphi Ducis Gelriæ filius ad Bethuniam quem à Francis captum diximus, conniuente Gallorum rege in quę hoc laborante Comite Meursi in Gelriam indemnis peruenit, valida armatorum phalange stipatus. Ibi Gelri aduentum gratulantes, sacramentum ipsi cuestigio dicere, & à Maximiliano desciscere, neuam belli molem subministrantes, quæ in hanc vsque tempestatem persæuerat. Nam pacta fortunarum incolumitate ciues Vaningiam Carolo dedere, & Burā ab hoc post longam obsidionem vinci arce æquata solo, cum Albertus Saxoniæ Dux, ad belli munia obeunda longe aptissimus, explere copias, ireque Gelriam late depopulatum, passim pagos, villas, ædificia per agros incendens. Videre erat Georgos, imbellemque multitudinem capi, vinciri, trahi, fortunisque prorsus exui.

Cæduntur.

Scluſa obsessa. Albertus Scluſam obsidet.

Nota.

Ferdinādus rex Granatam expugnat.

Fridericus infeliciter Traiectum tentat.

Carolus Adulphi Ducis Gelriæ filius se iactat.

Albertus Gelriam infestat.

Accedere Fredericus Egmondanus & Florentius Iselsteinus, si quādo alias tum maxime Gelro infesti, cotidianis excursionibus fines eius corrumpētes, quantū nunquā antea, vt ferocē mage hostē Gelria nunquam se passam aperte fateretur. Nam hi sæpe hostium suorum conatus præpedire, sæpius tumultuaria manu ab iis victoriam reportare, sæpissime cum paucis, magnam horum cædem patrare, ab armis nunquam feriantes. Sed & hoc tempore Margaretha Maximiliani filia repudiata & ad patrem remissa, Carolus rex Francorum cui desponsatam diximus, Annam, Francisci citeriotis Britanniæ Ducis filiam, coniugem accipere, quæ defuncti hæres dotale secum trahere omne Britannicum nomen. Erat hæc pridem Maximiliano per literas promissa, sed Carolus euntem per Franciam illique nupturam intercipere, sibique seruare. Qua de re, quum multi existimarent bellum gesturos, præter spem principibus esse pacem per prouincias est passim promulgatum. Dehinc Philippus pubertatis annos egressus, communi ac publico prouinciarum omnium gaudio hæreditarios principatus accepit, duxitque vxorem Iohannam gnatam Ferdinandi regis Hispaniarum, illi parientem filios Carolum & Ferdinandum: filias, Leonoram, Isabellam, Mariam & posthumam: nupsitq; Margaretha Philippi vnica soror, quam repudiarat Carolus filio regis Hispaniarum, ob quæ connubia tam fausta, passim supplicationes & euangelia, decreta sunt ac celebrata. Sub Iohannę vxoris Philippi in prouinciam aduentum secum sexus vtriusque plurimos trahentis, nouum cæpit morbi genus suppullulascere, quem Hispanicum appellabant, quod morbum illum primi Hispani nostris affricasse crederētur. Verum vnde morbi illius origo, parum adhuc constat. Itali Gallicum appellant, quod sub aduentum Gallorum in Italiam, primum ibi accreuerit. Galli Neopolitanum dicunt, tum primum innascentem, quando regnum hoc suæ ditionis facerent. Quidam volunt Italos vina sanguine lepra laborantium mista, Gallis propinasse. Sed vt se res habet, satis sit inuidam naturam non contentā tot morborum generibus, & hanc luem attalisse humano generi, quam ante nulla ætas est experta. Referam qualitatem morbi, vt inuenire queat studiosus causas, è quibus oritur. Contagio hoc laborantes, post varios cruciatus iunctarum ac ossium, pustulæ inficiunt, in fædissima vlcera abeuntes. Non lepra, non Elephantia huic malo conferri potest, & quod calamitosissimum est, durat in plures annos, neque vita bene frui, neque defungi iis, ex fæda illa lue licet. Nam tabescunt, & Marasmum veternumque patiuntur, & per mille mortes vitam trahunt. Pauci pro numero ægrotantium pereunt, pauciores conualescunt, nec præsentanea remedia huic malo, medelam omnem vitiositate superanti. Redeo ad Dauidem Traiectinorum Antistitem nonagesimo sexto anno supra millesimum ac quadringentesimum morientem, episcopali mitra dignissimū, cum pietatis religionisque amantissimum, tum benignitate, liberalitate atque munificentia imprimis singulari, fanorumque sedulum reparatorem, postquam quadraginta ferme annos res ecclesiæ administrasset, magnum sui desiderium relinquentem, post quem Fredericus Badensis omnium suffragia meruit huius nominis quartus, modo Episcopium gubernans feliciter, pace æque ac bello. Porro dum patria quasi fatali turbine per media bella ferretur, & cædes & rapinæ passim fieri à gregariis supra memoratis, prædonibus ac latronibus melius quam legitimis militibus annumerandis. Hi omnium stipendia merere, amicis iuxta ac inimicis pro genio tum quoque officere, bonis omnibus obniti, & per nefas militari licentia abuti, quibus etiam adiutus Albertus Saxoniæ Dux multoties populabundus in Gelriam irrumpere plurimaque loca regionis incendio vastare, cultoribus nudare inque solitudinem redigere. Etenim is facere pontem compactilem atque dissolubilem natatilemq;, quo per Mosam illi quoties colliberet, licebat equitum turmas aliquot peditumq; transmittere Gelriam depopulatū absq; magno vllo negocio. In Frisiam quoq; per arma plusquam ciuilia, pluribus exitialia, quam ipsa externa bella, proceres quidem ante extorres fortunisq; spoliati, Gregarios adducere, quod Groningenses Monopolium sibi vsurpare, nullamq; aliis rerum vellent facere copiam, nisi facta prius licitatione apud eos vt venaliorum Frisiæ nihil venundari posset, quam in vi bem intulissent. Sed cū his quos dixi Sueca & Francica pertinaci animo obsistere, ac libertatem res suas vbi libet vendendi, tueri. Itaq; certamine ex seditione orto factum, vt pars inferior, externo esset egens auxilio, & furiosum illud examen militum prædæ magis studio intentum, per mediam Frisiam Orientalē liberrime peruagaretur, quos populabundos nisi frustra pellere, dum interdum stragem non modicam ab iis accipere. Tandem Frisiorum parumper sedatis animis, etsi nondum prorsus pacatis, prædonū ea manus Frisia excedere, nusquā quieta: nā tertia oppugnatione hæc potiri Rhena vicinitatesq; Traiectinorū depopulari, suburbio eius igne accenso. Huius rei autor esse Dux Cliuiæ, verbis nequicquam mutuū repetens, quod Traiectinis bello aduersus Hollandos dedisset, quādo Engel-

Philippus Iohan. regis Hispaniarū filiam vxorem ducit. 1494.

Morbus Hispanicus.

Fredericus Badensis Antist 56.

Bellum.

Rhena expugnata.

do Engelbertum fratrem eius germanum in episcopii tutorem acciperent. Quibus exasperatus Fridericus Antistes, conducta eadem prædonũ manu, latè Cliuiam perdere, reddereq; deteriora quàm acceperat, vt, quod in supremo belli malo fieri solet, pacem conditionibus inter se ample cterentur; cum gliscere in dies Frisiæ domesticum malũ, bellaq; ibi oppidatim esse, plurimumque passim ciuilis sanguinis fundi, & quidam primores, tanti mali finem cupientes, Philippum Archiducem adire, suppliceſq; orare, vti Frisiam Orientalem tutaretur aduersus Groningensium tyrannidem. Huic muneri quæsitus Albertus Dux Saxoniæ, imprimis militaris, eique non modò Frisia demandata imò in feudum data est, vt sopitis bellis, deinceps nunquam non rebelles, potestatis suæ faceret. Erat nempe in ære eius Archidux, quod impubere se, longum prouinciale stipendium meruisset, nec esset illi persolutum. Pro quo Lobesteinum, Wordenum, Sluſam, Viluordam, Medenblicum, præter alias munitissimas arces vades tenere, quatũ collectis in vnum atq; deductis præsidiis, ad edomandam Frisiam Orientalem magno animo hinc abscedere, Groningiam exercitu cingere, vt ciues triginta milia aureorum multa, imminentia pericula vitare cogerentur, & iureiurando firmare; deinceps cæteros seruitute nulla pressuros, patriisq; legibus viuere sese permissuros: quanquam mox Frisiorum phalanx Alberti militibus comminari, vimq; libenter intulisset, si non virtute bellica superiores euasissent, occisis Frisiorum septingentis. Post hæc illius machinæ structores, Leuuerdienses ire obsessum, qui & inferiores, & metu non ausi resistere, pacta rerum vitæque incolumitate se dedere, viginti summam milium aureorũ imperatam exsoluentes. Hoc rerum successu, Abertus ratus gentẽ indomitam, nullis legib. ac nulla indulgentia passim, sed armis tantum, & animaduersione summa in fide posse conseruari, arces munitissimas passim per Frisiam à fundamentis, locat, præsidioq; validissimo firmat, & ad sui tutamen, & metum prouincialium. Frisii lupata haud ferentes, dum præter solitum exactionibus grauari, vindicandam pristinam libertatem crepant, cupidè magis & ardenter, quàm prouidè. Itaque coire eorum viginti milia, arcem Slotanam expugnantium, solotenusq; eam diruentium, Franingiamque dura ac longa obsidione fatigantium; verùm neutiquam Henricum Alberti filium vrbis præfectũ cum robustissimo præsidio ad deditionem compellere poterant. Cuius rumore absens excitus, deque filio sollicitus Albertus ingenti comparato exercitu, magnis itineribus per Westphaliam in Frisiam redire. Fridericus item Iselstenus in Frisiam classe alia parte aduehi, quorum ad aduentum Frisii totis campis dispalati, & ab obsidione digredi mille ac quingentis eorum oppressis, inter fugæ pugnæque consilium. Cum Albertus vniuersam peruadere Frisiam, cuncta militibus diripienda concedere, insuper Groningiam arctissimè iteratò obsidere. Sed venire ad eum Fredericus Badensis Traiectinorum Antistes, bellum hoc quauis conditione interceperus. Verùm dum is vltro citroque commeare, Albertus Saxoniæ Dux ægritudine correptus post paucos dies ad Damum mori.

Fridericus Antistes Cliuiam inuadit.

Albertus Groningiã obsidet.

Frisii Franingiam.

Clades Groningiæ iteratò obsessa.

Inter hæc per Gelriam quoque bellum increduescere, sæpe illis ac nostris in mutuam perniciem excurrentibus, quo Maximilianus defungi cupiens per Alemanniam accuratissimè delectum agere, præfecto Georgio Bauariæ Duce; inque prouinciam adproperare, ascitis Cliuiæ Iuliæque Ducibus belli sociis, quibus ire in Gelriam, numeroso tum equitatu, tum peditatu, quanquam nihil ibi memoria dignum admissum, quod in Germaniam reuocatus, propter Eluetios, imperii fines hostiliter iugi excursione populantes. At Iuliæ Dux omnem belli causam arbitrio Ludouici regis Francorum permisit, qui suppetias è Galliis Duci Gelrorum mittere, quarum præfecti N. nothus Borboniæ gentis, & Robertus Ardenbergius, vt maiore armorum apparatu, hoc bellum dirimi, quàm destinata clade geri videretur. Quanquam inimicitiæ remanere inter Gelriæ Iuliæque Duces, se mutuò agrorum populatione, villarum incendio, paganorumque captiuitate vexantes. Nouiomagenses Cliuiæ redeuntes, magna rerum coacta præda, Fredericus Iselstenius intercipere, vniuersis aut in captiuitatem abductis aut cæsis. Eam cladem atque ignominiam Gelriæ Dux suis illatam ægrè ferens, collectis stipendiariis, denuò Cliuiæ agros vicosque sibi confines igni ferroque vastare, Heussumque oppidulum obsidere, ac bis nequicquam magna vi tentare. Cæterum sexta obsidionis hebdomade Cliuenses vltra Rhenum se in armis ostentare, quasi Gelro iam imminentes, licet nil minus quàm hoc in animo haberent: Quæ ostentatio armorum Gelrum ita vrere, vt ocyus cum maiore exercitus parte Rhenum traiiceret, ac ferox acie in Cliuenses ferretur, ad quos se inclinare victoria, quod equitatu præualerent, cum Carolus post ingentem suorum stragem vix scapha elabi comite tantum Æthiope, qui vitam Ducis corpore protexerat. Ad quæ obsessi passis por-

1499.

Caduntur Noniomag.

tis Gelrorum castra peruadere, ditipere, incendere, atque vniuersa impedimenta bellica æquè suæ potestatis facere, diffugientibus miseris. Secundum eam victoriam pluribus diebus tamquam sacris ab armis vtrinque feriatum, bellumque mox inter ipsos
1501. pace ablatum est. Atque post hæc Philippus Archidux & Iohanna vxor in Hispaniam profecti, duorum fermè milium comitatu, magnoque rerum apparatu, toties à socero socruque altæ senectæ, desiderati, vt eorum præsentia se explerent, & regnum Hispaniarum, quod fato filii, cui Margaretha nupserat, iam illi destinatum, suo aduentu fulciret, imperioque maturè admoueretur; quem vt tristis patria dimisit abeuntem, ita ingenti solicitudine prosequuta est absentem, anxiisque votis toto fermè biennio expectabat morantem. Cuius quidem profectio erat triumpho haud absimilis; Nam quocumque se reciperet gaudio & plausu omnia perstrepere, vbique eius aduentus cum summa gratulatione optatissimus esse. Laxati ergastulis per Gallias passim sontes, quibus venia & impunitas daretur. Videre erat tot ciuitatum occursus, tot ornatissimas legationes, tot heroes & heroidas, mutuosque complexus, denique tam celebrem vbique & festiuam mortalium frequentiam. Adeo fatalis quædam beneuolentia Philippum semper comitari. Quippe Ludouicus Galliarum rex illum Blesæ accuratissimè excipere, incredibili hospitalitate fouere, regali munificentia afficere, ac fide optima dimittere. Hispanias ingressuro festiuissima quæque visu, non minus magnificè quàm ambitiosè ad condecorandum eius aduentum per vrbes & vicos exhiberi. Occurrere Ferdinandus & Elisabetha regina Philippo propter Toletum, gerum optatissimum suauissimamque gnatam obuiis vlnis excipientes inter confertissimas procerum vulgique ouantis cateruas, quem post dies paucos solenni ceremonia ad ædem Toletanam Deiparæ sacram, flos nobilitatis vniuersus Hispaniæ, ecclesiastici ordinis toto fastigio, multitudineque ingenti ciuilis magistratus circumfusum, pro
Philippus rex Castellæ & Arragoniæ declaratur. voto Ferdinandi atque Elisabethæ Castellæ regno facit inaugurari. Consimili solennitate post menses quinque Cæsarauguste Arragoniæ principatum suscepit, vbi incredibili consensu in eius verba iuratum. Et ne quid gaudiorum fortuna callida fortiperet, Iohanna illi filium Ferdinandum peperit. Exacto non plene biennio inde iter ad Allobroges intendere, Margarethamque sororem salutare, quæ alteras cum Philiberto Duce Sabaudiæ feciſſet nuptias. Dein Maximilianum patrem inuisere, à quo aliquantisper edoctus suis se prouinciis restituit, magno earumdem gaudio. Quo tempore Margaretha coniunx Caroli primi, Ducis Burgundiæ annosa iam fatis concedere, Mechilmiæ ad D. Francisci sepulta, digna mehercule quæ priscis Heroinis annumeretur, & ob pietatem erga Deum & egenos inusitatam munificentiam. Tum flam-
Herderuicum ardet. ma trium horarum spatio Herderuuicum Gelriæ oppidum in cineres redigere, incendii magnitudine fluctuantibus ciuium animis, restinguere ne possent, an verò fugerent; Multi fumo suffocati, plures igne absumpti, at plurimi ruina parietum obtriti. Imbellis fœminarum & puerorum turba, in ædem sacram confugere, quæ solutis incendio, cadentibusque laquearibus interire. Fertur plus mille hominum eo incendio periisse, quod breue esset ac præceps, neque effugii neque restinguendi consilium ciuibus daretur. Præter hæc Frisii Georgio filio Alberti natu maximo, sacramentum dicere, inque eius verba iurare; qui Groningiam rebellem, omni modo premere, mul-
Groningia se dedit. tis circum vrbem erectis propugnaculis, adeo eam proterens, vt vitæ & fortunarum pacta incolumitate, ciues Emedæ Comiti se dederent, quos iamdudum Damum nitentes expugnare, magna is clade affecerat. Hic constructo medio vrbis propugnacu-
1504. lo, atque firmato præsidio, eos in fide aliquandiu continere. Cæterùm Archidux Philippus post longum hostilibus haud sine cæde ac sanguine admissis, Carolo Duci pa-
Philippus Carolo bellū indicit. lam bellum indicere, comparato ad hoc pugnacissimorum ac veteranorum exercitu, militiæ præfectis N. Vergio; Cornelio Bergensi; N. Dn. Senenbergæ, & Florentio Iselsteno, in fines Gelrorum euestigio excurrentibus, magè prædonum more, quod hyems
Arces plurimas per suos capit. appeteret, quam iusto more belli; cum arces quamplurimas expugnare, captiuum N. nothum Gelriæ abducere, & magnam prædam secum Buscoducum asportare, inque Hyberna concedere. Neque segnior Carolus tum talione, contractis vndique copiis
Gelrus Dordracenus infestus. Dordracenorum agros aperè infestare, cuius ampliorem conatum, vallum infringere, quod ad Lacæ aggerem esset locatum. Id indefessè dum totum biduum oppugnat nec potest capere, audit Florentium Iselsteinum à tergo sibi imminere, tantoque cæpit trepidare metu, bruma humiente aggere ac profundo, malè regredi daretur, vt turpissimè fugam iniens suorum mille calceorum patria luto hærentia reliquerit. Næ saluberrimum hoc ipsis esse consilium, quo per glutinosissimum aggerem vestigia melius figerent.

Quam

Quam ob rem maritima expeditione agendum ratus, soluit Herderanico classe septingentorum militum ad littus maris Austrini aduerso Waterlandiæ, summa spe eam inuadendi. Forte Hollandica classis virûm numero impar, at pugnæ nauali aptior huic se ferre obuiam, cum capere vtraque arma, & suos quæque per transtra disponere, & conuectæ cohærere, fierique pugna æquo Marte aliquot horis. Sed Waterlandis infinitis lintribus suppetias suis ferentibus, pars hostium secundo vento fugientium simillima, Herderanicum renauigare, pars aut in profundum præcipitata, aut in captiuitatem abducta. Secundum eam victoriam Amsterodamenses ædificare ingentem nauem Ein Galeot indigitatam, velocitate mira ac habitudine, vt aggredi hostem & regredi quoties vellet, ab hoste sciret: nam flaccido velo duobus ac triginta remis vti, turgido cæteras omnes anteuertere; etsi nihil sua fama dignum aut memorabile gesserit, nisi quod hosti terror, nostris metus esset, verentibus ne si Gelrus hanc suæ semel potestatis fecisset, mari quoque potitutum. Itaque nostri sagaciter & non temere ea vti, quibus satis erat, hosti terriculum esse. Vere nouo Archidux Philippus cum equitatu pedestribusque copiis in Gelriam ire, & propter Elteneburgum eastratametari, nullum non hostem operiens. At nullis aduentantibus, statiua leuare, Arnhemumque obsidione cingere. Ciues ad resistendum impares fortunarum suarum incolumitatem pacti, deditionem facere, solutis tantùm octo florenorum millibus, quos viritim volebat distribui, qui caput pro principis gloria vouissent. Tripartito agmine ac quolibet quinque milium militum ad vrbem oppugnandam accesserat. Arnhemorum defectionem sequi reliqua oppida, Herderanicum, Tyela, Bomelia, Hattenum, Elburgum, Lochemum, Grolla, Doesburgum, nec non arces pleræque procerum. Eo deuentum erat, vt vniuersam Gelriam armis aut deditione occupasset, si in victoria perseuerasset, sed vel quorundam suasu, vel suopte se ad pacem contulit, medio rerum cursu. Credam socrus mortem illum ad hoc inuitasse, vt regnum Hispaniæ iam sibi debitum aditet, vnde omnis moræ impatientem, necessariam magis, quàm sibi vtilem, pacem Gelro admisisse. Cautum, vt quæ ipse iure belli vel deditione loca accepisset, perpetuum possideret, reliqua Caroli essent. Actum parare cuncta ad profectionem, nõ tam ad necessitatem, quàm luxum & ostentationem. Census & tributa prouinciatim indicere, & corradere. Preciosissima etiam quæque tam aurea quàm argentea, prædecessorum Ducum Burgundorũ, ac quicquid olim eorundem opum vel ad delitias, vel luxum & fulgorẽ fuerat, totum recensitum, congestum atque asportatũ est. Et vt opes, regiæ celsitudini, esse pares viderentur, possessionum suarum aliæ, quas in prouincia habere, diuenditæ, aliæ creditoribus oppigneratæ. Tanti nobis stare illa profectio, vt creditum sit, quæ Archidux Philippus secum hinc transuexit, æstimationem facere nonagies centum millium hodiernorum florenorum. Itaq; dum pelago desæuire hyems, & aspera bruma esset, 7. Id. Ianuarii, Philippus vela dare ventis, patriæq; littora linquens, ferri in altum, contra Oceanum præliaturus. Emensis mare trium itinere dierum, procellosa atq; horrida insonare tempestas, totaq; classis dissici, vt in nubibus atris densisq; niuibus omnes de salute vitæ desperarent. Alii in Britanniam, alii Hyberniam maris tempestate naufragioque delati, & quo quemque fors aut pelagus ferret. Philippus ac Iohanna vxor inuocato toties cœlesti numine, incolumes in Angliam venire, quos eximia hospitalitate trimestri toto insulæ rex accepit, & instaurata classe muneribusque donatos amplissimis, liberos abire inde in Hispaniam permisit. Qui vbi in eam ingredi, præter opinionem multorum, bellum intestinum vaticinantium, Castellæ, Leonis, & Granatæ regnorum coronas capite accipere, magno omnium applausu. Sed dum auidius Hispaniam Philippus visus perlustrare, solis feruore ardentem, minusque ob id regionis nostræ mortalibus salubrem, in febrim incidit Causonidem, qua septimo inde die depastis spiritibus, florida in iuuenta mori, octauo & vigesimo ætatis anno. Cor ex eiusdem mandato Hieroslyma auectum, & proaui Philippi sepulturæ indidem additum. Intestina Brugas ad matris ossa transuecta: Corpus propter Burgos Hispaniæ ad Carthusiam montis Amerflori conditum. O nouam fatorum viam! O mortem acerbam atque inuidam, præstantissimos quosque è medio rapientem, vix lumine conspectos. Cuius ego vicem hic magè deplorem? patris ne Maximiliani, qui tali orbaretur filio, quem vnum is multis imperiis anteponere; an liberorum, quibus ætate tam tenera, adeo pius ereptus est pater. An potius patriæ, cui de charissimo principe tam serum gaudium, & tam repentinus incidit luctus? An demum orbis vniuersi, cui ante diem tam singulare lumen est ademptum? Hæc nimirum, hæc inquam tempestas illa fatalis portendere, qua medio itineris cursu in Britanniam ferrereris, palam te ab Hispania

Philippus moritur 1506.

Deploratio.

reiiciente. Mortem eius præcedere Cometes cœlo viginti totos dies dirum ardens, vt metu venturi singularis mali absque animis esse mortales viderentur. Portentum item in Kinhemaria: Infans vtero matris partui vicinæ, ciulare est auditus.

Iterum bellum.

Philippi morte audita Carolus Gelriæ Dux, pacis fœderisque ruptor, ad bellum rursus applicare animum, amissa spe recuperandi. Hollandiam quotidianis excursionibus fatigare, hostiliaque in eam exercere, cum nunciari ex Gallica nobilitate mille equites Gelro suppetias venire, ductore Roberto Arenbergio. Hi Turnhoutam Brabantiæ vicum diripere, grandemque pecuniam pacisci à fœminis ni accenderent, maritis diffugientibus, pro qua earundem aliquot vades accipere, ac Ruremondam abducere. Post menses paucos, maiores auxiliares copiæ Francorum Gelro se iungere, quibus Dieſtum animosissimè frustra oppugnare, ciuibus enixissime se tuentibus.

Decem fere milia eorum sub signis fuisse narrantur.

Qua in propugnatione ante mœnia, cadere Lotharingiæ Ducis filius, vt inde cogerentur abire, quando pagis aliquot incensis Franci castra admouere Thenis ac minimo negotio eas expugnare, quod nullum intrò præsidium, & pro numero ciuium vrbs capaciori pomærio esset. Itaque ea potiri, hostilia patrare, cædes, rapinas, stupra & adulteria per summum nefas admittere, neque humanum neque diuinum ius veriti. Multi tamen eorum ante mœnia à ciuibus oppressi. Niuernesii Comes ictus bombardæ sphærula interire. Tandem appetente hyeme Franci domuitionem parare, quorum sexcentos equites in S. Huberti ad Arduennam vertos, longo itinere fessos, ac somno vinoque sepultos, Iohanne Despotino duce, Namurcenses infimæ sortis homines audaci facinore sub noctem aggredi, maioreq; ex parte obtruncare, exuuias ac spolia præter quingentos equos cum varia & preciosa supellectile in prædam partientes. Desiderati è Francis quadringenti, inter quos ferme centum proceres. Tali vindicta Francos pro sceleribus ad Thenas admissis expiate diuinum illud numen, quod nemo vnquam impunè offendit.

Thenæ expugnatæ.

ARGVMENTVM
LIBRI DECIMI TERTII.

Maximilianus tutor Caroli Secundi: Hollandi Puerorum arcem Bethasiæ obsident: A Gelro fugati: Gelrus Ouuatera repulsus. Puerorum arcem Hollandi iterato obsessam vincunt ac diruunt: Gelrus Wesopum expugnat: Cameraci fœdus pacis ictum: Gelrus Campis bellum indicit: Armis Oudenselam expugnat: Fridericus antistes eam recuperat, Zutphaniaq, Comitatum depopulatur: Traiectini in odium Florentii Iselsteinum obsident, cum Gelrorum Duce Carolo: Florentius precario exercitu obsidionem soluit: Rursum nostris Gelrus bellum parat: Venloam nostri cinguntur: Gelrus Worcomio potitus: Heuchlemum & Aspram frustra tentat: Ioh. Wassenarius ab hoste capitur: Buscoducenſium clades: Inducitæ cum Gelro: Caroli secundi inauguratio: Comes Emedæ à Georgio desicit: Inde rursus per Frisiam bella: Groningia obsessa: Damum occupatum: Henricus Brunsuicensis Emedæ interfectus: Frisii Gelrum tutorem capiunt: Georgius Saxoniæ Dux Carolo Archiduci Frisiam resignat.

LIBER DECIMVS TERTIVS.

Carolus 2. Archidux & Princeps Hispaniarum.

Maximilia. Caroli fit tutor.

CAROLI nondum septennis suffragatione procerum, tutor Maximilianus Imp. eligi. Missi ad hoc legati in Austriam deploratum immaturam mortem Philippi oratumq; vt nepotem per ætatem tenerum prouinciamq; tueri ac gubernare veller. Annuere postulatis Imperator, mulcaq; prælocutus de summa reipub. vobis, inquit, & pattiæ, Burgundoq; nomini hoc felix ac faustum sit. Verùm impeditior bellis quàm vt in prouinciam venire posset, videlicet, Eluetiorum & Venetorũ, Margaretham filiam ac Caroli amitam marito Philiberto Duce Sabaudiæ morte orbatam mittere, vt tamen se inconsulto nihil ageret, quoad esset vtroq; bello defunctus. Aduenientem prouinciales magna cum gratulatione excipere, neq; dedignari satellitũ quattuor milia, quæ secum trahebat, qui mox Geltriam admodũ infestare

infestare, maximè ad Ruremondam; neq; Anholti Comitem cum non pœnitendo militari robore, qui magni animi Geltris passim aduersaretur. Stabat arx Puerorum Bethasiæ trans Lingam flumen propter Vahalim, vulgo Thuys te proyen, Suenindo credita, incendium septuaginta duobus pagis minitanti, ni habitatores eorumdē pecunia menstrua se ac sua redimerent; Insuper multum prædæ & captiuorum indies in eam trahenti: hanc funditus delere conniti, Buscoducum, Dordracum, Gouda & Gorcomium communi ac æqua impensa quod per Vahalim neque quid subuehi neque deuehi ob eam posset magno mercatorum publicanorumq; incommodo. Itaque arx obsessa, aliquot septimanas; verùm quod munitior altissimo aggere esset, eminentiora tantum quæq; ferire ac quatere tormēta bellica maiora valebant. Parte quoq; qua Vahalis præterluit arcis nulla fieri obsidio, vnde exire quidam nunciarū Carolo nulla re magis opus esse quàm milite, multi enim obsessorū sauciati, multi cuniculorum ruinis erāt oppressi. Inter hæc Gelrus proditione Ouvvateram tentare, messores instruere, qui antelucanò recludi portas cuperent, vigiliarios cæderent, oppidumq; inuaderent. Sed longe secus ac sperarat res cadere, quod reliqui Vaningia pluuiosa nocte per lutosissima euntes serius quàm par erat aduenirent. Reclusa porta, primus rusticus per eam equa euectus, sibi obuios habere equites Gelros, cum ocyus ille terga vertere, rapideq; ad vrbē ferri, nec segnius properanti hostes insistere, spe eum anteuertendi ac simul portam occupandi, sed nocturno labore fatigatos rusticus cursu superare, ac maximè tum vociferari hostem venire. Continuò occlude porta, campana sonitu periculū denunciate, ciues mœnia scandere. Arduam secum Gelrus machinā aduexerat, qua muros primùm sternere, dein oppugnare vrbem constituerat; sed primo iactu fallente, hum alterum pararet eius tormenti magister, à collimante bombarda dula, volueri glandefrontem percussus est, ac moribundus ceruicem in machinam inflexit, gaudio ciuium at magno mœrore hostium. Hoc facti audentiores ciues per muros frequentiora vexilla militaria figere, quibus visis, Gelri rati auxilia aduenisse Hollandorum, receptui canere, aliis inclamantibus, Fugacium aures incidite. Passis quoq; portis ciues, hostes abeuntes insequi, viginti; abigeos retroagere quos captiuos in vinculis tenebant. Igitur facti oppidani ludibrium, inter se dicere, hæccine illa hara? persuasum enim habere, nullo negotio se oppidulo potituros. Diluculo oppugnare cœperant, nec ante pomeridianū retrocedere. Cæterum Traiectum venientes, plaustris suorum funera deiicere ac terræ infodere; sciscitantibus ludentibusq; Traiectinis, Num essent omnia illa corpora Hollandorum. Nam quadrigas habebant funibus onustas, quibus hostium supellectilem auexissent. manusque post terga reuinxissent, si dextra eis fortuna affulsisset. Sed eorum fefellit opinio, dum arroganter nimis victoriam sperarēt. Qua de re Carolus, animaduertens ab omni fortuna derelictū se iri, nisi arcem Puerorum obsidione liberasset, audaci incœpto recensitos milites nauigio imponit, soluitq; Nouiomago, ac tacitè per Vahalim applicat paulo supra Bomeliam, nauticis tum nostris magno suo infortunio vel absentibus, vel contemptim excubantibus Carolus itaq; Dux relicto ad naues præsidio, pedester ad castra Hollandorū tendere, quæ Hollandus exul Iohanni Egmondano militiæ prefecto celeriter adferre, cum ordinem facere miles, starēq; accinctus prælio. At vbi speculatores grauiora spe reportassent, nam erat etiam Francos adesse, visum est illi obsidionem frangere, tristisq; recessit in Lobestenum, militibus perterritis, & ignominiosè, non viso hoste, fuga Gorcomium accelerantibus. His rebus Gelrus gaudere, maioreq; præsidio arcem firmare, at pudor & dolor capere ciuitates. Milites per frontē regionis distributi, incolis contemptui esse, quoties in inuicem gladios stringerent, mulierculæ acclamare, ad arcem Puerorum ire, vbi pugnasse oportuit, fugam eis exprobrantes, qua voce pudore confectos sæpe visum est gladios in vaginam recondere. Exactatamen hyeme, Buscoducenses simulq; Hollandi non quieuere, quin iteratò arcem obsiderent, Anholti Comite præfecto, qui pacta mercede, bono vsus consilio, vt callentissimus erat rei militaris, propter Vahalim modica agri parte castra facere. Quæ res Sueuindum malè habere, nihil enim minus ille vereri quàm inde obsessum se iri, cur neglectius eam muniet, angustia loci fretus. Cæterùm arctissimè arx cōclusa, locato passim præsidio, quà aduentus Gelrorū timeretur, quando Sueuindus siue fato, siue rerum desperatione animo fractus, periculosè morbo laborare cœpit. Cuius morte, res eius adeò turbatæ, militibus de præfectura arcis altercantibus, vt dum inter eos haud cōueniret, pacti fortunas ac salutem deditionē fecerint. Recipere conditionem Anholti Comes, incolumesq; milites abire permisit, solis transfugis laqueo strangulatis arboribusq; appensis. At arcem ipsam Hollandi solotenus æquare materia omni asportata atq; diuendita. Iam campus vbi arx fuit, nil q; eius supereſt. Dum hæc ibi geri, dissensio capere Hollandiæ ciuitates. Nam

Arx Puerorum obsessa.

Obsidio soluta.

Arx iterato obsessa.

Dedita

Ac diruta.

Gelrus in Hollandiã ruit.

Delfi, Leydani, Herlemi, Amsterodami criminari, nequicquam volentes ad impensam obsidionis factam conferre, mutuoq; sunt se cohortati: & quod in obsidionẽ arcis non assensissent, & prius infeliciter ad eam pugnassent. Interea euenire iis, quod est in Apologo de miluo, vtrumq; bellatorẽ rapiente & laniante. Quippe dum altercari cœptum, Gelrus copias cõducere à Philippo Hispania reuersas, & per mediam Goilandiam grassari, ad hæc Mudenum in fauillas accineres redigere, omni direpta supellectile, atq; vrbi annexa aree doloſe potiri. Nam deuocato arcis præfecto, inter colloquium sui se armata manu in eam coniicere: Multum in qua saxorũ, virumq; ad tuitionem satis erat. Itaq; & ad pacẽ Hollandia, & ad se redire, vulnusq; sanitatẽ prouinciæ reddere, cum venire Australes, vt cõmuni periculo consulerent, trepidantibus magnopere Amsterodamis, tam iuxta portas hostem nunquam passis. Iere tamen ex his quadringenti milites apprime exercitati, ad resistendũ simul Gelro. Hi, vbi præterire Wesopũ, mittere intrò nuncium, qui testaretur sese venisse, iis opitulatũ, sed quos Wesopii respuere non sine contumelia, metu ne ipsi vetus stipendiũ dissoluerent, dicereq; satis ciuium intus esse ad tuenda mœnia. Quamobrem male illis precantes se conferre Nerdenum, vbi esse tum acceptissimi. Interea Gelrus eques dispicere quantũ potuit, qua parte melius oppugnari vrbs posset, obseruareq; pontem, sibi imprimis ad hoc nõ inutilem. Dicere multo antè ciues succidendũ, quod negare vrbis primarius, quà tum vociferans, in fœnile, pabulum iumentorum meorum veham? Postridie venire in armis ad vrbem occupandam. Militesque haud segnes oppugnandiq; periti, ciuium errorẽ considerantes, se protinus per pontem ferre, multoq; fœno accenso incendium facere. Quo metu inscii ciues quid facerent, porta erumpere, quà irrumpere hostis. Ciuis, hic, dum exitus illi negaretur, fertur cæcidisse denos Gelros ipsum ab iis interemptũ, fugientibus tamen in campum cæteris: quibus vniuersis in captiuitatem inductis, Carolus se in vrbem victorẽ introferre, curareq; incendium, cum res noua euenire, fieriq; repentina inundatio Vechæ fluminis latè se diffundentis, vt retracti captiui agro femur tenus per aquas gradirẽtur, quum multis tamen ante diebus, clauſtris omnib. reseratis, prouocatus fluuius, alueo numquam egredi. Ita & hostis & aquæ simul vrbem capere. Postridie Gelrus ad Valli oppugnationem properare, quod propter Iperslotum Amsterodami haud procul ab vrbe festinanter iacere. Iam primum cœptum ac rude stabat, quum Carolus Wesopo omnibus se copiis offerre, aggeremq; conscendere, vt tam à classe quæ Vechtam clauderet, quàm his qui operi insisterent, spectari commodè posset. Hærebant naues lacu Dimeno, ad quas vociferari hostes, Nautici geminando Nautici canes, nectemus vos, teclamant: habendi primùm; dein nectendi erimus.

Wesopum expugnare.

Cæterum vbi naues allabi, nulli hostium diu contigit propter continuas ciaculationes stare posse. E vallo quoque tormentis bellicis eos petere, qui hactenus consummando opere fuissent impediti, vt fugere tum Carolus debuerit, tenuisque aggerem serpere, vix sui securus. Quod si ventus fauisset classi, serò doluisset ad ea se loca venisse. Hosti pauca, nobis nulla funera fuere. Wesopi hærentem Carolum Hollandorum alii suadere hoc sacco insuendum, iam effugere non posse: alii vociferari, nemo est qui illi faceum nectat. At multis callidior is paruo equiratu post dies paucos summa nostrorum ignominia elabi; cum iri ad principes viros Florentium à Selsteinum, Anholti atque Emri Comites, qui tripartito milite Wesopum obsidere. Anholti Comes ad Geinium pontem: Emri Comes cum Gallis ad Mudenum montem: Florentius magister equitum Nerdeno nauare; quanquam nihil memorabile tum gestum, præter leuia aliquot prælia. Galli pæne oppressi essent, ni Florentius cum equitibus aliquot eos liberasset, vbi bombardæ sphærula inter pugnandum fauces est traiectus. Iamque appetere hyems, demissusque ager ac pluuiæ soluere obsidionem suadebant, quum Anholti Comes fundum natura editiorem manu, cespiteque altiorem reddere, trabe aggereque sepire, præsidioque iusto munire, & ad pontem Geinium propugnaculum simile struere: tertiumq; Amsterodami, propter Wesopum, præter binas naues bellicas palis in Amstella sepras, aduersus omnem vim. Itaq; hoc pacto per hyemem vallatam, vrbem tanta egestas cepit, vt quotquot intus esse, sæpe aquam, pty sanam interdum biberent, & semel vix quinto die pane vescerentur. Accedere huic malo tempestas austrinum pelagus turbans, aggerumq; moles disrumpens, vt mediocri naui fluitasses. Quam occasionẽ arripere Waterlandi, oratq; tum vt sibi liceat vrbẽ capere, adnauigari posse, mutuoq; manu prendi, quibus id negatũ quod Imperator pacem obsessis promisisset. Erat Wesopi tribunus, qui scribere ad Amsterodamos de tradenda vrbe: rescribere illi, latoresq; literarũ ad eum mittere Franciscanos

duos

duos. Magna sanè quàm mittentium, tam euntium simplicitas. Rogati, habere se literas ad tribunum respondẽt, tum fortè laborantẽ valetudine ac decumbentem lectulo. Milites ne quid fraudis ab his nosci posset, adducere alium mirè tribunũ simulantem. Stare Franciscani atq; introduci, cum palàm fieri proditio, bisq; in lintre poni, vt in Vechta mergerentur. Euadere tamen post longum, in vinculis passi multoties vitæ periculum. Tribunus ante morbo vita posita, propter patibulum in vlua sepeliti. Mox agi ad Cameracum conuentus principum, vbi legati Imperatoris, Franciæ & Hispaniarum super multa sancire fœdus, tum etiam aduentante Margaretha Caroli impuberis tutrice, quæ Gelriæ legatis veniam pacemque dare, elocutione obscura. Venire itaque in Holandiam duo ex Gallica nobilitate, qui Wesopum sine mora tendere, militibus soluere stipendium, edicere discessum, ciuesque diripere paratis frœna imponere, ac cuncta pacata reddere. Sed quo bello sopito Carolus ad ingenium rediit, aliusque noui esse princeps.

Erant Gregariorum aliquot cohortes militia dimissi propter campos errabundi, Georgos magna calamitate afficientes, quibus imperari vt agris discederent quod nullius merere se stipendia, fateri. Cunctantibus his, Campenses tribunos duos eorum apprehensos supplicio capitis afficere. Quam occasionem arripiens Gelrus, cuius certe id minimum interesset, quod externi, non sui esse Campensibus bellum indicere, simulque ardore & impetu Gregariorum eorum vtendum ratus, tribunorum suorum vicem dolentium, Oudenselam ibat oppugnatum. Continuò igne immisso, inque portæ valuas tormento maiore bellico impacto, vrbe est potitus, vinctis ciuibus, viritimque bonis eorum distributis. Quam publicam ignominiam sociorumque extremam calamitatem non ferentes Transilelaniæ ciuitates, iungere arma, & accersito Frederico Badensi Traiectinorum Antistite simul ad recuperandum amissam laborare:

Gelrus Oudenselam expugnat.

Badensis vrbem recuperat.

Igitur post menses aliquot obsessi, quibus cum fame etiam bellum esse; nequicquam expectatis suppetiis deditionem facere, pacta vitæ incolumitate ac libera abitione. Fridericus magnanimus inque armis non minus strenuus, vt hostes tum omnifariam vlcisceretur, totius exercitus robore in Gelriam irrumpere, hostiliaque ibidem omnia admittere, & Zurphaniæ Comitatum nemine prohibente hoste, latè vastor ac vindex, maximis calamitatibus afficere, ad hæc incolumis cum vniuerso exercitu ad suos reuerti. Tandem vltionis vtrinque cum sat esset, conciliatis pace animis, offensionumque memoria deleta, à bello feriatum. Felices Traiectini, quod bell gerantibus illis quietos se gererent: at rectene tum egerint, quod Gelro fauerint, an factiose, quòd Antistitis sociorumque essent desertores, cuilibet iudicandum relinquo. Vtut est, priuatum odium optimatium post publicæ obfuit saluti; execranda simultas amicæ paci. Nam Florentius Iselsteinus militari indole, dux exercitus ad Oudenselam, optimatibus odiosus parta gloria fieri, veritis ne offensionum præteritarum iam factus auctior memoriam haberet. Itaque coniuratione facta, clandestinò illi actuarias naues tres fuetas cespitem vicatim vænum ferre, fornicaras simili, dolosè milite instruere, perque alueum vehere spe Iselsteino potiundi: sed fortuna minimè eorum consiliis respondere, dum milites appropinquantes vel metu, vel fissuris nauium aquam trahentibus perculsi, re infecta retroferre pedem. Fertur Iohannem Godefridum Nauarcham non semel Frederico Badensi Traiectinorum Antistiti, atque satrapis Archiducis Caroli, coniurationem aperuisse, cum Florentius in conscios animaduerti cupiens, nihilque præter verba reportaret, in Traiectinos cœpit non nisi hostilia moliri. Nam millia duo militum inauctorare stipendio, quibus imperare, vt Traiectum inopinatò capiant, magnam vrbis potiundæ fiduciam habens ex nimia securitate ciuium atque dissensione, sed Gelrus eos in itinere retardare.

Coniuratio optimatum Traiect.

Interea Traiectinis dum dari spacium se communiendi, in armis visi pro muris animosè stare, vnde circumquaque cuncta diripere, atque incendio Florentius absumere, quantumuis indignantibus illis nec ausis portis erumpere. Fremere ciues, acqueri, vindictam poscere. Florentius factum excusare, milites incendia misceuisse iniussos, nihil ipsi cum Traiectinis inimicitiarum intercedere, solum se velle coniuratorum capita, quod præter ius gentium, nulla ab eo affecti iniuria, capere proditione tam singulari, Iselsteinum constituissent, nihilominus concitatiores facti, illatiq; damni memores, tam communi plebiscito, quàm consulto magistratus, vnanimes ire ad Iselsteinum delendum, belloq; simul defungẽdum, ne vrbeculæ vicinitas

1511. formidolosa amplius iis vel noxia esset. Subinde studiosè vniuersis comparatis ad expeditionem eam necessariis, tria stipendiariorum illi milia conducere, postridie D. Georgii ordine Iselstenum euntia, rata leui momento capi vrbem posse. Verùm his ex animi sententia, rebus minus succedentibus, præsertim, quod mercenariis haud satisfiderent, & ipsi multitudine sua, eò properare Ducibus Iohanne Burgrauio Montfortiæ, Euerardo Soudenbalchio, atque Iohanne Nienveldio; minarumque pleni, victoriæ spem inanem animo ferentes, qui genius eorum est, obsessos leidoriis ac scommate petere. Alii cornicalæ nidum pullis expoliatum; Alii ad strata viarum euertendo vomere venisse se dicere; adeo ipsis esse persuasum post triduum nacturos victoriam. Verùm longè aliter res cadere, ne intentantibus oppugnationem, quam- 10
quam triduum maioribus tormentis bellicis nequicquam mœnia quatere, plusque damni sibi accersere, quàm inferte clausis, vt verba eorum non nisi mera iactantia essent. Illæsa enim ea mansere, causantibus Traiectinis, tormentarium puluerem esse sophisticatum, cum ciues talibus animo neutiquam fracti, non absque consilio faciendæ cædis in stationes Traiectinorum crebrò irrumpere.

Dissuaserat hoc bellum pro animi sui candore, Fredericus Traiectinorum Antistes; qui dicere, controuertsiam inter eos pace sopiendam: Nam eiusce res non armis populariibus vindicandas, quin potius componendas principum arbitrio; cui illis in suspicionem venire, ac si cum Florentio sentiret. Itaque non modò Fredericum deserere, in re tam ardua, sed & accæcati Gelriæ Ducem accersere, ac præficere summæ Reipublicæ. Insuper ad immoderationis suæ sempiternam memoriam, & quo arctius se cum eo iciisse fœdus testarentur, Antistitis monita spreta & neglecta, nouam in gratiam Ducis cudere, videlicet tam illius, quàm propriis inscriptam notis. Adeò insolens temeritas sæpe mortales exagitat, vt quid faciant, neque videant neque intelligant, & cum non possint emendare, serò admissiue nolint. Venire Gelrus, suppetias laturus magno eorumdem gaudio at minori commodo: nihil enim aliud agere, quàm vt obsessos arctius clauderet. At Florentius post sextam hebdomadam suis ire opitulatum, ducereque exercitum equitatu ac robore militari conspicuum. Nam præter IIII M pedites vidimus equitatum mille & quingentorum, è proceribus eorumque clientelis confertum, armis ita splendidum, vt spectantibus vere admiratio- 30
ni esse potuerit exercitu, tot nobiles precariò educi.

Exercitus Florentii Iselsteini.

Interea dum Florentius Goricomio trahit, Gelri, quod partem præsidii leuasset, Bomeliam leui momento occupare. Adesse è Cluia ac Iulia auxiliares copiæ: Henricus Comes Nassouiæ: Philippus Burgundiæ nothus: Adulphus a Beueris & Veris. Henricus Bergensis: Iohannes Wassenarius: Maximilianus Senenbergensis, N. Comes Emri, Gallus, aliique proceres infiniti, cum sibi maturandum ratus, rei bene gerendæ curam suscipere, & auerso itinere Florentius per Wordenum & Hermelenum in patentes campos atque subiectos, Traiectum inter atque Iselsteinum copias ducere, vt suis præsertim equitatui pugna expeditior esset, & hosti fugam, si belli fors ferret, hoc pacto intercluderet. Traiectini audientes Florentium immine- 40
re, ocyus vrbem repetere, dicereque mercenariis se esse digniores. Carolus tamen Dux aduentum hostis præstolari, & cum stipendiariis munitissimis in castris se continere, quamdiu non Florentium cognouit pulcherrimo equitatu aduentare, quo nuncio perterritus ille cum suis in Montfurtũ se recipere. Hoc pacto soluta obsidio est, & citra cruorem Florentius in vrbem ingredi, magna cum acclamatione atque gratulatione ciuium. Qui calamitates suis irrogatas grauissime vindicasset, si exercitus sequi voluisset: Nam precariò eductus non inferendæ iniuriæ, sed obsidionis tantum leuandæ gratia venisse se asseuerare, cur post triduum etiam domuitionem parare, etsi retinere Florentius delectissimos peditum, si quid forte male pacati Traiectini denuo auderent: Ægerrime enim ferebat ad lutefiam Traiectinis statiua esse. Itaque 50
pro animi sui magnitudine audax tum facinus aggredi, & paucis suorum data tessera, prima diei luce numerosum eorum exercitum inuadere, trucidatis stationum vigiliis, vt semisomnes & hærentes fugerentne an resisterent, turbaret, & ad satietatem occideret, trecentis insuper captis. Multos fegetis densitas protexit. Cæteri dispalantes seminudi atq; inermes in suburbana confugere. Amittere Traiectini colubrinas quatuor, præter alia impedimenta bellica. Post eam cladem dum æris alieni satis conflassent, nam quadringenta florenorum milia hoc bello profusa memorantur, Traiectini supplices pacem à victore, pro arbitrio satrapum Archiducis Caroli, poscere; serò Fredericii Badensis antistitis sui memores sententiæ. Quando nunquam pacati animi Carolus Gelriæ Dux, bellũ è bello serere, publica via Francofurtũ ad nundinas mercatores

Soluta fine cruore obsidio.

Inducia.

catores proficiscentes abripere, propter Coloniam, & in vinculis detinere; causant, Florentium ante pacis fœdera infregisse, quod paganos aliquot circum Bomeliam ac Tielam exactionibus grauasset, & suæ ditionis esse, haud Archiducis ea loca ex pace Cameraci transacta. Itaque dum de finibus agi, ad bellum denuo prouinciæ Ducis reuocatæ, collationibus nouis implicari, emungi pecunia, aliisque atque aliis portandis oneribus subiici, non sine tamen earum murmure, quippe non ad vsum belli, vt parerat, destinatis, sed quorundam explendam auaritiam. Compilatum prouinciatim ærarium, cum id non sufficere, & viritim census postulari. Fraus quoq; Tribunorum animaduersa, in recensione militum. Sed quis principe puero abs vllo vnquam belli tionem ex æquo & bono administratato videt? Itaq; ad principum animi lubidinē, gliscente bello, itum valido exercitu, ad Venloam, vbi dissentientes præfecti, nihil præter ignominiam lucrifacere. Tripartitò obsedisse vrbem nihil profuit, quum liber exitus *Venloa obsessa.*
alicundè pateret. Obsessi etiam neutiquam animis fracti, militari præsidio communiti, magna cæde hostium stationes afficere, præsertim Anglorum, quorū mille ac quingentos ad nos rex miserat, suo inauctoratos stipendio. Vrbem oppugnandi conditus dies, quum Florentius eam immaniter aggredi, suis aliquot hostiliter intrò per muros desilientibus. Et, iam res spectare visa victoriam, sed pusillanimes fieri Anglorum, aliorumque militum cohortes, nec promissis stare quibus se mutuo adstrinxerant. Q are factum vt ex phalange Florentii, plurimi cæde interirent: quum sensim solui obsidio, ambitione parante inuidiam, nostrorum magno dedecore atque iactura. Interea Gelrus qui iam pridem Hattum, Herderuuicum, Bomeliamq; suæ ditionis fecerat Tielam. Vissenum quoq; ac pleraq; alia loca vendicare; Adhæc Worcomio, per Vahalim classe descendens, tensis sub noctem scalis potiri, excubantibus negligenter ciuibus, *Gelrorum successus:*
vbi N. Comitem Hornæ capere, cui in redemptionē sui oppidique magnam pecuniam is imperare. Hollandi tali re facti anxii ac trepidi, ne per Mosam, penitiora prouinciæ penetraret, validam adornare classem, dum nihilōminus hostis aliquanto tempore circum à pagis menstruum exigere, ibidemque se continere, quoad direptis omnibus, ciuibusque in captiuitatem abductis vrbe laberetur, vt nullus nisi post diem recissum eius sentiret. Ac nulla dein dies Gelro ab excursione vacare, modò Brabantiæ, modò Hollandiæ loca sibi finitima, igne ac rapina complenti, collationeq; menstrua vexanti. Habebat Gregarios stipendia nulla merentes, nisi licentiam excursandi in locupletem, quod aiebant, prouinciam. Iccirco plurimi gaudenter Gelro militare, quod ingēs spes prædæ passim esset, quibus omnes sibi finitimos pagos vectigales facere, & quantulacumq; stipendia illis insuper solueret. At vicatim dispersis Hollandiæ mercenariis, dum menstrua stipendia nō soluūi, magis oneri quàm vsui esse cæpere. Nam quoties hęc aut illa ciuitas soluere militibus stipendia detrectat, in penitiorem se illi Hollandiam propripere, finibus indefensis. Igitur succrescens, Gelrus aliquoties minitati se Hagam ferro ac flamma deleturum, qua denunciatione tali, tantum terroris huic est iniectū, vt bis populariter migratum sit in vicinas vrbes cum supellectile, animosq; Hollandorū alioqui feroces infregerit, vt neq; amicis neq; hostibus satis fiderent. Atq; etiam Gelrus ire Heuchlemum oppugnatū, vrbis partem maiorem conflagrans, quam hoc facto *Heuchlemii Gelrus oppugnat.*
vicisset, ni se ciues mutuò essent hortati, ipsumq; armis à mœnibus repulissent. Ita & Aspram vi nequicquam tum tentare. Ad hæc dum nostri discordia laborare Gelri grassabundi, per Goilandiam sibi vectigalem plurima circum Amsterodamum hostiliter ædificia in fauillas & cineres redigere, ac naues multas accendere, vicinitatesq; omnes aut menstrua collatione grauare, aut d ripere: quibus Iohannes Wassenarius reduntibus, pro animi sui magnitudine audacior, quàm felicior, tumultuario milite, propter Traiectum se ferre obuiam; nostris metu perculsis, aut numero hostium, aut quod capessere pugnam aduersus hostem cum mercenariis vereri, quando fugientes obiectu corporis sistens, suique nimis securus, hosti factus præda, inque Gelria, arctiore, quàm par erat, toto biennio, est habitus custodia, quamdiu non in redemptionem corporis quinque & viginti milia Philipporum aureorum exsolueret. Eodem *Iob. Wassenarius bienniū in Gelria custodia asseruatus. Buscoducēses cædi.*
tempore fortuna belli Gelri vtentes, Buscoducenses Mosam festinanter transgressos, vt Bomeliam recuperarent, serò aduentantibus auxiliaribus, ex insidiis opprimere, quadringentis ferme captiuis eorum abductis, è quibus grandem pecuniam facere, ac progressi suburbana incendere, habitatoribus partim interfectis, partim quoque abductis, triduumque agros eorum depopulari: Hinteram item, Hessellam, Roiam, ac Lissentum, nec non Geldorpi fanum & turrim in quam ducenti fermè mortales absconsi, fumo igneq; perire, præter Hæsam, quæ toties iis restitisset: Hollandiæ etiam Bigaudam, Hacstrechtum, D. Arnoldi montem, aliosq; innumeros pagos

citra & vltra Lacam igne ac populatione in solitudinem pæne redigere, occasionem ex tempore, ferociam ciuili discordia mutuantes, Brabantis ac Hollandis de collationibus atque administratione belli tum fortè inter se contendentibus. Quippe alii eo defungi velle, alii Carolo maturam esse ætatem optare, alii de ratione belli malè administrata præfectos militares insimulare, vt post sancitæ fuerint cum Gelro trium annorum induciæ; inter quas Carolus huius nominis secundus iam decimum quintum agens an-
1515. num (natus enim anno salutis humanæ sesquimillesimo, Calend. Martiis bisextilibus)
Inaugurari Carolus. magna cum gratulatione, neq; minori magnificentia atq; apparatu Dux inaugurari & Hollandiæ Comes pronunciari. Aduenièis in Hollandiam, per septimanas aliquot Hagæ Comitis amœnitate se delectans, plurium externorum principum legatos humanissimè excepit, præcipuè regis Franciæ, præter varia noua fœdera, iureiurando & sponsalia inter Carolum & gnatam Ludouici Galliarum regis facientes, ceremoniis omnifariam adhibitis. Actum quoque Isabella vna sororum Caroli magno comitatu procerũ in Daniam traiicere, vt regi desponsata nuberet, postquam paucos ante menses Mariam alteram sororum rex Hungariæ vxorem accepisset. Interea ne res Frisiæ si-
Bella per Frisiam. leam, Comes Emedæ qui iampridem Groningiam in deditionem accepisset, vallumq; munitissimum media vrbe locasset, factus insolens, à Georgio Duce Saxoniæ, cui ante militasset, descisceret, ciuesq; de impunitatis spe persuasi, eum omnes sequi. Georgius Comitis perfidiam execratus, dum neq; verbis neq; legationibus apud eum quicquam ageret, vt ab instituto recederet, magnum colligere exercitum, Groningiamque arctissimè obsidere. Henricus & Ericus etiam Duces Brunwicenses, suppetias Georgio laturi, regionẽ N. Comitis Emedæ rapinis ac incendio depopulari, plurimasq; eius arces suæ potestatis facere, & has partim solo æquare, partim præsidio munire, quarum quidem præcipua atque validissima esse Friburga. At Henricus minus cauè indagans viam ad arcem oppugnandam, bombardæ sphærula ictus, interiit; cuius morte Ericus dolore ac furore accensus, obuia quæque diripere, & cæde ac flamma cuncta complere. Cum non insuper Georgius otiosus esse, totisq; viribus, quanquam difficili labore, Damum expugnare, stragem ingentem facere, occidioneque delere septingentos fermè milites post irruptionem in templum confugientes. Adeò ægrè nec sine cæde captum oppidulum victores in tantam sæuitiam compulit, vt fama sit, primo irruptionis impetu, mille & quadringentos in eo occubuisse. Perseueratum quoque tum in obsidione ad Groningiam. Quibus rebus fractus animo, Emedæ Comes, ad Carolũ Gelriæ Ducem ire oratũ auxilia, qui belli quàm pacis amantior, dum spes modò noui principatus offerretur, mittere in Frisiam Guielmum Oiensem haud cum contemnendo exercitu, cui Groningenses absq; mora sacramentum dicere, Emedæ annuente Comite, imperioq; antiquo cedente; quando Gelri iactare se Frisiis pristinam libertatem recuperaturos, & Sneca & Bolswarda leui momento potiri, fidemq; maioris partis Frisiæ hac victoria sibi conciliare. Georgius in rebus tam subitis & angustis non cessandum ratus, longè lateq; populatione obuia quæq; perdere, verum dum pro animi sui benignitate timeret admittere maiorem tyrannidem, natiuam Frisiorum perfidiam perosus, Carolo archiduci resignat prouinciam, pacisceńs centum florenorum milia. Qui mittere Florentium Iselsteinum aurei velleris principem animiq; insuperabilis, ad Frisiam in fide retinendam: quem ad Harlingam appulsum, Franingia & Leuuardia ciuitates solæ amplecti, cæteræ aspernari. Neq; destitit Gelrus eam partem Frisiæ armis sibi vendicare, præsidioq; communire, & palàm ligationes se principem Frisiæ appellare. Adeò nonnunquam regnorum & prouinciarũ ambitiosa cupiditas, principum virorum animos præcipites agit, vt aliena non vereantur rapere, nec meminerint quid liceat, dum nihil illicitum ducunt, quod libet, & fas & nefas in æquo ponunt, nullam humani iuris aut diuini habentes rationem. Interea Hispaniarum rex Ferdinandus maternus auus
Non. Calen. Feb. 1516. Archiducis Caroli senio vita defungi, qui deuicta Betica & Granata ab pont. Romano appellatus Catholicus, & vbiq; victor, quod cunctis seculis memorandum, quatuor regna armis ac iusto Marte sibi vectigalia fecit, quæ rursus nemo illi abstulit: quippe fortuna belli victoria vbilibet potiri. Parentalia defuncto Carolus Bruxellæ ad D. Michaelis Brabantiæ celebrare oppidò generosissimus princeps, pulla veste, comitantibus cunctis aurei velleris, magnificentissimo quo decebat apparatu, ceremoniis mirificis adhi-
Carolus Hispaniarum rex. bitis, vbi peracto sacrificio acclamatum *Viuat Hispaniarum rex Carolus*, coronamq; regiam capite accepit. Cum Frisii à Gelris adiuti, non fidenter modò ad libertatem vim aspirare, verum etiam in dictas binas vrbes oblucantes, arma vertere, obsidioneque eas cingere, piraticam per mare Austrinum exercere, ac deprædari Hollandorum naues. Missus à Carolo iam facto Hispaniarum rege Florentius prædictus iteratò, impendio compa-

comparans aliqualem classem, qua statuebat aduersus hostem nauale prælium committere. Præstare Frisiorum classis velocitate ac magnitudine. Nihilominus in cunctantes, ac suis viribus diffisos vela vertere, facinusq; audax aggrediens, sola tantùm triremi, præcipuam Frisiorum nauem tentare, reliqua amota classe, quam maiore tormento bellico, à prora per puppim traiicit, multis interemptis, vt metu perculsi, armis proiectis eam dederent, ac reliquum hostem tam facilè Hollandi vincerent. Itaque victor Florentius, quotquot esset nactus prædonum colla laqueo sparsim per littora innectere, & furcis patibulisq; alligare. Restare adhuc ingens, vt Franingiam & Lewardiam ab obsidione liberaret, ad extrema ventas, ne fidem Carolo datam violarent.

10 Sed ex tempore Florentius id minus poterat, quod maiore exercitu illi opus esset; quippe superbus hostis, quinquaginta armatorum milibus. Idcirco pedestrium nutrix, Germania stipendio conducta, mittere armatorum quinque milia, quibus præfici Felix Comes Vernenburgi. Habere etiam Florentius sibi quæsitos vndique milites virtute præstantissimos. At Hispani in noui gratiam regis, aliquot etiam milia suorum educere, inter quos plures quàm nongenti esse proceres, vt horum collecta vis, armatorum facerent quindecim millia, quibus itum in Frisiam, vt debellarent. Harlingam appulsi è vestigio in hostem dirigere aciem, prorsus ad pugnam parati; sed quibus conspectis ille obsidionem frangere, ocyusque in Doccam, Suecam, Bolswardiam, aliaque munitiora loca confugere. *Iturin Frisiam copiosa exercitu.*

20 Cum nostri ferro ac flamma eorum regionem quauersum vastare, multosque eius gentis proceres nitentes magè temerè quàm cautè se suis castris defendere, trucidarent, iis aut solo æquatis aut igne absumptis; & Gelrus simulanter pacem speraret, interim haud vi neq; armis, quod est principū, sed fraude ac dolo ciuitatibus Hollandiæ imminens. Nam ad Iselsteinum capiendum suborna- *Gelrus Iselsteinum tentat.*
re sexum muliebrem ementientes, crepusculo diei cupientes pandi portas mittiq; aurigam qui fessas in Hollandiam veheret, adiicientes sibi admodum festinato opus esse. Excubitores fraudem inesse rei minimè subolentes, lucelli gaudio affulgentis, rem ilicò perficere, portas aperire; verùm viso, positis muliebribus, ad arma se parare, adclamare ad eiues, hostem intus esse; vt pauciores, aliis serò ex insidiis aduentantibus, non sine cæde ac vulneribus retrocedere cogerentur. Et post hæc cementarius, qui fortè

30 structis ædibus operam suam habitatori locarat, Neopotto insidiari, pago ædificiis raro, ad hostium tamen incursiones caundas, vallo probe munito, ad Lacam flumen ex aduerso Sconhouiæ. Hic dum portæ mane pandi, signum dare Geltis circum delitescētibus, Neoportum inuadentibus, quibus post biduum, quàm equitum tam peditum auxiliares copiæ visæ adesse, abunde commeatum importantes domosq; pagatim vicatim- *Neoportum occupat.*
que cremantes, quo metu vicini menstruum melius ferrent. At N. Nassouius, Hollandiæ præses, contractis Hollandorū copiis, atq; aliorum aliquot externorum turmis, obsidionē iis parare haud segniter, vt partim suis viribus diffisi, partim loco non satis muniti, noctis silentio Gelri dilabi, inq; pacatum abire, quorū tamen aliquot viarum ignari à nostris intercepti, Sconouiamq; abducti, vitam laqueo finierunt; alii ex his nobili pro-

40 sapia oriundi, Carolo rege mandante, Hagæ Comitis capitis supplicio affecti, inq; rotas corpora eorumdem sublata; Gelro hæc omnia dissimulanter ferente, aut quod res belli male cessisset, aut intempestiue sui aufugissent. His rebus nostri animis sublati, Frisiæ bello odioso defuncturi, Doccam & Bolswardam ciuitates magna vi expugnare, interfectis hostiū quamplurimis. Ad Staurcam cum bis valida classe appulissent, tempestate sunt retroacti. Sed tertiò Florentius Iselsteinus feminum tenus per aquas gradiri, littoraq; nanciscī, & memorabili audacia, facinus rarum niti, inq; feroces stantes Frisios quo poterat modo, eos ducere, cuius constantia animique pulchritudine perterriti *Bella per Frisiam.*
Frisii fugam capessere, & relicta Staurea in pacatum abire quiq; quò sors ferret. Ita citra cædem ac sanguinem vrbs nostrorū virtute deuicta est. Post quę ad Suecam itum, è quâ

50 Frisia tota iis tum pendere visa. Longa ac dura erat illa obsidio quàm nostris tam obsessis. Quippe æua ac media hyeme nostri sub dio hærere, & aduersus mundi elementa simul pugnare. At obsessos, & ad extrema ferme redactos, consilii varietas capere, ciuibus deditionē parantibus: præfectis autem militum, durandum existimantibus. Est igitur de bimestribus induciis agitati cœptum, vt interim obsessi pacem à Carolo peterent, & subiectos se illi, aliis etiam adiectis faterentur. At Dauus perturbare omnia; vbi enim is videre animos Frisiorum in pacem inclinatos, collecto nouem milium armatorum exercitu, Doccam ibat expugnatum; Bis inde magna cum suorum clade repulsus: quamquam ciues, quod auxilia sperata ex composito eos fallerent, mox deditionem facere, pacta vitæ rerumq; incolumitate. Tum hostis Stauream cum finitimis locis recuperare.

Anno decimo septimo supra quingentesimum ac millesimum, Fredericus Badensis Traiectinorum Antistes cathedræ cedere, postquam ecclesiæ vno ac viginti annis præfuisset. Causam non inuenio proditam, nisi fortè quod priuatæ quam publicæ vitæ esset amantior. Qui in sui locum sufficere Philippum Burgundum, Philippi secundi Burgundiæ Ducis nothum, Dauidis quondam Episcopi germanum, quolibet suffragante statu, & decimo quarto Cal. Iunii Traiectum ingredi, nongentis fermè equitibus stipatus cataphractis, passis vexillis, tubisque personantibus, ad hæc magna & celebri pompa. Ipse Philippus quibus se induisset, armorum nuditatem textili veste aurea celare. N. Princeps Nassouiæ, N. Dn. Verarum, N. Gaesbetius aurei velleris, eunctis latera pariter tueri. Videre erat equos non paucos auro textili instratos, ad tintinnabula quàm aurea tam argentea gradientes, acclamante gratioſe populo, vitam, felicitatem atque pacem inaugurando. Quibus peractis solennitus, in prætorium vbi primùm venit, iuramentum ex more dicere, foris relicto equo quo descendisset, apparitoribus, ritu maiorum, debito. Dein ad ecclesiam popularem militari veste armisq; se exuere debitis quoque ædituo. Postremo amictus veste holoserica rubra, ac reliquo ornatus Canonicorum habitu, ad D. Martini procedere: vnde, iterum iuramento præstito, in palatium à Senatu populoq; est deductus. Postridie, eius impendio exhiberi ad D. Saluatoris pontificalis cœna, splendido nec minus exquisito ciborum apparatu, alteraque luce, decretas, more maiorum, rogationes, pomeridiano tempore adusque Seistum visus est sequi, atque inde, solito campanæ dato sonitu, Traiectum reuerti. Quem vt olim maris ita nunc ecclesiæ præfectum optimum atq; vigilantissimum precor, D. Opt. Max. vt longùm sospitem in omni virtute conseruare, & eiusdem augustioribus semper auspiciis pontificium prouehere dignetur. Non prætereundum hic, Fredericum Badensem à relicta cathedra nisi trimestre superuixisse, vitaq; defunctum ad Lyram Brabantiæ, vel animi tædio languentem, vel diu cum morbo Hispanico luctantem. Interea Gelrus iam per Frisiam potitus victoria, inuenire, qui prædicta nouè millia armatorum exauctoraret, faceretq; Frisia excedere: videlicet itinere maritimo eos mittere ad Hollandiam infestandam atq; perturbandam, milite omni ac præsidio tum vacuam, incolis nihil tale verentibus, præsertim cum prouinciæ, inducijs necdum finitis, Gelrus bellū non indixisset. Itaq; multitudo illa secundo vento adnauigans, Medenblicum imprimis magna vi capere; ciuibus aut interfectis, aut captiuis abductis, oppidumq; incendere, rapta ante omni supellectile, quod arcem oppido annexam validiore præsidio munitam, vincere posse diffiderent. Fertur Apostatam monachum cunctantibus commilitonibus, templum igne accendisse, ac post dæmonio correptum in mare se præcipitasse. Digna certè sacrilego pœna, quem indignum sepultura etiam hostis iudicaret, dum ab vndis volui atq; reuolui per multos dies pateretur. Pari impetu tum quoq; Almariam aggredi, postridie Iohānis Baptistæ, prima vigilia, cetsi leuiori momento ea potiri, quod neq; vallo neque mœnibus cincta esset. Vbi ciues fermè omnes salutem fuga quærere, quippe hostium aduentum præsenserant, aliquot etiam viderāt. Gelri ea contenti victoria insequi ciues locorum ignari, sub noctem metuebant. Tum haud dubio tota Hollandia trepidatum; nam hostis habere prouinciam, neque nobis mercenarius miles, neque auxiliares copiæ esse. Quocirca promulgari, agricolæ in armis, popularesque oppidatim sub signis, iter Herlemum versus caperent, inuasionem hostis vlteriorem impedituri. His præstò esse Hollandiæ proceres omnes, Iohannes Ilselsteinus, & Iohannes Wassenarius, grassandi licentiam hostibus euntes ereptum, cum nihilosecius illi loca circum finitima rapina atque incendio complere, non alios suis permittentes fortunis, quam rerum incolumitatem pecuniæ summaredimentes: & contra nostrates facere excursiones aliquot, veriti tamen ob multitudinem iusta acie cum iis decertare. Cæterum post decimum diem, hostes militari ordine passisque vexillis Almaria digredi, plurima præda ac preciosa supellectile, tectis per Hollandiam qua iter haberent passim accensis, donec Traiectinorum mœnia attigissent, vbi spolia diuidere non sine sanguine atque vulneribus. Dehinc Asprам festinare oppidulum propter Lingam situm, tam eius potiundi desiderio, quod Gelriæ finitimum ipsis fore peropportunum receptaculum videretur, quam ad incursionem in Hollandiam faciendam aptissimum. Itaque septimo Idus Iulii, turmatim hoc oppugnare, quò & illis pateret, ac prædæ esset. Vix toto trecenti oppido ciues esse, pro focis ac aris, quum maior oppugnatione fieri defensio. Omnibus animus erat, aut retundendi hostes aut fortiter moriendi. Comes pro muris rotis animi viribus obniti: imbellis turba, calcem, lapides, picem, ac cætera eiusmodi, in hostium perniciem

Philippus à Burgundia 56 Antistes.

Nota.

pernìciem feruefacta, magna cum alacritate defenſoribus ſupportare. Videre erat hoſtes mediis foſſis moribundos hærere, tum magno numero vulneratos ac proculcatos miſerè iacere. Bis tentata oppugnatio, biſque vrbis facta defenſio eſt, pudenda Gelrorum ſtrage. Actum concipere hoſtes, quod à tam imbelli plebe vinci tot milia eorum turpe exiſtimarent, non inde moturos, quàm armis oppidulum ſimul expugnaſſent. Nihilominus perſeuerare ciues, pugnareq; pro muris animis neutiquam fractis: ſed vincere paucos rabies inſanæ multitudinis, indefeſſe eos oppugnantis, maximè opera Thenderici Haeſteni, cuniculis in vrbem cum militum aliquot manipulis prorumpentis: quanquam ne tum ciues ſe dedere, ſed in vnum colligere, non minus fortiter quàm feliciter mortem pulchram, ſat ſuperq; vltam pro patria oppetentes. Ferrienim ciuium tantulos in oppugnatione plus mille hoſtium occidiſſe. O beatos, ô fortes, quibus fato in patria pro patria mori contigit. Graſſari hoſtes in omnem ſexum ac ætatem, iugulare in templis pecudum more qui ſub ferula eſſent, ſacerdotes ad aram trucidare, fœminas partui vicinas muerone configere, infantes in terram illiſos mori cogere, virgines & viduas omni libidine polluere. Horret omnia ad amuſſim animus, quæ ſpreta religione, immani cum tyrannide admittebant. Nam natare occiſorum ſanguine templorum pauimenta, & cruore reſperſo parietes vdare, etiamnum ruborem quendam exprimentes, quantumcunq; calce dealbentur. Carolus rex cum ſatrapis, vrbis cladem tam flebilem miſeratus, quicquid reſidui in prouinciis manſiſſet militaris roboris colligere. Subinde ad obſidendum hoſtes properatum, noſtrorumq; numerus auctior & obſidio indies arctior fieri. At quod in Bomeliam iis liber aditus pateret, ac ferre inde commeatum eſſet integrum, ridere hoſtes conatum omnem Caroli, inq; ſtationes ſuorum incurſionẽ etiam aliquoties facere. Tandem diffiſi viribus, Lacam traiicere, ſeſe ſubducere, fugientiumq; ſimiles eſſe, noſtris eos inſequentibus magno peditatus equitatuſq; robore, vt nec vſpiam conſiſtere, nec congredi auderent. Itaq; ſub noctem vliginoſa alii loca petere, alii per Geltiam ſe ſpargere, & noſtri Veluam magnamq; Gelriæ partem, rapina ac incendio vaſtare, peruadenteſq; ante Arnhemum militaria ſigna explicare, & ciuitatis mœnia tormentis maioribus bellicis quatere, vt Gelrum exirent, & ſupplex petere pacem cogeretur, quam Philippus Antiſtes atq; Iohannes Naſſouiæ Comes Hollandiæq; præſes Traiecti confirmare. Sed pax nunquam tuta, niſi quæ voluntaria minimeq; coacta eſt. Nam pace tranſacta illi quidem Gelria diſcedere, circumq; Bremam in Hybernis quieſcere, vt à quopiam nouo ſtipendio inauctoratentur. Verum dum fruſtra præſtolari, coniunctis animis repetere Hollandiam deſtinant. At quod hyems, & tempeſtates, magniq; imbres eſſent, verſo animi conſilio, iter per Cliuiam facere, omnia tyrannicè agentes. Cum cœpere terrori principibus eſſe. Formidare enim illi inſanam multitudinem, ne quæ perfida, alia loca, magno reip. malo inuaderent. Quocirca Antiſtes Colonienſis, Leodienſis, Traiectinus, Dux Cliuiæ Iulięq; nec non rex Hiſpaniarum Carolus, fœdus inire, ſe manum hanc ſanguinariorum ad internecionem deleturos. Quod audientes ludibrio principes habere, ignominioſa in eos dicere, nec quicquam extimeſcere. Sed conuenientibus ſub ſignis xxx fermè milibus armatorum, quorum pars ſelectior equitatus eſſe, feroces demittere animos, precari pacem, atque paciſci, armis miſſis, abitionem, ſola corporis veſte. Cæterùm deponentes tardius arma, equitatus phalangem eorum frangere, plurimoſque bombardarum ſphærulis traiicere. Cæteri diſpalantes à paganis interceptì & occiſi. At maior eorum numerus ad Venloæ mœnia conſidere Gelris conniuentibus, aduerſus quos codicilli principum paſſim per prouincias recitari, quicumque ex iis eſſet, vltimo ſupplicio afficeretur. Emiſſi in hoc prætores, qui inuentos laqueo ſtrangularent. Tali piaculo Deus ſcelera eorum expiare, quo ſanguinem inſontem Aſpræ fuſum vlciſceretur. Inter hæc Carolus rex vento ſecundo claſſi ſe dedit in Hiſpaniã nauigaturus, pridie natiuitatis B. Mariæ virginis. Nauis vna puluere tormentario caſu in mari accenſa, pereuntibus naucleris vectoribuſq; vniuerſis. Ipſe cum ſatrapis octiduò in non ſperatum portum Aſturiæ Hiſpaniarum prouinciæ appellere incolumis, magnaomnium gratulatione, ac rex inaugurari. In Imperatorem electus tertio Calend. Iulii pridie Petri & Pauli. An. 1519.

Deo Immortali ſit gloria.

MEMORATI VIRI NOBILES AC FLORENTES EX AUTOGRAPHO FIDELITER DESCRIPTI, ET seorsim collocati, hoc ordine.

Libri V.

Sub Theodorico Quarto.

Florentius Comes Orientalis Frisiæ; frater Comitis Hollandiæ.
Theodoricus Brederodius.
Simon Teylingius.
Dodo Lederdamus.
Iohannes Herculanus.
Baldeuinus Heusdenus.
Gerardus a Puteis.
Iohannes Altenanus.
Gerardus Dieherfenius. Dn. Oechteni: & Dn. Persini. Memorandum DD. Persini è Græcia oriundos; a milite quodam in Hollandiã veniente cum vxore Arnulphi filia Imperatoris Græcorum.

Libri VI.

Sub Theodorico Sexto.

Florentius niger & Simon germani Theodorici.
Baldeuinus.
Otto.
Florentius.
Theodoricus.
Peregrinus filii eiusdem Comitis.
Roberti Theodorici nothus.
Wilhelmus Brederodius.
Iohannes Herculanus.
Volperdus Lederdamus.
Hugo Butterslotius, germani Dn. Herculani.
Florentius Vornensis.
Adaluuinus Wassenarius.
Bernoldus aduocat. Egmondensis ecclesiæ.
Gerardus Teylingius.
Iohannes Leccæ Dn.
Guielmus Heusdeni Dn.
Gerardus Aspræ Dn.
Theodoricus Altenanus.
Luteorum ac Strenæ Dn.
Theodoricus Persinus.
Albertus Bautardus.
Iohannes Cronenburgius.
Odgerus Rysuuicius.
Godefridus Harnesbergius.
Theodoricus Scotanus.
Ludolphus Adrichemius.
Hugo Acherslotius.
Brunó Castrichemius.
Bernardus Poelgestius.
Guielmus Voorhoutius.
Henricus Heyloæus.
Gisbertus Amstelius.
Hermannus Wordenus.

Libri VII.

Sub Florentio Quarto.

Circa hæc tempora floruere in Hollandia, Zelandia & Frisia, supra quingentos equites aurati, quorum primates
Otto Comes Frisiæ, episcopus Traiectinus.
Guielmus præses Hollandiæ ambo Germani Florent. Com.
Theodoricus Brederodius Hollandorum prætor, &
Alfardus eius filius.
Iohannes Herculanus.
Iacobus Burgrauius.
Theodorscus Wassenarius.
Gutelmus Egmondanus.
Gerardus eiusdem filius.
Walterus Egmondanus, & Arnoldus fratres.
Guielmus Teylingius &
Theodoricus frater.
Henricus Vornensis.
Herbertus Butterslotius.
N. Altenæ.
N. Leccæ.
N. Ledæ.
N. Asprę.
N Luteorum & Strenæ.
Gisbertus Amstelius.
Hermannus Wordenus.
Christantius Raephorstius.
Iacobus Woudæ.
Guielmus Heekhusius.
Hugo Cralingius.
Theodoricus Goudanus.
Renerus Bokelius.
Hugo Ackerslotius.
Golekinus Rysuuicius.
Theodoricus Velsenus.
Paulus Brigdamus.
Baldeuinus Zilburgius.

Floren-

Florentius à Voors.

Sub Guielmo Secundo.

Florentius frater Guielmi.
Hermannus Hengsbergius maritus Margarethæ sororis Guielmi.
Guielmus Brederodius princeps militiæ.
Iohannes Herculanus vir fortissimus.
Iacobus Burgrauius Leyd.
Philippus Wassenarius.
Guielmus & Arnoldus Egmondani, fratres.
Guielmus Teylingius.
Henricus Vornensis.
Iohannes Heusdeni.
Giselbertus Amstelius.
Hermannus Wordenus.
Folbertus Dn. Lederdami & Hestrechti.
Otto Heuchelemius & Aspra.
Herbertus Boterslotius.
Iohannes & Nicolaus Persius.
Arnoldus Heemskerkius.
Christianus Raephorstius.
Theodoricus Goudanus.
Hugo Cralingius.
Hugo Ackerslotius.
Renerus Iohelius.

Sub Florentio Quinto.

Iohannes Florent. Comitis filius.
Iohannes Henesbergius Comes.
Theodoricus Brederodius pius.
Iohannes Herculanus.
Guielmus Egmondanus.
& Gerardus filius.
Henricus Burgrauius.
Iacobus Wassenarius.
Guielmus Teylingius.
Iohannes Heusdenius.
Hugo Buttermanus Dn à Boterslot.
Iohannes Heuchelemius.
Otto Dn. Aspræ & Aboæ.
Peregrinus Lederdamus.
Albertus Vornensis.
Nicolaus Persius Dn. Waterlandiæ.
Wolferdus Verensis.
Gisbertus Amstelius.
Hermannus Wordenus.
Hubertus Vianensis.
Gisbertus Iselstenus.
Iohannes Lechæ & Polani Dn.
Witto Hænstedius filius illegitimus Florent. Comit.
Nicolaus à Catthis.
Nicolaus Puttæ & Stenæ Dn.
Baldeuinus Naelduuicius.
Arnoldus Heemskerckius.
Gerardus Velsenus.
Theodoricus à Gouda.
Theodoricus Raephostius.
Hugo Cralingius.
Gerardus Hermelenius.
Iohannes Dertoga.
Florentius Dunius.

Libri VIII.

Sub Iohanne Secundo.

Guido Amstelius Wordenæ Dn. pontifex Traiect. germanus Ioh. Comitis.
Iohannes cognomento sauus.
Guielmus Oosteuandiæ.
Iohannes cum fratribus aliis duobus Blesensis filii omnes Ioh. Comitis Holl.
Theodoricus Brederodius.
Guielmus eiusdem filius.
Iohannes Herculanus.
Guielmus & Gualterus Egmondani fratres.
Theodoricus Wassenarius.
Henricus Burgrauius Leyd.
Iohannes Heusdeni.
Theodoricus Teylingius.
Hugo Bottermanus.
Albertus Vornensis.
Nicolaus Puteorum ac Strenæ Dn.
Iohannes Dn. Lechæ & Polani.
Otto Aspræ & Akoiæ.
Iohannes Henckelemius.
Gisbertus Iselsteinus.
Henricus Vianensis.
Nicolaus Persius.
Vitto Aemstæus in Zelandia primus Amstæ Dn.
Nicolaus à Catthis.
Peregrinus Lederdamus.
Iohannes Drongelenus.
Gerardus Heemskerkius.
Gerardus Raephorstius.
Gerardus Poelgestius.
Simon Benthenius.
Woluinus Sassenhemus.
Baldeuuinus Nasoluuicen.
Florentius Dunius.
Gualterus Assendelfius.
Iohannes Zylensis.
Nicolaus Adrichemius.
Omnes equites aurati.

Sub Guielmo Tertio.

Guielmus Comes Osteruandiæ, Guielmi huius filius.
Iohannes Beaudmondus, Comes Blesensis, frater eiusdem.
Henricus Brederodius & post eum frater Theodoricus Brederodius.
Simon & Theodoricus Teylingii.

Iohannes Herculanus.
Philippus Burgrauius Leydenſ. Waſſenariæ Dn.
Iohannes Egmondanus &
Walterus filius.
Iohannes Henſdenus.
Nicolaus Puttæ & Strenæ
Iohannes Lechæ & Polani.
Iohannes Heuchelemius.
Otto Aſpræ.
Gisbertus Iſelſteinus.
Henricus Viancnſis.
Iohannes Perſinus.
Guido Amſtæus.
Arnoldus Craningius.
Guielmus Naldunicenus.
Florentius Spikius.
Florentius Merwedius.
Theodoricus &
Hermannus Swieteni.
Gerardus Heemskerkius.
Gerardus Raephorſtius.
Gerardus Poelgheſtus.
Florentius Tholl.
Odgerus Spaengius.
Guielmus Dongenus.
Guielmus Duuenuordius.
Guielmus Cuſerus.
Daniel Matheneſſius.
Guielmus Outshornius.
Nicolaus Oemus.
Florentius Adrichemius.
Theodoricus Aſſendelſius.
Fredericus Senentriæ.
Gerardus Scotanus.
Iacobus Bakeneſſius.
Florentius Bouchorſtius.

Libri Noni.

Sub Guielmo quinto.

Iohannes Bleſenſis.
Theodoricus Brederodius cum
Renaldo
Theodorico
Walrauio filiis.
Otto Herculanus.
Arnoldus Dn. Auezati, Zulæ & Nordleſſæ.
Robertus Aſpræ.
Herberus Slingelandius fratres Otthonis Herculani.
Machteldis Vornenſis.
Iohannes Egmondanus cum
Arnoldo Iſelſteino.
Loura
Gerardo Wateringio.
Guielmo Suetermariæ filius.
Theodoricus Burgrauius Waſſenariæ Dn.
Gisbertus, Abcoudæ, Doreſtatis, Gaesbeckæ, Putcorum ac Strenæ Dn. cum
Guielmo
Zuederofiliis.
Iohannes Leckæ & Polani.
Theodoricus Aſpræ.
Iohannes Perſinus.
Gisbertus Vianenſis.
Nicolaus Senenbergius.
Henricus Verienſis.
Florentius Hæmſtæa.
Coſtinus Reneſius.
Iohannes Cruningenius.
Guielmus Naelduricenus.
Gerardus Heemskerkius.
Gerardus Poetgeſtus.
Iohannes Drongelenus.
Iacobus Binchorſtius.
Iacobus Woudanus.
Gerardus Hemſtedaus.
Gerardus Vletus.
Iohannes Blemmeſtenus prætor Kinhemariæ.
Theodoricus Saſſenhemius.
Guielmus Outkornius.
Theodoricus Raephorſtius.
Florentius Bouchorſtius.
Isbrandus Alhemadius.
Gisbertus Langeracius.
Amelius Mindenus.
Conradus Ooſteruicius.
Herperus Liefreldius.
Hubertus Sconouius.
Daniel Mateneſius.
Iohannes Mereſteinus.
Florentius Adrichemius.
Herberus Foreſtius.
Iohannes Zylenſis.
Conrardus Cuſerus.
Fredericus Seuentriæ.
Florentius Tholl.
Theodoricus Aſſendelſius.
Iacobus Batheneſius.
Isbrandus Nagelius.
Gerardus Scotanus.

Sub Guielmo Sexto.

Guielmus Herculanus.
Walrauius Brederodius.
Comes Gennippæ ac
Guielmo Brederodio fratre.
Iacobus Gaesbecius Dn.
Abcoudæ, Doreſtatii, Puteorum ac Strenæ.
Philippus Waſſenarius Burgrauius, cum
Henrico
Iohanne filiis equitib. auras.
Iohannes Egmondanus &
Guielmus frater.
Wolferdus Verienſis.
Henricus Viancnſis
Ameydæ Dn.

Phil-

Philippus Leha.
Ioannes Seuenbergius.
Florentius Borſalienſis.
Zuleni, aggeriſq; S. Martini Dn. Pater.
Franconis Comitis Oſteruandiæ.
Iacobus Berſalienſis Brigdami & Duuelandiæ Dn. Coſtinus, Haemſtæus.
Ioannes Crunningius.
Johannes Reneſsius.
Hubertus Culenburgius.
Theodoricus Merwedæus.
Ioannes Langeracius D. Aſpræ.
Theodoricus Henchelemius.
Henricus Naeldunicenus & Guielmo Alberto filius.
Ioannes Hodipilus.
Guielmus primus Dn. Scagæ nothus Alberti Ducis &
Adriano fratre
Euerardus primus Dn. Hogenwoudæ nothus.
Guielmi Ducis &
Ludouico fratre.
Johannes Treslongius nothus
Guidonis Comitis Bleſenſ.
Gilbertus Vianenſis.
Johannes Woudæ & Warmondæ.
Theodoricus Poelgeſtius.
Bartolomæus Raephorſtius.
Johannes Dn. Heemſtedæ & Benthuſæ.
Johannes Vlietus.
Philippus Dorpius.
Johannes Cronenburgius.
Florentius Alhemadius.
Gerardus Voortius vel à Voort.
Gerardus Zylenſis.
Egidius Cratingius.
Gerardus Liefneldius.
Florentius Abelius.
Gerardus, Conradus, Iohannes & Arnoldus Herlarii fratres equites, q. quatuor aurati.
Fridericus Seuentriæ.
Bertholdus Aſſendelfius.
Johannes Egmondanus Dn. Suetenmariæ.
Albertus Merenſteinus.
Herperus Foreſtius.
Florentius Adrichemius.
Gerardus Potterus.
Baldeuinus Swietus.
Guielmus Eggardus primus Dn. Purmerendæ.
Iohannes à Myt.
Arnoldus Spieringius.
Guielmus Nagelius.

Sub Iacoba Comite.

Franco Borſalienſis Comes Oſteruandiæ.
Iohannes Egmondanus ac
Guielmus Iſelſteinius, frater
Renaldus Brederodius.
Iacobus Gabecius D. Putteorum & Strenæ.
Henricus Waſſenarius &
Iohannes Voorburgius frater
Henricus Borſalienſis Veræ Dn.
Arnoldus Seuenbergius.
Iohannes Cruningenus Dn. Haemſtedæ in Zelandia.
Adrianus Borſalienſis
Brigdami Dn.
Guielmus Naeldunicenus &
Albertus frater
Philippus Cortgenæ.
Rutgerus Boiſelaræ & Aſpræ Dn.
Theodoricus Henchelemius.
Ludouicus Treslongius.
Guielmus Scagius.
Euerardus Hogentwoudæ cum
Ludouico notho Hollandiæ fratre
Iohannes Vianenſis, Nordleſſæ Dn.
Theodoricus Merwedius.
Gerardus Poelgeſtius.
Egidius Cratingius.
Iohannes Cattius.
Gerardus Zylenſis.
Bertholdus Aſſendelfius.
Guielmus Egmondanus Dn. Suetemariæ.
Gerardus Hamſtedæ & Bentuſſæ Dn.
Iohannes Hodenpilus.
Guielmus Langeracius.
Iacobus Woudanus.
Adrianus Raephorſtius.
Gerardus Vlietus.
Gualterus Mateneſius.
Herperus Foriſtius.
Gubertus Swvietus &
Theodoricus.
Iohannes fratres.
Fredericus Seuentria.
Florentius Alhemadius.
Otto Merenſtenus.
Florencius hyphonkius.

DE HOLLANDIÆ ET BATAVORVM NOMINE:

Ex Geographiæ Synopsi P. B. Ceſtii.

NONNVLLI *Holtlandiam* dici debere volunt, quaſi *terram lignoſam*: quòd olim terram hanc ſyluis luciſque horruiſſe perhibeant, quæ iam inundationibus exciſæ ſeu euulſæ ſint. Rheni enim alueos mutatos ferunt, quo tempore Lecco alio fluuio coniunctus eſt circa annum 860. Terra inter Rhenum & Vahalim interiecta proprio nomine BATAVIA dicebatur à Batauo (vt quidam volunt) Gothorum Regis filio, qui cum adiunctis ſibi eiuſdem populi viris, ob ſeditionem à popularibus ſuis pulſis, terram hanc cultoribus vacuam occuparunt, fixiſq; tuguriis colere cœperunt. Io. Goropius Becanus aliam huius vocis profert rationem, dicens compoſitam eſſe ex Cimbricis vocabulis *Bat* & *hauen*: quorum illud *commodum vtilitatemq;*, *hoc portum* ſignificet, quaſi *vtilem portum* dicas. Corn. Tacito tractus huius incolæ *Catti* quondam dicti. Sic enim ait lib. de morib. Germ. & lib. xx Hiſt. Auguſtæ: *Omnis harum gentium* (ciſrhenarum ſcil.) *virtute præcipui Batani non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Rom. imperii fierent.* Meminit horum fortaſſe Plutarchus: *Batani ſunt inter Germanos optimi equites, inſulam habitantes, quam Rhenus circumfluit.* Et mox, *Regio mirum in modum populoſa*, &c. *Harlemum*, ciuitas Hollandiæ ampla, cui incolarum teſtimonio Typogr. artis inuentio debetur: quamuis hoc beneficii Moguntinenſi vrbi acceptum nonnulli referũt. Quorum diſceptatio ſic conciliari poſſe videtur, vt primus illius inuentor opere imperfecto cum obiiſſet, ſeruum aut familiarem ſuum Moguntiacum profectum, ibi poſtea perfeciſſe: ita vt hæc altrix; illa artis mater ſit. Verùm de HOLLANDIÆ etymo plures hic commemorat Iac. Braſſica hoc Commentariolo ſententias, Balduini Ronſæi, Hadr. Iunii, Petri Nannii: nam quod Hoylandiam à fœno Irènicus & Hermannus Contractus deducunt, ridiculum ſanè: ab lignorum copia melius *Holtlandia*: etſi nunc ſyluoſa minus, ligniſq; niſi è Dania importatis, non abundet. Claudam ſi Io. Duzæ maledicentiq; Braſsicam temerè lacerantis minimè acquieſcendum dixero, verſiculoq; trito ac populari finem impono, quo à cauitate terræ dictam fingit Hollandiam; vt principe in vrbe Amſterodamo niſi palis domus ædificari nequeant, trementibus facile in carruum nimia agitatione ædibus vniuerſis. Sic enim vulgus accinit hodie:

Neerlant, eelant,
Zeelant, geelant,
HOLLANT *bollant,*
Ick houvve my aen den Heykant.

Brabantiam nimirum & Flandriam ob ſoli firmitatem maritimis longè præfert.

HOLLAN-

HOLLANDIÆ ETYMON

PER IACOBVM BRASSICAM ROTERODAMVM.

Ad Lectorem.

DVm Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est, *de Etymo nominis* Hollandiæ, *& mihi interea satis factum putem à nemine, statui & ego docere, cur à communi sententia discrepem illorum, qui de hac re quicquam annotarunt. Quanquam hoc volentem facile possent & debeant impedire magna sui nominis authoritate, ista tantorum Nomina virorum,* Petri Nannii, Hadriani Iunii, & Balduini Ronsæi *illius Archiatri vel Æsculapii Goudanorum, in Miscellaneis suis opinionem prædictorum, alius Panegyristæ testimonio confirmantis. Veruntamen quum hæc res in probandi munere consistet magis quam in coniectura lent, & cuilibet eorum difficile erit probare quod volunt, cur inhonestum sit habenti ocium mihi præsertim, aut inuidia aliqua dignum, si, quod fortè adiucunditatem Reip. & vtilitatem facit, singularia quædam conscribam, diuersa ab iis, quæ isti tantopere multis sibi tradidisse rectè videntur. Per te modo id mihi liceat oro atq; obtestor. Non quod animus mihi est Nomina nominatorum perstringere, quorum vel vmbram perhorrescerem, nedum ipsos tam eruditos, si in viuis essent, quod ego ingenue fateor: sed experiare verum esse, veteri quod circumfertur Adagio, & olitorem aliquando valde esse oportuna loquutum. quasi vero, quanti, quanti etiam iidem sint, quæ ignorabant, satis potuerunt integre conscribere. Nunquam prudens alicubi vertat vitio, dicere de rebus nulli adhuc sat cognitis. An non me hic quicquam nominis eorum reuerentiæ mouebit? Minime. Etenim Doctores legendi & peruolutandi: vnius Panegyristæ sententia contenti, animum suum videntur pascere, nisi plane quis concedat solos hæc intellexisse, dum illud sciam, quod nihil scitur perfectè. quale & illud est antiquum sapientissimi Socratis dictum;* Hoc vnum scio, quod nihil scio. *Nunc illi, si ausint, se omnia scire autument. Nihil quidem aliud istis debemus, quam quod* Hollandiæ *Etymon, tanquam monumentum longe abditum eruere sint conati: at utinam id effecissent probe. Neq; etiam id si effecissent, magni adeo esset æstimandum, quod res gestas conscribere sit arduum, nihil præter Etymon prouinciæ narrare, ocio sum, Scimus olim* Batauos *Romanis, nunc* Hollandos *dici, nec id magnopere admiror. Sed quum eius rei occasio hactenus penitus ignoratur, Martini Dorpii sententiam præ illorum amplectar, quam apertissimis rerum argumentis confirmabo. Inuidos scio huic meæ operæ non esse fauturos: at flocci ego illos faciam, dum satis erit, si te beneuolentia animi, studium hoc meum qualecunq; non improbare cognouero. Dusæ enim poetæ maledico duplici iam libello satisfacere sum conatus, Responsione iam & Lemmate editis anno 1601. & 1603. Sed quis calumniis faciat satis? Vale.*

CAPVT I.

Priſtinæ qualis fuerit Hollandiæ facies.

QVI nos ſæpenumero à vero deiiciunt, oculis vt aiunt, clauſis, hæc introſpiciamus: videlicet, ſyluestrem Batauiam ante Druſi tempora pæne nullis fuiſſe cinctam aggeribus, quam partim Rhenus, Moſa & Vahalis ut etiamnum, terminabant, ac quotannis ſuis mergebant aquis, eam ſtercorantibus, ut Nilus Ægyptum. Non quod Rheni quæ Nili eſt limi mollicies, ſed ſtructis nondum aggeribus, aduerſus torrentes, qui è montibus lapſi rapidè feruntur, minacem infractis cornibus, ita ut nunc non potuiſſe agrorum faciem perdere. Nam vbi torrentium fluuiorum magnum numerum in ſe recipiens, tumens & audax aggeres hodie diſiecerit, dolendum georgis malum adfert, pabulum, agrorumq; ſegetes perdit: quod vtrinque concluſis aggeribus alueus, gurgites non queat abſorbere iracentis, unde fit, urgente aquarum mole, qua res alia vix ponderoſior, aggeres dirui atq; dirumpi, & quod deterius eſt, aluei proprii profunditatem limi denſitate opplere, atque hinc ita excreſcere, vt iam pæne ipſum agrum altitudine ſuperare videamus, magno vtriuſque & Rheni & agri malo. At olim, quum illi liber curſus eſſet, ſponteque quo vellet laberetur, nulla vult enim arte ſeduci, nulla quem vis inhibeat, cunctos luxurians lambebat agros, pinguedinemq; ſuam gaudens ac hilaris quaquauerſum diffundebat. Nec diutius ſtagnabat, quam ſe exoneraſſet, ſucciduuſq; ſe proprio reddidiſſet alueo. Tum enim ſubſidebant aquæ, inq; Oceanum ferebantur, hoſpitij gratiam ſemper aliquam relinquentes. Quibus ita à natura comparatis, ſubactus & aratus ager altum extabat, ſparſum cum gremio ſemen auidè excipiens, quod ad gignendum, procreandumue plurimum valebat. ex quo colligere eſt, priſtinæ Hollandiæ fuiſſe longè aliam quam modo imaginem. Primum, Rhenus liber ac profundus, magno agricolarum commodo gurgitibus redundaret: Dein, Hollandiæ globus multum emineret, quod fluminis limi & pinguedinis accretione quotannis recurrente fiebat. habes veram ac priſtinam faciem Hollandiæ, vt ſolidam non natatilem probaremus, nec auerſarij labores, de qua re latius infra dicemus.

CAPVT II.

Nouæ Hollandiæ facies.

Aloyſius Marlianus. Chryſoſtomus Neap.

ET nouam Hollandiam, quam ab arborum feracitate *Holtlandiam* olim denominatam aſſeuerant loquor, ſuffigurabimus, ad animi noſtri inſtitutum. Non enim, qualem Aloyſius Marlianus, aut Chryſoſtomus Neapolitanus, viri eruditi deſcriptionem reddemus, qui exteris noſtræ inſulæ amœnitatem ſtilo egregiè commendarunt, verum pro voluptate tali aliam quæ poſteris hominibus jucunditatem & utilitatem erit allatura. igitur quam olim diximus ſupra Rhenum ſe extuliſſe, quantum vel aggeres aduerſus fluuiorum vim poſiti, eminent, corpus paludibus occultat, aliquot in locis demerſum, pabulumque iumentis vix præbet, aptaalioqui frugibus. Incuſandi maiores, qui ante diem quam aut ratio poſtulabat ex immenſo torrentem Rhenum in exiguum & anguſtum locum concluſerunt. Sed illi, cur hoc decenter fieri cogitarent, quamum poſſim depromam. Olim bicornis Rhenus, arenariis ſcopulis, tanquam vaſta aliqua obiacente mole, vi tempeſtatis ſeptus, ubi per Catwicos in Oceanum ferebatur, quum limo ita oppletur, vt humorem ac pluuiam ex agris dehiſcere non ſatis poſſe in eundem experirentur, pinguiſſimus enim apud nos eſt Rhenus, nempe aluei ſui altitudine operimento limi obducta, ne omnia tandem obruta aquis iacerent, prudenter ſunt hoc conſilium amplexi: quamquam ſerius vellem, ſi rem pænitus introſpexiſſent. Circumferimus enim vulgo, mature nimis *Hollandiam* aggeribus cinctam. Lætus ager, viridis, pecoris cuiuſuis diues, cum lactis caſeique, tum ſegetum ad Occidentem admodum ferax, ſed quæ inexhauſtis agricolæ ſibi comparant ſumptibus. Præter communem enim laborem, quem iis tribuere agro natura præſcripſit, etiam ſollicitos impenſarum dolor conſumit, renouandarum, & forte quauis amiſſarum hydromilarum, fodiendorum ilicum, conſeruandorum cataduporum, purgandorum aquæ ductuum, ſtercorandorum agrorum,

Hollant is hondert Jaren te vroech bedijcke.

agrorum, quando limosæ per se sua esse solebant gramina, & quæ ferebat sua fere sponte daret, vt ante nouam morte absumpti meritò eam, si aspicerent, nunc admirarentur.

CAPVT III.

Non rectè sentire, qui à soli cauitate ficta, ad indigenam linguam, Hollandiam, Holland *censent appellari.*

COmplures sunt in sententia, Hollandiam à mollitudine assimili spongiis & raritate quadam, vt aiunt, nomen sortiri, è quorum numero est Balduinus Ronæus. Adrianus Iunius id indicat probabili in ratione consistere. Cur vero ita sentiant, ex Plinio est, quasdam terras ad ingressum tremere, & insulas semper fluctuare. Sed aliena, ex opinione ad Hollandiam rapiunt ex verbis istis Plinij fingentes, à soli cauitate, quæ hic nulla est, *Hollandiæ* nomen esse. Quæ adeò solida est terra, vt penitus defixa radicibus suis hæreat. Non quod affirmem orbem innatare Oceano, sed foraminosam omnem, humorem naturalem haurire, per quem germinat, frutices alit atq; conseruat. Quod mollem & non densam callidissimo artificio natura eam fabricata est, causa propterea dicenda non est. Cauum est, quod exhaustum, inane, & ab omni re est vacuum. At vbi hæc vel manifestè palustris, vel pedum impulsu tremit, non vda est nisi mixta terra, vt nec cauam, nec exhaustam esse quis possit dicere. Hollandia aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludantur, asseuerantes cauitati vanissimæ rei in natura corpus inhærere. Hoc quicquid est scrupuli, cuilibet excutiendum relinquo, præsertim cum, vbi rales insulæ sint, Plinius prædicet, esse, ait, non in Batauico, sed Gabiensi, Cæcubo, & eodem Reatino, Mutiensi, Stationensi agro, consimili forte nostro. Quod si in nostro idem vsuenit, insulas emergere, prata natare, iugera ducenta fermè equitantium cursu tremere, ab hiatu aut retantilla Hollandiam concauam esse poterunt dicere, aut etiam vniuersam vacillare, cum quod hiatus hausit natura alio loco reddat, vt idem de insulis tradidit Plinius, *cauitatis* epitheto cur non prædictos agros notauit? sed Gabiensem, Reatinum agrum, vt vulgus, ligonem, appellat? Si cauam esse didicisset an non id expressum ab illo inuenissemus? procul dubio, ut mea mens id mihi præsagit, quippe & maiore, & externo hoc miraculo, domestica confirmasset. Sed terra qui esset caua cuius globus solidus ac firmus olim supra Rhenum eminebat, qua & etiamnum in multis locis facie est. Si assimile spongiis est solum, vt quidem isti hoc benè inuenerunt, atque expressa sit quædam virtus verborum & protestas, cur non à Spongia turgente potius *Hollandiam*, quam cauitate ficta *Hollandiam* appellant, instar vulgi circumferentis, quoties vult soli naturam significare, *Hollandt hollandt*: quasi *Bullandt* proprie & eleganter magis quam ridicule. Quasi vero ad significandam rem aliquam, vernacula nostra vnquam verborum proprietate laborasset. Ex quo patet, alia ex ratione nomen *Hollandiæ* oriundum, Nam qua de causa ita nominamus, à rebus propinquis & finitimis est lignis. Sic ad Etymologiam, verborumq; interpretationem, quæ semper probata est à maioribus, *Frisiabones*, veteri antiquato nomine ab aquis *Waterlandi* dicuntur. Porrectum est filum, cuius ductu, glomerem inuenire liceat. Sane, ni credam, maiores per Hollandiam, *Holtlandiam* intellexisse tractu temporis, vera voce amissa, at mente retenta, vt infra exponemus. Neq; Plinium aliud voluisse, quam admirationem mouere hominibus posteris, ideoque talia narrasse: qualia & illa sunt, in Vadimonis lacu, & ad Cutilias aquas esse opacam syluam, quæ nunquam die ac noctu eodem loco visitur. De Lydia, quæ Calaminæ vocantur. In Nymphæo, paruas saltuares dictas. In Tarquimensi lacu, nemora modo triquetra, modò rotunda ventis impellentibus nunquam quadrata conspici. Nam quod præcedit, de Miraculis Terrarum, & quod sequitur acernata terrarum, cæterorumq; elementorum miracula caput exponit. Sic in agro Cæcubo, natura alioqui cætera firmo insulas fluctuare meminit Plinius. Quod si argumentatio, secundum Ciceronem, est inuentum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessario demonstrans, inferre audebunt, quod, vbi palustris est, vel etiam vbi paulo videtur firmior Hollandia nostra, pedum impulsu quatiatur, vniuersæ materiam nullam subesse? Atqui id *Hol-landt* sonat. Certè hinc error est vitrorum doctissimorum, quod ad Plinii locum animaduersionem suam minus excitarunt. Igitur te orem lector, ne de lite iudices prius, atq; partem audietis vtramque, neue me, tanquam Cælii filium è cœlo demissum rideas, quod nouus vir, neq; titulo neq; eruditione vlla spectatus ausim literatissi-

Vide Miscellanea Ronæi. *Plin. lib. 2. c. 95.* *Eodem c. 93.* *Lib. 2. c. 89.* *Cap. 5.* *Cap. 2. lib. eod. Plin.* *Cicero de inuent.*

mis obstrepere. Quibus si concedere debeam, vt istos Aristarchos scriptorum fuisse scio, me puta hæc tanquam in Phidittiis Lacedæmoniorum disputare voluisse. Botruso; positus Botro matureſcit, habet prouerbium. Similiter sententia sententiæ collatæ, et læpenumero veritatem, de qua disputatio est, aperit. Verba rerum notæ, multosq; ancipites etiamnum Hollandiæ Etymon facit, ne inde dicam magnam olim ingeniorum fuisse certam dissensionem atque discordiam. Iccirco, si quæ ad communem Reip. iucunditatem sine arrogantia loquor, feras oportet. Volo enim hic animi mei sententiam integre aperire, nihil statuere, vt illi Adriano Iunio animus est contestari litem, non cum iudice in rem suam vertere. Cunctantem & verecundantem magis incitare æquum est, quam de hac re scribere volentem præpedire, de qua prætiudicium nullum, nec vere hactenus iudicatum est.

CAPVT IV.

Opinionis confutatio, ab Olandis Daniæ victoribus, Hollandiæ *nomen oriundum.*

MElius alii, inter quos Adrianus Iunius literatorum Coryphæus ad curiositatem inquærendo diligens, ab Olandia Daniæ existimans *Hollandiam* nomen accepisse, quæ contra eam olim dedit arma suis, victrix & post multa mala & peracerba Tyrannidem, prisco more ac iure belli, sibi coloniam hic constituit. Mos enim erat gentis regionem alterius occupantis, in quam suos deducebant, nouo ac patrio vocabulo ornare, vel ad relicti natalis soli in se leniendum desiderium, vel virtutis suæ sempiternam ostentationem, quæ ille ibidem ex Dionysio Halicarnasseo & Polybio eleganter prosequitur: nisi quod id verè ita esse, nemo mihi de fama eius sola facile persuadebit. quamquam etiam ille ipse super hac re voluit multorum opiniones commemorare, nihil asserere, vt qui omnia non propius, sed procul & summatim intuospexit. Traditum quidem interuenio Danos violenter armis in Hollandiam irruisse, sed an à suis eam tum Olandis, Danicæ gentis præcipuis denominauerint, iuxta ambigam. Vt tamen denominassent, credibile est prorsus inde ad nos id nomen fluxisse? Negaverim. Primum, quia id nemo audebit dicere, quando quo tempore cœperit, in coniectura adhuc est. Dein, aliter exempla docent. Nam si quoties gens aliqua effrenis & superba ad suæ alterius regioni nomen indidit, credibile est, vt illi quidem mihi hic id velle videntur, perpetuum mansisse: cur sub Radbodo Frisiorum principe deuicta Batauia, quam à *Frisia Frisiam* appellabat, id nominis non continuatur? Aut cur non *Francia* nomen, & Orientalis Hollandia sibi conseruauit cognomen, à Pipini temporibus, quod ille Patriæ indidit, post quam hostium domitor à Radbodo eandem violenter recuperasset? Quasi vero hostis quod victis imposuit, ad instar stellarum, nominis sit perpetuus cursus? Quid quod Cicero dicat, *nulla perennia seruari.* Et, *fermo nunquam de vllo perennis fuit*? Quod si odium immane semper ac crudele est in hostem, neq; precibus mitigari, neq; vtilitate deponi, neq; etiam vetustate aliqua sedari potest. Danorum Tyrannis, cuius omnem exuperantiam crudelitatis, populus merito odisse debebat, ingens causa est cur infinito quodam odio, a Barbaris dissideret, quibus pulsis credam, cum patria antiquum nomen *Holtlandiæ*, à propinquis & finitimis ſyluis deductum, instaurasse, & offecisse maximè Barbaris, ne nominis eorum fama in perpetuum duraret, liberatam à Tyrannide Rempublicam, ex inclinatione communium temporum & voluntatum. Sic vrbes infinitæ, & regiones præclaræ armis aliquandiu oppressæ, quæ peregrinum nomen acceperant, ex causa ista æterna terrarum ad pristinam potentiam redeuntes, prius sunt nomen sequutæ. quasi vero mortales amare queant intolerandæ Tyrannidis memoriam, quam esse oppressam Respublica semper gaudet, quia nulla est liberis cum Tyrannide societas, sed summa semper distractio. Quam ægrè ut narrat Valerius, vrbe à Gallis disiecta, de liberantibus patribus conscripris, omine læto Centurionis accepto, Romanum nomen ortum, Veientinæ vrbis appellatione potuit mutari? Sic Romanos seruitutis pertæsos legimus, Tarquinii superbissimi viri atq; crudelissimi, non solum regnum, verumetiam regium illud nomen, tantopere illis charum, prius quam castissimæ illius violæ Lucretiæ pudicitiam, nefando libidinis impetu polluisset, euertisse. Cuius imperii vim vniuersam, omniaque insignia, populus Romanus sub Titulo consulatus, in P. Valerium Poplicolam transtulit, qui, vt ciuitatis conditio esset liberior, imperium suum paularim destruxit, quod illi gloriam, vrbi vero lætitiam peperit. Cur excussisse eius regnum non satis erat, nisi etiam principatus nomen extinxisset? Animus populi recordatione tanti sceleris perhorresce-

Dionysius Halicarnas. Polybius. *Sic Salust. in Iugurtino.* Victi omnes in gentē nomenq; imponendi concedere.

Radbodus.

Pipinus.

De natura Deor. In somnio Scipionis.

Lib. 1. cap. 5.

Amicis nominis illud tuis concedere noluerit. Tarquinius.

Valerius Max. lib. 4. cap. 4.

rescebat, exprimens, Tyrannidi naturam semper esse contrariam, nedum Batauos, prouos, liberos, bellicosos ac fortes, indigeno neglecto, ad ignominiam suæ gentis perpetuam, Olandiæ Barbarorum vocabulo gaviſos.

CAPVT V.

Pergit opinionem prædictam H. Iunii confutare.

AVT victores Danos, alio quam priſco Holtlandiam vocabulo appellasse, videlicet, illud ipsum indigenum potius, Olandiæ suæ consonans prorsus ac simile, hostes fuisse amplexos. Nam quum nominis Olandiæ solidam & expressam originem nullam habemus, cur dubitemus & eandem Holtlandiam significationis causa à feracitate ligneorum olim fuisse nuncupatam, præsertim quando ipse Iunius affirmat, Nortmannos ac Danos significare, *abiegnis & piceis in siluis eductos homines, & qui constituendis coloniis essent destinati, similia plerunq; solitos veteribus sedibus loca deligere, quibus, patriis vocabulis nomina imponebant.* Quod si ad *Oltlandiæ, Holtlandiæ* tum speciem gessit, mirandum hoc adeo est, *Oltlandiam* sensisse, quum *Olandiam* dicerent, absque aspiratione quod per aurium iudicium licet, explosa 4. litera, quæ secundum Ciceronem est insuauissima: Frequenter id in vernacula nostra vsuenit, maxime ad oppidorum, pagorum, locorumque nomina, quæ aliter pronunciamus, quam scriptione notantur. Neq; id solum è nostra, verum etiam multis linguis, quas in vita celebertimas habemus, ita esse deprehendemus. Verisimile est, masculum illud atque sesquipedale idioma Catthorum, è quibus oriundi, primum nos vsurpasse, sed quòd in natura est, rebus vniuersis, suis spatiis transeuntibus, ac labente tempore linguarum iudice, communi inclinatione voluntatis, leuiore elocutione *Holtlandiam* cœpimus *Hollandiam* dicere, Thrasonicum quodcunq; vitantes. Simile est, quod Adrianus Iunius adfert *tot pagorũ nomina in* Walt, *vel vt nunc loquimur in* Woud *exeuntia, qui à siluis vocati fuere*, passim extare, prioris elocutionis tædio. T. litera vel omissa, vel in. D. mutata, addita. è vocali tanquam appendice, quæ vsu duram. T. mitigarent. Verum quas nec ipsas humana exprimit industria, cui vocum facilitas grata est dum pro *Hasserts woude, Hasersou, Soeterwoude, Soeterwou, Iacobswoude, Iapsou*, D. extrema cum è vocali elisa effari videamus. Atque hoc est, quod dicit Cicero, vsu mollienda nobis dura verba sunt. Quam etiam rationem sequuta gens Barbara Danorum, videtur asperum molliter effutiuisse ut existimandum sit, indigenum illud & antiquum hostes in aliud nomen non immutasse, quando melius & conuenientius nomen quam gerebat Holtlandiæ dare non potuerunt, quòd & specie & nomine prorsus Oltlandiæ suæ esset similis, vt huius non victores hostes, sed nosmet authores esse his comprobem. Iam qui *Olandiam* autumant à lupulaceï potus cereuisiæque bonitate denominatam quod Cymbrorum lingua etiamnum Olcereale populum vocetur, longius petũt quam par est rerumq; inuertunt ordinem & naturæ. quod ego cum venia loquar ne quem manes viri eruditissimi adigant, qui in me nugatorem inuehatur.

Cap. 13. sua Batauia.

De Oratore.

Cap. eod.

De natura Deor.

CAPVT VI.

Ex situ Olandiæ priora magis stabilit.

PRænotionem hanc tanquam informationem dare, hactenus meæ partes fuere: restat nunc verò, tota domus quæstionis pateat oculis acutioribus, vt pascant & exaturent animum. Topographi Olandiam insulam se littore prætexentem, Blenckingiam ferme inter & Verendiam, Sueuico in mari Circino locant, à qua, vt diximus, plurimi contendunt Hollandiæ nomen oriundum, at Tabellæ facies non prædicat, se huic obtendere insulam alteram Zelandiam, vt vult Iunius, nisi remotissimo & alienissimo tractu, sed Scaniam Hallandiæ vicinam, à qua Hallandi Germanico Oceano vicini populi, vt à vero abesse quam longissimè putem, qui ab Olandia autumant nos nomen sortiri, & quod Hallandia ad Danorum res iuuandas propinqua, spaciosior & viribus auctior Olandia, & nomine magis Hollandiæ consimilis est. Quamquam etiam nec ab ea ita appellatum reor, secundum vnam ac parem rationem, quam de Olandiæ nomine dedimus, quod & inde altissima syluarum fastigia spectantur, & hostes immanes patriæ, huius incolæ fuerint. E quibus apparet, quantopere sudasse laborantes, vt noua aliqua populo inuenirent.

Olandia.

Quasi vero Hollandi ab Olandia & Zelandi Zelandia nomen acceperint.

Hallandia.

CAPVT VII.

Inditam regioni Nomenclaturam aliam, verisimilem magis, quam dubiam.

* Renerus Snoius *praeter tredecim Libros* Historiarū de rebus Batauis,

SED si qua omnino ratione dicenda Hollandia, ex allusione Rhetorum schemate est, alio nomen flectente, id quod Iunius partim animaduertit, partim descendere opinione videtur.

* *Renerus Snoius* aununculus meus magnus olim Goudanorum Medicus (cuius tre- 10
decim Libros Historiarum de rebus Batauis, *scripsit*. De arte Poetica, Essentia *animæ doctissimum Librum*, Sophologiam, *vt Iac. Magnus ord. Augustin. quam nondum videre contigit, Paraphrasin in Psalmos, totius exeusos*, Patræticon *ad inuictissimum Cæsarem Carolum quintum*, *Laudem Deiparæ carmine sapphico*. *Volumina duo sua Praxis medica qua vidi Adolescens, Bononiæ saepe declamabat disputator adeo subtilis & vehemens, vt ab Academia honorarium acceperit. Reduentem inde Adolphus à Burgundia, magno est amore & honore prosequutus. Nam possessiones non mediocres in illum contulit, cuius medicus erat, & cuius nomini sua forè omnia inscripsit. Dein legatio ad Regem Scotiæ, honoris causa illi delata est, vt testatur in suis Historiis, nec vanus, qui ipse munera aliquot in illum collata à rege vidi. Ad Regem quoq; Daniæ Christianum ob Tyrannidem regno cadentem, Legationem suscepit. Porro in Anglia medicinam exercens, ingentem mercedem pertinuit, sua arte à Principibus viris meruit eamque Talenta Anglica. Hunc Alardus Amstelredamus ornat Epitaphio, Cor. Aurel praeclara elegia, Vulcanius Bonaventura laudat Historiographum. At vero Iunius nusquam est ausus, quod sciam, improbare: vt admirer Duzam qui illum in suis Annalibus tam insolenter suggillet. Modestia hic mihi inuicit manum. quamquam capite mei periculū non agerentur si plura vellem: veritatis enim esse litteraria qua fuis semper permissa. An quod in aeto hic eadem qua ille voluerit tractare detrimenta Reipub. existimabimus per hominem benemolum importata? An non Reip. studiosum aeq, ex animo, seculum in sepulchro iacentem, grane est insequi contumelia? Aut debuit laudatissimum virum vituperare, si illi palmam praeripere?. Quare cedat me aliquis partis studiosus, aeq, argumentabitur: Snoius est mendax in scriptis vndiq; vanus, Empta velit cassa quæ nuce nemo tibi. *nolite ipse, exclamem ad raucedinem, O quam ex profundo fulco petitum argumentum.*

decim *Historiarum Libros*, vitam Regulorum Hollandiæ prosequentes, latinitatis scalpello purgatos, tandem est visura posteritas) narrat, & quidem seuere, Theudericum primum ex occasione Hollandiæ id nomen indidisse. Nam quum nepotem Carolus Caluus Francorum Rex, prouincia donasset, vt in solitudinem pæne redactam animi virtute ac rei militaris scientia, qua ille tum vtraq; pollebat, ab hostium Tyrannide liberaret, introductusq; lectissima manu militum à rege esset, quod sentiret Hollandos & Frisios libertatis amantissimos, rebellionem nouam moliri, præsertim eo regresso, prouincia, ad resistendum imparem, sponte cessisse. Iussesq; questum ad regem. is idem tradit, de indomitæ gentis lasciuia, imperium detrectantis: quoad rex à Iohanne pontifice prædictæ donationis authore responso accepto, iterato, cum Theuderico nepote, itinere quantum posset celerrimo Hollandiam reuiseret in fontes animaduersurus. Quos ille mox omnes noctu è cubili medio abreptos capite plectebat, cum ex plebe aliquot iteratæ perduellionis facibus insimulatis, breuiter & acutè eos notans à ferocitate mentis, appellansq; *Hollandos*, ab *hollen* vsitato ac omnibus trito vocabulo. Etenim id mutuatum ab equis iucitatioribus est, aurigam & habenas non audientibus: ad homines autem si referatur septa rationis transilientes significat. Quam rationem & Iohanni Stellæ, Philippi Regis historico eloquentissimo Iunius scribit delibatam, incertus abs quo ille acceperit, siue alio, siue ipso medico Goudano cuius in Collectanea incidisse, sibi non tam gratulatur, quam legisse ingenue fatetur. quanquam in illa Iunius, nusquam sit debacchatus. Quinimo adhibita quadam erga manes eius *recte*, vt ait, *conditos* reuetentia, subiungit hæc verba, fauorem aliquem testantia: *quod si ipsam veritatem alte abstrusam nobis ipse in lucem protulit, quid prius, quidue antiquius hoc nomine à rege potentissimo indito, nobis esse deberit, nobis, in quam, quibus ut obsequii gloria debetur, ita authoritatem regiam defugere, immane & inexpiabile fuerit*. Ex deprauatione joci frequenter aliquorum nomina mutarunt, vt, quoniam Tiberius Claudius, Nero, in castris auidius potabat vinum, dictus sit, *Caldius*, *Biberius*, *Mero*. Sic in nomen *Verris* iocatus est Cicero, quod *omnia verteret*, hoc est, nihil reliqui faceret homo furax. C. Marius quoq; ne ad ipsius gloriæ suggillationem penetraret, diutina vsurpatione firmatam consuetudinem abrupit. Megilla etiam, quod maximam dotem, quinquaginta milia æris in mariti domum adduxisset, *Dotatæ* cognomen meruit. Multum valent ea in re principum facete dicta, vt etiam vulgi. sed sine assensione verisimilitudinem quis velit sequi?

Iohannes pontifex.

Hollandi ab Hollen.

Iohannes Stella. Adr. Iunius

Ad Iunium, contra Ian. Douſa Snoium hunc improbe laceſſit.

Cicero.

Valer. Max. lib. 4.c.4.

CAPVT VIII.

Non aliunde arbores inuectas, quod P. & Nannio placet, sed regioni congenitas.

QVI in eam aliunde arbores inuectas ariolantur, iis animi languorem & soporem ex probrare iam libet, quando congenita esse regioni ligna, tot nemora saltusq; testantur, quorum etiamnum procul fastigia admiramur. ut hoc satis signi esse debeat, Holtlandos olim syluicolas fuisse. Videlicet, illa ipsa nemora manu consita, plena voluptatis, de

tis, de regionis natura iudicium ferunt, lignorum esse admodum feracem, quæ nisi studio agriculturæ euulsa, in noualia verterentur, passim, vt didici syluescerent, agrumque vestirent. Nihil refert regiones alias, nostrates proceritate arbores vincere, modo credant eas Tellurem sponte produxisse, qualiter natura rerum parens, quæ vniuersa fingit pro varietate loci, ex vi sua incredibili, eadem aliis maiora, aliis minora largitur. Quod si hæc mea dicta audiam non probari à sapientibus vel eruditis, Adr. Iunium capiam arbitrum, à pagorum nominibus innumeris, Nemore sacro, sylua ferali, Thessaliæ littore, arborum strage, effossione scandularum, probantem, Cap. 13. Holtlandiam olim syluosam fuisse. Et Plinium, asserentem, montes & valles diligere robur, & abietem, item descendere etiam robur in plana, vt & Cotylum, Fraxinum, Fagum, quarum magnam copiam, velut vna scaturigine, tota olim fundebat Holtlandia, vt fagea, an quercea, vel alterius ligni tum fuerit, sit dubitandum. Adhæc, si verum est, quod auritus testis Ad. Iunius, ex Bosh usy Thessaliæ ore prætoris se comprobat didicisse, insulæ eius littora, syluam aluisse, Nunquid id admirabile genus causæ, quod salsugine laborantia, ad gignendum quid procreandumve, inepta tamen non reperiuntur? Quamquam occulto naturæ artificio, non solum in littoribus, verum etiam alto, frutices, abietem, quercum, cubitali altitudine nasci, scribat Plinius. Glandem etiam quasdam ferre, in alto, Naufragis hæc deprehensa, Vrinantibusque, maximo argumento, Holtlandiam tum arboream fuisse. Sed qui hanc rem credibilem faciam, affirmantibus, insulas syluosas, fluctibusque suffossas, ventis impellentibus, aliunde hic consedisse? fœtusque suos ad Thessaliæ littora strauisse? Quæ opinio illorum oppleuit animos, quod Plinius tradit: *Non procul à Caucis, circa duos præcipue lacus, littora ipsa obtinere quercus, quæ sufflisse fluctibus, aut propulsa flatibus, vastas complexu radicum insulas, secum auferant.* Non tallo memoriæ proditum, inde fluctuum verberationes aliquando insulas eruisse, vt é ripis torrentium fluuiorum altioribus, æterno cursu cauatis, sæpe videmus, soli superficiem cum arboribus aliquot decidere. Crassa ea animaduersio est. Verum à Caucis abreptas, atque huc transuectas totas insulas, ad mensuram suam se explicuisse, mihi vero non videtur simile. Nec dubium quin si in hanc oram delatæ essent, Plinius aperuisset, cuius artis erat nosse & animaduertere regiones, præsertim, ille, quæ consequuta sint exponat: *Ita libratas stantes nauigasse, ingentium ramorum armamentis, sæpe territis clisibus nostris, cum velut industria fluctibus agerentur in proras stantium noctu, impesque remedii illæ, præsidium nauale aduersus arbores instrent.* Nulla hic mentio, vix coniectura ex his aliqua elucet, in vicina æstuaria insulas deuectas quæ illi Plinii verbis addunt, ad figmenti sui complementum. Et quid vastæ complexu insulæ aliud quam Hyperbole est, augendæ rei gratia, non quod vastitate, nostræ mensuram, insulæ illæ adæquauerint. Nam Metaphoricè quantulacumque pars soli, aquis circumclausa, insula dicitur, vt domus nullis contiguæ ædificiis, quæque viis vndique continentur, quarum Spartianus scribit, olim trecentas triginta quinque Romæ incendio absumptas. Quas Plinius scribit *insulas*, ego fragmenta fuisse collegam, quæ maris fluctibus quassata, prono lapsu solo se abruperunt, vt non in Thessaliam transuectas, sed naturam ibidem constituisse arbores videatur, littoribus nondum salsugine tanta laborantibus, & vicinioribus continenti: vt sententiose ridicula adferant, mente iudicantes ad Thessaliæ mensuram syluosas aliunde insulas ibidem inuectas quieuisse, inque Batauiam lignorum materiam conuexisse.

Lib. 16. cap. 18. Anotura.

Lib. 13. cap. 25.

Lib. 16. cap. 1.

Spartianus.

CONCLVSIO.

ALias ad huc plures Ad. Iunius refert, quas me quoque refellere decuisset, Vt Irenici & Hermanni cognomento Contracti, eorumque qui à fæno largo, *Hoylandiam* dictam autumant, sed ratione nulla fultas præteribimus. Satis sit ex omnibus præcipuas attigisse, atque ex his, quæ per capita prosequutus sum, vt quid sit illud, de quo in singulis disputatur, facilius intelligeretur, probasse, non aliud, quam Martinus Dorpius præscribit, nomen *Holtlandiæ* conuenire, quem ego hac in re sequor, ita tamen Lector,

Irenicus. Hermann. Contractus.

vt si tibi illud quod mihi placet, dixeris non probari, mihi non tibi scripsisse videri velim. Adhæc te cogitare, me vmbraticam pugnam, vt est apud Lucianum, Lucianum, aduersus mortuos pugnare noluisse, quod turpissimum iudico, sed verbis mentem propriam explicare voluisse, quo inuolutæ rei obscuritas, sententiarum varietate, tamquam sydere sensim euanescceret. Igitur Horat. Horatianum illud vsurpem:

Viue, vale, si quid nouisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his vtere mecum.

ociique mei fructus sit tibi hic nouus labor.

FINIS.

ANNALES BELGICI
ÆGIDII DE ROYA ABBATIS MONTIS-REGALIS
ORDINIS CISTERCIENSIS, DVnis olim in Flandriæ limite conscripti.
Ab anno Christi 792. vsque ad 1478. perducti.

NVNC DEMVM

EX ABBATIA DVNENSI FLANDRIÆ
eruti ab AND. SCHOTTO Antuerp. S.I.

ÆGIDII DE ROYA,
S. THEOLOGIÆ PROFESSORIS,
ABBATIS MONASTERII B. MARIÆ DE REGALIMONTE in Francia, Professi postea in DVNIS, sub Domno IOANNE Abbate XXVII.

AD HVMBERTVM CISTERCIENSIVM Ordinis Præsulem,

PROOEMIVM.

CRATÆ iuuentutis annos, lætosque ac salutiferos exegeram dies, resolutis * *Quinq; vocum ſagogis*, in opus euaseram, ad Sacras literas cõsignatus; meique corporis vires præsto ad obsequium intellectus rapiebantur: & nihil oberat, quin diuinorum contemplationi ac lectioni iugiter intenderem. Cumque ex Sententijs Magistri Petri Longobardi obscuræ quæstiones in medium aduenissent, in re tam sublimi tremebundus operas applicare, easque difficultates, quas Theologiæ apices nostri appellant, prout Dominus donauerit, complanare studui. Cumque optato sub fine gratum illud opus quieuisset, Regalem in montẽ diuina me clementia statuere dignata est. Vbi lustro & amplius placidè satis exacto, cæca vertente fortuna, diuinum quemdam in portum Flandriæ, quem DVNIS vocant, prospere feliciterque deduxit. Vbi dum pro innata sibi in me humanitatis gratia, venerandissimo meritissimoque Patri, D. IOANNI, eiusdem loci Abbati, frequenter adsisterẽ, & de compendiosis historiis, quas idem conspexisse, sed aut igne, aut alias consumptas testabatur euanuisse, sermo incidisset; ne accensus in me studiorum igniculus aliquando tepesceret, requisiuit. Cui memoriter. O quanta cura, quibusue sudoribus nedum sancti viri, sed & Ethnici, sua gesta literis commendare studuerũt, vt hæc nostra in tempora venirent, quorum doctrina & exemplo successores sapienter edocti, discerent, quo pacto, quibusue legibus aut regulis mores & actus componerent, patrum pietatem, iustitiam, seueritatem, prudentiam, grauitatem, religionem, ceteraſq; tam corporis quam animi virtutes sectantes & imitantes. Literas vero qui non nouerunt, in libro stylo ferreo, vel plumbi lamina, aut celte sculpebant in silice. Sic primus ille Rex Assyriorum Ninus patris idcirco idolum finxit, vt genitoris eiusdem iugis apud eum memoria permaneret. Sic Hebræorum gesta, Troianorum bella, Græcorum victorias, Romanorum triumphos ætas nostra cognouisse fertur. Sic Priamus, sic Hector, sic Nabuchodonosor, sic Cyrus, sic Darius, sic Assuerus, sic Agamemnon,

* *Puta, Quinq; vocum ſagogen. Intelligit ISagogen Porphyrii Philoſophi.*

sic Menelaus, sic deniq; pleriq; Troianorum, Chaldæorum, Græcorum, Persarum Medorumque res nobis innotuere. Hoc equidem pacto Regis Alexandri, Cæsarisq; qui Pompeium profligauit, singulares monarchias agnouimus. Qui omnes idcirco iugi perdurant æuo, quia eorum gesta perennibus sunt tradita literis. Athenienſium namque, vt vult Salluſtius, *res geſtæ ſatis amplæ magnificæque fuerunt: verum aliquanto minores, quam fama ferunt. Sed vbi prouenere magna Scriptorum ingenia, per vniuerſum terrarum orbem Athenienſium facta maximè iam celebrantur. Ita eorum, qui iſta fecere, tanta virtus habetur, quanto ea præclara ingenia verbis extollere potuere.* Sic Moyses famulus Domini, cui ore ad os DEVS loquebatur, mundi creationem, protoplaſtorum præuaricationem, omnis carnis per diluuium deletionem, Abrahami vocationem, Iſaac ſenectutem, Iacob benedictionem, duodecim Patriarcharum ſucceſſionem, cunctaſq; veteris Teſtamenti hiſtorias ad noſtra vſque tempora perduxit. Philoſtratus inſuper, *Titus Liuius, Pompeius Trogus, Iuſtinus, Euſebius, Hieronymus, Beda Venerabilis, Paulus Conſtantinopolitanus, Petrus Comeſtor, Laurentius, Sigebertus, Gregorius Turonenſis, Martinus, Vvilhelmus, Vvalterus* (alias Gualterus) *Gaufredus, Heluidius* noſter, monachus in Frigido mõte, & alij copioſi, quos fugit memoria, in veterum genealogiis texendis ſuum æuum contriuiſſe legimus. Quorum immenſa volumina Vincentius ille laborioſiſſimus hiſtoriarum indagator recolligens, compendioſum ſatis volumen, quod *Speculum hiſtoriale* vocant, non omnino inutile conflauit. His demum nouiſſimis diebus non parum ſtudioſus vir BRANDO IOANNIS, in famoſo Dunenſium cœnobio degens, tam veterum quam nouorum à mundi exordio vſque ad annum Domini M. CD. XIV. perſcrutans hiſtorias, opus ſiquidem ſatis egregium tribus voluminib. non exiguis partitum conſcripſit, quod *Chronodromon* appellauit. Huius igitur ſtyli dulcedine iugem cupiens, ſed non valens propter voluminum magnitudinem, habere lectionem; ſummam hanc breuiſſimam copioſiſſimamque, meo quaſi pro viatico, quo ego quidem frequens viator, vt impluuib. à prædictis voluminibus elongatus, tempus leuius pertranſirem, compingere ſtudui: non eo quidem animo, vt in publicum aliquando veniret, ſed vt eorum dumtaxat, quæ in hoc egregio opere ſcribuntur, iuxta curſum temporum apud me memoriter ſub breuibus haberentur. Nemo igitur hoc opus tamquam à me factum exiſtimet, neque id mihi quidem arrogo; ſed ſolerti labore prædicti BRANDONIS, non tamen de verbo ad verbum, ſed in ſubſtantia pro meo ſenſu ſummatim excerptum. Porro, vice quadam, dum huiuſcemodi viaticum mecum haberem, & in manus Reuerendiſſimi in Chriſto Patris ac Domini mei protectoris indulgentiſſimi, domini HVMBERTI, Ciſtercienſium Præſulis, SS. Theol. Profeſſoris eximii, moram tunc Brugis protrahentis

pro

Paulus Diaconus. Martinus Polonus.

Vincentius Belnacenſis.

Floruit Brando anno Chr. 1360. obiit an. 1428.

f. in pluribus vel impluuib.

pro suis apud PHILIPPVM Ducem Burgundiæ, Comitem Flandriæ, negotijs expediendis, incidisset, visum est sibi in illo non parum complacuisse; & mox illum per me sibi scribi conformiter postulauit. Cuius postulationibus, quæ mihi præcepta fuerunt, illico parere curaui.

Vestræ igitur sagacissimæ prudentiæ hunc, Pater discretissime, supplex exiguum meum laborem deuoueo, committens eum districto vestræ correctionis examini: & si in publicum venire debeat, vestro relinquens iudicio saniori.

Nam vt verum fatear, dum in compilatione ipsius insudarem, sæpius in mentem veniebat vestra dignissima Paternitas, animo frequenter pertractans, cuinam opus huiuscemodi dedicarem, & an labor ipse dignum tanto Patri munus existeret, hæsitans.

Quo quidem confecto, exilitate pensata, claudum semper apud me iacuit, quousq; vestræ placuit dominationi illud scribendi imperium. Quod si in Propriorum nominum, & in annorum connotatione, vel alias respectu originalium historiarum, discrepantia fuerit & diuersitas, ineuntis deliberationi potius quam meæ assertioni adscribite.

Secutus sum enim opus *Chronodromonde* sic quam potui attentius, & alia minime inquisiti, plenius confidens, quod ipse BRANDO originales omnes historias attentissime visitauerit.

Gratè igitur suscipite & legite laborem meum. Ex quo, etsi breui opusculo, non tantum Regum & Pontificum successiones; verum fere omnium Regum, Ducum, Comitum, Pontificum, Abbatum, nostri præcipue Cistercien sis Ordinis, & maxime Dunensis Ecclesiæ, insuper & orbis vniuersi genealogias & posteritates, quantum meo exemplari colligere potui, eidem vestræ innotescent dignitati.

Ortus insuper & occasus Regnorum omnium, necnon famosarum ciuitatum, opidorum, & vrbium, Religionum deniq; & cœnobiorum principalium origines, fundationes, & initia. Hæreses quoque ac sectas aduersus Catholicam fidem exortas, à quo, vel à quibus pullulauerint, vbi & quando damnatæ sunt. Sarracenorum, Christianorum horrendissima bella, victorias, conuentiones, paces & concordias Regum omnium & Regnorum, summatim & quasi transeunter succinctius, vt potui, tetigi. Succinctè quidem: nam plura breuitatis & fastidij causa scienter à me omissa sunt, quę ad longum in ipso exemplari describuntur. Quocirca eamdem R. P. V. aduisatam velim, multos passus in hoc præsenti opusculo satis suspensos, primaque facie quodammodo alienos, ac vti videbitur, sibi inuicem discrepantes. Ex quibus vester non planè fortassis quietabitur intellectus, donec

ipſum Chronodromonis opus, aliaſque originales ſaltem ſemel ad longum inſpexeritis hiſtorias. Quod ego quidem [*Fr. Hadrianus*] diſcipulus dudum prędati Magiſtri, Aegidij de Roiia quamquam indigniſſimus, animaduertens, ſimile in opus à diuerſis Fratribus ſcriptum mendicaui.

Quorum ſi contigerit negligentia vel ignorantia male quid ſcriptum ſiue detruncatum, id meo minime ſcitu iudicetur euenisse: ſed ſi qua per me nouiſſime fata reperiantur; illic, quicumq; fuerit, non miretur rude quo valuit ingenium intendiſſe; quinetiam paululum adiutus, gratias in eiſdem Deo referat.

DE

DE CHRONICI HVIVS AVCTORE FR. ADRIANVS DVNENSIS, CISTERCIENSIS ORDINIS MONACHVS.

VIDENS Magister meus, dux atque præceptor ÆGIDIVS DE ROIA, vt sacrarum litterarum Doctor, Historias esse necessarias viris Ecclesiasticis, præcipue constitutis in regimine, pro sacra litterarum eruditione; simulque congeriem ad longũ rerum omnium inutilem esse; tum pro suæ magnitudine & inuolutione, tum pro supernacua superfluorum & vilium multorum repetitione; fabulis amputatis, & interminandis Genealogiis, quæ ad rem non pertinent, deputatis, has Dunensibus fratribus historias, tamquam cuiusdam abbreuiati vel Itinerarii curauit relinquere libellum; ad quem per laborem magnum ad hunc finem testor eumdem copiasse magistrum, vt pæne sine labore tota temporum historia cum magna mentis oblectatione posset à legentib. & parumper imbutis intelligi. Quod plurib. de causis eiusmd. arbitror sic voluisse præter occasiones, quas idem commemorat in suo hoc proœmio: Primo propter ornatum, vt non careat ea pulchritudine, quæ cunctis ad instar lucernæ præfulgide luceat etiam in obscuro positis. Secundo propter humanum ingenium, quod nequaquam debuit hoc delicioso florum prato priuari, quin tam magnifice comprehendere facile posset varia virtutum exempla, sed & æque facta considerare; reproba, sub eo tamen prætextu, vt præterire ea moneretur, & alia carpere vt vitia non omitteret. Et infra: Circa annum ab Incarnatione Domini MCCCLX. BRANDO Dunensis Monachus floruit, & communicari meruit cum Notario Regis Francorum, monacho in S. Dionysio, non longe à Parisiis: à quo de retroactis non solum vniuersaliter gestis per amplissimum Orbis spatium, accepit, sed quæ suo etiam tempore euenerunt, vellut in alueo quodam cursum habere coegit, vsque ad diem extremi vitæ suæ spiritus, videlicet annum M.CCCCLXXVIII. Nouissime Dunas Flandriæ monasterium Cisterciensis ordinis vir accedens eximiæ literaturæ, anno M.CCCCLX. nomine Ægidius de Roia Francigenarum, S. Theologiæ Parisiis Professor ex Collegio S. P. N. Bernardi assumptus in Abbatem monasterii Montis-regalis: quod sex annis cum gubernasset, resignauit, declinans in Flandriam, & anno supramemorato DVNIS professus visitare Brandonis volumina de Temporibus vigilanter cœpit, & vbi finem Brando fecit, prosequeretur, & studuit multa lima correctionis emendare, nec non quæ vidit, & à fide digna audierat, memoriæ mandare conatus est. Tandem in otio dicta & scripta aliorum recopilauit, posterisque reliquit laborem, ab anno Domini M.CCCCLX. temporum succedentium res gestas euentusq; mirabiles memoriæ mandando. Tandem vbi pertæsus, ac laboris tam diuturni, fratribus ait poetæ illud:

DVRATE, & vosmet rebus seruate secundis.

Ego iam alia ex aliis in fata vocor, & nunc mihi parta quies: vobis autem laboris præmia restant. Satis vobiscum in stadio cucurri, cum decem & octo annos placide satis exegerim, quo post longa monasticæ disciplinæ rudimenta tam in (isterio quam Parisiis laborando pondus diei & æstum sustinuerim: & nunc resolutionis meæ tempus instare conspicio. Neq; superest aliud quã ad amplissimum pietatis illius sinum confugiam, qui solus potest me ad aliquod ex actis temporis solamen sempiterno gaudiorum præmio donare. Sic Brugis emigrans sub indulgentissimi Patris Domini Ioannis Abbatis Dunensis magna domo, suos cohortando, vt sui Deus misereretur, anno M.CCCCLXXVIII, vale dixit, & in Domino requieuit.

ANNALES BELGICI
ÆGIDII DE ROYA
ABBATIS MONTIS-REGALIS:
INCHOATI AB ANNO DOMINI DCCXCII. VSQVE ad MCCCC. LXXVIII. perducti.

An. Christi 792.

ANno Domini DCC. XCII. Flandria Comitem habere cœpit. Nam Lidericus Harlebekensis Comes (tunc Forestarius Regis Francorum) videns Flandriam vacuam & incultam ac 10
nemorosam, iussu Regis eam occupauit, tenuitque XVIII. annis.

Lidericus iste nobilis miles erat, oriundus de Diuione: cuius mater S. Rosa Viterbij iacet: & post obitū patris sui Saluhardi descendit in Curiam Caroli Regis, à quo factus Forestarius Flandriæ, postea Comes Harlebekensis primus: genuitque filium, Ingelrannum nomine, de filia domini Gerardi de Ronchillone. Cuius alter, Gerardus, Comes ac dominus multarum terrarum, occisus fuit in sexto bello, quod idem contra Carolum Caluum egit, anno Domini DCCC. LXXII.

In aliis historiis habetur; quod tempore Pipini Regis, tertii Ducis Lotharioruṁ, quidam potens Comes erat in terra, quæ dicitur Artesia, quæ se de villa Laudu no per 20
fluuium Somme protendebat in mare, quod circuit oras Flandriæ, & continebat nouem Castellanias: qua ratione gerebat in armis nouem castreola. Et inter has Castellanias, vnius fuit Castellaniæ Princeps vocatus Froymundus, & quidam Lotholego Garinus, filius Henrici Comitis Metensis, cui Pipinus Rex dederat ciuitatem Theruanensem sine consensu Froymundi; eò quòd hæc villa esset de dominio Artesiensi. Vnde guerræ fortes, & mirabiles destructiones perpetrauit idem Froymundus tam in patriam Pipini, quàm Franciam. Tandem coactus retrahere se, petrexit in Hispaniam, vbi in paganismo defunctus est. & Garinus pacificè datas à Pipino terras possidebat. Et Lidericus ex nobilioribus militibus eius, sub Carolo Magno Rege Francorum obtinuit terram de Lilebuc, quam Flandriam appellauit: qui genuit Lidericum 30
Comitem Harlebekensem. Tandem Balduinus Ludicus Ferreus, Comes Flandriæ, cum Hore Comite Bolonię tenuerunt cum suis terris dominia sua, & annihilatum est nomen Comitatus Artesiæ vsque ad tempora Ludouici II. Regis Francorum, qui de quinque Castellaniis renouauit nomen Comitatus Artesiæ. Diuidendo sic Flandriam & Artesiam; fratri suo Roberto dedit, qui detulit arma prædecessorum suorum, super leonem tres lambeolas brisuratas. Post tamen Balduinum Ferreum, qui rapuit in Nouiomo Iudith filiam Caroli Calui, viduam Adelualdi Regis Anglorum, Atrebatum & Duacum cum aliis villis de Flandria Gallicana tenebantur à successoribus eius. Nam Balduinus Caluus ex Iudith genitus obtinuit dono matris & auli, 40
ideoque fuit inclytus appellatus: qui de Elstrude filia Regis Anglorum genuit Arnulphum, & Adolphum Comitem Bolonensem. Arnulphus, dictus Magnus, duxit Athelam, Heriberti Comitis Viromandiæ filiam, de qua genuit Balduinum Iuuenem, qui Machtildem Hermanni Ducis Saxoniæ filiam duxit vxorem, ex qua genuit Arnulphum Iuniorem. Hic Berengarii, scilicet Regis Italiæ, Susannam duxit filiam, de qua genuit Balduinum pulchra barba: qui de filia Gisleberti comitis Lucemburgensis genuit Balduinū Pium, cuius matris fratres erant Albero Metensis Episcopus, Fredericus Dux Lotharingiæ, Henricus Dux Baioariæ, Gisslebertus comes Salmis, Theodorus, qui post fuit Dux Lucembergiæ & comes Namurcensis. Sed horum omnium dominia tandem concurrerunt ad comitatum Flandriæ, & multo plura, sicut patebit in fine libri huius, cum de Carolo Duce Burgundiæ & Comite Flandriæ &c. mentio geratur. Nam hic egregii Ducis Philippi filius, vltra vires in aleum extendere famam quærens; post conquestum Lotharingiæ ceteratumque prouinciarum, tenuisus de Suecia, vbi duobus bellis grauissimis humiliatus erat, cum veluti Carolus Magnus eos subiugare tentasset, in obsidione villæ de Nancy, sitæ in confinibus Lotharingiæ, præuentus bello succubuit. Cuius nobilis vnica filia Maria successisset in paternis, nisi Francorum Rex continuò præueniisset. Et ideò relicta liga sanguinis, coniuncta fuit Maximiliano Duci Austriæ, Friderici III. Alemanniarum Imperatoris filio, qui propinqua affinitate carnis sibi, ratione matris, Eduardi Portugal-

liæ

liæ Regis filiæ, attinebat. Hic Princeps magnus, & vnicus filius Imperatoris, propter distantiam regionum in grauissimis bellis paucam assistentiam habuit: ideò Rex Burgundiam ei abstulit, deinde Artesiam & alias terras. Et miranda de guerris habitis referri possent, si cuncta ritè notarentur; quæ superuenerunt post annos Domini M. CD. LXXVII. An. Christi 792.

Balduinus verò Pius, moderatissimus in rebus suis, duxit Athelam filiam Roberti Regis Francorum, de qua duos suscepit filios mares, Balduinum Comitem Hannoniæ, & Robertum Frisonem seniorem, atque Machtildem filiam, nuptam Duci Lotharingiæ. Primogenitus cum Richilde filia Comitis Hannoniæ cepit eundem Comitatum, genuitque ex ea Balduinum, & Robertum iuuenem. Robertus verò Gertrudem Bernardi Ducis Saxonum cepit vxorem, viduam Florentis Comitis Hollandiæ, habentem ex marito filiam: & ex ea suscepit insuper Robertum & Philippum, atq; tres filias, quarum vna monialis in Meschinis, altera Canuto Regi Daciæ peperit Carolum secundum Flandriæ Comitem: cuius marito martyrizato in Frisia, nupsit Duci Apuliæ. Tertia verò filia nupta fuit Henrico Comiti Bruxellensi: quo defuncto Theodoricus Dux Elsatensis eam cepit, de qua genuit Theodoricum, strenuissimum Flandriæ Comitem. Balduinus igitur ex Richilde filia Roberti Comitis Flandriæ, obiit, paruulo relicto S. Arnulpho, qui Comitatum Flandriæ suscepit: & Richildis cum Balduino, quem ex Hermanno viro suscepit, reuocauit in Hannoniam, qui tamen erat sublimatus sede Catalaunensi. Quo audito, Robertus auunculo Arnulphi & Balduini venit ius repetere patrium, cui mater Richildis contradixit: vnde guerra orta est, qua Robertus, non obstante Philippo Rege Franciæ, præfatos S. Arnulphum & Balduinum deuicit apud Casletum montem, circiter annum Domini MXCVIII. quo cœpit Ordo Cistercienſis continuari: pauloque post, defuncto Roberto Seniore, Robertus Iunior totam monarchiam obtinuit: cuius frater Philippus castrum de Sluſa tenuit & Comitatum de Loo, relicto filio Wilhelmo, qui successit in eisdem. Robertus autem de Clementia filia Wilhelmi nobilissimi Comitis Burgundiæ genuit Balduinum & VVilhelmum defunctum intra metas adolescentiæ: sed post egregia facta in Apulia Robertus rediens, obiit in Atrebato. Sic Balduinus succeſſit dictus * Aprin filiam Alani Comitis Britonum sortitus vxorem, de qua prolem non suscepit masculinam. Hic à Rotomago Regem Anglorum Henri cum expulit: sed accepto vulnere, cum à Medicis curari nequiret, in S. Bertino suscepit Henricum, & ibi moriens designat successorem consobrinum suum Carolum Canuti Regis Dacorum filium, anno Domini M. C. XIX. Post octo annos regiminis eius idem Carolus occisus est Brugis optimatum proditione, cui succeſſit quidam VVilhelmus Normannus ordinatione Regis Francorum, qui vix per annum Flandriam tenuit, à Theodorico de Elsatia pulsus anno Domini M. C. XXVIII. Cui wilhelmus de Loo contradixit, sed non prævaluit. Fugiens in Angliam, receptus fuit à Stephano Rege, sub quo militauit fortiter. Clementia vidua Balduini * Aprin, cum. esset soror Calixti Papæ II. ..... quæ Brughborch & Auennis montē constituxit: qua defuncta, Suanehildis vxor Theodorici, moriens, Laurettam filiam reliquit, quæ nupta fuit Iunano Comiti Aloſtensi, cui genuit Theodoricum; & alteri viro nupta Radulpho Comiti Peronensi, genuit filiam: post hoc Henrico Namurcensi copulata fuit. Theodoricus autem in Comitatu Flandriæ succeſsit, qui Sibyllam Fulconis Regis Ierusalem filiam cepit vxorem, de qua genuit Balduinum, Philippum, Matthæum, Petrum; filias, Gertrudem, & Margaretam, iuueni Radulpho Peronensi nuptam: quo mortuo, duxit eam Balduinus Comes Hannoniæ, & ex ea prolem vtriusque sexus clarissimam accepit. Defuncto Theodorico anno M. C. LXVI. Philippus I. Leofer succeſsit: qui prole non relicta, foris in obsidione * Achræ obiit, anno Domini M. C. XCI. cui mox succeſsit Balduinus Comes Hannoniæ cum Margareta sorore sua. Philippus cepit Mariam Henrici, quæ peperit ei tres filios & tres filias. Succeſsit primogenitus Balduinus, qui cepit vxorem Comitis Campanensis filiam nobilem de filiarum vna S. Ludouici Francorum Regis, ex qua suscepit filias duas Ioannam & Margaretam; & anno Domini M. CC. V. factus Imperator Constantinopoleos, in cōflictu captus est anno M. CC. XI. quem compertum postea à Ioanna filia sua dicunt strangulatum; quod non est credibile. Ferdinandus igitur dictus de Portugallia, secundum alios bastardus Philippi Regis Francorum, cepit Ioannam Comitissam vxorem, & rexit annis XXI. Sed post crudelia bella captus à Rege, sine prole defungitur, & Thomam de Sabaudia duxit præfata Comitissa. Morienti, non relicta prole, succeſsit soror eius Margareta, quæ iam binos mares suscepérat de Præpósito Insulensi. Anno Domini M. CC. XLIII. Margareta cum VVilhelmo de Dampetra fit Flandriæ Comitissa, cui peperit VVilhelmum, Guidonē, & Ioan- 1191. Forte vxore.

An. Christi & Ioannem. S. Ludouicus, eiusdem Margaretæ consobrinus, quinque filijs Marchias diuisit in pace. V Vilhelmus successit in Flandria. Quo defuncto, frater eius Guido successit: qui sobole dotatus plurima de duab. coniugibus, Roberto primogenito suo reliquit hereditatem, anno Domini M. CCC. IV. Ludouicus Comes Niuernensis & Burgundiæ successit, qui ex domina Margareta, filia Francorum Regis Philippi Longi, genuit Inclytum Ludouicum, cui tandem accreuerunt plura dominia. Hic de filia Ioannis Ducis Brabantiæ genuit solam filiam nomine Margaretam, quam Philippus filius Ioannis Regis Franciæ, Dux Burgundiæ, cepit, & ex ea tres nominatissimos filios, ac totidem susceptit filias, an. Domini M. CCC. LXXVI.

Sciendum, quod post mortem Hildegardis, vxoris Caroli Magni, ipse duxit Sustrardam, ex qua genuit Pipinum, & Carolum: de prima tamen vxore quinque filias reliquit. Magna stirps exorta magnam terram occupauit. Vnde de Garino filio Henrici Metensis communiter volunt aliqui dicere, Lidericum Comitem Harlebekensem esse genitum. Alij dicunt, Lidericum Comitem fuisse filium Principis Diuionensis in Burgundia: quod mihi videtur verisimile, tum propter similitudinem armorum, tum ob inuestituram dignitatis Comitalis, quam idem de Rege Franciæ suscepit Carolo Magno: neque post exactos Reges à sanguine dicti Caroli, isdem Comitatus alienatus à parte Regum Franciæ vnquam fuit, sed portiunculæ quædam sub Flandriæ petitæ fuerunt ab Imperatoribus Alemanniæ, qui Marcham suam à Mosa vsque ad Scaldam extendere curauerunt. Ideo Comitatus Alostensis, & terra de Denremunda, cum terra quatuor officiorum in feudum ab Imperatoribus alias obseruabatur: ad quas tras Rex Francorum seius non habere respondebat, anno Domini M. CD. LXXVII. Sed asserunt, Flandriam atque totam Artesiam cum Picardia sibi cessisse, sicut & Burgundia tota, per confiscationem hæreditatis Ducis Caroli.

808. Anno Domini DCCCVIII. Lidericus Harlebekensis, primus Flandriæ Comes obiit, & in Harlebeko sepelitur, cui succesit Ingelrannus filius eius ex filia Gerardi de Roncillone.

809. Anno Domini DCCC. IX. Walchandus Episcopatum Leodiensem accepit, qui in Ardenna monasterium Andagium construxit.

829. Anno Domini DCCCXIX. Ingelranno Flandriæ Forestario mortuo, & apud Harlebeke sepulto, succedit ei Audacer filius eius XIII. annis.

837. Anno Domini DCCC. XXXVII. Normanni Gallias grauiter infestant, Dordracum, vastant, Antuerpiam & V Vitlandt emporium situm iuxta ostium Mosæ incendunt, & Frisonibus triburum accipiunt. Hi Normanni origine Dani fuerunt, qui de Dennemarkia siue Norwegia venerunt: nec prius Francos infestare destiterunt, donec Rothomagum & totam illam partem Regni Francorum, quæ nunc Normandia, duce Roloe, à Rege liberam obtinuerunt.

Audacer Forestarius Flandriæ tertius moritur, & apud Harlebeke sepelitur: cui succesit quartus, Balduinus, cognomento Ferreus, filius eius inclytus, qui Flandriam gubernauit XLIII. annis.

838. Anno Domini DCCC. XXXVIII. Normanni Waleriam insulam Zelandiæ vastant, & tributum à zelandis exigunt.

840. Anno Domini DCCC. XL. *Ludouicus* Imp. anno Imperij sui XXVI. moritur: cui succesit Lotharius filius eius in Imperio XV. annis, qui simul Brabantiam & Lotharingiam tenuit, idemque super Francos regnat IV. annis.

Lotharius Romanorum Imperator & Alemanniæ, à Iulio septuagesimus sextus, anno mundi MMMM. DCCC. III. vrbis vero M, DCCC. XLI. Domini nostri DCCC. XXXIX. & à translatione in Teutones XLI. imperat annos XV.

Indignati fratres Ludou. & Carolus Caluus II. Imperli eius anno contra eum insurgunt, bellumq; mouent pro regnis, quæ per quatuor tetrarchias diuiserunt. Cessit vero victoria fratribus, Ludouico & Carolo, fugato Lothario cum coniuge ac liberis eius vsque Viennam. Tunc Sergius Papa Legatos misit ad fratres, vt mutuo conuenirent.

842. Anno Domini DCCC. XLII. Fratres Lotharij Imp. Ludouicus & Carolus Caluus collecto exercitu, contra ipsum in pago Antisiodorensi veniunt, fitque pugna apud Fontaniacum: in qua tanta cædes vtrimque fuit, vt nulla ætas meminerit tantam stragem hominum in gentem Francorum factam. Victoria tamen Ludouico & Carolo cessit.

De istis omnibus *Sigebertus* Gemblacensis monachus scribit. Et in quadam Chronica reperit F. Adamus de Dunis, anno Domini M. CD. LXXX. quod tempore Lotharii

Ducis

Ducis Brabantiæ, qui pellicem Waldradam superinduxerat legitimæ vxori Thiebergæ, consentientib. Guntharo Colonensi, & Thiegaudo Treuirensi Episcopis. Iudith relicta Ethelvolphi Regis Angliæ, filia Caroli Calui, Siluanectis à Balduino Forestario Flandriæ lenocinante rapitur, cõsensu Ludouici, fratris eiusd. Iudith: quæ furtiue, mutato habitu, secuta est eumd. Quod vt comperit Rex Carolus, Episcopos Franciæ cõsulens, iuxta edictum Papæ Gregorii sententiam de promi petiit. [Si quis viduam in vxorem furatus fuerit, anathema esto.] Episcopi igitur Balduinum & Iudith ambos excommunicauere. Balduin. Romam ad Nicolaum Papam adiit, petens huius rei venia indulgeri sibi. Qui motus misericordia, misit Rodoaldum Portuensem & Ioan. Ficodensem Episcopos Legatos, qui Suessione Regem reperientes, Balduino reconciliationem obtinuere, & Rex coniugio lagaliter sibi sociari permisit, & I. Comité fecit, dans ei perpetuo suisq; successorib. Flandriam gubernandam; quam cum præfata Iudith tenuit xv. annis, & ex ea reliquit Balduinum cognomento Caluum, ab auo Rege Franciæ sic appellatum. De feudo vel donario non fit mentio. An. Domini DCCC. LIII. Mortuo Ethelvoldo Anglorum Rege, Iudith ad patrem suum Carolum libera reuertitur, quam post ea Balduin. Ferreus Comes Flandriæ rapuit, an. DCCC. LXII. An. Dñi DCCC. LV. Lothar. patrito inter filios suos Regno, abrenuntiat sæculo, & in Prumia monasterio in habitu monastico non multo post obdormiuit in Dño. Ludou. filius eius, à Sergio Papa inunctus, imperat XXI. annis. Lothar. vero frater eius Lotharingiam & Brabantiam tenuit, quæ ex illo tempore separatæ sunt ab Imperio. An. Dñi DCCC. LXII. Lothar. Dux Brabantiæ; VValdradam pellicem superducens vxori suæ Thiebergæ, à Papa Nicolao anathematizatur. Iudith filia Regis Francorum in Siluancgo à Balduino Ferreo rapitur, propter quod anathematizatur. Ob id Romam pergens, absoluitur, & apud Antisiodorum de voluntate Regis accepit eam vxorem, ex qua genuit Balduinum Caluum Flandriæ Comitem, & cum ea habuit à Rege Comitatum Flandriæ, & sic ipse fuit primus Comes Flandriæ, alii. a. erant Forestarii, & Harlebekenses Comites. An. Domini DCCC. LXIII. Hollandia I. cœpit habere Comitem: est. n. pars Frisiæ. Carolº Caluus habens partem in ea, dedit illam nobili viro Theodorico. (*Theodoric.* Ille fuit de Gasconia, cuius vxor Iwina, filia Ludouici, Walchriam impetrauit, in qua Middelborg oppidum situatur. Hoc actum est tempore Normannorum atq; Danorum, qui totam Franciam peragrando, igne, flamma, ac gladio demoliti sunt. Cuius occasione Carolus Caluus dictus, Rex Francorum Balduino Ferreo dedit Flandriæ Comitatum.] Deinde Ludou. Rex Alemanniæ dedit ei aliam partem, & sic factus est Hollandiæ & Zelandiæ Comes, quam tenuit LI. an. Hoc tempore S. Adelber. inuentus est, quem comes Theodor. transtulit in Egmondam, & Ecclesiam Liggeram & claustrum monialium ibidem construxit. Secundus comes in Hollandia *Theodor.* II. cum Hildegarda vxore sepultus in Egmonda, reliquit duos filios, sc. Arnoldum, qui 5. annis Hollandiam tenuit; & Edelbertum, Treuirensem Episcopum. Arnol. de Lutgarda filia Imperatoris Constant. cuiº sororem duxit Otto III. Imp. quapropter ei Hollandiam dedit liberam, genuit de sua Rinardum, de quo nihil reperitur, & Theodoricum III. *Theodor.* III. de Othilda filia. Ducis Saxonum, genuit Theodoricum IV. & Florentium. Porro Arnol. alias Arnulphº Gandauensis dictus, quod natus esset in Gandauo, cum Frisonib. iuxta VVinckelmer cum multis à Frisonib. occisus est. Tunc filius eius Theodor. III. eos cœpit debellare cum Godefredo Duce Brabantiæ, an. Domini M. XVII. belloque inchoato, vox auditur, Fugite, fugite, multis occisis, Godefred. ibid. à paucis Frisonib. captus est, & iussu Henrici Imp. liberatus fuit. Tandem an. M. XXXIX. obiit, sepultusq; est suos apud prædecessores in Egmonda: cui successit Theodor. IV. primogenitus eius, X. annis, & alter filius Florentius priuignus super costam Frisiæ fuit hæreditatus. Anno Domini DCCC. LXX. *Lotharius* Dux Brabantię Romam ad Hadrianum Papam se excusatum vadit, à quo dum pro comprobatione innocentiæ suæ ad examinationem Corporis & Sanguinis Domini tam ipse quã Optimates eius inuitati essent, & ipse & omnes qui Corpus Dominicum eo tempore accipere præsumpserunt, infra ipsum an. perierunt; ipso statim in redeundo Placentiæ defuncto. Cuius audita morte Carolus Caluus Brabantiam occupare festinat, sed Ludou. obuiat, & sic eam æqualiter inter se diuiserunt, & obtinuerunt VIII. annis. An. Domini DCCC. LXXI. Coloniæ celebrata Synodo à trib. Metropolitanis, videlicet Moguntino, Treuerensi, & Colonensi, cum ab eis maior Ecclesia, quæ est S. Petri, deberet dedicari: præcedenti nocte auditæ sunt voces malignorum spirituum, dolendo conquerentium se possessis diu sedibus debere expelli. *Theodorico* IV. Dordraci perempto, Florentius priuignus frater eius successit cum Gertrude filia Hermanni Ducis Saxonum, X III. annis. Hæc peperit ei Theodoricum V. & filiam Adelam,

An. Christi 842. 853. 855. 862. 863. 870. 871.

Anno Christi Adelam, nuptam Regi Franciæ, de qua Ludouicus Grossius, & Constantia Boamunde
1189. nupta. Porro Floren. postquam de suis aduersarijs, qui patrem eius occiderant in Dordraco, triumphasset, & crederet pausare iuxta Haemstede sub quadam arbore ab illis occisus est. Tunc Gertrudis vxor eius duob. an. rexit Hollādiam; sed nupta postea fuit Roberto, filio Balduini Pij Comitis Flandriæ, qui propterea Frisō dictus est, & peperit ei Robertum Frisonem Robertus Frisō cum Gertrude rexit Hollandiam 7. annis, salua tamen hæreditate filiorum Florentii. Sed an, Dñi M. LXXI. Godefr. Gibbosus, dux Brabantiæ, bello Frisones aggressus, inferiorem Frisiam & Hollandiam suæ ditioni subegit & ipsum Robertum cum vxore fugat in Saxoniam, & 5. annis obtinuit Godefred. Hollandiam: qui cum esset in camera sua apud Traiectum, & ad necessaria naturę se daret, Gisle-
bertus seruus eius gladio perfodit eū à fundamento. Tunc an. Dñi 1076. Theodoricus V. filius Florentii cum Gertrude matre sua rediens, primam suscepit hereditā & rexit eam XV. an. Hic Episcopum Traiectensem inuasit apud Iselmonde, eo quod Godefredo fauisset, & occidit ibid. Lambertum Præpositum Dauentrien-
sem, Cherolf Comitē & Episc. captus occiditur ante altare. *Theodoricus* V. Comes Hollandiæ & Zelandiæ moritur an. Dñi M. XCI. cui succedit filius eius Florenti* II. & cepit vxorē Petronellam, filiam Ducis Saxoniæ, sororem Lotharii Imp. quæ peperit ei Florentium Nigrū, & Theodoricū VI. Rexit. a. Florentius II. annis XXI. & obiit an. Dñi M. CXII. sepultus in Egmōda, cui successit Theodoric* VI. cū filia Comitis de Rincke, nomine Sophia, quæ peperit ei Florentium III. & rexit Theodoricus annis XLV. moriens an. Dñi 1157. cuius relicta Sophia, relictis omnib. peregre profecta Ierosolymas, ibid. Hospitale cōstruens moritur an. dñi MC. LXXVI. Hæc Rheinsborgh Monasterium dominarum construxit in
1190. Hollandia, cui Florētius filius successit 23. annis. An. Dñi MC. XC. *Florentius* III. Comes Hollandiæ moritur in obsidione Acaronensi, cum Philippo Comite Flandriæ, & multis aliis: cuius corpus filius eius Wilhelmus secum duxit in Antiochiā, & ibid. sepeliuit. Porro Florentius iste duos fratres habebat, Balduinum & Theodoricū. Primogenitus Theodoricus nomine Septimus Comes, filius Florentii III. successit, & rexit annis 22. Huius frater supramemoratus Wilhelm. captus est à ministris S. Intini Traiectensis, & apud Horst detinebatur: à quo fugiens liberatus, ad Ottonem Comitē Gelriæ se transtulit, cuius filiam accepit vxorem, & creuit dissensio, vt fratres in bellum conuenirent. Sed Theodoricus VII. fugat eum bello, nec non Episcopū Traiectensem post incendia coegit ad reconciliationem, & mutationem castri, quod Henrico pernebat Duci Brabantiæ. Buscum-Ducis cepit, capto eiusd Ducis fratre Wilhelmo: *sed auxilio Comitis* Flandriæ Dux apud Heusden Comitem Theodoricum cepit, & tandem pro bis mille marcharum dimisit, anno Domini M. C. XCVIII.

1212. Anno M. CC. XII. Aleidis videns patrem suum Theodoricum VII. Comitem Hollandiæ, in Dordraco morti propinquare, virum nobilem Ludouicum Comitem de Loen vocat, ex quo susscepit filium Adam nomine, & præueniens, cum sc. exequias patris in Egmonda celebrat, filia nupsit dicto Ludouico: propter q. Wilhel. frater Theodorici bellum instituit, & tandem post varias pugnas præualuit Wilhel. & fit Comes ac Zelandiæ XXII an. qui de Aleide filia Gelriæ duos suscepit filios, Florentium IV. & Ottonem Episcopum Traiectensem: ipse vero Wilhelm. cum vxore sepultus est in Rheinsborg, an. Domini M. CC. XXX. cui succesit Florentius IV. cum filia Henrici Ducis Brabantiæ Machtilde, de qua genuit Wilhelmum II. & Florentium V. wilhel. autem fuit Imper. postea electus: Occubuit autem [Florenrius scilic.] apud Corbye in torneato, anno M. CC. XXXIII. reliquitq; duos filios ac duas filias. VVilhelmus primogenitus rexit Hollandiam XXII. annis post ea Imperator Alemanniæ VIII. annis. Tunc frater eius Florentius succesit in eodem Comitatu. Prima filia eius Aleidis nupta fuit Ioanni, filio Margaritæ Comitissæ Flandriæ & Hannoniæ. Altera filia nupta fuit Comiti de Hennebergh. Porro VVilhelmus apud VVoronch electus in Imperatorem, processit, & cepit Aquisgranum, vnde versus:

* Fort. *non locus obstet aquis.*

Non superasset Aquis, nec vi, nec arte sua quis.
*Ni superesset Aquas, * non locus obtinet aquas.*

1255. In anno Domini M. CC. LV. cum coronatus esset Aquisgrani wilhel. die Omnium Sanctorum 7. annos antea, procedens contra Frisones occisus est, cuius corpus sale infuso sepultum exstat in domo cuiusdam rustici. Cui succesit filius eius Florentius XL. annis, alii ferunt fratrem eius.

1255. Anno Domini M. CC. LV. *Florentius* V. de Aleide filia Guidonis Comitis Flandriæ, plures cepit filios ante patrem defunctos, & vnam filiam Regi Angliæ nuptam, sed etiam ante completas nuptias defunctā. Hic patrem suum à Frisonib. abstulit, & in Middelborgh

delborgh sepeliuit, quod construxit muris sicut Alckemaer. Item fecit in Dunis Hagam, & ibi aulam cum capella struxit. Tandem à suis occisus est per inuidiam: & fertur quod à V Vulfardo de Burfalia sepultus extitit in Rheinsborgh. Cui successit iuuenis filius eius *Ioannes* nomine, tribus annis. Occisus autem fuit Florentius iuxta Traiectum, anno Domini M.CC.XCVI. *Anno Christi* 1255.

Ioannes Comes Hollandiæ & Zelandiæ cum filia Edvvardi Regis Angliæ tribus regnat annis. Et postquam cõtra Frisones descendisset Alkemaerum atq; Egmondam, quas ceperant Frisones non sine sanguine suorũ, quia ibi Dñs de Arkele, & Dñs Iacob. de Renesse perierunt, an. Domini M.CC.XCIX. veneno parato perijt, & iuxta patrem in Rheinsborgh sepelitur: vxor vero reuersa est in Angliã, & mox Io. de * Anesins Comes Hannoniæ ex parte suæ coniugis petijt, & post varia bella obtinuit, rexitque circiter 5. annis Hollandiam. Obiit an. Domini M.CCC.IV. relictis duob. filiis, sc. Wilhelmo, qui ei successit XXXI V. an. & Ioanne. Soror horum nupta fuit Comiti Clarimontensi. 1299.

An. Domini M.CCC IV. *Vilhel.* de * Anesins, Comes Hannoniæ, Hollan. & Zeland. de Iohanna Franciæ, sorore Philippi de Valesio genuit Wilhel. & 4. filias, quarum primam duxit Eduardus Rex Anglorum, alteram Ludou. de Bauaria Imp. tertiam duxit Dux Iuliacensis, & quartam Ioan. Dux Brabantiæ: vel filius eius duxisset, sed Philippus Rex Franciæ tradidit ei, refutata filia Hollandiæ, Mariam de Valoys filiam suam, vnde V Vilhelmus indignatus recessit à Rege Francorum, confœderatus Anglicis, & anno Domini M.CCC.XXXVIII. obijt apud Valencines, vbi sepultus est. Cui successit filius eius V Vilhelmus IV. qui fecit homagium Ludouico Imp. & contra Regem Franciæ guerras habere cœpit. Hic cepit vxorem Ioannam filiam Ioannis Ducis Brabantiæ, de qua nullam sobolem suscepit. Occisus à Frisonibus anno octauo regiminis sui, Domini vero M. CCC. XLVI. & reuersa Iohanna ad patrem suum, duxit secundo V Venceslaum Henrici de Luzemburgo filium. 1304.

Anno Domini DCCC. LXXVII. *Balduinus Ferreus*, primus Comes Flandriæ moritur, & apud S. Audomarum sepelitur: cui succedit Balduinus Caluus filius eius XL. annis. Hic (puta *Balduinus Ferreus*) opidum Brugas cõstrui fecit, & Ludouicum Regem Francorum, cognomento Balbum, enutriendum suscepit, à quo totam Flandriam ampliauit * Sonnam fluuium, & erat Atrebatum caput illius partis. Reliquit duos filios, sc. Carolum Abbatem S. Vedasti, & Balduinum cognomento Caluum. Constructuit autem ciuitatẽ istam an. DCCC. LXXXI. & tollens lapides de Oudenborch, quam Attila quondam Rex Hunnorum destruxit & Brugas inde muniuit. erant enim *Brugæ* necdum opidum clausum portis, sed aquis & pontibus permunitum villagium. Corpus item S. *Donatiani* de Rhemis circa hoc tempus Brugas transfertur, ibique colitur.

Anno DCCC. LXXXIV. *Balduinus* Comes Flandriæ Elstrudem filiam Elfredi Regis Angliæ accepit vxorem, ex qua genuit Arnulphum Verulum, qui postea Comes fuit Flandriæ, & Adulphum, qui Comitatum Bolonię habuit à patre. Sic tandem ex matrimonio legali sub Flandria Comitatus de Attrebato tamquam de pertinentiis Flandriæ reputandus est. 834.

DE ORIGINE GELRIAE.

Anno DCCC. LXXVIII. V Vychardus & Lupoldus, filii Principis de Ponte, seu Marchionis, quamdam bestiam terribilem, quæ se tenebat in campo iuxta lacum, sæpius vociferantem, *Gelre, Gelre, Gelre*, interfecerunt, & populus ex hac hora dispersus adunauit se, nec non subditus factus est fratribus, qui in eodem loco condiderunt castrum, quod Gelre nuncupatum est, à quo tota terra nomen sortitur. Verum V Vychardus Marchio de Ponte superuixit, & XXXII. annis in castro de Gelre se tenuit. Cui in eodem Principatu successit Gherlacus filius eius, genitus ex filia Comitis Zutphaniæ, rexitque XXVII. annis. Post quem Goffredus, qui moriens an. Domini DCCCC. X. reliquit duos filios, V Vychardum successorem, & V Vilhelmum Episcopum Traiectensem. 878.

Anno Domini DCCCC. LVIII. V Vyckhardus filius Goffredi, morientis an. Domini DCCCC. XXXVII. rector Gelriæ XIV. annis præfuit. 958.

An. Domini DCCCC. LXXII. Mengosus ex Gerberga filium habuit V Vilringum, & filiam nomine Aleydem, monialem sanctam: præfuitque XXXVIII. annis. Iuxta Bonnam iacet. 972.

An. Domini M.XI. Wilringi filius V Vyckhardus rexit Geltriam XXVI. annis, & vnicam filiam reliquit, quam Otto Comes de Nassouwe duxit. 1011.

An. Christi 1035. Anno Domini M. XXXV. *Otto* de Nassou we fit primus Comes Gelriæ per licentiam Henrici IV. Imp. & præfuit XLVI. annis.

1107. Anno Domini M.CVII. *Gerardus* Comes Gelriæ & Zutphaniæ regnat XXIV. annis & ex Aleyde filia Florentis Comitis Hollandiæ genuit Henricum successorem, anno Domini M.CXXXI.

1131. An. Domini M.CXXXI. Henr. de filia Goffridi Ducis Brabantiæ genuit Gerardum & Ottonem, rexitque XXXI. annis. In Campo Monasterio sepultus.

1162. An. Domini M. C. LXII. Gerardus de filia Hispaniæ sua coniuge non reliquit prolem, sed mortuus post XVIII. annum regiminis. Successit ei frater suus.

1180. An. Domini M.C.LXXX. Otto frater Gerardi filiam Richardi de Iuliaco cepit vxorem, ex qua cepit Henricum in iuuentute defunctum, Ottonem Episcopum Traiectensem, Gerardum successorem suum, Aleydam Comitissam Hollandiæ, & Margaretam Comitissam de Montibus, & rexit XXII. annis.

1211. An. Domini M. CC. II. Gerardus rexit annis XXVII. & ex filia Richardi Comitis de Nassou we genuit Henricum, Episcopum post Leodiensem, & Ottonem.

1229. Anno Domini M. CC. XXIX. Otto filius Gerardi III. rexit XLII. annis, & ex Margareta filia Theodorici Comitis Cliuensis non suscepit prolem, sed de Philippa filia Comitis S. Pauli filium nomine Reynaldum suscepit, & filiam Armehardem, nuptam Theodorico Comiti Cliuensi.

1271. An. Domini M. CC. LXXI. Reynaldus rexit LV. annis, & ex filia Guidonis Comitis Flandriæ tres filios & vnam filiam suscepit.

1326. Anno Domini M. CCC. XXVI. Reynoldus filius Reynaldi Comitis Gelriæ factus est primus Dux Gelriæ, rexit XVII. annis, & ex coniuge sua Sophia filia Bertoldi Domini de Mechlinia quatuor filias cepit.

Primam, nomine Margaretam, cepit Theodoricus filius Ioannis Comitis Cliuensis: quo defuncto, cepit Comitem Valesil.

Secunda filia, Maria nomine, nupta fuit Wilhelmo Duci Iuliacensi, qui ex ea genuit duos filios, VVilhelmum & Reynoldum Duces; Ioannam filiam, quam habuit Dominus Io. de Harlebeke, qui quidem ex ea genuit VVilhelmum in Gorckum profratum, & filiam vnam, nuptam Domino de Egmonda, qui ex ea genuit Arnoldum, Ducem Gelriæ, & VVilhelmum de Egmonda, Dominum de Yselstein & Barvveert, anno circiter Domini M. CD. XXIV. Præfatus veto Reynoldus à Ludouico de *Bauaria* Imp. fit primus Dux Gelriæ, & frater eius VVilhelmus Dux postea Iuliaci an. Domini M.CCC.XXXIX. Post mortem Sophiæ Reynal. duxit Alienorden filiam Regis Angliæ, ex qua suscepit duos filios, sc. Reynoldum & Eduardum: obiit. a. an. Domini M.CCC.XLIII. Reynoldus III. cepit filiam Ioannis Ducis Brabantiæ, sed nullam prolem ex ea genuit. Hic cum eodem socero suo bellum gessit in Leodienses, vbi plures prostrati sunt: deinde cum fratre suo. Diuisa fuit prouincia per decem annos. Tunc Eduardus cepit fratrem suum in bello de Tiel cum pluribus. Itaque captiuato retento Duxe Eduardus anno Domini M.CCC.LXI. rexit decem annis, cepitque vxorem Katherinam filiam Alberti Comitis Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ. Maxima tunc gerebatur guerra inter Wenceslaum de Lucemburgo Ducem Brabantiæ, & præfatum Ducem Eduardum. Tandem in bello captus fuit VVencelaus, & Comes sancti Pauli occisus: nihilominus ad refrigerium suum dum idem Dux Eduardus os galeæ leuaret, ad ictum sagittæ percussus in fronte cecidit in eodem bello, anno Domini M. CCC. LXXI. Tunc VVilhelmus Dux Iuliacensis factus est Dux Gelriæ, Comes Zutphaniæ, &c. qui cepit viduam præfati Eduardi sui auunculi, sed intactam, vt fertur, virginem: cum qua triginta annis rexit sine prole moriens anno M. CD. II. Illico frater eiusdem VVilhelmi Reynoldus Dux Iuliacensis ingressus tenuit Geliam XXI. annis, & ex Maria filia Comitis Arteseæ non suscepit prolem: verum eius soror Ioanna nupta Domino de Arkele, reliquit VVilhelmum & Mariam, nuptam Domino de Egmonda, sicut supra dictum est: quæ viro suo duos filios genuit, Arnoldum, qui mox successit in Ducatu Gelriæ, & VVilhelmum Dominum de Egmonda.

1423. An. igitur Domini M.CD.XXIII. Arnold. de Egmonda fit Dux Gelriæ, Zutphaniæ, &c. rexitque vsque ad annum Dñi M.CD.LXXIII. tunc Carolus Dux Burgundiæ, retento filio præfati Arnoldi, cepit armis dominari, vt in sequentibus patebit circa finem: qui ad Imperatorem III. Treuiris accedens, Ducatum Gelriæ suscepit gubernandum, eo quod esset affinitate magis coniunctus infantulis Adolphi captiui Ducis Gelriæ: sed post mortem eiusd. Ducis Burgundiæ solutus erat Adolphus, & vixit per annum solo nomine regnauit, occisus ante Tornacum à Francis Flandriam impetentibus: cuius

filius

filius nomine Karolus apud Mariam de Burgundia & Maximilianum maritum suum retentus fuit, propterea quod Gelrenses timentes exhæredari, bellum, vocatis fautoribus, indixerunt præfato Maximiliano Duci Austriæ, Burgundiæ, Brabantiæ, Lotharingiæ, &c. Sed postea factum est vt ad concordiam traheretur cum eodem puce conditionibus talibus, quod vsque ad annos regiminis habiles tutor iuuenis Ducis Gelriæ maneret, & villæ sibi darent obedientiam atque præstarent aduersus Regem Franciæ subsidium in gente, populo, atque denarijs, prout anno M. CD. LXXXI. accidit vt patebit. Sed moriente Maria Ducissa, Maximilianus aliter de filio ordinauit. *An. Christi 1422.*

Anno Domini DCCC.XCIX. *Balduinus* Comes Flandriæ & Artheſiæ Fulconem Archiepiscopum Rhemensem per VVinemerum satellitem suum occidi iussit, eo quod idem Fulco Abbatiam sancti Vedasti Atrebatensis à Carolo Francorum Rege in beneficium acceperat, quem ipse Balduinus Caluus Comes Flandriæ iam per aliquot annos, quamuis nullo concedente, inuaserat. *899.*

An. Domini CM. XIV. contra Conrardum Imperatorem potentiores Regni Principes rebellionem meditati, mediante Henrico duce Saxoniæ ad gratiam eius recepti sunt, dempto Arnoldo de Bauaria, qui cum vxore & filiis ad Hungaros fugit. Mortuo Theodorico primo Comite Hollandiæ, succedit ei Theodoricus II. filius eius LXXVIII. annis. *914.*

Anno Domini DCCC. XVI. Carolus Rex Francorum Brabantiam & Lotharingiam, amoto Gisberto, recepit VII. annis. Gisbertus Luxemborgh obtinuit. *916.*

Anno Domini DCCCC.XVII. Balduinus Caluus Comes Flandriæ moritur, & apud Gandauum in Cappella sancti Petri monasterij sepelitur. Eius hoc ibi legitur epitaphium: *917.*

Qui legis hæc, tu noſce, quod hic tumulatus habetur
Marchio Balduinus, *culmen honoris erat.*
Regem traxit auum Carolum cognomine Caluum,
Omnia magnificans moribus ac meritis:
Eſſulſit quarto Nonas cum Sol Ianuarl,
Exuit hunc Dominus corporis exuuiæ.

Epitaphium vxoris Comitissæ Flandriæ:

Elfredi fueram præſantis filia Regis,
Elſtrudis proprio nomine dicta meo.
Quæ dum præſentis vitæ ſpiramine lucis,
Balduini thalamis vſa fui Domini.
Septenis Iunius cum fulſit in Idibus aſtrum,
Me pius ad ſuperos euocat hinc Dominus.

Succeſſit ei in Flandria Arnulphus, dictus Verulus, primus filius eius: & in Bononia Adolphus secundus filius eius: quo defuncto totum ad Arnulphum deuenit, tenuitque annis XLVI.

Hoc anno vel circiter Arnulphus Comes Flandriæ cepit Castrum S. Venantii, tamquam de pertinentiis patriæ suæ.

Idem Comes anno Domini DCCCC.XXXI. cepit Castrum sancti Vedasti, hoc est Atrebatum, quod in aduocatura monasterii situatum est. Huius vxor fuit Athela filia Heriberti Comitis Viromandensis ac Peronensis, genuitque ex ea Balduinum Iuuenem. *931.*

Anno Domini DCCCC. XXXI. Stephano Leodiensi Episcopo defuncto, Richarius vir Catholicus per Regem Francorum auctoritate Papæ ibidem ordinatur, repudiato Hilduino, qui pecunia data Duci de Luxemborgh ambiebat Episcopatum. Iste Richarius Episcopus fundauit diuersas Ecclesias & monasteria XIII. hoc est, sanctæ MARIÆ atque S. Lamberti in Leodio: Elrensem, Ananiensem, Hoyensem, Meffrensem, Cenacensem, Ellensem, Dyonensem, Nautensem, Malonensem, Tudinensem & Machlinensem. *931.*

Fuit & alius Ricarius in Pontino, filius Regis Franciæ, qui de castro suo monasterium fecit, & multa bona operatus est, vt patet in Legenda ipsius. Hic Richarius fuit quadragesimus Leodiorum Episcopus, Abbas Prumensis & Stabulensis monasteriorum, præfuitque XXIV. annis.

Anno Domini DCCCC. XXXIII. Henricus Imp. & Carolus Rex Francorum apud Bonnam confœderantur, reddiditque Carolus Henrico Brabantiam & Lotharingiam, Episcopis & Comitibus vtrimque rem confirmantibus. *933.*

Anno Christi

941. Anno Domini DCCCC.XLI. Gislebertus Dux Brabantiæ & Euerardus Comes Palatij amicitiam Ludouici Regis Francorum exposcunt contra Ottonem: quorum ductu Rex Ludouicus per Lotharingiam veniens Alsatiam proceſſit, & Brisagum per milites Gislebertus & Euerardi cepit & muniuit.

942. An. Domini DCCCC.XLII. Gislebertus Dux Brabantiæ, Euerardus Comes Palatij, cum Hêrico fratre Ottonis Imp. contra ipſum Imperatorem iuxta Rhenum congreſſi, ante clauos Domini, infixos lanceæ Imperatoris, ipſo Imperatore ex altera parte remorante, terga dederunt, Henrico in brachio inſanabiliter læſo.

943. An. Domini DCCCC.XLIII. Otto Imp. Brisagum oppidum Alsatiæ, quod Ludouici Rex Francorum tenebat, obſidet. Interim fideles Principes Imperatoris, Vdo & Conradus gener Imperatoris, frater Hermanni Ducis Sueuorum, Euerardum & Gislebertum prædando regno ſecure intentos, iuxta Rhenum aggreſſi, acerrime bellant. Ibi Euerardus gladio peremptus eſt, Gislebertus vero Rheni vndis ſubmerſus: cæterorum vix aliquis euaſit. Ludouicus in Franciam reuerſus, ipſeq; & Imperator fœdus ineunt. Mortuo Gisleberto ſuccedit ei in Ducatu Otto nepos Imperatoris, anno vno.

944. An. Domini DCCCC.XLIV. Otto Dux Brabantiæ & Lotharingiæ obiit, cui ſuccedit Conrardus, gener Ottonis Imp. quem tenuit annis XIII.

An. Domini DCCCC. LI. Balduinus iuuenis filius Arnulphi Vetuli Comitis Flandriæ, Matildem Hermanni Saxonum Ducis filiam duxit vxorem, ex qua genuit Arnulphum Iuniorem.

An. Domini LIII. bellum geſtum eſt inter Conrardum Ducem Brabantia & Lotharingiæ, ac Ragnierum Comitem Hannoniæ.

An. Domini DCCCC. LIV. Lindilfo filio Ottonis Imp. ad gratiam patris reducto, (qui inſtinctu Contardi Ducis Brabantiæ & Lotharingiæ contra patrem rebellarat) Conrardus Dei & Imperatoris transfuga, ad Hungaros fidei Chriſti inimicos ſe conferens vſq; ad Carbonariam ſiluam per Lotharingiam eos perduxit: & virtute Dei apud Lobias contra eos oſtenſa, vltra prodire prohibiti, impune redeunt.

An. Domini DCCCC. LV. Hungaris iterum Regnum Otthonis Imp. ductu Conrardi Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ depopulantibus, Imperator eos bello excepit, Conrardo ab Hungaris ad eum pœnitendo refugiente, & orante vt pro pœna ſuæ perfidiæ ab Hungaris in hoc bello perimeretur. Hungari omnino fuerunt deleti. Conrardus autem ſecundum votum ſuum ibi occubuit. Tres Reguli Hungarorũ capti ſuſpendio perierunt. Ducatum vero Brabantiæ & Lotharingiæ Bruno Archiepiſcopus Colonienſio, frater Ottonis Imp. ſuſcepit, & tenuit VIII. annis.

958. An. Domini DCCCC. LVIII. Bruno Archiepiſcopus & Dux Brabantiæ & Lotharingiæ plures Normannorum cum Principibus ſuis baptizari fecit.

959. An. Dn. DCCCC. LIX. *Bruno* Archiepiſcopus & Dux Brab. & Lothar. Ragnerũ Comitẽ Montẽſem & Hannoniæ, ꝓ eo quod Regnũ Lotharingiæ inquietabat, perpetuo exilio dãnauit. Filij eius Raginerus & Lãbertus ad Lotharĩũ Regẽ Francorũ fugerunt.

962. An. Dn. DCCCC. LXII. *Arnulphus* Comes Flandriæ nimio grauatus ſenio, Balduino Iuueni filio ſuo reſignat Comitatum, ſed ipſe ante patrem ex variolæ morbo mortuus eſt, qui genuit Arnulphum Iuniorem.

964. An. Dn. DCCC. LXIV. *Bruno* Archiepiſcopus Colonienſis & Dux Brabantiæ ad pacificandũ nepotes ſuos Lotharium & filios Hugonis, febre correptus in ingreſſu mortuus eſt: cui in Ducatu Lotharingiæ & Brabantiæ ſuccedit Fridericus filius Gisleberti olim Ducis Brabantiæ, XII. annis.

Eodem hoc anno moritur *Aruulphus* Vetulus Comes Flandriæ, eique ſuccedit filius eius Balduinus Iuuenis, vt patet in eius epitaphio ſupra ſarcophagũ eius inſculpto.

Ius ſubiens mortis Arnulphus Marchio fortis,
Legerat hic regimen Iudicis vſq; diem.
Is patre Balduino generatus Principe digno,
Balduinum genuit, quem cito mors rapuit.
Sed nongentenus cum iam quater ſedecenus
Poſt natale Dei volubitur annus ei,
Carnis fine ſenas praceſſit Aprilis habenas,
Cui prece ſolamen Lector adoptet. Amen.

Adalæ eius coniugis Epitaphium:

Coniux Arnulphi decus hoc ſortita ſepulchri,
Non moritur mertis, corpore facta cinis.

Perſonas

Personas orbas nam fauit, vt altera Dorcas; An. Christi
Cui pie consensit gratia quam tenuit.
Sole senas decimas præfert Octobris ideas
Hora, notans obitum quæ petit hac Dominum.
Exequiis Adele ..... quique vacate,
Vt pretio meriti culpa queat redimi.

An. Domini DCCCC. LXV. Balduinus Iuuenis Comes Flandriæ violatum morbo moritur: cui succedit Arnulphus Iunior filius eius. Hic vxorem habuit Susannam filiam Regis Berengarii, Regis Italiæ, ex qua genuit Balduinum Pulchra barba cognomine. Hic Arnulphus tenuit Flandriam XVIII. annis. Vidua vero Balduini, Machtildis, nupta est Domino de Ertcham, ex quo tres filios suscepit, Godefridum, Goselonem, & Etheselonem. Dominus Eenham fuit Godefridus, postea Dux Ardennæ, & Lotharingiæ, hoc est, Brabantiæ. 965.

An. Domini DCCCC. VII. mortuo Balduino Iuniore, Comite Flandriæ, cepit Arnulphus Iuuenis Flandriam. Lotharius Rex Francorum grauiter Flandriam vexat assiduis bellis, cuius frater Carolus Brabantiam contra Fridericum tenet. 967.

An. Domini DCCCC. LXXIV. Balduin. cognomento Pulchra barba, filius Arnulphi Comitis Flandriæ, vxorem ducit Ogniam sororem Friderici ducis Brabantiæ, filiam Gislebetti olim ducis, de qua genuit Balduinum Pium. 974.

Anno Domini DCCCC. LXXVI. Raginerus & Lambertus Comites Hannoniæ, fratres, auxilio Caroli fratris Lotharii Regis Franciæ Godefridum Ardennæ Comitem bello lacessunt, & Arnulphum, qui Comitatum Montensem inuaserat, multis vtrimque in conflictu fusis. Victoria diu anceps fuit: cessit tamen palma Godefrido & Arnulpho. 976.

An. Domini DCCCC. LXXVII. Ducatus Brabantiæ datur Carolo fratri Lotharij Regis Francorum, post Fridericum, quem tenuit annis XIV. Raginerus Comes Hannoniæ & Montensis Habbidam filiam Hugonis, cognomento Capel, accepit vxorem: Lambertus vero frater eius Gerbergam filiam Caroli ducis Brabantiæ. 977.

An. Domini DCCCC. LXXXIX. Carolus dux Brabantiæ Montem-acutum expugnat. Inde Rhemensem ciuitatem occupat. Archiepiscopum, quem Hugo statuerat, Lugdunum relegat, & loco eius Arnulphum nepotem suum instituit; deinde multa præda Laudunum reuertitur. 989.

An. Domini DCCCC. XC. Hugo Rex Francorum cernens quam difficulter ducem Carolum vincere posset, cum Anselino Episcopo Landunensi, traditore vetulo, & consiliario ipsius Caroli, consilium habuit, & tradidit ipse Episcopus Carolum nocte cunctis dormientibus: & ductus est Carolus Aurelianis, & ibi captiuitate detentus. 990.

An. Domini DCCCC. XCI. Carolus Dux Brabantiæ Aurelianis in captiuitate detentus moritur, duos filios & duas filias relinquens. Otto maior natu Lotharienſium siue Brabantinorum in ducatu successit annis XIV. Et vna filiarum Caroli, videlicet Emingardis, nupta fuit Ausberto Comiti Namurcensi, qui genuit ex ea Ausbertum, & Henricum Comitem Durbitij. Ausbert. Comes secundus Namurcensis genuit Godefridum, & Henricum de Roche. Henr. genuit Machtildem, quæ nupta fuit Domino de Walecourt, inde natus est V Vericus de V Valecourt & Beatrix, vxor Domini de Huntfalice: postea nupta fuit Nicolao de Auennis: inde natus est Iacobus de Auennis, & Machtildis, vxor Castellani S. Oudomari. 991.

Godefridus autem Comes Namurcensis genuit Godefridum III. qui genuit Henricum Comitem, & Athelam vxorem Balduini Comitis Hannoniæ, & Isabellam nuptam Carolo de Lucemburgo, patri V Valeranni Comitis, qui genuit Henricum Luceburgensem. Balduin. a. Comes Namurcensis, filius Balduini & Athelæ, cepit Margaretam filiam Theodorici de Alsatia Comitis Flandriæ vxorem, ad quam post mortem Philippi fratris sui Flandria deuoluta fuit, & ex ea suscepit Balduinum Constantinopolitanum Imp. Philippum Comitem Namurcensem, & Henricum, ac tres filias quarum vna, Isabella, cessit Regi Franciæ, altera Domino de Beaumont, tertia Petro Comiti Antisiodorensi.

An. Domini DCCCC. XCIII. Arnoldus Comes Hollandiæ contra Frisones progredies, ab eis occiditur in pugna apud V Vinckelmaer & succedit Theodoricus filius eius, qui Comitatum Hollandiæ tenuit XLVI. annis 993.

An. Domini DCCCC. XCVII. Raginerus Comes Hannoniæ moritur, cui successit Raginerus III. filius eius, & gubernauit Comitatum Hannoniæ XXXII. annis. Huius patruus Lambertus Comes Louanienſis fuit, qui Comitatum Montensem tenuit XXXII. annis. 997.

An. Christi 1005. Ann. Dn. M.V. Otto DUX Brabantiæ moritur: & quia nullum sibi reliquit heredem, ipsolinea DUCUM Lotharingiæ siue Brabantiæ à progenie Carolomannorum & Caro-Magni defecit. Henricus vero Imp. dat DUCATUM Brabantiæ seu Lotharingiæ Godefrido filio Godefridi Comitis Ardennæ. Huius fratres Goselo & Ethelo, quorū mater Machtildis olim Comitissa Flandriæ, sc. vxor Balduini Iuuenis, quo defuncto nupsit Godefrido de Ardenna & de Eenham, i. Lotharia, in qua fuit Brachatum (Brakele) castrū, vbi nunc Geraldi mons, sub quo Niuella, Adingkem, & cætera loca inter Gandauum & Bruxellam, pro qua terra paulo post fuit guerra inter Henricum III. Imp. & Balduinum Pium Comitem, dictum Insulanum, qui inuasit eas dem terras. Sed interuenien- 10
te fœdere, Imperator addidit ei terram Alostensem, Quatuor officiorum, & Walachriam contiguam, pauco interfluente flumine ad terram Quatuor officiorum, quæ de iure fuit Impp. sed per matrimoniū postea confirmatur. Habuit enim Lauretta Theodoricus filiam ex coniuge prima, tempore quo Comes factus esset Flandriæ, quæ lunoni de Alosto iuncta fuit matrimonio, postea Comiti Peronensi: sed nulla susceptа
prole de ea, redijt terra ad Flandriam.

1006. An. Dn. M.VI. Castrū Valencianas, quod Balduinus Comes Flandriæ, cognomēto Pulchra barba, inuaserat, Imp. Henricus obsidet. Sed concurrentib. ad Comitē Balduinū Roberto Rege Francorū, & Richardo DUCE Normāniæ, Hēricus Imp. inglorius ab obsidione discessit & redijt, castrūq; Gandauū inuadit: vnde territus Balduin⁹ ei satis- 20
facit. Anno Dn. M. IX. Balduinus Comes Flandriæ castrum Valencianas reddidit,
1009. pace cum Imperatore composita, & in gratiam ipsius recipitur.

1012. Ann. Dn. M XII. Godefridus Dux Brabantiæ iussu Henrici Imp. Louanium obsedit, sed defendente se Lamberto Comite Louanensi vna cum Comite Ragineto, Comite Hannoniæ, inefficax rediit.

1013. An. Dn. M III. Cum Baldricus Leodiensis Episcopus in villa Hugardis castrum muniret, Lambertus Comes Louanensis eum aggreditur, & Episcopus graui atteritur infortunio, Lamberto vincente.

1014. An. Dn. M. XIV. Baldricus Leodiensis Episcopus cœnobium S. Iacobi, quod in insula Leodiensi exstat, fundauit. Dux Brabantiæ Godefridus Gerardum Comitem Regnum 30
suum iniquietantem bello vicit.

1015. An. Dn. M. XV. Godefridus DUX Brabantiæ Comitatū Montensem depopulatur, contra quem Ragnerus Comes, & Lambertus Comes Louanensis occurrunt: & conferto bello Lambertus occubuit: quo mortuo, successit ei Henricus Bruxellensis.

1018. An. Dn. M. XVIII. Theodoricus Comes Hollandiæ in vindictam patris sui à Frisonibus occisi Frisones debellat: in cuius auxilium Godefridus DUX Brabantiæ ab Imperatore mittitur. Partibus autē ad prælium paratis, audita est vox: cuius, ignoratur: dicentis: Fugite, fugite. Cunctis fugientibus, multi à paucis Frisonibus perimuntur. Godefridus ibidem captus est & in carcere detentus. 40

1019. An. Dn. M. XIX. Godefridus Dux Brabantiæ, impetrata impunitate ab Imperatore Frisonibus, à captiuitate soluitur: qui non multo post moritur: cui succedit Goselo frater eius XXV. annis.

1026. Ann. Dn. M. XXVI. Goselo DUX Brabantiæ, qui propter priuatum odium Regnum Conrardi Imp. grauabat, cum alijs Principibus ad pacis & vnitatis concordiam ductus est.

1027. An. Dn. M. XXVII. Balduinus Pulchra barba, Comes Frandriæ, filio suo Balduino, qui postea dictus est Pius, Athelam filiam Roberti Regis Francorum dat in vxorem, ex qua nati sunt Balduinus Montensis, & Robertus Frisio, & vna filia Mathildis, quæ postea nupsit Wilhelmo, filio Roberti DUCIS Normaniæ, qui postea Angliam transfretans debellat. 50

An. Dn. M. XXVIII. Henricus Comes Louanensis obiit, cui successit filius eius Lambertus, qui postea iuxta Tornacum occisus est.

An. Dn. M. XXIX. Balduinus Comes Frandriæ, cognomento Pulchra barba, moritur, cui successit Balduinus Pius filius eius, annis XXXIV. Eius Epitaphium in Gandauaapud S. Petrum tale est:

Hoc tumulo tegitur Balduinus, maximus magni
Arnulphi proles, hoc tumulo tegitur.
Quemque Susanna sibi genuit Regina superbum,
Edidit & puberem quemque Susanna sibi.
Maximus heroum regali stemmate prodit,
Vir virtute potens, maximus heroum.

Defensor

Defensor fuerat & amator hic monachorum,
Ecclesiaque Dei defensor fuerat.
Decessit medius... Iunii ante beati,
Ha he! citonimium decessit medius.
Dicito prateriens, Iesu miserere misselli,
Daque pius veniam, dicito prateriens.

An. Chris. 1207.

An. Dn. M.XXXIII. Frederico Moselanorum duce mortuo, quia mares filios, quibus ducatus competeret, non habebat, Goselo dux Brabantiæ, impetrato ab Imperatore etiam Moselanorum ducatu, in Lotharingia potentius principatur.

An. Dn. M.XXXIV. Burgundionibus non desistentibus à consueta contra Regem suum insolentia, Rex Rodulphus Regnum Burgundiæ Conrardo Imp. tradidit, quod à tempore Arnulphi Imp. per annos plus quam C.XXX. Reges gentis suæ tenuerunt: sicque Burgundia in prouinciam redacta est, & vsque hodie ducatus est.

An. Dn. M.XXXV. Odo Campanensis, filius Roberti Regis Francorum Regnum Rodulphi Regis, auunculi sui à Conrardo nepote suo Imp. repetens, vt sub eo regat Burgundiam efflagitat, & dux Burgundiæ primus efficitur.

Lambertus Comes Louanienſis iuxta Tornacum occiditur, succedit Henricus filius eius.

An. Dn. M.XXXVI. Henricus III, filius Conrardi Imp. vxorem duxit filiam Cuthonis Regis Anglorum, Gunhildem. Odo dux Burgundiæ contra Imperatorem bellans, Lotharingiam incursat, castella oppugnat, vrbem Leucorum, quæ Tullus dicitur, obsidet, & in nullo furori suo temperat.

An. Dn. M.XXXVII. Odo dux Burgundiæ Barum obsidet, cui occurrit Goselo & conferto prælio apud Barum, Odo dux perimitur, & Francorum exercitus graui cæde attritus à Lotharingia fugit.

An. Dn. M.XXXVIII. Henricus Comes Louanienſis à quodam in domo sua captiuo, Hermanno, perimitur, cui successit filius eius Otto: sed eo immatura morte præuento, Henricus alter filius Henrici Louanienſis Bruxellensem Comitatum susscipit, qui genuit Godefridum cum barba ducem Barbantiæ, in quo ducatus Brabantiæ ad genealogiam Caroli Magni deductus est.

An. Dn. M.XXXIX. Obijt Theodoricus Comes Hollandiæ, cui successit Theodoricus filius eius x. annis Florentius autem alter filius super censam Frisiæ hæreditatus est.

An. Dn. M.XL. Mathildis soror Lamberti olim Comitis Louanienſis nubit Comiti Boloniæ: vnde nascitur Comes Bulloniæ Eustathius, pater Godefridi de Bulione, Ducis Brabantiæ.

An. Dn. M.XLIV. Goselo Dux Brabantiæ obiit, cui succedit Godefridus filius XXVI. annis. Hic cum Ducatus Moselanorum, quem pater eius tenuerat, ab Imperatore negaretur, contra Imperatorem rebellauit. 1044.

An. Dn. M.XLV. Godefridus Dux Brabantiæ quorundam hortatu ad recuperandam Imperatoris gratiam, ad Imperatorem adductus, ab ipso Imperatore capitur, & custodiæ mancipatur: sed filio suo obside dato, relaxatur: quo in obsidiatu defuncto, iterum ad rebellandum grassatur. 1045.

An. Dn. M.XLVI. Balduinus Comes Flandriæ instinctu Godefridi Ducis Brabantiæ, contra Imperatorem rebellat, & castrum in Audenardo condit, per quod euerso castello apud Eenham, Brachantum vsque ad Teneram fluuium de Regno Lotharij sibi vsurpauit: Scaldus naniq; fluuius à fonte suo vsq; ad mare discernit Regnum Lotharienſe à Comitatu Flandriæ. Imperator vero contra Balduinum vsq; ad Arcas venit: sed cum in Flandria nullus sibi pateret introitus, inefficax redijt: quem persecutus est Comes Flandriæ, atque apud Nouiomagum castra eius incendit. 1046.

An. Dn. M.XLVIII. plures viri sancti obierunt: Odilo Abbas Cluniacensis, cui Hugo succeſſit: Popo Stabulensis, Gnatho Leodienſis, cui succeſſit Theoduinus: Albertus Gemblacensis. Albertus, qui Ducatum Moſellanorum ab Imperatore susceperat, à Godefrido duce Brabantiæ perimitur. Gerardus de Alsatia Ducatum accipit. 1048.

Ann. Dn. M.XLIX. Theodericus Comes Hollandiæ ab inimicis suis apud Dordracum perimitur, cui succeſſit frater eius Florentius XIII. annis. Leo Papa in Gallias veniens, motus inter Imperatorem & Godefridum Ducem Brabantiæ & Balduinum Comitem Flandriæ compescuit, ita vt Balduinus Brachatum sub homagio de Imperatore in feudum tenuerit. 1049.

An. Dn. M.LI. Francia turbatur per Beringarium Turonenſem, asserentem, Eucharistiam non esse verum corpus, sed figuram tantum. 1051.

Anno Christi *Balduinus Pius* Comes Flandriæ, inuaſo Hannoniæ Comitatu poſt mortem Hermanni Comitis, relictam eiuſdem Hermanni Rachildem Comitiſſam filio ſuo Balduino Montenſi copulat, & iterum Imperatori rebellat. Sic eo anno mortuo Hermanno Hannoniæ Comite, Comitatus Hannoniæ à Flandriæ Comitibus poſſideri cepit, & ſubijcitur per XIX. annos.

1052. Anno Domini M. L II. *Balduinus* Montenſis, filius Balduini Pii, cum vxore Richilde ab Ingelberto Cameracenſi Epiſcopo, eo quod inceſtum commiſiſſet, ducendo vxorem Hermanni cognati ſui, excommunicatus eſt: ſed à Leone Papa, ipſius Richildis auunculo, abſoluti, indulgentiam meruerunt.

1053. An. Domini M. L. III. Balduin. Comes Flandriæ terminos Lotharingiæ inuadens, Hoyum oppidum incendit, Godefrid. Dux Brabantiæ iterum contra Imper. rebellat, quia ducta vxore Bonifacii Marchionis Italiæ, iuſſu Imperatoris à Longobardia excluditur.

1055. An. Domini M. LV. Balduin. Pius Comes Flandriæ cum Godefrido Duce Brabantiæ Fredericum filium Frederici olim Ducis Lotharingiæ, in oppido Antuer pia obſidet: ſed concurrentibus Lotharingis, ab oppugnatione deſiſtit.

1057. An. Domini M. LVII. Generali conuentu Coloniæ habito, Balduin. Pius Comes Flandriæ & Godefr. Dux Brabantiæ, mediante Papa Victore, ad pacem & gratiam Imperatoris reducuntur, & omnes bellorum motus ſedantur.

An. Domini M. LVIII. In Friſonia ab Imperatore captis aliquib. caſtellis, Friſones à rebellione refrænantur.

An. Domini M. LIX. Euſtathius Comes Bauoniæ Idam filiam Godefridi Audacis, Ducis Brabantiæ ſeu Lotharingiæ, ducit vxorem, quæ peperit ei Godefridum de Bulione, poſtea Regem Ieroſolymorum, Balduinum, & Euſtathium.

Anno Domini M. LX. Henr. Francorum Rex moritur, cui ſucceſſit Philip. I. annis XLIX. qui cum eſſet adhuc infantilis ætatis, Balduin. Pius, Comes Flandriæ, auunculus eius & tutor Regnum gubernat, donec puer eſſet habilis: qui Balduin. apud Inſulam caſtellum & Eccleſiam S. Petri ædificauit, vbi & ſepultus eſt.

Anno Domini M. LXII. Florentius Comes Hollandiæ, poſtquam de inimicis ſuis, qui fratrem eius Dordraci occiderant, triumphauerat, dum paſſare crederet ſub quadam arbore, ab eis incaute circumuentus occiditur: poſt cuius mortem vxor tenuit Comitatum duobus annis: poſtea nupſit Roberto filio Balduini *Pii Comitis* Flandriæ, qui propterea Friſo dictus eſt; peperitque ſibi filium *Robertum* Friſonem, qui in expeditione Aſiatica virtute claruit cum Godefrido Bullionæo, & cæteris.

Anno Domini M. LXIV. Balduinus Pius Comes Flandriæ Robertum filium ſuum & ſanctæ DEI Euangelia iurare fecit, numquam ad Comitatum Flandriæ manum appoſiturum: & ſic dedit ei Comitatum Hollandiæ & Zelandiæ, ac partem Friſiæ, cum vxore Florentii Comitis, ſalua hæreditate filiorum eiuſdem Florentij, dum ad eos Comitatus rediret.

An. Domini M. LXVII. Balduinus Pius Comes Flandriæ moritur, cui ſuccedit Balduin. Montenſis Comes Hannoniæ & Flandriæ, filius eius, cum Richilde Comitiſſa: quam, (ſc. Flandriam & Hannoniam) tenuit trib. annis, ac in tanta pace gubernauit, vt non eſſet opus arma portare, oſtia claudere, &c. ideo Bonus Comes dictus eſt.

Anno Domini M. LXIX. Henricus Comes Louanienſis moritur, cui ſuccedit filius eius Henr. qui filiam Roberti Friſonis poſtea accipiens in vxorem, genuit ex ea Godefridum cum Barba, Ducem Brabantiæ.

An. Domini M. LXX. Godefr. Dux Lotharingiæ moritur, cui ſuccedit filius eius Godefr. Gilboſus, corpore exiguus, animo tamen eximius, tenuitq; Ducatum VI. annis.

Balduinus Comes Flandriæ & Montenſis ac Hannoniæ moritur, qui caſtrum de Heſdin ædificauit; cui ſuccedit Arnulphus filius eius cum Richilde matre in Comitatu Flandriæ. Balduinus autem alter filius Comitatum Hannoniæ tenuit ſeparatum vt proprius hæres, annis XXVIII. & alius Comitatum Flandriæ.

Robertus Friſo Comes Hollandiæ & Zelandiæ petiit partem in Flandria, ſed non obtinuit.

Richildis Comitiſſa Flandriæ, Hannoniæ & Heſdinienſis, mediante filio ſuo Arnulpho, verbis iniurioſis inuaſit Robertum Friſonem, petentem Flandriæ Comitatum poſt mortem fratris ſui Balduini, cuius ipſa fuerat vxor, cui per ambages reſpondiſſe ferrur his verſibus.

Si capi nollet illæ, tunc concitus iſſet,
Nam partem Regni nec totum non daret illi.

quo

quo responso susceptо Robertus ad Philippum Regem Franciæ nepotem suum tetendit, qui ei spopondit præstare auxilium. Sed Richildis corrupit animum Regis, datis 4000. libris, &c. *An. Christi*

Ann. Dn. M. LXXII. Richildis Comitissa Flandriæ vna cum filio suo Arnulpho Comite patriam & Ecclesiam nimis aggrauante, Flandrenses Primates ad Robertum Frisonem in Saxonia Legatos mittunt, & ad inuadendam patriam inuitant. Veniti; Castletum. Richildis hoc audito cum filio, exercitus diuersarum regionum ordinant Rex Franciæ cum omni potestate sua ad de omni Regno suo venit cum Comite Bauoniæ: solus Robertus Friso cum suis & Flandrensibus fuit & commisso prælio, strages maxima fit de exercitu Regis. Perfunditur terra sanguine, & occisorum multitudine tegitur campus. Richildis capitur, & incarceratur: Arnulphus occiditur: Robertus autem Friso victor dum incaute à suis se seperat, à Comite Bauoniæ capitur, & apud S. Audomarum incarceratur: sed ciues eum cum Richilde liberant. Rex Bello fugatus in Franciam repedauit, & sit Robertus Friso factus est Comes Flandriæ. v. annis 1072.

Ann. Dn. M. LXXIII. Rex Franciæ dolens suam confusionem apud Cassel à Flamingis acceptam, cum maiori exercitu Flandriam repetit, & vsq; ad burgum S. Audomari venit, suburbana incendit, & fraude Wulverici villam capit, & deprædatur: sed mediante Goffrido Parisiensium Episcopo, Rex nocte fugiens timore Flandrensium, ad propria reuertitur. 1073.

Hic Goffridus Episcopus Parisiensis fuit frater Eustathij Comitis Bolonensis, atque pro silua de Bethlo, quam à Roberto Fusone petijt, fecit scandalose Philippum Regem in Franciam redire. Territus namq; Rex nocte, cum sarcinis fugam maturat. Sequenti die Friso villam S. Audomari cepit, cui Episcopus reconciliauit fratrem suam, & adhuc ea silua possidetur à Comitibus Boloniæ. Timorem tamen Regis admisit Friso: quare nuntijs missis ab Henrico Imp. sibi petijt auxilium. Facta vero fuit matrona quædam obuiam nuntijs, quę dicebat eis: Scitote quod Imperator vos libenter audiet. Sed quia contra iuramentum suum in Audenardo factum egit Comes vester Robertus, semen filij sui deficiet: & hoc veracirer euenit post tertiam generationem, quę terminabitur in masculino sexu per Balduinum Abkin: post quem filij filiarum. scilicet V Vilhelmus Normannus, Carolus de Dacia, & Theodoricus de Alsatia, qui Philippũ genuit Leoferum, cuius etiam progenies in sorore Margareta remansit. Et veniet de Dacia qui dominabitur, qui similiter absque semine peribit. Postea venient duo, quorum alter ab Oriente, alter ab Occidente, qui pugnabunt inuicem: sed Oriens prævalebit: cuius semen durabit vsq; in Antichristi aduentum. Hęc vbi dixit mulier, disparuit. Robertus autem Friso Comes factus Flandriæ, pacem cum Regem Francorum pepigit, data prinigna, filia Florentij Comitis Hollandiæ, sibi vxore, de qua Rex genuit Ludouicum cognomento Grossum, & Constantiam filiam, Boamundo Principi Antiochiæ nuptam, de qua proles Imperialis exijt.

Ann. Dn. M. LXXV. Roberto Frisone Ierusalem pergente porta templi ei se claudit: qui confusus, delictum suum cuidam viro sancto confessus, iterum veniens, porta sibi patente ingressus, visiones aliquas vidit, deinde rediit in terram suam. 1075.

Ann. Dn. M. LXXVI. Godefridus Gilbosus Dux Brabantiæ moritur, per seruum suum, dum ad necessaria naturæ transiret, gladio in fundamento perfossus. Theodoricus vero filius Florentij & Gertrudis Comitatum Hollandiæ & Zelandiæ recipit & tenet annis XV.

Balduinus Comes Hannoniæ volens vindicare mortem Arnulphi fratris, in Flandriam veniens, turpiter fugatus ad propria remeauit.

Anno Domini M. LXXVII. Robertus Friso senior Comes Flandriæ moritur: post quem Robertus Friso Iunior, filius eius, Comitatum Flandriæ tenuit XXXIV. annis. Hic quatuor vicibus terram sanctam visitauit, & Ecclesijs multa bona fecit, præcipue S. Donatiani Brugis, vbi suum Cancellarium perpetuum fecit Præpositum ipsius Ecclesiæ.

Ann. Dn. M. LXXVIII. Theodoricus Comes Hollandiæ Episcopum Traiectensem bello superat.

Ann. Dn. M. LXXXIII. Henricus Imp. Roma Leonina capta, Romam obsidet. In hac expeditione Godefridus de Bulione filius Eustathij Comitis Bauoniæ Imp. Henrico militans, insigni militia pollet: cui Henricus postea Ducatum annunciali sui Godefridi Gilbosi, scilicet Brabantiæ. concessit Anno Domini M. LXXXIX. quem tenuit VII. annis.

Anno

Anno Christi Anno Domini M. LXXXIX. Ducatus Lotharingiæ siue Brabantiæ datur ab Henti-
1089. rico Imp. Godefrido de Bulione, filii Eustathii Comitis Bolonienſis, & S. Idæ, ſororis Godefridi cognomento gibboſi Ducis, & VII. annis gubernans pacifice, poſt hoc cum ceteris Principibus in Terram ſanctam aſcendens, eam inſignib. bellis recuperauit, cuius terræ & ciuitatis Ieruſalem Regnum eſt adeptus.

1090. Anno Domini M.XC. Theodoricus Comes Hollandiæ moritur, cui ſucceſſit Florentius filius eius XXI. annis. qui de Petronella filia Ducis Saxoniæ, ſorore Lotharij Imper. genuit Theodoricum & Florentium.

1092. An. Dñi M.XCII. Weſtphali Friſiam aggreſſi, pænè omnes à Friſonib. perimuntur.

Anno Domini M.XCV. In Comitatu Namurcenſi panis ſubcinericius quaſi ſanguine infectus eſt. Eod. an. *Henricus* Comes Louanienſis perimitur: cui ſuccedit *Godefridus cum barba*, filius eius. Petr. quidam Sacerdos & Eremita Ambianen ſis per aliquot annos, cauſa orationis Ieroſolymam profectus, vidit ſanctum Dñi Sepulchrum à Turcis de honeſtari, nefanda in eo fieri, ſancta coinquinari, oblationes quæ in templo fiebant, aſportari, quę videns doleret cũ Patriarcha locutus eſt. Patriarcha etiam dolens Petrum hunc rogat, vt hæc omnia Chriſtianis nuntiet, & ſubſidium implorer. Spondet Petrus, reuertitur. Ad Vrbanum Papam veniens, narrat quæ vidit, viſiones etiam quas in templo viderat. Papa hæc in Concilio Clarimontenſi prædicat, exponit: ad Cruciatam inuitat: remiſſionem plenariam euntib. & ad hoc conferentib. indulget. Multi Epiſcopi, Prælati, Principes, & alij omnis generis viam & ſumptus ſpondent. Petrus ſe Ducem itineris offert, & hac occaſione Terræ ſanctæ viagium incipit.

1096. An. Domini M. XCVI. Aſiatica expeditio facta: & primo omnium Walterus Senzanoir miles egregius, cum magna ſocietate Francigenarum peditum, ſolum habens VIII. equites, admonitione prædicti Petri viam aggreſſus, Regnumq; Bulgariæ ingreſſus, cum Petro Eremita Duce paucis amiſſis Conſtantinopolim venit: vbi ab Alexio Imp. honeſte recepti, per dies aliquot ibi mãſerunt. Deinde pertranſito Brachio S. Georgii, conſuluit ne irent per montana apud Nicæam, donec eſſet maior exercitus. Qui non acquieſcentes, ante Nicæam à Turcis fere omnes ſunt occiſi. Petr. a. erat apud Imperatorem. Soli V Walterus & Godefr. Bureel fuga lapſi cum 3000. ſaluati ſunt auxilio Imperatoris, & labore Petri: qui ad Conſtantinopolim reducti, in Græcia cum Petro ab Imperatore retenti ſunt. Deinde ex partib. circumuicinis vſq; ad 15000. ſub quodam Sacerdote Godeſcalco viam aggreſſi, ad Regnum Hungariæ peruenientes, indomiti Sueui & Alemanni, qui erant inter eos prædas agentes, ab Hungaris in campo bello graui trucidati ſunt. Deinde omnis generis ſatis imprudenter vſq; ad 200000. ſequentes, & tranſitum Hungariæ clauſum inuenientes, dum vi tranſire volunt, ab Hungaris interficiuntur.

Deinde Godefridus de Bulione cum XV. vel circiter Principibus ac ingenti exercitu ſequitur: qui à Rege Hungariæ gratanter recepti: qui ſuper occiſione præcedentium multum ſe excuſat, & datis victualium copiis tranſitum concedit. Qui vſque ad Conſtantinopolim peruenit, & ab Alexio Imp. benigniter cum ſuis receptus eſt. Deinde Hugo Magnus, frater Philippi Regis Franciæ, Robertus Dux Normanniæ, Robertus Friſo Iunior Comes Flandriæ, & alii Comites & Barones quadraginta cum exercitibus ſuis per Longobardiam & Apuliam incedebant: quibus Boamundus Dux Apuliæ gratanter receptis ſe aſſociauit, & Conſtantinopolim venit. Roymundus Comes Prouinciæ, & Haymarus Epiſcopus Podienſis cum exercitu eorum per Prouinciam in Græciam tranſierunt: Omnes hi Principes, Duces, Comites & Barones cum innumetabili multitudine apud Conſtantinopolim agentes, ab Imperatore Alexio benigne recepti & magnifice munerati, facto ſibi homagio, & præſtito iuramento, quod ciuitates ad Imperium pertinentes, quas Turcæ occupauerant, ſi capere poſſent, Imperatori redderent, tranſito Brachio S. georgii, terminos Cappadociæ ingreſſi ſunt. Interea Brabantiam ſiue Lotharingiam Imp. Henricus recipiens, tenuit v. annis.

Eorum vero, qui ad hanc expeditionem, præſertim è nobilitate Belgica confluxerunt, atq; ad debellandos Turcas operam ſuam præſtiterunt, hæc ſunt nomina: *Balduin.* frater Godef. de Bulione, V Vern. de Greys, Balduin. de Burgo, Raynal. de Tul, Dodo de Cons, Henr. de Aſcha, Baldricus Stabulo, Balduin. Comes Montenſis, Cono de Monte acuto, Petr. de * Domnapetri, Anſel. de Ribodi monte, Goſelo, Lamber. &c. Hugo frater Philippi Regis Franciæ, Rober. Dux Normanniæ, Robert. Comes Flandriæ, Euſtath. Comes Boloniæ, frater Godefridi de Bulione, Stephan. Bleſenſis Comes, Drogo de Nahella, Hugo Comes S. Pauli, Anſelm. de Ribirgi monte, Ingeltranus filij Comitis S. Pauli, Gerard. de * Kirſi, Guido de Porſeſſa, Thomas de Feriacaſtro,

Balduinus

Balduinus de Castelloland, Balduinus Calderoen, V Vilhel. Foreis, Raymund. de Pe- *Anno Christi*
lerdan, V Valterus de Capis, Milo Louer, Steph. de Albemarle, filius V donis Comitis 1096.
Campaniæ, V Valter. de Donnedart, Gerar. de Gorna, Rotardus, Raynal. de Belluaco,
V Valo de Chaumont, V Vilhel. de Montpensier, Gastus de Bedirt, Gerar. de Rosseli-
een, Gislebertus de Trena Burgundio, Oliuerus de Bully, Agar de Montemarle, Rec-
boldus de Orengis, Ludou. de Morona, filius Comitis Theodorici de Montpeliart.

An. Domini M. XCVII. Exercitus Christianorum sub Principib. suis ab oris Cap- 1097.
padociæ semouens, ad Nicæam vrbem ponit obsidionem cum 300000. vbi copia sup-
petebat, vt caries vno nummo, & bos 10. venderetur. Princeps Turcarum Solymannus
inopinato superuenit cum 600000. quem acies præcessit 10000. sagittariorum, quæ in
Balduini, fratris Godefridi, turmam irruit, qui statim contriti sunt. Deinde vniuersus
exercitus cum Turcis congreditur: fit acerrima pugna, in qua tanta strages Turcarum
facta est, vt Solymannus fugam dederit. Capta est Nicæa: in cuius captione lapidibus
obruti fuerunt Balduin. de Calderoen, & Balduin. de Gand, Vxor Solymanni cum duob.
filiis capta fuit in Nicæa, ipse vero per montana superiores regiones affugit.

An. Domini M. XCVIII. Exercitus Christianorum peruagata Cappadocia, Bithy- 1098.
nia, Cilicia, & tota Asia minore, captis vrbib, & castellis, in vallem Antiochiæ, quæ est
metropolis Syriæ, peruenit, quæ post Romam, Constantinopolim, & Alexandriam,
quarto loco cunctis per orbem ciuitatib. prælata est. Fluuius ibi fluit Pharfa, influ-
ens in pelagus, commeatum nauium oppidanis inuehens.

Est præterea ciuitas tuta mœnibus, ardua montibus. Ecclesia Beatæ MARIÆ, & beati Petri, quamdiu ibi Turcæ permanserunt, illibata mansit. In hac vrbe maxima virtus Turcarum erat sub Garziano Principe eius filio, & quatuor Amiraldis. Etant etiam Armenii & Syriani Christiani multi, Turcis obnoxii: qui Christiano exercitui multum nocuerunt. Obsidetur ciuitas vndique multis diebus: nono autem mense industria Boamundi Ducis Apuliæ, qui per nuntios pacto inito cum vno de Amiraldis, tres turres quas habebat reddidit. Exercitus Christianorum vrbem ingreditur. Fit strages omnium Turcarũ. Armenii caput Garziani Boamundo afferunt. Capta igitur vrbe Corboranus Princeps Turcarum, qui ad auxilium Antiochiæ confluxerat, ac-
cepta à Calepsa Turcarum apostolico licentia fæuiendi in Christianos, congregata innumerabili multitudine, ciuitatem Antiochiæ, in qua erat Christianus exercitus, obsidet.

Tanta fit fames, vt nescirent quid manducarent. Tandem quodam Presbytero Christianos admonente, vt Christiani à fornicatione cessarent, lancea Domini nostri IESV CHRISTI in Ecclesia sancti Petri esse reuelata est. Qua reperta, cum ingenti gaudio Petrus Eremita ductor viæ ad Corboranum missus est, qui ei offerret, quod si vellet Christianam legem amplecti, ipli ciuitatem traderent: sin autem & vellent vt viginti contra viginti tyrones pro omnibus pugnarent, & qui vincerentur, victoribus cederent: finaliter bellum sibi in crastinum expectaret. Corboranus vero vix le-
gatos dignatus, respondit, imberbes & puellas Christianorum in vinculis & catenis in patria sua perpetuæ addicere seruituri. Ira die sequenti, lancea Domini præcedente fortiter pugnatum est: & cæsis qui cum Corboranno erant, paucis fugientibus, & Christianis insequentibus, Corboranus fugiendo reuertitur, & cum Roberto Normanniæ Duce congressus occiditur.

Balduinus Comes Hannoniæ ad hæc nuntiandum Constantinopolitano Imper. missus in insidiis occiditur: cui successit Balduinus filius eius, XL. annis Comitatum tenens. Stephanus Comes Blesensis audiens Corborannum Antiochiam obsedisse, & putans eam captam ac Christianos deletos, cum suis Constantinopolim venit, & Alexio Imp. cum maxima manu Græcorum & Gallicorum in auxilium Christianorum
venienti persuasit vt reuerteretur.

An. Domini MXCIX. Christianis Turcas fortiter debellantib. ac vrbes & castella. 1099.
vendicantibus, tandem Ierosolymam perueniunt, eaq; vndiq; obsessa, in qua erant milites Sultani Babyloniæ in maximo numero, diu vtrimque est pugnatum. Cum autem exercitus Christianorum præ victus & præ aquæ penuria laboraret, omnis communi decreto nudis pedibus quotidie orando circuiuit. Flamma vento agitata vicinas ædes incendit. Saraceni defensioni non sufficientes, muris cedunt: Christiani in murum, & tandem in vrbem introeunt: ea parte qua Godefridus de Bulione missus erat, Saracenos trucidant. Decem millia in templo Salomonis interfecta sunt: tantaque cædebacchati sunt Christiani, vt in sanguine occisorum vsque ad genua equitarent.

Post hæc autem cadauera igne cremata & in aere resoluta, expiata vrbe cæde infideli-

An. Christi 1099. fidelium, Sepulc[hr]um Domini, quod tamdiu desiderauerant, supplicibus votis adierunt. Denique omnium consensu Godefridus de Bulione factus est Rex de Ierusalem, vbi regnauit anno vno. Cumque his peractis de repatriando Principes cogitarent, ecce Rex Saracenorum à Babylonia veniens Ascalonem 100000. equitum & 400000. peditum ad eos debellandos nuntiatur. Quib cum exercitus Domini occurrisset, non plus quam 5000. equitum & 18000. peditum, Deo pro suis ad se clamantib. pugnante, & nube eos ab æstu Solis defendente, Saraceni solo impetu Christianorum territi omnes proiectis armis fugerunt: & in hoc sexto bello, quarto Kal. Augusti facto, cæsa sunt paganorum 10000. in porta Ascalonis 2000. inter vepres & dumeta sine numero. Godefrido autem Rege electo ad principandum in Ierusalem remanente cum suis, cæteri Principes repatriant.

1100. Anno Domini M. C. *Godefridus de Bulione* Rex Ierusalem, graui infirmitate detentus, obiit: cui successit *Balduinus* frater eius XVIII. annis. Boamundus Princeps Antiochiæ post multas insidias, vincula & carceres ab Alexio Imp. deceptus, in Apuliam rediens, accepta filia Regis Franciæ vxore, cum Antiochiam reuerti ineditare tur, obiit: cui succedit Tancredus in Antiocheno Principatu. Deinde Rogerus filius Richardi, qui captus à Turcis cum nollet se reddere, inde Principi caput Amiraldi amputauit: propterea confossus à circumstantibus libera morte translatus est.

1102. Anno Domini M. C. II. Roberto Comite Flandriæ inquietante vrbem Cameracum, Henricus Imperator contra eum proficiscitur: & expugnatis aliquibus eius castris, hyemis asperitate redire compellitur. Balduinus Rex Ierusalem cum Ianuensibus & Pisanis, qui Ioppe applicuerunt, cum suis quos secum habebat, vrbem Assur obsider, & data ciuibus impunitate, eam capit. Deinde venit Cæsaream, & obsidet eam, ac tandem post dies aliquot capit.

Eodem anno innumerabilis multitudo Longobardorum & Italorum, audita victoria Christianorum, vsque Constinopolim venit: sed prima deceptione Alexii per deuia & montana transiens, quasi penitus ab insidiis Turcarum periit. Alia magna expeditio ex Francia, Alemannia & partib. (*vicinis*) venit Ierosolymam via regia, & multum profuit: quorum maior pars cum Rege Balduino mansit.

1103. Anno Domini M. C. III. *Robertus* Frisо Comes Flandriæ in gratiam Imperatoris recipitur.

Balduinus Rex Ierusalem contra Regem Babyloniæ propter paucitatem feliciter pugnat. Deinde habito succursu à Christianis superuenientibus sibi ab Oriente, illum & omnes suos vicit & expulit, non sine amissione suorum.

1104. Anno Domini M. CIV. Henricus Rex Anglorum Wattenses sibi rebellantes subegit, traductis in eorum regionem cunctis Flandrensib. qui in eius Regno habitabant. Rex Ierusalem Accaron cepit.

1105. Anno Domini MCV. Exercitus Domini in Terra sancta & finibus eius, duce Tancredo qui Principatum Antiochiæ tenebat loco Boamundi, qui iam in Italiam & Galliam veniens copias collegerat contra Alexium Imp. pugnaturus, magnam multitudinem paganorum contriuit.

1106. Anno Domini M. C. VI. Henricus de Limburg, Dux Lotharingiæ siue Brabantiæ ab Imp. Henrico capitur, & traditur custodiæ. Ducatus eius datur Godefrido Barbato Comiti Louanensi.

Exercitus Regis Babyloniæ terra mariq; iacet: cingere obsidionem volens, iuxta Habilim in campis maximo apparatu constitit. Quib. occurrens Balduin. Rex cum vniuerso exercitu, acerrimam pugnam cum ipsis Saracenis commisit, in quo prælio ceciderunt 7000. gentilium: cecidit & Amiraldus Ascalone. Qua habita victoria, Ascalonem Rex obsedit Balduinus, & vastatis circumquaq; regionibus, cum vrbem de facili capere non posset, cum suis Ierusalem per montana redit.

1107. Anno Domini M. C. VII. Henricus de Limburg Ducatum Brabantiæ affectans Aquisgranum occupat: cui occurrens Godefridus Barbatus Dux Brabantiæ, viriliter restitit, & oppidanos valde exterruit, multosq; Comites & Barones cepit, & illos sancta sibi fidelitate militare cogit.

1108. An. Domini M. CVIII. Henr. Imp. contra Robertum Flandriæ Comitem vadit, & pacto pacis magis vtrimq; simulato quam composito, inefficax rediit.

1111. An. Dñi M. CXI. Rober. Comes Flandriæ, cognomẽto Frito, iunior, moritur: cui succedit Balduin. filius eius, Apkin cognominatus: qui filiam Alani Comitis Nannetensis duxit; sed inter eos consanguinitate reperta, iussu Paschalis Papæ separati sunt, hac ratione: Constantia vxor Roberti Regis Francorum, & Ermengardis Comitissa

Aluer-

Aluernenſis ſorores fuerunt. De Conſtantia nata eſt Athela vxor Balduini Pij Comitis Flandriæ. De Ermengarde Bertha, de Bertha Abyſas comitiſſa Nannetenſis. De Balduino Robertus, de Roberto Balduinus iſte dictus Apkin. Fuit autem Balduinus optimus Iuſticiarius, frequentibus ſe bellis implicans pro iuſtitia. Nam caſtrum Hugonis comitis ſancti Pauli cum terra ſua deſtruxit. Contra Henricum Regem Angliæ nepotem ſuum guerras geſſit, occaſione penſionis annuæ, quam diſtulerat, dicens, Reges Angliæ Flandriis non decere fore vectigales: & occaſione, quod idem Henricus wilhelmum, quem ex filia comitis de Conuerſana ſuſceperat, in regnum voluit introducere. Balduinus iſte primus Principum Flandriæ fuit, qui auſus eſt in nobiles iuſtitiam extendere, præcipiens ſuis ad pacem conuchire, ſi quæ diſcordiæ nobilium haberentur inter ſe. Nam ſi quis de alio querelam ad ſe deferret, iurabat quod inde iuſtitiam de qualicunque re daret. Quapropter primo militem captiuum fecit, de quo mulier querebatur ſuas vaccas abductas eſſe, quem ſuſpendi fecit. Item alia vice ſimiliter decem milites Brugis in quadam domo ſuſpendi iuſſit, vbi ipſe ſcabella pedè dimouit menſæ * quæ innitebatur. Quæres tantum terrorem malefactoribus incuſſit, quod omnibus timori haberetur. Erant enim latrones deprædantes perſonas de foro vel ad fora Flandriæ pergentes. Poſtea vero cum perſequeretur ab Henrico Rege Anglorum, cuius animum crebris litteris & nuntiis pulſare non omiſerat, caſtella Regis in Normannia fatigare cœpit aſſultibus inopinatis: & aſſumpto ſecum Wilhelmo filio Roberti Ducis apud caſtrum Arkas exceptus eſt bello à Rege, vbi crebris ictibus quaſſata galea ſuſceptis, cerebrum violatus mortem maturauit: & cauſam ferunt morbi augmentati, quod allium cum auca ſumpſerit, nec eadem nocte Venere abſtinuerit. A remore igitur vſque ad pedes paralyſi percuſſus, cognito quod curari non poſſet, mandat ad ſe venire Principes & nobiles ſuos, deſignatque hæredem ſuum cognatum ſuum Carolum de Dacia, cuius ſibi de virtute & probitate conſtabat: & ſic decedens apud Rollarium decimo quinto Kalendas Iunii, anno MCXX. ſepultus eſt in monaſterio ſancti Bertini. Cum magno igitur labore & difficultate Carolus ſucceſſit: quia domina Clementia mater Balduini prædicto Wilhelmo de Loo fauorem dedit: ad quod perficiendum nupta fuit Henrico Duci Louanienſi ſeu Brabantiæ, &c. Tandem ipſa comitiſſa Clementia de duodecim oppidis ſibi pro dote aſſignatis eidem Carolo quatuor dedit, ſcilicet Bragium, Ariam, S. Venantium & Dixmudam. Quo facto, circiter VIII. annos gubernauit præfatus comes: erat enim cum matre ſua, filia Roberti Friſonis, à Dacia fugatus, occiſo patre ſuo Rege Canuto, qui catalogo Sanctorũ annumeratus eſt, quod & tandem accidit eidem Carolo pro iuſtitia. Sub nepote ſuo militiam in Flandria & Terra ſancta geſſit: quare Balduinus comes ei prouidit de coniuge nobili, Margareta filia Raynaldi comitis Clarimontenſis in Auernia. De qua non ſuſcipiens prolẽ, orationibus & eleemoſynis quotidie inſudabat: primo tamen Principatus anno prædones à terra comitis Hugonis S. Pauli fugauit, deſtructis foſſis, & muris ſolotenus adæquatis in circuitu: & ob validiæ famis inſtantiam vno die ipſe 7000. & 600. panes erogat, & ad victum hominum inhibuit cereuiſiam coqui, caneſque iuſſit occidi Brugis. Hic Carolus de Dacia comes Flandriæ, volens ſequi tramites prædeceſſoris ſui Balduini Apkin comitis, ſuo mandato conſtringebat eos qui diſcordes erant ad pacem, & quod nemo ſe vindicaret, ſed omnis ad eum querela deferretur. Vnde tale audientiam habuiſſe creditur pro iuſtitia, quod partibus tandem odioſus factus ſit, quod fuit præcipua cauſa mortis ſuæ. Poſt quem wilhelmus de Loo vice-comes Iprenſis ſuccedere cupiens, attraxit ad ſe magnam partem Flandriæ Orientalis, ſc. Ariam cum Caſleto, &c. & Caſtellania ſua, & ſubiugat ſibi S. Venantium, Balliolum, Ipram, territoria Furnenſem & Bergenſem; & qualibet ſtuduit partem ſuam ſeruare. Tunc Rex Francorum introduxit Wilhelmum de Normannia, & receecepit multa loca Wilhelmus. Hinc clades, incendiaque inſurgunt. Ipra capitur & concrematur. Vbi Wilhelmus de Loo captus eſt, & carceri mancipatus: poſtea relaxatus ſub iuramento quod non tenuit, bannitus eſt, & ita tendit in Angliam.

An. Chriſti 1111.

Anno Domini M.CXII. Tancredus Antiochiæ moritur, cui in regno Siciliæ ſuccedit V Vilhelmus filius eius, in Principatu Antiochiæ Rogerus frater eius & Richardi, qui multa bella cum Turcis & Saracenis geſſit. Florentius comes Hollandiæ obiit, cui ſuccedit Theodoricus XLV. annis. *1112.*

Anno Domini M.CXIV. Balduinus Rex Ieruſalem cum Rogero Principe Antiochię contra Turcas euntes, ab inſidiis circumuenti, vix celeri fuga Rex euaſit. Saraceni Ieroſolymam aſſiliunt, ſed nihil efficientes, S. Stephani Eccleſiam extra muros, & cœnobium montis Thabor deſtruunt. *1114.*

An. Christi 1115. Anno Domini M. CXV. Christiani iuxta Accaron nauali bello cum exercitu Babyloniæ confligentes, & à mane vsque ad vesperum maxima cum strage victores effecti sunt, ac naues Saracenorum maximas, quas Galeas vocant, in portum deducentes, innumerabiles opes & diuitias adepti sunt, quæ militibus Christianis hinc inde diuisæ sunt. Saraceni alii decollati, alii ingenti pretio redempti & laxati sunt.

1116. Anno Domini M.CXVI. inter Turcas vires Christianorum in Terra S. sunt adauctæ. Malducus namque, vnus ex præpotentibus Turcarum, post cædem Christianorum, quam paulo ante exercuerat, in Damascum reuersus, apud Turcas & oës gentiles exaltatus est. Vnde Dorochimus Princeps Damascenorum inuidia stimulatus, cum in templo cærimoniis intentum secretius interimi fecit: cuius perfidiæ & homicidii cõ- 10
scius factus, post modicum tempus facto huiusmodi propalato, cæpit apud Turcas, & in omni regnõ Corozana diffamari. Qui propriis diffisus iuribus, cum sentiret Turcas aduersus eum arma mouere, regi Balduino confœderatus est, & vires regni eius multum roborauit. Hoc anno, mortuo Bertranno comite Prouinciæ & Tripolis, successit ei filius eius. Princeps Turcarum Bulgodus de regno Corozan egressus, & alii trẽs Turcarum Principes, cum 40000. in terram Antiochiæ cum apparatu magno profecti sunt, & aliquas ciuitates Christianorum ceperunt. Interim congregatis Christianis, & ad bellum paratis, Turcæ fugerunt, & sic Christiani ad propria sunt reuersi. Turcæ autem illico regressi, Baruth & alias ciuitates inuadunt: contra quos Rogerus 20
& alii ibi propinqui cum 15000. exeunt inque die Exaltationis S. Crucis, 15000. Turcarum prostrauerunt. Secundam turmam Turcarum in fugam vertit Rogerus, plurimis eorum occisis. Tertiam vero turmam Dorochimus cum 8000. Turcarum inuadens, 3000. ex eis occidit, 1000. abductis & captis. Eodem anno rex Baldumus in Arabia in monte Dei Horeb castrum constr uxit, vt vltra non pateret gentilibus transitus. Deinde ipse cum 60. equitibus electis viam capit in regnum Babyloniæ, & vsque ad Mare rubrum peruenit; deinde ad montem Sinai, à quo infra 4. dies vsque Bábylonem redire posset: sed ne incaute nimis procederet, reuersus est in Ierusalem. 30

1117. Anno Domini M.CXVII. Alexius Imp. Constãtinop. Latinorum inimicus, quos semper blando sermone decepit, moritur: cui succedit Ioannes filius eius, qui imperauit 20. annis.

1118. Anno Domini M.CXVIII. Balduinus rex Ierusalem cum paucis regnum Babyloniæ ingressus, vsque fluuium pertransit, & ciuitatem Pharamam munitissimam ciuibus vacuam & opibus plenam inueniens, ingentem prædam inibi sumpsit: & ciuitatem succendens, dum nimis calide membra in ciuitatis detractione, ne Babyloniis fieret sui subsidium, vexat, infirmitate vehementi corripitur: qua inualescente, in oculis suorum commilitonum, facta confessione, & sumpto Sacramento, migrauit: cuius corpus aromatibus & sale conditum sui in Ierusalem reportarunt: cui consilio omnium Baronum & Patriarchæ succesit Balduinus de Burgo, Princeps Edissæ, qui regnauit 11. annis. 40

Eodem anno Balduinus comes Flandriæ castrum S. Pauli capit.

1120. Anno Domini M.CXX. Balduinus comes Flandriæ, cognomento Apkin, bellum agẽs in Normannia contra regem Angliæ, apud Archas in cerebro vulneratus curari non potuit: & redeundo in Rosselare mortuus est. Cui Carolus Canuti Dacorum regis filius ex filia primogenita Roberti Frisonis & Gertrudis, iure hæreditario propinquior successit, & comitatum 8. annis strenue gubernauit.

1122. Anno Domini M.CXXII. Carolus comes Flandriæ castellum Taruannæ destruit.

Rogerus Princeps Antiochiæ, qui Tancredo successerat, cum Turcis pugna commissa, cum multis occiditur. Succedit Principatui Boamundus, filius Boamundi senioris. 50

1124. Anno Dñi M.CXXIV. Balduinus rex Ierusalem cum Saracenis incaute prælians capitur: quo infortunio oës Saraceni cum vxoribus & liberis Ascalon congregati, Christianos de suis finibus expellere conati sunt. Christiani ieiunium tam lactentibus quã bestiis indicunt, misericordiam Dñi deuote postulantes. Saraceni ad sexaginta millia conueniunt: vix 3000. erant Christianorum. Patriarcha pro vexillo portat lanceam. Saraceni omnes Christianos cinguntur. Ipsis ergo ita in procinctu existentibus, lux de cœlo super Saracenos cecidit: quæ lux eos in fugam conuertit. Occisi sunt de Saracenis vsque ad 7000. & vsque ad 5000. submersi. Omnes vero Christiani incolumes.

1125. Anno Domini M.CXXV. Tyrus, Hebræa lingua Sur, vrbs maxima Phœnicis & antiqua, in corde maris sita, à Christianis expugnatur & capitur.

Anno

Anno Domini M.CXXVI. Carolus comes Flandriæ ob validæ famis instantiam,& vt annona & lac ad victum hominum plus abundaret, cereuisiam in terra sua fieri prohibuit,& canes vitulosque occidi iussit. *An. Christi* 1126.

Anno Domini M. CXXVII. Balduinus rex Ierusalem,data redemptione,à Saracenis dimittitur. In Syria hoc anno exercitus Domini hostes contriuerunt. 1127.

Eodem anno Carolus comes Flandriæ sexto Nonas Martii Brugis in Ecclesia S. Donatiani,ipso Missam audiente, hora qua *Miserere mei Deus* cantabatur, à Burcardo milite seruo suo&cęteris conspirantibus,in oratione procumbens occiditur:cum quo occisi sunt Themardus Burgensis,& duo filii eius, dapifer quoque eius. Ludouicus rex Francorum, audita morte Caroli in Flandriam venit, & multos de proditoribus de turri quadam præcipitans,variis suppliciis interemit,& cum magna difficultate Wilhelmum filium olim Roberti ducis Normanniæ,succesforem instituit,qui vix vno anno comitatum tenuit. Rex Anglorum sponsalitia quæ wilhelmo comiti Flandriæ promiserat,dissoluit.

Anno Domini M. CXXVIII. Wilhelmus comes Flandriæ à Ludouico rege Francorũ institutus,propter rigorem suum exosus, wilhelmum de Loo habuit aduersarium. Hi duo adinuicem pugnant. Capitur Wilhelmus de Loo Ipris, mediante rege Franciæ. Interim Flandrenses pro Theodorico filio Theodorici comitis de Alsatia ex filia Roberti Frisonis miserunt: contra quem Wilhelmus comes processit ad bellum: Theodoricus fugit in Alosto,quem obsedit wilhelmus: & ibi Wilhelmus in brachio sauciatus,non multo post obiit. Factus est ergo comes Theodoricus 40. annis. 1128.

Eodem anno Fulco monachus Samginacensis ad Flandriam veniens Ligerium inuenit: à quo Ligerio, cum ipse Fulco niger esset monachus,habitu mutato, habitum accepit,domumq; à Canonicis Furnensibus emptam in Ecclesiam ædificauit: sicque Abbatia de Dunis capit augmentari,Episcopis & dominis terræ sua priuilegia eis cõferentibus. Primum fuit de sepultura inter ipsos & prædictos Canonicos Furnenses,à Ioanne Morinensi Episcopo confirmatum. Secundum fuit Wilhelmi Normanni comitis Flandriæ de terra Dunarum, quantum ipsis fratribus sufficeret pro pecoribus eorum & aratris. Tertium Theodorici comitis prædicta confirmantis.

Eodem anno Princeps Antiochiæ Boamundus cum Turcis congressus, cum multorum clade Christianorum occiditur: cuius vxor quia erat filia Balduini regis Ierusalem voluit accipere Principatum: sed pater eius aduolauit, & in manu sua accepit.

Anno Domini M.CXXIX. Theodoricus comes wilhelmum de Loo siue de Ipris dictum, rebellantem, capto castro de Scluſa multas prædas à patria agentem expulit. 1129.

Eodem anno Fulco Andegauensis comes Ierosolymam proficiscitur,& filiam Balduini regis accipit vxorem. Post paucos(sc.dies)rex moritur, & Fulco genere eius in regnum succedit.

Anno M.CXXXI. Goselinus de Cortenay senior,Princeps Ediſſæ,infirmitate detentus,ad bellum contra Turcas fecit se deportari: quo audito Turcæ fugerunt. Ipse vero eleuatis manibus Deo gratias agens mortuus est, cui succeſſit filius eius Goselinus. 1131.

Anno Domini M.CXXXII. Fulco rex Ierusalem per Principẽ Sangam nobiliter vincit,4000. Turcarum occisis. Raymundus filius comitis Pictauensis,filiam Boamundi iunioris,neptem Fulconis regis Ierusalem accipit vxorem,& Antiochiæ Princeps efficitur. 1132.

Anno Domini M.CXXXIII. Discordia orta inter comitem Tripolitanum & Fulconẽ regem. Ambo bello conueniunt, & multis ex vtraq; parte occisis,regi cessit victoria. Hic comes Tripolis sororem regis habuit vxorem Tandem interloquentibus amicis, vtrorumque pax conuenit. Hugo comes Ioppe regi rebellat: & cum à quodam milite ad duellum prouocatus esset, nec compartiisset, exul factus in Apulia mortuus est. 1133.

Anno Domini M.CXXXIV. ciuitas Tripolis à Saracenis est obsessa, sed per regem Ierosolymorum,cæsis 20000. Saracenorum, magnifice liberata. 1134.

Theodoricus comes Flandriæ vxorem ducit Sibyllam filiam regis Ierusalem.

Comes Tripolis Pontius à stabulario regis Damasci in bello occiditur, cui succedit filius eius Raymundus,qui Syros traditores patris occidit.

Anno Domini M.CXXXVI. Mare terminos suos egressum, partem Flandriæ cum habitatoribus suis submersit. 1135.

An. Christi 1137. Anno Domini M.CXXXVII. Christiani in expeditione Ierosolymitana grauia damna passi sunt, & castrum Montfrant & alia aliqua Turcæ abstulerunt.

Wilhelmus de Loo, filius Philippi fratris Roberti Frisonis iumoris de Flandria eliminatur, & ad Stephanum regem Angliæ se transtulit, magna coniecturando contra Theodoricum comitem Flandriæ. Vnde bellis continuis implicando se, contra Robertum comitem Gloecestriæ remansit in Anglia per plures annos.

Ioannes Imp. Constantinop. Antiochiam obsidet tamquam suam. Pactum interuenit, vt Cæsaream de manibus Saracenorum eripiat, & det Principi Antiocheno. Exequitur. Pacem facit cum Turcis: Antiochiam reuertitur: ciues ei resistunt. Recedit Venarum, & ibi moritur. Cui succedit Emanuel filius eius, qui anno isto Constantinopolitanis imperare cæpit.

1138. Anno Domini M.CXXXVIII. Fulco monasterium de Dunis in manus beati Bernardi tradidit, & ipse Fulco habitum Cistertiensem sumit, ac officio prælationis resignans, beatus Bernardus misit Robertum monachum suum de Brugis oriundum, qui fuit Abbas primus de Dunis Ordinis Cistertiensis, & renuit vsque ad obitum B. Bernardi.

Theobaldus comes Campaniæ & Blesensis florer.

B. Bernardus in Flandriam venit Dunis, Robertum Abbatem stabiliuit, & priuilegia à Theodorico comite pro Dunensibus impetrat, tantum terrarum sol. quantum propriis aratris excolere valuerint, & ad alenda pecora sua sufficerent, resignatis septem libris, quas idem comes fratribus annuè debuerat.

Balduino Hannoniæ comite mortuo, succedit ei Balduinus filius eius 23. annis.

1140. Anno Domini M.CXL. Exorta discordia inter Albero Episcopum Leodiensem & Henricum comitem Namurcensem, multa mala, prædæ, incendia, cædes, homicidia contigerunt.

Comes Limburgensis contra Godefridum ducem Brabantiæ & Lotharingiæ rebellat.

1141. Anno Domini M.CXLI. Adalbero Leodiensis castrum de Bullon, quod Otbertus Episcopus multa summa argenti Episcopio Leodiensi acquisierat, corpus sancti Lamberti ibidem afferri fecit, & castrum, quod Reginaldus comes per septem annos tenuerat, recepit.

Rex Ierusalem Ascalonam terra marique, omni commeatu excluso, oppugnat, & quorumdam hostium propinqua castra expugnat.

1143. Anno Domini M.CLIII. Pagani Christianorum oppugnationes ferre non valentes, pactum pacis ineunt, & terras colendas sub tributo Christianorum recipiunt.

Comes Flandriæ Theodoricus castrum Arnulphi Aduocati in terra Episcopi Teruanensis diruit.

1144. Anno Domini M.CXLIV. Fulco rex Ierusalem obiit, cui successit Balduinus filius eius 18. annis.

Anno Domini M.CXLV. Princeps Alapiæ Edessam obsidet, & cepit, cunctis Christianis vel captis, nec fuit qui resisteret, Principibus Christianis inter se discordantibus. Sed paulo post ipse Princeps in obsidione cuiusdam castri super Iordanem per vnum de suis occisus est.

1146. Anno Domini M.CXLVI. Conradus Imp. rex Francorum Ludouicus, Theodoricus comes Flandriæ, de captione Edessæ & occisione Christianorum dolentes, ad iter transmarinum se præparant.

1147. Anno Domini M.CXLVII. Conradus Imp. Henricum filium suum Aquisgrani in regem sublimat, & postea, B. Bernardo in Franckfurt prædicante, Crucem assumit cum Principibus Imperii, & cum innumerabili exercitu viæ insistit. Naualis exercitus ab Anglia, Flandria & Lotharingia secundo Idus April. de Termunda portu Angliæ cum 200. nauibus mouit. Ludouicus rex Francorum cum expeditione suorum per Hungariam profectus, transito Bosphoro, occursu Cõradi Imp. & ab ipso Imperatore Græcorum nauib. Ierosolymam euectus est. Naualis exercitus 4. Kal. Iulii Obsipponam ciuitatem applicuit, & eam post quatuor mensium obsidionem capit. Conradus Imp. Ludouicus Rex Francorum, Theodoricus Comes Flandrensium in Syriam contra hostes profecti sunt, cum Imperator in mense Maio cum multitudine sua præcessisset Iconium expugnare, consumptis terræ graminibus, affectus fame, & Turcis in angustiis marium persequentibus, plurimos suorum amisit, & cum maxima difficultate Regis exercitui resociatus est, & Antiochiam pariter repedarunt. Eorum conatus erat nimius, & Deus non erat cum eis.

Wilhelmus Comes Niuernensis relicto sæculo Cartusiam petiit, & ibi infra annum moritur.

Anno

Anno Domini M. XLIX. Orta est dissensio inter Balduinum Montensem comitem, & Sibyllam comitissam Flandriæ. Milites Flandrenses in pago Atrebato rapinis & incendiis patriam deuastant. *An. Christi.* 1149.

Eodem anno Raymundus Princeps Antiochiæ contra Noradinum Principem Alapiæ infeliciter pugnans, cum suis in bello occubuit.

Anno Domini M. CL. Theodoricus comes Flandriæ Balduinum comitem Montensem ab Ierusalem reuersus expugnat. Aduocat Balduinus Episcopum Leodiensem & comitem Namurcensem in auxilium: sed ipsi virtutem Theodorici non ferentes, inglorii reuertuntur. 1150.

Eodem anno Goselinus Princeps Ediſſæ cum Sultano pactum facit. Tunc terra Christianorum vltra mare in magno stabat periculo.

Anno Domini M. CLII. in Ecclesia S. Nicolai Bruxellæ B. Maria mater Domini nostri Iesu Christi multa mirabilia operatur. 1152.

Anno Domini M. CLIII. Regina Ierosolymorum iusto familiarius ad inimicos Dei se habente, filius eius Balduinus Tertius eius nominis, contra eam insurgit, capta sancta ciuitate: & pace facta Neapolim ei dimittit, reliquam partem regni sibi retinet. Porro Ascalonem expugnat, & multo cum labore diuturnoque bello capit. Erat enim vrbs ISO. turribus munita, & quodammodo habebatur inexpugnabilis. 1153.

Anno Dñi M. CLIV. Wilhelmus Iprensis siue de Loo, qui ad regem Angliæ Stephanum confugerat, & qui multa strenue cum eo gesserat, ipso Stephano rege mortuo, comiti Theodorico reconciliatus in Flandriam reuertitur, & plurimis annis apud castrum suum de Loo post multa facta egregia ibidem defunctus, in Ecclesia S. Petri tumulatus est, quam ipse fundauerat, postquam multas eleemosynas fecerat. 1154.

Anno Domini M. CLVI. Philippus filius Theodorici comitis Flandriæ Elisabeth filiam Radulphi comitis Virmandiæ duxit vxorem. 1156.

Anno Domini M. CLVII. Theodricus Flandriæ comes cum Sibylla vxore sua tertio Ierosolymam petit: post quorum discessum Philippus filius eorum contra Simonem Azy exercitum ducit. 1157.

Eodem anno Theodoricus comes Hollandiæ moritur, cui succedit Florentius filius eius annis 33.

Anno Domini M. CLIX. Theodoricus comes Flandriæ tertio ab Ierusalem reuertitur, Sibylla eius vxore, ipso consentiente, ibidem remanente in habitu religionis, quę & ibi sancto fine quieuit in Dño. Huius frater Almarius rex Ierusalem, comes Ioppe, multa strenue in Ægypto egit, vocatis Theodorico comite Flandriæ & filio eius Philippo, quisub Balduino Almarici filio rege Ierusalem gloriosam militiã exercuisse reperitur. Sepulta fuit in Ecclesia quam mater eius Melesenda regina fundauerat in Ierusalem, quæ fuit filia Balduini de Hannonia. 1159.

Anno Domini M. CLX. Obiit Wilhelmus filius Stephani olim regis Anglorum, comes Boloniæ, & dapifer regis Angliæ, sine hærede: Marthæus vero, filius Theodorici comitis Flandriæ, sororem prædicti Wilhelmi, Abbatissam, raptam & abstractam de monasterio vbi erat Deo sacrata, per violentiam regis Anglorum Henrici ducit vxorem, & per eam obtinet comitatum Boloniæ: quapropter à Samsone Rhemorum Episcopo & omnibus suffraganeis suis excommunicatus est. Mulctæ legationes pro sedatione schismatis hinc inde fiunt. 1160.

Rainaldus de Neele ex Francia vxorem Principis Antiochiæ à Turcis interfecti ducit, & Princeps Antiochiæ efficitur.

Naradinus Princeps Alapiæ Damascum capit. Ascalon à Christianis capitur.

Anno Domini M. CLXI. Fredericus Imperator ciuitatem Mediolanensem diu obsessam capit: vbi Raynerus Colonensis Archiepiscopus trium Magorum corpora, qui ab Oriente Dominum adorare venerunt, cum quibusdam aliis reliquiis Coloniam transtulit. 1161.

Anno Domini M. CLXII. Balduinus rex Ierusalem obiit sine hærede, cui succedit Almaricus filius Fulconis olim comitis Andegauensis, qui erat comes Ioppe, annis XII. 1162.

Obiit hoc anno Godefridus dux Brabantiæ, cui succedit Henricus filius eius, dux similiter Brabantiæ & Lemburgensis, quos ducatus rexit 43. annis: qui de Machtilde comitissa Boloniæ Henricum Secundum huius nominis genuit, & multas filias, scilicet Mariam Imperatricem, vxorem Ottonis II. Machtildem Palatinam de Rheno, quæ postea fuit comitissa Hollandiæ & Zelandiæ. Item adhuc duas filias, quarum vna fuit comitissa Gelriæ, altera vero Aluerniæ. Mortua vero hac Machtilde,

An. Christi. 1162. secundo duxit idem Henricus vxorem Mariam, filiam Philippi Regis Francorum, quam filiam ex superinducta filia Ducis Normanniæ ceperat, relicta Philippi comitis Namurcensis, fratris Balduini comitis Flandriæ: quæ peperit ei filiam, quam Theodoricus comes de Cleua duxit vxorem, vnde descendit etiam domina Dorbiensis, domina de Voren, ac domina de Ghistella.

1163. Anno Domini M. CLXIII. Theodoricus comes Flandriæ, quarto Ierosolymam profectus, filium suum primogenitum PHILIPPVM ad tutamen Flandriæ dereliquit: qui cuncta sapienter disponens, comitatum Viromandiæ, qui sibi ex parte vxoris suæ competebat, eo quod Rodulphus elephantino morbo esset percussus, obtinet.

Hoc anno Goselinus comes Edissæ, filius Goselini Magni à Turcis capitur, amissa Rohas, seu Edissa, & Alapiæ in carcere moritur, vel vt alii, occiditur. Vidua vero tributo terræ residuum dimisit Imperatori Constantinopolitano: qui cum non posset eam defendere contra Sahadinum, Principem militiæ Noradini, Rex Ierusalem Almaricus Sultano Babyloniæ tributum pependit ea conditione, vt succurreret Christianis. Quod vt Saraceni & Turcæ percepissent, obsederunt castrum Boamundi, & ipsum Sultanum peremerunt.

1164. Anno Domini MC. LXIV. Saracenis contra Christianos in Terra sancta prævalentibus, omnes fere regiones, ciuitates & munitiones ab introitu Ægypti vsque Mesopotamiam, itinere plus quam 20. dierum, inimici Dei Saraceni obtinuerunt, ciuitatibus maritimis perpaucis, sicut Tyro, Tripoli, & Antiochia, cum paucis aliis munitionibus Christianis relictis. Noradinus Princeps Alapiæ & Damasci, terram comitis Tripolitani depopulans, à comite Tripolitano, & Hugone de Lesemone, Goffrido quoque fratre comitis Andegauiæ, qui ad adorandum Sepulchrum venerant, cum multa cæde suorum Turcarum vincitur. Boamundus vero filius Boamundi superioris Princeps Antiochiæ efficitur.

1165. Anno Domini MC. LXV. Philippus filius comitis Flandriæ, & Matthæus frater eius, comes Boloniæ, Godefridus quoq; dux Brabantiæ, contra Florentium comitem Hollandiæ, eo quod à negotiatoribus suis consuetudines iniustas exegerit, nauale bellum parant. Quos non ferens Florentius, in deditionem cum suis sponte venit.

Hoc anno in Gandauo infans natus est tria habens capita, & in collo caudam pecudum. In villa quoque S. Petri femina 11. mensibus grauida, peperit monstrum, deorsum formatum vt pharetra, sursum vt galea, inibi habens duo cornua.

Eodem anno Sibylla Flandriæ comitissa Ierosolymis moritur.

Noradius dolens se superiori anno victum, collecto ingenti exercitu terram Principis Antiochiæ ingreditur, & castrum Herene obsidet: cui Christiani vndique collecti occurrunt; & conserta pugna vicit Noradinus. Capti sunt ibidem Boamundus Princeps Antiochiæ, Goselinus comes de Rohas, Hugo de Lesemon, Raynaldus comes Tripolitanus, & multi alii.

1166. Anno Domini MC. LXVI. Noradinus Salamas ciuitatem Christianorum iuxta mõrem Libani capit. Almaricus Rex Ierusalem tunc erat cum exercitu in Ægypto, accersitus à Sultano Ægypti, qui contra Noradinum guerram habebat. Boamundus à captiuitate liberatur, qui ad Emmanuelem Imp. Constantinop. qui eius habebat vxorem, peruenit honorifice susceptus.

1167. Anno MC. LXVII. Pax inter Flandriam & Hollandiam conuenit, sic quod obsides inter Scaldam & Hednizee Brugis remanerent, & quod nullum duellum inter eos fieret, & in præfata terra quidquid pecuniæ repertum aut acquisitum fuerit, inter eosdem comites diuideretur: quod vectigalia non requirerentur, neque munitiones fierent: quod mercationes pro debitis non retardarentur, & terra de feudo comitis Flandriæ seruaretur à comite Hollandiæ. Quæ quidem pax fuit confirmata per Louicum de Los comitem Hollandiæ, anno M. CC. VI.

1168. Anno Domini M. C. LXVIII. Theodoricus comes Flandriæ moritur, & apud Watines sepelitur: cui succedit filius eius Philippus, annis 23. qui hoc anno fœdus iniit cum Balduino comite Hannoniæ siue Montensi.

1169. Anno Domini M. C. LXIX. Balduinus Iunior, eius nominis IV. filius comitis Hannoniæ, Margaretam sororem Philippi comitis Flandriæ ducit vxorem, dictam de Elsatia, post fratrem suum Philippum comitissam Flandriæ, de qua tres filios totidemque filias toto orbe nominatissimos generauit.

1170. Anno Domini M. C. LXX. Henricus Rex Anglorum cum toto regno suo excommunicatur, nisi pax Ecclesiæ Cantuariensi reddatur, Thomas suæ sedi, Ecclesiæ Cãtuariensi, resti-

restituitur. Papa Episcopum Eboracensem, quia filium Regis consecrauerat in præ- *Anno Christi*
iudicium S. Thomæ, suspendit: vnde iterum ira Regis aduersus Thomam accenditur. 1170.
Et hæc causa inter cæteras Thomæ intulit passionem. Vnde numquam ab eo Missam audire voluit, nisi pro defunctis, quia non datur Pax.

Anno milleno, centeno, septuageno,
Anglorum Primas corruit ipse Thomas.

Obiit hoc anno Balduinus Comes Hannoniæ, & succedit ei Balduinus filius eius, annis XXV.

Anno Domini M. CLXXII. Moritur Godefridus Dux Brabantiæ, cui succedit 1172.
Henricus filius eius ex filia Henrici de Limburch, XLIII. annis.

Anno Domini MC.LXXIII. Philippus comes Flandriæ & Matthæus frater eius, co- 1173.
mes Boloniæ contra Regem Angliæ bellat. Vbi Matthæus ante nouũ castrũ sagitta vulneratur, & non multo post moritur, relicta sibi sola filia Maria nomine, quam postmodum Philippus Rex Francorum vxorem accepit.

Anno Domini MC.LXXIV. Philippus Comes Flandriæ videns vxorem suam ste- 1174.
rilem, & fratrem suum Matthæum Comitem Bulionensem absque hærede defunctum; Petrum, alterum fratrem, Cameracensem electum Episcopum, reuocat, & ad militiam transfert, Comitissamque relictam fratris sui ei coniungit vxorem: ex qua cum genuisset vnam filiam, vxoris veneno, vt dicitur, interiit.

Hoc eodem anno, vel circiter, Philippus Flandriæ Comes præ zelotypia vxoris suæ tradidit Walterum de Fontanis leonibus deuorandum.

Anno Domini MC.LXXV. Monasterium de Thosan struitur ab Euerardo Torna- 1175.
censi Episcopo, in quo Domnus Hakettus monachus de Dunis Abbas primus factus est. Hic tamen antea Canonicus fuit S. Donatiani Brugis, & in curia Siluanectensis Episcopi magnæ reputationis. Sermones eius extant, quos pronuntiauit ibidem. Hic enim venerabilis Episcopus terram in qua monasterium situatum est, ab Abbate Laurentio S. Richarii in perpetuum, auxilio Geremboldi & filiorum eius, Sculteti de Aswega, conquisierat, & tradidit Conuentui, confirmatione Papæ Alexandri III. Præterea nonnullis eam possessionibus, vt filiam, Abbas de Dunis Walterus ditauit, dan- do insulam de Voren, quam Domini de Voren contulerant antea Dunensibus, confirmatione Episcopi Traiectensis. Vnde & Bommea terra dicta est, à Bounea, in qua 100. mensuras apud Westuoren in Suydbeueland dicauerunt, quam Alexander confirmat summus Pontifex, & sicut ex priuilegiis dignoscitur. Puto esse 300. illas mensuras iacentes in Monsterhoet, quas liberas dimiserunt Episcopis Florentius & Guillelmus Comites Hollandiæ & Zelandiæ. Philippus etiam & Balduinus Comites Flandriæ confirmauerunt eis terram de Scoude, de qua terra pro 20. mensutis habetur priuilegium Alexandri III.

Anno Domini MC.LXXVI. Henricus Rex Anglorum missis nuntiis ad Comi- 1176.
tem Flandriæ, Philippum ab itinere Ierosolymitano retinuit. Iacobus de * Ancsins * *Forte, Auer*
contra Balduinum Comitem Hannoniæ rebellat. Balduinus auxilio Philippi Co- *nio.*
mitis Flandriæ castrum eius de Condate cingit obsidione. Iacobus vero de suis viribus diffidens, claues Castelli Comiti inuitus tradidit, qui muros eius destruxit.

Noradinus contra Saladinum pugnat, & vincitur Noradinus: qua parta victoria, Saladinus cum Comite Tripolitano, Raymundo, Stabulario Regni Ierosolymitani (id enim muneris anno MC.LXXV. acceperat) fœdus iniit, & multa dona eidem misit. Gosselinus Princeps Ediſſæ, Raynaldus de Castellione, & Boamundus Princeps Antiochiæ, de captiuitate Turcarum liberantur. Emanuel Imperator Constantinopolitanus cum Sultano Iconiæ infeliciter pugnans multos ex suis amisit. Balduinus Rex Ierusalem cum Sanctodoch fratre Saladini in regione Damascenorum confligens, victoria potitus est, & multos Turcarum occidit.

Anno Domini MC. LXXVII. Philippus comes Flandriæ circa Pentecosten Ie- 1177.
rosolymam proficiscitur.

Saladinus, congregata infinita multitudine, contra Ierusalem processurus, & eam capere sperans, eo quod Principes Christiani castrum Harene obsidebant, Garam venit, & inde progrediens versus Ierusalem, à Rege Ierusalem & Templariis militibus, qui vix 375. equites erant, Saladinus autem 26000. equitum & peditum habebat, recipitur, & inito bello victus est Saladinus confusus & confutatus, omnibus suis gladio aut flumine, quod interfluebat, consumptis.

Anno Domini MC. LXXVIII. Philippus Comes Flandriæ ab obsidione castri 1178.

An. Christi 1178. Harene rediens Ierosolymam, per terram, propter pericula maris, reuersus est ad propria. In qua expeditione in conflictu cum arma cuiusdam Principis Turcarum, cum quo congredebatur, vi extorsisset, videlicet scutum, cuius campus erat aureus, depicto in eo leone nigerrimo, eadem sibi assumpsit, & semper in armis, quoad vixit, vsus est. Hic requisitus restituit Philippo Regi Francorum Comitatum Viromandiæ, præstito iuramento. Vnde comes Philippus postea guerras sustinuit, eo quod voluit rehabere quod donauerat. Et resignato comitatu de Crespy, pax proclamata fuit, quæ pax duravit.

1180. Anno Domini MC. LXXX. Philippus filius Ludouici Regis Francorum, vxorem duxit Elisabeth, filiam Balduini comitis Hannoniæ, quæ fuit filia Margaretæ sororis Philippi comitis Flandriæ, & factæ sunt nuptiæ, quibus dedit comes Flandriæ totam terram vltra Nouam fossatam, hoc est, ... Attrebatum, Ariam, S. Audomarum, castrum de Richour, cum nemore post decessum suum perpetuo habendum. Iste comes Philippus, de Elsatia dictus, postea propter has nuptias fecit discordiam non paruam, durando per annos multos; & quamuis pax aliquando daretur, tamen resumptæ sunt guerræ de nouo: Odone Duce Burgundiæ cum Campanis Flandrensib. succursum dante. Hoc tamen matrimonio redit progenies Caroli Magni ad suum hæredem, quæ diu fuit separata.

Philippo comiti Flandriæ assistebant contra Regem Franciæ Balduinus comes Hannoniæ, Iacobus de Auernis, Hugo comes S. Pauli, Hugo de Oizy, castellanus Cameracensis; similiter Odo Dux Burgundiæ, & Comitissa Campaniæ. Post hoc resignat Philippus comes comitatum de Crespy ad opus comitis de Beaumont, cui competebat ex parte vxoris suæ.

1181. Anno Domini MC. LXXXI. Inter Philippum Franciæ Regem, & Philippum comitem Flandriæ bellum oritur. Volebat enim Rex omnes Barones sibi subiugare, & eorum virtutem debilitare: & primo comitem Flandriæ aggressus est, qui videbatur cæteris potentior; qui comes viriliter se defendit, & vsque ad Lonures prope Parisius Regnum inuadit; tandem fiunt inducias vsque ad Octauas Epiphaniæ.

Circiter hoc tempus claruit fama sanctæ Alphaidis bubulcæ, cui libero mentis intuitu, sæpius in raptu concessum est contemplari gaudia cæli pœnasque tenebrarum.

1182. Anno Domini MC. LXXXII. Fredericus Imp. misit nuntios cum epistola ad Regem Franciæ, vt cum Philippo comite Flandriæ pacem faciat. Alioquin ipse comiti ferret auxilium. Tandem post Pascha, interueniente Henrico Rege Angliæ inter Tresperum & ciuitatem Siluanectensem pax facta est.

Balduinus Rex Ierusalem Elephantino morbo periit, cui succedit Balduinus filius Wilhelmi Marchionis, cognomento Longa spatha, ex Sibylla filia Regis, adhuc iuuenis, qui tenuit Regnum solo nomine V. annis, comite Tripolitano tutore eius regnante.

Elisabetha, filia Rodulphi comitis Viromandiæ, vxor Philippi comitis Flandriæ, obiit, nulla prole relicta: deinde anno sequenti duxit aliâ, causa prolis habendæ, Machtildem Reginam Portugalliæ, quæ similiter non peperit ei proles.

De Philippo potentissimo Rege Franciæ dicitur, quod suasu quorumdam Regnum suum dimittere voluit, ob insolentiam Philippi Flandrensis.

1183. Anno Domini MC. LXXXIII. Philippus comes Flandriæ Idam neptem suam Comitissam Bononiæ, tradidit in vxorem Bertaldo Iuniori, Duci Zaringiæ.

1184. Anno Domini MC. LXXXIV. Philippus comes Flandriæ & Balduinus comes Hannoniæ inter se dissident.

1185. Anno Domini MC. LXXXV. Multæ vrbes per Franciam, Flandriam & Hannoniam, propter discordiam Principum, muris cinguntur. Pax inter Regem Franciæ & comitem Flandriæ fit, & comes Flandriæ castella & villas comitatus Viromandiæ, quæ tenebat, Regi restituit: & similiter pax inter eumdem comitem Flandriæ & comitem Hannoniæ reformatur.

1186. Anno Domini MC. LXXXVI. Balduinus Hannonienſis & Henricus comes Namurcensis super Henricum Ducem Brabantiæ guerras ducunt, ac eius terram incendunt: ipse vero Henricus econtra cum exercitu suo veniens super eos incendit villam Gemblacensem, cum Ecclesia sancti Wigberti. Deinde pace facta Henricus Namurcensis filiam suam dedit Henrico Comiti Trecensi, quæ lactabat adhuc vbera. Cumque Trecarum Comes esset occupatus in Terra sancta cum aliis Principibus, & decumberet Henricus Namurcensis, Comes Hannoniæ sumptis

suis,

suis, castrum Namurcense cum suis inexcusabiliter surripuit. Inde castrum Bononiense vltra Mosam sibi subdidit, atque totam terram eius. Porro conualescens Henricus Namurcensis, eiectis Canonicis de Faressia, castrum & milites ibi constituit ad recuperandum. *An. Christi 1186.*

Anno Domini MC.LXXXVII. Balduinus Rex Ierusalem adhuc puer moritur; cuius mater Comitissa de Ioppe Regnum petit iure hæreditario, quia erat soror Balduini senioris Regis leprosi. Recepta autem corona Regni, dedit illam Guidoni Comiti de Ioppe, qui fuit de Lesiuione, à semine Regio alienus: quod factum displicuit multis Principibus, & maxime comiti Tripolitano; vnde & homagium ei facere negauit, sed & treugas cum Salahadino iniit. Attendens Salahadinus diuisionem Christianorum, Regnum Ierusalem inuadit, in cuius manus Magister militiæ Templi captus est; Magister Hospitalarius similiter captus & trucidatus. Postea Guido Rex incaute & contra consilium Comitis Tripolitani aduersus Salahadinum ciuitatem Tiberiadem obsidentem iens vincitur & capitur, vulgus innumerabile perimitur, & crux Domini à Paganis aufertur. Rex & Magister Templi in Damascum perducuntur, Salahadinus Rex Turcarum Ierusalem obsidet, & per decem dies continuos dat ei assultus. Ciues viriliter se defendunt. Obsidet iterum à parte Aquilonari, & muros machinis destruit. Ciues se tradiderunt Salahadino hac conditione, quod ab eo qui decem annos excesserat, decem aureos reciperet, a mulieribus quinque, ab iis qui infra decem essent, duos. Idibus Octobris, decimo quarto die obsidionis, feria sexta Ierusalem capitur à Turcis: & mox fecit Salahadinus comminui campanas, & metallum eis restitui * cuius erant campanæ. Comes Tripolitanus ciuitatem voluit tradere Salahadino, sed ciues noluerunt. Vnde comes ipse illa * motte diuinitus extinctus est, & inuentus circumcisus; sed & Literæ Salahadini, de proditione mentionem facientes. Ciues ciuitatem Tripolim contra Salahadinum defendunt: ipse vero Salahadinus declinauit, & iuit Antiochiam: obtinuit totum Principatum Antiochiæ, demptis Antiochia & castro Cursacio, quod multa pecunia Patriarcha redemit. Deinde contra Tyrum vadit: sed Conradus de Montferrat illam viriliter defendit, & galeas Salahadini succendit: quo territus Salahadinus, obsidionem soluit. Hæ ciuitates tantum modo remanserunt Christianis: Antiochia fortitudine Principis sui defensa; Tripolis per ciues custodita; & Tyrus ciuitas, quam Conradus Marchio de Montferrat, vt dictum est, custodiuit. Hæc audiens Vrbanus Papa, in lectum decidit, & mortuus est. Ab hoc anno, quo crux Domini erepta est à Turcis, infantes qui postea nati sunt, non nisi 20. vel 22. dentes habuerunt, cum prius 30. vel 32. habuissent. 1187. *quorum forte. *Forte nolle.

Anno Domini MC.LXXXIX. Obiit Elisabeth Regina Franciæ, quæ Parisiis in Ecclesia B. Mariæ sepulta fuit. Et tunc Philippus, comes Flandriæ, eius auunculus, repetit quod cum ea donauerat: sed eius (Elisabethæ) filius primogenitus se opposuit cum patre suo Philippo Rege; & sic guerra protracta continuabatur. Fecit enim comes Philippus scandarum suum super turrim quatuor rotarum ac desuper draconem. Sed mediante Henrico Rege Angliæ inducitæ protelantur. Stantibus induciis, à Regalibus Balduinus comes Hannoniæ, maritus Margaretæ sororis Philippi permittitur: vnde Philippus indignatus est contra Regem. Tandem Ludouicus primogenitus Philippi Regis successit in comitatu Atrebatensi, & aliis villis eiusdem, quia ipse Philippus comes, vt aiunt quædam Chronica, iter marinum assumpsit, neque deinceps comparuit: quapropter Balduinus eius primogenitus cum matre sua Flandriam & Hannoniam accepit. 1189.

Eodem anno Guido de Lesiuione Rex Ierusalē ciuitatē Accaron obsedit: cui in cursum venit frater eius Gaufridus de Lesinio, nec non Iacobus de *Anesinis cum multitudine nauium, adducens secum Flandrenses, Brabantinos & Frisones, & multi alii, figentes ante Accaron tentoria sua. Sibylla Regina, vxor Regis Guidonis moritur. Regnum Ierusalem ad Isabellam sororem ipsius Sibyllæ deuolutum est, quæ erat desponsata nobili viro Herefrando de Thorono. Hanc Conradus de Montferrat, Princeps Tyri, viro suo abstulit, & cupiditate regnandi sibi matrimonio copulauit, & Regnum obtinuit tribus annis.

Hoc tempore Fridericus Imp. cum virtute magna, & innumera Christianorum multitudine, subiectis Iconio, Philomena, & aliis pluribus ciuitatibus; vsque in Armeniam venit. Ibi dum æstu maximo balneandi causa fuisset ingressus fluuium,

An. Christi 1189. fluuium, qui fretum dicitur, inter Nicæam & Antiochiam submersus est: cui successit in Imperio Henricus Dux Sueuorum, filius eius. Exercitus autem eius, duce Conrardo Principe Bohemiæ, filio ipsius Friderici, Antiochiam venit, qui post in obsidione Accaron mortuus est.

1190. Anno Domini MC. XC. Exercitus Imperatoris Frederici sub Duce Bohemiæ filio eius apud Accaron in obsidione cetero cætui Christianorum coniungitur, & ipse Dux Bohemiæ post paucos dies moritur. Mortuus est etiam in eadem obsidione Florentius comes Hollandiæ, cui successit Theodoricus filius eius, quem tenuit XXII. annis: qui corpus patris sui retulit secum Antiochiam, vbi & id sepeliuit.

1191. Anno Domini MC. XCI. Philippus comes Flandriæ in obsidione Accaron mortuus est, & sepultus in Ecclesia sancti Nicolai ibidem extra muros, deinde diligentia vxoris suæ translatus in Claræ-vallem. Wilhelmus Archiepiscopus Rhemensis, tutor Regni Franciæ, accepit omnia quæ dederat comes in dote cum nepte sua, scilicet Atrebatensem comitatum, Lendensem, Hesdinensem ac Bolonensem, cum villis inclusis; quas concessit Regi post decessum suum habendas: ceteras villas, scilicet Duacum, Insulas, Casletum, Watenes, Brugborch, &c. Machtildis tenuit pro dote.

Obsidentibus Regibus Accaron, custodes Salahadini Ducis & satrapæ cum ciuibus sub hac conditione se tradiderunt, quod haberent corpora salua, & crucem Domini redderent, & omnes captiuos Christianos dimitterent. Hac conditione tradiderunt ciuitatem IV. Idus Iunii. Christiani cum laudibus ipsam intrauerunt, & victualia inter se diuiserunt, Regesque æqua lance inter se diuidendos in sortem acceperunt captiuos. Sed cum crucem Domini non redderent, iratus Rex Anglorum, occidit ex eis 5000. & amplius, maioribus & ditioribus retentis, à quibusdam infinitam pecuniam accipit. Philippus Rex Francorum Regi Anglorum inuidens, infirmitatem causatus, aut potius cupiditate terræ Flandriæ ductus contra voluntatem omnium fere Procerum Francorum à Terra sancta recessit, relicto Duce Burgundiæ cum parte exercitus loco sui. Richardus Rex Anglorum Ioppen, Ascalonam, Gazam, & ceteras vrbes reædificat. Salahadinus Ioppen obsidet, sed Richardus Rex cum Duce Burgundiæ eum turpiter fugat in Ierusalem: & sic illo anno Rex & Dux vrbes reædificando ibidem hyemauerunt. Philippus vero Rex Francorum ante Natalem Domini in Franciam venit.

Philippus comes Flandriæ à quibusdam ponitur hoc anno obiisse, non priori.

1192. Anno Domini MC. XCII. Balduinus Comes Flandriæ à Rege Francorum demandatus venit Parisios, à quo nec benigne nec humane receptus, insalutato Rege discessit: tamen missis ad Regem Legatis, mediante Wilhelmo Rhemensi Archiepiscopo pax facta est.

Conrardus Marchio de Montferrat, machinatione cuiusdam Principis potentissimi, à baptizatis, quos in domo sua nutrierat, cultellis latentibus eius infixis occiditur, qui à populo necantur.

Richardus Rex Anglorum, & cuncti Principes, Templarii quoque & Hospitalarii milites, communicato ad inuicem consilio, Henricum Comitem Campaniæ, cognatum Regis Francorum & Anglorum, cuius patruus Theobaldus Comes Blesensis paulo ante in obsidione vrbis Accaron mortuus erat, virum strenuum, bellicosum, atque prudentem, Regem ordinant Ierosolymorum, dantes ei Isabellam relictam Conrardi Marchionis defuncti vxorem: qui Regnum tractauit V. annis, subsehabens totum residuum Regni Ierosolymorum, excepto Principatu Antiocheno. Obtinebat autem Tyrum ciuitatem nobilissimam, Ascalonam, Accaron, Cæsaream, Ioppen, siue Ptolemaidam, & cetera castella super littus maris: reliqua omnia cum sancta ciuitate Ierusalem tenebant Pagani. Antiochiam autem, Tripolim, Cursacium, & cetera castella Princeps Antiochiæ viriliter defendebat.

In Episcopatu Leodiensi dissensio magna inter Henricum Imp. & Papam facta est. Albertus Leodiensis Episcopus à quibusdam proditoribus extra vrbem Rhemensem inhumana morte occiditur.

Hugo Dux Burgundiæ, Princeps exercitus Francorum vltra mare relicti moritur; cui succedit Odo filius eius.

Theodoricus de Beuere Balduino comiti Flandriæ rebellat, quem fouet Dux Brabantiæ,

bantiæ, vnde bellum inter eos oritur satis durum. Hic Theodoricus Dominus de Lil- *An. Christi*
loe & Basserode fuit. Occasio vero Theodorici pro bello contra Dominum suum, fuit 1192.
terra de Alosto, quam Philippus de Alsatia comes Flandriæ tenuit in præiudicium eius, licet in Parlamento Patisiensi se responsurum comes promiserat, quod non fecit ideo Philippus Rupelmundam expugnat & cepit, nec non terras plures de Wasia. Tandem Imperator Henricus descendit, & ad satisfactionem Balduinum comitem Hannoniæ & Flandriæ coegit.

Anno Domini MC. XCIII. Henricus Dux Brabantiæ, & Henricus Dux Ardennæ 1193.
contra comitem de Ostada & Lotharium fratrem eius, quem Henricus Imp. in Sedem Leodiensem intruserat, insurgunt, & multa castella capiunt.

Salahadinus Princeps Turcarum & Sarracenorum, Syriæ & Ægypti Dominus, in Damasco moritur. Huic succedebant duo filii eius, Zaphandinus super Syriam, & Metalicius super Aegyptum. Contra quos insurgens frater Salahadini, omniaque Regna præter regimen Alapiæ eius auferens, aliorum Sarracenorum animos propter hoc contra se prouocauit, longoq; tempore inter eos decertatum est. Christiani, mediante pecunia resignantibus eis Paganis duas ciuitates, Biblium & Berathum acquisierunt.

Henricus comes Namurcensis resignatum per matrimonium comitatum suum comiti Flandriæ Balduino, recuperare desiderans, associatis sibi comitibus de Viane, de Damburg, & Duce de Lemburg, terram Namurcensem ingressus, à comite Flandriæ viriliter resistitur. Tandem fugit comes ipse Namurcensis de patria, & comes Flandriæ dominium sibi assumpsit.

Anno Domini MC. XCIV. Margareta Comitissa Flandriæ & Hannoniæ moritur, 1194.
& in templo S. Donatiani Brugis sepelitur iuxta Carolum Comitem; cui successit in Comitatu Flandriæ Balduinus filius eius, Balduino patre eius adhuc per annum viuente, qui eam tenuit XI. annis.

Anno Domini MC. XCV. Balduinus comes Hannoniæ & Marchio Namurcensis 1195.
obiit, cui in comitatu Hannoniæ successit Balduinus filius eius, comes Flandriæ; & in comitatu Namurcensi Philippus secundonatus filius eius.

Henricus Iunior Dux Saxoniæ, & Henricus Dux Brabantiæ, cum quibusdam aliis Ierosolymam proficiscuntur, & Regina Hungariæ etiam ad nepotem suum Regem Ierosolymam vadit, & post paucos dies moritur.

Anno Domini MC. XCVII. Balduinus comes Flandriæ & Hannoniæ, qui superiori 1197.
anno Philippo Regi fecerat homagium, manifeste ab eo, instinctu Richardi Regis Angliæ, recedens, pagum Tornacensem & Cameracensem incendens, omnia eiusdem pagi castella cepit: veniensque ad ciuitatem, à parte orientali obsedit eam. Philippus autem cum exercitu transiens Lisam apud Ariam, terram comitis vastaturus, quibusdã infortuniis tactus, colloquium cum comite extra Ipram habuit, & sic infecto negotio rediit.

Henricus Campanensis in ciuitate Accaron, cum in solario fenestram aperiret, per eam ad terram corruit, & mortuus est: cui successit in comitatu Campanensi frater eius Theobaldus; in Regno autem Ierosolymorum nullus ei successit, licet postmodum aliqui titulo huius legantur insigniti, vt Ioannes de Brena, habens filiam Conradi Marchionis de Montferrat, & Carolus filius Ludouici Regis Francorum, Rex Siciliæ & Ierusalem. Regnum tamen Ierosolymorum relinquitur filiæ Marchisi de Montferrat, q̃ nupsit Aymerico Regi Cypri, & per eam Regnum Ierusalem obtinuit, & regnauit XI. annis. Iste Baruch ciuitatem cepit: & sic facta est mutatio Regni Ierusalé, cuius primus Rex fuit Godefridus de Bulione, post quem vndecim Reges sederunt in Ierusalem.

Hoc tempore, vel circiter, confirmat Balduinus comes Flandriæ & Hannoniæ Gandensibus priuilegia, quod tredecim eligerent Scabinos; & si de illis resignasset, quod possent præsentare Principi. Item quod non tenentur nisi ad bella seruire Principi. Item quod possent fortificare villam suam, vt domos proprias. Item quod nullus debet reuisere legem super legem, hoc est, ab eis appellare.

NOTA.

Hoc autem sciendum, quod comites Hannoniæ traxerunt originem ab Imperiali sanguine Romanorũ. Hermannus n. Dux & Comes Hannoniæ genuit ex Richilde Comitissa Hannoniæ Arnulphũ & Balduinũ Ierosolymitanũ, qui ex Ida filia Henrici IV. Imp. suscepit Balduinum II. cui Robertus comes Flandriæ, Friso dictus, abstulit Duacũ. Hic tamen Balduinus ex Iolenda filia Gerardi comitis de Wassenburg genuit Balduinum

An. Christi duinum III. qui Valencinenſes rebelles ſibi adiecit. Hic Athelam duxit, filiam Godefridi comitis Namurcenſis, ſororem Henrici comitis Namurcenſis, ex qua genuit Balduinum IV. Marchionem Namurcenſem. Hic vero Balduinus IV. Margaretham de Flandria vxorem habuit, quæ Balduinum V. Imperatorem Conſtantinop. genuit, de quo leguntur miranda ſuis locis.

1197.

1198. Anno Domini MC. XCVIII. Balduinus comes Flandriæ caſtrum S. Audomari cepit. Hic de Maria Campanienſi duas filias reliquit, factus Imperator Conſtantinop. vt poſtea patebit, ſub quibus tota Flandria bellis quatiebatur: ipſe vero cum coniuge ſua Terram ſanctam aſcendit.

Wilhelmus frater Theodorici comitis Hollandiæ capitur in Horſt; qui exiens ad comitem Gelriæ, cepit eius filiam vxorem. Deinde bello orto, Theodoricus cepit Buſcumducis, capto fratre Ducis Brabantiæ; qui vocato comite Flandriæ in ſuccurſum, Heuſden cepit, & eumdem ibi comitem Theodoricum, quem tandem relaxauit pro duabus millibus marcarum argenti,

1199. Anno Domini MC. XCIX. Conſilium inter Reges Angliæ & Franciæ ſuper pace inter Regem & comitem Flandriæ fienda; minime tamen ad pacem, ſed ad treugam tandem deuentum eſt.

Balduinus comes Flandriæ terram Regis Francorum in pago Teruanenſi deuaſtat. Maria Flandriæ Comitiſſa pro pace inter Regem & comitem componenda Pariſios vadit, quam Rex honeſte ſuſcipiens, lætam, & de pace ſecuram, cum quibuſdam captiuis in pignus pacis ad propria remiſit. Captus tum quoque erat à Philippo Rege Franciæ Philippus comes Namurci, cum multis nobilibus; ſed poſt relaxatur, datis filiabus fratris ſui comitis Flandriæ Regi.

1200. Anno Domini M. CC. Philippus Rex Francorum & Balduinus comes Flandriæ apud Peronam pacem iurauerunt.

Balduinus comes Flandriæ, Ludouicus comes Bleſenſis, & alii plures Principes pro liberatione Terræ ſanctæ cruces aſſumunt. Inter iſtos fuere Theobaldus comes Campaniæ, Henricus comes Andegauiæ, Hugo comes S. Pauli, Stephanus comes Perticarum, Simon de Montfort, Ingelrannus de Boue, Ioannes de Neelle, & plures alii: in quo viagio Balduinus conquæſtat ſibi Imperium Conſtantinopolitanum: quo defuncto, Henricus frater eius aſſumit Imperium, & Ioannes de Neelle reuerſus, contra Fernandum comitem Flandriæ partem Regis ſeruare cœpit, & obiit poſt bellum, anno M. CCXIV.

Balduinus comes Flandriæ & Hannoniæ, mortuo Alexio puero, filio Imperatoris Conſtantinop. Græcis quemdam Conſtantinum eleuantibus, cum Francis & ceteris Principibus qui ſecum erant, palatium armis capiens, ab omnibus eſt Imperator electus, & imperauit duobus annis.

Henricus Dux Brabantiæ poſt mortem vxoris ſuæ ſecundo deſpondet Mariam filiam Philippi Regis Franciæ.

Ioanna, filia Balduini, fit Comitiſſa Flandriæ.

Philippus comes Namurcenſis, frater Balduini Imp. Comitis Flandriæ & Hannoniæ, gubernat filias fratris ſui, Ioannam & Margaretam, quouſque Rex Francorum mandaſſet reſtitui ſibi. Porro Philippus tenuit: vnde, quia captus à Regalibus inſidiantibus fuit, non potuit à captiuitate liberari, niſi reſtitueret Ioannam primogenitam, quæ data tandem Fernando de Portugallia, intuitu amitæ ſuæ Machtildis Reginæ Portugalliæ: propter quod matrimonium indignati Flandrenſes, imputauerunt Philippo Namurcenſi, quod venderet eam.

1204. Anno Domini M. CC. IV. Flandria diuerſis guerris propter abſentiam Balduini apud Conſtantinopolim exiſtentis quatitur.

Apud S. Audomarum mulier quædam coquens panes ſabbato, poſt nonam cosinuenit ſanguinolentos.

1205. Anno Domini M. CC. V. Rex Blatorum, & Rex Bulgarorum, cum Comanis, Græcis & Turcis, contra Principes Chriſtianos in partibus tranſmatinis bellum gerunt, & vincunt, maioribus eorum interemptis. Imperator autem Balduinus cum Adrianopolim obſideret, dum incaute procedit, ab hoſtibus capitur, & plurimi perimuntur, & ipſe Imperator in captiuitatem ductus nuſquam comparuit. Legitur quod coram Rege Iohannino deductus, cum nollet recederet ab Imperio, aut reſignare, decapitatus ſit ſecreto poſt cœnam eius. Quidam fabulantur, poſt multos annos in multa penuria reuerſum: ſed non eſt agnitus à filiab. quia ignorabat tempus deſponſationis ſuæ. Vel ipſe, vel alius qui mentiebatur ſe ipſum eſſe, in Inſulis ſuſpenſus fuit. Succeſſit ei in Imperio

perio Henricus frater eius, comes de Alencione; in Comitatu vero Flandriæ & Hannoniæ succeſſit Ioanna primogenita eius, ſub tutela Regis Franciæ, donec eſſet nubilis. Regebaturque Flandria à Rege Franciæ V. annis. An. Chriſti 1205.

Anno M. C. C. X. Philippus Comes Namurcenſis, frater Henrici Conſtantinopolitani Imp. filiam Philippi Regis Francorum Mariam accepit vxorem. Hic duas Cappellanias in Cortraco fundauit, cum 20. libris annuę. 1210.

Anno Domini M. CC. XI. Philippus Rex Franciæ Ioannam filiam Balduini olim Comitis Flandriæ Ferdinando filio Regis Portugalliæ, procurante Mathilde Regina Portugallenſi, olim relicta Comitis Flandriæ Philippi, amita ipſius Ferdinandi, copulat matrimonio. Qui priuſquam poſſeſſionem Flandriæ acciperet, Ludouicus filius Regis Franciæ S. Audomarum & Ariam, tamquam ſibi pertinentes cepit. Ferdinandus ergo factus eſt comes Flandriæ & Hannoniæ XXII. annis. Gandenſibus autem eũ recipere nolentibus, aut ſaltem difficultantibus, Ferdinandus Gandauum obſidet. Gandenſes datis ei tribus millibus librarum, ab eo ſunt in pace recepti. Dederunt tamen ſaltem mille libras, licet ter mille promiſiſſent. 1211.

Philippus Comes Namurcenſis moritur, cui ſuccedit ex filia ſua Comes Bleſenſis.

Anno Domini M. CC. XII. His temporibus claret beata Maria de Oignes. Mox diſcordia inter Henricum Ducem Brabantiæ, Comitem Ghelriæ & Leodienſes oritur, eo quod comes Ghelriæ ſuum caſtrum dediſſet Epiſcopo ac S. Lamberto, ſuper quo Dux Brabantiæ petiit 3000. libras marcarum, Dux igitur Henricus Leodium & omnes villas præter Hoyum cepit. Epiſcopus Ducem excommunicat, & ſuper eum venit, ac victoria potitus. De 500. militibus fugatus Dux Brabantiæ vix 15. retinet ſecũ, interfectis 3000. de peregrino ſuo exercitu. 1212.

Cum ſentiret Aleydis, Comitem Hollandiæ Theodoricum in extremis laborare, acceſſitus Ludouicum de Loen cum eo nuptias celebrauit, exequiaſque viri, nuptias fecit. Habuit autem Ludouicus comes de Loen contra Wilhelmum fratrem Theodorici defuncti bellum, & Florentius eius frater captus fuit ab Epiſcopo Traiectenſi, qui Dordracum combuſſit. Tandem facta pace pro 10000. marcarum argenti, Ludouicus de Loen comitatum Hollandiæ Wilhelmo relinquens, ad propria cum ſua vxore diſceſſit. Fuit eius vxor filia eiuſdem Theodorici defuncti, Wilhelmus vero, vt dictum eſt, frater eius. Tenuit ergo Wilhelmus comitatum Hollandiæ & Zelandiæ XXIII. annis, habuitque vxorem Aleyden filiam comitis Gelriæ, ex eaq; reliquit Florentium comitem, & Ottonem Epiſcopum Traiectenſem.

Philippus Rex Franciæ Sueſſionis Concilium celebrat, in quo Henricus Dux Brabantiæ interfuit, cui Rex dedit filiam ſuam, relictam comitis Namurcenſis Philippi.

Anno Domini MCC. XIII. Philippus Rex Francorum nauigio ad eundum in Flandriam parato, Ingelburgeni vxorem ſuam, à qua iam per XVI. annos & amplius diſceſſerat, in gratiam recepit. Venit ergo cum nauigio Boloniam, & vſque Grenelinghen, vbi Ferdinandus Comes expectatus (locus namque ille eidem ad ſatisfaciendum erat aſſignatus,) non comparuit, proceſſit. De omnibus vero Rex mutato propoſito diuertit in Flandriam, & cepit Caſſel, Ypram, & totam terram vſque Brugas: naues autem venerunt Dammis. Ex autem facta voluntate ſua de Brugenſibus, relictis in portu nauibus, profectus eſt Gandauum. Reginaldus autem comes Boloniæ, & Wilhelmus Comes Salisberienſis, & Hugo de Bonis, & alii multi venerunt de Anglia; quibus aſſociatus Ferdinandus Comes Flandriæ, claſſem Regis occupauerunt, portumque & villam de Dammis obſede unt. Quo audito, Rex obſidione Gandauenſi relicta, ad naues reuerſus eſt, & obſeſſos liberauit, aduerſarios fugauit, naues victualibus euacuatas combuſſit, ac villam & totam in circuitu regionem incendio conſumpſit, receptiſque obſidibus de Gandauo, Ypra, Brugis, Inſula & Duaco, in Franciam rediit. Obſides Gandaui, Brugis, & Ypræ pro 30. marcis argenti reddidit, Inſulas funditus euertit. Caſletum ſemidirutum relinquit, Duacum in manu ſua retinuit. Ferdinandus comes Flandriæ ad Regem Angliæ profectus eidem homagium fecit. 1213.

Anno Domini MCC. XIV. Bellum maximum inter Philippum Regem Franciæ & ſuos, & Ferdinandum Comitem Flandriæ, Reginaldum Comitem Boloniæ, vocantes in auxilium ſuum Ottonem Imper. Henricum Ducem Brabantiæ, Comitemque Saliſberienſem, apud Pontem bouinum cæſorum ſtrage ſanguineum factum eſt: in quo tantum ſanguinem fuderunt, quod fuit mirabile. In hoc bello captus eſt Ferdi- 1214.

An. Christi 1214. nandus comes Flandriæ, & Parisios ductus captiuus) & Reginaldus comes Boloniæ, & positus in catenis apud Peronam. Otto autem & Dux Brabantiæ fugerunt. Philippus autem Rex habita hac victoria, Parisios rediit.

Odo Dux Burgundiæ rogarat Regem Franciæ Philippum vt se à bello subtraheret, & castrum quod prope erat ingrederetur. Cui rex: Absit vt fugiam. Et cum dies esset Dominica, vix tentat bellum. tamen oratione facta, alacri animo armatus insilit in equo, primoque partem cornu dextri, quod tenebat Ferdinandus, impingebat: vbi ante oculos Regis Stephanus de Longo-campo, miles probus, occiditur. Mox tamen Rex & sui præualuerunt, captis quinque comitibus, & 25. aliis de nobilioribus, quibus vt mitis & pius vitam donat, sed Parisios secum captiuos adduci fecit: scil. Ferdinandum comitem Flandriæ & Hannoniæ, comitem Salisberiæ Reginaldum, comitem Domini martini, comitem Boloniæ, qui mortuus est in captiuitate, duosque comites ex Alemannia, Hermannum dominum de Oostmale, & Geraldum Daradderodes, &c. Reginaldus comes Boloniæ satis restitit in campo contra Regales, arte mirabili pugnans in duplici ac confertissima serie: sed Petrus de Thunella perfodit equum eius. Contendentibus militibus pro captura eius, se dedidit Garino Episcopo Siluanectensi. Quod cum vidisset Arnulphus de Aldenardo, volens eripere eum, irruit cum suis & captus est à Francis.

Comes vero Pontini cum Thoma de S. Walerico associatis quinquaginta secum militibus, totum exercitum Brabantinorum rebellorum in campo iussu Regis truncauit. Quo facto, rediit ad castra Francorum, & signo victoriæ dato Rex cum gaudio Parisios ascendit.

1215. Anno Domini MCC. XV. Henricus Dux Brabantiæ moritur, cui succedit filius eius Henricus, qui Brabantiam tenuit XXII. annis. Huic misit Papa Coronam Imperii Romani, sed ipse dedit eam filio sororis suæ Wilhelmo comiti Hollandiæ. Hic etiam cepit vrbem de Dale. Henricus ille qui defunctus hic dicitur, vxorem habuit Mariam filiam Philippi Ducis Sueuorum, ex qua genuit Henricum: qua defuncta, cepit filiam Landgrauii Thuringiæ & S. Elisabeth, ex qua iusce pit etiam Henricum Landgrauium Thuringiæ, qui contra Scadingos hæreticos pugnat, cui Pontifex Rom. Coronam Imperialem superius misisse dicitur.

1216. Anno Domini MCC. XVI. Henricus Constantinopolitanus Imp. facta pace cum Ioanne Rege Walriæ, filiam eius accepit vxorem, sed & neptem suam dedit eidem in Regi, alteram Theodoro Asiæ, tertiam Andreæ Hungariæ Regi. Hæ tres sunt filiæ Petri Antisiodorensis comitis, qui sororem habebat prædicti Henrici. Postidem Imper. paucis superuixit diebus, & sine hærede mortuus est: tunc Barones miserunt pro Comite Antisiodorensi, qui venit anno sequenti, & Imperium Constantinop. accepit.

1217. Anno Domini MCC. XVII. Finita est treuga Christianorum & paganorum. Aggregatus est exercitus Domini in Accaron copiosus, cum tribus Regibus, scilicet Ierusalem, Hungariæ & Cypri, & Duce Austriæ, & Duce Bauariæ, & multis aliis. Patriarcha Ierosolymitanus crucem Dominicam portabat.

Quia vero crux à Salahadino capta fuit, non fuit hæc nisi pars crucis: quia ipsa secta fuit, & vna pars reseruata, quæ nunc portata est: alia autem fuit perdita. Parum autem profecit exercitus ipse, nisi quod ciuitates iam habitas conseruauit, & aliquas ædificauit, & fortificauit.

1218. Anno Domini MCC. XVIII. Machtildis Regina Comitissa Flandriæ moritur, & in monasterio de Dunis sepulturæ traditur, postea ad Clarauallem cum Ferdinando marito suo transfertur.

1219. Anno Domini MCC. XIX. Regina ciuitatum Ierusalem, quæ videbatur inexpugnabiliter munita, à Coradino, filio Salahadini, Principe Sarracenorum & Turcarum foris & intus destructa est. Muri enim cum turribus in aceruos lapidum, præter Templum Domini & turrim Dauid, redacti sunt. Christiani, qui præcedenti anno plurimi diuersis ex nationibus aduenerant, in portu Dannetæ applicantes, ipsam Dannetã obsederunt, & ciues vltra quam dici põt afflixerunt. Spem in succursu Sultani ciues habebant. Sultanus obtulit Christianis reddere sanctã crucẽ q̃ olim capta fuerat à Sultano, cũ ciuitate sancta, & omnib quę per Regnũ Babylonię reperiri posset: sumptę & ad reparandos muros Ierusalẽ redderet, insuper Regnum Ierosolymorũ totaliter restituc-

stituerent, præter tractum & montem Regalem, pro quib. tributa obtulit, quamdiu treuga duraret. Rex Ierusalem cum Francis hanc oblationem vtilem censuerunt: Legatus a. Romanæ Sedis, cum Patriarcha Ierosolymitano, cum Archiepiscopis, Episcopis, Tẽplariis, Hospitalariis, ac omnib. Italiæ Capitaneis, rationabiliter ostenderunt Dannetã esse primo capiendam. Interea Sultanus magnã multitudinem peditum clanculũ per loca palustria misit ad ciuitatẽ Dannetam. Nonis a. Nouembrib. capta est ipsa Danneta sine deditione, sine conditione, sine defensione, sine violẽtia, cum tumultu, vt soli Deo attribuatur victoria. Et cum caperetur ciuitas in oculis Regis Babylonis, non est ausus Christi milites infestare. Coradinus a. Sultanus Ægypti & Babyloniæ reuersus Palestinam, castrum Cæsareense obsedit, & cepit, nullis defendentib. ipseq; auxilium postulabat à Sarracenis, vt possiderent Accaron: sed hoc perficere non potuerunt. Mortuus est Sultanus Iconii, qui creditur baptizatus fuisse, & multum fauit Christianis. *An. Christi 1219.*

Capta Danneta sub potenti manu Dei à Christianis, præter illos qui viui comprehensi sunt à tempore obsidionis in circuitu, computabantur 30000. quos sine ferro & igne Dominus percussit. Ingredientibus Christianis occurrit fœtor intolerabilis, qui in domibus & lectis, vbi defuncti reperiebantur, oriebatur, infantes n. ad vbera matrum mortem oscitabant. Et 80000. tam in obsidione quam post perierunt, & 3000. reperti sunt captiui baptizati & venditi. Tunc processit exercitus Christianus versus Thanis castrum, quod seratis portis Sarraceni reliquerant, ante quod magna quondam Damiata fuit super fluuium Thaneos, in qua Ieremiæ Propheta fuit lapidibus obrutus, quem Alexander postea transtulit in Alexandriam. Ibi inuentus est liber, qui prædixit, Salahadinum multa mala adhuc Christian. s illaturum, Ierusalem accepturum: addidit etiam, Dannetam esse capiendam à Christianis, non tamen nominauit Salahadinũ, sed per magnos oculos & croceum vexillum designauit. Insuper dixit, quondam Regem Christianorum Nubianorum ciuitatem Mecham destruere debere, & ossa Prophetæ Agarenorum, h. e. Sarracenorum, proiicere: quæ dum impleta fuerint, exaltabuntur Christiani. Quod necdum euenit.

Anno Domini MCC.XX. Exercitus Christianorum, capta Danneta & Thani ciuitatib. cum appendiciis, vlteriorem progressum in hostes non profert. Martio Ioannes Rex Ierusalem mota dissensione inter ipsum & Legatum Sedis Apostolicæ, ab exercitu se sequestrauit: & Legato Apostolico, Templariis, Hospitalariis, totoq; exercitu Christianorum per infortunium à Sultano captis, & grauiter afflictis, pro redemptione eorum & omnium captiuorum Christianorum, qui sub potestate Sultani erant, reddita est Danneta paganis. *1220.*

Hoc anno Comitissa Flandriæ, Ioanna vel circiter, dedit priuilegium villæ Gandensi, quod omnes bannitos illius villæ velut à se reputaret, vel quod possent eos reuocare si vellent.

Anno Domini MCC.XXIII. Laurentius de Hispania miles vendidit Godefrido Episcopo Cameracensi villam de Dunkerka, ea conditione, quod post suum decessum reuerteretur dicta villa ad Ioannam Comitissam eiusq; successores. & sic factum est. *1223.*

Anno Domini MCC.XXV. Quidam fingens se esse Balduinum Comitem olim Flandriæ, & Imp. Constantinop. venit in habitu peregrino in Flandriam, & quibusdam ei tã nobilium quam ignobilium fauentib. resistentes debellabat. Statuta die venit ad Regẽ Franciæ, apud Peronam. Requisitus à Rege, quis eum ordinauerit militem, vbi fecerit homagium patri suo Philippo, & vbi fuerint nuptiæ eius celebratæ, noluit respondere, petens inducias vsq; post pentecosten. Tunc comperta eius fraude, licentiauit eum Rex de toto Regno suo. Non multo post ab Euerardo de Cassenea in quadam taberna capitur, & Ioannæ Comitissæ Flandriæ traditur, quæ diuersis eum pœnis affecit, tandemq; eum apud Insulas fecit suspendi, atq; pro amenda & satisfactione instituit Hospitale & clausttum dominarum de Marketie. *1225.*

Anno Domini MCC.XXVI Facta est concordia inter Ludouicum Regem & Fernandum atq; Ioannam comites Flandriæ, quod numquam subtraherent se à Corona & homagio: sed si id facerent, tunc Episcopi Siluanectensis & Laudunensis possent interdictum dare sine relaxatione sententiæ latæ, tẽ quod castrum Duacense adhuc maneret in manib. Regis decem annis, postea resignaret, saluo homagio. Item casu quo contractatum hunc agere illos contingeret, tunc communitas Flandriæ Regi staret vsq; ad sententiam Regni: & si nobiles aut vulgares id facere nollent, Rex possit fugare Fernãdũ & vxorem suam de Flandria, ve numq; in gratiam redirent, &c. de rebus ẽt actis nulla plus mentio fieret, sed pax bona remaneret. Item quod nec comes nec comitissa vel sui successores munitiones facere possent, nec veteres reparare, nisi de scitu Regis aut suo- *1226.*

An. Christi 1226. rum successorum. Item quod dictus comes Fernandus de cetero non se contra Regem aut suos successores eleuaret, neq; de obedientia sua se subtraheret aut seruitio, quibus teneretur Regi, tamdiu quam Rex sibi iudicium & iustitiam paratus sit exhibere contra omnes.

1227. Anno MCC. XXVII. Fernandus comes Flandriæ 12 annis captiuus Parisiis, multa pecunia à captiuitate liberatur. Iste Fernandus dedit Brugensib. priuilegium, quod Balliuus vel Sculletus possit esse de non natis in eadem villa.

1228. Anno Domini MCC. XXVIII. Sancta Elisabeth, cuius nepos erat Ioannes Dux Brabantiæ, filia Regis Hungariæ, & Ducissa Thuringiæ, consentiente viro suo, operibus misericordiæ vacare volens, castitatis votum solemnizauit, & multis virtutibus claruit.

1230. Anno Domini MCC. XXX. Wilhelmus comes Hollandiæ obiit, cui successit Florentius filius eius tribus annis. Hic accepit Mathildem filiam Henrici Ducis Brabantiæ in vxorem.

Fernandus comes Flandriæ & Hannoniæ ea quæ tempore captiuitatis suæ in Flandria & Hannonia inordinata fuerant, reformat: atq; Brugensibus dedit priuilegium, quod Scabinos impositos amouere non posset, nisi secundum legem falsificati essent. Eius vxor Ioanna monasterium de Marketta iuxta Insulas fundat & constituit, vbi ipsa cum viro suo sepulta est.

1232. Anno Domini MCC. XXXII. Fernandus & comitissa Ioanna quitabant omnib. de Frācia seruitutem vnam quæ dicitur t'Beste hooft, quamdiu in officio villæ Brugensis moratí fuerint. Actum in Vigilia Matthæi Apostoli. Eodemque anno & ipse moritur sine hærede, apud Nouiomum, & in monasterio de Marketta sepelitur. Ioanna comitissa causa prolis habendæ, Thomæ comiti Sabaudiæ matrimonio copulata est, qui per eam comes Flandriæ effectus est, eamque & Hannoniam duodecim annis strenue regnauit.

1233. Anno Domini MCC. XXXIII. Florentius comes Hollandiæ apud Corbyen in torneamento moritur, cui successit Wilhelmus filius eius, viginti duobus annis. In Episcopatu de Brema quidam hæretici insurrexerunt, ad quos Papa missis prædicatoribus, populum in Flandria, Brabantia, Hollandia, Zelandia, & aliis multis locis crucē signari præcepit. Commissa autem pugna, multi ex nostris primo corruerunt: tandem ipsi hæretici, dicti Scadingi, pene omnino deleti sunt, exceptis illis qui in marisco saluati sunt: & nullus eorum, qui ibi interfecti sunt, emisit sanguinem, nec ab ipsis clamor factus est.

1237. Anno Domini MCC. XXXVII. Henricus Dux Brabantiæ, secundus huius nominis obiit, sepultus in Abbatia de Villari, cui successit Henricus III. primogenitus eius, qui tenuit Ducatum annis triginta & vno. Hic duxit vxorem Aleidam filiam Ducis Burgundiæ.

1238. Anno Domini MCC. XXXVIII. Villæ de Atrebato, S. Audomari, Hesdinium, &c. datæ fuerunt Roberto fratri S. Ludouici, comiti Atrebatiæ, quas villas pater S. Ludouici, nomine Ludouicus, habuit cum Elisabeth filia Balduini comitis Hannoniæ & Margarethæ comitissæ Flandriæ, per consensum Philippi, comitis Flandriæ, fratris dictæ Margarethæ. Sed pœnituit Philippum postea; quapropter in longum guerræ protractæ sunt, & pluries post fœderatæ guerræ sunt exortæ, quemadmodum finaliter patere poterit circa annum Domini MCD. LXXVII. nam eadem vice Rex Ludouicus prorsus recuperauit eas.

1244. Anno Domini MCC. XLIV. Ioanna comitissa Flandriæ sine hærede mortua est, & in monasterio de Marketta sepulta: qua mortua, Thomas de Sabaudia, cui secundo nupserat, ad propria remeauit. Deuoluuntur itaq; comitatus Flandriæ & Hannoniæ ad sororem dictæ Ioannæ Margaretham, quæ antea matrimonio iuncta erat Wilhelmo de Domna petra, sed ille iam defunctus erat, & regnauit Margaretha cum Wilhelmo primogenito filio suo, tamquam comite Flandriæ, circiter quinque annos. Sed habuit & duos adhuc ex eodem Wilhelmo filios, Guidonem & Ioannem, præter duos alios, Ioannem & Balduinum, quos extra matrimonium ex quodam Canonico Insulensi, cuius custodiæ tradita fuerat, suscepit.

1245. Anno Domini MCC. XLV. Innocentius Papa conuocato apud Lugdunum generali Concilio, Imperatorem Fredericum, tamquam schismaticum & hostem S. Ecclesiæ condemnauit, vt ex epistola summam continente patet. Depositio itaque Frederico Imp. Papa consilio Baronum Landgrauium Thuringiæ promouit. Contra quem Conradus filius Frederici rebellauit: sed domnus Papa crucem contra eum in partibus Han-

Hannoniæ & Brabantiæ prædicari fecit. Itaque Landgrauius Regnum Alemaniæ obtinuit, sed ad benedictionem Imperialem non peruenit; deinde moriens (anno 1248.) Regnum cognato suo comiti Hollandiæ Wilhelmo tradidit; sed nec is ad benedictionem peruenit, sed tamen solum tenuit Regnum Alemanniæ VI. annis. *An. Christi 1245.*

Anno Domini MCC. XLVI. multi ex Flandria se einxerunt ad pergendum cum S. Ludouico vltra mare, quorum nomina merito sunt libro vitæ deputanda; quam glebæ corruptibili. 1246.

Eodem anno Margareta Comitissa Flandriæ talem à S. Ludouico Rege suscepit sententiam: Volumus per decretum nostrum, & assignamus Ioanni de Auernis (filius hic erat Margaretæ ex Busiardo de Auernis, Canonico) Comitatum Hannoniæ, sic quod fratri suo prouideat in portione hæreditaria. Wilhelmo vero assignamus totum comitatum Flandriæ cum pertinentiis suis, ita quod fratribus suis germanis, Guidoni scilicet & Ioanni teneatur in eodem Comitatu de portione hæreditaria prouidere. Hæ autē prouisiones fient secundum consuetudines Comitatuum prædictorum. Et habuerunt istud decretum partes approbatum & gratum. Igitur postea Ioannes de Auernis contra fratres in Flandria prouisos ius prætendebat in terra Zelandiæ, Walchriæ, Suydbeuelandiæ & Nortbeuelandiæ, vnde ingens exortum est bellum.

Anno Domini MCC. L. Ludouicus Rex Francorum, (qui cum fratre suo Roberto comite Attrebati, præcedenti anno MCCXLVIII. in subsidium terræ sanctæ abierat) & exercitus Christianorum de Damneta, quam anno MCC. XLIX. exercitus Christianorū magna cum Paganorum confusione ceperat, recedentes aduersus exercitum Sarracenorum, qui apud Massoram tunc congregatus fuit, processerunt, & in ipso itinere multos assultus Sarracenorum sustinuerunt, sed multos eorum occiderunt, maxima multitudine eorum in aquis submersa super fluuium Tanees. Deinde dispersis acieb. Christianorum, transito fluuio per hostium castra discurrentibus, venerunt vsque ad villam quæ dicitur Massota, quotquot hostium occurrebant, gladio occidentes. Sed Saraceni percepto eorum inconsulto progressu, resumptis viribus illos circumuallantes oppresserunt: vbi Christianorum strages non modica Batonum & nobilium fuit. Ibi Robertus Attebacensis comes vitam amisit, & Wilhelmus, filius Wilhelmi comitis Flandriæ captus fuit. 1250.

Hoc anno Margareta Comitissa Flandriæ dedit licentiam Gandensibus aquæductum habendi à villa sua vsque in Sluisam, vel Dam, quæ dicitur Keue.

Anno Domini MCC. LII. Wilhelmus comes Hollandiæ electus in Regem Romanorum, obsedit Aquisgranum, & per aquam cepit eam. 1252.

Hoc anno Margareta Comitissa Flandriæ quitat omnibus viris & mulieribus, de quibus singulis in morte medium partem bonorum consueuit recipere, pro tribus denariis de viris, & pro vno de mulieribus; & pro meliore catallo, quod relinquerent, hoc est, pecore meliore de domo, vel aliud aliquod ornamentum. Sic datum & approbatum à Guidone comite Flandriæ, mense Aprili.

Theuce Haluehaue.

Anno Domini MCC. LIII. Guido & Ioannes, filii Guidonis comitis Flandriæ, cum multis Walachrianis ingressi die Translationis S. Martini, quos illico Florentius frater Wilhelmi Imp. comitis Hollandiæ, & Lupus miles de Cleua viriliter exceperunt bello, quo Guido & Ioannes fratres capti sunt, cum Comitibus de Baren & Guisnensi, & aliis perplurimis; cecideruntque fere 33000. 1253.

Anno Domini MCC. LIV. Rex Alemaniæ Wilhelmus Valencinas villam Hannoniæ obsidet contra Comitissam Flandriæ Margaretam & Catolum fratrem Regis Franciæ, & victor reuersus est. 1254.

Anno Domini MCC. LV. Wilhelmus Rex Alemaniæ, comes Hollandiæ, congregans exercitum contra westfrisones progreditur, & transitis glaciebus sub equo suo glacies fractæ sunt, solusque ibi remansit, caprus, dilaceratus, & in quodam rugurio sale conditus, & sepultus est: cui succedit in Comitatu Hollandiæ Florentius filius eius quadraginta & vno annis. 1255.

Anno Domini MCC. LVI. Pax fuit facta inter Margaretam & Guidonem comitem Flandriæ ex vna parte, & inter Florentium fratrem Wilhelmi Imp. ex altera, quod Walachria ac tota terra pro qua guerra tum erat, in feudum de comitibus Flandriæ teneri deberet à comite Hollandiæ & Zelandiæ, quod banniti de Flandria non erunt liberi in eadem parte terræ: item quod Guido comes teneret de feudo Crienes, Allues, Bohanis & Oosteruant perpetuo, non tamen de Imperio. 1256.

An. Christi 1265. Anno Domini MCC.LXV. Carolus Dux Andegauiæ, frater Ludouici Regis Franciæ, Romam veniens, in Regem Siciliæ à Papa coronatus, & Senator vrbis Romæ factus est. Menfredus eius aduentum audiens, ciuitates in Tuscia muniuit. Deinde, Carolus accepta licentia & benedictione à Papa, contra Menfredum processit, tres ordinans acies, in quarum prima ipse fuit; secundam ducebat comes de Verdonne; tertiam Robertus Flandrensis, filius Guidonis ex Machtilda, qui filiam eiusdem Caroli Blanchã habuit vxorem: in cuius acie Menfredus creditur occisus; & sic Regnum Siciliæ obtinuit Carolus.

1266. Anno Domini MCC.LXVI. Beatrix filia Guidonis comitis Flandriæ matrimonio copulatur Hugoni de Castellione, comiti S. Pauli, quæ per annum mille liberos accepit annuæ pensionis.

1268. Anno Domini MCC.LXVIII. Henricus Dux Brabantiæ moritur, cui successit Ioannes secundo natus (quia Henricus primogenitus propter imbecillitatem monachus in Burgundia factus est) & tenuit Brabantiam annis vigintiseptem. Hic primo duxit vxorem Mariam filiam Ludouici Regis Franciæ: qua sine sobole mortua, accepit filiã Guidonis, tunc comitis Flandriæ: & multum se de pace componenda inter Ioannem de * Auensues comitem Hannoniæ, & fratrem eius Guidonem comitem Flandriæ interposuit, pro villis Valencines, Lessinio, &c.

Eodem anno Wilhelmus Iuliacensis comes de filia Guidonis comitis Flandriæ genuit Wilhelmum, in expeditione guerrarum Flandriæ per omnia strenue militantem; sed factione Ducis Brabantiæ pater eius Aquisgrani fuit occisus: pro qua re ciuitas obsessa à Principib. Lemburgensib. fuit, donec ad honestã pacis reconciliationẽ deuentũ fuit.

1271. Anno Domini MCC. LXXI. Ioannes Dux Brabantiæ castrum de Heusden cepit, eo quod illis de Busco infestum fuisset.

1274. Anno Domini MCC.LXXIV. Eduardus Rex Angliæ & Robertus filius Guidonis primogeniti Margaretæ Comitissæ Flandriæ, cũ multis aliis pro præsidio Terræ sanctæ mare transeunt.

Illi de Mechlinia fecerunt accordationem cum Gandensib. quod eos quos Gandenses exularent, in suam villam aut territorium non admitterent. Idem fecerũt cum Gandensibus illi de Bruxellis, Leeuwe, Tilmont, Liere, & Louanio.

1275. Anno Domini MCC.LXXV. Guido comes cum Rege Franciæ conuenit, & pacẽ Fernandi prædecessoris sui, factam anno Domini MCC.XXV. iurauit obseruare: & Gandaui comes ordinat 13. scabinos, 13 consiliarios, & 4. thesorarios omni anno renouandos.

Philippus Rex Francorum, mortua vxore sua, ex qua duos habuit filios, *Philippum* & Carolum, aliam accepit, sororem Ioannis Ducis Brabantiæ, nomine Mariam, de qua genuit Ludouicum.

1276. Anno Domini MCC. LXXVI. Maria Regina Franciæ diffamatur quasi interfectrix puerorum Regis: propter quod cremanda iudicatur. Quod audiẽs frater eius Ioannes Dux Brabantiæ, infra vnum diem & noctem affuit, tantumq; effecit cum Rege & nobilib. q; accusator ad duellũ prouocatus à milite, quẽ Dux pro sorore miseratus sed certamẽ inire formidans, protestus ẽ se hæc ex inuidia cõfinxisse, & propterea patibulo affixus est.

1277. Anno Domini MCC.LXXVII. Carolus Rex Siciliæ factus est Rex Ierusalem: sed Christiani tunc non obtinuerunt Ierusalem, sed saltem Accaron cum aliquot castellis, crãtque treugæ inter eos: & post modicum tempus amiserunt etiam Accaron, & fuerunt omnes Christiani electi de Terra sancta & partibus vltramarinis.

1278. Anno Domini MCC. LXXVIII. Margareta Comitissa Flandriæ & Hannoniæ obiit. Guido primogenitus eius comes Flandriæ efficitur. Ioannes frater eius, dictus de Auernis, comitatum accepit Hannoniæ. Vxor Guidonis fuit filia Aduocati Bethuniæ, Domini de Tenremonda. Tenuit ipse Guido Flandriam XXVI. annis, & Ioannes Hannoniam etiam viginti sex annis.

Guido comes Flandriæ de coniuge sua Mathilde, filia Danielis Aduocati de Bethunia, genuit Robertum, qui filiam Caroli Regis Siciliæ cepit vxorem, de qua filium suscepit in iuuentute extinctum à nouerca: deinde cepit Iolendam filiam Odonis primogeniti filii Hugonis Ducis Burgundiæ, ex qua suscepit Ludouicum, qui ex parte matris fuit comes Niuernensis; & Robertum, Dominum de Casleto, filiasq; tres.

NOTA.

Aduocatura Bethuniæ quondam pertinebat Abbatiæ vel Monasterio S. Vedasti, ratione cuius non erat possibile exire de Atrebato, quando per terram Aduocaturæ id fieret: vnde constitutus est eorum Aduocatus Dominus de Calue & Flegars.

Anno

Anno Domini M. CC. LXXIX. Florentius comes Hollandiæ fortiter impugnat Frisones, & Weſtfriſiam ſibi vectigalem fecit: patrem quoque ab eis occiſum abſtulit, & in Middelborg ſepeliuit; Hollandiam quoque & Zelandiam multis villis & caſtellis muniuit. An. Chriſti 1279.

Circiter hoc tempus appellauerunt 39. gubernatores villæ Gandenſis à comite ſuo Guidone Pariſios coram rege per proceſſum, & condemnati fuerunt: tandem rex inter eos pacem fecit, vt illi reſignarent magnum ſigillum. Brugenſes ſimiliter condemnati à comite propter occiſionem Theodorici, & pro conſpiratione facta, ſoluerunt viginti mille libras.

Hoc fere tempore moritur in Gandauo Berthildis, femina memorabilis, & initiatrix Beguinagii Gandenſis.

Paſtores Brabantiæ & Hannoniæ, aliarumque regionum conuenientes, ſe cruce ſignauerunt, & ad mare venientes euanuerunt.

Anno Domini M. CC. LXXXIII. In Hannonia in quodam campo pueri multi conuenientes, ſemetipſos prouocauerunt ad pugnam, & verberibus à ſummo mane vſque ad veſperam pugnauerunt. Tandem duorum primis mortuis, & multis vulneratis, quieuerunt. 1283.

Anno Domini M. CC. LXXXIV. Mortua comitiſſa de Lemburg, magna diſcordia fuit inter comitem Gelriæ & comitem de Monte. Sed comes de Monte videns quod non eſſet potens contra comitem Gelriæ, propinquitatem ſuam vendidit Ioanni Duci Brabantiæ: contra quem fuerunt Epiſcopus Coloniẽſis, Luxemburgẽſis, & comes de Cleua, & alii multi: ſed inter hos Philippus rex Franciæ treugas fecit, volens ſecum ducere ipſum ducem Brabantiæ contra Petrum de Aragonia à Papa excommunicatum. 1284.

Anno Domini M. CC. LXXXVI. Ioannes dux Brabantiæ reuerſus, ducatum ſuum à Gelrenſibus liberauit. 1286.

Anno Domini M. CC. LXXXVII. Ioannes dux Brabantiæ contra Archiepiſcopum Colonienſem fecit guerram, quod terram comitis de Monte cœpit deuaſtare. 1287.

Eduardus rex Angliæ Hybernenſes rebellantes cum Geruinis, qui occiderant comitem Flandriæ Carolum, cepit & occidit.

Ex maris inundatione aeriſque commotione ſubmerſæ ſunt in Zelandia quindecim inſulæ, cum 15000. hominibus vtriuſque ſexus.

Hugo rex Cypri reguum Ieruſalem inuadit, & fecit ſe apud Accaron in regem coronari, quod tenuit duobus annis. Tunc temporis in Syria Chriſtiani paucas habebant ciuitates, præter Accaron & Tripolim, & Soldanus omnem terram occupauerat.

Anno Domini M. CC. LXXXVIII. Tripolis ciuitas à Sarracenis capitur, Chriſtianis ibidem occiſis. Accaronitæ treugas duorum annorum à Soldano impetrauerunt. 1288.

Bellum acerrimum in Ioannem ducem Brabantiæ & ſuos auxiliarios, nec non & comitem de Luxemborg, comitem Gelriæ, & Archiepiſcopum Colonienſem geſtum eſt: in quo comes de Luxemborg eſt occiſus, comes Gelriæ & Archiepiſcopus Colonienſis capti.

Anno Domini M. CC. LXXXIX. Milites ſtipendiarii à Nicolao Papa pro defenſione Terræ ſanctæ & Accaron miſſi, contra voluntatem Accaronenſium & Militum de Templo exeuntes de Accaron, multas prædas & damna in terra paganorum fecerunt, treugas à Soldano conceſſas frangendo, & iterum intra ciuitatem ſe receperunt. Soldanus inde indignatus, mandauit Chriſtianis, quod niſi emendam condignam ſibi facerent intra annum, ſequenti anno veniret & ciuitatem deſtrueret. 1289.

Hic circiter Guido comes Flandriæ illos de Gandauo perpulchre priuilegiat, & banniuit triginta nouem Scabinos, ſubſtituendo alios. Hoc idem approbat Robertus, comes poſtea Flandriæ, filius Guidonis. In his erat, quod communitas Flandriæ ſine licentia regis ad guerras Imperatoris ſe non transferret: & ex tunc cœpit rex Philippus illos de Gandauo ſub ſuam gardam & protectionem.

Guido item ſeparat villas de Sluſa & de Muda, deſignatis Baronibus, cum priuilegiis maximæ libertatis, ſicut in Dam.

Anno Domini M. CCXC. Sultanus Babyloniæ contra Accarón procedens cum innumerabili multitudine, cum eſſet in via, accepit eum infirmitas, de qua & mortuus eſt. 1290.

Sed propterea non destitit expeditio contra Accaron, imo misit Admiraldos, qui Accaron obsederunt: sed cum moreretur, revocavit eos, & fecit filium suum subleuari in Sultanum: qui sublimatus venit contra Accaron, & rursus obsedit eam, multaque afflictione fatigauit. Rex autem Cypri, qui ibi erat, ac Patriarcha Ierosolymitanus, ac Templarii & stipendiarii omnes thesauros, mulieres, infantes, & impotentes bellare emiserunt. Postea rex Cypri cum 4000. militibus, habito consilio cum cæteris, etiam recessit, promittens redire cum succursu: sed turpiter a fugiens non est reuersus. Cæteri autem quasi desperati permanserunt vsque in finem, & Saracenos ter intra vrbem existentes, ter repulerunt. Tandem præ paucitate & Saracenorum multitudine ciuitas capta est, Patriarcha & Magistro Templi, qui fuit letaliter vulneratus, in Cyprum fugientibus. Et sic tota Terra sancta hoc anno penitus est perdita. Saraceni autem ciuitatem totaliter destruxerunt, Ecclesiam, & domos, & omnia.

1291. Anno Domini M. CCXCI. Prælati regni Franciæ per Papam admoniti vt exhortarentur regem & Principes pro subsidio & recuperatione Terræ sanctæ: Rex & Principes responderunt, se esse paratos, sed prius debere inter Principes vbique pacem cõponi in tota Christianitate, & omnes discordias & inimicitias expelli, & etiam ipsos Græcos ad vnitatem Ecclesiæ recipere, Siculos etiam & Aragonenses pacificare, & tunc Crucem vniuersaliter prædicari. Quæ responsio domino Papæ placuit, eique ita debere fieri visum est.

Apud Lire villam Brabantiæ tractatum est de matrimonio Philippæ filiæ Guidonis cum primogenito Eduardi regis Anglorum: & abhinc rex Francorum Philippus occasionem sumpsit in comitem Guidonem, & per priuilegia data Gandenses attraxit.

1292. Anno Domini M. CCXCII. Ioannes comes Hannoniæ terram regis Franciæ inuasit: contra quem Carolum fratrem suum rex misit ad sanctum Quintinum: Ioannes prædictus, priusquam Carolus Hannoniam ingrederetur, venit ad eum, & cum eo ad regem Parisios, & de omnibus satisfecit.

1294. Anno Domini M. CC. XCIV. Ioannes dux Brabantiæ ex vulnere quod in torneamẽto in nuptiis comitis de Baren, acceperat, moritur.

Guido comes Flandriæ secreto cum rege Angliæ confœderatus (acerrima siquidem erant iam ab aliquot annis inter Francos & Anglos bella) filiam suam Philippam, quam ex vltima vxore sua, comitissa Lucemburgiæ & Namurcensi, susceperat, filio regis Angliæ desponsat. De quo rex Franciæ Philippus iratus mandat pro Guidone & filia sua Parisios: quem venientem detinuit aliquamdiu tamquam captiuum, postea dimisit eum, & filiam eius retinuit, factusque est eius frater in Baptismate, eamque reginæ suæ associauit, vt esset in eius obsequio; cauteque custodiuit, de quo comes contra regem commoueri cœpit.

Litteræ diffidentiæ pro comite Guidone missæ regi Franciæ sunt in Rupelmonda castro Wasiæ compositæ ab Abbatibus Gemblacensi & Floriacensi. Tunc rex Francorum Philippus ingressus est Flandriam, & munitum reperiens Duacum, vbi Guido posuerat filios suos wilhelmum qui nupserat filiæ Radulphi de Nelle, & Ioannem, cum aliis Alemannis, scilicet comite de Valckenburg, domino de Cuyck; Rex consedit in Insula, vbi Robertus erat primogenitus eius. Interea comes de Baren habens filiam regis Angliæ, in fauorem Flamingorum Campaniam vastare cœpit.

1296. Anno Domini M. CCXCVI. Florentius comes Hollandiæ à quibusdam Baronibus Hollandiæ captus, occisus est iuxta Traiectum: cui successit Ioannes filius eius, qui filiam regis Angliæ Eduardi habebat vxorem, & tenuit Hollandiam tribus annis.

Guido comes Flandriæ Philippam filiam suam à rege Franciæ requirit: quam cum non vellet restituere, misit ad Papam. Papa misit Meldensem Episcopum, admonendo regem vt filiam patri restitueret cui vellet maritandam, alioquin sciret se cum regno suo supponendum interdicto. Rex mandat Papæ, Papam non debere se intromittere de regno, nec negotiis regni temporalibus: quod posse haberet in foro iustitiæ sæcularis iudicandi, nec sibi necesse esse in curia Papæ placitare. Comes Flandriæ sentiens regem nihil velle pro Papa agere, regi Anglorum conquestus est, petens eius auxilium contra regem Franciæ, congregans omnes alios amicos. Conuenerunt apud Geraldimontem Adolphus Imp. Eduardus rex Angliæ, Ioannes dux Brabantiæ, Guillelmus Iuliacensis, &c. & plures comites & Barones: vbi comes Flandriæ fecit homagium regi Anglorum de Flandria: & tunc ex consilio factæ sunt litteræ diffidentiæ (quarum mentio facta est priori anno) ex parte omnium ad regem Franciæ, quas portauerunt venerabiles Abbates S. Andreæ, Geraldimontis, & S. Bauonis in Gandauo.

Quibus

Quibus à rege perceptis, militiam suam vndique adunauit, & stipendiariorum multitudinem collegit. At Guido comes Flandriæ econtra misit ad Duacum filium suũ Wilhelmum, cum multis aliis: ad insulas misit Robertum primogenitum suum comitem Niuernensem, & cũ eo plures comites & Barones. Rex autem Francorum cum manu potenti ad Flandriam properans obsedit insulas. An. Christi 1296.

Ab hoc anno bellum instabat Guidoni comiti contra regem Franciæ Philippum, cognomento Pulchrum, quod fere 17. annis durauit, quo plures interierunt animæ, timendum ne innocenter, maleuolo regis ingenio: habebat enim secum triginta duos comites, absque Roberto Duce Burgundiæ, ac Duce Lotharingiæ, ceteriſque Ducibus, quibus ipsam Flandriam miserabiliter afflixit: ad æternam tamen memoriam finaliter bello omnes sui perierunt iuxta Cortracum.

Comes Guido contra Eueroldum de Ciſonio emit terram de Pereghem, Oudehoren, Aldeuerde, cum omnibus pertinentiis suis: & in eis Guidonem filium suum feudauit vita durante. Idem emit Dunkerkam contra Abbatem S. Cornelii, Horenbeke, Brakelen, S. Cornelii, Wondekke, &c. Idem separatim villam de Sluſa à Muda, priuilegiis nouis assignatis.

Idem Guido obtinuit à Gandenſibus propter guerras suas 18350. libras: similiter & à Brugenſibus 1224. libras. Chronica alia dicit, villam Inſulenſem esse redditam regi Franciæ per dominos de Ghiſtella, Hondescote, S. Venantio, &c.

Rex Angliæ venit eodem anno in Flandriam, & Brugis nõ reperit concordes ciues: dein Gandauum perrexit, vbi etiam diſcordabant maiores cum comite, ſed attraxit eos rex priuilegiis datis.

Cum igitur insula esset in manu regis recepta, tribus diebus in ea fuit, & fratrem suum Carolum de Valeſio vſque Ypram dirigit, qui iuxta Comines obuium habuit comitem Montenſem, & alios: commiſſoque prœlio, & multis ibi proſtratis, captus est ibidem Montenſis, & retorsit viam suam idem Carolus versus regem apud Ingelmonster. Tunc venerunt quatuor de villa Brugenſi, qui claues eidem villæ eiusdem præsentabant. Rex in gratiam eos recepit, illuc fratrem suum dirigens cum exercitu, per quam villam vſque in Damiter fecit, vt ſequenti anno latius patebit.

Anno Domini M. CC. XCVII. Friſones iterum Hollandiam infeſtant: contra quos comes Hollandiæ veniens, cum eis bellum habuit, & multis eorum interfectis eos vicit. 1297.

Obſidente rege Franciæ insulam, regina Ioanna iuit ad liberandum patriam suam Campaniæ, quam dux Barenſis confœderatus regi Anglíæ, cuius filiam habebat, deuaſtabat, cum comite Lotharingiæ, Vicecomite Narbonæ, & comite de Rouſſi: quorum vim comes Barenſis non ſuſtinens, ſine pugna ſe dedidit, & regina duxit eum Pariſios captiuum. Deinde venit Inſulam. Interim autem, quia rex Philippus ibi fuit, Philippus filius Roberti comitis Arteſiæ, aſſumptis secum aliquibus iuit ante Bethune, & accepit eam, tradentibus eam ciuibus. Similiter his diebus venit idem Robertus comes Arteſiæ ante Inſulam, & audito quod comes Iuliacenſis, comes de Beaumont, comes de Monte, & alii, vaſtaſſent patriam suam, venit furens vbi dicti comites erãt: qui fuerunt ei obuiam: & factum est bellum ante Bulſcamp, vbi comes Iuliacenſis dediſſet eo die vexillum suum cuidam perfido traditori, nomine Balduino Rueffin, ille proiecto vexillo fugit Brugas: fuitq; grauiſſimum bellum, vbi captus est comes Iuliacenſis: comes de Beaumont & comes Montenſis fugerunt Ypras. Interim ſemper obſidebatur Inſula, ſed nihil proficiebatur: nam illi qui intus erant, viriliter ſe defendebant, & multos exitus ſupra obſidentes faciebant. Audiuit autem rex Franciæ quod rex Romanorum & rex Angliæ cum comite Flandriæ erant pariter ad veniendum ad ſuccurſum obſeſſorum, & tiniuit valde: ſed habito conſilio cum comite Hannoniæ, qui à comite Flandriæ receſſerat, miſit Adolpho regi Romanorum apud Coloniam quatuor ſummarios: qui accepta pecunia promiſit quod nullam partem inuaderet. Inſula autem ſemper obſidebatur. Tandem deficientibus victualibus pacto facto conuenit quod intranei cum armis ſuis recederent quo vellent, ciueſque villam tradiderunt. Fuit ibi rex tribus diebus: deinde recedens venit CORTRACVM, quæ ſe vltro tradidit regi. Rex miſit contra Yprenſenſes comitem Valeſii: qui veniens apud Comines, comes de Beaumont & comes de Monte cum 4000. iuerunt ſibi obuiam: & commiſſo prælio victoria ceſſit comiti Valeſii, & captus est comes de MONTE, alii fugerunt Ypris: quos inſecutus comes Valeſii vſque Ypris, igne poſito in ſuburbiis rediit ad regem in Ingelmonſtet. Eodem die illi de BRVGIS

per

An. Christi 1297. per quatuor legatos claues villæ suæ regi miserunt: quos in gratiam recipiens, ad recipiendam villam misit Carolum comitem Valesii, qui eis receptis cum exercitu magno iuit versus Dam, vbi erant naues regis Angliæ. Audientes autem custodes nauiū, fecesserunt in mare. Ille accepta villa rediit ad regem. Interim nuntiatum est regi Angliæ & comiti Flandriæ in Gandauo, quod rex Romanorum accepta pecunia pactum cum rege Franciæ fecerat. Dux autem Austriæ venit de Gandauo Dammis, & rursus villam accepit. Rex Angliæ & comes Flandriæ considerantes periculosum esse cum rege Franciæ inire certamen, viso quod innumerabilem multitudinem habebat, & quod magnam partem Flandriæ occupauerat, petierunt inducias: & concessæ sunt in biennium sub hac conditione, quod de omnibus querelis starent iudicio summi Pontificis Bonifacii VIII. & durantibus induciis rex Franciæ retineret ea quæ in Flandria acquisierat. Quibus firmatis, rex in Franciam remeauit, Gallenses videntes quod sine præda recederent, posuerunt in Gandauo ignem: & Gandēsibus in extinctione ignis occupatis, Galli villam prædabantur. Tunc Gandenses ad arma prosiliunt, & plus quam 4000. ex prædonibus occiderunt.

1298. Anno Domini M.CCXCVIII. Robertus comes Atrebatensis accepit tertiā vxorē, Ioānis de Auennis comitis Hānoniæ, fratris Guidonis comitis Flandriæ. Adelbertus dux Austriæ contra Adolphum regem Romanorum vadit, eo quod accepta pecunia a rege Franciæ & à Guidone comite Flandriæ, ipsum Guidonem reliquerat, ipsoque victo & occiso factus est Romanorum rex decem annis. Ad quem Ioannes comes Hannoniæ accedens fecit ei homagium pro comitatu Hannoniæ; & tandem procurauit fieri matrimonium inter ipsum Imperatorem & filiam Caroli comitis de Valesio: & sic confœderatus regi Franciæ, abalienauit se ab comite Flandriæ. Ad Papam missi sunt ex parte regis Archiepiscopus Rhemensis & Iacobus de S. Paulo, & ex parte comitis Flandriæ Robertus filius eius, comes Niuernensis, vt vnusquisque causam Domini sui coram summo Pontifice declararet. Summus Pontifex partibus auditis ordinauit quod rex Francorum redderet comiti Flandriæ filiam suam quam tenebat, & terram quam in Flandria acquisierat, & redderet regi Angliæ totam terram quam acquisierat in Gasconia, & finaliter Bullæ commissæ Episcopo Rhemensi: qui ad regem reuersus, perlecta coram rege Papæ ordinatione, rex molestè accepit. Quod videns Robertus Atrebacensis, chartam de manu Archiepiscopi rapuit, & dentibus suis lacerans, ibidem coram rege in ignem proiecit, quibusdam factum laudantibus, quibusdam culpantibus. Rex dixit, quod ordinationem Papæ non teneret, sed finitis induciis terram comitis Flandriæ hostiliter intraret.

1299. Anno Domini M.CCXCIX. Ioannes comes Hollādiæ veneno intoxicatus periit. Post quem Ioannes comes Hannoniæ, tanquam propinquior, voluit obtinere comitatum, cui Ioannes de Zelandia contradicebat, dicens, illum ad manus Imperatoris deuenisse. Vnde finaliter multa bella. Tandem comes Hannoniæ facta pace cum Hollandinis & Zelandinis comitatum obtinuit.

Philippus Rex Francorum, finitis treugis inter regem Angliæ & comitem Flandriæ, misit Robertum comitem Atrebacensem contra Anglicos in Gasconiam, Carolum vero fratrem suum misit in Flandriam: qui accepit totam Flandriam in manu regis vsque Gandauum, vbi comes Flandriæ cum filiis degebat, qui iam pro auxiliariis miserat, sed paucos inuenerat, vt inire bellum diffideret. Interim de concordia tractabatur, & comes Flandriæ Ardenburg veniens se dedit in manus regis Franciæ, ita tamen, quod si concordiam suam & pacem non posset facere cum rege, ipse Carolus frater regis reduceret eum cum liberis in Flandriam: & sic cum dicto Carolo ipse comes cum filiis iuit Parisios. Rex autem voluit nec audire nec videre eum: sed comitem misit in compendio, Robertum in Bituria, & Wilhelmum in Normannia captiuos. Tunc comitissa Flandriæ cum aliis tribus filijs, Ioanne, Guidone & Henrico recessit versus comitatum Namurcensem vnde orta erat. Rex tunc misit Gubernatorem Radulphum de Neelle Connestabularium Franciæ. Robertus comes Atrebacensis multis promissionibus decepit capitaneum de Riole, qui dictum castrum & alia quæ tenebat ei tradidit, & sic ad regem Parisios reuersus est. Paulo post rex in Flandriam veniens ipsam totam perambulauit cum regina, multumque honorifice fuscepta. Tunc rex remisit Radulphum de Neelle, & Iacobum de S. Paulo, auunculum reginæ, Gubernatorem Flandriæ constituit, & sic in Franciam reuersus est.

Eodem tempore Cassabanus Princeps Tartarorum, qui Cham dicitur, mediante regina vxore sua, quæ Christiana filia regis Armeniæ, quasi miraculose cum magna multitudine populi sui ad fidem Christianam conuertitur: deinde innumerabilem exercitum

exercitum aduersus Sarracenos congregans, regem Armeniæ Mareschalcum totius fuit exercitus constituit, qui etiam Christianus erat, & contra Sultanum Alapiæ processit, qui ab eo victus est. Deinde venit vsque ad Damascum, vbi Sulcanus Babyloniæ innumerabilem multitudinem congregauerat: & commissa pugna victoriam habuerunt Christiani, vbi ceciderunt plus quam 100000. Sarracenorum, & fugatus est Sultanus vsque Babyloniam. Et sic Sarraceni de regno Syriæ & Ierusalem sunt effugati, & terra illa Tartarorum & Christianorum dominio subiecta: & sequenti Pascha diuinum officium cum lætitia & exultatione celebratur. Ann. Christi 1299.

Adelbertus rex Romanorum & Philippus rex Franciæ apud Colonsam veterem renouant amicitiam: vbi Imperator ac Principes & Prælati Alemanniæ accordauerunt, quod regnum Franciæ, quod vsque ad nuuium Mosam protendebatur, vsque ad regnum protenderetur.

Treugæ factæ sunt inter regem Francorum & comitem de Baren vsque in sequentem annum.

Rex Franciæ Brugas muniri fecit fossatis.

Rex Francorum tamquam nouus dominus terræ, venit in Flandriam (supra hoc est tactum) per omnia loca transiens, & causa videndi patriam. Fecerunt ei ludos & euxenia Flamingi vsque ad 27000. libras. Cum ingrederetur Gandauum, clamat vulgus relaxari nuper gabellis taxatis: quibus rex annuit: quod multis displicuit receptoribus. Deinde per Ardenborg venit Brugas, & inhibuerunt vulgo ne acclamarent accisam deponi: quod cum non fecissent, recedente rege versus castrum de Weuerdale, cœperunt grauare taillias communitatem; vnde maxima commotio sequebatur, capto Petro textore cum vigintiquinque aliis clamatoribus, quos Balliuus Brugensis reclusit, de quo communitas pessime mouebatur, & disrupit carcerem, educto Petro cum aliis, qui versus Ardenborg se contulerunt. De Weuerdale rex profectus est Ypram cum regina sua, cuius Iacobus frater comitis S. Pauli fuit aununculus: quo constituto Gubernatore, Franciam petit: & intrans Iacobus de sancto Paulo Brugas, cœpit communitati resistere: quæ conueniens aliquos de maioribus occidit.

Anno Domini M. CCC. In Flandria bellum fuit apud sanctum Laurentium in die S. Antonii, vbi illi de Brugis cum potentia regis Franciæ plures nobiles & vulgares de Franco occiderunt. 1300.

Anno Domini M.CCCI. Iacobus de S. Paulo Cubernator Flandriæ castrum Insulis constituit ac reformat, ac multa alia castra per Flandriam, & plures taillias exactionesque præterea imponit Flandrensibus, sicque eos ad murmurandum & rebellandum regi prouocauit. 1301.

Anno Domini M. CCCII. Bellum Cortracense factum est, quod huiusmodi habuisse dicitur initium, primo propter taillias & exactiones, secundo quia Goubertus quidam de Spineto, capitaneus de Maele, cum venderet vinum in castro suo, & Brugenses illuc venirent frequenter ad bibendum, quidam carnifex ibi bibens, Ioannes Breydes nomine, habuit guerram cum famulo trahente vinum, & illum interfecit. Iacobus de sancto Paulo congregatis copiis, ad vindicandum castellaneum Brugas venit. Illi qui fecerant factum, iam fugerant in Dammis, inter quos erat quidam Petrus Textor nomine, qui in bello Cortracensi factus est miles. Quienit illa nocte Iacobus de sancto Paulo cum suis in Brugis, positis armatis ad excubias. In crastino, facto mane, venit Petrus Textor cum suis Brugas, & sonitu peluium congregauit Brugenses, & irruit in Francos, & occidit omnes. Iacobus de sancto Paulo fugit ad regem, & omnia ei narrauit. Rex congregat exercitum copiosissimum, à mari vsque ad mare, multitudinem magnam nimis, mittitque illam contra Flamingos. Flamingi aduocant precibus & muneribus Wilhelmum de Iuliaco, fratrem wilhelmi, de quo supertus, ac Ioannem & Guidonem fratres filios comitis Flandriæ, quos pro ductoribus habuerunt. Omnes ergo Flamingi his ductoribus seu ductoribus venerunt Cortracum, & castrum quod Franci tenebant, obsederunt. Rex autē ductorem sui exercitus fecit Robertum comitem Artesiæ, qui in signum totius Flandriæ in vexillo suo posuit ignem & scobam. Quo cum exercitu adueniente, Flamingi acies suas in campo ante Groeninghes statim ordinant, relictis qui castrum expugnarent. Aduenit comes Artesiæ, & acies suas ex aduerso ordinauit. 1302.

Pedites Flamingorum audito sonitu tubarum & armorum, visa tanta multitudine, vtpote nihil tale videre soliti, fugere voluerunt: quos ductores reduxerunt, & obsidentes castrum animantes eos, qui si tunc succūberent, nō relinqueret in Flandria mingens ad parietem; & sic redire compulsi sunt, paucis in Liza submersis. Robertus autem

An. Christi 1302. autem comes videns fugere, clamauit, Flamingi fugiunt, insequamur eos: & postpositis balistariis cum lanceis, irruerunt in eos: quos Flamingi viriliter recipientes, in baculis suis ferratis equos & ascensores occiderunt, & illico Franci victi sunt, vbi ceciderunt Robertus comes Artesii, Iacobus de S. Paulo, comes d'Eu, comes Guinensis, comes de Marle, comes d'Eureux, & multi alii, tot, quod exceptis Principibus sexaginta milites & Barones, & mille centum milites de scuto sunt interfecti. Fugerunt autem Ludouicus de Baulin, Guido comes S. Pauli, Robertus comes Boloniæ, Robertus comes Clarmontensis, & multi alii, qui ad nuntiandum casum regi abierunt. Flamingi autem victores facti, cum Francos vsque ad insulas fugassent, redierunt, & spolia inter se diuiserunt. Post hoc Namurcenses, Gandenses, Alostenses, & Wasienses, & cæteros de castellaniis congregans, qui ad bellum non fuerant pariter adduxit, & abnegato rege Francorum coniurauerunt iuxta villam Cortracensem. Tunc existentes in castro se tradiderunt, & in presionem Brugas ducti sunt. Post hæc exercitus Flamingorum obsedit insulas, & dedit Insulensibus terminum septem mensium: quibus transactis Insulenses succursum non habentes se reddiderunt: similiter Duacenses, & sic tota Flandria vnita regi rebellauit. Rex circa Festum S. Remigii, vindicare se volens de Flamingis, congregata omni multitudine quam potuit, Duacum obsedit. Flamingi autem audito regis aduentu, ad vnam leucam iuxta regis exercitum castra locauerunt. Interim misit Ioannes Namurcensis nuntios ad regem Angliæ Eduardum quatuor milites pro succursu: sed ipse cum haberet sororem regis Franciæ in vxorem, noluit palam contra regem præliari, sed dimisit nuntios in pace. Tunc regina sollicitauit regem, qui essent nuntii interrogans. Flamingi sunt, dixit rex. Et illa: Quid quærunt? Rex dixit; Secretum est. Illa sciens regem esse ante Duacum, & Flamingos ante eum, de fratre anxia nocte sollicitauit, vt diceret quid quærerent. Cui rex respondit: Frater vester male facit quod odio habetur à suis Principibus. Et scio certe, & cognoui ab his nuntiis, quod si habuerit bellum cum Flamingis, ipse tradetur à Principibus suis in manus Flamingorum: nam Flamingi miserunt ad me pro loco firmo vltra mare, in regno meo, quo possent regem capiendum tute seruare: quia sciunt eum in manibus eorum esse tradendum: & ego respondi nuntiis, hoc me non posse: sed hoc vobis non incumbit reuelare. Nec ego reuelabo, ait regina. Et cum rex sopori se dedisset, ipsa surrexit; & vocato Secretario, fecit scribi litteras, quas regi fratri suo destinauit. Quibus visis rex multum turbatus fuit: & vocatis cunctis Principibus, legit litteras. Quibus auditis, Principes mirabantur, hæsitantes de quo diceret. Tunc misit ad Flamingos ad colloquendum, & misit pro se Ludouicum d'Eureux fratrem suum, pro parte vero Flamingorum venit Wilhelmus Iuliacensis, & expetebat quod illi qui primo fuerunt caussa huius guerræ, traderentur in manum regis, per iustitiam puniendi. Quibus respondit Wilhelmus Iuliacensis, quod nec vnum Flamingum traderent: imo quod parati essent cum rege confligere. Quibus auditis rex ait: Nunquam Flamingi respondissent tam audacia & minacia verba, nisi in meis auxilium sperarent, & crederent me eis tradendum. Et nocte illa leuatis castris & animo turbato recessit: reliquit tamen WALTERVM de Castellione, MILONEM de Noyrs, & FVLCONEM de MARLE, ad custodiendum fines & marchas contra FLAMINGOS, & Parisios venit nec pace nec treugis datis. Flamingi in FLANDRIAM reuersi sunt.

1303. Anno Domini M. CCCIII. Gascones & Burdegalenses audita confusione regis Franciæ de Flandria redeuntis, expulerunt Francos & Anglos, & per se regimen sibi vsurpauerunt. Philippus comes de Thieta, filius comitis Flandriæ Guidonis, venit in Flandriam in auxilium fratris sui wilhelmi iunioris & Flamingorum, qui Flamingi comitatum Artesiæ vastauerunt: in ponte tamen quodam sub eis fracto perierunt vsque ad duodecim millia, agentibus Galtero de Castellione & Milone de Noyers capitaneis regis. Deinde contra Hollandinos & Zelandinos procedentes, tria bella ibi gesserunt. In omnibus victores effecti, omnes villas Hollandiæ vsque Dordrecht ceperunt.

Deinde peruagata Picardia & Artesia, Tornacum obsederunt: ad cuius liberationem rex Franciæ venit vsque Peronam cum Carolo comite Valesii, vbi per comitem Sabaudiæ treugas à Flamingis accepit per annum, ea conditione, quod Guido comes de captiuitate liberaretur: & si pax infra annum non fieret, ipse in captiuitatem reuerteretur: sed infra annum pace non interueniente, in captiuitatem reuersus est.

Eodem hoc anno M. CCCIII. Ioannes comes Namurcensis, habens gubernationem totius

totius Flandriæ, moneram percussit maioris valoris quam æquo-iustum erat, consensu quinque villarum, & ipse contra Dominum de Aldenardo Lessinium obsedit cum fratre suo Guidone ac Flamingis per totam Quadragesimam, & in vltima hebdomada Quadragesimæ præfatam villam obtinentes destruxerunt. Multi igitur occisi de parte Ioannis comitis Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ, per Flamingos sub ipso Ioãne comite Namurcensi. Nam Guido comes Flandriæ Guidoni filio suo Namurcensi dicto tradidit ea quæ in Zelandia habebat, quæ Ioannes comes Hannoniæ præripere voluit, habens tutelam Ioannis comitis Hollandiæ & Zelandiæ filii Florentii. Sed iuuenis Guido collecto exercitu cum fratre suo Ioanne Namurcensi post destructionem Lessinii, reputans terram Zelandiæ ad se deuolutam, quam in se parer eius transportauerat, licet cognati essent, bellauere tamen inuicem, & multis vicibus se lacerauere. Videns autem Ioannes Hannoniæ comes, Wulfrandum de Bersalia fauere Guidoni Namurcensi, eum fecit occidi, deinde nobilem iuuenem Ioannem filium Florentii, ex filia regis Angliæ genitum. Cuius debuit ergo esse tutor, factus est interfector. *An. Christi 1303.*

Anno Domini M. CCCIV. Hollandia, quæ tota fere erat Flamingis subiecta, rebellat contra Flamingos, & ipsis iuxta Dordracum bellum inferunt, vbi Flamingi victi sunt. Deinde venerunt in Zelandiam ante Zyvethe, quam Guido de Flandria cum exercitu obsidebat: & nauali commisso prælio, succubuerunt Flamingi, vbi Guido Flandrensis captus est per Admiraldum maris regis Francorum, & regi apud Atrebatum præsentatus, qui misit eum Parisios captiuum. 1304.

Philippus rex Franciæ tertio Flamingos aggreditur, & cum innumerabili multitudine stetit ante Duacum, stantibus Flamingis ex aduerso, qui tota die vsque ad vesperum impetum regis sustinuerunt. Tandem Flamingi inducias petierunt, offerentes ædificare centum capellas pro iis qui Brugis primo occisi fuerunt. Sed rex acceptare noluit.

Wilhelmus ergo Iuliacensis dolens quod illo die nihil actum esset, irruit in Francos. Pugna acerrima committitur. Rex de equo deiicitur. Plamingi postea tentorium eius ingressi, & ipsum interimere credentes, duos iuuenes armis Regalibus insignitos occidunt. Deinde Flamingi præsitis & ardoris angustia pæne deficientes, quidam ad tentorium regis caussa prædæ abierunt, quidam ad flumen properauerunt. Quod videns, & eos dissociatos animaduertens, adunatis suis irruit in Flamingos. Flamingi in fugam versi sunt, & captus est Wilhelmus Iuliacensis, & ibidem à comite de Domna-Martin interficitur: & sic Francis cessit victoria. Flamingi ergo Insulas venerunt, & ibi remanserunt. Rex deinde obsedit Insulas. Ioannes autem Namurcensis iuit in Flandriam, & cunctos Flamingos adunans, infra decem dies tantam multitudinem ante faciem regis adduxit, vt rex Flamingos pluere diceret: habebant autem tentoria de scarlaka rubea.

His diebus mortua est Philippa filia Guidonis comitis Flandriæ, pro qua huiusmodi guerra orta est. Ioannes Dux Brabantiæ ad exercitum Flamingorum venit, suadens eis regis pacem experere: & intermediantibus Principibus pax facta est, ita quod omnes captiui ex vtraque parte liberarentur, & Flamingi soluerent regi summam 800000. libr. arum monetæ currentis, & Flamingi traderent Duacum & Insulas, quousque huiusmodi summa esset soluta, cum castellaniis. Et ita pax facta firmata est, & Guido comes Flandriæ redit, qui post dies paucos plenus dierum mortuus est; cui succedit Robertus primogenitus eius, tunc comes Niuernensis, qui tenuit Flandriam 17. annis.

Anno Domini M. CCCVI. Robertus comes Flandriæ cum rege Franciæ existens, nunc minis, nunc precibus, nunc terroribus sollicitatus, absque suorum consilio Duacum & Insulas regi perpetuo quitat, & ei dat quitantiam suo sigillo sigillatam: vnde postea, sed sero pœnituit, & illas vsque in hodiernum diem rex possidet pacifice & quiete. 1306.

Anno Domini M. CCCVII. Templarii de communi mandato regis Franciæ Philippi Pulchri, consentiente Papa Clemente V. per totum regnum Franciæ capiuntur, puniuntur & comburuntur pro quibusdam detestabilibus articulis, & sceleribus horribilibus, & hæresibus, de quibus accusabantur: sed minime publice confessi sunt. De quibus satis loquuntur Bocassius ad Longum. Erant autem in summa quindecim articuli. 1307.

Primus, Quod non firmiter crederent in Deo: & quando Nouitium recipiebant, non poterat à quoquam sciri; licet bene cognitum fuerit, quod ei habitū tradiderint.

An. Christi 1304. Secundus, Quando Nouitius habitum sumebat, ducebatur statim in cameram obscuram, & ibi abrenuntiabat Domino nostro Iesu Christo, & crucem calcabat pedibus suis.

Tertius, Quod nouiter intrans Ordinem eorum, postquam sic Deum abnegasset, & crucem calcasset, ostendebant ei idolum quoddam, pelum quamdã basinã, politã cui sacrificabant & cultum impendebant: & habebat huiusmodi pelus duo foramina, cauata in modum oculorum, in quib. relucebant duo carbunculi; & istud idolum pro summo Deo colebant. Habebat etiam faciem semibarbatam, & posteriora semibarbata. Huic idolo oportebat nouitium Templarium homagium facere tamquam Deo.

Quartus, Accusabantur, & etiam recognoscebant & confitebantur, quod S. Ludouicus olim rex Franciæ per se & suos (scilicet Templariorum) Fratres traditus fuerit, quando capiebatur à Saracenis: & quod eorum traditione ciuitas Accaron perdita fuerit, & in manus peruenerit paganorum.

Quintus, Quod fœdera & conuentiones haberent cum Sultano Babyloniæ: & quod, si populus CHRISTIANVS transfretasset, traditus fuisset in manus paganorum.

Sextus, Quod thesaurum regis expendissent, & etiam dedissent eis qui erant regi inimici: quod cessit in grauamen regni Franciæ.

Septimus, Accusabantur de vitio Sodomitico.

Octauus, Accusabantur, quod si aliquis in ordine ipsorum moriebatur, corpus eius solebant comburere, & de pulueribus eius dabant in cibo & potu Nouitiis ordinem eorum intrantibus, vt firmius in eorum perfidia radicarentur.

Nonus, Quando aliquis Templariorum habebat infantem natum ex puella virgine, illum infantem natum ex puella virgine illum infantem solebant comburere, & ad ignem coquere, & de pinguedine illius præfato idolo sacrificare.

Decimus, Quod chordulam quamdam siue corrigiam, variis coniurationibus & incantationibus confectam haberent: ita vt quicumque Templarius ea cingeretur, ita in eorum idololatria confirmabatur, quod firmiter in ea vsque ad mortem perseueraret.

Vndecimus, Quod nullum puerum permittebant in Ordine baptizari, *vbi poterant prohibere*, & feminis in naturali vsu abutebantur, & cætera quæ *narratu horribilia* sunt committebant. Super his omnibus accusati, & à Domno Papa Clemente damnati sunt.

De Templariis istis Ioannes Bocatii scribit libro suo de viris illustribus, quod eorum Magnus Magister Iacobus origine Burgundus fuit, ex domo Nilay genitus, illustri satis: sed cum lege Gallica maiori filio natu primæ cessissent dignitates, pauper effectus, vt ad maiora posset extolli, ad Templariorum militiam se contulit. In quo præfectus Prioratui diutissime perseuerans, moriente Magistro, interuentu Principum in Magistrum est sublimatus: actumque est, vt Philippi regis Francorum, cuius filium ex Fonte susceperat, indignationem incurreret, & ob auaritiam arbitratum est, eundem regem non solum in Iacobum, verum in omnem militarem Ordinem conspirasse: quo ventum est, vt permittente Clemente Papa Quinto Templariorum Primates omnes vna & eadem die regis iussu per omne regnum detinerentur, vna cum Iacobo tam ingentis Ordinis Magistro; & inde præsidiis regiis occupata oppida, thesauri, ornatus omni, cum omni supellectili in regiam potestatem redacta. Captiui exinde ducti Parisios, vbi seruatis diu in vinculis, cum eis varia & obscœna oblecta essent, se contrarium probaturos dicebant, si eis iusti iudicis copia daretur. Rex iratus exarsit, iussitque quod extorqueri non poterat blanditiis, tormentis exigeretur. Quibus ingestis, Magistro incassum cum tribus sociis seruatis, ceteri, si in proposito perseuerarent, damnati sunt incendio. Cum palis singuli ligati essent, & ante illos staret ignis, carnifex, quia voce præcona confitenti promissa salus & libertas erat, nemini ex omnibus, amicis flentibus & orantibus persuaderi potuit vt REGI cederet irato, & confessione sua suæ parceret vitæ. Verum cum vnanimes sæpedicta firmarent, cœperunt tortores ignem plantis & vngulis pedum admouere, & inde paulatim ascendendo per omne corpus deducere: sed quanto cruciatu paterentur miseri, voces, imo mugitus in cœlum ostendebant: in quibus se veros CHRISTIANOS, ac sanctissimam suam RELIGIONEM esse & fuisse aiebant: nec vnus à tam constanti proposito

posito potuit seperari, quin ēt omne corpus exuri & consumi vsq; ad exhalationes spi- An. Christi
ritus permisere. Denique Iacobus horum Magister, cum tædio diuturni carceris esset 130.7
attritus, Lugdunum deductus, & exhortationibus variis suasus est, quod ex oppositis
Clementi summo Pontifici aliquid confessus esset; quamobrem retractans, Parisios,
dum coram duobus Legatis à latere & rege sententia legeretur, per quam & sua libe-
ratio, & Ordinis damnatio apparebat, ipse cum socio, qui Delphini Viennæ frater e-
rat, petiit alta voce silentium: qui confessus se mori dignum protestatus est, non quod
vmquam quæ legebantur perpetrasset, verum quod summi Pontificis & regis senten-
tiam vt ea confiteretur in perditionem sui Ordinis præsumpsisset. Hinc in delerionem
10 Ordinis Templariorum sententia subsecuta est, & Iacobus cum fratre Delphini ac
duobus ad supplicium ductus: quod omnes æquo animo, rege adstante, intrepide &
constanter subierunt.

Hic circiter in Brabantia quidam oppidanus caniculam diligebat dum viueret:
quo mortuo, iuxta sepulchrum visi sunt canes magni & nigri, quos dæmones in specie
aiebant. Et ēt iuxta quercū quamdam magnam, dum plures confluerent vt à lan-
uoribus febrium curarentur, languidus quidam, aliquid diuini in ea latere putans cam
venerabatur: sed à dæmonibus raptus nusquam comparuit. Item fuit mulier quæ-
dam, quæ semper in Paraseue stigmata nostri Saluatoris habebat in manibus & pe-
dibus. Item apud Gandauum ex 500. hominibus choreas agentibus, 50. oppressis rui-
20 na, ceteri grauiter vulnerati sunt.

Anno Domini M. CCCXIII. Philippus Francorum rex filios suos Ludouicum 1313.
regem Nauarræ, Philippum comitem Pictauensem, & Carolum comitem Marchiæ
in Ecclesia beatæ Mariæ Parisiis milites facit, & Feria quarta post Pentecosten ipse
rex cum filiis, & rege Angliæ, & Baronibus vtriusque cruce signantur, ad expu-
gnandos Saracenos & inimicos crucis Christi. Postea rex Franciæ solemnem curiam
Parisiis tenuit, in qua omnes Principes sub corona fuerunt, dempto Roberto comite
Flandriæ: vnde rex mirabatur: & habito consilio, eum admonuit de faciendo homa-
gium, data ei libertate eundi & redeundi.

Comes ergo venit Parisios ad regem cum apparatu maximo: quem rex de facien-
30 do homagio requisiuit. Comes intrepide respondit, se non debere facere homagium,
donec villas suas, Duacum & Insulas, reciperet: nam pecunia pro qua impignoratæ
fuerant, plenarie erat, vt aiebat, regi persoluta, quam Ingelrannus de Margny nomine
regis receperat. Et adiunxit comes, quod antequam homagium faceret, aut totam
Flandriam habere velit, aut totam amittere: & insalutato rege in Flandriam abiit, &
congregans exercitum, Insulas obsedit. Tunc rex adunata sua militia, misit fratrem
suum Carolum de Valesia, & alium fratrem Ludouicum, comitem Ebroicensem, &
filium suum primogenitum Ludouicum regem Nauarræ, cum multis aliis. Robertus
autem comes Flandriæ sentiens tam magnum aduentare exercitum, soluta obsidione
transiuit Lisam cum suo exercitu, exercitus autem regis venit Duacum, æstimans bel-
40 lum habere, sed inducīæ per Ingelrannum de MARGNY concessæ sunt in an-
num.

Anno Domini M. CCCXIV. Philippus rex Francorum dum apud Album fon- 1314.
tem aprum venando insequeretur, à suis elongatus, dum hasta crucifera aprum feri-
re putaret, ab ipso apro morsu equo deiectus, & pede in strepa connexus, ab equo diu-
tius per nemus tractus est: & à suis tandem liberatus, ad riuum ductus exsanguis & ex-
enteratus moritur.

Ingelrannus de Margny, gubernator regni, & receptor Regalium, cum rationabi-
le computum reddere non valeret, captus incarceratur in castro de Lupara Parisiis.
Deinde cum consilio vxoris & sororis suæ de morte Principum, scilicet Caroli de Va-
50 lesio & aliis, cum quadam sortilega & quodam Paniota magicis artibus imbuto tra-
ctasset, ductus in templum, & examinatus, suspensus est in patibulo, & Paniota sub
ipso: sortilega combusta: soror & vxor in templo incarceratæ. Alii dicunt hoc esse
factum, quod visus esset loqui cum Roberto comite Flandriæ solus in campo, & quod
pecuniis datis ab eo diuouerit exercitum regis.

Anno Domini M. CCCXV. Ludouicus Francorum rex, qui patri suo, priori an- 1315.
no miserabiliter pereunti successerat, congregans exercitum venit in Flandriam, &
iuxta Cortracum vltra Lisam consedit. Robertus comes Flandriæ congregato exer-
citu Insulas obsedit, sed regis nimium exercitum formidans, intra Lisam se conti-
nuit.

Rex autem propter aquarum inundationem inglorius ad propria reuertitur. wil-

An. Christi 1315. helmus etiam comes Hannoniæ, qui regi Franciæ fauebat, & Flandriam à parte Orientali inuaserat, vbique ignem ponendo, audito regis recessu, ipse etiam recessit.

1316. Anno Domini M. CCC. XVI. Ludouicus rex Francorum apud buscum de Vicennis obiit: qui non haberet hæredem masculum, regnum ad Philippum comitem Pictauensem, fratrem eiusdem Ludouici regis, contradicentibus Carolo de Valesio auunculo suo, & duce Burgundiæ, & aliis multis Principibus: fecitque se REMIS coronari, portis clausis: cuius coronationi nulli aut saltem pauci interfuerant.

Pax inter Philippum regem Francorum nouum, & Robertum comitem Flandriæ. Quia vero communitas non erat contenta, quod in præiudicium cederet terræ Flandriæ, contradixere omnes villæ, nec mora, pro gratia & moderatione conditionum, & pro reformatione pacis communitas Flandriæ ad regem missit, sicque tandem bellum renouatur.

Hoc eodem anno Ludouicus filius Roberti comitis Flandriæ primogenitus in gratiam Philippi regis Franciæ receptus est, & comitatum Niuernensem recepit, qui fuerat tempore bellorum in manibus regis Franciæ, data ei simul filia sua Margareta.

1318. Anno Domini M. CCCXIIX. Ludouicus comes Niuernensis ad curiam regis Francorum citatus non comparens, ad Flamingos se transtulit, & eos contra regem & regnum Franciæ animauit. Sed rex Philippus comitatum Niuernensem, & comitatum de Rereste, qui vxori eius pertinebat, eidem abstulit, & 2000. libras eius vxori pro necessitatibus assi. nat. Postmodum idem comes medio amicorum suorum ad gratiam regis peruenit, rexque omnia ei restituit sub certis conditionibus, quas minime adimpleuit: sed villam de Masieres, ac alias villas & fortalitia muniuit, proponens regi resistere: & iterum in Flandriam venit ad patrem suum Robertum comitem: vnde rex motus, terram suam iterum sarciuit.

Fratres de Monte Dei, qui & Carthusienses, Brugas venerunt, ibidemque cellas suas adiutorio Dei construxerunt, eleemosynis plurimorum adiuti. Post hæc in Flandria, Brabantia & Hollandia dilarati sunt.

1319. Anno Domini M. CCCXIX. Ludouicus d'Eureux, auunculus Philippi regis Francorum moritur, Cardinale Gonzelino, qui in Francia ad faciendam pacem inter regem & Flamingos missus fuerat, celebrante: qui in Flandriam ire non auius, inter duos fratres minores misit: quos Robertus comes Flandriæ in carcerem detrusit. Interim congregatis per comitem Flandriæ comitatibus villarum, Insulas obsidere parabat: sed Gandenses in hoc ei consentire noluerunt, dicentes se habere treugas cum Imperatore: quos comes multa pecunia multauit: quam soluere nolentibus comes omnes exitus præclusit.

Tandem dicto Cardinale in marchas Flandriæ veniente ad colloquium, concordatum est, quod comes Flandriæ cum filiis suis ad regem Parisios deberet venire, & ei homagium facere. Sed comite minime adueniente, sententiam excommunicationis in Flamingos rex à Cardinale fieri expetiit: sed Cardinalis noluit, immo illum annum sub spe pacis, consenciente rege, treugas prolongauit.

Ioannes dux Brabantiæ mortuus est, cui successit filius eius Ioannes III. annis triginta sex.

1320. Anno Domini M. CCCXX. Ludouicus comes Niuernensis (filius Roberti comitis Flandriæ) accusatur quod in patrem suum veniena parasset, & hoc inuidia quorundam nobilium, dicentium eum esse confœderatum regi Franciæ. Apud Borne igitur, dictum Rupelmonde, incarceratur, & Heruerus Confessor illius licet tormentaretur, nihil horum confessus est. Tandem est compulsus iurare comes, quod accusatoribus nil mali vellet inferre, sicque dimissus est Ludouicus, & à rege postmodum captus fuit.

1321. Anno Domini M. CCCXXI. Philippus rex Francorum volens à populo suo exigere quintam partem omnium bonorum quæ possidebant, febre quartana tactus ac fluxu ventris, nullis medicinis curari potuit, sed mortuus est, nullum relinquens hæredem masculum, sed tres filias, quarum prima fuit desponsata Duci BVRGVNDIÆ ODONI, secunda Delphino Viennensi, tertia MARGARETA nomine Ludouico filio Ludouici comitis Niuernensis, ex quo peperit solum filium Ludouicum Inclytum dictum.

Roberti comitis Flandriæ primogenitus Ludouicus comes Niuernensis à captiuitate liberatus venit

venit Parisios vt homagium faceret de comitatu Niuernensi, & ibi infirmitate correptus diem clausit nouissimum, cui successit filius eius Ludouicus, qui filiam regis Philippi olim acceperat vxorem. An. Christi 1321.

Carolus rex Franciæ, huius nominis V. frater Philippi defuncti, Rhenis cum noua regina sua, sorore regis Boëmiæ, coronatur; ad cuius coronationem comes Flandriæ demandatus, præ senectute venire non potuit, sed misit filium suum Robertum, sese humiliter excusando.

Anno M. CC CXXII. Robertus comes Flandriæ circa festum sancti Michaelis plenus dierum moritur, relicto filio Roberto, & tribus filiabus, quarum prima fuit domina de Conciaco, secunda nupta Matthæo filio Ducis Lotharingiæ, tertia domina d'Enghien. Post cuius mortem Ludouicus filius comitis Niuernensis Ludouici nuper defuncti, iuxta formam pacis prolatæ inter regem & Flamingos, comitatum Flandriæ petiit, & Matthæus filius comitis Lotharingiæ, & Robertus iunior, tamquam filius & vnicus hæres patris sui. Quibus omnibus auditis rex diem Parisiis assignat ad Octauam S. Andreæ. Dictus Ludouicus à communitatibus Flandriæ vocatus, & ab eis delectus in Flandriam venit, tamquam comes Flandriæ se gerens in omnibus, homagia & fidelitates recipiens. Super quibus à rege reprehensus, & propterea in castro quodam positus per aliquot dies, comitatum sibi adiudicatum per Pares Franciæ accepit: & inde faciens REGI homagium, comitatum tenuit annis vigintiquatuor. 1322.

Ludouicus comes Flandriæ comitatum Niuernensem ac comitatum de Reteste accepit, recompensata matre sua de certa pecuniæ summa super comitatu Niuernensi pro dote sua.

Hoc tempore Ioannes comes Namurcensis, filius Guidonis comitis Flandriæ, multa per totam Flandriam obtinuit priuilegia; scilicet, iudicandi terras perditas in mari, & per inundationem & alias amissas, & etiam dominium super oras maris in Slusa recepit: vnde dicari fecit polrum iuxta Saestinghen, vulgari nomine Den polder van Namen: & continebat plus quam 1700. miliaria terrarū. Ista aūt priuilegia obtinuit à Ludouico comite Flandriæ: qui cum iuuenis esset, simul quoque liberalis erat. Hanc vero donationem propter multas rationabiles causas Brugenses petebant reuocari: sed cum id non fieret, quinimo dictus comes Namurcensis ipsam donationē corpore defenderet, & ad hoc armata manu Sluſam custodiret, & Brugenses adunati aduersus eum in armis venerunt, cum quibus venit Ludouicus comes Flandriæ ad faciendum pacem: sed cum comes Namurcensis aliquos ex Brugensibus occidisset, ipsi grauiter cum inuadentes, multis occisis, eum ceperunt captiuum, & villam de Sluſa deleuerunt, & comitem Namurcensem secum captiuum duxerunt, nec potuit liberari, quousque donationem reuocaret. Sed tandem medio Ioannis de Spina clam liberatur. Ludouicus autem comes Flandriæ cum Abbate Vigiliacensi recessit in comitatum Niuernensem. Perierunt autem in isto conflictu dominus Florentius de Borsalia, Simon Brughdam, Ioannes Bernage, & alii viginti.

Anno Domini M. CC CXXIV. Populares territorii de Brugis & de Vrien aduersus Magnates, Scabinos & curatores nimias summas exigentes insurgunt; dicebāt enim, maiorem summam leuatam esse quam comiti esset promissa. Dicebant etiam, non æqualiter secundum quantitatem diuitiarum, sed pro voluntate imponentium impositam: nec potuit hunc tumultum Dominis de Aspero monte sedare. Qua propter comes cum Abbate Vigiliacensi ad Flandriam redit, pacem talem qualem componit, quod videlicet omnes coniurationes cessarent, nec amodo talia attentarent, & quod quidquid forte factum fuerat occidendo, destruendo, inobediendo, coniurando, cōspirando, indulgeretur. Hac ergo pace facta, & iurata, comes cum dicto Abbate Consiliario suo recessit à Flandria, dominum de Axella Gubernatorem relinquens. Quo ad comitatum Niuernensem abeunte, illi de Noort-Vrien, quorum Capitaneus fuit Sigerus Ioannis & Lambertus Bouin, cum dixissent, non bonum esse, nobiles inter ipsos habere mansiones, & pace iurata non obstante, denuo mansiones nobilium frangere, bona ipsorum rapere, ac grauiter personis eorum aduersari cæperunt. Tunc plura castella in terra de Vrien deiecta sunt. 1324.

Accuratior autem horum motuum descriptio, atque ab ipso fonte repetitio, sic se habet. Comes Ludouicus plura priuilegia Corracensibus dedit, sicut & Yprensibus, super præparatione pannorum, & bonorum illegitime natorum. Item Brugis stapulam concessit omnium rerum quæ apud SLVSAM applicarentur ex quacunque

An. Christi 1324. patria: sed hoc non sufficiebat Brugensibus: quinimo cum Francis rebellionem contra comitis officiarios inchoabant, dicentes plus collegisse quam taxatio indicta esset. Ludouicus comes Flandriæ audita rebellione, cum Abbate Vigiliacensi descendit à patria Niuernensi in Flandriam, & accepta summa 66000. librarum, omnes in gratiam admisit, tam Brugenses quam illos de Franco. Sed impunita temeritas audaciam illis rebellandi contulit. Nam Sigerus Ioannis Capitaneus de Noort Vrie ex vna parte, & Lambertus Bouin ex altera, considerantes, non esse bonum nobiles habere fortes mansiones, ne forte memores postea insurgerent eis, cæperunt adiutorio populariū destruere illas. Quo audito, rediit comes, Parisiis relicto Abbate præfato Consiliario suo, gtaues inferens minas his qui contra pacem præsumperant. Fuerunt cum eo Ioannes comes Namurcensis, Robertus Flandrensis Dominus de Casteto, auunculi sui: Dominus quoque de Nigella: quos contempserunt populares, & appositerunt incendia, præsumentes occidere quotquot nobilium reperire poterant. Comes autem Ludouicus non ausus est exire Gandauum, licet ad eum lente cum tædio nobiles aduolarent. Comes munitiones in Ardenborgh & Ghistella ponit. Gandenses, qui comiti fauebant, domos popularium incendunt, quotquot popularium inuenerunt, occidunt, captiuos ducunt, decollantur, rotantur, atque variis supplicijs afficiuntur. Quod cum populares viderent, Lambertus Bouin cum suis Ardenborgh ob-
1325. sedit, & cepit eam in multo suorum sanguine.

Hinc aggressus est illos de Ghistella Sigerus Ioannis, &, prodente vulgo, maiores occidit vsque ad quindecim, & tot idem vulneravit: quidam fugerunt, quorum capitaneus Iacobus de Brugis captiuus ductus est Brugas. Tunc Nicolaus Sannekin, de territorio Furnensi expulsus, effectus ciuis Brugensis, præfato Sigero Ioannis se sociauit atque coniunxit, subiugare volens Westflandriam; & pariter cum popularibus venerunt ad Nouumportum, vbi Robertus auunculus comitis dominabatur: quibus intromissis præstiterunt ciues, licet inuiti, assistentiam, & processerunt Furnos; vbi nulla data resistentia, benigne recepti sunt, eo quod populares eiectum Nicolaum dolerent, ideo iam potentem adiuuare & confortare cœperunt. Audiens Robertus Flandrensis, de Casteto Brugas venit ad resistendum popularibus, vt vel sic deleret maculam, de qua fuit coram Ludouico comite suspectus habitus. Præfati igitur capitanei cum suis popularibus ad subiugandam Westflandriam approximantes villæ de Dunkerka, partiti sunt copias suas in tres acies, in arena pedetentim procedentes. In prima fuit Sigerus Ioannis cum illis de westurie: in secunda Nicolaus cum Furnensibus: in tertia populares de Nouoportu cum suo capitaneo. Sciens hæc Robertus, de Brugis venit cum paucis nobilibus & popularibus suis aduersus tantam multitudinem, præmissis exploratoribus equitibus, qui sex de vulgo iuxta Soutcote occiderunt, & reuersi nullatenus occurrendum comiluerunt, & intutum per frænum retorquendo fecerunt Robertum Brugas reuerti, eum quod ruricis non esset confidendū. Qui vt retrocedere prospexissent eū, sese volūtarie Capitaneis præfatis iuramento adstrinxerunt vniuersi de Westflandria. Deinde capitaneis ordinatis per illos de Brugis, Sigerus Ioannis breui dierum spatio subiugat sibi Thoraltum, Rosslarium, Cortracum, & omnia circumquaque. Nicolaus Zannekin in Casteto & Balliolo custodibus ordinatis, & iuramentis fidelitatis acceptis, proposuit Yprenses expugnare, qui fortiter cum suo comite persistere acresistere conabantur.

Eodem tempore Walterus Raggher capitaneus de Oostburie cum quingentis viris terram quatuor officiorum sub dominio Gandensi existentem inuadere cœpit, venitque vsque Assenedam manu valida, vbi modico pausam tenuit, expectans si Gandenses eum inuaderent: erat enim comes Gandaui: & plures præsumptionem & atrocitatem illius viri nolentes sufferre, querelam ad comitem deferebant. Qui cum Gandensibus exiens, circa crepusculum noctis, ordinatis aciebus, peruenit vsque Assenede: sed propter tenebras noctis aliquibus occisis fugit à loco Crastino comes cum suis ad liberandum villam de Ardenborgh dispositi, sed non perfecit iter suum, aliquibus pusillanimis, non dico peditionibus, facientibus retrocedere comitem & Gandenses pro pace habenda: de qua licet tractatum esset, non tamē debuit dici pax, eo quod
1326. non duravit rumor iste. Procurantibus igitur quibusdam hoc modo pacem, quod omnia fore facta contra dictum comitem, occidendo, destruendo, spoliando, qualitercumque fuerit factum contra eundē, vel Scabinos ac nobiles, emendaretur ad decretum duarū villarū, Gandaui & Brugarū, ac dñi Roberti de Flādria, salua vita cuiuslibet mēbris, & patria. Quo cō, pmisso, & vtrimq; sigillato, retraxere se populares, & paulisp quieuere, donec intermedio tēpore parbitros de forefactis inquirer, vt emēdare sin-

gula.

gula. Facto quoq; homicidio supra mare, populares cum eorum eliosis verbis insequebatur vt obtinerent illos Nobiles qui perpetrauerant, dicentes in grauamen comitatus esse, & quærebant vt ad voluntatem popularium corrigerentur. Die igitur assignata in Monasterio de Duris, vt absque armis pacifice conuenirent, cum in tanta multitudine populares cum suis Capitaneis Sigero Ioannis & Nicolao Zannekin venirent, arbitri vel deputati non audebant comparere. Videbatur enim, quod communitas iterum insaniret. Audita congregatione popularium, comes acceptis secum 400. Nobilibus, iter de Ypris versus Cortracum accepit, vt passum illum sibi seruaret, quo præmiserant iam Brugenses sex viros vt locum illū occuparent pro popularib. ac Bragensibus: qui capti per comitem custodiæ mancipati sunt, ciuibus sub iuramento & fide receptis, & cum comite suo viuere & mori volentibus; quod aliter euenit. Audientes enim Brugenses, captiuos factos esse homines quos præmiserant, instructis illico 5000. hominum, direxerunt eos ad liberandum illos de captiuitate, vel ad villam accipiendam. Comes Ludouicus eorum aduentu percepto, de suorum consilio partem villæ non firmatam vltra Lisam ab Aquilone comburi fecit, reliquam partem adiutorio Lisæ ac pontis ad resistendum contra Brugenses muniuit, consentientibus ciuibus: sed appositum ignem ab Aquilone ventus validus agitare cæpit in domos ciuium: qui mox indignati, moueri cœperunt in comitem, equo insidentem ad exeundum, & proponentem captiuos abducere. Quod vt viderunt ciues, armorum congressu mox itruerunt in homines comitis: nec solum viri, sed & mulieres equos & milites armatos trucidabant, clamore valido, sonituq; campanæ. Captus est ibi comes, & cum eo sex milites, Ioanne comite Namurcense versus Insulensem portam euadente, aliquantum licet esset vulneratus. Hoc facto aduenit exercitus Brugensis, quibus comes statim traditus est captiuus, qui eum equo paruo imponentes, fecerunt eum duci Brugas, vt ibi firmiter & strictissime detineretur; sex vero milites cum eo capti statim à populo frastatim lacerati sunt. His ita actis, Nicolaus Zandekin iuit contra Yprenses; ipsi vero Yprenses extra Flandriam fugerunt, reliqui ipsum Nicolaum receperunt, & iurauerunt, ac portas deposuerunt, ac suburbia suffossatis muniuerant. Post hæc Flandrenses Robertum Flandrensem vocâtes, qui in basco de Nyepa erat, Gardienum Flandriæ ipsum constituerunt, vt per eum Flandria, consilio tamen Brugensium, gubernaretur. Rex Franciæ solemnes Legatos misit ad Flandriam pro liberatione comitis; sed nihil profecerunt: sed parabant populares exercitum contra Gandenses. Gandenses vero nullo modo cum aliis iurare voluerunt, donec primo comes à captiuitate liberaretur; sed Brugenses nolebant aliquem tractatum facere, quousque totam sibi Flandriam subiugassent: veneruntque Brugenses contra Audenardum: contra quos Gandenses eum 20000. electorum virorum procedentes, primo aliquos Brugenses occiderunt: deinde Brugenses fortiter resistentes, wilhelmum de wenemeer, Capiraneum Gandensem occiderunt cum multis aliis: & ceciderunt ex vtraque parte multi, reliqui autem Gandensium fugerunt. Postea iterum in populares impetum fecerunt Gandenses sub Hectore Bilayn, & ipsos populares plurimum humiliauerunt, duobus eorum Capitaneis, videlicet walter o Raggher & wandel Bubel occis. Tunc populares pauidi, de liberatione comitis tractare cœperunt: quæ Brugenses ad vocem populi tunc soluerunt. Comes autem promissa impunitate popularibus, & indulgens eis quæ in ipsum acta fuerant, à captiuitate solutus venit Gandauum & inde ad Regem Parisios. *An. Christi 1326.*

Anno Domini MCCC. XXVII. Pax inter Regem Franciæ & Flamingos facta est, ita vt interdictum terræ relaxaretur: sed inter Flamingos non bene potuit fieri. Continebat autem pax, vt omnes banniti per legem, perpetuo banniti manerent, & alii banniti non per legem, sed per tumultum electi reuerterentur pacifice ad bona sua in eo statu quo inuenirent ea, siue combusta siue desolata essent: quodq; omnes Capitanei essent amouendi. Sed communitates noluerunt bannitos de Gandauo à se repellere, nec electos per tumultum ad bona sua reuerti permittere, nec Capitaneos ab officio remouere, pace prædicta iurata, & à Papa confirmata non obstante & comite ipsos ad pacem tenendam frequentibus Parlamentis & per multos nuntios alliciente: sed denuo intumescere cœperunt. *1327.*

Anno Domini MCCC. XXVIII. Philippus Rex Francorum Rhemis coronatur, innumerabili Nobilium multitudine sibi assistente, inter quos fuit comes Flandriæ cum 85. militibus, consimilibus vestibus indutis; & quia nondum miles erat Rex fecit eum militem Sabbato ante Trinitatum, vt in crastino faceret officium suum coram Rege in coronatione sua, ensem sibi cingendo, & coram ipso portando, quod & fecit. Postquã autem coronatus est Rex, cõquestus est comes de rebellione communitatum suarum, *1328.*

An. Christi 1328. supplicando vt sibi Rex ferret auxilium. Rex vero consilium Baronum expetiit: quib. visum est, vt Rex exercitum illuc mitteret, sed ipse personaliter cum Comite voluit procedere: iussitq; exercitum suum apud Atrebatum conuenire, sed prius Flamingos omnes excommunicari, propter Gandenses & Audeuardenses, qui Comiti fauebant, diuinumq; officium per totam Flandriam per dimidium annum cessauit: nec sic communitates à malitia sua conuersæ sunt, omnes insuper mercatores, diuites, & Nobiles à patria recesserunt: Brugenses ac illi de Vrie in sua malitia persistebant: Nicolaum Abbatem de Dunis, licet ficte, cum litteris supplicibus & humilibus ad Regem miserunt, numquam tamen pacem facere, sed in suis Dominiis & honoribus permanere cupiebant. Rex itaq; collecto exercitu copiosissimo, cum quo erat Rex Nauarræ nepos eius, cum 28. Ducibus, Principibus & Comitibus, fecit & ordinauit decem acies, in quarum media, scilicet in quinta, erat Rex armatus, & ante ipsum quatuor vexilla ceteris altius eleuata, in quorum medio eminebat Oliflamma Regis. His aciebus ordinatis, collocatæ sunt circa montem de Casleto, vbi erant communitates cum Capitaneis suis: qui in derisionem Regis fecerunt gallum de ligno, ipsum depingentes, & dixerunt. Quando iste gallus cantabit, Rex huc intrabit. & posuerunt illum in eminentiore loco montis. Paulauit autem exercitus vterq; Regis & Flamingorum, tribus diebus ibidem, & in Vigilia S. Bartholomæi commissum est prælium, incipientibus bidaldis & balistariis Regis, quos Flamingi vsq; ad meridiem virilit r fustinuerunt: deinde Flamingi facto impetu maximo descenderunt de monte, & fugatis balistariis & bidaldis Regis, ipsisque occisis, ad tentoria Regis venerunt, in quibus Rex somnum meridianum inermis agebat. Audito itaq; Flamingorum descensu, armatus equo insilit quem secuti omnes Barones & exercitus, & Flamingos vndiq; conclusos infestabant: qui necessitate coacti, viriliter se defendebant, & multos equos ac Nobiles occiderunt. Deinde in modum globi seu coronæ se ponentes, mirabiliter se defendebant, de nec quidã ex parte Regis docti ad prælium viam eis fugiendi ad montem aperuerunt: & sic populares Flamingi in fugam versi à sua furia humiliati sunt. Rex a victoriosus ad sarcinas rediens, multos Flamingos inuenit veniam petentes: quibus omnibus Rex misericordiam benigniter impendit, & in crastino dimisit eos: iussitq; vt omnes se suæ misericordiæ submittere volentes reciperentur. Post hanc victoriam processit Rex versus Ypras; Yprenses a. Regis voluntati sine conditione se submiserunt, & similiter Brugenses, acilli de Francoiac in breui spacio Rege prope Ypram tenente, tota Flandria Regi tamquam superiori, & Comiti se submisit: & ad istud obseruandum tam Rex quam Comes obsides recepit. quibus receptis, & rebellibus occisis, vel ejectis à patria, Rex cum palma ad Franciam reuertebatur. Comes remansit ibidem, vt ordinationes in terra faceret. Tunc Lambertus Bouin, Ioannes de Duizelle, & Gosuinus de Hondighem totantur; Sigerus Ioannis, qui in Zelandiam fugerat cum 200 fugitiuis, rediit in Ostende, volens a dhuc rebellare: qui per Balliuum Brugensem in Oudenborgh super quemdam pontem captus est, cum aliis viginti & Brugas adductus, ex præcepto comitis super currum ductus per compita villæ Brugensis, membratim ferro candenti dilaniatus est. Deinde tractus ad patibulum, fractis cruribus & membris decapitatus fuit, & positus super rotam, atq; suspensus cum eadem rota ad nouum patibulum miræ altitudinis cum suis consortibus.

Postea Rex Franciæ ad S. Dionysium venit, atq; ei obtulit oliflammam suam qua cõtra Flamingos vsus fuerat. Deinde apud Carnotum obtulit B. Mariæ ibidem equum & arma, quibus indutus fuerat in bello Casletensi.

1329. Anno Domini MCCC.XXIX. Inter Robertum de Artesia & Mathildem Comitissam Artesiæ super iure dicti Comitatus grauis fuit altercatio. tandem tamen iudicio Regis Franciæ adiudicatus est Mathildi.

1331. Anno Domini MCCC.XXXI. Cum Wilhelmus Comes Hannoniæ & Hollandiæ desponsare vellet quartam filiam suam filio Ioannis Ducis Brabantiæ, Philippus Rex Franciæ conuocatis Rege Boemiæ & Duce Brabantiæ, Domino Ioanne de Hannonia, & Episcopo Leodiense, apud Compendium suasit Duci Brabantiæ, vt potius acciperet filio suo filiam ipsius Regis, quam filiam dicti Comitis Hannoniæ: quod & fecit. Vnde Comes indignatus contra Regem, ab eius curia discessit, & quanrum potuit Regi Franciæ nocuit, & Regi Angliæ contra Francos adiunctus est. In huiusmodi nuptiis Rex solemnem curiam habuit, vbi Ioannem filium suum, Ducem Normanniæ, Rex militem fecit: tantumq; Rex egit cum Duce Brabantiæ, vt ipsum Robertum de se abiiceret: qui abiectus fecessit vsq; Namurcum, deinde in Angliam transfretauit: insuper & vxor eius accusata est, quod esset culpabilior marito suo.

Anno

Anno Domini M.CCC.XXXIII. Ludouicus Comes Flandriæ emit oppidum Machliniæ à Capitulo Leodiensi: vnde statim guerra inter Comitem Flandriæ & suos, ad Ducem Brabantiæ surrexit, pluribus vnicuique parti fauentibus. An. Christi 1333.

Cum ergo Dux Brabantiæ Ioannes oras suas aduersus inimicos tueri disponeret, Theodoricus de Walecourt significat eidem, quod comes Flandriæ Ludouicus apud Lennek misisset exercitum, Dux Ioannes nepotem suum, filium Ducis Barensis misit Bruxellam, qui omnes Flamingos in fugam conuertit, multis captiuis acceptis & in Bruxellas ductis. Sed comes Flandriæ parauit in vindictam alium exercitum vna cum comite Namurcensi, verum ad bellum res non venit: quia Wilhelmus comes Hollandiæ fuit electus arbiter, & quidquid ille determinaret, iurauerunt partes obseruare. Wilhemus igitur dixit contra votum suum: Heusden pro me, & Mechlinia & Antuerpia erunt comitis Flandriæ, vnde noua iterum bella. Sed tandem absque pugna Rex Franciæ pacem fecit inter eos.

His temporibus Wilhelmus de Dunenborde cum Hollandinis & Zelandinis contra Episcopum Traiectensem venit: sed per arbitros res finem accepit, ita quod Traiectensis cum aliquantis hominibus in necessitate Comiti Hollandiæ militare deberent.

In Hollandia quædam domina deuota, Katarina nomine, quindecim annis sola Communione sancta & modico vino, postea modico lacte dicitur vixisse.

Apud Steenberghen erat quædam mulier communibus orta parentibus, gigantea magnitudinis & fortitudinis, facie torta, ceteris membris satis bene ornata; cui de 12. vlnis panni vix potuit fieri breue par vestimentorum. Vocabatur communi nomine T'groote wyf van Steenberghen.

Anno Domini MCCC.XXXVI. Ludouicus de Bauaria, qui se pro Imperatore gerebat, multos comites Duces fecit: inter quos comes Gelriæ Dux in perpetuum factus est. 1336.

Anno Domini MCCC.XXXVII. Rex Angliæ intrat in Gasconiam vt bellum cum Francis inciperet: similiter mittit in Flandriam ad associandum sibi Flamingos. Quo cognito, Comes, qui tunc cum Rege Franciæ tenebat, congregato Brugis Parlamento & consilio suo, capi fecit quemdam militem, Dominum Sigerum Cortrosim: pro quo Gandenses commoti contra Comitem, iurauerunt quod numquam cum comite tractarent, nec ei obedirent, donec eum liberum acciperent. Sed comes ex præcepto Regis Franciæ fecit eum decollari. 1337.

Imponebatur enim ei, quod pecuniam à Rege Angliæ accepisset, vt eum iuuaret contra Regem Franciæ. Gandenses hoc audito, contra comitem conspirarunt: & exeuntes cum Capitaneo suo Iacobo de Artenelle, venerunt Brugas. Venit & comes Brugas. Sed Brugenses venerunt armati ad forum contra comitem, & commissa pugna, comes cum sua nobili comitiua vsque ad hospitium suum retrocedere coactus est, & deinde vsque Male. Post hæc Rex Angliæ misit exercitum in Flandriam, & applicuerunt in Cassant & Scluisam: contra quos comes processit cum exercitu, & commissa pugna, Anglicis cessit victoria.

Rex autem Franciæ his auditis, misit ad Flandriam solemnes nuntios, qui præsentarent Flamingis Insulas, Duacum, & alias villas, si sibi velint adhærere. Sed Flamingi hoc contemnentes, pro lana & mercantiis potius Regi Angliæ adhæserunt. Vnde Gandenses & Brugenses totam Flandriam obtinentes, Regi Angliæ adhæserunt, & eidem iurauerunt in manibus nuntiorum suorum: & sic nuntii læti ad Angliam redierunt. Comes venit Gandauum, si quo modo posset attrahere Gandenses ad Regem Franciæ: sed Gandenses comitem tenuerunt, & in custodia publica posuerunt, eique caputium vestituræ communitatis, in signum quod cum eis sentiret, in caput posuerunt. Qui hoc per dies sex sustinebat. Vna autem die inuitauit comes ad solemne prandium Optimates villæ, ac domicellas ac matronas. Et cum Missam audisset, & parata essent omnia, finxit ire cum canibus & falconibus venatum: & cum in campos venisset, velocitate equorum aufugit, & abiit in Franciam, quem Rex Franciæ lætus recepit, & sententiam excommunicationis in Flamingos per Episcopum Siluanectensem auctoritate Papæ ferri fecit.

Eodem anno Vilhelmus comes Hannoniæ & Hollandiæ obiit, cui successit Vilhelmus filius eius, qui fecit homagium Ludouico Imp. & Regi Angliæ adhæsit, & accepit Ioannam filiam Ducis Brabantiæ.

Anno

An. Christi 1338. Anno Domini MCCC.XXXVIII. Eduardus Rex Angliæ confœderatione facta cum Principibus Alemanniæ, Brabantinis, Flamingis, Hollandinis, & aliis multis, cum magno nauigio transmeans, in portu Antuerpiensi cum Regina sua applicuit, & in Monasterio S. Michaelis hospitatus est, vbi Regina grauida filium peperit. Inde in Alemanniam transiens, ab Imp. Ludouico de Bauaria honorifice susceptus est, & Vicarius Imperii constitutus, & hyemauit ibidem, & Regina eius in Antuerpia. Rex autem Franciæ his auditis, congregauit & ipse exercitum valde magnum, & maiorem quam vmquam aliquis Rex Francorum legitur collegisse: sed cum nulla noua de aduentu Regis Angliæ ad Franciam audiret: exercitum dissoluens, dispersis illum ad Regni finitima, ad passus & aditus seruandos, & ipse Parisios tediit. Francicum Normannis vltramare sociati, duas naues magnas Regis Angliæ, bonis innumerabilibus onustas ceperunt, mille fere Anglicis ibidem interfectis, & pluribus ex Francis.

1339. Anno Domini MCCC.XXXIX. In Gasconia Franci Buerc & Blamefortia castra ceperunt, vbi Dominus de Chaumont, & frater Domini de Lambroet, & plures Nobiles capti sunt. Anglici villam de Tresport comiti d'Eu pertinentem combusserunt vna cū Abbatia adiūcta. Eduardus Rex Angliæ in Franciam cum maxima multitudine intrās per Tarasciam, qua pro maxima parte vastata, Cameracum cbsedit. Cui Rex Franciæ cum exercitu etiam copioso venit obuiam, & venit vsq; ad locū qui dicitur Bones fosse: vbi nolens amplius differre pugnam, armauit se; sed quidā Principes eius dixerunt ei, non esse tempus aptum pugnæ, eo quod esset dies Veneris, & nec ipsi nec equi eorum erant bene refocillati. Quibus de causis Rex persuasus, eo die pugnam distulit, ad quā postea commode non potuit peruenire. Vnde Rex in tātum ex hoc turbatus est, vt exercitum dissoluens in Franciam inefficax rediret. Rex a. Angliæ vastata Tarascia & comitatu Cameracensi, videns quod deuastata terra victualia exercitui de facili possent deficere, & quia congressum cum Rege Franciæ habere non posset, retraxit se, & tandem multis hinc inde cladibus illatis per Hannoniam venit in Flandriam: vbi cum stetisset aliquot dieb. Principib. singulis sibi confœderatis, ad propria ei lapsis, in Anglia transfretauit, promisso reditu suo Flamingis. Et cū in Anglia venisset, misit comitem de Salisberi cum exercitu in Flandriam: qui Gandauum veniens, fidelitates Flamingorum recepit Rex a. Franciæ fecit cōgregari omnes naues ab Hispania vsq; in Flandriā, illasq; armis & victualib. onustas misit in portum de Sluis, ad custodiendum transitum, atq; in impedimentum Regis Angliæ in Flandriam. Tunc Franci cœperunt currere in Hannoniam, & illam vastare, & Wilhelmus comes Hannoniæ similiter Cameracum impetere: sed & Tornacenses vsq; ad Audenardum in Flandriam venerūt, & multis acceptis spoliis ad propria redierunt. Rex etiam Angliæ comitatum Bolonię vastabat.

1340. Anno Domini MCCC.XL. Rex Franciæ Flamingos per Papam excommunicari fecit, & cessat Clerus à diuinis. Comes Salisberie & alii quos Rex Angliæ cum Flandrensibus dimiserat, congregato exercitu, cepit Armentieres, & concremauit. Deinde venit ad inuadendas & oblidendas Insulas, & venit ad Montem de Margareta, vbi dum pausasset cum exercitu, venit ante Insulas. Dominus a. de Robays cum Francis in Insulis existentib. latenter villam exiuit, & illū cū exercitu suo cinxit inter Montē de Margareta & villā: & irruens Dominus de Robays in Anglicos & Flamingos, multos ex eis occidit. Ibi comes Salisberie, comes de Soffoc, & Guilelimus de Montagu capti sunt, & ad Regem Franciæ missi. Rex a. Franciæ venit Attrebatum cū omni potentia sua & misit Ioannē Ducem Normanniæ versus Hannoniā, ac castrum de Staudeure obsedit, & cepit. Tunc Rex illuc venit pētsonaliter & destructo dicto castello Staudeure, aliud castrum, quod Chim dicitur, obsedit. Ioannnes a. Dux Brabantiæ & Dux Gelriæ cū multitudine Flamingorum venerunt in succursum obsessorum, eratq; Scaldis inter vtrumq; exercitum. Capitaneus a. de Chim videns castrum conquassatum, nec diu posse tenere iacepta naui, & omni supellectili, transiuit ad Flamingos, & castrum igne succendit: & sic Dux Brabantiæ & Dux Ghelriæ cum Flamingis recesserunt. Rex v. Franciæ misso Duce Normanniæ & Duce Burgundiæ, in Franciam remeauit. Interim Rex Angliæ cum magno exercitu, & maximo apparatu nauium venit in Sluisam, vbi erant nauigia Regis Franciæ portum seruantia: & commissum est prælium, in quo omnes Franci perierunt, & omnia nauigia Franciæ capta sunt: sed & duæ naues Angliæ, à Francis alias captæ, recuperatæ sunt: ibiq; Hugo Kieret & Nicolaus Buschet Capitanei nauium in malis suspensi sunt. Rex a. Angliæ, accepto portu, non descendit, donec de vulnere, quod in femore acceperat, curaretur: Robertus a. de Artoys & alii descenderunt. Curato Rege, venit pedes in Ardenburgh, deinde Brugas, & de Brugis Gandauum: vbi conuocatis & auxiliariis & cōfœderatis, exercitū suum in duo diuisit. Vnam misit contra Tornacum, in vin-

In vindictam illius quod Gotmarus de Fay Capitaneus Tornacensis fecerat in Flandria. Alterũ misit versus S. Audomarum cum Roberto d'Artoys. Rex a. Franciæ his auditis venit apud Lons in Artesia, & Ducem Normanniæ versus Hannoniam, Comitem v. de Foys, Comitẽ d'Eu Connestabularium Franciæ, & alios, misit in Tornacum: Ducem v. Burgundiæ, ad quem spectabat Comitatus Artesiæ, & comitem de Armentieres misit ad S. Audomarum; & conserta pugna multi & vtraq; parte occisi sunt, ita vt vix, Dux Burgundiæ euaserit. Tandem fugientibus Flamingis, Robertus d'Artoys à cæde rediens ad sarcinas, neminem inuenit; & sic in Castetum redire coactus est: vbi vix improperiis receptus, rediit ad Regem Angliæ, qui Tornacum obsidebat, & villã multum opprimebat. Tunc Tornacenses scripserunt ad Regẽ vt accelleraret Rex a. Angliæ misit litteras diffidentiæ Regi Franciæ, ei singulare certũ offerens, aut centũ contra centum, aut potentiam contra potentiam. Cui Rex respondit nihil horum acceptando, sed duntaxat, quod eum extra Regnum suum in manu potenti expellere veller. Venit a. Rex Franciæ ad pontes de Bouines, tribus leucis à Tornaco, Reginaldus de Valckenburg cum suis versus * in Pulia prædas agebat: quib. Episcopus Leodiensis factus obuiam, qui pro Rege Franciæ erat: cõmisso; prælio, succubuerunt Hannonienses & Anglici, & quadringenti occisi sunt. Alia die versus eam dem partẽ processerunt Marchio Brandenburgensis, & Comes Iuliacensis: contra quos iuerunt Carolus de Memorenci, & frater eius, & Willebandus, & plures alii Franci: & 60. occisis, capti sunt Carolus prædictus, frater eius, & Willebrandus de Trye. Altera quoq; vice Senescallus Hannoniæ & Senescallus Lendoniæ Ioannes de Beaumont, & multi alii ab obsidione sequestrati, iuerunt versus pontes de Bouines, cũ decem millib. & addimidia: cucam de exercitu Regis venientes, Episcopus Leodienses luit eis obuiam, & comissa pugna victi sunt Leodienses, & Episcopus captus: sed superueniente Ludouico Sabaudiæ, iterum restauratur pugna, & superati sunt Anglici, ibiq; Senescalcus Londoniæ cũ 40. viris mansit. Interim Comitissa Hannoniæ, mater wilhelmi, soror Regis Franciæ, & Sanctimonialis apud Fontanellas, tantum laborauit, vt de pace tractaretur: ordinatisq; ex vtraq; parte deputatis, ẽt Flamingis inclusis, tantum tractatum est, quod treugæ vsq; ad Festum S. Ioan. Bapt. anni sequentis ab vtraq; parte concessæ fuerint, & quod Rex Franciæ Gasconiam restitueret Eduardo Regi Angliæ, ac Aquitaniam, ac Comitatum Pictauensem, atq; quitaret in ea forma, qua pater eius Eduardus à Philippo Pulchro olim Rege Franciæ tenebat. Flamingis a. hæc erat conditio, quod ab interdicto patria solueretur, & ab omni excommunicationis vinculo, & ab omnib. submissionib. dudum factis, & ab omnib. pecuniarum sumis Regi Franciæ debitis & arreragiis earumdẽ essent quiti: liberi, & absoluti, originaliaq; obligationum, submissionum & bullarum, per quas excommunicari poterant, & per quas exigi poterat in futurum, fuerunt eis intra quindenam delata & reddita, & si quid fore fecerant contra Regem Franciæ vel comitem, fuit eis indultum. His ergo trengis firmatis, ac datis obsidib. Rex Franciæ in Franciam reuersus est: Rex v. Angliæ post obsidionem villæ Tornacensis 13. mensib. & discendentib. Principib auxiliariis, venit ipse Gandauum: eoq; ibi existente, venit Comes Flandriæ ibidem, & honore multo se inuicem prænuenientes, dedit Comes Regi sollemnia prandia, ac post paucos dies Rex præparato nauigio in Angliam transfretauit. Comes a. paucis dieb. ibi commoratus, videns quod Flandrenses plus obedirent Capitaneis suis, præcipue Iacobo de Arteuelde, quam sibi, & quod Regi Angliæ confœderati fuerint, recessit, & ad Regem Franciæ abiit.

An. Christi 1340.

*Nescio quid in Anglico pro hoc verbo, vel mutilegerim.

Anno Domini MCCC. XLV. Gascones & Burdegalenses treugus datas infirmare cæperunt, & insultus super Francos fecerunt. Circa festum S. Ioannis misit Rex Angliæ ad Papam nuntios, dicens, Regem Franciæ treugas fregisse, & quod propterea cũ velit impugnare, mittens ẽt litteras diffidentiæ, quas Papa misit ad Regem Franciæ. Interim Rex Angliæ collectu exercitu venit ad portũ Slusæ, sperãs ꝑ se habere Flamingos. Tũc a. Gandenses inter se guerrã habebant, maxime textores & fullones, eo q; fullones volebant habere à textorib. quatuor grossos vltra solitũ: & congregati sunt oẽs artifices supra forum, & ꝑ ualuerunt textores contra alios, & fere quinquentos occiderunt. Tunc ducebat textores Gerardus Dionysii, cui se sociauit Iacobus d'Arteuelde. Qui audito aduentu Regis Angliæ, iuit ad eum: cui Rex dixit, vt per suaderet Flamingis, vt se (Regem puta) acciperent in dominum, aut filium suum in Gubernatorem Iacobus ergo idem Gandauum rediens, persuasit plebi, cuius quædam assensit, pars dissensit. Tunc Iacobus suasit eis vt haberent bonum consilium, & ad Regem rediit, à qua impetrauit 500. armatos, quos in custodiam sui in domo sua absconditi, vt si præfatus Dionysii non vellet consentire, eum tunc interficeret. Hæc autem omnia dicta sunt dicto Dionysii, qui statim omnes textores, & fere omnes ciues ad arma commouit, & obsessa

1345.

An. Christi domo Iacobi d' Artenelde eum occidit, & plures & Anglicis, reliqui ad Regem Angliæ
1345. reuersi sunt: quibus Rex auditis in Angliam reuersus est, hoc obtento, quod quotiescumque vellet in Flandriam descendere ad debellandum Regem Franciæ, liberum haberet aditum, & quod ipsi suum Comitem nolint recipere, nisi ei tamquam Regi Franciæ faceret homagium. Post hæc misit idem Rex Angliæ Comitem d' Arby, Comitem d' Arondel, Galtherum de Margny, ac multos alios cum exercitu in Gasconiam: qui breui tempore castra & villas quas Franci ibidem tenebant, ceperunt. Rex autem Franciæ his auditis, misit Ducem Normanniæ in Gasconiam: qui audiens totam Gasconiam obedire Anglicis, in Franciam reuersus est. Ludouicus Comes Flandriæ misit aliquos nobiles in Denremonde contra Gandenses: Gandenses autem exeuntes, villam de Denremonde in primo insultu ceperunt. Misit idem Comes in Hulst & Axellam armatos, quos Gandenses exeuntes occiderunt. & sic quieuit Flandria à bellis vsq; in alium annum.

Wilhelmus Comes Hannoniæ ciuitatē Traiectensem obsedit & cepit. Deinde iuit contra Frisones, à quibus victus & interfectus est, soluſq; Ioannes de Hannonia, auunculus eius, qui etiam in coxa vuulneratus erat, tunc cualit. Mortuo ergo Wilhelmo, Comitatus Hannoniæ ad sororem eius Imperatricem, vxorem Ludouici de Bauaria, deuolutus est: qui Guilelmum filium suum secundum tutorem Hannoniæ & Hollandiæ instituit. Vxor vero prædicti Comitis occisi ad patrem Ducem Brabantiæ redit: quæ secundo nupta est wenceslao fratri Caroli Regis Bohemiæ, postea Imperatoris.

1346. Anno Domini MCCC.XLVI. Eduardus Rex Angliæ cum tota potentia sua & Regni sui in Normanniam descendit apud Harsleu, vbi commisso prælio statim de Normannis triumphauit, quingentis ex eis occisis. Deinde obsedit Caen, tem, quam cepit & incendit, vbi plusquam mille ducenti homines perieruut. Deinde per totam Normanniam deuastando venit Cadomū. vbi occurrerunt Robertus Bertrans, Episcopus Bocensis, Camerarius de Tanqueuille, cum quater mille armatis: & commisso prælio superati sunt Franci, captiq; sunt comes d' Eu, Conneſtabularius Franciæ, Dominus de Tanqueuille, Dominus de Turnebuhh, & plures alij: quo bello peracto villam cepit, & ipsam deuastauit, nulli parcendo sexui vel ætati. Quod audientes Flamingi, villam de Bethune obsederunt. Rex a. Francorum cum omni potentia sua venit tunc Roiho magum, & mandauit auxiliarijs suis, inter quos erat Episcopus Leodiensis: qui ad Regem venire non potuit, quod tunc cum suis guerram haberet, qua & Leodienses vicerunt, & Episcopus cum auxiliarijs suis fugit. Deinde Rex Angliæ venit versus Parisios, omnia vastando, vsq; Poisly, quod destructum fuerat; & inde transiuit versus Bellouacum, deinde venit ad villam de Poys, quam cepit & incendit: & tunc peruenit vsq; Rhemos, & capta ciuitate quieuit ibi, præmittens 10000. de suis ad Sommam fluuium pro disponendo transitu: sed non inuenientes, reuersi sunt Rhemos. Et audito quod Rex Franciæ appropinquaret, festinanter recessit de Rhemis, & venit Azimont, & villam cepit, multis occisis, & eam tandem tenus combussit, & peruenit ad Sommam fluuium, vbi transiuit. Post quem Rex Franciæ volens transire, non potuit, sed Abbeuille transiuit. Interim Flamingi obsidentes Bethune, & timentes ne aliquid aduersi Anglicis eueniret, soluta obsidione, ad propria remeauerunt. Eduardus Rex in ruit Pontiuum apud Cressi iuxta syluam, & fecit exercitum suum circumcludi castris, curribus & carrucis, bellum expectans. Quem insecutus fuerat Rex Franciæ, timens ne fugeret. Cōmissum est ergo ibi durissimum & cruentissimum bellum, in quo superati sunt Franci. Ceciderunt ibi interfecti Rex Boemiæ, Dux Lotharingiæ, comes d' Alenzon, frater Regis, comes Flandriæ, comes Blesensis, comes de Harecourt, comes Antisiodorensis, comes de Sames, & mille ducenti milites; & fuit numerus occisorum, mille octingenti Rex a. Francorum recedens à campo, venit Ambianis, sperans munire exercitū: sed singulis ad propria dilapsis, nor potuit. Et reuersus est Parisios: vbi hæc nuntiauit Duci Normanniæ filio suo, qui erat in Gasconia, obsidens Guillon, qui obsidione relicta, statim reuersus est ad Regem Parisios.

Ludouicus filius comitis Flandriæ venit in Flandriā iuuenis sedecim an. qui cū Rege Franciæ fuerat, & qui iā de matrimonio cū Margaretha filia Ducis Brabantiæ, pulchra nimis, quā impense diligebat, tractauerat, à suis receptus est, tam q̄ proprias & hæreditarius Dominus: sed non poterant persuaderi Flamingi, vt vellens Regi Franciæ adhærē. Ad hunc, Ludouicū puta, misit Rex Angliæ, p̄sentando ei filiā suā vxorē, & ipſū Flamingi ad hoc cōpellebant. Et cū non vellet acquiescere, sed abire ad Regē Franciæ Flamingi ei custodos dederāt ne abiret. Tandē tñ in aucupio cū custodib. dedit, auē post prædā dimisit: post q̄ currens, & à suis elōgatus, aufugit ad Regē Franciæ; de quo gauisi

Rex,

rex, solemnem curiam tenuit. Post hoc duxit dictam Margaretham filiam Ducis Brabantiæ vxorem: & fuit hoc matrimonium confirmatum in Bruxella. Interim vero accessit Godefridus de Harecourt ad Ducem Brabantiæ, referens ei tractatum regis Eduardi cum Flamingis, vt filiam eius caperet vxorem, vt hoc pacto pacem sibi apud regem Franciæ acquireret, qui eum banno relegauerat, eo quod erat de complicibus Oliueri de Clichon, qui decollatus fuerat Parisiis. An. Christi 1346.

Anno Domini M.CCC.XLVII. Philippus Francorum rex Oliflammam suam apud S. Dionysium accepit, & congregato exercitu venit ad succursum illorum de Calisia à rege Angliæ obsessorũ, & misit in terram de Laleeuvve partem exercitus, & pugnatum est: primo quidem plures Franci occisi sunt, sed tandem illi de Laleeuvve perierunt. Veniens igitur Rex Franciæ ad Calisium, castra metatus est inter duas aquas: Rex autem Angliæ erat ante villam, & erat aqua inter vtrosque. Tunc rex Franciæ petiit bellum. Rex autem Angliæ respondit, quod postquam cepisset Calisium, ei vellet occurrere ad prælium. Videns ergo rex Franciæ, quod non posset succurrere obsessis, in Franciam reuersus est. Quod videntes obsessi, regi Angliæ se tradiderunt. Exierunt viri de villæ primatibus in vestibus lineis, nudo capite, pedibus discalceatis, & fune in collo misso, miserunt se ad genua regis Angliæ cum clauibus villæ: & rex, intercedente pro eis regina sua, veniam dedit obsessis, acceptaque villa ciues liberos abire permisit, diuitias & bona eorum accepit: Nobiles quoque ex Francia quos inuenit accepit captiuos, & accepta pecunia liberos dimisit, ac villam ex suis muniuit. Rex autem Francorum S. Audomarum & Boloniam armatis munuit. 1347.

Duo filii Ducis Brabantiæ Parisiis acceperunt vxores: Henricus primogenitus filiam Ducis Normanniæ, & Godefredus filiam Ducis Borbonii.

Treugæ datæ sunt inter duos reges, Franciæ & Angliæ, vsque ad festum S. Ioannis Baptistæ anni sequentis.

Dux Gelriæ vxorem accipit tertiam filiam Ioannis Ducis Brabantiæ.

Oppidum Haerlem in Hollandia igne conflagrauit.

Cum Ludouicus de Bauaria continuam guerram contra Carolum regem Boemiæ haberet, quadam vice aprum in silua insequendo, equo lapsus, & grauiter vulneratus, mortuus est: & tunc dictus Carolus solus imperauit, liquidem à Clemente Papa in Imperatorem constitutus fuerat, à Ludouico tamen Bauaro fugatus. Reliquit hic Ludouicus Ludouicum primogenitum suum regem Cracouiæ, Guillelmum Rectorẽ Hannoniæ & Hollandiæ pro matre, & Albertum, qui post Guillelmum fratrem suum comes fuit Hannoniæ & Hollandiæ.

Anno Domini M.CCCXLVIII. Ludouicus comes Flandriæ, mediantibus litteris indulgentiam, quas singulis officiis Brugis misit, gratiam & adhæsionem plurium obtinuit. Deinde misit suos in Alostum contra Gandenses, qui prævalentes oppidum pro comite muniuerunt. Quo facto, miserunt Gandenses Brugas ad obsidendum Alostum. Brugenses aũt cum illis de Vrie venientes per Denremonde transeuntes, & simul adunati, pro comite miserunt. Qui venit ad eos, & omnia forefacta dimisit, leges & statuta antiqua concessit. Deinde cum toto illo exercitu versus Gandauum contendit, & misit nunt nuntios & vexillum suum in oẽs fines Flandriæ, qui omnes cum receperunt, demptis Gandensibus & Yprensibus, & quibusdam transfugis. Post hoc comes consilio habito, à Gandauo recessit, & venit Brugas: iuramentum suum renouat, pacem & indulgentiam dedit, leges & Capitaneos instituit. Deinde cum multi capti & incarcerati fuissent, omnes quasi de oppido Brugensi in armis super forum venerunt: venit & comes armatus. Et cum phallam intrasset, clamoribus textorum pro captiuis & exulibus exacerbatus fuit, statimq; cum quodam clamore textores & eorum complices interfecti & effugati sunt. Crastino aũt oẽs textores arma tradere sunt coacti. Deinde tertia die post Dionysii quasi oẽs in priori regimine existentes vsque centum viginti septem banniti sunt, paucis exceptis His peractis, misit comes nuntios sollemnes pro concordia ad regem Angliæ. Rex aũt Angliæ misit in Flandriam comitem de Leceſtre ad omnia componendum. Quibus in vnum conuenientibus, firmã & perpetuam pacem concluserunt, & sigillauerunt, videlicet, quod comes Flandriæ, diuãte discordia inter reges, contra regem Angliæ non sumeret. Sed & Flandrenses iuramentum, quod regi Angliæ vouerunt, inconcusse seruauerunt. Tum quoque vt comes oppida de Gandauo & Yprisin pace susciperet, & forefacta in se & patrem suum & suos indulgeret, & cetera secundum leges Flandrensium iudicaret: quod comes fecit. Sed textores de Gandauo hæc & alia audientes, exierunt, & villam vnam combusserunt, plureſq; occiderunt, plures quoque amiserunt: sed tandem repressi sunt, & ad concordiam redacti. 1348.

Anno

An. Christi 1349. Anno Dñi M.CCCXLIX. Comitissa Flandriæ, filia Ducis Brabantiæ, in Flandriam venit, & cum gaudio suscipitur.

1355. Anno Domini M.CCCLV. Ioannes Dux Brabantiæ moritur, cui succedit filia eius senior Ioanna, quæ tunc Wenceslao fratri regis Boëmiæ nupta fuit: & sic per eam tenuit Ducatum Wenceslaus 33. annis.

1356. Anno Domini M.CCCLVI. Pro villa Machlinia orta est discordia inter Wenceslaum Ducem Brabantiæ, & Ludouicum comitem Flandriæ: qui ad Bouchont iuxta Bruxellas venit, & commisso prælio Ducem in fugam vertit, multis occisis: cepitque comes villam, & posuit in ea suos: qui post paucos dies à Brabantinis interfecti sunt. Tunc iterum comes misit exercitum in Brabantiam, & multa mala facta sunt in Sandeliet, & Lilloo in oppositio castri de Saestinghen. Sed pax mediante comite Hannoniæ wilhelmo mox fiebat, saluo quod Mechlinia comiti remaneret, & pro expensis factis sibi Antuerpia daretur, quam & in dotem postea ei concessit cum sorore vxoris suæ.

1361. Anno Domini M. CCCLXI. Philippus Dux Burgundiæ, comes Artesiæ, Auerniæ & Bononiæ, apud Diuionem moritur, & peruenit Ducatus ad regem Franciæ, qui dedit illum Philippo filio suo iuniori, Duci Turoniæ: qui accipiens Ducatum Burgundiæ, renuntiauit eidem Ducatui Turoniæ, qui mansit in manu regis. In comitatu Artesiæ succedit Margaretha mater comitis Flandriæ, & in comitatu Auerniæ & Bononiæ succedit Dominus Ioannes de Bolonia, auunculus Ducis Burgundiæ defuncti, qui Dux defunctus nuper duxerat Margaretam filiam comitis Flandriæ, quam Philippus Dux modernus postea duxit vxorem, ex qua genuit Ioannem, postea Ducem Burgundiæ, Antonium Ducem Brabantiæ, & Philippum comitem Niuernensem.

1366. Anno Domini M.CCCLXVI. Exercitus Flamingorũ tetẽdit apud Boechome: postea bellum magnum factum est ante Bruxellam, vbi ceciderunt Brabantini multi; nec mora, bellum apud Sandvliet factum est in oppositio castri de Saefringhen, quo Brabantini perierunt.

1369. Anno Domini M.CCCLXIX. Carolus rex Francorum (qui anno 1364. Rhemis coronatus fuerat) Tornaci existens vocauit illuc auunculum suum wenceslaum Ducem Brabantiæ, & Ludouicum comitem Flandriæ, & tractauit cum eis de matrimonio inter Philippum Ducem Burgundiæ, fratrem suum, & Margaretam filiam Ludouici comitis Flandriæ: quod & completum est, & nuptiæ apud Gandauum celebratæ in monasterio S. Bauonis. Per contractum huiusce modi matrimonii villæ *Insulæ*, *Duacum* & Orchien resignatæ sunt, certis pactis & conditionibus compositis, *comitiFlandriæ*. Venerat quidem rex priori anno eam ob rem Tornacum; sed quia comes infirmitatem prætendebat, ad regem non venit, ficq; res hunc ad annum reiecta fuit.

1371. Anno Domini M.CCCLXXI. Inter Ducem Brabantiæ & Ducem Gelriæ bellum actum est, in quo Guido comes S. Pauli, qui ad auxiliandum Duci Brabantiæ venerat, interfectus est cum pluribus aliis; sed Dux Gelriæ habita hac victoria, dum nasale cassidis suæ pro respiratione, & vt fragem factam conspiceret, leuaret incaute, volante sagitta transfixus occubuit apud Besiers.

1374. Anno Domini M. CCCLXXIV. Ianuarii die 11. domina comitissa Flandriæ Margaretha, Ducissa Burgundiæ, patre adhuc viuente, Patriis fidelitatem & homagium fecit Imperatori Alemannorum, Carolo IV. regi Boëmiæ, & Ducatu Burgundiæ.

De Danſers wandelden in Vlaenderen als verhoede Lieden.

1376. Anno Domini M. CCCLXXVI. was die grootevlot/ & inundabat terram quatuor officiorum in multis locis.

Eodem anno in Gandauo bene quinque millia domorum incendio perierunt.

1379. Anno Domini M.CCCLXXIX. Mouerunt se Gandenses contra Ludouicum comitem Flandriæ pro quibusdam excessibus, quos seruitores & Officiales comitis commiserant, & concurrentes ad arma, balliuum comitis interemerunt; & postea exeuntes, castrum comitis, quod Ondeghem dicebatur, destruxerunt & combusserunt; & fuit tunc tota Flandria mota contra comitem, exceptis quibusdam nobilibus, & Aldenardo, & Denremonda, quas ipsi Gandenses obsederunt. Quod audiens burgundiæ dux, qui filiam comitis habebat vxorem, venit Tornacum, & Oudenarde. Pax tandem facta est, ita vt comes omnia quæ facta fuerant, ipsis indulgeret, & eorum priuilegia roboraret; & si quæ litteræ fuerint contra priuilegia, annihilarentur: & vt qui aufugerant, rediret: & vt Alemanni, qui cum comite in guerra fuerant, iurarent, quod deinceps nihil mali facerent Flamingis in patriam eorum venientibus: & quod Præpositus S. Donatiani Brugis extra consilium comitis de cetero esset. Hæc & alia comes eis concessit, & sic pax firmata fuit, quæ non diu durauit,

Wilhel-

Wilhelmus comes Hannoniæ & Hollandiæ mortuus est: qui cum hæredem non haberet, successit ei in comitatibus Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, Dux Albertus, filius Ludouici de Bauaria, frater Wilhelmi defuncti tertiogenitus, qui eosdem comitatus diu ante exerat, & tenuit eos annis 25.

Anno Domini M.CCC.LXXX. Gandenses, Yprenses, Cortracenses, & plures alii, adunati Ypris exeunt versus Dixmude, cupientes villam capere: contra quos comes Flandriæ cum Brugensibus venit, & eos commisso prælio in fugam compulit, qui vsque ad 1000. Ypras fugerunt: quos comes insecutus, villam Yprensem tradentibus ciuibus cepit. Gandenses fugerunt Cortracum, & ibi Capitaneo eorum occiso, singuli ad propria remearunt. Postea comes cum omni potentia sua Gandauum obsedit cum sexaginta millibus, & circumquaque omnia vastat: quo non obstante, cum magno exercitu versus Geraldimontem Gandenses profecti, villam de Aelst obsederunt, & tandem immisso igne, villam combusserunt. Fuerunt tamen plures eorum in flumine submersi. Abhinc procedentes obsederunt Denremonde: contra quos exeuntes multi nobiles de omni Flandria, & maxime de quatuor officiis, in Denremonde existentes, à Gandensibus superati sunt, & intra villam, multis occisis de quatuor officiis & submersis, redire coacti. Postea Gandenses iuxta Tenam Monasterium à nobilibus circumsepti & superati sunt, multis eorum occisis: reliqui vsque Gandauum fugerunt. Qua clade accepta, omnes suos exercitus intra villam reuocauerunt. Quo tempore villa Geraldimontis capta est per nobiles: nec multo post Gandenses apud Euerghee cum Brugensibus, Yprensibus, & Cortracensibus, & aliis pluribus grauissimum prælium commiserunt, & victoria potiti, magnam partē Brugensium & aliorū prostrauerūt. Quibus peractis de pace tractatum est, & cōcessa est & sigillata, ita quod forefacta ab vtraque parte indulgerentur: banniti, quos Gandenses receperunt, à patria recederent: & de cetero vnusquisque legibus & priuilegiis patris vteretur. Et sic comes post decem septimanas, quibus Gandauum obsedit, à Gandauo recessit. 1380.

Apud Gandauum eo anno in aere porta discolorata volare visa est: quod portentum significauit, diuersas hominum nationes moueri in ea debere: nam magnus mox tumultus euenit in eadem villa, occasione Decani textorum Leuini Waltaue, cui imputabatur quod vendidisset Gandauum comiti, quodque ipsius nequitia decepti fuerint apud Niuelliacum: quapropter conuictum eum decollari fecerunt.

Anno Domini M. CCC.LXXXI. Pax in Flandria turbata est. Gandenses rursus Denremondam obsederunt, & parum profecerunt. Contra quos comes cōgregato ex omni Flandria exercitu copioso profectus est. Gandenses Cortracum obsidentes se retraxerunt apud Deusse, & in passu Neuele Gandenses ab exercitu comitis superati, multis occisis: reliqui fuga in Gandauum relapsi sunt. Comes autem illis de quatuor officiis subiugatis, versus Brugas rediit, & exercitus ad propria dilapsus est. Postmodum Gandenses ad Albertum comitem Hannoniæ accedentes rogabant vt pro pace intercederet, quod & fecit. Sed cum Gandenses obsides dare nolebant, pax mansit infecta. Tunc temporis Geraldimonsab exercitu comitis combusta est: castrum autē S. Laurentii & Maldegheem à Gandensibus destructa sunt. Comes rursus Gandauum obsedit. Inter Gandenses tumultus oritur. 1381.

Anno Domini M.CCC.LXXXII. Gandenses, qui domino comiti suo reconciliari nō poterant, vnum supremum Capitaneum, Philippum de Arteuelde, filiū olim Iacobi de Arteuelde, eligunt, cuius nutu & villa & guerra regeretur. Qui assumpto regimine, omne regimen ciuitatis immutat, nouos creat Decanos, duobus primis optimis viris, & omnibus amicis comitis decollatis. Delignat 3000. latrunculorum, qui patriam deuastent, & victualia vrbi procurent: insuper & Admiraldum maris, qui similiter ex Hollandia & Zelandia victualia procuret, ac hostes a mari arceat. Comes aūt vbiq; ponit munitiones, in Denremunda, in Aldenardo, in Deuse, & alibi: quæ frequenter erumpentes, illos Gandenses valde coarctent. Vnde tándem factum est, vt deficientibus victualibus ipsis, Gandenses exeuntes, in die Processionis Brugensis versus Brugas properarent: quo stupefacti comes & nobiles, ac reliqua Flandriæ multitudo, quæ ob diem festum conuenerat Brugis, peracto citius eiusdem Processionis mysterio, comes cum suis exiuit contra Gandenses in libetum campum, vbi castra metati fuerant. Et cōmissa pugna victi sunt Brugenses; quos fugientes vsque ad portas de Brugis persequentes illi de Gandauo, in ipso introitu portcu certamen denuo ineunt, & rursus Gandenses potiti victoria villam Brugas ceperunt: & rursus super forum commissum est prælium, & iterū victi sunt Brugenses, & vix comes cuasit; qui venit Insulas. Facta aūt cædes multa & rapinis nocte illa, sumamo mane Philippus de Arteuelde fecit præconizari, q. quicū- 1382.

An. Christi 1382. que Brugenſium & aliorũ exterorum cum Gandenſibus iurare vellent, liberi manerent. Tunc oẽs Brugenſes, Yprenſes, Caſletenſes, cæteriq; de tota Flandria cũ Gandẽſibus iurauerunt. Tunc Philippus de Arceuelde diſpoſitis Capitaneis Brugis, Ypris, & alibi, gandauũ reuerſus eſt: ſolæ villæ Denremunda & Aldenardum cum comite tenuerunt. Comes aũt interim ad Franciam accedens, cõqueſtus eſt regi de populo ſuo, eius implorans auxiliũ. Rex aũt ſcripſit literas exhortationis ad pacem gandenſibus & ſingulis villis Flandriæ: & miſerunt gandenſes ad regẽ Angliæ pro fœdere cum eis habendo, & Aldenardum & Denremũdam obſederunt. Rex aũt congregata omni potentia virtutis ſuæ, venit Atrebatũ. Comes aũt cum nobilibus Flandriæ qui ſecum fuerant, venerunt Inſulas, & procedentes inde, venerunt Cõmines & ſimiliter wetueke ſuper Liſam: quibus auditis Philippus de Arceuelde, qui cum gandenſibus, Brugẽſibus, atq; illis de Franco Aldenardum obſidebant, diſpoſitis qui in obſidione manerent, properauit obuiã regi, & cũ exercitu grandi & forti apud Roſebeke caſtra metatus eſt: & ordinatis aciebus, ſumptoq; monticulo iuxta Roſebeke, potentiã regii exercitus intrepidus exſpectabat. Aduerſus quẽ rex mouens ab Ypris, venit in pugnã. Gandenſes aũt viſi tanto & tã potenti exercitu, timuerunt valde: & cõmiſſa pugna de frãco timore concuſſi fugerunt: Gandenſes aũt & brugẽſes in modũ coronæ adunati, ab exercitu regis concluſi ſunt, & cũ ſe ab arte viriliter defenderent, a tergo impediti & ſuccubuerũt, ceciderunt q; ibi pluſq; 20000. hominũ: cecidit & Philipp⁹ de Arceuelde cũ aliis Capitaneis. Hac habita victoria rex Flandriam tunc perambulauit, cui ſe Bougenſes reddiderunt ſimul cum tota Flandria, exceptis gandenſibus: & acceptis obſidibus ab Ypris, Brugis, Dammis, cum apud Cortracũ parum reſediſſet, ſucceſſa villa, & in fauillã redacta, ac tota eius caſtellania depræcata venit Tornacum, vbi oẽs vrbaniſtas ad obediendũ Clementi per captionẽ honorũ ſuorum coegit. Deinde ſecũ ductis obſidibus, venit Pariſios cũ manu armata, quia Pariſienſes iterũ ſe mouerãt: & intrans villã cum armis, neminẽ inuenit ſibi reſiſtentẽ: vnde captis altera die aliquib⁹ ciuibus & decollatis, Pariſienſes arma ſua reddiderũt veniã deprecantes: q̃ rex concedẽs reis, ceſſauit cõmotio. Rex Angliæ Richardus ſcripſit literas ad gandenſes, quib. ꝓmitteb at, ſe cito eis ſuccurſurũ, & in propria perſona ad eos venturũ. Ipſi v. circa Natale Dñi exeũtes, ceperũt Ardẽburg, & multis ibidẽ occiſis cũ p̃da magna Gandauũ reuerſi ſunt.

An. Dñi M.CCC.LXXXIII. Gandenſes in ſua pertinacia perſiſtẽtes iterum venerũt Ar-
1383. denburg, & acceptis ſpoliis, villã ſuccenderunt. Menſe Maio venerunt Anglici cũ exercitu copioſo in Flandriã, & captis pluribus villis, ſcil. Greuelinghen, Burburg, & Dũkerka, Furnis, Caſleto, &c. cum Gandenſib. obſederunt Ypras: ſed audito q̃ rex Franciæ cum exercitu deſcenderet, obſidione ſoluta, invillas quas tunc habebant, ſe retraxerunt: gandẽſes aũt in Gandauũ reuerſi ſunt. Quib. Anglicis illi de Nouoportu reſtiterunt, & ex eis plures occiderunt: ſed tandẽ à Gandenſib. & Anglicis ſuperati, occiſi ſunt, & villa ſuccenſa. Deinde rex Flandriæ cũ copioſo exercitu in Flandriam veniens, Anglicos & villas quas tenebant obſedit: ſed intercedente Duce Britanniæ ipſi liberi cum bonis ſuis portatilibus euadentes, in Caleſium, & deinde in Angliam redierunt. Interim Aldenardum à gandenſibus noctu furtim captum eſt. Deinde Gandenſes excuntes verſus Tornacum, ſuburbium ipſius ſuccenderunt, acceptis multis ſpoliis, & in Aldenardũ deductis. His dieb. tractabatur de pace inter duos reges, Frãcię & Anglię, inter quos fuerunt ẽt gandenſes: ſed nihil actum eſt, niſi q. treugæ in annum datę ſunt.

An. Dñi M.CCC.LXXXIV. Ludouicus comes Flandriæ apud S. Audomarũ diem clau-
1384. ſit extremũ, & Inſulis ſepelitur, ſolã relinquens filiã Margaretã, q̃ Philippus Dux Burgundiæ, filius Ioannis olim regis Francię, duxerat vxorẽ, per q̃ comes Flandriæ effect⁹, eam tenuit 20. annis. Qui comes effectus per Hannoniam & Brabantiam deſcendit in Flandriam: cuius villas perambulans, (exceptis Gandenſib. & corũ ſeruitorib.) homagiis & fidelitatib. acceptis, abiit in Burgũdiã. Nobiles aũt ex parte comitis fractis treugis prædas exercere cœperunt, & Aldenardũ acceperunt. Tunc ẽt illi de quatuor officiis querelas magnas ſuper indebita pecuniarum exactione in Gandauo fecerunt, cui⁹ occaſione dñs de Arſele à populo occiſus eſt. Oẽs Capitanei depoſiti, & Balduinus ſimile in ſuperiorem Capitaneum aſſumptus eſt: quo ẽt depoſito, quidam de Anglia probus vir ſupremus Capitaneus factus eſt. Anno Dñi 1385. Quidam Giſbertus multos ex
1385. Gorcum ſecum adducens, terram quatuor officiorum cædibus & rapinis ac incendius in detrimentum G. ndenſium deſtruere cepit, ſed à Simone Parix & aliis 600. armatis ex parte gandenſium oẽ. occiſi ſunt. Angli magno nauigio apud Zanchaucne applicantes à gandenſibus ſuſcepti vſque gandauum ducti ſunt, & non multo poſt villã de Bierulier obſederunt, ſed parũ profecerunt. Deinde venit Franciſcus Ackerman ſummus gandenſium Capitaneus cum exercitu Dammas, & in noctis ſilẽtio villam incu-

Eoditam cepit & munuit, multis diuitiis in ea repertis, quas inter suos diuisit. Eodem tempore rex Franciæ venit Ambianos, vbi despōsauit filiam Stephani ducis Bauariæ. Habuit tunc rex 17. annos, cui nuntiatum est de villa Damnus capta, vnde turbatus iterum in Flandriam ire disposuit. Misit aūt ipse in succursum regis Scotiæ armatos: qui in Scotiam venientes, & parū proficientes, in Flandriam redierunt. Interim rex Franciæ congregato exercitu, cum Duce Burgundiæ, qui & comes Flandriæ erat, venit in Flādriam cum 80000. armatis, & villam de Damnis obsidens, fortes assultus contra eam fecit, Francisco Ackerman Capitaneo Gandensi fortiter in ea cum Gandensibus resistente. Tandē tū ipso Francisco fugiente villa capta est per regem, spoliata, & cōbusta. Deinde nonnulli de Sluſa regem Francosq; in ea existentes noctu occidere cogitauerunt, vexillaq; regis Angliæ erigere, & nauigia Francorum in portu succēdere; sed denudato eorū consilio, multi capti sunt, & iubente rege decollati. Post hæcilli de villa (Sluſa) reconciliati regi, in signum emendę castrum in portu fecerunt, q; ex parte regis à Francis munitum est. Deinde rex cum omni potentia sua Gandauum obsedit: cuius exercitus totam terrā quatuor officiorum incendio & rapinis deuastauit. Post paucos dies abstractis rex castris à Gandauo, venit ante Gauere, vbi erat Franciscus Ackerman vbi nuntius ex parte reginæ Hungariæ aduenientibus, & fratrem eius Ludouicū, iam per procuratorem eidem reginæ despōsatum, quærentibus, rex omissa obsidione, quia & ipse Franciscus aliquos tractatus cum duce Burgundiæ iam habuerat, abiit in Franciam, vbi fratris sui regis Ludouici in Hungariam fiebat apparatus. Sed dū hęc fierent, nuntiatum est, dūm reginam cuidam Carolo de Passavve, qui eā rapuerat, despōsatam. Vnde rex turbatus, misit cum Ambassiatoribus in Hungariam Francos, qui dictum Carolum captum, viuum super rotam in acre auibus cœli tradiderunt deuorandū. At regina postea nupsit Sigismundo filio regis Boëmiæ Imperatoris, qui per eam rex Hungariæ factus, tandem creatus est Imperator. Eodem anno, instante Octobri mense, Philippus dux Burgundiæ, comes Flandriæ, cum Margareta ducissa vxore sua dolens Flandriam vastari per Anglos & extraneos, militem suum secretariū, dūm Ioannē de Heyle in Flandriā secrete misit, eidē iniungens, vt si quo modo posset, communitati villæ Gandensis voluntatē suam q̄ ad pacē haberbat, si requirerent ab eo, secreto aperiret. Qui miles in Flandriam veniens, per quemdam ciuē Gandensem amicum suum hoc supremo Capitaneo intimauit: qui Capitaneus cum Decano negotiatorū apud S. Clarāiuxta Gādauū, accersito huiusmodi secretario milite ducis, pariter locuti sunt, & affirmauit miles, q; si Gandenses pacē à duce peterent, indubitanter obtinerent. Quæ dictus decanus cōmunitati intimauit. Vnde exhilarati, cum eodē milite ad ducem miserunt, & Parisios venientes, à rege & duce lætanter recepti, litteras tā regis q̄ ducis de saluo conductu veniendi ad dictam assignatam Tornaci, Gandenses reportarunt. Quæ litteræ in audientia communitatis apud Gandauū lectæ, magnā lętitiā populo attulerunt. Et eligētes solemnes Ambassiatores, cum literis deprecatoriis pacis ad Ducem & Ducissam eos destinarūt: qui à Duce & Ducissa bene apud Trecas susceptī & honorati, audierunt, quod venirēt ad dictam Torraci assignatam. His ergo auditis Gandenses, ordinatis 251. honestioribus ciuibus ex suis, cum Prælatis & Commissariis circa festum S. Andreæ venerunt Tornacum, vbi die altero aduenięte Duce cum Ducissa, & Consilio Regis Francię, mediantibus dña Ducissa Brabantię, & comitissa Niuernensi, quæ erat filia Alberti comitis Hañoniæ & Hollandiæ, & iam nupserat Ioanni filio eiusdē ducis Burgundiæ, tunc comiti Niuernensi, & his diu flexis genibus ante ducē & ducissam pro Gandensib. rogantib. diuina cooperāte gratia dns dux & comes oīa fore facta penitus indulsit, & firmata bona pace, quę continebat, q. oīa fore facta, in quacumq; parte forent, essent penitus remissa, nec vmq̄ inde mētio fieret: & q. Gandenses suis priuilegiis, libertatib. & vsagiis & statutis plene vterent, sicuti an- te guerrā: q. ēt oēs exules sui fugitiui, vbicumque essent, qui infra guerram bāniti fuerant, in Flandriam infra annum ad ꝓpria & ad bona suā, sicut ea reperirent, venirent, & multa alia. Singuli ad sua redierunt. Capitaneus aūt qui in Gandauo ex parte regis Angliæ erat, dato sibi saluo conductu, cum Anglis in Angliam remeauit: sicque confœderatio, quam Gandenses cum rege Angliæ fecerant, annihilata est, & ipsi Gandenses dño duci & dñæ ducissæ iurauerunt. Et sic comes Flandriæ, qui & dux Burgundiæ, fidelitates, homagia, obedientiā & obsequia debita Flandriæ deinceps habuit. Acta sunt Tornaci hoc anno, in festo S. Thomæ Apostoli. An. Dñi 1386. apud Cameracū duo solēnia matrimonia per dūm ducē Burgundiæ, comitē Flādriæ facta sunt. Primū inter Ioañem filium suum, comitē Niuernensem, & filiam ducis Alberti, comitis Hannoniæ & Hollandiæ. Sm̄ inter Wilhelmum, filium prædicti ducis Alberti, tunc comitem de

An. Christi 1358.

1386.

An. Christi 1386. Oostervvater, & filiam ipsius Ducis Burgundiæ Philippi. Vbi facta sunt solemnia magna, & hastiludia, vbi rex Franciæ hastiluduit. Quibus peractis, rex Francorum cum Ducibus Burgundiæ, Bituriæ, & Borbonii, aunculus eius, in Angliam transfretare disponebat: sed cum Dux Gelriæ contra Ducissam Brabantiæ guerram mouisset, hæc expeditio protelata est. Villa de Graue à Brabantinis obsessa est: qui licet multi essent,

1387. tñ à Duce Gelriæ cum pauco exercitu fusi sunt. An. Dñi M.CCCLXXXVII. rex Francorum ad instantiam Ducissæ Brabantiæ & Ducis Burgundiæ Ducatum Iuliacensem inuadit: cuius potentiam Dux non ferens, regi se dedit, & postremo ipse Dux Gelriæ, filius eius, regi reconciliatur, ad eius præsentiam per dñm Oliuerium de Clichon Connestabularium, & dñm Ioannē de Vienna Marescalcum ductus, fuitq; pax inter Du- 10
cissam Brabantiæ & Ducem Gelriæ composita, & rex in Franciam reuertit est.

1390. An. Dñi M.CCCXC. In Flandria magna turbatio habita est, occasione obedientiarū
1391. Clementis & Vrbani: cessatumque est à diuinis. An. Dñi M.CCCXCI. Philippus Dux Burgundiæ, comes Flandriæ, venit Tornacum, ducens secum Ioannem de * Latermoulle, qui ibidem Episcopus stabilitus est. Deinde venit Insulas, vbi ad eum venerunt Primates Flandriæ, & deputati villarum, percontantes super ordinatione obedientiarum: qui habito consilio Flamingos suæ dimisit volūtati, vt cui Papæ vellent obedirēt.

Petrus de Rosselare, vir magnæ reputationis apud Brugenses, de mandato Domini ducis captꝰ est, & Insulas adductus, tanquā proditor in dictū Dñm Ducē decollatꝰ est.

Vrbanus qui se Romæ pro Papa gerebat, mortuꝰ est, in cuius locū Bonifacius IX. sub- 20
stituitur: qui misit Episcopum Anconiensem ad Leodiū cum magnis Indulgentiis pro illis qui partem illam fouerent, & ex suis Pœnitentiariis & Prædicatoribus ad Gādauum. Tunc Flamingi, maxime populares, cum Gandensibus Bonifacio fauebant: Dominus autem Dux & Nobiles fauebant Domino Clementi.

1395. Anno Domini M.CCC.XCV. Carolus Francorum Rex litteris Henrici (alias Ludouici) Regis Hūgariæ super infestatione Lamurachbahy Regis Turcarū incitatus fuit, eo quod nepotes erant duo isti Reges. Factū est, vt multorum iuuenū de Francia, Flādria, Hannonia, cæterisq; partibus ad militiam anhelantium fieret collectio, quorum caput Ioannnes Comes Niuernēsis, filius senior Philippi Ducis Burgundię & Comitis Flandriæ, cōstituebatur: qui quidē Ioannes vix agens annū vigesimum secundū, duas 30
iam filias procreauerat sibi ex vxore sua, filia Ducis Bauarię Alberti, Comitis Hollandiæ & Hannoniæ, cuius Alberti filius Wilhelmus, Comes dꝰ * Oosteruāt, cum socero
* Sic hoc loco expresse scriptum erat: superius, vbi litterarum compendio vsus fuerat Author, legi Oosterwatez., quibus forte notis suis Comitatus Bilgii, illi vertatem conitere potuerunt.
suo hbēter perrexisset: sed à patre durius increpatꝰ, accepit vtiliorē causam belli fore, si contra Frisones procederet, qui prædecessorū suorū hereditates iniuste possidebāt, quam cōtra Turcas, qui suis nondū mala nec sibi inferebant. Inhibitus igitur Wilhelmus, grauiter patri aduersatus est, neq; vt filiꝰ ei cōtra Frisones auxiliū præstare voluit. Ioannes igitur comes Niuernēsis, vt breuis sim, à Rege Francorū & patre suo Philipꝑo Duce Burgūdiæ licentiā quæsiuit in expeditione contra Turcas pergēdi: qui obtēta, tanquā principalis director affignatꝰ est et dominus Ingelrānius de Choncziaco, miles prudens & strenuus, & in rebus bellicis plurimū expertus. Veruntamē minus bene res illa placuit Comiti d'Eu, Connestabulario Frāciæ, cuiꝰ per hoc honoris videbatur officiū deminui: nihilominus perrexit cū cæteris, semper sociatus cum sibi fauētioribus, donec in Hungariā peruenissent. Sed his temporibus Galleacius Dux Mediolani regnauit imperiū, filius Galeaceæ tyrāni, qui & filius fuit naturalis de Bauaria, dudum vi Romanū Imperium occupātis. Hic Galeacius filius Galeaceæ duxerat vxorē Blanchā filiā Ioannis Regis Francorū, ex qua genuit duos filios, & vnā filiam Valentiā nomine, quæ nupta fuit pro præsenti Ludouico duci Aurelianēsi, secundo genito Regis Francorū Caroli V. Hæc v. filia Galeacij ducissa Aurelianis Regnum suis veneficiis marito suo secretius voluit vsurpare per mortē filiorū Regis: sed accusata est rea læsæ maiestatis in Regē, quē intoxicauerat: moxque repudiata est à viro suo. quæ veniens ad patrē, susceptа est. Nec multo post, pater anhelans ad opprobrium vindicandū, litteras Regi Francorū minaces destinauit, publicū se hostē fore denuntiās. Et hic Galeacius singulorū Nobiliū, qui de Francia perrexerant in Hungariā ad pugnādū contra Turcas cū Ludouico Rege Hungariæ, describēs nomina, clausis litteris intimauit aduentū eorū ipsi Regi Turcarum Lamurachbahy, eos tradere cupiēs in manus hostium, prout euenit. Nam cum Francorum exercitus & Hungariorum fluuium Danubium transisset, atq; circa oras Regni Turcarum Cometam ciuitatem fortissimam multis assultib. cēpisset igni & gladio consumptis omnibus fortalicijs, & obuijs Turcis aciem versus magnam illā ciuitatē de Quane cōuertisset, post diram quassationē, interfectis fere cūctis inhabitantib. eam, in deditionē eam cepit, & ad Breehappe se cōtulit, vbi castrū situatum erat fortissimum, in cuius expeditione primo factus fuit miles Ioannes Comes

Niuernẽsis. Sed Corboda Capitaneus loci, missis trib. fratrib. suis, scil. Illacio, Balacio, & Ruffino, ỹ sus Regẽ Basaach, fortiter cõtra oppugnãtes sustinuit castrum. Vnde recedentib. ab obsidione Francis & Hungaris, ꝓperauit exercitus opulentissimã ciuitatẽ de Nicopoli capere in deditionẽ. Dũ v. hęc euenissent, Corbeda Capitaneus clam exiens prexit in occursum Lamurachbahy siue Basaach, cum fere ducentis millib. Turcarum ꝓperantis obsidionem de Nicopoli subleuare & impedire. Qui cum appropinquasset ciuitati obsessę, Nunc, ait, scio, qa vere Galeacius amicus est meus, qui hos mihi venturos significauit. Porro feria quadam mensis Sept. ante festum Michaelis Archangeli Basaach Turcarũ Rex cum omni sua potẽtia affuit, & cinxit ciuitatem, q̃ Rex Hungaro rum & comes Niuernensis cum Francis suis per 15. dies obsederant: quib. hora prandii iacentib. in obsidione prætatæ ciuitatis, nuntiat inopinate Turcarum aduentus, & qd ad duo milliaria visi essent: quæ quidem noua quosdam vocauerunt in arma, quosdam v. minime commouerunt. Dns tñ Ingelrannius de Conchiaco, qui paulo ante eum trecentis lanceis insignia multa fecerat in congressu contra sex millia Turcarum, mox vt audiuit hæc verba, perrexit ad Regem Hungarorum, qui fugam fusis inire potius quã cõgredi: q̃ quidem opinio placuit Dño de Conchiaco, sed non placuit Philippo de Artesia Cõnestabulario Franciæ. Cõtinuo Dns Ioan. de Vienna Primipilarius exercitus Francorum requisiuit à Domino de Cõchiaco, & nõ à Philippo de Artesia, quid sibi agendum esset: quam ob causam indignatus Philippus, dixit: Hodie fideles apparebunt milites; & hostib. se obiecit: qui cum duab. alis expansis vniuersos tam Francos q̃ Hungaros per dua milliaria comprehendissent, illico bellatum est inter vtrosq; fortiter, & acerrime Franci, fugientib. Hungaris, incaluerunt: subtiliter n. Hungari cum Rege suo fuga salnati sunt pro magna parte, succumbentib. cunctis fere Frãcis. Rex n. Hungarorum & Magnus Magister Hodenorum transierunt Danubium cum Hungaris suis, paucissimis q; Francis. Cæsi sunt plures vulgares & Nobiles ante ciuitatem de Nicopoli, præcipue Dominus Wilhelmus de Latermoulle, Dominus Philippus Barensis, Dominus Ioannes de Vienne, miles ꝓcerus, & vexillum gerens in hostes, cum filio suo: item Dominus de Montcarcel, &c. Miles quidam nomine Iacob. de Helly ex Picardia captꝰ fuit: sed qa cum patre Regis Lamurachbahy paulo ante moram traxisset, idem incidẽs in manus hominũ Regis Tartarorum, saluatus est cum Domino Iacobo du Fay, qui simi lirer notus erat ibidem. Hi duo profecto causa vitæ plurimorũ exstiterunt. Strage peracta, Rex Basaach, si qui superstites haberentur, iussit sibi ꝓsentari: nec non si qui Nobiles reperirentur interfecti, se parari aliis, cum armis & signis suis, in campo vbi cecidissent: qa vilitate volebat interfectos ab vtraq; parte. Quos cum visitasset, stupefactus est de suis ibidem prostratis: qua de causa plures captiuos superstites in furore iussit occidi, inter quos tres filii naturales Ludouici Comitis Flandriæ cum multis aliis interiere. Prælentatis a. captiuis, adducti sunt Dominus Iacob. de Helly & Dominus Iacobus de Fay, qui Regi Lamurachbahy nomina captiuorum singulatim declarauerunt, sic q; idem Rex iussit retentos vita frui, Comitem scil. Niuernensem, Philippum de Artesia, Dñm Ioannem de Borbonia, * Guidonem de Latermoulle, & aliquos alios vsq; ad octo animas, percussis reliquis crudeliter gladio, quorum fere vltimus Bouchie ault Marescalcus Franciæ similem exoluisset pœnam, nisi preces Comitis Niuernensis intercessissent. Interempti sunt a. quingenti viri, de quib. trecenti Milites existere. Ipse v. Dominus de Helly deputatus per Regẽ Turcarum descendere, & hoc infortunium Regi Francorum sub redeundi certo termino denuntiare: q; peregit fideliter. Verum plures eo tardante præuenerunt, & talia noua dilatauerunt in Francia ceteris q; partib. quos Rex Franciæ iussit incarcerari, donec Dns Iacob. de Helly venisset, cui ꝰ relatione veritas comparuit. Qui Parisios veniens, Regem inuenit & maiores Regni cõgregatos ibidem, coram quib. missionis suæ declarauit sarcinam. De multis idem interrogatus est; qui totã seriẽ ịuculẽter exposuit: reiũ gestarũ; addens, animũ Regis Lamurachbahy facile placabilẽ redditurũ pannis laneis & lineis diuersarũ historiarũ figuris impictis, necnõ. uib, quas Falcones appellant: quorũ omniũ facta sibi fuit deliberatio, & vnicus repertus falco candidꝰ missus est per Dñm de C. hastelmorant, qui cũ præfato Domino Iacobo versus Regẽ Lamurachbahy perrexit. Quibus in Hungariam applicantib. non faciliter passus est hæc munera deferri Rex Hungariæ: tandem multis laboribus cum iisdem peruenit in conspectum Regis Turcarum, qui gratis suscepit munera oblata. Interim obiit Dominus Ingelrannius de Conchiaco in captiuitate: cuius corpus delatum est aromatizatum, & reconditum apud Conchiacum. Permisit a. Lamurackbahy missos nuntios loqui paululum cum captiuis, & Comes Niuernensis inter ceteros gratiam Regis obtinuit. Dimissi sunt a. nuntii Regis Francorũ, & Ducis Burgundiæ, onus

An. Christi 1395.

An. Chr. 1395. Iabentes, vt die noctuq; laborarent ad redimendum captiuos, quoniam sentiebat Comes, animum Regis ad hoc satis inclinatum, mediantib. illis munerib. transmissis. Isdē temporib. mercator quidam oriundus de Luca, nuncupatus Dinus de Resp̄onde, notitiam habēs cum mercatorib. Ianennsib. Parisios ad Regem vocatus est, taliterq; tractatum est cum eodem mercatore, vt de redemptione captiuorum deliberanda secretum fecerit, casu quo esset imposita pro denariis: sed non fuit imposita ea re Dominꝰ Iacobus de Helly iterum ex Francia iter arripuit versus Lamurachbahy, nauiculam ex puro auro mirabili artificio compositam secum habens, & hoc in maiorem captiuorū consolationem & subleuationem. Quamuis Dux Mediolani Galeacius plurimum in hac re valuisset, nolebant tamē assistentiam eius requirere. Sed causa principalis qua re Iacobus Rex Cypri fauebat Francis, existimatur ex illo, quod idē fratrem suum Petrum Regem Cypri iusserat occidi, quo facto non ausus est se Regno seruare, sed mari se dedit, & tandem à Iannensibus receptus est, qui ei adhærebant. Hic præfatus Petrus paulo ante grauissimas guerras in Turcas gesserat: qui cum vexisset vnicum filium suū vltra mare, fecit eum coronari adhuc puerum, qui paucis superuixit dieb. & ita Iannēses capto portu de Smaguze, viam rorum Iacobum coronauerunt, naturalem fratrem Petri Regis nuper interfecti. Ad propositum redeo. Præfatus mercator litteras suo sigillo munitas misit ad quosdam mercatorum Iannæ commorantium, qui talem summam deliberauerunt, sicuti Dominus de Helly nec non Dominus Giselbertus. De Euetinghe, supremus Balliuus Flandriæ, pro captiuorum redemptione petituri essent. Dominus a. de Chastelmorant tædio vel labore tanti itineris diem claussit extremum. Maioris nihilominus Græciæ se pro liberandis captiuis interponebant, præcipue Comes de Matelin atque Dominus de Haynne. Porro summa redemptionis taxata fuit ducenta millia ducatorum: quam summam ex integro mercatores Iannenses Regi Lamurachbahy miserunt, & captiuitate liberati sunt viginti tam Nobiles quam Barones ante Nicopolim capti in maximo illo conflictu Christianorum contra Regem Lamurachbahy. Verum priusquam recederent, Comes Niuernensis cum aliis debuit præstare iuramentum, numquam se contra eumdem Regem arma sumpturum: & sic vniuersi captiui dimissi sunt, quos Rex præfatus honorifice fecit deduci vsq; ad mare. Sed obiit in ciuitate Bruxella Dominus Philippus de Artesia, Comes de Eu, Connestabularius Franciæ, & cuius corpus secum in Franciam detulerunt. Cum a. per mare venissent ad insulam Rhodes, magnus Soor, oriundus de Aquitania, qui aufugerat cum Rege Hungarorum, gauisus plurimum de aduentu captiuorum, concessit præcipue Comiti Niuernensi triginta millia Francorum, quos Dominus de Rochefort, & Dominus Reynerus Pot, dispensatores eiusdem Comitis pro communib. necessitatib. expossuerunt, & tandem peruenientes, se receperunt aliquamdiu in Venetia, vbi regnante pestilentia, defunctus est Dominus Henricus de Bareu. Miserunt a. per terram Philippus Dux Burgundiæ & Margareta vxor eius plures Nobiles, magnam pecuniarum summā deferentes ad vsum Ioannis Comitis Niuernensis, primogeniti filii eorumdem, pedetentim à Venetia descendentis. Qui pulchro cum comitatu Parisiis Regem salutans declinauit in Flandriam, vbi receptus est plurimum magnifice, vxoriq; suæ pristinæ sociatus, ex qua genuit Philippum & sex filias, quarū primogenitam duxit vxorem Ludouicus Delphinus, filius Caroli Francorum Regis: quo sublato veneficiis, postmodum Arturus Connestabularius Franciæ atq; Dominus de Richemont duxit vxorem, qui successit Duci Francisco in Ducatu Britanniæ, non suscepta prole ab eadem. Secundā filiam Adolphus Dux Cleuensis, ex qua genuit Ioannem Ducem, & Adolphum de Rauensteyn. Tertiam Ludouicus filius Ludouici Regis Cæciliæ duxit, à quo propter necem Ducis Aurelianensis repudiata creditur. Quartogenita desponsata fuit Comiti de Pontioure. Quinta filia iuncta fuit Duci Bethfordiæ de Anglia, sepremo Regenti Franciæ sub Henrico VI. Rege Angliæ Parisiis coronato. Sextā filiam duxit Carolus Dux Borbonii, de qua idem Dux sibi genuit Carolū Ducem Iacobū, Ludouicū Episcopum Leodiensem, propter quem bella gesta sunt. Porro, defuncto patre suo Philippo, idem Ioannes successit in Ducatu Burgundiæ, & in Comitatib. Flandriæ & Artesiæ, & 14. annis has regiones gubernauit. Cuius fratrib Antonio & Philippo in bello de Blangi interemptis, tutor eorumdem filiorum efficitur.

1397. Anno Domini M. CCC. XCVII. Guerra inter Ducissam Brabantiæ, quam fouebant Dux Burgundiæ & Leodiensis, contra Ducem Gelriæ continuatur, sed intereniente Comite de Oosternant concordiam iniit, quam quam parum durabilem.

Philippꝰ Dux Burgundiæ, comes Flandriæ, in Flandriā venit, adducēs secū filiū suū Antonium, vt eum Ducem Brabantiæ post mortē Ducissæ cōstitueret. Cumq; Gandauum

tum veniſſet, venit ad eum Ioannes Comes Niuernenſis à captiuitate Saracenorum magno pretio à mercatoribus Venetianis redemptus, qui à patre & cunctis Flandrenſibus cum maxima lætitia receptus eſt. An. Chriſti 1397.

Eodem tempore Dominus Dux Burgundiæ exercitum miſit in Buſcum Ducis ad ſuccurſum Duciſſæ Brabantiæ, quod iterum ibidem bellum incepiſſet. Huius exercitus Capitaneus conſtitutus erat Dominus de Dixmuyda Theodoricus a. Dux Gelriæ non ſuſtinens partes Duciſſæ, Rege Francorum interueniente pacem fecit, & Dux uſq; Pariſios peruenit, vbi ab auunculis Regis honorifice tractatus fuit. Dum ad propria reuertitur, in via defungitur vir induſtria pugnandi præſtantiſſimus, cui frater eius ſucceſſit Dux Iuliacenſis Reynaldum, Duce Philippo apud domum ſuam iuxta Pariſios manente, qui ibidem litteris confirmauit ſalaria Scultetorum & Capitanorum, & vbi acciperent determinauit; ſed inter eum ac filium fratris ſui Ludouicum Ducem Aurelianenſem diſcordia oritur, vt fere ad arma conuenirent. Tunc Flandrenſes miſerunt pro eo, ſi forte guerra inter Reges oriretur, vt neutrales eſſent, & tranſitum poſſent habere Anglici poſſent habere cum mercantiis ſuis. Veniens igitur Dux Philippus verſus Brabantiam, in opido Hannoniæ Halle dicto moritur; cuius corpus à nobilibus honorifice deductum eſt vſq; in Burgundiam, vbi apud Carthuſienſes ſepultum eſt. Margareta vero ſuperuiuens annũ, apud Attrebatum moritur, & Inſulis iuxta patrem collocatur.

Anno Domini M.CCCC.III. Mare infeſtum habetur à piratis, maximeautem ab Anglicis. 1403.

Comes S. Pauli, qui villam Greuelinghen tenebat, naues armatas in mari poſuit, naues Anglicas, quas poterant, ſpoliantes.

Apud Oſtende duo mirabiles piſces, & miræ magnitudinis, ac extraneæ formæ, apparuerunt.

Anno Domini M.CCCC.IV. Cum Anglici multa mala inferrent Flandrenſibus, Flandrenſes à ſuo Comite licentiam impetrant ſe defendendi: qua habita licentia, naues in omnibus portubus Flandriæ armant, multaſq; prædas ſuper Anglicos, & Anglici ſuper Flandrenſes exercuerunt. 1404.

Philippus hoc anno ſepelitur, qui Dux fuerat Burgundiæ: qui reliquit tres filios & tres filias. Ioannẽ, qui poſt eũ fuit Dux Burgundiæ Antonium, qui paulo poſt fuit Dux Brabantiæ: Philippum, qui fuit Comes Niuernenſis. Prima filia deſponſata Wilhelmo, Comiti Hañoniæ, Hollãdiæ & Zelãdiæ; ſecũda Duci Sabaudiæ: tertia adhuc iuuẽcula, poſtea nupſit Auſtriæ Duci in Teutonica: & inter Flamingos diſcordia continuatur.

Anno Domini M.CCCC.V. Mortua eſt Margareta Comitiſſa Flandriæ & Arteſiæ, & Inſulis iuxta patrem ſepulta eſt; cui ſucceſſit in ipſis Comitatibus & aliis pertinentiis Ioannes filius eius Dux Burgundiæ. Habuit ergo ex parte matris & ex decreto patris Flãdriam, Arteſiam, Salinas, Machliniam, & Comitatum Burgundiæ; Ducatum vero Burgundiæ dono Regis: qui circa Paſcha Flandriam intrauit, à cunctis honorifice ſuſceptus, fidelitates & homagia recepit, vbi parum moratus. Franciam repetiit. 1405.

Comes S. Pauli caſtrum de Marle obſedit, quod fuit Anglicorum; ſed victus ibidem, cum dedecore receſſit.

Anno Domini M.CCCC.VI. Ioanna Duciſſa Brabantiæ mortua eſt; cui ſucceſſit Antonius filius Philippi Ducis Burgundiæ, Comitis Flandriæ. 1406.

Leodienſes Epiſcopũ ſuũ fratrẽ Wilhelmi Comitis Hannoniæ expellunt, eo quod non vellet preſbyter fieri & filiũ Henrici de Perweys ſacerdotẽ in Epiſcopum ſtatuerunt, vnde guerræ magnæ inter Comitẽ ipſum Hannoniæ, & Leodienſes exorti ſunt.

An. Dñi M.CCCC.VII. Guerra inter Anglos & Francos continuatur: qua durante, Flãdrenſes ab Anglis impetrarunt, vt lana & mercaturæ aduenirent & exercerentur. 1407.

Comes Flandriæ cum Comitiſſa venit in Flandriam, ad ſedendas diſcordias inter illos de Franco & Brugenſes, pro lanificiis & pannis faciendis. Habito conſilio ſuper omnibus, cum nulla pars cedere vellet iuri, certam ordinationem ſine præiudicio iuris vtriuſq; ſtatuit, qui tamen nulli parti placuit, præcipue Brugenſibus. Vnde Brugenſes tumultuantes ad arma currunt. Quo audito, licet eſſet à Rege vocatus, & iter iam arripuiſſet, iter ſuum Brugas retorſit; & aſcendens domum villæ, accepta virga ſculteti ſui, aliquibus eiuſdem villæ optimatibus, ſcilicet Ioanne Cauffim, Ioanne Oenin, Nicolao Barbaſam, & aliis multis bannitis, eorumq; poſſeſſionibus confiſcatis, tumultum ſedauit, & diſpoſita patria in Franciam venit, Regnum & regimen Regni, quod cum germano ſuo Duce Aurelianenſe ſuſceperat, diſpoſiturus: ſed quoniam inuidia pares diu regnare nõ ſinit, exortæ iterum diſcordiæ, odiũ inter eos irremiſſibile confecerũt.

Stephanus Dux Heldebergenſis, qui paucis ante annis in Regẽ Alemanniæ & Imperatorem

An. Christi 1407. ratorem se leuauerat, Ducatum Brabantiæ calumniatus est, dicens, nullum debere Ducatum illum possidere, nisi ex dono Imperatoris. Quo audito Dux Brabantiæ Antonius attonitus exercitum à fratre suo Duce Burgundiæ postulauit. Sed dictus Stephanus Aquisgranum veniens, & ibidem coronatus in Alemanniam reuersus est.

1409. Anno Domini M.CCCC.IX. Antonius Dux Brabantiæ mittens pro sponsa sua, à Duce Heldebergensi se pro Imperatore in partibus Alemanniæ gerente, insidias & difficultatem passus est.

Ioannes Dux Burgundiæ Gandaui Concilium suum statuit, sub ordinatione ista, quod in absentia sua senior vel electus ab eo præsideret, & in illius absentia postea senior ipsius, qui sigillando propriis suis sigillis omnia determinarent. Item constituit Griffarium, Procuratorem generalem, & Aduocatum fiscalium bonorum: rem istorũ potestas extenderet se per totam Flandriam etiam ad villas Insularum, Duaci, Orchies, & Machliniæ, cum notitia omnium libertatum & vsanciarum patriæ.

1411. Anno Domini M.CCCC.XI. Inter Anglicos & Flamingos varii fuere tractatus: & ad hoc tandem deuentum est, quod inducię in quinquennium concessæ sunt, Sicq; lana & mercaturæ in copia in Flandriam deuenerunt.

Ioannes Dux Burgundiæ in Flandria se tenens omnem viam acquirendi pecuniam exquirit, suos prouentus, quos in diuersis villis habebat, vendendo & impignerando, libertates & priuilegia noua villis concedendo. Vnde Rectores villarum huiusmodi libertates ementes, pecunias à populo exigebant: quas populus soluere renuens, ortum est dissidium, præcipue in territorio Furnensi: quo venit Cancellarius cum armatis. Furnenses autem se armauerunt & fuit res in magno periculo: sed Dominus Ioannes & Ghistella, & Dominus Wilhelmus de Stauele Castricomes Furnensis, & alii persuaserunt, vt res ad aliud tempus differretur. Populus autem respondit, se libenter recessuros, si nihil inde soluerent. & sic res dilata est, & singuli recesserunt. Quibus auditis Dominus Dux Furnas venit, & coram populo dixit, se venisse pro pace eorum firmanda, & si quid discordiæ ortum sit: priuilegia quoque & liberrates, pro quibus tumultus videbatur oriri, eis gratanter, nihil inde sperans, indulsit, libereque concessit. Tunc populares omnes tantam benevolentiam tanti Principis & Domini sui gratanter amplectentes, summe ei regratiati sunt, primo de eius tam gratioso aduentu, & de dono tam excellenti, quod eis libertates priuilegiaque cõcesserat, nihil inde sperans. Vnde ob tantum fauorem fidele seruitium & libera mente, & 10000. coronatorum pro sumptuum relevatione protinus obtulerunt. Bergis similiter factum est: & 8000. coronatorum accepit. Sicque benevolentia populum sibi astociauit, Flandriamque firma pace firmauit. Deinde animum intendens reuertendi in Franciam, voluit scire quale sibi auxilium Flandrenses præstarent: & ipsis apud Gandauum congregatis, fecit ibi suas necessitates & agenda proponi. Quibus propositis, omnes tam Nobiles quam populares prona voluntate subsidium et ferre iuxta virium suarum facultatem promiserunt. Quorum fauorem gratanter accepta, ad Arrestam veniens, & cribus Statibus congregatis, sua agenda similiter proposuit. Qui eadem sicut & Flandrenses responderunt. Misit & ad Scotiam & Alemanniam, auxiliares sibi congregans. Quod percipientes Dux Aurelianensis & fiarres eius, similiter & ipsi exercitum collegerunt: atq; ille (Dux scilicet Aurelianensis) Duci Ioanni apud Duacum litteras misit diffidentiæ, satis ignominiosas, suo sigillo sigillatas, quibus ipse Dux per suas litteras ecotra respondit. Postea mense Septembri Dñs Dux Ioannes adunatis omnib. Flandrensib. Artesiensibus, & aliis stipendiariis cum machinis & instrumentis bellicis Viromanduam intrans oppidum de Hem obsedit & cepit. Deinde venit apud Royam, & cepit; deinde apud Montdidier: vbi cum aliquot dies paussasset, nec aliquis exercitus hostium appareret, Flamingi repatriare voluerunt, quos Dux multo sermone parum retinuit: sed cum dies illa præteriisset, ipsi Flamingi ad propria sunt reuersi. Dux vero assumpto reliquo exercitu, cum fratre suo Duce Brabantiæ venit Parisios, vbi à Rege & filiis eius, ceterisq; Principibus ibidem existentibus gratanter receptus est. Interim Comes de Tennorore terram Ducis inuadit: cui Burgundiones viriliter resistentes, vna cum Comite Niuetensi terram Comitis ingredientes, ipsam totaliter destruxerũt, & ipsum à terra sua penitus effugerunt. Deinde ipsi Burgundiones ac Ducem suum Parisios venerunt. Interim Dux Aurelianensis cum sibi confœderatis cum exercitu non pauco Francium peruagatres, vsq; ad S. Dionysium venerunt, & villam, monastetium, ac reliqua deprædati sunt. Post hæc exercitum diuidentes, Dux Borbonii, Comes de Rimignac, Archiepiscopus Senonensis, Cluguet de Brabant, & plures alii, villam de S. Claud ceperunt. Contra quos missi sunt Comes d'Arondel, Ingelrannus de Bournouille,

uille, Dominus de Helly, & plures alii, cum multitudine fortium armatorum, qui eos, subito inuadentes, plures ex eis occiderunt, plures captiuos duxerunt, ceteris fugientibus, nonnullis in Sequana submersis, Dux vero Burgundiæ cum suis versus S. Dionysium accedens, vix mediam viam fecerat, quando sibi nuntiatū fuit, quod Dux Aurelianensis & alii omnibus spoliis suis ad propria redirent: & sic Dux eum suis Parisios reuersus est. Comes autem Marchiæ vsq; in stampis eos insecutus est. Rex autem fecit prædictos coniuratos per Ioannem XXIII. Papam excommunicari, bonaque eorum & possessiones confiscari. *An. Christi 1411.*

Versus diffidationis missi per Ludouicum Ducem Aurelianensem Ioanni Duci Burgundiæ:

Te licet arta palus Erebi septemplice muro
Ambiat, aut Phlegethon ardens, aut sedibus imis
Inferni lateas, caligine nubis opertus:
Aut si bella gerant pro te quicumque potentes
Ferre manu gladios, vallidis torquere lacertis
Spicula, vel celeres arcu proferre sagittas:
Te patris ad tumulum cadam, casumque litabo
Ante Ionem stygium, casi patruus vltor & hæres,
Si me facta sinant annos extendere facilis.

Responsio Philippi, filii Ioannis Ducis Burgundiæ:

Si cecidisse tuum iusta ratione parentem
Ambigis, vt fileam suadent pudor, horror, honestas.
Nam tuus est pater terris inuisus & astris,
Ob scelerum sordes, inopina morte peremptus
Occubuit, finemq; malis nox vna diebus
Mitius imposuit, quam ius exposcerat & fas.
Hinc mihi bella tamen, cædes, variusque rapinæ
Seuus vbique facis, Sed si mihi iusta secundet
Bella Deus, scelerum pœnas in pondere pendes.

Hic Ioannes Dux Burgundiæ primum apud Louanium statuit Studium vniuersale, quod filius eius Philippus similiter Burgundiæ, Brabantiæ &c. Dux amplis priuilegiis decorauit: sed & metuendissimus Princeps, bello formidabilis Carolus Dux Burgundiæ, filius Philippi, Studium illud super prædecessores suos egregie sublimauit.

Anno Domini MCCC.XIII. Dux Bituriæ, Dux Aurelianensis, Comes de Rimignac, cum consiliariis suis Regem & Delphinum callide informantes, Capitaneos comunitatis, qui per Ducem Burgundiæ ordinati fuerant, depossuerunt, & Ducem de Ghiennæ cū Duce de Bary, ac Comite de Rimignac ad Regni gubernacula assumpserunt. Quod videns Dux Burgundiæ, à Rege cepta licentia ad Flandriam venit; ceperuntque mala Parisiis multiplicari, & Officiales pri⁹ positi deponi. Miserūt a. ad Ducē sollemnes nuntios ambassiatores, vt pucē iuratā obseruaret, & profugos rebanniret: quib. ipse Dux respondit, se cōtra Regē & Regni vtilitatē nil velle moliri, sed pacē inuiolabiliter conseruare. Tractabatur tunc de matrimonio inter fratrem Regis Anglorum & filiam ipsius Ducis: sed res non processit. Dux Burgundiæ, Dux Bauariæ, gubernator Hollandiæ, Comes de Cliuis, & multi alii apud Andouerpiā cōueniunt, vbi de multis inter se tractant. Instante mense Decēbri, misit Dux Ghieñe ad Ducē Burgundiæ, vt cōgregato satis forti exercitu ad Regē Parisios veniret, cunctis postpositis negotiis; & super hoc triplicatas accepit Dux litteras: quib. acquiescens, cōtra consilii præfatorū fratris & Principum, Parisios venire disponebat; sed apud Gandauum hyemauit, & Natale Domini egit. 1413.

Anno Domini M.CCCC.XIV. Ioannes Dux Burgundiæ litteris Ducis & Ghiennę generi sui incitatus, venit vsq; ad S. Dionysium, & inde misit nuntios, qui Regi & Ducide Ghieñe aduentū suū nuntiarent; sed nō sunt intromissi. Misit alios, nec ipsi sunt intromissi. Venit ipse vsq; ad mœnia, vt cunctis appareret eius aduentus: sed nec sic intromissus est, Imo cōuitiis, sagittis, & ictib. lapidū lacessitus dolens recessit, & venit Compendiū, vbi à ciuib. receptus, villam ex suis muniuit; & similiter Suessionem, & sic in Flandriā recessit: vbi conuocatis trib. Statibus, subsidium in his reb. implorabat. Principes autem Parisiis exeuntes, Regem sinistre informatū à Parisiis cum non paruo exercitu eduxerunt: & venientes ante Compendium, abillis, qui ex parte Ducis ibidem erant constituti, villam inuenere clausam, dicentib. se non nisi de consensu Ducis villam tradituros. Et sic Rex per transiens venit Nouiomum, & ibidem receptus est. Principes autem aduersarii Ducis Compendium obsident, Illi de intus viriliter se defendunt. Tandem Rege 1414.

apud

An. Christi 1414. apud Compendium regressō, ordinatum est, vt hi qui intus erant stipendiarii Ducis, cū armis & aliis reb. suis abscederent, dato eis salvo conducto: quos Comes d' Ermignac vsque in Arteſiam conduxit. Similiter illi qui erant in Sueſſione, cum se nollent reddere, expugnati sunt, & ciuitas capta, multis occisis, inter quos Ingelranus de Bournouille captus decollatus est. Dux vero Burgundiæ his auditis, multo labore nitebatur subsidium à Flandrensibus impetrare: & Flandria nullo modo volebat pugnare vel ire contra Regem: sed Gandenses cum Comitissa Hannoniæ, Dux quoq; Brabantiæ cum Primatib. Flādriæ venerūt apud Peronā ad Regē de pace tractatū: sed nihil ꝓficientes reuersi sunt. Interim Burgundiones in magna multitudine armatorum venerunt ad Ducem suum: exercitus autem Regis venit ad Baxammes, & villam cepit, deinde Atre. batum obsederunt, sed villa nimis fortis & armata erat: vnde Rex & exercitus eius parū ibi profecerunt, quinimmo ab his qui intus erant sæpius erumpentibus multa damna passi sunt. Tandem v. mediante Duce Brabantiæ, Comitissa Hannoniæ, & Primatibus Flandriæ, pax conuenit & confirmata est ista quæ apud Carnotum facta fuerat, cum additamento apud Bourges, & apud Antisiodorum, ac apud Pontisaram.

1415. Anno Domini M CCC. XV. Cum Anglii in Francos irruptiones facerent, atque Calisium & in finēs Arteſiæ iam, multis hinc inde perpetratis cædibus & incendiis, peruenissent, Rex Francorum armatus contra ipsos prodiit, Sed Rex Angliæ de Francis victoria potitus triumphauit, prostratis ibidem Duce Brabantiæ Antonio, Philippo Comite Niuernensi, fratribus Ducis Burgundiæ, Duce d' Alenzon, Duce de Baren, & fratre eius Comite de Mary & Marchione Pontis, Monfortis, Comite de Don martin, Comite de Vandemont, fratre Ducis Lotharingiæ, Comite Ronciaci, Domino Carolo de Lambret connestabulario Franciæ Archiepiscopo Senonensi, cum multis Baronibus, Militibus, & Nobilibus fere innumeris, ita quod fere 3000. armatorum illo die, qui fuit xxiij. Octobr. 55. Crispini & Crispiniani, prostrati sint. Capti sunt ibi Dux Aurelianensis, Dux Borbonii, Comes de Richemont, comes Vendonii, comes de Eu, & pauci Milites. Dominus autem Dux Burgundiæ tunc non erat in Burgundia præsens, adeoq; prohibitus, ne iret ad pugnam. Mortuo a. Antonio Duce Brabantiæ, succeſſit ei in Ducatu Ioannes filius eius, quo tenuit eumdem duodecim annis.

1416. Anno Domini M. C D. XVI. Dux Burgundiæ videns Parisios intrare non posset, dimisso exercitu venit ad propria in Brabantiam, de filiis fratris sui dispositurus: quorum primus Ioannes Ducatum Brabantiæ iam obtinebat, iunior v. Comitatum S. Pauli, qui sibi ex matre competebat. Deinde venit Bruxellas, & inde Machliniam, postea Gandauum, & inde Brugas, & ceteras Flandriæ villas perambulans.

His diebus venit Sigismundus Imp. Parisios, vt super statu Regni & pace inter Principes firmanda aliquid posset disponere: vbi tam à Rege, quam a Clero & populo honorifice susceptus est Deinde venit ad Calesium, & inde in Angliam, vbi a Rege Anglia honorifice susceptus est: ibique aliquantulum immoratus, accersiuit Comitem Hannoniæ & Hollandiæ, modicum tamen in palam actum est. Post hæc tamen tam ipse quam Rex & Comes Calesium redierunt, eoq; Dux Burgundiæ in multa suorum comitiua Nobilium, salvo conducto habito & obsidibus, venit, & honorifice tamab Imperatore quam à Rege susceptus, cum pauca pariter colloquia miscuissent, Dux ad propria se retraxit, & Imperator per Zelandiam & Hollandiam transiens per Alemaniam & Coloniam, ad Constantiense Concilium, vbi expectabatur, deuenit.

1417. Anno Domini M. C D. XVII. Ioannes Delphinus, secundogenitus Regis Franciæ, per Comitem Hannoniæ socerum suum in Franciam reducitur: sed quia Duci Burgundiæ confœderatus erat, nec Regina nec Regales eum Parisios admittere voluerūt, & mansit apud Compendium, vbi missō à matre sibi collobio intoxicato, cum illum statim, pulchritudine illius attractus, induisset, infirmitate correptus, cunctis sibi mēbris intumescentibus, lacrymabili & immatura morte sublatus est. Quod audiens Comes Hannoniæ, qui Parisios venerat, sentiensque sibi parati insidias, fuga lapsus est, & in Hannoniam se recepit. Sicque ex quatuor egregiis filiis Regis Francorum solus Carolus, tunc comes Pontini, remansit, qui filiam Regis Siciliæ habebat vxorem.

Wilhelmus Comes Hannoniæ de Francia reuersus in Hannoniam, diem clausit extremum. Reliquit solam filiam Iacobam nomine, quæ primo nupserat Ioanni secundogenito Regis Franciæ: deinde ipso mortuo, nupsit Duci Brabantiæ: sed propter propinquitatem generis seperata, nupsit Humfrido Duci Glocestriæ, fratri Henrici Regis Angliæ.

Ioannes Dux Burgūdiæ venit in Hannoniā ad cōsolandū sororē suā viduā Comitissā Hannoniæ, & filiam eius & viduam, & deinde venit in Brabantiam, vt super statu Ioannis

his Ducis Brabantiæ, filij fratris sui prouideret, & de matrimonio ipsius & dictæ Iacobæ, mediante dispensatione propter propinquitatem sanguinis tractauit: quæ res postea apud Bietvliet, conuchentibus ibidem domino de Charlois, Episcopo Leodiensi, & Consilio Ducis Burgundiæ, alijsque Nobilibus, plenius tractata & concluſa est. Posthæc Dux Burgundiæ in Flandriam veniens expeditione suam in Franciam exposuit, cui pro ea 100000. aureorum à Flandrensibus concessa sunt: quibus acceptis, venit Insulas, deinde Atrebatum, inde Bellouacum. An. Christi 1418.

Ioannes de Bauaria Episcopatum Leodiensem in manus filij domini de Heynsberge resignans vxorem accepit relictam Antonij Ducis Brabantiæ, neptem Imperatoris, & cum ea dominum de Luxemborgh accepit. Ipse quoque Comitatum Hollandiæ & Zelandiæ calumniatus est, allegans sibi aliquod ius in eisdem competere: & tutelam Iacobæ filiæ Comitis Hannoniæ defuncto magis ad se pertinere quamad Ducem Burgundiæ Insuper & matrimonium inter ipsam & Ducem Brabantiæ calumniabatur, & cum aliquantulo exercitu veniens Dordracum, à ciuibus receptus est. Deinde villam de Goricum munire cœpit: sed Comitissa inopinatu impetu aduit, villam duobus in locis obsedit. Intus existentes cum Comitissa prælium committunt. Comitissæ cessit victoria vbi domicellus de Hercle occisus est cumplurib. alijs: quamplures capti, & villa in ditionem Comitissæ redacta.

An Dn. M.CD.XVIII. In Hollandia guerra continuatur, villaq; Dordracensis tam per Comitissam quam per Ducem Brabantiæ obsidetur: sed paucis dieb. elapsis exercitus Brabantinorum, quo timore perterritus nescitur, ab obsidione diuertit, & ad propria dilapsus est: quos insecuti Dordracenses, nonnullos ex eis occiderunt ac aquis suffocarunt, quosdam autem ceperunt. Dominus autem de Charlois cum Episcopo Tornacensi & Consilio patris in Hollandiam transiens, pacem ibidem composuit, sic quod dictus Ioannes de Bauaria Hollandiam & Zelandiam per decennium gubernaret, non vt dominus, & haberet pro se villam Dordracensem, & haberet insuper ab Hollandinis & Zelandinis summam 130000. scutorum monetæ Dordracensis, & sic à guerra cessatum est. 1418.

Anno Dn. M.CD.XIX. Dux Burgundiæ, qui iam vna cum Delphino pace composita Regni gubernacula susceperat, ad expulsionem Anglicorum exercitum cœpit colligere. Sed non obstante pace iurata & firmata, & Eucharistia sumpta, Delphinus & sui Ducem ipsum in insidijs vocant, & cuneos armatorum apud Mostreau collocant: vbi vocato Duce, qui iam apud Brayum superſequanam erat, ipseque apud Monstreau cum 400. dum taxat armatis veniens, nihil suspicans, relictis ante Barrerias 400. armatis, & nouem dumtaxat Nobilibus secum assumptis, castrum intrauit. Et dum Delphinum saluraret genibus flexis & nudo capite, Tenneghy du Chastel ipsum cum pugione in capite percussit, ibique dire & crudeliter interfectus est. Cæsus est cum eo dominus de Noailles, frater Comitis Sustensis, vnus ex nouem: cæteri capti, dempto domino de Neuchastell, qui per muros aufugit, & mortem Ducis illis 400. armatis nuntiauit: quistatim fugerunt. 1419.

Fama fert, aliquos huius nefandissimæ proditionis ex Ducis familia, sicut Philippus Iossequin, fuisse fautores. Mortuo ergo hoc inclitissimo Principe, succesſit ei Philippus filius eius, tunc Comes de Charlois, qui tunc Gandaui cum nobili sua consorte Michëla filia Regis Franciæ degebat, vigesimum secundum agens annum: qui in vltionem patris sui animum virilem assumens, per villas Flandriæ sese circumferens, fidelitates & homagia à Flandrensibus accepit. Inde venit Machliniam vbi venit ad eum Ioannes Dux Brabantiæ cum multis Nobilibus, similiter Consilium Comitis de Cliuis, qui eius sororem habebat vxorem: nec non Consilium Ioannis de Bauaria Gubernatoris Hollandiæ. Ex Francia quoque Philippus de Mouruille, de Parlamento Regali, ex Burgundia Ambassiadores Solemnes: cum quibus habito consilio, visum est, quod rebus dispositis, collecto exercitu ad vindictam mortis patris anhelans, Franciam peteret Regi homagium ferre: deinde in Burgundiam, visurus matrem, & possessionem acceptarus. Post hæc Atrebatum veniens, conuocatus ibidem Episcopis, Prælatis, & Nobilibus ex Flandria, Arteſia & Picardia, exequias solemnes patri peregit. Interim Armignaci villam de Roys vacuam defensoribus ceperunt, & munierunt: quæ mox à domino Ioanne Luxemborgh, Connestabulatio Franciæ, & Mareſcalco & Nobilib. Regni obsessa est: qui vim obsidentium non ferentes, salua vita & armis à villa egressi, dum in siluam venissent, ab Anglis, eis insidias tendentibus, omnes capti trucidati sunt. Dux autem Philippus nouus apud Atrebatum hyemauit. His diebus quidam Trutani per villas & oppida Flandriæ ignem

Anno Christi 1419. secrete apponentes, multas villas consumpserunt, vt Popringhes, Meenin, Hallenede, & multa alia. Postea Dux magnam pecuniæ summam à Flandrensibus petiit, quæ ei concessa est 150000. aureorum: qui emit totum dominium Comitis Namurcensis, quod in Flandria idem Comes habebat.

Eo tempore guerra & turbatio magna inter Brabantinos & Zelandinos & Hollandos orta est. Iohannes de Bauaria Brabantiam infestabat. Dux Brabantiæ Iohannes remissius se habebat: insuper & quamdam filiam domini de Aleha vxori superinduxerat. Vnde ipsa indignata ad Hannoniam venit, cuius erat Comitissa, nec amplius cum viro suo esse voluit. Hallam Brabantini pro fratre ipsius Ducis Comite S. Pauli Parisiis exeunte mittunt. Venit ipse, Regimen Brabantiæ assumit. His sic se habentibus, Iohannes de Bauaria misso exercitu in Brabantiam, villam Montis D. Gertudis accepit. Ipsi Brabantini ad eum liberandum congregantur: sed viso hostium robore, inefficaces & inglorij reuertuntur. Post hæc Antuerpienses in Zelandiam nauigio applicant, & Ostende in Zelandia, ac Stuy uestandt, fauillatenus combusserunt: similiter Zelandini Lilloo & Sandvliete de pertinentiis Brabantiæ nonnulla damna intulerunt: sed tandem inducias vtrimque concessæ sunt.

1421. Anno Domini M. CD. XXI. Braxellenses tumultuantes contra Ducem suum Iohannem, inter se diuisi, quidam ab aliis capti sunt & decollati. Dux autem fugit Louanium. Interim domina Iacoba Ducissa Brabantiæ & Comitissa Hannoniæ iuit ad Angliam, & cum Regina Angliæ aliquamdiu stetit, & filium Regis nomine Henricum de Fonte leuauit.

Dux Burgundiæ cum in Flandria parum fuisset moratus, venit in Artesiam: ad quem venerunt ibi 5000. armatorum de Burgundia, quos Princeps de Orangijs adduxit: quibus assumptis ascendit Parisios, à Rege Angliæ & Parisiensibus honorifice acceptus.

Ventus validus & ingens tempestas maris, tantaque inundatio fuit, vt fractis aggeribus multæ terræ & polri destruerentur.

1422. Anno Domini M. CD. XXII. vel circiter Humfridus Dux Gloucestriæ, qui Regnum Angliæ tunc regebat, Comitissa Hannoniæ, olim nuptam Duci Brabantiæ, sed propter propinquitatem sanguinis ab eo digressam, accepit vxorem.

1423. Anno Domini M. DD. XXIII. Mulier quædam moniale apostata de Colonia venit in Flandriam habitu peregrini, apud Gandauum, asserens se esse dominam de Ghienne, sororem Ducis Burgundiæ: & verbis suis Gandenses sic decepit, quod eam in Wale duxerunt, induerunt, & ei sicut Ducissæ ministrauerunt. Tandem missis nuntiis ad Burgundiam, vbi ipsa Ducissa cum fratre & marito erat, ipsa quæstionata, est confessa & declarauit statum suum: quo cognito, in foro piscium ludibrio exposita, Episcopo tandem tradita est, qui eam ad proprium Monasterium apud Coloniam remisit.

1424. Anno Domini M. CD. XXIV. Discordia magna fuit inter Ducem Brabantiæ & Ducem Gloucestriæ pro domina Iacoba Comitissa Hannoniæ, quam quilibet suam dicebat vxorem. Res posita est in manibus Regentis Angliæ & Ducis Burgundiæ: qui ordinauerunt, quod nullus ipsorum Ducum manum mitteret saltem ad Comitatum Hannoniæ, sed sequestraretur in manibus arbitrum, donec sententia summi Pontificis super hoc esset data & promulgata. Quo non obstante, Dux Gloucestriæ congregato exercitu, & profugis & bannitis de Hollandia & Zelandia, vna cum dicta domina Iacoba intrauit Hannoniam. Interim dominus Ioannes de Bauaria diem clausit nouissimum, relinquens hæredem omnium bonorum dominum Philippum Ducem Burgundiæ. autem Gloucestriæ petebat Hollandiam & Zelandiam ratione dictæ vxoris suæ. Econtra patebat illos Dux Brabantiæ etiam ratione eiusdem vxoris suæ.

Item Dux Burgundiæ petebat illos ratione testamenti dicto Iohannis de Bauaria. Sed principales villæ & oppida ac Communitates Hollandiæ & Zelandiæ nulli horum absolute adhærere voluerunt, donec appareret, cui de iure magis deberent obedire. His ita se habentibus, plures stipendiarij ex Francia, Picardia, Burgundia, sub Capitaneis Dño Ioanne de Luxemborgh & bastardo S. Pauli in Brabantiam venerunt. His diebus Dux Burgundiæ in Burgundia existens secundum duxit vxorem, relictam videlicet Philippi, aunculi sui in bello de blangi prostrati, olim Comitis Niuernensis.

Sororē quoq; suā Carolo de Borbon desponsauit. Quib. actis, in Flandriā venit, & apud Sluysam tractatū est super guerra Ducis Gloucestriæ, & Ducis Brabantiæ: & ordinatū est,

quod ordinatio primo facta per dominum Regentem & Ducem Burgundiæ tenere- *Anno Christi*
rur: quam prætati Duces Cloceſtriæ & Brabantiæ acceptarunt: & ſic Dux Cloce- 1424.
ſtriæ cum exercitu ſuo ab Hannonia receſſit, relinquens vxorem ſuam, pro qua e-
rat illud litigium: Sed antequam recederet, miſit literas Duci Burgundiæ, in qui-
bus ei ſignificabat, quod male de ipſo contendebatur, eo quod armati de ſibi ſubie-
ctis prouinciis in ſuccurſum ſui æmuli veniſſent, & quod ipſe Dux Burgundiæ contra
veritatem in literis ſuis aſſeruiſſet. Horum occaſione Dux Burgundiæ oppoſitum
ei ſcripſit, ipſumque ad ſingulare certamen ſuis litreris prouocauit. Quod Dux Clo-
ceſtriæ recepit, ſuas contra ei litteras demonſtrando. Sed quamuis ipſi Principes ta-
libus inuectiuis ſibi inuicem ſcripſerint, res tamen ad effectum non peruenit, Regen-
te ſuper huiuſmodi eos temperante & concordante.

Anno Domini M. CD. XXV. In Hollandia ciuilia bella crebrius inualeſcunt. Nam 1425.
Nobiles & plebeij, qui partes dominæ Iacobæ fouebant, & ſe *Houkes* vocabant, con-
tra Nobiles & populares qui partem Ducis Iohannis de Bauaria defuncti, qui *Cabel-*
liau dicebantur, multos inſultus pugnaque faciebant. Dux autem Burgundiæ v-
na cum Duce Brabantiæ his prouidentes, ordinauerunt, quod ipſa domina Iaco-
ba ſub tutela Ducis Burgundiæ poneretur quæ à Bergis Hannoniæ, vbi Dux Cloce-
ſtriæ eam reliquerat, in Gandauum eſt abducta. Sed cum contra voluntatem ſuam
ibi duceretur paucis cuſtodibus, clam fugit in Hollandiam, & in Gouda ab illis de
Houks ſuſcepta eſt. Dux vero Burgundiæ, congregato exercitu, venit in Hollan-
diam, vocatus ab illis de *Cabelliau*: vbi à cunctis fere villis, tribus exceptis, quæ ipſi
dominæ Iacobæ adhærebant, ſuſceptus eſt: cui etiam tota fere Zelandia adhæ-
ſit, præter villam de Ziriczee, quæ tamen poſtea ad eius manus deuenit. Quo ibi-
dem ſtante, Anglici à Duce Cloceſtriæ miſſi Zelandiam intrauerunt, & damna ru-
ralibus plurima intulerunt. Interim ſententia à Curia Romana venit, per q̃ ipſa do-
mina Iacoba Duci Brabantiæ pro vxore ad iudicata, ſed pro certis cauſis ſequeſtra-
ta fuit. Dux Burgundiæ diſpoſitis ſuis Capiraneis in Hollandia & Zelandia, ve-
nit Brugas: cuius receſſum domina Iacoba cognoſcens, villam de Hellon obſedit:
vbi etiam erexit vexillum, in quo erat aquila de aurata. Quibus diebus magnus pi-
ſcis mirabilis iuxta Middelborgh captus eſt, qui portentum futurorum dicebatur
malorum. His Duci Burgundiæ nuntiatis, venit Gandauum, & inde apud noſtram
Dominam de Halle pedeſtris peregrinatus eſt. Deinde Gandauum reuerſus, facta
collectione, ſummam ducentorum millium à Flandrenſibus petiit, cui ſunt cen-
tum millia conceſſa, ſic vt pacem inrer Anglicos & Flamingos obſeruari procu-
raret.

Qui ordinatis Ambaſſiadoribus ſuis cum Deputatis in Flandriam, in Angliam
miſit. Interim electi iuuenis ad iuuenes ad arma validi ex Weſtflandria plus quam
mille adunati pro ſubſidio eorum quos Dux in Hollandia reliquerat, in Hollan-
diam tranſuecti ſunt, & ſimul adunati plus quam mille ducenti credebantur. Quæ
cum Duci nunciata fuiſſent, ipſe cum ſuis nauigio tranſuectus eſt, & hoſtibus ſuis ſe-
ſtinus occurrens, cum iam Anglici partem ſuorum fudiſſent, ipſe inopinato veniens,
magnam ſtragem in Anglicos & aduerſarios fecit: & glorioſa politus victoria, fugien-
tes ſparſim per agros & dicos cæſi ſunt: vbi iuxta 400. cuaſerunt, qui naue nacti per ma-
re fugeunt.

Eodem anno domina Duciſſa Burgundiæ obiit, & Dux ſic bis vxore infra tres an-
nos priuatus eſt.

Anno Domini M. CD. XXVI. Circa medium Martij nauale prælium 6. nauium de 1426.
Gouda, contra 6. de Roterdam, quæ ex parte Ducis erant, geſtam eſt: quæ fere o-
mnes à partibus Duciſſæ Iacobæ circumſeptæ, cæſæ ſunt. Tunc quoque ipſa Duciſ-
ſa obſidionem de Hellem ſoluit, & ad villas ſuas, quas muniuerat, ſe retraxit. Cir-
ca vero initium menſis Iulij Dominus Dux cum 10600. armatorum iterum in Hol-
landiam tranſtretauit: vbi multis pugnis actis, plures ſe ſibi, quaſi prævalerer, dede-
runt, ac ei iurauerunt: etiam Friſones & de Kemplandt: ville autem de Seuenberg-
hen ab exercitu Ducis obſeſſa eſt Dux Burgundiæ inſtante menſe Nouembri, col-
lecto exercitu, in Hollandiam tranſfretar, & caſtrum ac villam de Seuenberghe viri-
liter oppugnans, circa medium menſis Aprilis in deditionem accepit, viris ar-
morum ſub fide emiſcis, & pace data ciuibus: vbi ſolemnitatem Paſchæ celebra-
uit, & ipſam ac caſtrum ex ſuis muniuit. Et ſic totius Hollandiæ & Zelandiæ po-
tius eſt dominio, demptis Gaude, Scoonhone, Oude water, & Monfort, quæ Dñæ
Iacobæ fauedant.

An. Christi 1427. Ann. Dn. M. CD. XXVIII. Ioannes Dux Brabantiæ, nulla susceptæ prolc: moritur: cui succedit in Ducatu Philippus frater eius, Comes S. Pauli, Princeps Almaniæ.

Guerra & dissensio magna pro Episcopatu Traiectensi orta est, duobus pro eo contendentibus: quorum vnus electus, & à Dño Papa confirmatus, sed à ciuibus expulsus est, altera à ciuib. receptus est. Intrusus Primas Duci Burgundiæ fauebat, alter partem Ducissæ Iacobæ tenebat. Dux Gelriæ in succursum ducis Burgundiæ contra Traiectenses bellū mouet: cuius terram Traiectenses ingressi, aliqua damna intulerunt. Acciditatem vtilli de Gouda & alijs villis Ducissæ Iacobæ fauentibus, caussa prædando versus terram de Kempelandt nauigio mari se darent. Quod cum villis domino Duci fauentibus innotuisset, velocius eos insequentes antequam terram attingerent, eos viriliter expugnauerunt, & captis eorum nauibus, omnes aut submersi, aut cæsi, aut capti sunt. Post hæc dux fortem munitionem inter Goudam & Traiectum firmauit, vt victualia de Traiecto ad Goudam, & contra, non possent aduenire. Post hæc ipse dominus dux cum aliquanto exercitu versus Traiectum approperans, ad villam de Amersfort applicuit, capere illam nitens, sed à ciuibus defensam reliquerit. Magnus nihilominus fuit ibi conflictus: in quo dominus dux manu audaciter pugnans, in periculo fuit. Multi ibi ab vtraque parte interfecti, plures vulnerati. Cecidit ibi ex parte ducis dominus Iohannes de Berors, & multi alij. Post hoc Hollandiam & Zelandiam rediit: vbi rebus dispositis in Flandriam rediit, & Insulis ad Spinetam hasti ludauit. Hoc tempore inter Regem Dennemarkiæ & Australes guerra fuit, ita vt marchanciæ non possent ad Flandriam adduci.

Arnoldus de Egmont, dux Belriæ, filius Wilhelmi domini de Egmonda, fauere volens Duci Burgundiæ propter vxorem suam filiam Adulphi ducis Cluensis, natam ex sorore Ducis Burgundiæ, Traiectum debellat. Qualiter autem ducatus Gelriæ peruenerit ad illos de Egmont, sciendum, quod præfatus Wilhelmus filiam habuit vxorem, quæ nata fuit ex filia Raynaldi ducis Gelriæ, quam dominus de Arkele apud Heusden interfectus duxerat: & ex filia illa duo filij & tres filiæ geniti sunt: quorum primus Arnoldus dux Gelriæ, Alter Ioannes dominus de Egmondt. De filiabus vero vna Regina Scotiæ, altera Regina Arragoniæ, tertia ducissa fuit Cliuensis, Arnoldus vero genuit Adulphum ante Tornacum interfectum Anno *Domini* M. CD. LXXVII. vt postea patebit: qui quidem ex filia ducis Botbonij *reliquit Karolum*, & filiam vnam.

1428. Anno Domini M. CD. XXVIII. Cardinalis Angliæ, Episcopus Wiceſtrienſis, à Roma & partibus superioribus descendens, in Flandriam venit, & Brugis à domino duce honorifice susceptus est. Ibidem per Cardinalem & Nobiles de pace inter ducem Burgundiæ & ducissam Iacobam tractatum est, vt guerra satis damnosa, quæ gerebatur inter eos & inter Honka & Cebelliau, posset sedari: & dicta posita apud Delft villam Hollandiæ, ab vtraque parte conuentum est, & ibidem Deo dante pax conuenit.

Hoc Anno Comes Namurcensis obiit, & sequenti Philippus II. filius Antonij ducis, fine semine: & sic Philippus dux Burgundiæ, effectus est dux Brabantiæ & Lotharingiæ, & Comes Namurci, Ann. M. CD. XXXI. Recipiebatur Louanij 8. Octob. Braxellis 8. Nouembr.

1429. Anno Dn. M. CD. XXIX. Philippus dux Burgundiæ vxorem accepit Elisabetham seu Isabelem, filiam Regis Portugalliæ, & Brugis magnificentissimæ sunt nuptiæ celebratæ: in quibus inter cetera solemnia dominus Dux Ordinem vellerum auri instituit 31. militum quorum ipse & successores sui caput essent, prout in institutione huiusmodi plenius continetur.

Continuatio annorum sequentium facta per F. Adrianum But, oriundum de Sastinghen.

1431. Anno Domini M. CD. XXXI. Philippus dux Burgundiæ, conuocatis apud Insulas cunctis Nobilibus & Fratribus Ordinis de aureo vellere, quem in parem instituerat, certos articulos & puncta varia semper & perpetuum obseruanda posteris illius Ordinis, sigillo suo confirmauit, tam pro se, quam pro suis successoribus. Vnde celebrata ibidem curia militum illius ordinis, cuius ipse primus omnium de triginta præcedens in armis, omnes subsecuti sunt ordine tali:

Dominus Guillelmus de viene.

D. Reynerus

D. Reynerus Pot. An. Christi 1427.
D. Ioannes de Rubays.
D. Rolandus de Hunkerke.
D. Antonius de Vergy, Comes Dom-martini.
D. Dauid de Brunen.
D. Hago de Lannoy.
D. Ioannes de Comminei.
D. Antonius de Thoulonjon, Mareſcalcus Burgundiæ.
D. Petrus de Luxemborgh, Comes S. Pauli de Conuerſan, & de Brienna.
Dominus d' Enghien.
D. Ioannes de Latermoille.
D. Gilbertus de Lannay.
D. Ioannes de Luxemborgh, Comes de Lengy.
Dominus de Boham.
D. Ioannes de Villeers.
Dominus de Lileſadam.
D. Antonius de Crey, & de Renty.
D. Florimundus de Brumen.
D. Robertus Maſſemine.
D. Iacobus Brunæul.
D. Balduinus de Lannoy.
D. Petrus de Beffroonnont.
Dominus Comes de Charny.
D. Philippus Ternant.
D. Ioannes de Croy.
D. Ioannes de Criby.

ceteros eiuſdem Ordinis milites ad complendum numerum, ſibi vſque ad ſequens Capitulum reſeruauit. Creati quoque fuerunt Heraldi noui per eumdem Ducem.

Eodem Anno Dux Burgundiæ Philippus effectus Comes Namurcenſis, venit Namurcum, propter Leodienſes, qui turrim quamdam iuxta Bouines conſtructam ſuper Moſam in Comitatu Namurcenſi, conabantur deſtruere. Alta enim erat, vtab ea reſpicerentur Dinantenſes ab alio latere Moſæ. Quamobrem illi de Leodio minus contentati cum magno exercitu ſunt egreſſi, deuaſtando terram circumquaque in Comitatu Namurcenſi: & tribus aut quatuor caſtris eiectis plurima mala feciſſent, niſi Dominus Dux miſiſſet quoſdam valentes Capitaneos, eis obuiam, videlicet Dominum Iohannem de Croy, & dominum Simonem de Laleyn: qui cum illis de Namurco exeuntes, villam de Mercurio obſederunt, quod percipientes Leodienſes, qui obſederant villam de Bouines, dominum Iohannem de Ghiſtella, quem ceperant ex parte Ducis, occiderunt, & ſe retraxerant. Circa idem tempus Philippus Dux contra Casletenſes aciem direxit: ſed illi minime ſe opponentes, eumdem receperunt, veniam nudi capite ceteriſque veſtibus in algore maximo repetentes. Quibus receptis gratioſe, Dux principales conſitatores occidiiuſſit: & recepta pecuniarum emenda, plurima priuilegia eiſdem ademit, datis aliis. Eodem etiam tempore natus eſt ipſi Philippo filius in Bruxella, nomine Antonius, de Elizabetha vxore ſua tertia, qui paucis ſuperuixit diebus. 1431.

Anno Dn. M. CD. XXXII. Apud Gandauum magnum murmur exortum eſt propter monetam Ducis nouiter factam, & fuerunt in eadem villa plures capite truncati, qui commotionem illam propoſuerant. Elizabetha Duciſſa peperit Gandaui ſecundum filium Iodocum nomine, qui paucis etiam ſuperuixit diebus. 1432.

Anno Domini M. CD. XXXIII. Dux Burgundiæ Philippus cum vxore ſua Elizabeth imprægnata perrexit ad Burgundiam, & hyemauit ibidem: peperitque Duciſſa filium in profeſto Sanct. Martini, qui filius nomen S. Confeſſoris in Baptiſmate mutat, & vocatus eſt Carolus, nec poſt hunc filium amplius à marito ſuo potuit imprægnari. 1433.

Anno Domini M. CD. XXXIV. Dux Burgundiæ Philippus cum tota potentia ſua deſcendens in patriam, cepit villam Belleuille, nec non plura alia loca, circumquaque: contra quem venit nouus Dux Borboniæ, Karolus nomine, qui ſororem Ducis deſponſauerat, & ita colloquti ſunt inſimul, vt pax inter eos firmaretur: ſta- 1434.

An. Christi 1434. tuitque diem idem Dux Borboniæ in Comitatu Niuernensi comparendi pro fœdere componendo inter Regē & eumdem Ducē Burgundiæ: qua seruata venit ex parte Regis Archiepiscopus Rhemensis, Cācellarius Franciæ. & comes stabularius Franciæ. Vnde datis treugis, ita tractatum, vt de pace statuenda vtraq; pars conueniret in Atrebato. & sic Dux Burgundiæ, cum Elizabeth vxore sua reuersus est Atrebatum.

1435. Anno Domini M.CD.XXXV. Facta fuit pax inter Carolum VII. Regem Francorum, & Philippum Ducem Burgundiæ, in ciuitate Atrebatensi, & pro Rege Franciæ comparuit dux Borboniæ, Comes Vande Monit, Christophorus Comes Harricuriæ, Archiepiscopus Rhemensis, & Magister Adam de Cambraco, primus Præsidens Parlamenti. Cum duce Burgundiæ comparuit dux Gelriæ, dux de monte, infans, dux Cliuensis, Comes de Stampes, Comes de Ligny, & Comes Sanct. Pauli, dux vero Burgundiæ petiit includi pacem cum Anglicis, eo quod non bene poterat allianciam infringere, quam fecerat cum Rege Angliæ contra coronam Franciæ, cum primo cœperat mortem paternam vindicare. Affuit igitur ex parte Regis Angliæ Comes de Warwije, & Comes de Staffort, cum Cardinale Wincestriæ auunculo Regis Angliæ Concilium (quod priore Anno Basilcæ habitum erat) hac de causa duos miserat Cardinales, scilic. Cardinalem Cypri, & Cardinalem Sanct. Crucis. Hi duo Cardinales ex parte Summi Pontificis & Concilij materiam pacis inter duos Reges tractauerunt, & concluserunt finaliter sic, quod vtrumque Regnum proprium suum Regem seruaret, sed Rex Franciæ ducatum Normanniæ dimitteret ad feudum Regi Angliæ, sic quod sibi præstaret homagium.

An. Dn. M.CD.XXXVI. Plures Anglici Westflandriam intrauerunt, vastantes villas aliquot: contra quos Casletenses & illi de territorio Bergensi cum 3000. virorum processerunt obuiam vltra riuum de Greuelinghen, accrescentibus semper Anglicis. Capitaneus Flamingorum Wulfrandus de Henchy persuasit redire: sed omnibus equestribus cum Capitaneis eorum recedentibus, omnes qui remanserunt interfecti sunt, cæsis aliquibus Anglicis in aggressu.

Eodem anno illi de Gandauo cum magno exercitu, & similiter Brugenses versus Calesiam properant, & cum Duce Burgundiæ villam obsederunt, captis hinc inde castris in terra de Guise, videlicet Oyn, Marke, & Guise. Gandenses autem in propugnaculo villæ iacentes, quosdam suorum amiserunt in conflictu, nullis eis succurrentibus, quare se ab obsidione retraxerunt. Quod percipientes Brugenses, illico secuti sunt: qui villam eorum intrare noluerunt, donec certa priuilegia sigillata sigillo Ducis haberent. Interim dux Clocestriæ, atque dux de Iorck nauigio magno cum pluribus Baronibus Angliæ ad oras Flandriæ cum tribus turmis applicuerunt. Intrauit igitur Flandriam dux Cloceſtriæ, accepit villam de Poperinghen & Balliolo: quibus succensis cum magna præda reuersus est Calesiam, ductis secum pueris collectis 11. vel 12. annorum plusquam 1000. quos Gasletenses intercipere simul cum præda putabant, sed prohibiti sunt per Dominum Collardum vanden Gehichte superiorem Balliuum Flandriæ. de mandato Ducis. Naues autem Anglicorum appellere volentes in Oostende, repulsæ sunt: vbi dum admiraldus maris, dominus Iohannes de Hondscote vendidisset le 30. visus fauorabilis Anglicis, statim occisus à maritimis Flandriæ. Processerunt igitur naues illæ versus Sclusam, & in Caelsant multa mala fecerunt, per aliquot dies ibidem commorantes propter ventum, qui fuerat eis contrarius. vnde illi de Sclusa petierunt auxilium à Brugensibus: qui cum magno numero venientes, non sunt intromissi, vix quadraginta, & hoc de mandato domini Rolandi de Hunckereke, Capitanei villæ. Brugenses autem intromissi, vi ceperunt claues portæ. quod cum ipse perceperat, iussit omnes Brugenses tradi, & sagittis eos vulnerauerit, aut necauit. Redeuntibus igitur Brugensibus, steterunt erectis baculis & vexillis in foro: nec à tali commotione desisterent, quousque correctio facta esset in illos de Sluſa, & præcipue in dominum Rolandum de Honckerke, Capitaneum eorum, qui eos expulerat, & omnes ciues Brugenses à prædicta villa sub pœna capitis bannauerat. Ipsi igitur sic reuersi, requirebant scire, qua auctoritate hoc fecerant: & facta est commotio magna ciuium villæ Brugensis, sic quod omnes officiarij citra 26. annos, qui villam rexerunt, mandati sunt comparere, statimque Scultetus villæ Brugensis, Scalardus Brix, occisus est, vnde magnam Ducis Burgundiæ indignationem incurrentes, ceperunt plures rectores præfatæ villæ, & quosdam occiderunt: aliisq; patriam interdixerunt: qui fugientes se receperunt apud Sluſam. Hinc mortalis guerra secuta est inter has villas, neque ipsi de Sluſa vsque in hodiernum diem Brugis comparent.

Antuer-

Antuerpiæ turris ad Ecclesiam cathedralem miræ quantitatis à fundamento suo ponitur: quod tribus annis operarij continuantes, vix extra terræ superficiem eduxerunt: deinde formauerunt sibi lapides, ad modum turris & cãpanilis maioris, Ecclesiæ B. Mariæ Ardenburgensis in Flandria: quam turrim vidit suis diebus F. Adamus monachus in Dunis ad campanarum loca deduci, postquam desuper terram ad 20. vel 25. pedes exstructa resultaret. *Anno Christi* 1437.

Naues Anglicæ processerunt ad Grientalem Flandriam inuadendam: & cum putarent ascendere terram, non longe à portu de Hulst, dominus Hector de Vuerhoute cum incolis de Wasia, de Apella, de Hulst, & Hontenessa sese monstrauit. vnde territi Anglici, recesserunt vnde venerant.

An. Domini M. CD. XXXVII. Philippus Dux Burgundiæ motus contra villam suam de Brugis, putans vi vel manu forti villam capere, & de rebus disponere, quæ sibi visa fuerant expedire, mouit exercitum suum de Atrebato & Insulis, deditque intelligere, se contra Hollandiam velle proficisci per Slusam. Et cum veniret ante Brugas, petiit transitum cum trecentis viris equestribus: quod lætanter annuerunt ciues Brugenses. Verum dum ad portam, vulgariter dictam de Boeuorije, descenderet, quosdam ascendere fecit, qui seruarent eam, donec intrassent octingenti aut amplius arcitenentes, ceteris remanentibus extra villam. Dux ordinato cuneo processit, & Clerum sibi obuium repériens processionaliter, eum declinauit, ciues vero armis & sagittis inuasit. nam & proprio gladio pistorem villæ interfecit, & plures vulneraui. Videntes ciues se crudeliter inuasos esse, viriliter oppositerunt se, statimque dominum de Liladam occiderunt, & exercitum ruperunt, eiusdem Ducis, qui numquam maiori periculo fortunacius euasit, cæsis & captis suis pœne omnibus qui cum eo intrauerant. Retraxit igitur se illico Dux versus portam qua intrauerat, vbi casu quodam reperit commorantem quemdam fabrum, qui precibus & minis fuerat coactus malleo seras dirumpere. Sic fuga lapsus cum quibusdam Nobilibus euasit. Orta est igitur guerra publica contra Brugenses, & misit in castris de Slusa Capitaneos, præcipue dominum Rolandum de Honckerke, & dominum Simonem de Laleyn, qui cum illis de Slusa damnificauerunt sæpius Brugenses. Tandem ex requesta Gandensium treugæ concessæ sunt, & captiui reseruati, quos communitas sæpe petiit tradi gladio, contra quam opinionem plures erant Nobiles ciues, quorum aliqui gladio ceciderũt, alij banno subacti aufugerunt, pluraque mala perpetrata sunt, hac commotione durante, quæ omnia ad longum scribere, tædiosum foret.

An. Dn. M. CD. XXXVIII. factum est matrimoniũ inter filium Ducis Burgundiæ, Carolum nomine, & Catharinam filiam Regis Franciæ. 1438.

Eodem Anno Elisabeth Ducissa Burgundiæ Brugenses reconciliauit viro suo Duci Burgundiæ Philippo, celebratis exequiis domini de Liladam ac cæterorum interfectorum præcedenti anno in terribili commotione facta, missis captiuis. Idem dominus honorifice apud Sanct. Donatianum reconditus est, satisque factum est hæredibus eius in testamentum Atrebatum.

Dominus autem Philippus Dux Burgundiæ apud Atrebatum residens, benigne suscepit ambassiatores villæ Brugensis, qui cum ad suam vrbem reuerenter inuitauerunt: inter quos principaliter deputati fuerunt Dominus de Prato, Dominus Abbas Sanct. Bauonis, Dominus Petrus de foro, Abbas de Dunis, & plures alij de notabilioribus eiusdem villæ: qui Dux veniens ita receptus est, quod incredibile. Vix fatu esset commemorare lætitiam, personagia declarare, & quæ præsentata fuerunt eidem domino ac Duci suo, nec non filio eius domino Comiti Caladrensi. Muneribus igitur pretiosissimis placatus Dux, ipse villam præfatam singulariter postea dilexit & fouit: cœpit construere domum pulcherrimam inibi, & in eadem tandem defunctus est, vt suis locis declarabitur.

Anno M. CD. XL. Philippus Dux Burgundiæ Ducẽ Aurelianensem, qui fere 24. annis captiuus fuerat in Anglia, in S. Audomaro recepit, & Brugas duxit, vbi magno gaudio recepti sunt: & inde pergẽtes Bandauũ, Philippus Dux tradidit ei neptẽ suã filiã Ducis Cliuensis, vxorẽ, ex qua genuit vnicũ filium, & filiã, post ipsum Ducẽ Aurelianensem, non obstante quod pater ipsius Ducis Aurelianensis fuerat crudeliter neci traditus, & tandem Ioannes Dux Burgundiæ, Philippi pater, similiter fuerat interemptus, vt ex præcedentibus patere potest. Verumtamen magnifica Philippi virtus paramplius indulgere nouit, quam perpetratæ rei reminisci, Celebratis igitur nuptiis, fecit Dux Burg. ipsum conduci Aurelianos. 1440.

His temporibus Philippus Bonus Burgundiæ Dux & Comes Flandriæ, se cum mul-

An. Christi. 1440. tis assumptis Nobilibus, perrexit ad Burgundiam, & in Diuione celebrauit Ordinem velleris aurei parlamentoque seruato, dispositit iter in Turcas conuertere. Quapropter ad Ducem Austriæ, siue Fridericum Imper. perrexit, & non reperit adhuc vtile foro viagium assumere tam grande, sed dissuasum est propter nuntios Franciæ Regis, qui missi fuerant ad amicitiam contrahendam, nedum cum ipso Imperatore, sed cum Regibus Hungariæ, Boëmiæ, Dennenmarkiæ, Angliæ, & cum Leodionsibus. Quod cum dominus Dux Philippus sciret, tantum egit, vt cum Anglicis pactum sortiretur in mercantiis omnibus: & quod diues quidam mercator apud Antuerpienses, nomine Petrus Pot, commoraretur, Philippus Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Comes Flandriæ, &cet. audita fama dicti Petri, qui à paupertimo statu per mercantias & negotia quæ tractauerat à iuuentute, deuenerat ad infinitas quasi diuitias, & per eas famæ nedum claritatem, sed & honorem bene meritum, & singularem dilectionis gratiam hominum obtinuerat, eo quod in propria domo seruitores Dei collocauerat duodecim, sub vno Priore, qui præsidebat aliis, obseruando regulam Ordinis Cistertiensis, qui de nobili Burgundia sumpserat suum exordium, per Robertum vero Molismensem, & deinde per B. Bernardum primum Abbatem Clarævallensem valde dilatabatur anno Domini M. C. XXVI. vsque ad mortem huius beati viri: postea per successores tam Abbates quam Principes orbis, in diuersis mundi climatibus idem mirabiliter dispersus creuit de die in diem. Etiam nouissimis diebus sanctitatem ac sinceritatem eiusdem Ordinis considerans præfatus Petrus mercator, forte quod plus affectabatur, vel quia de Burgundia oriundus, vel in honorem Dei suæque Matris, & Boni ducis Philippi potius intuitu, qui creauerat eum Militem, & totam progeniem nobilitauit & insigniuit, instituere placuit domum talem. Quæ si sic permanserit, vt per eum prouisa fuit, firmiter ædificata perpetuo duratura manebit. Dant alij caussam, cur non sub Abbate persistat: cum sicut inter Benedictinos, ita & inter immediatos filios Cistertiensis iam pœne perire cœperant monasteria, quæ vix omnia sufficere videbantur ad statum Abbatialem. Quapropter ad reformationem releuare quidam monasteria surrexerunt: & hi tamquam schismatis fautores, velut obseruantes Ordinis S. Francisci, facti sunt alijs exosi.

1447. Anno Domini M. CD. XLVII. Philippus Dux Burgundiæ Gandaui curiam tenuit, vbi Iacobus de Laleyn, vir proceræ staturæ, Duellum habuit cum Hispano quodam: quem in perco superat, acutis lanceis & gladio. Factumq; fuit eodem tempore mirabile duellum duorum animalium, leonis & tauri: sed taurus minime cessit morsibus: quin tandem deuictus leo cornib. ipsius tauri, quod præsagium fuit malorum, statim quæ euenerunt inter ducem & eamdem villam.

Anno Dn. M. CD. XLVIII. Philippus Dux Burgundiæ summo Pontifici Nicolao V. congratulans eius promotioni, scribit in hunc modum per dominum Ioannem Godefridi Episcopum Atrebatensem:

Quod Lex sacra exemplum extulit, pedum tuorum puluerem Princeps noster Dux Burgundionum lingere cupit, & per nos, in terram vultu demisso, te summe Pastor nunc veneratur. Quod autem esse magnanimi perhibetur, idem suapte natura constans, sed semper ad tuum velle flexibilis: hoc palam agere, & libere profiteri contendit. Quod vero de Menelaoscripsit Homerus, vir pauci sermonis, ipse res tuæ Sanctitati quam vera præstare mauult, atque studia, fidem, deuotionem ipsius in te, quam dici consuetudo suadet. cur de picturæ nobilis colore detrahens, quæ per se magna sunt, sine luce orationis quasi discreta contractare: quippe qui de Te & apud Te dicturus, præuideo animo, vti quorumdam oculis obiectus ab alto splendoris aciem frangit altius quiddam in re repositum, quam nos humi strati suscipere possumus. Cerno enim quanta potestate Orbem complexus es, & cœlestis auctoritatis culmen attingis.

Scio Alexandrum ab Apelle pingi, & à Lysippo fingi optasse: Te vero ab eloquentiæ, vsu mirabilem memoriam, summam scientiam decere, dicendi genus, quod artificis eloquentissimi statera pensum sit. Non ignoro, quam profuse in tuam gloriam dixerunt Oratores Itali, quorum splendor animis Patrum insedit, à quibus vniuersum eloquentiæ flumen erupit. Quando ergo, vt Salomon loquitur, anima fatigata calcabit fauum; qua voluptate nunc exilis oratio nostra Sanctitatem tuam perfunder? aut quid dignum auribus tuis vel probabile possit adferre? Res præterea per se grauis curam multiplicat. Si enim Cæsar eorum impudentiam admirabatur, qui agebant in scena, spectante Roscio: Si Gaius Lucidus in oratio-

in oratione Ciceronis non insule dicebat, se neque ab imperitis neq; à doctissimis vel- *Anno Christi 1447.*
le audiri: Subreor artium illam varietatem, illud tuum acumen, illud ingenium, quod tibi per prouincias omnes affulsit, quo velut Carneades, quæcumque discutis, animo notas, & corrigis: & si libet tibi, subuertis. At contra, beatissime Pater, quantum timoris adiecit tua maiestas tantum terroris humanitas mihi perspecta depressit.

Ea enim cum in Principe quolibet tam clara quam rara est, tam singularis & præstans in Te quasi lucidissimum lumen elucet. Aurium vero fastidium aberit: quia vt solem suggerentem in dies conciliare sibi gratiam, non exulcerare videmus: sic ter-
me noua semper & manans ab intimo virtutis fonte tua laus quo magis recensetur, magis animos allicit, penetrat, mulcet, oblectat. Verum quid istud adeo dicere tantum refert? non enim Te absolutissima præstantia Patrem laudare venimus, sed admirari: neque cohortando verba fundemus, neque Te monebimus, vt summus Pastor dispersum gregem reducas, vt prospicias sedando schismati, vt Reges & Principes dissentientes componas. Ciuile namque id est, & Tibi publice Parenti conuenit. A te fœcundos rerum prouentus Religio Christianorum expectat. Quæcumque facis, tua sponte, non hortatu cuiusquam faxis. Quam ob rem itaque ad omne bonum Te currentem vel incitemus, vel inflammemus ardentem? An Tu istam disiunctionem Christianorum, ardentes odio Reges, exeussam morum seueritatem, Ecclesias sine titulo, sine iure, legibus, relinqui direptionibus & violentiis? an Tu, inquam, Pater, Pastor, Antistes, hæc dissimulare posses vel sustinere? Quid periculi schisma parturit? Vt semper in perniciem maiorem labitur, non Te fugit. Quam facile schisma inducit hæreses? charitatem, matrem virtutum reliquarum, profligat? populi deuotionem minuit? Cleri disciplinam profanat? censurarum Ecclesiasticarum reuerentiam, neruos, robur, vires euertit? Tu scis istud intestinum malum. Hanc acerbitatem flebilem quis, beatissime Pater, vel auctoritate vel indigna vel dignitate, præter Te, frangere posset? Hoc certe est animi, hoc est ingenij tui: hoc expectatione nullius quam de Te gerimus. Ex trib. enim spem firmam præbes omnia sub Te fausta, felicia, prospera fore.

Primum, quod non hominum ingenio, solertia: sed eius qui pauperem facit & dicat, Dei manu, super dominantium sceptra sublatus es. Tu enim velut æger sine fallio, nudus opibus, res humanas contemnens contra fortunam paratus, de virtute in virtutem procedens sine remoris tractu, sed vna forte vigilia per scalam Iacob ad verticem rerum euasisti. Tu velut Gedeon minimus in domo patris sui, sic Tu ordinis in Collegio sacro postremus, liberaturus Israel de manu Madian, exercitus CHRISTI ductor effulges. Tu post Eugenium Patrem, qui Te ad Ecclesiæ opem prouexit, obtigisti nobis tamquam post Dauid Salomon sapiens. Hoc datum est non certe sine miraculo, vt nullus Anna Pontifex Armatus effecerit, quod primis initiis perfecisti rogatus.

Vt enim per Zachariam, *Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo*, dicit dominus, concussas bello vrbes Ecclesiæ, firantem ciuili cæde Bononiam, longa clade contritam Marchiam restauraſti, non opibus, non ferro cessare facis eas à præliis: quasi Rex iustus labiis imperas. Itaque protector potentiæ, firmamentum virtutis, Dominus, illuminatio tua & salus tua est, Pastor sanctissime: & quem timebis? Secundum vero vnde Tu nobis spem pollicetis, illud est, quod tamquam Phœnix Homericus Achillem, sic Te, Cardinalis Sanct. Crucis, summa prudentia, moderatio vitæ, scueritas, primis annis institutum, ancipitem illam dicendi faciendique sapientiam edocuerunt: nempe dum Ioue repletus est spiritu sapientiæ, quod Moyses imposuit super eum manus suas: dum Elisæus ab eo cui ministrabat Elia duplicem Spiritum recipit: nonne quæ in Patre illo fuerunt ornamenta virtutum omnium, in Te transanslata sunt? cui sicut Achates Æneæ, vt Apostolo Paulo Timotheus, vt sanctum cum sancto fore Propheta dicit, vtque Eleazarus nutritoris Aaron extrinseca susceptit, Tu familiam & Nicolai nomen ab ipso Patre capis, Tu sanctimoniæ fontes sic ab illo toros exhauris: quod si tu velles res paruas attingere, ingenium tuum certe nequiret.

Tertium, vnde & Reipublicæ congratulandum est, & de Te bene sperare licet, illud arbitror, quod Plato in quadam Epistola scripsit, præcipuum argumentum virtutis esse, abundare amicis: carere vero, improbitatis. Quod quidem Lex Sacra exprimens: Cum imperij sumpserint principatum, gemet populus: at in exultatione iustorum multa est gloria. Quid autem splendore isto laudis illustrius, quod scissus in

partes

An. Christi 1447. partes ciuium furor in tua tamen laude quiescit? Hostes Ecclesiæ peragrantes Sabaudiam nuper cognouimus: acerbum de Te nihil loquuntur, non tuam gloriam vellicant, non dente maligno carpunt. Et sanè, quamquam omnium rerum principia parua sunt, quæ suis progressionibus vsa augentur: qui prius Tua Sedi detrahebant Germani, veniunt ad Te, pugnantes contrariis studiis, & aduersis consilijs ventes. Principatus Italicorum conuenerunt ad Te colendum quasi vir vnus, & parranimo, eodem impetu mentis, vno consilio Te collaudarunt. Dicerem, quam ingente feruore noster Princeps, cum Tuam promotionem audiuit, quanta lætitia hoc cœleste nuntium populos, insulas, & dominia subdita sibi perfudit? Referrem plausus, gratulationes, gaudia, ludos, ea quibus vulgo iucunditas significatur: deuotissimasque gratias à nostro Principe & suis subditis ob idipsum redditas Deo: commemorarem quantopere Basilienses neruos intenderunt, vt post piæ memoriæ Eugenij obitum, nostri Principis in concussum pectus euerterent: quo item pacto illustris Sabaudiæ Dux per suos Oratores in id ostenderit patriarum vaticinitatem, incessitudinem sanguinis, vetusta fœdera. Penere ante oculos possem, quam aperte, non occultando fronte sententiam, noster Princeps non carnem vel sanguinem spectans, sed cœlum, patrem & matrem pro te relicturus, animum de firma fide non demutauit: sed eius Principis, qui sibi cognatione patruelis, charitate germanus est, preces abierit, Antipapæ nomen præferri vetuit, ipsius literas legere spreuit: Te vnum, Te solum, Te verum Præsulem, etiam interfulgenteis gladios sequi decreuit. 10 20

Sed hæc missa fero: nempe, licet per hos seditionum fluctus, professio bonæ voluntatis, Deo gratia, & Ecclesiæ sit salutaris: tamen noster Princeps, si quid Religionis detulit, in hoc non cupit sibi meruisse laudem, ne minus debito fecerit, vehementer exoptat.

Notum est itaque, Patres Reuerendissimi, vberes prius gratias vobis afferre, quod in diligendo, omnium Christianorum patres, non statuistis oculos vestros declinare in terram: non Croesos spectastis aut Darios: Sed aurea sæcula nunc reduxistis, nunc demersa scientiæ præmia reduxistis in altum, nunc nobis Præsulem, Principem omnis doctrinæ, excellsum præ Regibus terræ, instaurauistis. At præclarissimum orbi, dignum est nobis, Reipublicæ salutare, quod Princeps omnium non in falsam alienæ gloriæ hæreditatem incumbit, non maiorum *in fiatur titulis, non* aliunde pendet, sed cum sua virtute, cum ea quæ in labijs Præsulum Malachia & ceterorum, & quod in Deuteronomio legimus, Pontificis vera in hac vestigia præscientiæ frontis apparent. 30

Refert Hieronymus, Quintum Fabium solitum dicere, felices artes torent, si de illlis iudicarent artifices. Et Sextus Pythagoræus in Prouerbiis auctor, vos esse eos magnatos, qui non venerantur hominem doctum, & eruditum non colunt. Ait Ecclesiasticus: Aurum & multitudo gemmarum, & vas pretiosum, labia scientiæ. Sed vt ponderibus impositis lancem deprimi; ita in scias ire poterit nemo, quin rarus Anna litteris honor illetus sit, & quasi terra aurum celauerit, ac margaritam concha contexerit. Verum hæc est vestra gloria, Patres, hæc laus in populis, quod velut vlysses omnibus rebus summam prætulit, Sirenes ob id audiuit, saxit adhæsit, vester Senatus, vt quondam Innocentium IV. aquilam viris, sit Nicolaum ex solo Iannensi ad Pontificatum ob Doctorem sacræ maiestatis abstraxit. Quo viro quid egistis aliud, quam probare populis vos Spiritum sanctum secutos esse, aditumisse legibus veterum contulisse quod Aristoteles admonet in opus ipsum prærogatiuam subiecit. Hoc profecto populos vobis, Patres reuerendissimi, & gentes sub pedibus vestris. Quid ita? Quia, vt Socrates ait, virtus est, quæ res impossibiles ad possibilem facultatem reducit. Virtutis vigor, omnibus perditis, sese sustentat. Virtute omnia parent. Virtutem Appius in carminibus appellat Fabram fortunæ. 40 50

At, quam virtutem in hoc omnium Patre mirabuntur? Vultis exemplo Græcos ducere? vultis Romanos? An fortitudinem animi vultis? qua sibi & certant hedere & laudari serpunt: siquidem non Horatius, non Themistiocles plus in patria conseruanda magnitudinis animum habuit, quam hic pro Romanæ Sedis dignitate propugnanda victor apud Romanorum Regem ostendit. An integritatem desideratis, cum, vt Philo vnus ex septem sapientibus, aurum dixit † totis lapidibus examinari, auro autem hominum mentem probari. Hoc noster Princeps in pa-

† *Totis lic.*

ce Galli-

ce Gallica vidit: hoc Angliæ Franciæque gentes experta, hoc Reges sciunt, quotiens oblata spernens, ab omni munere manus excussit. Quid multa? nequeo certe non immorari, & semper versare animo admirationem doctrinæ, ob quam Paulus Apostolus ex vltimo pæne primus fit: & qua insigniti tanto reliquos iustos excedunt, quanto stellam vnam firmamentum totum præcellit. Verum enim, si arbitrari licet, quod Diogenes asserit, viros doctos, effigies esse deorum: vos Patres reuerendissimi, istum veritatis præconem, hanc eloquentiæ tubam totiens audistis eleganter dicentem, quotiens apud vos vel ex tempore dicendum fuit, vel maximi ponderis quidquam dicendum. An. Christi 1447.

Rursus, si bene Socrates scientiam summum bonum esse defendit: malum vero è contra summum, ignorantiam: nouerunt Græci, vt Hieronymi verba vsurpem, quantus hic in clypeum scientiarum assurgat. Si diuitiæ salutis, sapientia & scientia, vt Isaias loquitur: nouerunt Basilienses, quanto turbine hic scripturarum torqueat ascam. Quoniam ergo, (dum haud facile quisquam gratuito bonus est) adeo in studia litterarum homines excitauistisque, emadmodum vt memorabiles Prælati electuri nitentur: quas vobis, Patres reuerendissimi, gratias dignas vel literati vel electuri nitentur quas vobis, Patres reuerendissimi gratias dignas vel literati vel Ecclesiæ inferiores vmquam rependent? Quid Ecclesiæ dixi? immo verius tota Respublica? Sic enim Ecclesiasticus loquitur: *Vt in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum.* Quid diuinius orbi illuxit? aut quid vobis, Patres reuerendissimi, debet CHRISTI Religio, quorum prudentia iste, cuius nutus pro decretis habentur, cuius voluntas est lex, cuius arbitrio iura constituuntur, non nudus & inermis, ad Ecclesiæ regimen gerendum, sed rerum cognitione, omni scientia, venit ornatus. Hic enim primis Arena, in quibus futurus erat agonisceretur, orbem Herculeo labore lustrauit. Hic Galliarum, Germaniæ, Italicorum secreta: hic nationum omnium ritus: hic domesticam & publicam disciplinam expertus est. Hoc quidem de Marone Cicero scripsit omnem Philosophorum doctrinam, omnium rerum diuinarum nomina, officia, causas edidit: eum Aristoteles homines spiritu vigentes, aliorum, natura duce, dominos esse confirmet. Princeps noster, veteniores in Apocalypsi serta sua obtulerunt Agno: sic Christi vicario, Tibi, fidem, obsequium, bona, fortunas, arma, viros, ampla dominia, sed ipsum denique humili corde pollicetur & offert. Sed vt ratio finem recipiat, vt in Numeris iubet Dominus singulos Duces sese offerre Moysi, per signa, turmas, atque vexilla cognationum suarum: Iohne vero descripti iussit terras Israel iuxta numerum vniuscuiusque multitudinis, atque ad se deferri. Quod igitur operæ pretium est, inprimis, beatissime Pater, agrum Sequanum, Resenciones adiacentes Arari fluuio, populos Vangiones, Heduos, Cambilones, Hugonum partem permaximam, ex Heluetiis etiam partem, sub vnius Burgundiæ nomine noster Princeps ad Tuum nutum velleque transfert. Non gloriabor, quod nihil in sedem Romanam Burgundia nostra vmquam deliquit: patria quidem humilis, non res ad effeminandos animos habens: sed cum laboribus bellisque forti animo viros tum Religiones natura solita est. Legimus superioribus diebus Xenophontem à Reuerendissimo Patre Niceno eleganter traductum in quo Socrates eam patriam clarissimam, & ætatem prudentissimam dicit, quæ maxime colit Religionem. At Cæsar in Commentariis Galliam ait admodum deditam Religione: totius etiam Galliæ prima Burgundia fidem CHRISTI suscepit. Vt Clodoueus, primus Francorum Christianus Rex, baptizaretur, vna Burgundiæ, S. Clothildis effecit: ac in Christianissimum Franciæ Regnum Burgundia leges sacras fudit & transtulit. Itaque si Religio spectatur: (ad gloriam idipsum profero) inclita, decora. Religiones insuper, Cluniacense & Cistertienses monasteria profero, quæ ex Duoum Burgundiæ manibus, & inter Burgundiam sic sese nobis æquiparent. Si patriæ dignitas consideretur, Heduos Burgundia continet, quos Cicero ad Trebutium scribens, principes gentium, Populi Romanorum fratres appellat: quos Cæsar in Commentariis totius Galliæ primos assueuerabat. Si militiæ decus: est Burgundia ex fersilissima Nobilitate ad tantæ glebæ vbilibet comperta robur vel florem.

Si amplitudo rerum gestarum, Burgundus populus ille profecto est, qui primus post Herculem, cui ea res, vt Iustinus ait, immortalitatis fidem dedit, inuicta Alpium iuga transcendit, Mediolanum condidit, vltimas oras supra spem humanam peragrauit. Omitto Burgundiæ quondam Regnum præpotens & peructus. Tego silentio Gandigariū Regem Burgundiæ, qui Attilā, flagellum Orbis, primus, vt Eutropius auctor est,

bello

Anno Christi 1447. bello tentauit. Præterea Contrannum, alterum Burgundiæ Regem, qui Longobardos, hostes Ecclesiæ, acie vicit, castris exuit, sub iugum misit. Extant profecto annales, quemadmodum Hugonis Regis Burgundiæ ab Italis petita virtus, Berengarij tyranni rabiem fregit, profligauit, explosit. Omnibus præliis, beatissime Pater, quæ Carolus Magnus pro fide gessit, nostra gens adfuit. Sed quid ego conquiro vetera, cum liceat vti præsentibus? Nonne Principis nostri pater, Ioannes, acris & inuicti animi Princeps, hoc exemplum infudit, & animo Philippi nostri Ducis inscripsit, vt hostibus Romanæ Sedis sit inimicos, aduersus Barbaros conetur instare ferro, sæuire securibus. Veterem enim Burgundorum in dimicando pro fide laudem Dux ipse Ioannes Ecclesiæ monitu retulit: qui iuuenis admodum, & contra ætatem, ad bella pro fide profectus, ab extremis Galliæ per Wallachiam arma circumtulit, Turcos signis collatis aspere primo prælio fregit: qui reintegrata pugna, fugientib. reliquis, cum sibi vel turpis fuga, vel ferri esset subeunda crudelitas, aduersus infinitas Barbarorum copias certare non timuit, nec armorum fragores expauit. Denique Ebrones perduelles sedi Romanæ, ad tria & triginta hominum millia prælio vno cecidit. Multitudine populi cum sit gloria Regis vt dominiorum vbertas varietas gentium hominum copiam Sanctitatem Tuam delectet ad Tuæ sedis obedientiam, quam nostro Principi consuetudo patriæ tradit optima voluntas, alumnos maiorum facit. Addicit Picardæ populos acres, potentes, & versatos in armis: velocasses, scilicet Atrebatas, Suthios, Menepchios, Duacos, extremosque, vt Hieronymus loquitur, hominum Morinos: Hannoniam insuper, Begarum caput, & sontem magnificam vrbium spectaculo & fama rerum patria, noster Princeps Tuæ potestati committit. Flandria maxime, Pater, contra quam totius Galliæ vires sæpe steterunt, ea videlicet, quæ quondam classe Venetorum conducta, Constantinopolim ad obedientiam sedis Tuæ reduxit: cuius vires & opes expertus Guilelmus Dux Normannorum. Comitis Flandriæ gener Angliam subdidit: cui gloriam expeditionis S. Sepulchri sub Godefredo, Hugonis Magni Comitis Flandriæ mors acerba detraxit: quam terram Tu, beatissime Pater, lustrasti, considerasti qualis sit, quales vrbes in ea. Insuper Ducatus Brabantiæ opulens, & ipsius Caroli Magni veris hæredibus nobilitatus ager est. Ducatus Lotharingiæ, quondam nobilissimum Regnum, à quo velut ex iugo montis altissimi flumina, principatus illustres plurimi manent. Et denique *Ducatus Limburgiæ*, ad ripas Rheni contendens: ex quibus plenos animi viros, *plenos spiritus, plenos* in Te deuotionis noster Dux in leges vt disciplinam tuam traducit. Hollandia vero atque Zelandia diuites insulæ, acerrimi homines, populi bellicosi, quos numquam vicerunt tot indomitæ circumfusæ gentes, maritimo genere oceanum colluerant. Frisia etiam, quondam Regnum potentissimum, pacos attingit, Scythas penetrat, Tibique per nos offertur. Ducatum insuper Luceburgensem, qui Rhenoimminet, Franciam tangit, Leodij, patriam cingit, Treuirensem coërcet, nostet Princeps armis à neutralitate detorsit, plura ibi oppida & castra cepit, quam dies egit, & in Tuam potestatem reduxit. Sed quorsum hæc? nisi vt Legi diuinæ obtemperemus, quæ Principatus tribuum Israel recenseri præcepit. Omitto enim Comitatum Namurcensen, de Chim, Alostensem, Cadrolitanum, Matisconensem, Altisiodori, Valencenarum, Bolonien sem, S. Laurentij, Carmelant, Ostrenatensem, Marchionatum S S. Imperij, Alcestriæ, Gardias, Salinarum, & Mechliniæ dominia commemorare. Dominia dixi, quorum vnum quod liber non illustre magis quam potens, contra Reges maximos sæpe pugnauit: quorum terra Burgundiæ, Lotharingiæ Frisiæ, constat ex Annalibus, florentissima Regna fuisse, ex quibus quinque Ducatus egregios, Marchinatus & Comitatus fere viginti, adstringens noster Princeps illigat simul & annectit, vt patrias ipsas exponat, Tibi vero, beatissime Pater, arbitrium illarum ad nutum relinquat. Benedic ergo, Domine, fortitudinem eius, & opera manuum suarum clementer suscipe. namque deditissimus Tibi, vt forti fidelique animo Princeps ipse in Sedem Romanam fuerit semper: vt Eugenio paruit solo Religionis obtentu: vt clangentibus Moysi tubis continuo Ferrariensi non defuit, sed amplas sæpe legationes pro Tua sede promisit ad Reges: vt Ecclesiæ monitu galeas septem, & nanem contra Barbaras bienno fere tenens magno sumptu, profuit: vt bis vrbi Rhodiorum à paganis obsessore, ab extremis oceani præsidium opemque misit: denique ipsius in hanc Sedem merita plurima, malo ex Te, beatissime Pater, & sacris Patribus, quam nobis commemorantibus agnosci. Adest, en, quod Tibi in nomine suo, beatissime Pater, spondemus, firmus vbique Dux noster Philippus: stabit Tuis, summe Pastor, iudicijs: leges & præcepta tua custodire: quod longe minore potentu &

tu & pater & sui pro Ecclesia & fide ausi sunt, audebit & ipse. Cum enim Anna quid- 1447.
quid bonæ voluntatis effudit, apud hanc fidem sciat cecidisse iocunde. Cumque Tua *An. Christi*
integritas, beatissime Pater, sibi profuit ea, quidquid fauoris priuatim dici posset, aspi- 1346.
ret: nihil imminutum de sua in hanc sedem fide reperies, nihil claudicans, nihil aberrans. Imo vt nerui in fidibus, ita & subditi & vicinæ gentes eiusdem. Principis exemplo se, ad quemcunque tantum nutum voles, correspondebunt, obsequentur, parebunt, tuaque laudes, beatissime Pater, tuam gloriam, & Nicolai Præsulis nomen, cœtus, cateruæ, conuentus hominum per theatra nostra resonabunt, &c.

Anno domini M. CD. L. Philippus Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, &c. 1450.
Comes Flandriæ, more Regum Franciæ petiit à suis de Gandauo concedi sibi gabellam salis. In qua dum se difficiles redderent, cœpit idem Dux machinati qualiter tandem ad effectum petitionem suam reduceret, vnde paucis diebus dum esset in domo scabinorum villæ, declarauit, & iterato proposuit materiam eamdem: & in instanti denegata fuit sibi petitio. Quapropter indignatus à villa versus Brugas tect assumpsit, & inde sine mora mandauit, quod non renouaretur Scabinium Scabinorum, nisi de mandato speciali eius. Porro cum requirerent 1450.
instanter Gandenses, solito cursu annali Legem renouari pro iustitia, Dux similiter difficilem se præbuit, & auertit se per dilationem, sic quod interea vulgus conquereretur de malefactoribus, pro quibus non exercebatur iustitia. Acceditautem quod ex illis duo malefactores accusarentur, q. de Curia ipsius Ducis missi fuerint, vt immitterent flammas ignis secrete per circuitum villæ. Sed an hoc fuerit probabile, siue non, captiui facti sunt. Sed & Decano textorum præsentati. Quibus examinatis, reperti sunt culpabiles. Vnde doctus Decanus eos detruncari fecit, vel saltem alterum eorundem. Quod factum dum peruenisset ad aures Ducis Philippi, causabatur, in præiudicium dominii sui perpetratum factum, & in rebellionem contra naturalem Dominum suum, non habito consensu suo: quinimmo sine renouatione Legis vsurpationem sibi fecerat decanus iustificandi hominem. Post plutimas igitur legationes quidam malæ fidei Decanum & quosdam ciues, vt seditionem excitarent in fautores Ducis, irritarunt, ac contra legislatores & gubernatores ville, quasi male distribuissent bona, cœperunt publicare. Pro quibus dum ipse Dux Philippus exoraret ne puniretur, visa est communitas in furorem & rebellionem palam inclinari. Nunc decapitatus ille, nunc ille perpetuo relegatus. Omnia pro salutatione villæ contra mandata Domini Ducis exercuerunt, & castellanias suas intrare coegerunt de singulis parochiis: vbi mox iuramento constrinxerunt vt fideles remanerent in assistendo mutuo contra Ducem Burgundiæ, Capitaneis & Decurionibus ordinatis rite propter insultus quotidianos. Insuper prouisionem de frumento procurauere Gandenses, ne fame periculum obsessis ad longum tempus immineret. Et breuiter, præparationes ad guerras contra suum Ducem exoptatas diligenter vnplicare se studuerunt, opportuno tempore captato, quia Dux Philippus à Lucemburgensibus & Leodiensibus tunc guerras sustinere spectabat.

Anno Domini M. CD. LI. Pro concordia bona seruanda cum principe. Prælati villæ 1451.
de Gandauo cum quibusdam de ciuibus deputatis ingressi Bruxellam, coram Principe die Veneris, quo noster Redemptor Christus Iesus in Cruce saluauit nos, deprecati lacrymis veniam postulabant: sed impetrare medium pacis nequibant, donec mandatum Principis effectum sortiretur iuxta petitionem præsentatam.

Anno Domini M. CD. LII. Gandenses ab aliquibus de Aldenardo vocati, Lunæ in- 1452.
fra Festa Paschalia diluculo venerunt ante villam, sed non sunt intromissi. Manserunt autem aliquot diebus ante præfatam villam. Sed Dominus Simon de Laleyn, Capitaneus ibidem constitutus per Ducem, viriliter eam defendens, combussit fauburgas ad portas, & aufugerunt omnes, paucis interfectis viris. Interim Sampson de Busco, & Walterus Leenkneecht per Gandenses Capitanei missi versus villam Gerardi-montis, ceperunt claues eiusdem villæ, scabinis renitentibus, & contra Principem rebellare volentibus. Quod dum Capitaneus villæ, dominus de Croy, sciuisset, ex Hannonia properans, visuorum cepit illam, facta tamen cæde quorundam: & ibi præfati Capitani de Gandauo interfecti sunt. Capta villa, ac spoliata, reuersus est idem Dominus de Croy cum captiuis multis ad Ducem. Quibus nouis auditis, è conuerso Gandenses maximo numero reuertentes, hanc villam combusserunt, & obsederunt Aldenardum 10. diebus: sed in profesto Marci Euangelistæ Comes de Stampis, frater Comitis Niuernensis, post plurimas escharmuchias habitas superuenit, & leuauit obsidionem: sicque Gandenses turpiter fuga lapsi, persecuti sunt à duabus

Anno Christi partibus Scaldæ currentibus versus Gandauum, tam per Principem, qui sequebatur comitem de Stampis, quam per illos de villa, cæsis vtrimque pluribus. Ibi tres maiores machinæ relictæ sunt à Gandensibus à numero cæterorum bellicorum instrumentorum. Hæc die Marci Euangelistæ contigerunt, quo videlicet die creati fuerunt noui Capitanei villæ Gandensis, scilicet Iacobus Meus-sone, Ioannes de Melle, Adrianus Cappe, Petrus de Busco, Wilhelmus Warvvick, secundum numerum quinque Parochiarum. Pauco tempore post, dominus Simon Lalexn cum exercitu suo venit ante portam S. Petri: sed expectare non audens Gandensium turmam, inuasus est à cauda. Paucis tamen relictis, in mortem, die videlicet 3. Maii, Ducis exercitus properauit, & iuxta Macleen domus Balduini Ryms euersa est, ibique manfit dominus de Merou- 10
mont ex Burgundia, miles strenuus, cum pluribus armigeris suis. Lecta fuit littera confœderationis, eo tempore missa Gandensibus ab illis de Leodio, pro saluo conductu obtinendi, interloquendi, super materia pacis tractandi; sed parum aut nihil profuit. Deinde 9. Maii plures ex exercitu Ducis se iuxta portam S. Leuini contulerunt, spolium inducere cupientes: sed capti sunt ex eis quidam debiliores in fuga, & sequenti die decollati: inter quos erat mango comitis S. Pauli. Sed cum id pluries contigisset, & nunc vna, nunc altera pars succumberet, tandem dominus Cornelius, filius Ducis naturalis senior, per Rupelmondam intrauit Wasiam cum exercitu, venienssque ad obsidionem villæ Gandensis per Lokerne, vbi plures amiserat, ipse Dux similiter mouit exercitum suum à Dermonda, & iuxta villagium de Ouermere bellum terribile 20
commissum est, & strages formidanda perpetrata vtriusque partis; vnde plus quam 1500. de Gandauo prostrati sunt: & Dux, tali victoria parta, plures ibidem creauit milites. Comes de Stampes apud Niuellam incaute cum nobilibus suis applicans, passus est à Gandensibus ibi latitantibus. Conflictu autem facto, cum pluribus vulneratis villam de Cortraco, cuius erat Capitaneus ingressus est non sine damno graui, 22. Maii: Ioanne de Vos, Capitaneus villæ Gandensis cum magno exercitu versus Brugas iter arripuit, & combussit hinc inde villagia. Tunc temporis ex Anglia certi nuntii superuenerunt, præstantes subsidium 6. aut 7000. Anglicorum, & de tali numero vix quingenti superuenerunt, qui rapinis & cædibus intenti, nulla digna relatu peregerunt. 30
Post Festum Pentecostes Hannonienses egressi plura mala perpetrauerunt, quorum Capitaneus Christophorus de Foresto, cum Gandensibus congressus, plus quam 170. de suis amisit. Dominus Ludouicus de Vos, qui 9. fere mensibus captiuus detentus fuerat, liberatus est, obtidibus assignatis: quibus relictis, à Gandauo recessit. In principio mensis Iunii deputati fuerunt dominus Abbas S. Bauonis, Abbas de Dronghen, ordinis Præmonstratensis, Prior Cartbusiensis, ceterique de Gandauo, ac de Nationibus mercatorum villæ Brugensis, qui pulchro comitatu pro pace seu treugis obtinendis ad Principem iter fecerunt ad Bruxellas: sed quia nec Caroli regis Francorum instantia, nec requestu dominorum villæ prætatæ flecti potuit Ducis animus, vacui reuersi sunt 40
prædicti Ambassiatores, 11. prædicti mensis die. Iacobus Meus-sone Capitaneus signe & gladio pauperes circumquaque depressit: & eo tempore decollatus est Eligius de Belle, qui multum seditiosus repertus est, atque denariorum summam recepetat interficiendi Magistrum Petrum Bouvvins & Magistrum Georgium de Bul; nec dies fuit postea, quo non aliqui vel sulpendio vel ferro sunt puniti. Tanta enim cepit eos inhumanitas, vt iam nullus omnino qui à Gandensibus caperetur, mortem potuisset euadere: & cum miranda multitudine virorum, quos vulgariter *Groetonters* nuncupabant, Gandensium Capitanei dispersserunt & dilatauerunt se, pergentes versus Hannoniam, flammis & gladio cuncta vastantes, & in spolia quærentes ad fustentandum 50
eos, qui confugerant in Gandauo, si opus fuisset. Verum dñs Ioānes de Croy caute insidiatus eisdem, quosdam eorum cepit & iugulauit. Interim dum hęc fierent, dominus Cornelius, filius ducis Philippi, cum magna nobilium & arcitenentium comitiua per Rupelmonde intrauit terram de Walsia. Huic obuiare cum cæperant Waxenses magno numero congregati, iuxta Rupelmundam in quodam campo cõgressi, succubuerunt fere 1400. ceteri fuga saluati passim prostrati sunt. Vnde & idem dñs Cornelius insecutus eos, æstu caloris cassidem leuans vidit 4. aut 5. fugientes ante se, quorũ vnus per fossatum saltando, recepit eum acuto baculo, sicque vulnerauit in capite, vt spiritũ infra duos dies exhalaret, & Bruxellæ traditus est sepulturæ. Huiusce modi damno pater eius Philippus dux motus, planxit cum dolore nimio. De ceteris aũt nobilibus, qui manserunt, memoriam agere nequeo, nisi generaliter. nam ibidem walterus Leẽknecht captus, & ad arborem suspensus fuit cum plurib. aliis. Exercitus vero Ducis ingressus est hac illac, vndique vastando, donec venirent Morbeke, vbi Gandenses eidẽ

viriliter

viriliter restiterunt, cæsique fuerunt vtrimque multi. Sed reuersus est in Hulst: quo tẽ- An. Christi
pore medio Rex Francorum suos ad Gandauum direxit Ambassiadores pro pace tra- 1452.
ctanda, videlicet Archidiaconum Ecclesiæ Turonensis, Marescalcum Pictauiensem, vt procuratorem generalem regni Franciæ, qui parum proficientes, vacui recesserunt 26. mensis præfati. Gandenses paratis multis bellicis instrumentis, & chordis ad suspẽdendum homines, venerunt ante villam de Hulst, in quam totus exercitus Ducis se receperat, Sed cum magister machinarum præueniretur in quodam tractu machinę per magistrum de Hulst, factum est, vt à post similibus instrumentis ipsi Gandenses se minime defendere possent. Quare confusi prostrati sunt fere ibidem 500. viri, relictis omnibus rebus quas asportauerant. Insequitur mox Gandenses totus exercitus Ducis, vsque Axellam, qua spoliata, ignem vndique immiserunt. Quarta mensis Iulii præfatus exercitus applicuit in Euerghem, & consequenter ante villam de Gandauo, commissique escharmuciis, nunc illi nunc isti succumbebant: sæpiusque pugnatum est acriter, sed mirabiliter cohortati sunt Gandenses ab omni parte.

Tandem Heraldus Regis FRANCIÆ detulit Gandaui litteras sigillo Principis obsignatas super petitis treugis & concessis pro tempore, quas illi de viridi tentorio cum Anglicis rumpebant suis continuis deprædationibus, nec impediri poterat ipsorum malitia. Paulo post ab Insulis, vbi Dux aliqua infirmitate tenebatur, litteræ sigillatæ missæ sunt, quarum tenor visus est vulgo suis priuilegiis obuiare: statimq; ruentes ad arma, conuenerunt clamantes vociferantesque, quod de cunctis ibidem lectis nihil curarent, & ordinato exercitu, altero die post S. Crucis in Septembri versus villam de Hulst properabant, quam nocturno tempore ceperunt, cæsis aut fugatis custodibus, igni totaliter eam tradiderunt, spoliis collectis, & versus Gandauum directis. Deinde domum domini Adriani de Voorhute cum Villagio combusserunt, sicque recesserunt, ignem vbique ponendo. Porro nuntiatum est Gandẽsibus, quosdam è conuerso villam de Hulst fortificasse contra eos, & idcirco iterato reuersi sunt, residuum, præter Ecclesiam, solo æquarunt, reductis machinis & bellicis instrumentis Gandauum. In fine vero mensis Septembris Gandenses villam de Alosto obsederunt, vbi combustis sanborghis pauca damna accipientes reuersi sunt cum præda magna, Vndecima mensis Octobris Iacobus Meus-sone cum pluribus de Gandauo versus Hontenesse & in Sacstingen venit per terrã Quatuor officiorum, omnia deprædando & igne consumendo: qui cum præda magna rediit Gandauum. Ioannes de Vos, & Ioannes de Wint Capitanei contra gentes Ducis fortiter agẽdo cuncta vastauerunt, sic quod pauca destruenda manserunt circa Cortracum, Aldenardum, & circumcirca villam de Gandauo: nec calamitas similis visa est ab hominum memoria, qualis quotidie contingebat. Nam quod per Gandenses relictum est, ab aliis euersum est: & dominus Simon de Laleyn numero 800. equestrium hinc inde peragrabat, gladio quos reperit ac in iugulatione perdendo. Gandenses excuntes in manu forti, villas de Ardenborg, Oostburg, & cetera passagia sub villa de Slusa combusserunt, deferentes plus quem 200. currus cum spoliis oneratos. Deinde 20. Nouembris versus villam de Alosto pergentes ad obsidionem firmandam damna cœsorum & vulneratorum retulerunt: nec intemperies aeris, quæ plurimum inhorruit, vtrasque deterruit partes ab insolentia: quin è conuerso mense Decembri Gandenses Alostum obsederunt, ductis secum instrumentis bellicis & victualibus tam per terram quam per aquam. Sed præ nimia niuis & pluuiarũ ac frigoris egestate compulsi sunt retrocedere: quos insecuti sunt armigeri Ducis cũ dño Antonio filio eius naturali, fratre Cornelii supra memorati, qui super illos de Deuremõda factus est Capitaneus. Hic vocatis ceteris Capitaneis de Aldenardo, Cordraco Alosto, Gerardimõte, & aliis omnib. locatis in diuersis locis pro garnisone, sæpius villam de Gandauo infestabat: sed Gandenses, & ipsi de tentorio viridi cum Anglicis multa intulerunt illi damna vsque ad finem mensis Ianuarii. Duodecimo vero Februarii obsessum fuit castrum de Theemseke per Gandenses, sed non fuit captum, confracta meliori machina. Paulo post commotio facta est in villa Gandensi per bastardum Blanstrin contra Theodoricum de pulchra palude Capitaneum eiusdem villæ, cuius occasione Ioannes Fallot Capitaneus Anglicorum recessit à Gandauo, & receptus est in Deuremonda: contra quam villam præfatus Theodoricus cum suis venit, & capto propugnaculo villæ, plures prostrauit ibidem atque cepit. Deinde profectus in Hannoniam, plura fortalitia per gyrum destruxit, & cepit turrim die Dier-cost, in qua quidam de Hannonia se tenebant, quos duxit in Schendelbeke. 1386.

Sed dominus Ioannes de Croy misit quam plures ex Hannonia contra Theodoricum & suos iuxta Gerardimontem: qui confusi sunt, & vtrimque congressu

An. Christi 1452. facto, cæsi fere 700, decollatique fuerunt 14. captiui de Dier-cost. Continuata nempe guerra plurimum ingrauata est. A prima Dominica Quadragesimæ, postquam deputati pro pace tractanda de villa de Damme reuersi sunt vacui, Capitanei quidam villæ Gandensis Ioannes Stramerch versus Hannoniam ad Engheem, & Theodoricus Steenbruch versus terram Quatuor officiorum multa perpetrati sunt. Post hoc, videlicet 22. Februarii Cortracum obsederunt & combustis fauburgis villæ cum varreriis portarum, cædes vtrimque facta est, multaqua damna lapidum ictibus intulerunt: sicque reuersi cuncta vastando, se receperunt in Gandauo. Interim vero quo Cortracum obsidebatur, exierunt Gandenses ad obsidendam villam de Denremunda, contra quos quidam stipendiarii Ducis incaute dimicantes deuicti sunt, & plures capti. Deinde 5. Martii bastardus Blanstrin cum illis de viridi tentorio, fere septingentis numero aut octingentis, congressus est, & dominum Simonem de Laleyn cepisset, & versus Gandauum duxisset, nisi de manibus eius ereptus fuisset, cum graui damno suorum, cæsis 60. viris, & 9. captis & suspensis: quorum præda diratus idem bastardus, Gandauum ingressus est cum triumpho. Circa Dominicam Palmarum mouerunt se omnes qui iacuerant in garnisono, cum Capitaneis suis, & aciebus ordinatis inuadere ceperunt Gandenses exeuntes villam suam: Sed nunc bini, nunc terni, nunc quaterni captiui ducti, capite plexi sunt aut iugulati: similiter contigit Gandensibus ab eisdem captis. Veruntamen ob sacrum Pascha, quod proxime celebrandum erat, è conuerso deputati sunt quidam, videlicet Prior Carthusiensis cum 12. de notabilioribus villæ, quibus comparendi dies apud Sichimam statuta erat. Sed res infecta remansit, receptis litteris à rege Francorum, qui absque scitu suo Ambasiadores regni sui se intromisetant.

1453. Anno Domini M.CD.LIII. Continuatur fortius guerra Gandensium contra Philippum Ducem & Comitem Flandriæ: qui quidem Dux ab infirmitate qua detinebatur, respirans, tres fortissimas ordinauit acies ad bellandum contra præfatam villam suam de Gandauo sibi rebellem: quarum prima cum filio suo domino de Charles, & ceteris nobilibus, ipse ducebat; secundam filius eius naturalis Antonius, cum Comite S. Pauli: & tertiam Comes Niuernensis cum domino Ioanne de Croy, prout narrat historia, tradita super præfatis gestis. In Sabbato in Octauis Paschæ Capitanei Gandenses Theodoricus Scoonebronc & Ioannes de Strymersch cum multitudine armatorum processerunt in Hannoniam & iuxta Tornacum. Combusserunt autem Ponteronne, S. Aubertum, Bergheem, Sulske, Quaermont, & alia plura villagia circa Aldenardum, & redeundo fortificauerunt castra de Gauere, de Poucke, & de Schindelbeke: quibus è locis plura quotidie damna intulerunt gentibus Ducis & garnisono. Denique Gandenses grauem colligentes exercitū peruenerunt 7. Maii vsque Alostum, & astultibus duris obsederunt, captosq; propugnaculo portæ cum hinc inde pluribus, se leuauerunt præ timore die Ascensionis, & Gandauum reuersi sunt cum præda mirabili. Duodecima mēsis Maii dñs Adrianus de Voor-houte Capitaneus de Saestinghe, volens visitare villam de Hulst, & circumiacentia loca, Gandensibus obuiauit, cum quibus conflictu facto, pæne omnibus suis amissis, inglorius ad castrum de Saestinghen se recepit. Huic dño sociatus erat frater meus vterinus Iacobus de But, qui fortunatissime fuga saluatus, relictis armis & equo, reuersus est nauicula per Ballem in Zelandiā. Fuerunt autem captiui ducti Gandauum 27. qui omnes vno excepto decollari sunt, quorum pars de Saestinghe, & Hontenesse, ceteri de Zelandia oriundi. Mense Iunio mercatores villæ Brugensis saluum conductum impetrauerunt. Gandenses ad pacem ponendam cum duce, qui se Iasulis tenebat, ierunt, multisque tractatibus super hoc factis, adhuc pax infecta remansit: & partibus interim diuersis in locis sibi mutuo occurentibus, multa commisere pugitiua sæpiusque gentes Ducis ad mœnia villæ Gandensis conuenerunt. Decimosexto Iunii bastardus Blanstrin cum suis de viridi tentorio fortiter & flammis & gladio circa Aldenardum & in Hannonia villagia multa depopulatus, cupiens regredi Gandauum, garnisonam de Acrobuiam habuit apud Vxbrakele, commissoque prælio longo, facta fuit strages vtrimque fere 400. Sequenti mense, videlicet Iulio, Dux Philippus cum Carolo filio, ceteris que nobilibus & Baronibus, quorum nomina hic breuitatis causa omissa sunt, campum elegit, & aciebus dispositis & ordinatis, cum omni potentia sua versus Gandauum iter accepit, bellicis instrumentis adductis in copia, quæ tempore hyemali per Flandriam vehi non possunt. Grauissimus igitur exercitus Ducis se dilatauit, cuncta fortalitia deuastando, quibus se defendere Gandenses sperabant: & venerunt profugi quotidie de locis diuersis, nuntiantes mala quæ per Ducem fiebant.

Quibus

Quibus attoniti Gandenſes, commotique plurimũ, nouũ conſtituere Capitaneos, qui de bello gerendo contra Ducem & ſuos prouidere debebant. Porro nuntiata fuerunt noua Gandaui, quod baſtardus cepiſſet caſtrum de Ninoue; item quod caſtrũ de Schindelbecke fuiſſet obſeſſum per gentes Ducis, & captum, iugulatis 105. ſtipendiariis, reſeruatis ad gratiam wilhelmo de Loo, Laurentio Capitaneo de Ninoue, & aliis paucis. Tertia præfati menſis nuntiatum eſt, Ducem eſſe cum omni potentiæ ſua ante caſtrum de Poucke, quod aſſultu bellicoſo capere conabatur, ſed viriliter reſiſtebant intranei, ſic quod quadam vice conuenerant ad applicandas machinas Carolus Comes Caladrenſis filius Ducis, & Dominus Iacobus de Lalexn, cum duobus aut tribus aliis. Hoc perſpexit quidam de caſtro præfato, & ictu lapidis emiſſo, percuſit letali vulnere dominum Iacobum de Lalexn, qui ſtatim ad latus Comitis fuit extinctus. Vnde plurimum formidatus retraxit ſe comes à periculo cum ceteris. Tandem coacti tradiderunt locum, & deſcendentes cum Capitaneo Laurentio Goet-hals iugulati ſunt, vnico reſeruato, qui ſe confeſſus eſt captiuum fuiſſe, & in omnibus præbuiſſe ſeruitium. Huius autem veſtimenta ſpirabant odorẽ pulueris machinarum, qua de cauſſa requiſitus eſt, an artem exercuiſſet, ille fortiter negando mortem euaſit, cum tamen factum peperraſſet in dominum Iacobum de Lalexn, reuerſusq; eſt Gandauum. Decimo octauo Iulii fuit obſeſſum caſtrum de Gauere. Tunc Gandaui mandatum eſt per Capitaneos, vt vnuſquiſq; ſicut mori vellet ſe diſponeret, ad defendendum tam vxores, quam liberos & bona ſua. Facta fuit igitur terribilis concurſus omnium, auditis fragoribus machinarum, quibus caſtrum de Gauere oppugnabatur. Dimiſſis igitur aquæ ductibus, quæ vulgariter vocantur Spugen, in ſubſidium obſeſſis, parum aut nihil obſeſſionem impediunt. Ipſa nocte B. Mariæ Magdalenæ Arnoldus vander Spedten Capitaneus loci præfati cum quinq; aliis clam aufugit, veniensq; Gandauum, querelam ſuam fecit ſuper præſidio vel aſſiſtentia ſibi non exhibita. Sed ferunt quidam, hæc ſimulaſſe, per proditionem, & miſeros appellaſſe Gandenſes, cum Dux ibidem pauco numero iaceret. Quo clamore vulgus in arma concito greſſu, facto ſigno, properat, & ad eundum illico collectis fere cunctis ciuibus, & ceteris neceſſariis tantæ expeditioni, pergunt, ſed inordinate, donec venirent iuxta Senmerſaken, vbi locum belli ſuper campum ſtatuerunt. Quos vt Dux inſpexit, tres ordinauit acies, pergens in occurſum. Similiter Iacobus Meus-ſone, Theodoricus Steenbruch, Capitanei de Gandauo fecerunt, & proceſſerunt pedetentim, donec primæ gardiæ quaſi conueniſſent. Mox quidam miles: qui frater domini de Lannoys erat, præcurrens lanceã, inſidens equo quem refrænare non poterat, totus ibidem cum mangone ſuo proſtratus & extinctus eſt. Fundibularils autem ab vtraq; parte fortiter agentibus, diſpoſuit ſe magiſter machinarum magnarum de Gandauo Matthæus vanden korckhoue, qui fortaſſis ex improuiſo dum ignem mitteret, laccum pulueris reliquerat iuxta ſe, in quo ſcintillulæ ceciderunt, & mox incendium terribile cauſabatur, eo vociferante ſecundum ſuum idioma, Fugite, fugite, fugite, territi retroſtantes omnes aufugere cæperunt, de quo mirabantur gentes Ducis de prima turma. Relictis enim pedeſtribus, cuncti fere equeſtres & Capitanei villæ Gandenſis, nondum aliquo perſequente, fugerunt; & facta eſt ſtrages immaniſſima pedeſtrium, ſe ſaluare cupientium, hinc inde diſcurrentium; donec ad Scaldim fluuium perueniſſent: vbi reſumptis animis, octingenti fere viri fortiſsime reſtiterunt: ſed tandem ſagittis & ictibus lapidum laceſſiti, penitus aut ferro aut ſubmerſione ſunt interempti, pauciſſimis ſaluis. Hac igitur die B. Mariæ Magdalenæ Philippus Dux Burgundiæ Comes Flandriæ, lugubri, ſi verius dixero quam ſalubri, potitus victoria, rebellionis priſtinę vindictam ſuper Gandenſibus, quos ſubiecerat nunc ſuæ ditioni, creditur aſſumpſiſſe. Penultima menſis Iulii concordia facta eſt, ſaluis priuilegiis per Philippum Regem Franciæ conceſsis anno Domini M. CC CI. ſed vexilla deponerentur, nec de creandis annuatim legiſlatoribus ſe intromitterent, ſiue de ciuilibus aut criminalibus in præiudicium Principis ſine ſuo ſcitu vergentibus, eſſentq; clauſæ portæ duæ notabilem in emendam, tallionibus denariorum, gabellis & impoſitionibus ordinatis in recompenſam damnorum illatorum. Venitq; Dux in perſona propria cum omnibus ſuis ad portam S. Leuini, quo pauco temporis interuallo reſidente, proceſsionaliter exierunt fere 200. ciues aut amplius, veniam petituri de forefactis; quos, cunctis indulsit, benigne ſuſcepit, litteris aſsignatis in præſentia dominorum horum, videlicet Caroli Comitis Caladrenſis, legitimi filij eiuſdem Ducis Philippi: domini Ioannis de Burgundia, Comitis de Stampes: domini Adolphi, fratris Ducis Cleuenſis: domini Ioannis de Portugalia, domini Theobaldi de Luxemborgk: domini Ioannis de Luxemborgk, baſtardi S. Pauli: dñi de

Anno Chriſti 1453.

An. Christi Huebbordin, Domini Iacobi de Luxemborch! Domino Antonii, bastardi Philippi Ducis præfati, domini Theobaldi de Neuschastel & Deblamont, Marescalos Ducatus Burgundiæ, domini Petri de Charny, domini Ioannis de Croy, domini Glaudonis de Monte-acuto, domini Ioannis de Lannoys, domini Philippi de Lannoys, domini Caroli de Rotsefort, domini Simonis de Laleyn, & aliorum notabilium militum ibidem congregatorum. Quibus peractis, recessit idem Dux versus Gauere cum exercitu suo, ceteris pro libitu suo villam ingredientibus. Et hæc de guerris inter Ducem Philippum de Gandenses meo tempore gestis, vnde secundum quasdam historias ad longum deductas & clariori stylo, pateret, grauissimas euenisse stragesin tam pauco tempore, quo referunt ab vtraque parte plusquam 16000. periisse. Sed reperi historiam, quæ de Gandensibus solum id asserit contigisse, vbi sic habebatur: *Eodem anno Domini* 1453. *Gandenses in feliciter egressi contra Philippū Ducem Burgundiæ, dominum suum, apud castrum de Gauere plusquam* 16000. *virorum amiserunt.* Sed non mihi verisimiliter contigisse visum est, nisi ad hunc sensum referamus, videlicet quod à principio guerrarum, quæ sunt exortæ inter Philippum Ducem Burgundiæ, Comitem Flandriæ, & Gandenses, ab anno 1451. vsq; ad modernum 1453. cæsorum aut interfectorum numerus sit ab vtraque parte iunctim existimandus ad 26000. hominum, prout authentica satis etiusdem, Philippi Ducis declarat historia, quæ quidē ad lucem meo tempore nondū peruenerat. Veruntamen qualitercunque factum sit, quod pro parte vidimus, pro parte testati sumus. Si longiora vel diuturniora bella plurimas consumpsēre patrias, num-
1453. quam legisse vel meminisse me fateor.

1455. Anno Domini M.CD.LV. Philippus Dux Burgundiæ contra voluntatem quorundam Nobilium territorii Traiectensis Dauid filium suum naturalem ordinat Episcopum, domino Adulpho defuncto, qui sedem illam pluribus annis rexerat. Vnde vulgares quemdam Nobilem, dictum dominum de Breeroy, vocauerunt, & contra Ducem bella gerere tentauerunt. Qui Dux illico cunctis vocatis Nobilibus suis, copioso cum exercitu petiit Hollandiam, & obsedit ciuitatem Traiectensem, quam cepit in deditionem pacifice, mediantibus quibusdam ciuibus: qua capta, principales eiusdem territorii nequaquam consentire voluerūt, vt Dauid præfatus eorum dominus fieret: perrexit igitur Dux in obsidionem villæ Dauentriæ, quam etiam viribus suis impugnando, quibusdam amissis, per deditionem accepit. His peractis, admiserunt, metu prioris euentus inducti, & factus est Episcopus Traiectensium præfatus dominus Dauid, filius eiusdem Ducis. Porro dominus de breeroy factus est Præpositus Ecclesiæ S. Donatiani Brugis. Eodē tempore tractatū est de resignatione Episcopatus Leodiēsis, & tantū egit idē Dux Philippus, vt filius sororis suæ, Ducissæ Borbonię, per Dñm Ioannē de & Hetteinsbergho institueretur, de quo Leodienses valde comotisūt: verūtamē illū acceptarūt, licet inuiti, & cessit dignitati præfatus Dñs Ioannes de Heins berghe.

1458. Anno Domini M.C D. LVIII. Gandaui Dux Philippus receptus fuit, quem villa sumptuose per aliquot dies retinuit, aperiens populi grauamen propter denarios in pace Gauerensi promissos ad 7. annos; nihilominus addidit repetere idem Dux ad totidem annos, & ei ciues annuerunt, timentes de subiectione perpetua. Quod cum idē Dux continuaret ad mortē eius filius Carolus repetii, & cum difficultate ad mortē retinuit. Postea successori Maximiliano negauerunt, qui filiam Caroli vxorē duxit.

1461. Anno Domini M.CD.LXI. Postquam Dux Philippus cum suis Nobilibus ad introhonizationem noui Regis à Rhemis metropoli Parisios ingressus esset, domini de parlamento Regis animum induxerunt ad petendum omnia loca, quæ Rex Carolus nuper defunctus duci Philippo pro summa 1400000. resignauerat. Quapropter idem Dux post exhibitā reuerentiam exiuit Parisiis, ac versus patriam suam descendit, filius vero eius iter versus Burgundiā arripuit, advisitandū S. Claudiū. Dehinc repetens Franciā, descendit ad Regē Ludouicū pacifice salutare Turonis; à quo loco, dum quadā vice cū Rege se dedisset venationibus, timore ne caperetur, semetipsum quasi perdidit: nihilominus se Regi præsentauit, allegans, à consortio deuiatum se perrexisse.

His diebus Legati ab omni fere climate orbis declinauerunt ad curiam Ducis Philippi, præcipue propter Turcarū defensionē tractandā. Vnde Patriarcha Antiochenus descendit primo ad Regē Frāciæ pro succursu, deinde venit ad Ducē Burgundiæ Philippū. Sed excusando seipsum Dux expositit, qualiter in propria deuouerat debellare perfidos, quod vtique votum perfoliere curaret, si Francorum Rex nouiter institutus pacem vbique contrahi vellet, de quo maxime vacillauit, Et sic recessit Patriarcha.

1462. Anno Domini M.CD.LXII. Pedetētim cœpit oriri inter Ludouicū & Philippū Ducem discordia, ac inter Carolū Philippi filiū Comitē, Caladrensem, cui priuata si dem

Rex

Rex collocat insidias; & inter curiales eiusdem curiæ Duces accusati sunt dominus Niuernensis, nepos Philippi Ducis, filius Philippi fratris, scilicet Antonii Ducis Brabantiæ & Ioannis Ducis Burgundiæ, vt postmodum patebit; & inter dominum de Croy, qui statim à curia proscripti sunt. *Anno Christi 1462*

Cœpit tum Papa Pius Christianos vndiq; prouocare, scribens pro subsidio contra Turcas ad Philippum Ducem Burgundiæ taliter in forma:

Dilecto filio, nobiliq; viro, Philippo Duci Burgundiæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Litteras tuæ Nobilitatis accepimus, quibus te ostendis magnam animo cepisse amaritudinem ex iis quæ nuntiata fuerant, Venetis scilicet stragem magnam fuisse illatam à Turcis, Fidei hostibus: propterea vereri Excellentiam tuam id quod à multis affirmatur, eam ob rem non posse Venetos statuto tempore paratos esse, vt communibus viribus hostem aggrediamur. Addit deinde tua Excellentia, quod ob multas, vt fit, obortas difficultates in tractatu concordiæ inter charissimos filios nostros, Francorum & Anglorum Reges in oppido tuo S. Audomari, res effectum non habuit, ac propterea transactam essedietam ad medium futuri mensis Aprilis, in quo, resumptis tractatibus, speratur tractatus iste concludi: ob id tuam Nobilitatem à Regibus ipsis requisitam, vt dietæ interesit, quoniam te optimum mediatorem existimant; obtulisseq; eos tuæ Excellentiæ, re conclusa, magna pro defensione Fidei subsidia; & quoniam non posses, si iis mos geratur, præstituto tempore in hostes proficisci, suades Nobis vt tempus ipsum ad duos saltem menses differatur; interea enim tua Excellentia Venetos melius parari posse, & demum secuta inter Reges concordia, magna eorum auxilia in hostes se ducturam, quam tamen dilationem ad iudicium nostrum totam remittis. Non dubitamus fili dilectissime, mentem tuæ Excellentiæ perturbari, vbi Christianorum stragem intellexeris, præsertim sociorum belli, & ab hostibus illatam esse. Id enim boni & religiosi Principis est, fidelium deflere calamitatem. Quod & Nobis contigit, vbi simile nuncium est allatum: non quod Venetos existimaremus animo frangi, quos magnanimos cognouimus; sed quod miserti eorum sumus, qui interempti nuntiabantur; & superbum hostem maiore animo Christianis insultaturum verebamur. Verum deinde comperta veritate, omnem animi turbationem deposuimus, ea vt sese habuerunt, licet existimemus partim nostris partim aliorum literis ad hanc diem tuæ Nobilitati nota esse; tamen pro debito nostro, & rei claritudine, hæc explicare voluimus. Non est strages, neque ea calamitas appellanda, quam Veneti in Peloponneso à Turcis passi sunt: nec quidquam illis illatum est, quo debiliores aut remissiores efficerentur, aut ad res exequendas dilatione illis sit opus. Aggressi sunt Veneti Peloponnesum, vt scit tua Nobilitas magno animo, nauali & terrestri exercitu. Clauserunt eam muro quam celerrime. Ceperunt plura eiusdem regionis loca, quæ Turcis parebant. Corinthum, vrbem olim nobilissimam, & loci natura munitissimam, aggressi sunt oppugnare: sed cum certamen instaret, Turcis strenue saxis & sagittis se defendentibus, nox tandem prælium diremit, multis vtrimq; vt in oppugnatione moris est, sauciis: inter quos dux exercitus Veneti ictus lapide, paucis post diebus interiit. Nonnulli etiam, leui & nocturna ex improuiso commissa pugna, hinc inde sunt interfecti: vnde milites Venetorum ab oppugnatione Corinthi destiterunt, & ad murum reuersi sunt. Cumq; deinde propter instantem hyemem increbescerent imbres, & exercitus ventis ac pluuiis atq; etiam frigore acriter perimeretur, quia sub aperto aëre degebat, ac ob id variis milites agitarentur infirmitatibus; visum est illis qui exercitus curam gerebant, consultius esse, eum seruare incolumen, & per stationes diuidere, ac ad hyberna sub tecta remittere. Et ita per loca Peloponnesi quæ antea Venetorum fuerant, & per ea quæ nuper acquisierant, sunt milites distributi, & de muro recesserunt, nullo eos hoste vigente, nec apparente quidem. Instrumenta autem bellica omnia in classem redacta sunt, ita vt exercitus incolumis seruatus sit, & classis, & bellica instrumenta, atque loca acquisita, salua sunt Venetis. Post autem nonnullos dies, cum audirent Turcæ qui in finitimis erant, regionibus exercitum Venetorum à muro decessisse, & ad hyberna concessisse, ingressi sunt Peloponnesum ad numerum 15000. infestantes diuersa loca, in quibus Venetorum milites hybernabant, & vbiq; repulsi sunt, ac quamplurimi interfecti, ita vt tandem à Peloponneso discesserint. Quod ex copia litterarum his inclusa, tua intelliget Excellentia. Non igitur cladē talem passi sunt Veneti, nec aliquid emersit, quo tardiores effecti sunt; immo vero quotidie ardentiores fiunt. Miserunt nuper nouum Capitaneum classis Orsatum Iustinianum, addiderunt

An. Christi 1462. etiam alias ttiremes classi,auxerunt etiam terrestrem exercitum. Omnia Venetiis ad bellum hoc feruent, nec punctum quidem temporis amittunt: quippe qui recte intelligunt, præpotentem hostem esse; propterea magnam victoriæ causam in celeratione & præuentione consistere aiunt. Miserunt ad nos alium oratorem suum, vt apud Nos sollicitaret, & Nos vrgeret: sed non necesse erat; omnia enim posthabuimus & habemus, vt huic rei reseruatæ inseruiamus. Hoc vnum mentem nostram occupat, huc animum conuertimus, vt statuto tempore videant Christiani populi. Nos reipsa seruasse, quod verbis promisimus. Cognoscant sed à Nobis non esse deceptos. In diuersis locis & portubus Italiæ nostros facimus apparatus, & nostræ classi operam damus: accingunt se etiam operi diligenter venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales, & feruenter præparant, ne in tempore desint. Nec deest nobis adiutor DEVS, vt Italia pacata liberius inceptis nostris inter dere possimus. Quippe post discessum oratoris tuæ Nobilitatis sublata est in Regno Siciliæ magna belli suspicio. Nam defuncto Principe Tarentino, omnia quæ sibi parebant, in ditionem charissimi filii nostri Ferdinandi Regis Siciliæ pacifice & sine armis deuenerunt: ita vt omnia fere in tuto collocata esse videantur, & subuentioni Fidei omnes liberius intendere possint. Sunt ea loca vt plurimum maritima, & huic expeditioni opportuna, per quæ comeatus, equi, arma, & alia ad bellum necessaria facile conueh i possunt, & Turcis vicina, ex quibus ad illos erit breuis & opportunus admodum transitus, nostrisq; magis securitas. In Hungaria res feliciter prosperecq; succedunt. Charissimus in Christo filius Matthias Rex ardentissimo animo bellum ingressus, vniuersum Bosseue Regnum, per Turcas anno superiore occupatum, recuperauit. Quod per exemplum litterarum quod his transmittimus, cognoscet tua Nobilitas. Crede, fili mi, non deseret nos Deus: religiosam, piam & iustam causam suscepimus. Quod ergo pie & religiose cæpisti prompto animo perfice: para te celeriter, & accingere ad arma, ad causam Dei, ad defensionem Fidei, ad vindictam Crucis, contra blasphemam gentem, vt statuto tempore paratus nobiscum adsis. Ostende de cunctis nationibus talem esse, qualem cuncti populi prædicant: eũ scilicet esse Principem, cuius promissa inconcussa & intemerata sint, firma esse omnia & stabilia quæ promittis. Hoc est quod aliorum Christi fidelium mentes & animos pro Fide Catholica erigit, cum vident immutabilia esse quæ promittimus. Crede Nobis, si præfinito tempore ibimus, plurimi nos sequentur. Ad tuas ergo literas redeuntes, dicimus, non videri Nobis vtile hanc, profectionem aliquo temporis spatio differre; sed diligenter seruandum esse statutum tempus, quod cunctis Christianis populis amodo notum est: per omnes enim Christianas nationes misimus literas Apostolicas profectionis nostræ ac tuæ authenticas, quas vbique locorum publicari iussimus. Misimus per vniuersas nationes nuntios & oratores, qui requirant Christianos Principes pro indicto tempore, qui quoscunque Christi fideles incitent ad profectionem tuam & nostram, & profectionis tempus palam enuntient. Hi omnes, vbi rem differri in aliud tempus audierint, verendũ est, ne animo excidant, & tepidiores fiant, promissis nostris pæne diffisi, quod mutata & in aliud tempus translata inspicerent. Nec enim plus fidei habituros eos credendum est, te in aliud tempus translata, cum viderint nos in tempore, quod in tanti conuentus celebritate, ac oratorum & literatũ solemnitate publicatum & nuntiatum extitit, defecisse, putarent forte se deceptos & delusos, & plurimi in malam partem hoc accipient & interpretabuntur. Nos, fili dilectissime, vt vno verbo summam nostram absoluamus, existimamus nil ad præsens periculosius futurum Christianæ Reipubl. quam, ne dicamus promissorum dilationẽ, sed etiam quamuis dilationis suspicionem; censemusq; maxime operæ pretium esse, si omnis quæ forte hac de re suspicio emerserit, tollatur è medio, omnibusq; notum fiat, nihil intentionis tuæ mutatum esse, sed perstitere & perseuerare tuam Excellentiam in sanctissimo ac pijssimo proposito suo, te statuto tẽpore in hostes profecturũ, nec à promissis ac publicatis vllo modo discessurum. Crede Nobis, dilecte fili, multos ministros habet hostis humani generis, & malotum fator, qui aliter Principibus & populis suadere conabuntur. Tuæ autẽ fidei & integritatis est, te talem ostendere, qualẽ futurum sperant, qui bene cupiunt. Confirmabis Hungaros, cõsolaberis Venetos magna spe: qui vbi consulta & decreta in aliud tempus differri intelligerent, hac spe dejecti, & de Nobis diffidentes, veritati suspicantes, ne deserantur, forte rebus suis aliter consulerent & auscultarent oblationibus quas eis magnas fecit Turca; quod esset extremum Christiani populi exitium. Nos autem ad præsens constantissimos atq; feruentissimos eos reperimus. Accedit, quod cum hostis noster potentissimus sit solitus semper mature ex hybernis educere: quem & celeritate & præuentione, vt diximus

diximus, arcere & opprimere posſemus; daretur ſibi occaſio per hanc dilationem, constandi maiores ac validiores exercitus, & milites ac præſidia per diuerſa loca diſponendi, & noſtros potentius opprimendi. Eſſet præterea recte conſiderantibus dilatio hæc non duorum menſium, ſed integri anni reuera: nam in fine duorum menſium inſtaret hyems & finis æſtatis, omniſque temporis opportunitas ceſſaret: quod rebus bellicis aduerſatur. Ad aliam igitur æſtatem rem differri oporteret. Quod totum ad vtilitatem hoſtium maxime cederet, & in perniciem noſtram. Quantum vero pertinet ad concordiam Regum prædictorum, dicimus, Nobis vix pauca gratiora nuntiari poſſe, quam duorum potentiſſimorum Regum Chriſtianorum pacem & concordiam. Cum enim, vt decet Nos, & à natura Nobis ineſt, pacem amemus, tum maxime, vt ex hac, vt tu ſcribis, magis ſperare debemus auxilia pro defenſione Fidei Chriſtianæ, tum etiam ob eorumdem Regnorum mutuam amicitiam. Quamobrem tuam Nobilitatem obnixius hortamur & requirimus, vt omni ſtudio conetis, vt præfati Reges concordes fiant, & in hac re nihil diligentiæ omittas. Sed quoniam ſine detrimento præſtituti temporis ad profectionem noſtram, intereſſe tractatibus concordiæ non poſſes, laudamus & hortamur, vt alium loco tui ſtatuas, qui concordiam, ne ſub ſpe certi boni futuri differatur, efficiat. Conſultius tamẽ arbitramur proficiſci ſtatuto tempore, etiamſi certa futura eſſet concordia, propter certiſſima damna & detrimenta Chriſtiano populo imminentia. Poterunt enim Reges poſt profectionem tuam, concordia facta, quę voluerint auxilia ad te mittere. Et ita in omnem euentum optime cõſultum apparebit. Omnino autem ſtatutum tempus obſeruandum eſſe cenſemus, ne qua ſuſpicio mutati animi fidelium mentes inuadat per ea quæ diximus. Quod Nobilitatem tuam pro innata & ingenita virtute ſua non dubitamus effecturam. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris. *An. Chriſti 1462.*

Philippus igitur Dux his verbis blande commonitus, maximum belli apparatũ cunctis ſuis Nobilibus indicens, ſe quaſi proceſſurum in hoſtes Crucis accinxit, naualem pariter & terreſtrem conatus educere copiam, mox à propoſito per Leodienſes auerteretur: quod conſœderati Ludouico Regi Francorum, Epiſcopum eorum repulerunt, qui de domo Borboniæ filius erat ſororis eiuſdem Philippi Ducis Burgundiæ, allegantes cauſam repulſionis, cum nollet celebrare, nec ſacerdos eſſici, quem dam admiſerũt potentem virum ex Alemannia, fratrem Palatini Colonienſis: qui veniens tandem ad illos, publicam ſatis guerram minatus eſt inferre. Hac difficultate orta, Philippus Dux conuocat ſuos, & quid expediret agendum, maturo termi natum eſt conſilio, eum non proficiſci, ſed mitti poſſe ad ſtatutum tempus comparendi filium ſuum naturalem Antonium, qui grauiſſimum id onus magnifice peragendum loco patris acceptauit. Nauigio igitur penes Sluſam præparato, manu robuſtorum iuuenum, non paucis admodũ electis militib etiam ab omni parte confluentib, alto ſe cõmittens pelago, peruenit Marſiliam: qui dum adunato exercitu magnũ adhuc maris ſpatium peregiſſet, appliciuit in regionem quandam, vbi Mori vel Æthiopes erant incultores, cõtra quos geſtis aliquib, pugitiuis, cum paulatim ſuos variis amiſſerat ægritudinib, reditum fecit in Portugalliam: vbi receptus benigne litteras recepit à Duce Calabriæ doli machinati declaratiuas. Continuo igitur regreſſus, plurib. ſuorum amiſſis, inglorius inde per terram, relictis nauibus & bellicis inſtrumentis, patri ſuo Philippo receptas tradidit litteras. Quib, perlectis, tunc primum reb. confeſſis nuper per Ioannem Conſteyn fidem adhibuit in teſtimonium rebellionis Leodienſium; ad quas ipſe Dux Philippus ſedandas, blandis verbis benigne voluit exhortari, & admonere ſtuduit omnib. modis ad eos ſcribens, vt deſiſterent à rebellione ſeu potius repulſione, Epiſcopo eorum demonſtrata, eo quod nollet præfixe ad libitum eorum celebrare. Fuit a. Epiſcopus eorum filius Duciſſæ Borboniæ, ſororis eiuſdem Philippi Ducis Burgundiæ, qui ſucceſſerat Dño Ioanni de Heynxberghen per reſignationem; q̃ ob cauſam bono numquam animo extiterunt, eo quod exoſam grauiter haberent domum de Burgundia. Fugauerunt igitur ſtatim Epiſcopũ, & apud Hugo villã fortem eiuſdẽ patriæ ſæpius ipſum inquietabant. Sed miſſis tandem ambaſſadis mitigatus modico eſt eorum animus, promiſitque primam celebrare Miſſam ſequenti anno, atq; officium Epiſcopale taliter adimplere, quod merito contenti non haberent ſuper illo conqueri.

Ipſo die B. Iacobi Apoſtoli decollatus fuit Dominus Ioannes Conſteyn miles, Camerarius Ducis Burgundiæ, pro demeritis, quod contendebat domum Burgundiæ intoxicare, præcipue Comitẽ de Charlois. Vnde ab eius cõfeſſione totũ, peeſſit initium guerrarũ inter ipſum Regẽ nouũ & Ducẽ Burgundiæ. Vnde Dux mox nũtios direxit ad nouũ Regẽ, & præcipue Dominum de Chimay: qui, præfato Rege durius reſpondente quam decuit, reportat qualiter Rex interrogauerat ab eo, an Dux Burgundiæ plus

An. Christi quam alii Principes de Chalybe durioriformatus esset. Et breuiter, Dominus de Chi-
1462. may retulit, quod omnibus modis Rex loca sibi resignari petiit inuadiata pro summa 1400000, & iam Rex 400000. numerare Philippo Duci voluit, vt rehaberet villas. sc. Ambianis, Abbatis-villam, Monstrolum, Peronam, S. Quintinum, Royam, &c.

1463. Anno Domini M.CD.LXIII. oriri cœpit inter Leodienses & eorum Episcopum grauis discordia. Scientes autem Episcopum suum esse de sanguine Ducis Philippi, timuerunt publicam tam cito guerram indicere. Sed perpulchra ambasciada missa petierunt à Ludouico Rege Francorum iamdudum promissam ab eodem Rege assistentiam sibi dari. Rex autem Ludouicus dissuadens guerram, vsque ad tempus opportunum iussit differri, donec res aliter deduceretur. Sciebat enim cautiorem inuadendi modum. Putabat enim pergeneralam cruce-signationem, quæ fiebat exmandato vniuersalis, Ecclesiæ per Pium Papam, plures & quammaxime præstantiores Nobiles & Barones euocandos fore ex omni Dominio Philippi Ducis. Siquidem ad eum eam ob rem Bulla Papalis missa fuit: qua in tantum per suasus extitit illustrissimus Princeps, vt nisi à suis abductus fuisset, haud dubie iuxta propositum suum iter arripuisset. Sed dissuasiones omnium suorum Nobilium diuerterunt animum tanti Principis in tempus aliud. Sicq; confusus summus Pontifex non percepit abeo quam promiserat assistentiam: nihilominus excusauit se per ægritudinem quam incurrerat, & per commotionem Leodiensium.

1464. Anno Domini M.CD.LXIV. Regressus est terra qui mari perrexerat, pugnatu-
rus super Turcas Dominus Autonius, naturalis filius Philippi Ducis Burgundiæ. Hic fortiter agere cœpit vt Leodienses expugnarentur, eo quod illi de Dinanto se reddiderant infestos. Similiter Comes Caladrensis de mandato patris sui maximam colligere cœpit armaturam, & missis diuersis Heraldis aut nuntiis, omnium Nobilium infrascriptorum facta est consigillatio, non dico coniuratio: videlicet primo Dux Bituricensis, frater Regis Franciæ, Dux Britanniæ, Dux Borboniæ, Dux Calabriæ, Carolus Comes Caladrensis, Ludouicus Comes sancti Pauli, Comes Armigniaci, Comes de Dunoys, Comes d' Alebret, Comes Marchiæ Princeps Orangiæ, Dux de Zommerzet, Anglicus, qui cum Domino Antonio Burgundiæ venerat, & quam plures alii, quorum memoriam agit Historia super his authentice facta; qui omnes parauerunt conuenire ad assignatam dietam. Quæ res dum cognira esser, cogitauit expedire quosdam, priusquam ab ipsis inuaderetur: & collectis armis in Ducem Borboniæ primo debacchatur, & magnam eius partem demolitus est & deprædauit.

1465. Anno M.CD.LXV. Rege Francorum Borboniam deuastante, Principes superiori anno colligati mouerunt se ab omni parte descendentes & intrantes Regnum, sed præueniente Carolo Comite Caladrensi, filio Philippi Ducis Burgundiæ cum Comite sancti Pauli ceterisque sibi deputatis vix numero 10000. virorum armagerentium, eo quod magna pars Nobilium contra Leodienses in Hannonia & Brabantia per Philippum Ducem fuerant assignata: nihilominus cum tam parua comitiua idem Comes Franciam petens aliqua cepit fortalitia, nec non villas firmatas, donec ad duo milliaria de Parisiis peruenisset vsque ad sanctum Dionysium, vbi pacifice intromissus, se cum toto exercitu suo ante ciuitatem posuit, vt ab omnibus cerneretur.

Exercitus Parisios ingredi putans, ictibus & conuitiis repulsus est. Hæc aspiciens ipse Comes, citra mandatum patris Insulam Franciæ perit, & procedens cepit villam S. Claudii, nec non villam de Legny supra Maternam, collocans in eis suos, qui tuta seruarent ea loca, si opus fuga fuisset: sicque perrexit ad sex milliaria citra Parisios vsque ad castrum Montis Henrici: & ibi castra metatus expectauit aduentum ceterorum principum, ad duas dietas distantium.

Istis Regi significatis, properat per diem & noctem, vt inopinate Comitem Caladrensem expugnaret, & suos pæne aut caperet aut interimeret fere, descendens cum 40000. Verū inter Nobiles Regis erat Carolus Andegauensis, Comes Senomaniæ, qui notificari fecit Comiti S. Pauli, tenenti primam aciem Domini Caladrensis, vt præuideret de conflictu: quoniam Regis animus erat impugnare Comitem Caladrensem. Vix primæ custodiæ locus, & ecce pedetentim Regis exercitus ordinatissime incedens cinxerat eam, & Comes sancti Pauli vir bello peritus, in fugam suos compulit, cupiens aciem similiter ordinare, non valuit ad nutum suum cogere illos: quare dimissis illis versus mediam aciem, vbi Comes Caladrensis erat, iter maturat, fortiter appropinquante Regis exercitu, & breuiter in seipsos mutuo crudeliter irruerunt. Erat

vero

vero dies Martis, vt clarius narrat Historia Principalis, 16. Iulij, in qua circa decimam ante meridiem primus congressus factus est: vbi ex vtraque parte plures succubuere. quidem magnus ille Capitaneus Senescalcus Normanniæ, Dominus Petrus de Brezc, qui dudum valendissimus in conquestu Normanniæ & Aquitaniæ reputabatur. De ceteris viri memoriam agere non valeo. Porro Nobiles Regis valentiores effecti, prima custodia penetrata peruenerunt ad secundam, in qua Dominus Comes Caladrensis optime stipatus quadrigis & bellicis instrumentis totam potentiam Regis viriliter sustinuit, qui tamen exiens paucis cum Nobilibus ad succurrendum suis, insequentibus eum armigeris Regis fere captus fuisset ab illis, nisi scutifer vnus eum liberasset. nihilominus sine graui vulnere collo suo infixo non euasit. Cæsi autem iuxta eum fuerũt ibi Dominus de Hamers, Dominus Balduinus de Halebbim, Ballius Cortracensis, frater Philippi de Lanoys, filiũs Domini Simonis de Laleyn, pluresq; alii, quos nominat historia. Quæ res vt innotuit fratri Domini Caladrensis, Domino Antonio, mediãtibus his qui de prima custodia fuga lapsi fuerant, ceterisque collectis, valido cum clamore sic terruit irruens in gentes Regis terribili lancearum congressu, vt penetraret exercitum Regis, ac perueniret ad locum, vbi se Rex fortiter saluat: nihilominus equo deiectus fugam compulsus est arripere, suis pæne amissis, ita vt nuntiaretur interitus eius. Comes igitur Caladrensis & Comes S. Pauli campum recuperant. Sed quia multos cum coronis deauratis interfectos aspicerent, qui de latere Regis ceciderant, putabant Flamingi Regem occubuisse; qui non longe fixis lances montem eligens, ibidem se fortificat, tertio cupiens confligere contra Comitem Caladrensem: sed a suis derelictus, noctu versus Corbolium iter maturauit cum paucis. Fugit autem de latere Regis auunculus eius, Carolus Comes Cenomaniæ, nec non lancecati multi; atque ita cessit victoria Carolo comiti Caladriæ filio Philippi Ducis Burgundiæ, Comitis Flandriæ. Cui quidem Philippo delata sunt in contrarium noua; quare contra Leodienses in Brabantia Senescallum Brabantiæ, Dominum de Breda misit, necnon dominum de Gruuthuze, gubernatorem Hollandiæ; qui iuxta villagium, de Montenaken fere 3000. Leodiensium prostrauerunt. Dinantenses insuper exierant ad oras Hannoniæ, multa mala machinantes, quæ omnia in caput proprium recidebant. Nam Dux Philippus viriliter oras Brabantiæ & Hannoniæ defendit: & vera delata sunt nuntia, qualiter filio suo cesserat victoria, licet aliquanto anceps videbatur. Quoniam si vera fateamur, & iuxta rei gestæ propositum, Comes Carolus mortem vix euasisset aut captiuitatem cum omnibus suis, si Regi Francorum fideles fuissent Capitanei sui. Hi enim plus cupiditate ducti, maluerunt captiuis & rapiendis insistere, quam vacare cædibus. Nam Dominus Adolphus de Raueſtein, frater ducis Cliuensis, perditionem magnam passus est in amissione tam Nobilium quam bonorum eorumdem. Viriliter tamen se defendit: in cuius societate Flocquet Capitaneus Regis interfectus est cũ multis. Sed Capitanei, scilicet Salaazart & Malurtye caute, vt spolijs locupletati, ductis captiuis suis, fugam inierant. Ioachimus vero de Royault, Capitaneus de Parisijs, quamplures captiuos adduxit Parisios, prout vidi, paucos tamen Nobiles, inter quos erat Dominus Wilhelmus de Stauele Vicecomes territorii Furnensis, cuius equus grauiter vulneratus extiterat, sed & ipse supra modum, cum suis & aliis Parisios intrauit, aliter mutilatus brachio, alter capite, alter pedibus. Quod vt Parisienses aspicerent, victoriam Regi adscripserunt, ignorantes quod gestum fuerat. Ciues impetrare ab Episcopo sonitum campanarum nitebantur in signum victoriæ: sed nequaquam voluit in hoc Episcopus Parisiensis consentire, donec constaret de veritate. Sequenti die conflictus audita est fuga Regis Parisios: & pedetentim Capitanei Regis, qui dispersi fuerant & fuga lapsi, Parisios intrauerunt. Tandem Rex cum paucis de Corbolio veniens, similiter intrauit Parisios, vbi congregato & celebrato concilio, ciuitatem ab omni parte muniuit & fortificauit, quærens in propria persona machinas & bellica instrumenta, qui adduxit Parisios de Rothomago. Peracta igitur hac obuiatione. Comes Caladrensis & Comes S. Pauli videns, quem expectabant Regem Franciæ non comparere ad debellandum eos, campum deserentes, versus villam de Stampes cum toto exercitu se mouerunt. Vbi primo ad eosdem Burgundi, deinde Britones cum fratre Regis Duci Bituricensi, peruenerunt, nec non ceteri omnes, videlicet Dux Borboniæ, Comes de Namurs, Comes de Dunoys, Comes Armignaci, Princeps Orangiæ, Dominus de Arguel, cum maximo numero bellatorum: qui sine dubio, si ad diem conflictus comparuissent, Regem cepissent, mediante diuina opitulatione, cum toto suo exercitu: sed quod factum erat, non aliter nisi gratia Dei factum esse cognouerunt. Per aliquod temporis igitur, donec Comes Carolus sanatus esset à vulnere, quod in bella susce-

An. Christi 1465.

An. Christi 1465. susceperat, pariter vna cum maxima multitudine venerunt, & ab omni parte Parisios, in qua Rex se tenebat, obsederunt, & à Profesto S. Bernardi Abbatis vsq; ad Profestum omnium Sanctorum in obsidione permanserunt. Quo tempore intermedio plures reiſæ fiebant à plurima pugitiua, vbi nunc 20. nunc 10. nunc 8. remanserunt, &c.

Sequuntur versus de bello hoc:

Quomodo succedant Carolo sua fata retracto,
De quo per plura sunt recitanda modo.
Nobilis iste Comes, merito qui Dux reputandus,
Congregat intrepide iuuenes fortes, animosos,
Certis de causis, tacita quas mente gerebat.
Francorum Regem Ludouicum viſere tentas.
Qui dum Parisios Regalem transiit vrbem,
Optans omne bonum cum iuſtitia reparari,
Campe montis Hery fixit tentoria multa,
Regni regnorum medio capta fluuiorum,
Mane die Martis, sexta decima quoq; mensis
Quintilis, dum Sol tangis feruore leonem.
Aſt improuiſus cum Rex apparuit illi,
Nobilis ecce Comes, Princeps fortis, metuendus,
Stans hilaris gaudet, cernens insignia Regis.
Se Cruce consignat, & equum calcaribus vrget,
In virtute Dei Francos, ait, aggrediamur.
Tunc esto vexilla sunt hic illicque soluta,
Ordine procedunt magno clangore tubarum.
Mittuntur colubri, serpentimila quoque, tela
Miſtilibus mixtis penetrantibus, atque sagittis.
Intrant sic ludum Martis, pauidique recedunt.
Qui dum sic fugiunt, capiuntur, vel trucidantur.
De Comitis parte plures cecidere pedestres,
Cum nimis audaces, sequerentur longius hostes.
Haſtis enim fractis, & abiectis, durius inſtat
Bellum, mortale, nec non horribili viſu.
Occidit & si quis occiditur .....
Inter & aurigas nostros cecidere valentes.
Plumbatis plures nostri Francos necauere
.....Sanguis quo funditur illic.
Quod Rex proſpiciens, ac esse suis spoliatum,
Et Leo sit fortis inuincibilisque maneret,
Nec labor aut æstus seu sudor diſtrahat ipsum,
Fugam conſulit, ne plus maneat sine laude.
En Carolus victor manet in campo, velut Hector,
Atq. Comes prudens sancti Pauli Ludouicus,
De Lucemburgo præstant rubeiq. leones,
Cum reliquis cunctis victoribus associatis,
Audaciter campam retinent pariterque triumphum.
Postea venere Domini subtus titulati,
Dux Carolus frater ipse Regis, Brito, Calabria Dux,
Regalis stirpis Borbon, Comites quoque plures,
Cum cito post bellum senſere reſiſtere nullum,
Fœdere coniuncti concordanter cito Regi.
Concors contentus Rex est, noscendo Leonem,
Qui prius vt lubuit credebat omnibus vti,
Nunc mitior factus satis est post prælia doctus.

Hoc non ad dedecus Regis dudum cum fratre placuit scribere, sed ad rei gestæ memoriam. Nam postea Rex de colligatis omnibus, siue licite siue aliter, triumphauit. Anno enim Domini, sicut ex dictis aliorum patere potest, M. CD. LXXVII. Carolus de Francia, Dux Aquitaniæ, frater Regis, ex veneficio moritur. Sed & Ioannes Dux Calabriæ, cum filio suo Marchione. Deinde Comes Armignaci, postea Comes S. Pauli; consequitur Carolus Dux Burgundiæ, post quem Parisiis Dux de Nameurs.

Porro Leodienses fortiter agere cæperunt, præcipue Dinantenses, quos Capitanei Ducis Burgundiæ viriliter sæpe fugarunt. Con-

Concessæ sunt & impetratę treugę inter Regem & fratrem eius Ducem Bituricen- An. Christi
sem, cuius occasione bellum perpetrarum extitit per Comitem Caladrensem contra 1465.
præfatum Regem: nec facile cõtractus firmari potuit ad pacem præsentatis articulis
& querelis omnib. concernentibus partem aduersam, quæ omnia nimis longum foret
inferere, quia nondum constare de veritate potuit, nisi quod origo dissensionis inde
processerit, quod Rex Franciæ noluit fratri suo Ducatũ Normannię resignare. Multis
tandem precibus Rex inducitur ad pacem contrahendam cum suo fratre cæterisque
Principibus, oblatis gestorum Regum Franciæ codicibus, vt mediis omnib. incitare-
tur eius animus ad concordiam. Ceperat autem Dux Britannia villam de Pontoyze
tenuitque se in S. Dionysio: Dux vero Borboniæ cum suis Sequanam transiens, ciuita-
tem Rothomagẽsem similiter in deditionem accepit. Porro Comes Caladrensis cum
Duce Calabriæ semper se ante Parisios in obsidione tenebat, expectans potentiam
Regis. Vbi cum iaceret, nuntiatus est obitus vxoris suæ, fororis scilicet Ducis Borbo-
niæ, ex qua solam filiam genuerat: & quia hæc tristia mitigarent animum Comitis, si-
mul denuntiatur captiuitas Domini de Stampes, Comitis Niuernẽsis, in villa Perone.

Ludouicus autem Francorum Rex videns se periculo proximum qualiter ad hy-
emandum loca cœperunt eligere Principes, in obsidione permansuri, nec posse se resi-
stere tam multis, citius quam potuit, obtemperauit metu potius quam beniuolentia.
Concessitque Rex fratri suo Carolo Duci Bituricensi Ducatum Normaniæ, villasque
compromissas, dudũ Comiti Caladrensi similiter concessit. Duci vero Borboniæ con-
cessit emendã, iuxta petitionem, Duci autẽ Calabriæ 600. lanceas stipendiatas cõces-
sit ad assistendũ sorori suæ Margaritæ Reginæ Angliæ, vxori Regis Hẽrici captiui, &c.
Comiti S. Pauli dedit Connestabulariatus Regni Franciæ beneficium; omnesq; paci-
fice dimisit, & obsidionem hi de Parisiis soluerunt, perrexeruntque Dux Norman-
niæ frater Regis & Dux Britanniæ ad possidendam Normanniam.

Comes Caladrensis vero perrexit cum toto exercitu ad debellandam patriam
Leodiensem: sed concordia facta est sine clade, quæ paucis diebus durauit. Vnde
sequenti anno Carolus contra Dinantenses perrexit. Durante autem obsidione fere
nouem diebus, capta est villa de Dinanto, & igni funditus consiagrata. Hinc versus his

Dinant præclusa mox est calcata leone.
Mille quadringentos decies sex sex notat annos.

Alii de eiusdem destructione:

Hi de Dinanto communes sunt populari,
Insontes, stolidi credulitate sua:
De terra ferri seruantes ferrea corda.
Sint licet vt ferrum, nil agit in chalybem.
Ipse quidem Carolus saxo se excutit ignem,
Dum vult, malleolis quod cito cudet eos.
Aggressor primo circumdedit vndique vallo,
Nocte dieque locum castigans puluere forti,
Furtiue properans, eiusque suburbia captans,
Intrat, ablatis spoliis, cauteque recedit.
Et ceteri melius nequeunt quam reddere sese
Ad nutum Caroli pleni pietate modesta:
Non attendentes, commotus qualiter ante
Offensis multis verbosis, sed magis actis,
Incursando quidem fecerit interficiendo.
Reddunt se que tamen tractatu non bene facto.
Tunc prius emissis fragili sexu puerisque,
Fit vindex ignis consumens omnia presto,
Quodque remansisset, manibus perit hoc operosis,
Donec dicatur, Dinant prius hic fore visa.
Hos ita per domuit qui malleus indomitorum,
Felius vt Martis, Carolus, qui diligit arma.

Planctus.

Quomodo sola manet Dinant quondam populosa.
Facta velut Troia, nunc sine vestigio?
Illic defluxit Xanctus, sicut hic modo Mosa,
Quam paucis similis at tamen excidio.
Ilios, aut vbi nunc Hector, totidemque potentes?
Talibus, heu! caruit insipiens populus.

An. Christi. 1465.

Quin potius contra Priamus pater & suus Hector,
*Nec sibi præsidio * Panthasilea fuit*
O viduata viris Dinant, orbataq; natis!
Et sexus fragilis nescit habere locum.
Esurit atque sitit, primo qui splendida sumpsit;
Et modo vesle caret, cui prius ample satis.
Heu! Dinant miseranda iacet: indulgeas ipse
Omnibus indulgens, qui patienter amant.
Quisquis amat tremat, patienter & aspera portet,
Vt Deus eleret hunc regione sua.

Chronostichon. 1●

DINANT ACCENSA MOX NON PLACA
CVNCTA REPRESSA.

1466. Anno Dñi M.CD.LXVI. Leuauerunt se Leodienses iterato cõtra Episcopum suum, fratrem Ducis Borboniæ, & eum à villa de Huyo fugauerunt, interfectis quibusdã de parte Ducis Burgundiæ, quos idem Dux ibidẽ posuerat pro conseruatione patriæ. Sic econuerso rebelles facti contra contractum & iuramentum, quod fecerant cum Philippo Duce Burgundiæ & Carolo filio eius, quæcumq; poterant mala perpetrati sunt. Dux autẽ Philippus apud Bruxellas facta congregatione valida Nobilium, arma leuat cõtra Leodienses: sed propter debilitatẽ & senium in propria nõ valẽs exire, totũ belli onus filio suo Carolo Comiti Caladrẽsi cõmisit. Rex Frãcorũ dũ audiret, Carolũ Caladrensẽ Leodienses inuadere debere, misit quosdã stipẽdiarios in auxiliũ per Cãpaniã & Ardenniã ipsis Leodiensib. Porro Carolus Comes Brabantiã exire parabat, cõtradictis vndiq; copiis Nobilũ & armigerorũ, primo cepit Dinantũ, de quo ante per occasionẽ fuit dictũ. Qui dum postea aciem suã dirigeret in subuersionẽ villæ S. Trudonis, plures ad impediendã obsidionẽ se mouerẽt de Leodio cũ bellicis instrumẽtis, & quadrigis, & victualibus: quos quidã de parte Ducis Burgundiæ venturos nũtiauere, quare Comes Carolus aciebus ordinatis, cinctaq; villa præfata, & aduẽtu Leodiẽsiũ audito, clamor ad pugnã & sonitus terribiliter proclamatur. In aggressu Leodiensiũ, eo quod debilior esset prima custodia Comitis, cessit, forte ex industria prout postea belli exitus declarauit: quoniã ex aduerso personsit adiutoriũ, & Antoniũ bastardũ fratrẽ comitis aduentare continuo recognouit: cuius aduentu durior fit adirus pugnæ. Sed quia in crepusculo quasi noctis congressus iste fiebat totus Leodiensis exercitus diruptus & distractus est. Plures igitur eorũ terga verterunt, cæteris prostratis, & captis curtibus victualibus vna cũ bellicis instrumentis, quorũ copiam adduxerãt, & bellũ intercipitur, fuga quingẽtis fere interfectis viris. Prosequitur post hoc intentũ suum Carolus, & villã S. Trudonis dira iam obsidione penitus quassatã in deditionẽ accipiens, quosdã gladio iugulari, quosdã illæsos in gratiam capi iubet. Haec villa funditus euersa, mouit idẽ Comes exercitũ suũ, vastando fortalitia hinc inde, donec Tongris peruenisset: quæ villa se submisit obedientiæ suæ cũ pluribus aliis. Et procedẽs tramite suo, castrametatus est ad vnũ milliare ciuitatis Leodiensis, sic quod illi de ciuitate omnẽ eius exercitũ orto sole viderent se longe lateq; dispergentẽ, ad assultum
1466. sine mora præbendũ. Ciuibus igitur aspicientibus se cingi, ac locis aptioribus bellicas machinas collocari, sicq; primo obsidionis aggressu taliter coarctari, vt vix egredi valerent aut præsumerent: consiliũ inierunt, vt 300 aut 400. de notabilioribus eligerentur, qui exirent ciuitatẽ, & procederẽt nudi, lineis tm̃ induti, veniã petituri. Quod factũ est. Nã tã diu prostrati iacebant ad pedes Comitis & Episcopi cęterorũq; Nobiliũ, donec responsum audirent. Tali igitur pacto concordia sumpsit exordiũ, vt videlic. 3. Capitanei Comitis, scilic. frater comitis dñs Antoni⁹, & nepos eius dñs Adolphus, nec nõ dñs de Grwthuze, cũ omnib. suis armigeris ad 3. portas intromitterẽtur, seruatis ac saluis bonis & vita oĩm in Leodio existẽtiũ. In qua q̃dẽ ciuitate tã diu morã traherẽt hi prænominati Capitanei, donec ad pacis vnionẽ omnia tractata essent. Ciues igitur annuerũt huic petitioni Comitis: & Dei gratia mediãte, breui dierũ spatio firmata est pax, & sedata cõmotio: susceptoq; comite & eorum Episcopo, dño Ludouico de Borbonia, promiserunt fidem & stabilitatem semper obseruandæ pacis, fugato Rasone de Linteris, qui caput ferebatur principale totius discordiæ.. Impositа igitur erat pecuniarũ maxima emenda, nec non ipsi Phil: Duci Burgund. per vices, 40. ciues obsides assignati sunt ad maiorẽ cõfirmationẽ, qui aliternatim, donec taxatio per soluta esset, deliberabantur & restituebãtur. His peractis, Francorũ Rex de lõge prospiciẽs fratrẽ suũ cũ Ducẽ Britannię Norman. repetere velle, multitudinẽ copiosam armigerorũ ad

oras

oras Normanniæ cõlocauit ne intrarent: idemq; Rex iuxta Peronam & circa Parisios se tenens, ne Comes Caladrensis in illum subito irrueret, præsidia sua fortificauit. Deo tamen disponente, pugnatum non est: verumtamen maximę præparationes factę sunt ab omni parte ad inuadendum Regem. *An. Christi* 1466.

An. Domini M. CD. LXVII, Brugis in Flandria, 15. Iunij obiit Illustris. Princeps Philippus Bonus, Dux Burgund. Brabant. Lotharing, ac Lemburgensis, comes Fland. Artesiæ, Namurci, Hannon. Holland. Zeland. & Bargund. Palatinus, ac Marchio S. Imp. Dñs Frisiæ, Salinarũ & Mechliniæ. Hic filius Ioannis Ducis Burgundiæ ex filia Alberti Ducis Bauariæ, Comitis Hulland. & Zeland. procreatus Filiũ vnicũ reliquit hæredem ex nobili domina, vxore sua tertia, Elisabetha filia Regis Portugalliæ, Carolũ nomine, natum in Diuione, an. M. CD. XXXIV. Hic patri succedens, dominatus est super omnia dominia, quæ erant vel esse poterãt patrimonialis iurisdictionis, legitimæq; successionis & apud Gandauũ, principalẽ Flandriæ villã, 30. mensis Iunij, año quo supra præstito iutamento, nõ sine vulgi motione susceptus est. Allegabat vulgus, impolitas sibi gabellas graues & importabiles fore, quas citra contractum pacis factæ post eladem ipsis illatam in bello Gauerensi, quod gesserat villa Gandensis contra Philippum Ducem modo defunctum nuperrime, vi coacti fuerant exsoluere; & idcirco super illis nunc relaxari merito nouo in aduentu Principis, minus tamen gratiosẽ petierunt. Sicq; in opinate Carolus cum Nobilibus suis à villa recessit, relinquens ad sedandum vulgus dominum Ioannem de Grwthuze, qui Gubernator Hollandiæ fuit. Venit aũt nouus Dux Carolus ad Brabantiam coniurandam, & susceptus est, licet Machlinia cornu rebellionis erexerit, quod per exilium seditiosorum bannitorum repressum est, Illico Leodienses, & de quo maior rumoris stupor aures cunctorum inuaserat, Francorum Rex Ludouicus palam cæpit, non obstante fœdere, lanceam leuare contra Ducem Carolũ, à quo paulo ante contractus pacis ita firmatus erat, quod idem Rex licentiam dederat ipsi præfato Duci nouo sponsalia contrahendi cum domina Margareta, filia Richardi, quondã Ducis de Yorck, sorore Regis Eduardi Regis Angliæ regnantis, & plura alia cõcesserat. Vnde stupefactus Dux Carolus, celebratis exequiis patris (anno sequẽti 1468.) fere cunctis Nobilib. & feudalib, sibi aduinctis, solemnẽ celebrauit Brugis curiã sup Ordine Velleris aurei renouando & reparando: vbi pæne oẽs cõpatuere, demptis Ioanne Niuernensi Comite, nec non Ioanne de Croy, Comite de Porsennis, cum fratre suo. Quib. deletis & proscriptis, eo q; mediãtib. illis orta fuerit dudũ dissensio, susceptus est Rex Angliæ, Rex Neapolis Ferdinandus, & plures alii tã Reges q; Barones & Principes potentes admissi sunt in Confraternitatem præfatam Ordinis celebrati de nouo: paulo q; post contracta sunt per verba de futuro, sponsalia inter Carolũ Ducẽ Burgundiæ, & dominam Margaretam de Yorck. Quibus compertis, Rex Francorum mouit exercitum cõtra Ducem. Similiter & Leodienses rebelles in Episcopum & Ducem Burgundiæ, cœperunt palã infringere facta fœdera tempore Philippi viuentis. Verumtã hoc anno quamuis ad arma ruisset vtraq; pars, non est tamen ventum ad pugnam, eo quod Nobiles Franciæ, scilicet Carolus Dux Bituticensis, fratet Regis, & plures alii, partem Regis declinãtes, recesserant, & ad Ducẽ Britanniæ se receperant; & hinc inde per mare, per terrã, missis Ambassationibus, ecõuerso colligati Principes, dudũ coniurati, inuiolabiles adunate stare contra furorẽ Regis maluerunt, & pacẽm obseruare cũ Duce Carolo, quẽ Rex contra fas deturbare contendebat. Porro ad curiã Ducis Catoli venit Philippus Miles nominatissimus, frater Ducis Sabaudiæ, relinquens partem Regis, quamquam idem Rex fororem eius haberet vxorem, & ab eo cum prouisione susceptus est, factusq; Gubernator Ducatus Burgundiæ ad quem contra incursum Regis Francorum tuendum & defendendum idem Philippus directus est, & aliquantulum fidelis, non tamen vsq; in finem permansit. 1467.

Hoc anno sexus hominum atq; mulierum variatione superba segerere cœpit aliter in vestitu & amictu, & vanitati parere plus quam antea, per quoscumq; visum fit; pudor que recessit à fœminis, & in omni statu deformitas apparuit.

Anno Domini M. CD. LXVIII. Vigesima quinta mensis Iunij Margareta de Yorck sponsa Ducis Caroli, cum appatatu decenti ab Anglia per mare descendit in Flandriã & apud villã de Dame iuxta Brugas legaliter copulatur præfati Duci, per Episc. Salisbery. Venerunt a. plures Nobiles cũ ea, videlicet duo fratres Reginæ Angliæ, comites de Wyduille & de Schalles, Dñs de Cres, Dñs Ioan. Hauent Admiraldus Angliæ, Dñs Thomas Montgomey, cũ multis aliis, qui probitatẽ militiæ in torneamentis & hastiludiis ostentauere. Venitẽt cum præfata sponsa, noua Ducissa Burgundiæ, Ducissa de Nort- 1468.

An. Christi 1468. folc,& aliis plurib.Porro cum Carolus duxisset vxorem suã de Damme in curiam suam Brugis, q̃ de nouo tam pater eius Philippus defunctus, quam ipse festaurauerat, 15. sequentibus diebus tanta magnificentia celebrata sunt sponsalia in apparatu pomposissimo,vt vix credibile foret narratu,qualiter humanum ingenium suffieeret rerũ administrationi. Triginta n.naues, & totidem turres cum diuersis armorum patriæ insignibus,nominibus expressis,residentib⁹ menſæ cibaria ferre primo videbantur. Deinde singulis diebus singulorum genera animalium mira iucunditate fercula ministrantium producta,conuiuantes lætificauere. Tandem turris de Gotkem adducta, cuius ex arce speculatores verba suo proposito ꝓnuntiauere, & ex feneſtreolis syluestres capreæ vel alia quæuis animalia tubis clangentia vel fistulis se proposuere. Accesserunt & pisces diuersarum specierum: sed & animalia maiora, quemadmodũ elephantes & diomedarij,deferentes eorum Nobilium arma,qui cum Iasone & Hercule vellus aureum quæsiuere. Obiit tunc Brugis dñs Iacobus frater ducis Borboniæ,nepos Ducis Caroli. Episcopus Leodiensis,prefati defuncti frater,insidias passus à suis Leodiensibus,subsidiũ imploraui à Duce Burgundiæ,in Hollandia iustitias & iudicia ppetrante: qui veniens Bruxellas in Brabantia,collegit exercitũ,&armaturã validissimã collocat contra Leodienses ad finitimas oras Brabantiæ & Hañoniæ. Hic animaduertens,edicto Regis Franciæ cõuenisse Francos in exercitum grauẽ,pgens contra eos nõ minori grauitate exercitus,castra metat⁹ est iuxta villam de Peronaiwbi & campũ seruans, Regis potentiã expectauit: qui Rex non longe cum suo se seruabat exercitu. Hic nõ satis tutũ ratus cõgredi sed tuti⁹ pacem contrahere,co ꝙ Burgundiæ paratus fuit in caudam percutere;ꝓprio nutu,secum assumptis paucis Nobilib⁹, præmisit nuntios ad Ducem Burgundiæ,qualiter depositurus arma veniret,vt pacẽ iniret,& fœdus perpetuũ cum eo firmaret,sup omnibus querelis cupiens duci satisfacere. Quod renera mox, diuina opitulante gratia,factũ fuit. Dux vero ante sibi, q̃ ad expeditionem hanc ꝓficisceretur, reconciliatos fecerat dominum de Simay, & dñm de Quiertram, filium Comitis de Simay. Rege igitur & Duce villam de Perona pariter ingressis, & ad horam trahentibus morulas,illico delata sunt nuntia super facto Leodiensium,qualiter videlicet Raso Capitaneus cũ magno numero Leodiensium villã Tongrensem in deditionem acceperat, & Episcopum cum quibusdã Nobilibus captiuum abduxerat Leodiũ, ceteris interfectis. Quę res commotos reddidit Regẽ & ceteros Principes. Vnde Dux Carolus,qui inde sũ suspectum Regẽ Francię veluti fautorẽ exceperat,iam contra Leodienses inuasorẽ secum accepit. Nam tota se Duci Regia obtulit maiestas in oppugnationem & euersionem prædictorum Leodiensium. Igitur præ stupore cunctos vtriusq; exercitus admiratos tuba ꝓclamauit. Leuatis igitur exercitibus, per Viromandiam & Hannoniam venitur ante Leodium fere 23. die mensis Octobris. Videntes autem Leodienses Regalia signa eminere, fortissimumq; Ducis Caroli exercitum dispersum sub mœnia appꝓinquantem,ad capiendum in manu forti ciuitatẽ, spe pacis ac concordię captiuum emiserunt Episcopum. Quo saluo, ꝓceditur machinis bellicis contra ciuitatem,& à tribus locis obsessa fortiter impugnatur. Defendentibus aũt se Leodiensib⁹, fictum q; ad esse Regẽ Francorum exiſtimantibus,in oppugnantes op,ꝓbria coniecere. Quibus omnibus non obstantibus, non sine damno Burgundorum, qui acrius oppugnabant,vi ciuitas prędata capitur,spoliatur,ac deuastatur. Verum inter oppugnandũ miranda quorundam Leodiensium fuit audacia,qui fere 500. viri fortes tentauerunt irruere noctu,atq; Regis & Ducis ingredi tentoria. Sed armorum vi,cum damno tamen, repulsi sunt, ac infra ciuitatem se dedere coacti. Sequenti vero die Dominico diluculo, factus est generalis assultus,in quo pluribus prostratis, aptatis scalis & erectis in manu forti, fugientibus pluribus, tam per Mosam quam per portas patentes, ciuitas in deditionem miseranda strage reducta est. Rex igitur Francorum chimiram siue signum S. Andreæ,quod erat Ducis Burgundiæ,susciꝑiens,cũ suis omnibus ingressus enaginato gladio, donec in medium fori veniſſent, clamant in signum victoriæ, *Viue Bourgoigne,ville gaignẽ*. Hinc Francis, illinc Burgundis per totam ciuitatem dispersis,in cædem vel flammã,nec non submersione grassantibus, vix sexui indulgetur in impetu. Tandem ne tractentur irreuerenter matronæ, sanctiq; viri cum virginibus, ex edicto tam Regis Francorum q̃ Ducis Burgundorum prohibetur. Sed illo non obstãte, cædibus & rapinis inhiantes nulli pepercere sexui, quinetiã sacras violabant domos, donec pæne cũcta portabilia seu mobilia bona nauibus ac curribus inijecta abducerentur: & tunc pars maxima ciuitatis ciusdem igni conflagrata est. Sic recedens Rex, in Franciã perrexit, Dux veto Burgundiæ versus Ardennam, fugitiuos & fortalitia patriæ demolitutus: compertum enim erat, plures Leodiensium autugisse. Regressus autem per vastatam ciuitatem, iussit quod residuum erat, demptis Ecclesiis, flamma consumi, &

solo adæquati. Rasis igitur portis & muris omnibus, relictisq; stipendiariis cum Capitaneo, mouit exercitum à patria illa desolatissima, & per Brabantiam iuit in Flandriam, & in Gandauum se recepit. Vbi ad eumdem Ducem plures è diuersis mundi climatibus applicuerunt. Inde Brugas veniens, in signum victoriæ Peronam, alias à Leodiensibus delatam, super bursam erigi fecit: cui versus hi legebantur inscripti: *Anno Christi* 1468.

Desine sublimes in auras tollere vultus.
Nosce meo exemplo, nec dare firma Deos.
Nobilitatis ego Leodis venerabile signum,
Gentis & inuicta gloria nuper eram.
Sum modo spectaculum ridentis turpe popelli,
Et testor Carolum me cecidisse manu.

Fertur autem infaustissimo hoc tempore malum hoc ciuitati Leodio euenisse Cleri demeritis, qui proprium Episcopum Ludouicum de Borbonia, nepotem Caroli Ducis, pluries repulerat, nec non vulgus contra Ducem in pugnam excitarant. Quonam autem modo tractatum sit inter Ducem & nepotem suum Episcopum Leodiensem supra nominatum, aut quibus articulis patria illa post euersionem redacta sit in subiectionem, ad plenum enarrare, longum & prolixum valde foret: hoc tantum sufficit, relictum scite dominium eius in manibus Ducis Caroli, qui & hodie vsque suos in eo collocat Iustitiarios.

Fuit autem his temporibus magister quidam ex Hannonia de Augia, qui super excidio Leodiensium in honorem Ducis quædam metrice composuit, inter quæ hæc descripta reperi:

Magnificus Princeps, dudum qui fortius egit,
Indomitos Legios nunc legibus instruit apte,
Pontificique suo concordans, ante rebelles.
Si tempestiue correxissent male facta,
Et bona iustitia superasset tunc violantes,
Non peruenisset, quo peruenimus miserandi,
Exemplar factis cunctis fere qui modo viuunt.
Heu male consulti Legii, sed lege carentes:
Cur di famosis, quem decet alius honor?
Nam Leo rugitum dans, totum clima mouebat,
Nec tulit impune pranocusse suis.
Quis nisi mentis inops illi resistere vellet,
Quem Reges que Duces, & metuunt & amant?
Nemo moderniorum valuit superare potentem,
Nec debellabit fortior vllus adhuc.
Non sua possedit prestantior omnibus vsque,
Dux Leo quam Carolus quopie nunc regimur.

Hæc de Leodiensib. dicta sufficiant: ad alia, hoc anno quæ contigerunt, persequenda.

Anno M. CD. LXXI. Decima septima die Decembris obiit nobilis & excellentissima domina Isabella de Portugallia, filia regis Ioannis, Ducissa Burgundiæ; cuius exequiis celebratis in Gouay, corpus per aliquot dies remansit. Postea filius eius Dux Carolus deferri fecit cum corpore patris sui Philippi Boni Ducis, in Burgundiam. 1471.

Anno M. CD. LXXII. Expirantibus annalibus induciis inter regem & Ducem Burgundiæ, Dux Burgundiæ mox exercitu collecto, qui ad obsidendum Ambianos perrexit ante Bcluacum: vbi cum parum profecisset, fautoribus regis captionem villæ dissuadentibus, traxit se cum exercitu in Normanniam, & ante Rothomagum, vbique per loca gyrum faciens, fere 1700. villagia redegit in fauillas & cineres. Et inedia cogente propter hyemale tempus reuersus econtrario tregas ad annum de rege suscepit. Deinde Brugas veniens, misit fratrem suum Antonium de Burgundia, & Adolphum de Rauenstein ad sedandam motionem in Ziriczee, quia communitas dominum de Cattendyck occidit. Creauit vero comites, dominum Guidonem de Humbrecourt, dominum Philippum de Cubryes, & dominum Antonium de Simay fecit comitem de Menghen. 1472.

Post hoc cum Dux Gelriæ Arnoldus apud Grauiam decessisset, Dux Burgundię Carolus collectis viribus ad dominium sibi subdendum perrexit. Villa igitur Neomagensis voluit se per sororem Adolphi Ducis captiui seruare, quæ fuit Ducissa Bauariæ: sed tandem se reddidit.

Anno M. CD. LXXIII. Carolus Dux, intoxicato Duce Lotharingiæ nepote suo, regis, 1473.

An. Christi 1473. vt fertur, instinctu, continuatis treugis, Treuiris Frederico III. Imp. homagium fecit de Ducatu Gelriæ.

1474. Anno M.CD.LXXIV. Carolus Dux contra præfati Imp. & aliorum Alemanniæ Principum ligam obsedit * Michiam, vbi plurima passus damna est tam ab obsessis quam ab Imperatore & Colonienſi.

* f. Nuſiam.

1475. Anno Domini M.CD.LXXV. Carolus Dux cum Eduardo Rege Angliæ Ambianos & alias villas recuperare sperans, reum putans Ludouicum comitem S. Pauli declinantem ad portas suas, remisit Parisios: vbi decollato eo, maiora damna à bellis Suetonū, ad quos perrexerat, perpessus est.

1478. Anno Domini M.CD.LXXVIII. Leæna Gandauii peperit fœtus duos: quod à pluribus in portentum magnum diceb atur contigisse. nam catulis delatis super Burgum, vbi Comes Cadrolatanus Philippus educabatur, ferebatur ipsos puero arrisisse.

Dum Carolus Dux Burgundiæ versus Sabaudiam contraxisset exercitum, eo quod Suetenses totam terram Comitis de Rommont, fratris Philippi de Sabaudia, Comitis de Breſt, vastassent, & Gebennam pene cum aliis locis spoliassent, inuitatus à Ducissa Sabaudiæ ad defendendam patriam, ascendit vsque ad montem S. Bernardi, vt transiret commodius in Suetiam cum omnibus instrumentis bellicis adductis. Sed non solum ea in congressu amisit, verū etiam omnia iocalia sua. Fugam arripuit, amissis nobilibus suis: & velut furibundus in suos, recollegit eos ac instaurat bellum secundo. Priusquam tamen ad secundum congressum venerunt, loca quædam accepit, & defensores suspendit. Deinde accordari sibi villæ de Friburg & Brisach petierunt: sed ipse Dux animo concitatus renuit, & in obsidione villæ de Morach residuum totum bello perdidit. Vbi Comes de Marle, primogenitus Comitis Ludouici, Conestabularii Franciæ, nuper decollati mansit, & plures alii nobiles, de quibus historia partialiter agit. Per fugam ipse Dux Carolus saluans se applicuit in Ecclesiam de Nazareth, vbi mansisset à persequentibus, nisi Lucemburgenses ad auxiliandum aduolassent. Accidit autem hoc bellum in Vigilia S. Ioannis Baptistæ, anno 1476. Porro Dux Lotharingiæ Renatus, iuuenis, interim villam de Nancy recuperauit, ejecto domino de Beuers, Capitaneo Ducis Burgundiæ. Mox ipse Dux Burgundiæ direxit ad Flandriam prosecutus ad recuperandum Nancy: & sub Capitaneis, domino Humberto de Nassouve, & domino de Bergis, ex Brabantia & aliis partibus fere 3000. diriguntur cum collectis pecuniis ad stipendia persoluenda. Sed cum ad extremum exitium duraret obsidio villæ dictæ tempore hyemali, ignorans Dux Carolus, ad vitam eius tollendam, conclusionem esse per Regem Franciæ datam: qui fecit Ducem Lotharingiæ cum Suetonibus & Francis expugnare Ducem Carolum, corruptis Capitaneis mercede conductis per eundem Carolum: in Vigilia Trium Regum conserto prælio miserabiliter oppressus Dux Carolus cum multis Baronibus sibi adhærentibus occubuit, & à multis, qualiter occubuerit, ignoratur.

1479. Anno Domini M.CD.LXXIX. Dum bella geruntur in terris, nō minus in aquis aduersati sunt inuicem homines. Nam instante piscationis tempore, quo captura diuersorum piscium, & maxime halecium, Hollandini Zelandinique & Flamingi coniunxerunt se fere classe 400. nauicularum, sub conductionibus magnarum nauium, quas partim villæ, partim domini parauerant, signanter dominus de Vere, maris Admiraldus, & cæteri. Pro defensione igitur piscatorum circa Septembris initium se mari dederunt. Quod percipientes Franci, de virtute ad prælium prouidi, quasdam maximas naues præparando, præmiserunt paruas & veloces nauiculas. Quibus mox renuntiata fuerunt noua, quod æque naues Hollandinorum pro reparationibus necessariis fuissent in Scherenburgh in Anglia. Applicantes igitur Franci, primo cum paruis, deinde cum magnis nauibus, & imparatos omnes Hollandos reperientes, eorum aliquas naues combusserunt, occisis & captis reliquis. Post hoc aggressi piscatores, ex ipsis plures ceperunt, & se defendentes in mare cum nauibus submerserunt.

Mense Nouembri de Bruxella descendit Dux Austriæ, & venit Gandauum, facturus petitionem in prouisionem defensionis patriæ contra Francigenas: qui cum exposuisset suam querelam ex defectu denariorum, suprem* Decanus officiorū ex ore ciuiū villæ loquens, requisiuit audientiam sibi dari: qui grauiter ferens petitionē ducis iterato de pecuniis agentis, adiunxit, velle cōputationes collectarum pecuniarum agnoscere, priusquā assentiret eidē. Cui Dux perditionē patriæ desiderare subiunxit: & cōtinuo respondit, nisi prouideret aliter, ipsum accusando potius esse per quem malum eueniret. Adsunt, aiebat, hic, & audiunt quam fraudem nuper in armata moliebantur: nec aliud secreto petunt, quam Flandriam regi Francorum subiugare. Tum Dux:

* f. Decanus

Vos

Vos eam sic tradetis. Et mox Decanus: Sit nobis ipsius defensionis cura, vos autem domi cum coniuge residete. Dux ergo dictam aliam statuit in principio Decembris, sed concedit apud Denremondam, vbi conuenerunt membra patriæ. Sed super Gandenses interea constituitur dominus Ioannes de Dadizoele, super Brugenses vero dominus Ioannes Iunior, dictus de noua curia, qui Westflandriam tutaret, eo quod ante villam S. Omari crebro Franci de Morino cursus agerent, & nisi, vt præfertur, auxiliaretur, in breui Abbas S. Bertini missus à ciuibus prædictæ villæ asserebat se vltro resignaturos villam Capitaneis regis Francorum. Super hoc ergo status communis Flandriæ prouidere curauit, & taxauit vniuersas villas & territoria, sic quod ad sonitū cāpanæ quilibet armatus occurreret sub constitutis Capitaneis à cōmunitate. Vnde pati numero 150000. hominum inuenta sunt. Hoc mense certificatum fuit litteris ex Francia, per quosdam fauorabiles, regem veraciter, diuino forte nutu, in lepram incidisse. *An. Christi 1479.*

Nono Decembris dominus Ioannes de Dadizoele collectis viribus ascendit montem de Casleto: cuius aduentu comperto, cuncti Frāgenæ fugam celerem arripuerunt, & paulo post reuersi sunt de Morino. Sed apud Balliolum, ne procederent, insultum eis fuit. Mansit autem præfatus Ioannes in monte per 15. dies, & licentiauit Flamingos, collocatis 200. Anglicis, & apud Rugerschure dominus Ludouicus Craue cū ceteris hominibus se transtulit. Sed audientes Francigenæ decessum exercitus, continuo territorium repetunt, & primo combusserunt Ruminghen, deinde loca citra Lizam, nec ausi sunt relicti ipsis occurrere. Sic cursus facti sunt à Natiuitate Domini fere vsque ad exitum Febr. priusquam exercitus Flamingorum adunari potuit, quamuis plures super hoc conuentiones haberentur.

FINIS.

BIBLIOTECA
DE LA FAC. DE FILOSOFIA